

D. DIONYSIJ CARTHUSINAI ENARRATIONES PIAE AC ERUDITAE IN...

Denis : le Chartreux




NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT EMANUELE
8
26 I
12
ROM



D. DIONYSII CARTHVSIANI

ENARRATIONES PIÆ AC ERVDITAE IN LIBROS

IOSVAE, IVDICVM, RVTH, REGVM PRIMVM, SECVNdum, tertium & quartum, item Paralipomenôn Primum& ſecundum:

EX AVTHORIS ARCHETYPO NVNC ITERVM RECOGNItę,& ab innumeris(id quod ſedulo collatori facilè conſtabit) propè mendis ſumma cura vindicatæ.




COLONIAE AGRIPPINAE,

Apud Geruinum Calenium, & hæredes Iohannis Quentelij,
Anno Domini M. D. LXXVII.

Cum gratia & Priuilegio Imperiali in decennium.

EPITAPHIVM VENERABILIS PATRIS D. DIONYSII DE RIKEL, ORDINIS CARTHVSIENSIS.

VLCHRA petit cælos ex Arca missa columba,
Quæ thalamis regis sponsa recepta placet,
Dum tuus ex animum corpus Rikel Dionysi
Spiritus egreditur, raptus in alta poli.
Spiritus id corpus tali ducebat habena,
Inter vtrunque ferè vt prælia nulla forent.
Siccine Mors heu dura virum tantum rapis orbi?
Vix scio si fuerit debitor ipse tibi.
O quàm morsus Adę cupidus veritæ fuit escę,
Vt necis ingluuiem pellere nemo queat.
Hinc cadit iste neci, communi lege recedens:
Dans cineri cinerem flamen ad alta poli.
Tristia quis posset deplangere funera Rikel?
Aut laudis titulos illius exprimere?
Strenuus iste pugil carnem maiore triumpho
Tum domat, hæc instat cùm magis vt noceat.
Nam voluit CHRISTO iuuenili tempore reddi,
Sæpè quod est potiùs mancipium sathanæ.
Hos athleta DEI priùs haud transegerat annos,
Corpore quàm fugeret mundum animoq; simul,
Nempe volens primò factum persoluere votum,
Selectos imitans ἄνδρας ἔρημον adit.
Asperaq; haud veritus, tibi se Carthusia vouit:
Magnaq; pollicitus, vota facessit ea.
Hinc venerande Pater, tua gesta quis exprimet ore?
Quàm patiens, castus, sobrius atque pius.
Quàm rarus verbis, humilis quàm & corde benignus,
Quàm cunctis miseris viscera prona gerens:
Quàm feruens in amore Dei quàm mente serenus,
Quàm in precibus iugis, quàm lachrymosus eras?
Semper eras sacris intentus mente libellis,
Scribens siue legens, vt tua scripta probant.
Cælestis patriæ tali feruore calebas,
Sæpiùs vt Paulus subsequereris iter.
Raptus in æthereos vidisti mira meatus,
Quæ nec prudentis dicere lingua valet.
Lumen in æternum figebas mentis ocellum,
Agmina cœlicolum & limina aperta videns.
Pręgustas modicis tibi fercula cocta labellis,
Quæ modò continuò pleniùs ore sapis.
Sumis ibi ex torrente DEI, quæ gurgite magno
Euomis in scriptis flumina sacra tuis.
Tanta quidem hæc numero, sophia hęc sunt prędita tali,
Nemo vt facta manu deneget esse DEI.

Multa


Multa ſuper centum Pater inclyte ſcripta leguntur,
Quæ claro ingenio ſunt fabricata tuo.
His etenim viuis poſt mortem, non moriturus:
His tibi defuncto prooumulas meritum.
In cinerum quamuis caro ſit mutata fauillas,
Permanet in ſcriptis neſcia fama mori.
Ducis apud ſuperos iam nunc felicius æuum,
Inter noſtra licet ſecla beatus eras.
Pręmia teſtatur meritorum magna tuorum
Poſt mortem putridę carnis amœnus odor.
Exanimis caro noſtra oculis ac naribus obſtat:
At tua ſic fragrat, ceu roſa quę redolet.
Quanta animæ in cælis collata eſt gloria, ſi tam
Ingentem corpus percipit in tumulo?
Spiritus atq; pace, Chriſti cum pace quieſcunt:
Ille polo aſſumptus, hęc reſupina ſolo:
Inſtat adhuc tempus, quo corpus quiſque reſumet,
Quod prius exuerat: Rikel & ipſe ſuum,
Rurçmonda eius quod nunc tenet inclyta clauſtro,
Oriundum à Lewis vrbe brabante tua.

Annus & dies obitus eius; ſic tamen, vt ipſius D,
quod hic ter inuenitur, nulla habea-
tur in numeris ratio.

1471.

Heu cum Gregorio Doctor Doctore reſedit,
Raptus in æthereos eſſe ſcholaris ibi.

D. DIO-



D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM IOSVÆ HEBRAICAE, IEHOSVAH, ENARRATIO.

In hoc agitur de transitu Iordanis, & subuersione regnorum hostilium, de introductione populi Dei in terram promissionis, & de diuisione ipsius terræ.

PROOEMIVM.



ORTIS IN BELLO IESVS NAVAE, SVCCESSOR MOSIS IN PROphetis, qui fuit magnus secundum nomen suum, maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, vt consequeretur hęreditatem Israel. In his verbis author libri nunc exponendi, multipliciter commendatur. Primò à fortitudine sua in bellis iustis, in quibus duplicem fortitudinem habuit ac monstrauit, videlicet corporalem & spiritalem. Fuit etenim vir corporaliter multum robustus, quod demonstrauit in prælijs. Vnde & infra habetur in textu, quod expugnauit reges 31. In Exodo quoque recitatur, quod veniente Amalech, vt pugnaret contra Israel, Moses elegit ipsum Iosue ad Amalech expugnandum. Insuper habuit fortitudinem, quæ est inter quatuor cardinales virtutes, vna cuius est, passionem timoris circa pericula mortis moderari ac refrenare, & ardua, imò & difficilima, viriliter aggredi, sustinere & exequi. Nec dubium quin & fortitudinem illam habuerit, quæ est vnum de septem donis spiritussancti, imò vtranq; fortitus est in gradu perfecto, & excellentiæ termino, tanquam vir eminenter heroicus. Secundo commendatur in verbis prætactis à principatus sui ac præsidentiæ dignitate, cùm dicitur, successor Mosis, cui in principatu super Israeliticam plebem successit, vt Nume. 27. legitur. Tertiò, à gratia prophetiæ, cùm subditur, in prophetis, per q̄ datur intelligi, quod prophetali spū fulserit, & inter prophetas sit computandus. Quarto, à proprietate ac dignitate suæ appellationis, cùm dicitur, qui fuit magnus s̄dùm nomen suum. Nam dictus est IESVS ac Iosue, quod vtrunq; interpretatur salus seu salutare, qnod & realiter ei conueniebat, attamen imperfectè, quoniam populum Israel à visibilibus eripuit inimicis, atq; ad temporalem prosperitatem perduxit, imò & de animarum salute & cultu Dei feruenter eos admonuit, sneundum q̄ infra patet. Quinto à sua fructuositate, quoniam toti plebi sibi commissę vtilissimus fuit, tā quātum ad temporalem prosperitatem, quam ad informationē salubrem & ædificationem atq; idoneam guberuationem. ꝓpter quod additur, maximus in salutem electorū Dei. Ex quibus Innotescit libri huius authoritas, quē edidit Iosue ipse, & inter canonicę libros scripturæ continetur ac ponitur. Præterea iuxta Hieronymū. Hebręi distinguunt ac diuidunt scripturam canonicam veteris testamenti in tres partes seu ordines, puta in legem, ad quam quinque libri Mosis pertinent: In prophetas, ad quos octo libros affirmant pertinere, videlicet librum Iosue, lib. Iudicum, sub quo includunt & libr. Ruth, libros quoq; Regum, quos in duo volumina diuidunt, Esaiam quoq;, Hieremiam, Ezechielem, & librum duodecim prophetarum. Tertiam partem & ordinem scripturæ Hagiographa vocant. sic ergo iuxta istam diuisionē scripturæ, hic incipit secundus ordo scripturæ illius. Porrro ed Hagiographa asserunt pertinere lib. Iob. Psalterium, tria volumina Salomonis, Paralipomenôn, Esdram & Hester. Præterea vtriusque testamenti scriptura apte diuiditur in libros legales, in historiales, in sapientiales, in prophetales. Nam quatuor Euangelia, sunt libri iegales noui testamenti, quemadmodū quinq; libri Mosis sunt libri legales veteris testa. Epistolæ verò apostolorū sunt libri sapientiales: liber Actuum Apostolorū, est historialis: Apocalypsis autem, prophetalis. Iuxta hanc diuisionem liber Iosuæ pertinet ad libros historiales, quia in libro isto narratur, qualiter promissiones patrib. factæ de sanctæ terræ adeptione, & per Mosen descriptæ, sint realiter adimpletæ. Porrò Hagiographum dicitur ἀπὸ τῦ ἅγιος, quod est sacrum, & γραφὴ, scriptura, quasi scriptura sancta, Circa hoc magister in historijs & aliqui alij asserunt: Hoc nomen commune est omnibus sacræ scripturæ libris, sed quia præfati nouem libri, videlicet Iob, Dauid, &c. præ cæteris libris non habent eminentiam specialem, secundum quam agnominarentur, communi hoc nomine sunt cōtēti: sicut hoc nomē, Confessor, omnibus sanctis est commune: tamen quidam ꝓpter specialem eminentiam vocātur apostoli, alij martyres. Huic dicto obijci potest, quod liber Psalmorum grandi excellentia & anagogicis visionibus decoratur. sed & Cantica Canticorum, vt ex ipso articulo elucescit, præcipua pollent proprietate. Imò & liber Iob stylo atq; sententia fulget. imò cur Dauid vocatur eximius prophetarum, nisi quoniam liber psalmorū inter vaticinia eminet? Hinc reor huius rei aliam veroremq; esse causam. Est equidem regula, quod quando nomen aliquod pluribus est commnne, & alia habet specialia nomina, tunc nomen illud commune appropinpriatur ei, quod aliud speciale nomen non haber, secundum quod Dialectici dicere solēt, hoc nomen accidens commune esse omni accedenti, videlicet communi ac proprio: tñ

Marginalia: Ecclef. 46. — Iose. libr. 1. ant. iu. c. 2. — Iof. 18. — Exod. 17. — Esaiæ 11. — Iosu. 24. — Hierony. — ἅγιος

cùm accidens inseparabile & proprium, habeat propriū nomen, hoc nomen accidens appropriatur accidenti separabili & communi: sicq; propriū & accidens, ponuntur duo prædicabilia condistincta. Ampliùs, Origenes iuxta Græcos in prima parte & ordine scripturarum constituit
Origenes. 7. libros, Pentateuchon Mosis. addens Iosuæ ac Iudicum libros, illumq; ordinem vocat heptaticum, ab ἑπτά, quod interpretatur septem, & τεῦχος, volumen. Postremò qualiter iuxta Hæbræos liber Iosuæ valeat inter libros propheticos contineri, cū tñ non videantur in eo prænunciari futura, quemadmodùm in prophetis, infrà dicetur: attamen quædam futura pdicuntur in eo.

EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI PRIMI.

Et factum est post mortem Mosis. *Articu. primus.*

Deut. 24. AVTHor libri huius, sanctus Iosue de seipso quasi de alio loquens, materiam libri sui continuat ad ea, in quibus beatissimus Moses libros suos finiuit, & vltimo libro suo imposuit terminum. Hinc Iosue librum suum à coniunctione hac copulatiua, &, inchoans, ait: [Et
Eccles. 46. factum est post mortem Mosis serui domini,] qui fuit seruus Dei seruitute filialis timoris atque
Exo. 17. 33. spontaneæ charitatis, non seruitute timoris seruilis & coactionis, [vt loqueretur dominus ad Io-
Numer. 11. sue filium Nun.] Iosue triplex habuit nomen, Nam dictus est Osee, & Iesus, ac Iosue. Pater au-
Deut. 34. tem ipsius vocabatur Naue, & Nun. Dicuntq; aliqui, quod cognominatus sit filius Nun seu Nanæ, ad differentiam Iesu filij Syrach, pronepotis filij Iesu sacerdotis magni. Sed veriùs arbitror, quod more idiomatis Hebræorum ita cognominetur, quoniam apud Hebræos filij cognomi-
1. Regū. 16. 4 Reg. 18. nantur à suo patre, quemadmodùm in libris Regum & Paralipomenôn præcipuè constat, in qui-
2. Re 2 1. 8. bus communiter dicitur Dauid filius Iessæ, Ezechias filius Achaz. Interdum tamen, sed rarò,
2. Regū. 16. cognominantur à matre. Vndè Ioab & Abisai appellantur filij Suruiæ. Porro Iesus filius Syrach, plus quam per mille annos post Iosue natus est, siquidem post Babylonicam fuit captiuitatem: ideò non videtur, quod ad eius differentiam, Iosue dictus sit Iesus aut Iosue, filius Naue aut Nū. [ministrum Mosis.] Fuit etenim Iosue specialissimus ac familiarissimus Mosis seruus, prout in
Exodi 19. diuersis locis librorum Mosis legitur. Nam & cum Mose ascendit in montem Sina, quamuis non vsq; ad verticem montis, & cum Mose reuertebatur de monte. & sicut S. Clemens beatissimo archiapostolo Petro in omnibus familiarissimè & affectuosissimè cum mira reuerentia, inseparabiliterq; adhæsit, ita & Iosue Mosi. [& diceret ei: Moses seruus meus mortuus est.] Circa hæc quæri potest, qualiter Deus loquutus sit Iosuæ. Secundo, an loquutus sit ei hæc verba ante finē dierum luctus Mosis, an non. Ad primum dicendum videtur, quod loquutus sit ad Iosue, sicut ad Mosen, per creaturam subiectam. puta per angelum in humana effigie apparentem, & in vigilia plena, & fortè aliqñ aliter. Ad secundum aliqui dicunt, quod dominus dixit ista verba ad Iosue ante finem luctus mortis Mosis, quē filij Israel planxerunt 30. diebus. Alij dicūt, quod
Deuter. 34. post finem dierum illorum. quod veriùs æstimo. Nam hoc ad honorationem tanti legislatoris ac vatis pertinuit, quod durante luctu ipsius, dominus alia nō commisit agenda eius ministro ac populo, videlicet transitionē per Iordanē, & missionē exploratorū, ac cætera quæ in isto sequuntur cap. Hinc in Scholastica fertur histor. post mortem Mosis, quiescente luctu populi pro eo, lo-
Pet. Co. hi. li Io cap 1. quutus est dñs ista ad Iosue. Lira tamen dicit Hebræos aliter opinari, & sequitur eos, vt in expositione sequentis cap. referetur. Insupèr quæri potest, cur dñs dixit ad Iosue, Moses seruus meus
Iosu. 2. mortuus est, cùm tamen hoc notum extiterit, tam Iosuę ipsi, quàm populo toti? Respondetur, q dñs hęc loquendo, ostendit se memorē serui sui fidelis etiā post mortē ipsius. Per eadem quoq; verba destruxit duos errores: Primum, dicentiū Mosen non esse defunctum, sed esse translatum
Deut 34. in paradisum, & esse cum Helia & Enoch, qm̃ nullum mortis suæ signum in terra relictum est, &
Matth. 17. quia cum Christo in sua transfiguratione corporaliter, quemadmodum & Helias, apparuit. Se-
Marci 9. Lucæ 9 cundus error fuit Manichæorum & aliorum quorundam, dicentiū Mosen esse damnatū propter
Nume. 20. incredulitatē suam ad aquas cōtradictionis, de qua non legit pœnituisse. qui error per ista verba excluditur. Apertissimè quoq; scriptura insinuat eum indè pœnituisse, per hoc q post illā incre-
Deut. 2. 34. dulitatē dñs more solito ei loquutus est, & Moses cōsueta deuotione pro Deo zelatus est, & boni, vsq; in finem vitæ suæ exercuit. Atq; p illa incredulitate dñs puniuit eum in vita hac, priuan-
Nume. 20. do eum ingressu terræ promissionis. Deniq;, in Deutero. euidenter narratur Moses esse defun-
Deut. 34. ctus. [Surge,] Ex hoc verbo videri posset, q sedenti vel iacēti aut dormiēti dñs dixerit ista. vigilanti nanq; & stanti dici non solet, surge, sed opinari quis potest, quod domino incipiēte loqui
Iosu 7. ad Iosue, ipse vir sanctus humiliter coram Deo pstrauerit, prostratoq; dñs dixerit, Surge. sicut & infra ait ad eum: Surge, cur iaces pronus in terra? Vel sensus est, Surge, id est, ad actum te præ-
Pet. Co. hi. li. Io. cap. 1. para & extende. Circa hoc scribit Petrus Comestor: Quod ait, Surge, loquutus est, & nō est sensus, id est, genus & modus quidā loquēdi est, nec ille est intellectus quē facere verba videntur. [& transi Iordanem istū] tempore opportuno, i. dispone te ad transeundum per fundum Iordanis, [tu & omnis populus tecum,] omnis videlicet Israeliticus populus, quē tibi commisi vt duci
)(dabo. ac principi. [Omnemq; locum quem calcaueerit vestigium pedis vestri, vobis])(tradam, sicut loquutus sum Mosi:] idest, vniuersam terram, quam perambulaueritis pergendo ad pugnā contra aduer-

aduersarios vestros, me auxiliante obtinebitis. Deinde termini terræ promissionis exprimunt [à deserto & Libano, vsq; ad fluuium magnum Euphraten, omnis terra Hethaorum vsq; ad mare magnum contra solis occasum, erit terminus vester.] i. terra & locus vestræ habitationis. Præterea intellectus huius particulæ patet ex eo, quod Exo. 23. dominus loquitur: Ponam autem terminos tuos à mari rubro vsq; ad mare Palæstinorum, & à deserto vsq; ad fluuium. Hinc quoque Deut. 11. ait: Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto & Libano, & à flumine magno Euphrate, vsq; ad mare occidentale, erunt termini vestri. Itaq; hoc loco per desertum intelligitur desertum Aegypti, quod terræ promissionis contiguatur à plaga australi. Per Libanum verò mons Libani, qui est à parte Aquilonari respectu terræ promissionis. Euphrates autē est terminus terræ promissionis ab oriente. At verò per mare magnum, quod est contra Solis occasum, intelligitur mare mediterraneum: quod etiam dicitur mare occidentale, respectu maris mortui quod est in parte orientali: & vocatur nunc magnum mare, non quod sit mare Oceanū, quod simpliciter dicitur magnum mare, & vniuersam ambit ac circuit terram: sed magnum, respectu maris rubri aut maris mortui, nuncupatur. Insuper Hethæi erant vna gens de gentibus, quarum terras Deus filijs Israel repromisit, vt Exod. 3. patet. Vnde hoc loco per terram Hethæorum, terræ omnium illarum gentium designantur, secundùm quod totum solet per partem signari. Sed quæri potest, quomodo verificata sit ista promissio, cùm certum sit quod filij Israel tempore Iosuæ nunquam obtinuerint totam terram præfatam. Respondetur quod promissio ista facta est populo Israelitico in communi, seu confusè sub nomine Iosuæ & eorum qui tempore eius fuerunt, & ita paulatim in populo illo fuit impleta, potissimum tempore Dauid ac Salomonis. De his super Exodum plenius scripsi. [Nullis vobis resistere poterit cunctis diebus vitæ tuæ.] Contra hoc videtur, quod reges Chananæorum contra Iosue & filios Israel sunt congressi, & pugnauerunt contra eos viri Hiericho, imo & habitatores Hai, filios Israel fugauerunt & quosdam eorum interfecerunt, quę omnia infra in textu habentur. Et respondendum, quod resistere, sumitur hic ꝓ ꝑualere. Ista quoq; promissio, sub conditione fuit intelligenda, sicut & similes promissiones, videlicet nisi filij Israel oppositum mererentur peccando. Vel dici potest, quod victoria illa virorum Hai, fuit breuis ac modica: idcirco non reputatur, quia quod modicum est, habetur pro nihilo. Nam & Paulopost fuerunt omnino victi à filijs Israel. [Sicut fui cum Mose, ita ero & tecum.] quemadmodum DEVS fuit cum Mose per dona gratiæ gratum facientis, & item per dona gratiæ gratis datæ, ita & cum Iosue. Fuit quippe cum Iosue, eum super naturaliter ac gratiosissimè dirigendo, protegendo, ac triumphando, gratiam quoq; prophetiæ, virtutem miraculorum & reuelationes diuinas conferendo eidem. Veruntamen in his omnibus excellētiùs fuit cum Mose, nisi ꝙ in miraculorū opatione, Iosue Mosen videtur quodàmodo excessisse, ꝑ hoc quod solē & lunā fecit tā imperialiter stare. [Non dimittā nec derelinquā te,] i. intùs & extra te ꝓtegam. [Cōfortare] ex mea promissione & cōsolatione. [& esto robustus] mente & corpore. Hęc omnia accipi possunt per modū exhortationis ac iussionis. ꝓcepit equidem Deꝰ ipsi Iosuæ, vt in virtutibus cresceret, & seipsum cōfortaret in dño. sperando in eius auxilio. Aliorum em̄ duci ac iudici necessaria est gratia specialis & magna, assiduusq; profectus virtutū. Deniq; necessaria fuit huic Iosuę ista tam dulcis & firma cōsolatio & corroboratio Dei ꝓpter imminentiū difficultatē negociorum, quæ naturales vires ipsius Iosuę ac populi eius totaliter excedebāt; videlicet gentes illas Chananęorum copiosissimas atq; fortissimas debellare, eorumq; territoria possidere. [Tu enim forte diuides populo huic terram, pro qua iuraui patribus tuis vt traderē eam illis.] i. quam cum iuramento promisi dare posteritati patriarcharum. Qualiter aūt Iosuæ terrā illam diuisit filijs Israel, infra in diuersis capitulis enarratur. [Confortare ergò & esto robustus valdè:] i. in omni virtute stabilis ac ꝑfectus, ꝑsertim in fortitudine, quæ est virtus cardinalis, atq. ad principes ac bellatores precipuè pertinet, ne ꝓpter imminentia mortis pericula pauidi, tristes, pusillanimesūe existimant. [vt custodias] memoriter retinendo, [& facias] opere exequendo, [omnem legem,] i. vniuersa legis mādata, [quam præcepit tibi Moses seruus tuus.] Moses nanq; legem omnibus generaliter dedit ac iussit, sed tanto specialius præcepit eā à Iosue obseruari, quanto cęteris virtuosior, exemplariorq; consistere tenebatur. Quędā etiā legis pręcepta solū principem cōcernebant, prout Deut. 17. patet. [Non declines ab ea ad dexterā vel ad sinistram:] i. ad nullum viciosum extremū sed mane in medio, cum virtus sit quædam medietas inter duo vitia extrema. [vt in telligas cuncta quæ agis.] i. omnē tuam actionē interiorē & exteriorē, sapiēter consideres, discutias atq; ad debitū referas finem, iuxta diuinæ legis tenorē. Quod totū qualiter sit agendū, docet lex DEI. [Non recedat volumen legis huius ab ore tuo:] i. doctrinam Deut. legis datæ per Mosen, omni tempore opportuno habe in ore, ita vt semper paratus sis eā proponere populo, & tibi commissos diuina præcepta instruere, quātum requirit tuum officium. [sed meditaberis in eo diebus ac noctibus] i. congruis horis diei, noctisque, [vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo.] Vndè etiam Deuteronom. 6. habetur. Erunt verba Domini in corde tuo, &

2. Regū. 5. 8. 3. Reg. 4. 9. Exod. 23. Iosʃ. 16. 27. Iosʃ. 8. Iosʃ. 10. 2. Para. 20. Iose 9. 10. Iosʃ. 11. 12. Io. 13. 14. 15. 16. 17. &c. Exo 20. 32. Deut. 31.

duabus tribubus ac dimidiæ,s.tribui Ruben & tribui Gad ac mediæ tribui Manassæ, vt implerent quod Moses eis præcepit,prout Num.32.habetur.Nec est difficultas in textu,nisi ꝙ in fine capit.filij Israel dicunt:[Tu tantum confortare, & viriliter age.] In quibus verbis superiorem suum humiliter admonent,& quod aiunt, tantùm, non sumitur exclusiuè, sed sensus est, hoc præcipue exhortamur & cupimus,vt conforteris in domino,atque viriliter agas.

De spiritali huius primi capituli intellectu. *Articulus 2.*

QVemadmodum Origines testatur,liber hic non tam gesta Iosuę filij nauæ nobis indicat, quam sacramenta domini Iesu nobis depingit. Itaq; Iosue nomine & re Christum præfigurauit: immo quia in multis eminenter ac euidenter per facta Iosue, mysteria Christi signantur, ste liber inter propheticos codices computatur. Prophetæ nanq; & alij quidam viri præcipui veteris testam.non solum verbis,sed etiam factis de Christo sunt vaticinati. Idcirco CHristus loquitur per Osee prophetam: Ego visiones multiplicaui,& in manibus prophetarum assimulatus sum. In manibus,inquit,prophetarum,id est. per opera eorum sum similitudinariè præfignatus. Deniq;, in veteri testam.tres viri egregij hoc nomine Iesus,in typo summi IESV CHRISTI,sunt nuncupati. Primus illorum fuit Iosuæ ille dux Israelitici populi,qui suo principatu regiam Christi Iesu dignitatem signauit. Secundus fuit Iesus Iosedech sacerdos magnus, i. pontifex Iudæorum,qui Christum Iesum, inquantum est summus pontifex,prætiguraiuit. Tertius fuit Iesus filius Sirach, author Eccli libri, qui per suam sapientiam typus extitit Iesu CHRISti, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi. Insuper Iosue in multis est Christi figura. Primò,qm̄ Amalechitas,qui filios Israel impugnarunt, debellauit: sic & Christus inuisibiles hostes, qui populum Dei incessanter impugnant,deuicit. Secundo,qm̄ filios Israel in terram perduxit promissionis: sic dominus Iesus electos suos in regnum perduxit felicitatis cælestis. Tertiò, qm̄ filijs Israel diuisit terram promissam: sic Iesus omnium iudex ac dominus,vnicuiq; electorum dat locum & præmium in regno cęlorum,iuxta mensuram meritorum suorum. In alijs quoq; multis fuit Christi figura,sicut patebit infra:[Et factum est post mortem Mosis, vt loqueretur dominus ad Iosue ministrum Mosis,dicens: Moses seruus meus mortuus est.] Per Mosen lex vetus,per Mosen data, datur intelligi, iuxta illud in Euangelio: Si Mosen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis surrexerit,credent. Per hoc ergo quod post mortem Mosis loquutus est dominus Iosuæ, figuratur, quod adueniente plenitudine temporis,in quo Deus decreuit imponere finem legalibus,incarnatus est Christus, atq; secundum suam humanitatem spiritusancto repletus est,per cuius alloquutionem internam cognouit legalia iam esse sepelienda ac cessatura. Præterea sicut Mose mortuo, Iosue in principatu successit: sic veteris legis obseruantia desinente, Christus filius Dei, principatum accepit ecclesiæ,& factus est legifer rex Iudæorum,ac pontifex veri spiritalisque Israelis, videlicet populi Christiani per Hebræos significati. Circa hæc loquitur Origenes: Considera subuersam Hierusalem esse, templum & altare destructa,sacrificia,sacerdotium,pontificium & mysteria literarum cessasse, & dicito: Moses seruus Dei mortuus est. Considera quoq; gentes esse conuersas ad fidem, i. ecclesias construi, altaria non cruore pecudum aspergi,sed precioso CHRisti sanguine decorari, & dic, quia Iesus post mortem Mosis obtinuit principatum,non Iesus filius Nauæ, Sed Iesus filius Dei. Rursus per Mosen,intelligitur lex diuina: per Iosue ministrum Mosis, bonus prælatus legi subiectus. Dum ergo populus Christianus diuinam transgreditur legem, conqueritur Deus & loquitur cuicunq, fideli prælato, Moses seruus meus defunctus est: quia lex data à me,in Christianorum cordibus iam deficit. Omnes em̄ quæ sua,nō quæ mea sunt, quærunt, ita ꝙ illud Esaiæ videatur impletum: Quia transgressa sunt leges,mutauerunt ius,dissipauerunt fœdus sempiternum.[Surge & transi Iordanem istū,tu & omnis populus tecum.] Per Iordanem designatur baptismus. Christus autem Ioannis baptismum suscipere, Deo patre instigante,dignatus est,& omnes qui crediderūt in Christum,per Christi baptismū transietūt,purgati sunt & saluati,sicq; ad cęlestis promissionis perducti sunt regionem. Rursus, Iordanis interpretatur descensus,per quē notatur humilitas,per quam ipsemet dominus Iesus & vniuersi Christifideles ambulauerunt. Exinaniuit etenim seipsum,& dixit: Qui se humiliat, exaltabitur. Itemq;: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli,nō intrabitis in regnum cælorū. Hinc per Esaiam ait superbo: Descēde,sede in puluere. Quid est sedere in puluere, nisi in ꝓpriæ vilitatis & culpæ cōsideratione quiescere. Prælatus ergo plebem sibi commissam debet in humilitate præcedere,sicq; cum illis in terram beatorum intrare. [Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri,vobis dabo.] Totus quippe orbis terrarum, Christo & eius ecclesiæ est concessus & subditus,dominaturq; Christus à mari vsque ad mare,& à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. Vnde & dixit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. [Nullus poterit vobis resistere.] Certum est,nullum posse resistere Christo,nisi quantum ipse permiserit. Pater nanque omnia dedit in manu eius,& ipse CHRistus rursus de seipso ait ad patrem: Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. Suis quoq; discipulis di-

Marginal notes: Origenes · Osee 12. · Exo. 17. 33. · Numer. 11. · Iosf.1.2. · Agg.1.2. · Zach.3. · 1.Esd.1.2.3. · Ecclesf. 51. · Col.2. · Exod.17. · Lucæ 11. · Iosf.1.3.12. · Hebr. 4. · Matth. 25. · Iosf. 18. 19. 20.21. &c. · Exo 20.34. · Luc.16. · Gala. 4. · Esaiæ 11. · Lucæ. 2. · Esai.31. · Hebr. 7. · Origenes Iosf. lib. 7. · bel.iu. ca. 15.16.17. · Acto.3.5.6 · Phil.2. · Esai. 25. · Ioann.1. · Matt.3. · Luc.3. · Galat 3. · Phili. 2. · Luc.14.18. · Matt.11. · Matth.18. · Esa.47. · Psalm. 2. · Psal 71. · Matth. 28. · Ioan.13. · Ioan.17.

Luc. 21. xit: Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Deniq; constat quod populo Christiano, si obediret perfectè, nulla posset gens præualere. [Sicut fui cum Mose, ita ero & tecum. [Quemadmodùm enim Deus omnipotens legem Mosis per diuersa miracula & præclara spiritussancti charismata cófirmauit, ita imò & incomparabiliter magis & excellentius, euangelicam legem constabiliuit: fuitq; Deus cum Christo homine ineffabiliter gratiosius, gloriosiusque, quam cum Mose, nec dimisit eum nec dereliquit per gratiæ aut gloriæ subtractionem aut diminutionem, quamuis in passione reliquerit eum quantum ad apparentiam quandam exteriorem & subtractionem solitæ redundantiæ consolationis à superiori parte animæ suæ in partem ipsius inferiorem ac sensitiuam. Propter quod pendens in cruce, clamauit: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? [Confortare & esto robustus] CHristus in omni virtute immobiliter perfectus fuit ac stabilis ab exordio incarnationis. Attamen passione instante, spontè quasdam passiones vel potius propassiones assumpsit, & per modum infirmantis se habuit. Propter quod apparuit ei angelus de cælo, ipsum confortans, i. instar confortantis se habens, & consolatoria proferens verba, videlicet qualiter suæ merito passionis redempturus esset genus humanum, & veris fidelibus regionem mansionum cælestium diuisurus. Prætereà per Iosue designatur quicunque prælatus, pastor & præsul, cui dominus specialiter iubet, persuadet ac loquitur, vt confortetur in omni virtute & gratia spiritussancti, immò tanto virtuosior esse conetur, quo pluribus præsidet, & altioris est authoritatis aut professionis & quo plura atq; maiora desuper dona sortitus est, & pro pluribus redditurus est rationem, vt aliorum imbecillitatem & imperfectionem valeat supportare, & in bono vincere malum. Itaque omnem euangelicam legem debet seruare, ne à subditis possit in aliquo repræhendi, & ne quempiam scandalizet, ne dispergat & perdat, quos tenetur colligere & curare. Qui enim in vno offendit, fit omnium reus. Non ergo declinet à lege CHRISTI, nec à via iustitię, ab obseruantia iuris ad dexteram se extollendo per prospera, aut inaniter blandiendo, vel mala sub boni specie admittendo, seu etiam per indiscretionem vltra vires quid aggrediendo, nec ad sinistram deficiendo in aduersis, aut aperta vitia incidendo, aut vnum præ alio aggrauando iniustè: sed regia via incedat, & absq; acceptatione iudicet personarum [Non recedat volumen legis ab ore tuo.] Prælatus, pastor & prædicator, euangelium Dei suo debet inscribere cordi, & omnem suam locutionem secundum illud dirigere, iugiterq; habere in promptu verbum saluberrimę informationis, correptionis, exhortationis & sanctæ consolationis, & ita intelligere cuncta quæ agat, ac propriam conuersationem discutere, taliterq; implere, quod ait scriptura: In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Præterea, quamuis ista sint ardua, dominus tamen consolator bonæ voluntatis prælatum, dicendo: Noli metuere, qm̃ tecum est dñs Deus tuus in omnibus.] Specialiter nanq; paratum se exhibet præsidentibus, ad ipsum toto corde, confugientibus, subuenire. Itaq; væ intimoratis, ambitiosis, negligentibus, carnalibusq; p̃latis, iudicibus ac pręsidentibus inefficacibus Dei vicarijs, qui sunt canes muti, quibus durissimum instat iudicium. [Præcepitq; Iosue principibus populi, dicens. Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite: Pręparate vobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem ad possidendum terram.] Per Iosue intelligitur Christus, qui principibus tribuum, id est, apostolis iudicaturis duodecim tribus Israel, iussit iri per vniuersam Iudæam, deinde per vniuersas gentium nationes, ad prædicandum omnibus illis, vt sibi de spiritalibus alimonijs p̃uideret, hoc est, de virtutibus, donis & fructibus spiritussancti, de pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris, de sacramentorum refectionibus, de actibus virtuosis ac pane lachrymarũ: quia post tertium diem, hoc est, post contritionem, cófessionem & veniæ implorationem seu quosdã pœnitentiæ actus, essent transituri Iordanem, i. suscepturi baptismum, qui nõ cósueuit adultis & his qui de gentilitate & Iudaismo cóuertebantur ad Christũ, conferri, nisi post confessionem & abstinentias, orationes & pœnitentiales exercitationes. Insup tribũ Ruben primogeniti ex Lya, & tribum Gad primogeniti ex Zelpha, ac tribum mediam Manassæ primogeniti ex coniuge Ioseph, exprimitur populus Hebræorum, qui primò legem accepit per Mosen. Per alias tribus signantur, qui postea euangelij gratiam sunt sortiti, cum transissent Iordanem, id est, baptizati fuissent. verum tam illi qui vltra Iordanem, quam cæteri, fuerunt in numero impari, non integro ac totali: quoniam superbeatissimæ Trinitatis notitiam, non nisi imperfectam habuerunt in vita hac, tam qui sub lege, quam qui sub Euangelio extiterunt. [Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus.] Sic subditi boni superioribus suis in cunctis obedire debent charitatiue, promptè, ac reuerenter, immò & pro superioribus suis debent cordialiter ac instanter orare.

Marginal references: Exo. 20. 29. 34. Ioan. 8. Matth. 26. Psal. 21. Mar. 15. Matth. 27. Matth. 26. Lucæ 22. Gallat. 6. Roman. 12. Ezec 2. 34. Iaco. 2. Deut. 16. Iob. 32. Pro. 18. 24. Iac. 2. Psalm. 1. Esa 56. Sapien 6. Matth. 19. Lucę 21. Matth. 28. Marci. 16. Acto. 18. Eccle. 15. Psalm. 79. Gene. 29. Gen. 30. Genes. 41.

Elucidatio cap. 2. Misit ergo Iosue filius Nun de Sethim. Art. 3.

CONsequenter describitur exequutio iussionis diuinæ circa ingressum ad terrã Chananęorum trans Iordanem. [Misit ergo Iosue filius Nun de Sethim,] id est, de loco sic nuncupato existente in cãpestribus & extremitatibus Moab, vbi & Moses in monte defunctus est, vt Deute-

teronomij trigesimoquarto legitur. [duos viros exploratores,] de quibus (vt fertur) fabulantur quidam Hebræi, quod fuerunt Caleb & Phinees. [in abscondito] i. sub tali apparatu & specie, vt non cognoscerentur esse exploratores, neq; de populo Israel. Dicunt aliqui, quod misit eos sub simulatione stultitiæ, sicut & Dauid coram Achis rege Geth, simulauit se quasi furiosum & stolidum, ne caperetur, vt 1. Reg. 21. habetur. Porrò Hebræi (vt fertur) asserunt, quod fingebant se surdos & mutos, ne ex sua loquela cognoscerentur: quod non videtur apparentiam magnam habere, sciebant enim & aliam linguam, salem Aegyptiam, præsertim si erant Caleb & Phinees, quod ad minus de Caleb constat. Hinc verius puto, quod habitum Chananæorum assumpserunt, vt tanto minùs putarentur Hebræi, quanto habitatoribus terræ videbãtur similiores: vel introierunt vt mercatores, aut tale quid prætendentes. Iosephus verò dicit, quod ciues non curabant de consideratione qua exploratores isti singula quæq; intuebantur, quia putabant eos tanquam peregrinos, inuisa libenter aspicere. Circa hæc, duo quæruntur: Primo, cur Iosue vir sanctus misit exploratores, cũ explorare videatur actus iniquus & fallax. Propter quod Ioseph quasi reprehensoriè dixit fratribus suis: Exploratores estis. Secundo, cur fecit terram & vrbem Hiericho explorari, quasi ad sciendum, qualiter posset eas acquirere, cùm ex promissione diuina certus esse debuerit, quod eas Deo auxiliante faciliter obtineret, non obstante quacunq; terræ & vrbis ac habitatorum fortitudine. Respondendum ad primum, quod sicut in iustis prælijs licet vti insidijs, vt infra dicetur, ita & exploratione. Est itaq; exploratio duplex: Vna, quæ venit ex zelo iustitiæ, & ordinatur ad iustum triumphum, & hac vsi sunt Moses & Iosue. Alia, quæ ex odio, cupiditate, ambitione, & simili procedit radice, atq; ad iniustam aliorum oppressionem ordinatur, de qua locutus est Ioseph. Ad aliud respondendum, quod quanuis Iosue certus fuit de veritate promissionis diuinæ, non tamen omisit facere quod in se erat. Circa hæc quidam facit prolixum tractatum, aut missi sunt isti exploratores ante finem luctus Mosis, & approbat opinionem Rabbi Salomonis, dicentis, quod missi fuerunt antequam finiebantur triginta dies luctus deflentium Mosen: sed huius oppositum magis approbatum est primo articulo. Probatio quoque Rabbi Salomonis procedit ex incerto, quoniam dies obitus Mosis ignoratur, & quanuis à principio fuisset descriptus in annalibus Iudæorum, illa tamen descriptio (vt probabile est) postea fuit deleta, præsertim tempore Babylonicæ captiuitatis, vel in alijs cladibus Hebræorum, in quibus libri eorum ab infidelibus fuerunt combusti. Deniq; vt Rabbi Paulus fatetur, & facile est pensare, Rabbi Salomon fuit nouitatum confictor, & de vana curiositate notatur. sed quia de ista re parua vis est, transeo. [Et dixit eis: Ite, & considerate terram vrbemq; Hiericho.] Non præcepit eis totam terram illam perambulare & considerare, sed eam quæ iuxta Hiericho erat, an scilicet fertilis esset seu populosa, an etiam Hiericho esset vrbs populosa atque munita. [Qui pergentes, ingressi sunt domum mulieris meretricis] in Hiericho habitantis, [nomine Rahab, & quieuerunt apud eam:] id est, se repausabant, & recumbebant fortassis post laborem itineris, considerationemq; vrbis. Communiter dicunt expositores sancti, quod Rahab hæc, extitit meretrix saltem ad tempus, cuius oppositum tenet Lyra, eo quod Salomon filius Naasson principis tribus Iudæ, duxit eam vxorem. Sed quia Septuaginta transtulerunt meretricem, & scriptura canonica eam sic nominat, vt patet in canonica Sa. Apostoli Iacobi, asserentis: Rahab meretrix nonne ex operibus iustificata est? Hinc potius reor, quod meretrix fuit, non tamen opinari oportet, quod penitus publica, sed eo modo, quo in scripturis fœminæ incontinentes, & quæ pro notabili præcio possunt acquiri, meretrices vocantur. Ad obiectum verò dici potest, quod post suam conuersionem ad iudaismum, facta sit valde proba. Idcirco ob eius probitatem, virtuositatem, & propter fidelitatem quam exploratoribus exhibebat, Salmon eam honorauit, ac duxit in coniugem, & forte aliundè fuit mulier apta, vtpotè speciosa, prudens & opulenta. De isto super Matthæum plenius scripsi. Veruntamen vt probabiliter dicitur, translatio Chaldaica habet, ingressi sunt domum mulieris hospitalariæ, & dictio Hebraica ad designandum meretricem & venditricem victualium, est æquiuoca. vndè dicunt Hebræi nonnulli, quod meretrix fuit, & hospitium tenens, propter quod exploratores diuerterunt ad domum eius, non ad fornicandum, sed quoniam domus eius fuit communis: sic minus obseruabantur introeuntes in eam. [Nunciatumq; est rei Hiericho] hora cœnæ, [& dictum: Ecce viri ingressi sunt huc per noctem,] id est, tempore vespertino in ipso crepusculo, quando intrantes minus inspiciuntur. [de filijs Israel, vt explorarent terram.] forte quod aliqui existentes in domo Rahab, coniecerunt & nunciauerunt hoc regi, vel custodes portarum qui diligenter considerabant intrantes per portas. [Misitque rex ad Rahab meretricem, dicens: Educ viros qui ingressi sunt domum tuam,] id est, duos illos Hebræos propala, & fac exire. [Exploratores quippe sunt, & omnem terram] huius regionis [considerare venerunt.] hoc suspicabatur rex Hiericho. Porro secundum Iosephum, rex voluit per tormenta extorquere à viris illis cur venissent. [Tollensque mulier viros, abscondit.] Hoc fecit antequam nuncij regis venerunt ad eam, vel in loco secretiori posuerat eos. Estque

Marginal notes: Iose. lib. 4 ant. iu. c. 7. — Genes. 42. — Iosu. 3. 14. — Num. 13. 12. — Genes. 42. — Rab. Salo. Iosue 1. — Rab. Paul. — Ra. Salom. nouitatum confictor. — Iaco. 2. — Iose lib. 5. ã. Iu. cap. 1.

Estq; probabile, quod exploratores considerauerunt vel timuerunt se esse notatos, & ideo petierunt abscondi. Nec enim Rahab abscondit eos, nisi ad ipsorum petitionem: nisi forte dicatur quod ante aduentum nunciorum regis, ipsa quoq; pensauerit quod erant de filijs Israel, & ideo auisauerit eos atq; suggesserit, ꝙ permitterent se abscondi. [& ait] nuncijs regis: [fateor venerunt ad me, sed nesciebam vndè essent. Cumq; porta clauderetur, in tenebris & illi pariter exierunt: nescio quò abierunt, persequimini cito, & compræhendetis eos.] hoc fuit mendacium officiosum propria causa prolatum, videlicet pro ereptione exploratorum, & suijpsius ac suorū à morte: ideo modicæ fuit culpæ. [Ipsa autem fecit ascendere viros in solariū domus suę:] quod fecit vel ad virorum petitionem, vel ex propria suggestione, vt tactum est, vel secundum Iosephū vt vbi cœnarent. [Operuitq; eos lini stipula quæ ibi erat] Alia litera habet, stuppa. & secundum Magistrum in historijs, stipulam illam super murū siccauit. [Hi autem qui missi erant,] videlicet nuncij regis, [secuti sunt eos.] Non quod veraciter secuti sint exploratores, qui adhuc erant in ciuitate, sed secundum suam æstimationem sequebantur eos, quos putabant ante se currere. [per viam quæ ducit ad vada] hoc est, aquas [Iordanis. Illisq;] nuncijs regis [egressis, vrbem, [statim porta] ciuitatis, per quam exibant, [clausa est,] ne exploratores aut alij aduersarij vrbem de nocte intrarent. Quidam tamen exponunt, quod nuncijs egressis domum Rahab, statim porta seu ianua domus Rahab sit clausa ab ea, quatenus conuenientiùs absconderet exploratores, nullo ingrediente in domum eius. sed prima expositio aptior est. [Necdum obdormierant qui latebant.] homines nanq; in timore atq; periculo constituti, non citò obdormiunt præ inquietudine cordis & imaginationis. Vndè & Nabuchodonosor perterritus: Somnus, inquit, recessit à me. [Et ecce mulier ascendit ad eos, & ait: Noui quod dominus tradiderit vobis terram:] i. certa sum quòd DEVS vester qui est omnium dominus, dare decreuit, & protinùs dabit vobis vniuersam hanc terram Chanaan. Secundum Originem, meretrix ista facta est prophetissa: non quod verè habuit spiritum prophetiæ, sed quoniam instar prophetarum, de futuro per modum præteriti est locuta propter certitudinem rei. Illud autem sciuit futurum, præcipuè ex duobus. Primo, ex deiectione cordis Chananæorum. qui enim sic timent, vinci consueuerunt. Secundo, ex mirabilibus quæ Deum Hebræorum fecisse audiuit, hoc est, quod subditur: [Etenim irruit in nos terror vester] id est, formido de vobis concepta, impetuosæ incidit cordibus nostris. [& elanguerunt] id est, mente infirmati sunt, [omnes habitatores terræ.] Istius, quoniam robur & animum spemque præualendi amiserunt. [Audiuimus quod siccauerit dominus aquas maris rubri ad introitum vestrum.] Esse humidum, inseparabile est ab aqua. Ideo a qua ꝓpriè non siccatur. Itaq; sensus est, ꝙ dn̄s siccauit fundum maris rubri, remouendo aquam ab eo ad spatium certum. [Dn̄s enim Deus vester, ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum:] i. cælestium atq; terrestrium, imo & vniuersorū. hoc mulier ista ꝑpendit ex supernaturalibꝰ Dei effectibus, & qm̄ dij Aegyptiorum & Amorrhæorū, nō potuerunt suis subuenire cultoribus nec Deo resistere Hebræorum. [Nūc ergo iurate mihi ꝑ dn̄m, vt quomodo ego feci vobiscū misericordiā,] i. pietatis effectum, ita & vos faciatis misericordiā cum domo patris mei] i. cum parentibus meis & posteritate seu cognitione ipsorum, [detisq; mihi singnum verum] veritate rei, puta reale & certum indicium, [vt saluetis] i. de hoc quod saluabitis [patrem meum & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis animas nostras] i. nosipsos seu vitam nostram animalem corporeā, [de morte violētia] videlicet de interfectione, qua Hebræi occident populum huius vrbis ac regionis. [Qui responderunt: Anima nostra sit pro vobis in mortem,] i. nosipsi occcidamur, [nisi eripuerimus vos de morte. Istud fuit æquiualenter iuramentū per execrationem, quemadmodùm illud Apostoli 2. Cor. 1. Ego testē inuoco Deum in aīam meā Itaq; anima nunc sumitur ꝓ toto cōposito, cuius ipsa est pars principalis: vel ꝓ vita animali, quā diffundit in corpus. Rationalis etenim anima, immortalis est quātum ad suā essentiam. [Cumq; tradiderit nobis dominus terrā, faciemus in te misericordiam] sicut petisti, [& veritatē] i. iuramēti huius verificationē seu adimpletionē. [Dimisit ergo] i. deposuit [eos ꝑ funem de fenestra] sui solarij. [domus em̄ eius herebat muro.] Circa hoc refert Lyra: Hebræi q dicunt Rahab fuisse meretricem, affirmāt, quod per funē illum consueuit suos recipere atq; dimittere amatores. sed non videtur, ꝙ rectores ciuitatis hoc ꝑmisissent, præsertim nocturnis temporibꝰ. At meretrices quoq; sit patēs, nō talis furtiuus & latēs, ingressus. [Dixitq ad eos: Ad montana conscendite] diuertēdo à recto itinere, [ne fortè occurrant vobis reuertētes [nuncij regis. [Ibiq; latitate diebus tribus, loquēdo de diebus naturalibus qui noctē includunt, [donec redeāt, & sic ibitis per viā vestram. Qui dixerunt ad eā: Innoxij erimus à iuramento hoc quo adiurasti nos] i. ad id non erimus obligati, nec eius transgressio imputabitur nobis ad culpam, [si ingredientibus nobis terram.) quando videlicet omnes simul cum Iosue principe nostro intrabimus terram hanc, (signum non fuerit funiculus iste coccineus:) i. rubeus, per quem deponis nos, (& ligaueris eum in fenestra, per quā dimisisti nos:) vt funem istum adspiciēdo, cognoscamus domum tuā hoc signo. (vt patrem tuum ac matrē, fratresq; & omnem cognationē tuā cōgregaueris in domum tuā.

Qui

Per. Com. hist. 2. li. 2.

Dani. 2.

Actorū. 10.

Origenes.

Exo. 14.

Qui ostium domus tuæ egressus fuerit] die quo vrbem istam vastabimus, [reus erit. Sanguis ipsius erit in caput eius.] i. effusio sanguinis sui seu interfectio eius, iustè imputabitur ei [& nos erimus alieni] ab eius interitu, ita quòd in culpa non erimus. [Illi verò] scilicet exploratores isti, qui & gratias retulerunt Rahab meretrici, secundum Iosephum, [ambulantes, peruenerunt ad montana, & manserunt ibi] videlicet in montanis, [per tres dies, donec reuerterentur qui fuerant persecuti] Ex quo apparet, quod nuncij regis Hiericho, per tres dies quærebant exploratores, perscrutando eos hincinde per diuersa diuerticula atq; latibula. Vt fertur, Hebræi dicunt quod reuelatum fuit huic Rahab, quod tantum tardarent. sed non videtur quod Deus hoc magis reuelauerit Rahab, quàm exploratoribus ipsis. Idcirco apparet quòd Rahab ex humana prudentia & coniectura suggessit exploratoribus latitare triduo in montanis, quoniam non putauit nuncios regis vltra tres dies extra oppidum tardaturos. [Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte,] in cuius se latibulis absconderunt, & *transito Iordane] forsan nauigio, [venerunt ad Iosue, narraueruntq; ei omnia quæ acciderant sibi.] Non soli Iosuæ, sed & alijs, saltem principalioribus, illa narrabant. Deinde relata sunt populo toti, sed Iosue tanquam principalis exprimitur. [atque dixerunt: Tradidit dominus in manus nostras omnem terram hanc.] propter certitudinem & euidentiam rei futuræ, loquebantur de ea quasi de re gesta. [& timore prostrati sunt cuncti habitatores eius] ita quòd passio timoris carnalis ac mundani, & etiam naturalis, deiecit corda eorum, nec per virtutem fortitudinis, aut per iudicium rationis timorem illum queunt abijcere ac frenare. Iof. lib. 5. 4. Iudi. cap. 1. *trāsmisso

De mystico huius secundi capit. sensu. *Articu.* 4.

PER Iosue, iuxta præhabita, intelligitur CHRistus mundi saluator, qui misit duos exploratores in abscondito, per quos possunt intelligi angeli sancti inuisibiliter missi in mundū, & item sancti prædicatores, duo quoq; testaméta quibus præcepit: [Ite, & considerate terram vrbemq; Hiericho,] i. habitatores terræ, & eos qui sibi in seculo isto loca construxerunt munita. Angeli nanq; ad homines missi sunt, ad intuendum ac subleuandum eorum calamitates, atq; ad illuminandum ac dirigendum corda eorum. Similiter prædicatores misit Christus in mundum ad explorandum salubriter mores ac vitia hominū, non principaliter ad sciendum, sed ad conuertendum, ac saluandum secularium mentes: quod factum est per prædicationem ac doctrinam vtriusq; testamenti. [Qui ingressi sunt domum meretricis nomine Rahab, & quieuerunt apud eam.] Per Rahab quę interpretatur latitudo, designatur gentilitas, quæ erat per totum mūdum diffusa. Ad gentiles ergo tam angeli, quàm Apostoli ac reliqui prædicatores, quamplurimi, accesserunt pro informatione, conuersione, & saluatione ipsorum, multoq; tempore apud ipsos manserunt. Vndè & Christus ascensurus in cælū, dixit discipulis suis: Euntes docete omnes gentes. Paulus quoq; & Barnabas ingratis incredulisq; dixerunt Iudæis: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, eccè conuertimur ad gentes [Nunciatumq; est rei Hiericho,] Per regem Hiericho, intelligitur princeps tenebrarum, quem saluator principem mūdi appellat; Cui angeli satanæ retulerunt, quanta bona, quantūq; fructū, & quantam salutem tam angeli sancti quem Christi discipuli fecerunt tempore Euangelicæ legis, præsertim in exordio primitiuæ Ecclesiæ vbiq; terrarum in Gentibus: quod princeps caliginis impatientissime ferens, per suos satellites suggessit ex gentilitate conuersis, vt educerent viros qui introirent ad eos, id est, nec angelicis inspirationibus, nec Apostolicis prædicationibus consentirent, sed repellerent nuncios veritatis & angelos lucis à se, qui venerunt regnū mundi auferre diabolo, & addere Christi regno. Denique per regem Hiericho, etiam infideles principes, seculares tyranni, atque hæretici figurantur, qui consentientes diabulo, multiplicetur nisi sunt Euangelicæ legis prædicationem, & fidem gentilium, aut catholicam veritatem ac dogmata impedire. [Tollensque mulier viros, abscondit.] Per Rahab iam conuersam, meritò designatur Ecclesia ex Gentibus adunata, quæ olim spiritualiter cum idolis ac dæmonibus, carnaliter quoque cum carnalibus fornicabatur: quæ & per fornicariam ab Osee sumptam. exprimitur hæc sic cōuersa, abscondit viros, quia doctores ac prædicatores sanctos intra se fideliter conseruauit. Immò & à tyrannorum persequutionibus occultauit frequenter. [& ait: Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam vndè essent.] Gentiles quippe ante Euangelicæ legis disseminationem, tam angelorum quàm Apostolorum originem, proprietatem, obsequia ignorabant. [Cumque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt.] Porta in tenebris clauditur, dum mens humana, ignorantiæ & infidelitatis caligine inuoluta, angelicis inspirationibus, prædicationibus quoque sacris aditum & introitum negat, ita quòd tunc ab indurato animo angeli & prædicatores interdum recedunt, saltem ad tempus. [Nescio quò abierunt.] Pergunt enim quò eos dirigit Dominus: sed quò, homines sæpè latet. [Persequimini citò.] Hoc ironice accipi potest. [Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ.] Solarium domus Ecclesiæ est mens deuota, seu mysticus intellectus scripturæ, vel Ecclesiastica dignitas, contemplationisuè gratia. Ad hoc solarium rogauit Ecclesia prædicatores sanctos ascendere, Mat 10. 28. Marc 16. Acto 13. Ephes. 6. Ioann 12. 14. 16. Osee 1.

& in

& in secretis Deo intendere, ac pro alijs exorare, præsertim tempore persecutionis. [Operuitq; eos lini stipula.] induxit enim eos ad hoc, quod pro reconciliatione & conuersione Gentilium, exercuerunt opera rigorosa, & humiliauerunt se valde prostrati in terram, propriæ mortalitatis & fragilitatis considerationibus, quasi stipulis se cooperientes: quibus in orationibus, abstinentijs, disciplinis adhuc vigilantibus, conuersa gentilitas est locuta: [Noui quod tradiderit dominus vobis terram.] Ex prædicatione nanq; Apostolorũ cognouit, quod iuxta prophetarũ oracula, totus mundus fuit per Apostolos & coadiutores eorũ conuertendus ad Christum, qui iam tot & tãta peregit prodigia. Vnde & timor iudicij exercendi per Christũ, penetrauit corda multorum nec ausi fuerũt resistere. Itaq; qui sic conuersi fuerunt, pro aliorum, præsertim domesticorũ suorum conuersione & salute fuerunt soliciti. & orauerunt Christi discipulos, vt opem & salutem procurarent eisdem. Quibus responderunt discipuli, quod vniuersi in domum Ecclesiæ conuenientes & conuersis consentientes, essent saluandi: qua pactione adepta, permiserunt, qui iam ad fidem venerunt, sanctos prædicatores ad alia transmigrare. Immo rogabant, vt tyrannorum persecutiones declinarent ad tempus. Vnde quemadmodùm extra domũ Rahab, nullus in Hiericho mortem euasit, sic extra Ecclesiam nemo potest saluari. Per funem autem coccineum, crux CHRisti quæ est signum Salutis, exprimitur. Postremò, quod Rahab viros dimisit in sporta de suo solario, hoc designat, quod de altitudine contemplationis ad labores actionis permisit Ecclesia suos transire doctores, quibus & adminicula impendit humana.

Eccles. 7.

Elucidatio literalis Capituli tertij: Igitur Iosue de nocte consurgens.

Articulus quintus.

Idem 2. IN fine præcedentis capituli dictum est, quemadmodùm exploratores reuersi dixerunt: Tradidit dominus in manus nostras omnem terram hãc. Quo audito Iosue animatus, fecit quod in isto recitatur capitulo. [Igitur Iosue de nocte] id est valde manè [consurgens,] sicut præcedenti capitulo scriptum est, quòd exploratores ingressi sunt vrbem Hiericho nocte, id est, de vespere. Cùm enim vespera & aurora sint diei ac noctis confinia, vtroq; exprimuntur extremo. [mouit castra] i. populum excitauit ad pergendum. [Egredientesque de Sethim] videlicet loco in campestribus Moab sito, [venerunt ad Iordanem ipse & omnes filij Israel, & morati sunt ibi per tres dies.] Circa hoc scribit quidam: Dicunt expositores nostri, quod causa huius more fuit, quoniam aqua Iordanis excreuerat. Ideo ibì steterunt, quousque aliquantisper decreuit, quod consequenter reprobat, quia (vt ait) in Hebræo habetur: Et Iordanis impleuerat super omnes ripas suas in omnibus diebus messis, qui dies durant per duos menses secundum Hebræos. si ergo causa moræ, fuisset excrescentia aquæ, stetissent ibi satis plùs quam per dies tres. Ideo aliter dici potest, quoniam Iosue expectauit reuelationem de modo transeundi, quæ facta fuit ei vltima illarum trium dierum, & tunc in crastino transierunt Iordanem. Circa hæc dico, verum esse, quod Magister in historijs & alij quidam affirmant, aquas Iordanis tunc excreuisse ex niuium quæ in montibus erant resolutione, atque ex imbre serotino tunc nouiter dato, quod etiam tangit Glossa. Nec tamen Magister in historijs, nec Glossa, nec alij expositores communiter assignant hoc pro causa moræ præfatæ. Ideò dato quod aliqui assignent hoc pro causa, non tamen ob hoc dicendum est absolutè, quod doctores nostri hoc dicant, quasi omnes aut communiter dicant hoc. Iosephus quoque tangit, quod propter magnitudinem aquæ, Iosue timuit transitum fluminis, sed infra duos dies Deus minuit aquam, & prædixit ipsi Iosuæ, quod fluuium illum faceret ei & suis transire. Insuper, quod dicit præallegatus, ipsi Iosue factam reuelationem de modo transeundi Iordanem tertio die, incertum est. Quanuis nanque dicatur in textu, Dixit Iosue ad populum; Sanctificamini, Cras enim faciet dominus inter vos mirabilia: ex hoc tamen non sequitur, quod tertio die illo, & non antè, dominus reuelauerit ei mirabilia illa, seu modum transeundi per fluuium. Hinc dicendum videtur, quod ex dispositione diuina quieuerunt circa Iordanem tam diu, quatenus tanto tempore cõsiderando, quam impossibile eis esset per naturam pertransire Iordanem, postea magis commendarent supernaturalem Iordanis desiccationem ac transitum.] Quibus euolutis, trãsierunt præcones per castrorum medium, & clamare cœperunt.] Istud fecerunt præcones tertio die. Ideo non est intelligendum, quod tribus illis diebus ex toto euolutis hæc fecerint, sed duo dies erant omnino finiti, & tertius partim. Sicq; per synecdochen dicuntur tres dies euoluti. [Quando videritis arcam fœderis domini Dei vestri.] id est, arcam testamenti, in qua erant tabulæ testamenti siue decalogi, [& sacerdotes Leuiticæ stirpis,] quia de stirpe Leui erant per Amram & Aaron, [portantes eam, vos quoque consurgite] id est, in actum proficiscendi vosipsos extendite, [& sequimini præcedentes,] videlicet sacerdotes arcam portantes.] Sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duûm millium] id est, interuallum duorum millium cubitorum, [vt procul magis videre possitis:] arcam inuolutam, seu eam portantes. Non autem licuit eis videre arcam non coopertam. [& nôsse per quam viam ingrediamini, quia priùs non

Iosu. 2.

Pet. Co. hi. li. Io. cap 3.

Iose. lib. 5. ant. iu. ca. 1.

Idem.

Exo. 14.

non ambulastis per eã.]Népe vt loquitur Augustinus,in tanto agmine non potuisset arca à cun- Augu. libr.
ctis videri,si iuxta eam transissent nec viam directam omnes vidissent,si iuxta sacerdotes perre- Iosuæ quæ-
xissent quidã eorum. Circa hoc scribit quidam:Ex hoc patet,ꝙ alio ordine arca tunc portabat stio. 3.
quam antè in castrorum motionibus per desertum:qa in illis motionibns sex Tribus præcede-
bant arcam, & sex sequebantur. Cui dicto contrariariari videtur,ꝙ Num.2.describitur , quem-
admodùm in motionibus castrorum tres tribus præcedebant,& primo egrediebantur ad orien
tem,deinde tres ad piagã meridianã:tres quoq; ad Aquilonem,& tres vltimæ ad occidentẽ. Ve-
rùm est tamen,ꝙ arca nunc portabatur ab alijs quam tunc:qa vt Nu.4.habetur, tunc portabatur
inuoluta à Leuitis filijs Caath,nunc verò à sacerdotibus. Præterea ex prædictis elicit Augustin. Aug li.Ios.
ꝙ ducatus nubis seu præcessio columnæ nubis,defecit iam. Alias non fuisset necesse , sacerdotes quæstio.3.
per tantum interuallum sic sequi. Præterea,de quantitate horum cubitorum est duplex opinio:
Vna dicentium,quod singuli continebant longitudinem pedis ac medij. Alia,ꝙ duorum longi-
tudinem pedum continebant.[Et cauete ne appropinquetis ad arcam]vltra terminum iam præ
dictum,quia hoc esset contra præceptum,& impeditiuum noticię recti itineris. [Dixitq; Iosue
ad populum:Sanctificamini]i.deuotè disponite vos ad videndum mirabilia Dei cras, ab ample
xibus abstinendo,orationibusq; vacando.[cras em̃ faciet dñs inter vos mirabilia:] quæ paulò-
post in isto continentur cap.& quia miraculosi illi effectus fiebant pro Hebræorum multiplici
vtilitate,debebant Deo grati consistere,& ei in suis operibus decenter occurrere.[Et ait ad sa-
cerdotes:]Secundum quod Thomas declarat in libro de regimine Regũ,non solum apud Gen
tiles,sed etiam inter Hebræos,principes seculares seu reges erant sacerdotibus & pontificibus
superiores,qm̃ illorum sacerdotium fuit carnale magis q̃ spirituale. Carnalia em̃ sacrificia immo
labant.sed longe aliter est in Euangelica lege. Hinc Iosue sacerdotibus præcipere potuit,& prę-
cepit:[Tollite arcam fœderis]dñi,eã portando:quæ qualiter fuit portanda,in Exordio partim Exodi.25.
describitur,& vt apparet,portabatur à quatuor.[& præcedite populum. Qui iussa complentes,
tulerunt & ambulauerunt ante eos. Dixitq; dñs ad Iosue:Hodiè incipiam exaltare coram omni Iosuæ.1.
Israel,vt sciant quod sicut fui cum Mose.ita & tecum sim.]quod qualiter verum sit, in primo ar Numer.25.
ticulo diffusè expositum est. Sed his obijci potest:Dñs enim incepit Iosue exaltare. quando Mo Deuter.31.
si reuelauit,quod ipse Iosue succederet ei in principatu:deindè exaltauit eum per Mosen,quan-
do Moses hoc ipsum populo recitauit:& tertiò magis, quando post mortem Mosis p̃fecit eum
populo Israel vniuerso. Quomodo ergo nunc cœpit eum exaltare ? Et respondendum , quod i-
stud intelligendum est de exaltatione facta per signum exterius miraculosum,sensibile,atq; de
manifestatione exaltationis prælaticę prius collatæ,sicut & Christus post suam resurrectionem Matth.28.
locutus est. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra,quæ tamen iam ante ei fuit donata.
De Samaritanis quoq; in Actibus fertur , quod spiritussanctus nondum venit in quenquam il- Actor.8.
lorum,puta per signum sensibile. Inuisibiliter tamen venit ante in eos,quãdo à Philippo diaco-
no baptizabantur.[Tu autẽ præcipe sacerdotibus q portant arcã fœderis,& dic eis:Cum ingressi
fueritis partẽ aquæ Iordanis,state in ea.]Circa hoc scribit Lyra. Dicunt Hebræi quo à sacerdo-
tes steterunt in Iordane propè ripã,p quã ingrediebantur, quousq; totus populus pertransiuit.
quod re℗bat Lyra,qm̃ infrà habetur,ꝙ stabãt in medio Iordanis. Veruntamẽ quicquid de veri-
tate sit huius dicti,hæc reprobatio non cõuincit. Dicitur em̃ aliqd esse in medio,non solùm, qm̃
æque distat ab vtroq; extremo,sed etiã qm̃ inter duo extrema cõsistit,quẽadmodùm Ezech.26.
fertur de Tyro:Siccatio sagenarũ erit in medio maris. Ipsaq; Tyrus in corde et in medio maris Esai.23.
sita fuisse in Prophetis describitur . Immò talis modus loquendi,frequens est in scripturis. Præ- Hiere.25.
terea,quod sacerdotes steterunt cum arca non longè à ripa,videtur ex eo ꝙ paulò post legitur: Ezechi.26.
Cùm posuerint sacerdotes vestigia pedũ suorum in aquis Iordanis, aquæ inferiores decurrent 27. 35.
atq; deficient. Itemq;:Ingressis eis Iordauem,pedibus eorũ in parte aquæ tinctis, steterũt aquæ,
&c.[Dixitq; Iosue ad filios Israel;Accedite huc,& audite verbũ domini Dei vestri.]Dicunt qui-
dam,quòd Iosue dixit verba ista principibus populi,nó populo toti, quoniã totus populus non
potuisset verba eius audire. Sed istud nó videtur textui consonare,quoniam euidẽter affirmar,
quod dixit ista generaliter ad filios Israel : quos & ideo conuocauit, vt omnes, quantùm fieri
potuit,eum audirent. Quemadmodùm autem Aaron frequenter loquebatur ad populum vni-
uersum,ita & Iosue omnibus poterat loqui:multiq; dum congregantur,in satis paruo stant lo-
co. Immo & dominus vocẽ Iosuæ potuit confortare. [in hoc, inquit , scietis ꝙ dominus viuens]
qui essentialiter viuens est,& ipsa purã & actualissima vita,[in medio vestri est,]i. in cordibus
vestris per gratiam,seu paratus est vobis assistere,[& disperdet in cóspectu vestro Chananęũ,&
Ethęum,& Heuęum,& Pheresęum,Gergesęum quoq; & Iebusæum,& Amorrhæum,]tradendo
eos in manus vestras,aut aliter occidendo,vt infrà in textu habetur.[Ecce arca fœderis dñi an-
tecedet vos p Iordanẽ,]hoc est,p hoc opus supernaturale,scietis,ꝙ dico,secundũ quod causa p
effectum suũ cognoscitur. [Parate duodecim viros de duodecim tribubus Israel, singulos per
singulas tribus;]i.de qualibet tribu Israel eligite vnum virum,[vt]duodecim viri illi tollant de

Iosue 4. medio Iordanis deficcati duodecim saxa, vt in sequenti recitatur capi. [Et cùm posuerunt vesti-
De con. di. 2. ca Re. ucrà. gia pedũ suorum sacerdotes, qui portant arcam fœderis domini Dei vniuersę terræ, in aquis Ior
danis, aquæ quæ inferiores sunt,] hoc est, quę infra eorum pedes extiterunt, [decurrent] in feri-
us more solito [atq; deficient:] i. vltra non operient fundum Iordanis per spatium competens.
[quę autem desuper veniunt, in vna mole consistent: ascendendo in altum, vt infra habetur. [Ior
danis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat,] hoc est vsque ad ripas fuit aquis impletus, vt moris est ei tempore messis triticeæ. Circa quod dicit quidam: Non potest intelligi, quod
tunc grana communiter colligebantur, quia decima die mensis primi transierunt Iordanem. sed
contra hoc videtur. quod ait Glossa, ꝙ tunc messis fuit, incredibile videtur regionibus nostris.
Ibi aũt, vt perhibent qui nouerunt, in principio veris, ex tritici messis. & ista Glossa ex verbis Au
Aug li. Ios. quæstio. 3. gustini videtur sumpta. Porro quod Iordanis tunc redundet, impleaturq́; aquis, patet per illud
quod Ecc. 24. fertur de Salomone: Qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. [steterunt
aquæ Iordanis] videlicet quæ venerunt à loco & situ altiori, loco in quo sacerdotes steterunt,
[descendentes in loco vno, & instar montis intumescentes, apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Edom, vsque ad locum Sarthan. Quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis, quod
nunc vocatur mortuum, descenderunt.] Lacus ille vocatur mare, iuxta proprietatem linguę Hebręæ, qua quæcunque grandis aquarum collectio mare vocatur. Vocatur quoq; mare solitudinis, ratione situs, cum sit iuxta desertum Sin. Vocatur insuper mare mortuum, quod propter spissitudinem & immunditiam aquarum suarum, pisces in ea viuere nequeunt. Est item maximè amarum & salsum, propter quod mare salsissimum appellatur. sed & vestes in eo magis macularentur, quam purgarentur. De hoc mari Gene. 14. dictum est, de quo & philosophus 2. Meteororum locutus est, per quem lacum currit Iordanis.] Aquæ autem inferiores decurrebant, quousque omnino deficerent] ab intuitu atque præsentia populi Israel. [Populus autem incedebat contra Iordanem.] Ambulabant enim filij Israel in medio fundi Iordanis per latitudinem eius. Sicque à latere fuit eis aqua Iordanis eleuata in altum, & ex opposito eis ad latus. Deniqueſecundum Magistrum in historijs, Mulieres ac paruuli pergebant in medio inter viros, quia secundum Iosephum metuebat, ne vim in flumine paterentur. Leuitæ quoque
Pet Co hi. li. Io cap. 3. Ios. lib 5. ã. Iudi. cap. 1. sequebantur sacerdotes, & portabant tabernaculum ac vasa ipsius, & filij Ruben ac Gad, & media tribus Manassæ, omnes alios præcesserunt armati, secundum quod Mosi promiserunt. Postremo & hoc fuit mirabile, quod fundus Iordanis fuit repentè ita siccatus, quod durus ac permeabilis, non lutosus, tunc fuit, Circa hæc quæri potest. Cur supersapientissimus DEVS aliter
diuisit mare rubrum, aliterq́. Iordanem. Siquidem mare ita diuisit, ꝙ aquæ erant pergentibus
Exodi 14. per fundum siccatum quasi muri ab vtraq; parte. Ad hoc aliquis dicere posset: Quis consiliarius
Esai 40. eius fuit? Attamen ad literã dici posset, ꝙ Deus omnipotens & excelsus voluit omnipotentiam
Roman. 11. suã in aquis diuersimodè demõstrare. Potest & mystica ratio dari, quæ sequenti tangeť articulo.

¶ *De spirituali huius tertij capituli sensu.* *Artic. 6.*

IGitur Iosue de nocte consurgens, mouit castra, i. dñs & saluator humanã naturã assumens &
incarnatus, in publicũ veniens, dum nox ignorãtiæ & peccati in mundo præualuit, sua prædi-
Mat. 4. catione, suisq́; miraculis, virtutibus & exemplis corda hominũ ad pœnitentiã excitauit, dicendo: Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnũ cælorũ, [Egredientesq́; de Sethim, venerunt
ad Iordané ipse & omnes filij Israel.] Sethim interpretatur spina. Per quod remorsus conscientiæ & vitiorũ punctura signantur. Christus itaq; sibi omnes obtemperantes, à conscientia praua
& vitiorũ mordacitate, ad humilitatis descensum gratiãq; baptismi, q́ per Iordanem significať,
perduxit. [& morati sunt ibi ꝑ tres dies.] Docuit em̃ dñs Iesus vniuersos se comitantes, cõtritioni cordis, cõfessioni oris, & operibus satisfactionis insistere, atq; de statu incipientiũ ad statum
ꝓficientium, de statu quoq; proficientiũ ad statum ascendere perfectorum. [Quibus euolutis,
transierunt præcones per castrorũ medium, & clamare cœpernnt.] Isti pręcones fuerunt duode
Matth 10. cim Apostoli, & Septuaginta discipuli à Christo ad prædicandum directi, qui per populos Iu-
Lucæ. 10. dęorũ ac Paganorum pergentes, euangelizarunt. [Quãdo videritis arcã fœderis dñi Dei vestri
& sacerdotes portantes eã, cõsurgite, & seqmini præcedentes.] Per arcã fœderis Dei, intelligiť
hũanitas Christi, ꝑ quã mũdus recõciliatus est Deo, quã sacerdotes & prędicatores in cordibus
suis ꝑ fidé & charitaté, atq; ꝑ pdicationis obsequiũ obtulerũt longe ac latè ad alios, sicut de Pau-
Roman. 5. Actor. 9. lo apostolo dixit saluator: Vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meũ corã regibus & gétibus & filijs Israel. Pręcederunt ergo Apostoli, vt vulgares ac subditi imitarenť doctrinam, virtuososq́; actus sacerdotũ & superiorũ suorũ. [Sitq́; inter arcam & vos spatiũ cubitorũ duũ millũ.]
Necesse est em̃, vt vniuersi credétes, præsertim inferiores ac laici, fateantur se à Christi hominis
perfectione, tã contemplatiua q̃ actiua remotissimè distare atq; deficere: Nec eius incarnationis
Matth. 7. Matth. 19. mysteriũ præsumãt discutere, vt procul per humilé fidé adspiciãt Christũ, & viã salutis agnoscãt,
Ioan. 14. de qua ipse testať: Arcta est via quæ ducit ad vitã. Et: Si vis intrare ad vitã, serua mandata. Itemq́;
Ioann. 12. Ego sum via, veritas & vita. Et; Qui mihi ministrat, me sequatur. [Et ne appropinquetis ad arcam:]

cam:]i.Christi mysteria & incomprǽhensibilia fidei suæ testimonia, præsertim deitatem ipsius, nó præsumatis irreuerenter scrutari,aut in hac vita comprǽhendere velle.Nam si bestia tetigerit montem,lapidari precipitnr. Oza quoq; qui tetigit arcam,percussus est.Immò Bethsamitæ qui eam viderunt,cæsi sunt plaga magna vehementer,vt 1.Reg.6.describitur.[Dixitq; Iosue ad populum:Sanctificamini]Hoc Christus omnibus ꝓdicauit,qñ ꝑ se & suos Apostolos inuitauit homines ad sui baptismi susceptionem.[Cras enim faciet dominus inter vos mirabilia.]Verè mirabilia fecit Deus Trinitas in vniuersis credentibus,qñ ꝑ Christi baptismum contulit eis omniũ remissionem peccaminum.Quod & sublimiter fecit,quando post CHRisti ascensionem misit Deus pater in signo visibili spiritũsanctum in baptizatos.[& ait ad sacerdotes:Tollite arcam, & præcedite populum.]Christus quippe suis iussit discipulis, vt suæ humanitatis mysteria, euangelicam sapientiam & crucis vexillum omnibus annunciarent,& viam salutis,docendo ac conuersando,immò & mortem ꝓ fidei veritate fortissimè sustinendo,monstrarent, qui totum hoc fidelissime impleuerunt.[Dixitq; dñs ad Iosue:Hodie incipiam te exaltare coram omni populo Israel.]Deus pater ab exordio incarnationis & natiuitatis Christi, eum multipliciter exaltauit,ꝓut Euangelistæ testantur. Verum post resurrectionem in die Pentecostes eum ꝑcipue exaltauit,mittendo spiritumsanctum in igneis linguis super Apostolos. cęterosq; existentes cum eis,quos & omniũ linguarum ac scripturarum impleuit notitia,omniq; dono spiritussancti & excellentiss.gratia,per quos & eodemdie diuersa peregit magnalia,ita quod multa millia filiorum Israel veraciter cognouerũt Deũ fuisse cum Iesu,sicut fuit cũ Mose,imò incomparabiliter excellentiùs. Vndè & crediderunt in eũ,quẽ pauloante crucifixerunt,secundum ꝙ eis ante passionem suã ꝑdixit:Cùm exaltaueritis,i. in cruce suspenderitis filiũ hominis, tũc cognoscetis qa ego sum [Tu aũt precipe sacerdotibus:Cum ingressi fueritis partem aquæ Iordanis,state in ea]i.cùm virtutem,gratiáq; baptismi ꝑdicare cœperitis,stabiliter in hac perseuerate doctrina. nó formidantes eos qui corpus occidunt. [In hoc,inquit,scietis ꝙ dñs Deus in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananęum,Euęum & Ethæum &c.]quia per hanc baptismatis gratiã fideliter scimus,ꝙ gratiose nobiscum egerit Deus,& quod in medio Ecclesiæ commoretur, quod itẽ inuisibiles hostes animarũ nostrarum & acies vitiorũ euidẽter deijciat & expellat à nobis.]Eccè arca fœderis domini antecedet vos ꝑ Iordanem.]Christus eqdem propter nos baptizari dignatus est in Iordane,tactu suæ sanctiss.carnis consecrans,regeneratiuamq; vim tribuens aquis, exem plum quoq; suscipiendi baptisma relinquens.[Et cum posuerint vestigia pedum suorum sacer dotes in aquis Iordanis,aquę quę inferiores sunt,decurrent atq; deficient.]Per illã Iordanis diuisionem signatum est,ꝙ aqua baptismatis omnibus patet, & omnes intra se suscipit:ꝙ autem Deus Iordanẽ ita diuisit,vt dictũ est,videlicet ꝙ aquæ eius desuper venientes,congregabãtur in vnã molẽ,quæ instar altissimę turris intumescebant:inferiores vero aquæ omninò defluxerunt, hoc ꝑfigurauit,ꝙ quidam baptizatorũ à gratia in baptismo data, deficiũt atq; pereffluunt, & in vitiorũ amaritudinẽ conuertuntur,ac corpori incorporantur diaboli. Electi verò collatã custodiunt gratiã,& per charitatem vnũ sunt mysticũ corpus Christi, sed & per contemplationis gratiam eleuantur ad summum. [Sacerdotes autem stabant super siccam humum]i. Christo omnium Saluatori & eius immaculatissimæ carni tanquam fundamento firmissimo innitebantur. Christus enim est qui sacramentum baptiismi instituit,principaliterq; baptizat.

Exo. 19. Hebr. 12. 2.Regũ.6. Mat. 10. Actorũ.2. Ibidem. Actor. 3.4. Ioan. 8. Matth. 10. Matth. 3. Marci 1. 1.Cor.3.

Explanatio literalis capitali 4. Quibus transgressis, dixit dominus. Arti. 7.

NVnc magis determinatè describitur,qualiter populus Israel pertransiuit & exiuit ad Iornem.[Quibus transgressis,]i.cùm populares pertransissent Iordanem, [dixit dñs ad Iosue: Elige duodecim viros,singulos * de singulis tribubus,]i. de qualibet tribu vnum. Præcedenti autẽ capitulo Iosue ait ad filios Israel:Parate duodecim viros de tribubus Israel, singulos per singulas tribus. Ex quo habetur, quod dedit populo commissionem,vt quęlibet tribus vnũ eligeret ex se. Quod ergo nunc dicitur Iosue viros duodecim elegisse,intelligendum est ideo dictum, quoniam electionem factam ab alijs,acceptauit, vel quia eius authoritate ac iussione à pupulo sunt electi.[& præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides,]qui diu possint durare in memoriam huius miraculi,[quos ponetis in loco castrorum]id est, cuneorum vestrorum,[vbi fixeritis hac nocte tentoria:]id est,vbi nocte hanc diem sequente quiescetis. [Vocauitque Iosue duodecim viros, quos elegerat de filijs Israel,]vel vt aliqui libri habent, elegerant. Illos enim elegit Iosue.quos iam elegerant duodecim tribus.[singulos de singulis tribubus, & ait ad eos: Ite ante arcam Domini DEI vestri,id est, vsque ad locum vbi stat arca, accedite[ad Iordanis medium,] id est, ad locum illum Iordanis,qui est inter eius extrema seu inter ripas ipsius medius. [& portare inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israel:] id est,quilibet vestrum portet inde lapidem vnum, vt sint in toto duodecim lapides, iuxta numerum duodecim patriarcharum filiorum Iacob, qui alio nomine dictus est Israel. [vt sit signum inter vos,]id est, vt lapides isti reponantur & seruentur pro memoriali

*per singulas tribus. Iosue 3. Gen. 35.

[Et castrametati sunt in Galgalis,]i. in loco sic dicto, qui tamen paulopost ita vocatus est, vt infra dicetur. Ibi ergo proximo vespere fixerunt tentoria [contra orientalem plagam Vrbis Hiericho.[Est enim locus ille inter Hiericho & Iordanem, distans ab Hiericho per stadia decem, & quinquaginta stadijs à Iordane, vt in Scholastica fertur historia. In eodem quoq; loco posuerunt tunc duodecim lapides de Iordane sublatos. Quæ sequuntur in textu, plenissima sunt, in quibus docet nos scriptura, quod DEVS fecit mirabilia illa in Iordane atq; in mari rubro, non solum propter filios Israel, sed item vt vniuersi habitatores terræ addiscant fortissimam manum domini, id est, omnipotentiam Dei ex supernaturalibus eius effectibus, & timeant eum. Pet. Co. hi. li. Io. ca. 5. Exod. 14.

Iuxta spiritalem intelligentiam, per huc quod Iosue post transitum Iordanis præcepit de fundo Iordanis duodecim lapides tolli, & inter filios Israel collocari, præfigurabatur, quod post baptismum debeant prælati & prædicatores verbi Dei, baptizatis proponere exempla & documenta firmissima duodecim Apostolorum, quæ in medio Ecclesiarum sunt conseruanda. Vnde in actibus fertur Apostolorum, quòd Paulus & Barnabas docuerunt ecclesias gentium seruare præcepta & traditiones Apostolorum & Seniorum. Ipsis quoq; duodecim Apostolis iussit Christus, vt de Iordane tollerent duodecim lapides, i. de libris duodecim prophetarum, vel de quinq; libris Mosis, & quatuor libris prophetarum maiorum, ac tribus Salomonis voluminibus, acciperent apta testimonia ac doctrinas pro eruditione populi Christiani. Cumque ineruditi & simplices interrogauerint, quid sibi velint huiusmodi allegationes ac doctrinæ ex lege & prophetis sumptæ: dicendum est, quod patres primi nostri transierunt Iordanem. id est, in CHRisto baptizati sunt, & Euangelicæ legi fidem adhibuerunt, idcircò pro confirmatione & instructione eorum in fide & moribus, introducta sunt illa. [Festinauitq; populus & transiuit.]Circa quod loquitur Origenes: Non ociosè additum mihi videtur à spiritusancto, quod dictum est, festinauitq; populus: quia, vt arbitror, nobis quoq; festinandum est, vt omnia celeriter transeamus. Transire, est præcepta implere. Cumq; omnia ad salutem spectantia non segniter nec remisse, sed cum omni instantia & celeritate executi fuerimus, hoc est, cum festinatione transire Iordanem. Quo facto, rursus nobis diligentiæ & cautelæ cura succedit, ne improuiso aliquo lapsu effudantur gressus nostri. Non enim remissior solicitudo nobis inesse debet ad conseruandum, quam ad acquirendum virtutes. Non putemus, quod in hæreditatem cælestem per ocium & negligentiam oscitantes & dormientes intrare possimus. Hæc sententia liter Origenes. Amplius, per filios Ruben, Gad, & Manassæ, qui armati & accincti filios Israel præcesserunt, intelliguntur sancti prophetæ veteris testamenti, qui suis vaticinijs atq; virtutibus & doctrinis pugnant pro nobis, & roborant nos in fide, ac nostræ salutis æmulos superant & expugnant. O quam armatus propugnator & præcinctus pugil noster est Esaias, Dauid quoque & Daniel, ac cæteri vates electi. Actor. 15. Origenes.

Declaratio capituli quinti: Postquam ergo audierunt omnes reges Amorrhaeorum. Articulus octauus.

CONsequenter describitur, qualiter populus Israel aptatus est ad obtinendum terram sibi promissam per quorundam diuinorum obseruantiam præceptorum, videlicet circuncisionis & paschæ.[Postquam ergo audierunt omnes reges Ammorrhæorum, qui habitabant trãs Iordanem ad occidentalem plagam,] Textus difficultatem non habet. Cum etenim hi reges cognouissent, qualiter Deus siccasset fundum Iordanis, & mirabilia in Iordane facta audissent, [dissolutum est cor eorum] prę timore, [& non remansit in eis spiritus,] id est, vigor animi, [timentium introitum filiornm Israel.] Quod ait, timentum, refertur ad pronomen eorum. Itaque cor eorum ita timentium, dissolutum est. Per magnum quoque mare intelligitur hic non mare oceanum, sed mediterraneum, cuius supra iam meminimus plenius.[Eo tempore ait dominus ad Iosue,] scilicet post transitum Iordanis: [Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundo filios Israel.] Non proprijs manibus fecit Iosue illam circuncisionem, sicut nec cultros, sed per manus aliorum vtrunque, vt reor, fieri iussit. & quod dominus ait, fac tibi, exponitur, ad tuum profectum. Iosue nanque, obediendo Deo in his, profecit in gratia & salute. Circa hæc quæritur, an cultri illi fuerunt vere lapidei, quod sic probatur ex textu. Oppositum videtur, quia vt in Scholastica fertur historia, Hebræus habet, pro cultris lapideis, nouaculas acutas. Lyra asserit, Hebræi dicunt, nouaculas acutas. Ad istud respondeo, quod res ista facit me admirari. Non enim capere valeo, quod sanctus Hieronymus in passu isto tam ponderoso, ab Hebraica veritate recesserit, aut aliter quam Hebraica veritas habet, transtulerit. Ideo credo quod cultelli illi fuerunt reuera lapidei. Nam & translatio Septuaginta sic habet, fac tibi ipsi cultros de petra. Origenes quoque & Augustinus sic tenent. Sed & magister sententiarum ex verbis sanctorum, libri quarti distinctione prima, breuiter tangit mysticam causam, cur circuncisio ista facta sub Iosue, per cultellos lapideos sit peracta, videlicet quia significat circuncisionem illam consummatam, qua electi in resurrectione finali per petram Exod. 12. Iosuę 4. Iosu. 1. Pet Com. hist lib Iosue. cap. 4. Origenes Aug. lib. Io sue. qu. 6.

sionis quæ sub Iosue facta est: [Omnis populus qui egressus est ex Aegypto generis masculini] videlicet [vniuersi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus.] prout Num. 11. 14. 16. 25. Deut. 8. patet, quod intelligendũ est de viris, puta de his qui in prima numeratione sunt numerati, demptis tñ Caleb & Iosue atq; Leuitis, qui non erant numerati à 20. anno sed ab vno mense, vt in Numeris dictum est. [qui omnes circuncisi erant] in Aegypto. (Populus autem qui natus est in deserto per 40. annos] in itinere latissimæ solitudinis, [incircuncisus fuit donec consumerentur:] i. in solitudine morerentur. [Qui non audierant vocem domini,] id est promissionibus Dei non crediderunt, sed post reditum 12. exploratorum dixerunt: Vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terram hanc, ne cadamus gladio. Et rursus: Constituamus nobis ducem, & redeamus in Aegyptum. [Et quibus ante iurauerat, vt ostenderet eis terram lacte & melle manantem.] Illis enim ante per Mosen promisit cum iuramento, quod daret eis terram promissionis, quæ promissio fuit intelligenda cum conditione implicita, vtpote nisi demererentur.] horum filij in locum successerunt patrum, & circuncisi sunt à Iosue, quia sicut nati fuerant, in præputio erant.] Dicunt autem doctores communiter, quod ex diuina dispensatione circuncisi non sunt in deserto, propter incertitudinem motus castrorum seu progressionis. Nam iuxta motum nubis progrediebantur, & fuit eis incertum quando columna nubis procederet; ideo fuisset periculosum circuncidi, quoniam nouiter circuncisi, inepti & impotentes fuissent ad procedendum. Damascenus autem libro quarto & multi doctores super quartum, aliam causam assignant, dicentes ꝙ circuncisio data fuit in signum distinctiuum Israelis à gentibus, & quoniam filij Israel in solitudine satis distincti erant & separati à cæteris nationibus non opportuit eos circuncidi ibidem. Porrò hæc ratio esset conueniens, si circuncisio data fuisset Hebræis solùm in distinctionem, & non etiam in purgationem ab originali. Veruntamen Augustin. testatur, quod quidam ex filijs Israel manserunt in deserto incircuncisi ex contemptu suorum parentum quia inobedientes fuerunt legi Dei. In Scholast. verò historia legitur: Quidam manserunt ibi incircuncisi ex mandato Dei, alij ex parentum suorum negligentia, alij ex parentum cautela, ne forte eis circuncisis, attolleretur mox nubes, & necesse haberent progredi, & sic periclitarentur paruuli circuncisi. [Postquam autem circuncisi sunt, omnes manserunt in eodem castrorum] i. tentoriorum & cuneorum suorum [loco, donec sanarentur] à vulnere & dolore circuncisionis.] Dixitque dominus ad Iosue: Hodie abstuli opprobrium Aegypti à vobis,] Per opprobrium Aegypti, intelligi potest ipsa præputij caro, quam Hebræi reputabant ipsis Aegyptijs, & cæteris incircuncisis opprobriosam, quos & tanquam incircũcisos spernebãt, quemadmodum Christiani iuste despiciunt non baptizatos vt tales. Circa hæc scribit quidam: Locus iste dupliciter exponitur ab expositoribus nostris. Primò. vt accipiatur opprobriũ Aegypti passiuè, quod s. sustinuerunt Aegyptij ab Hebræis exprobrantibus, ꝙ erant incircuncisi. quã expositionem reprobat dicens: Hoc non videtur rationabiliter dictum, qm̃ filij Israel in Aegypto erãt subiecti, & in maxima seruitute, ideo non est verisimile, ꝙ Aegyptijs exprobrarent. Ad quod dico, ꝙ expositio ista catholicorum est bona, nec valet ista obiectio, qm̃ multo tempore fuerunt Hebræi in magna libertate & reuerentia apud Aegyptios, s. tempore Ioseph & postea diu sicut Exod. 1. expositum est. Sufficit quoq; ad veritatem expositionis istius, quod filij Israel reputabant Aegyptijs præputium ignominiosum. Deinde subiungit: Alio modo exponunt, accipiendo opprobrium Aegypti actiuè, s. ꝙ Aegyptij intulerant filijs israel opprobrium seruitutis, à quo licet liberati fuerunt in exitu de Aegypto, tñ ista libertas fuit declarata in terra promissionis. Vnde & locus iste vocatus est Galgale, quod significat libertatẽ. Hanc quoq; expositionem reprobat, dicens: Hoc non videtur bene dictum, quia ablatio opprobrij, videtur referri ad circuncisionem. Nec illa interpretatio Galgalæ, vera est: quia nec Remigius neq; Hieronymus sic interpretantur hoc nomen. Ad hæc dico, ꝙ hæc quoq; expositio vera & apta est, qm̃ filij Israel suscipiendo ex diuino præcepto circuncisionem, meruerunt maiori libertate & adoptione honorari & acceptari à Deo: & ita ablatio opꝓbrij, verè refertur ad circuncisionem tãquam ad meritoriam causam, nec sequitur. Hieronymus & Remigius non ponunt illam Galgalæ interpretationem, ergo non est ponenda. Catholici quoq; qui eam ponunt, non eam finxerunt, sed ab Hebræis potius acceperunt. Deinde ponit expositionem Hebreorum, dicendo: Aliter exponitur secundum Hebræos, videlicet ꝙ Aegyptij obseruantes constellationes, dixerunt Hebręis petẽtibus à Pharaone egrediendi licentiam, Miseri quo vultis ire? Eccè constellatio ostendit effusionem sanguinis vestri, si recedatis. Cùm ergo in circuncisione facta per Iosue, fusus sit sanguis Hebræorum, non in opprobriũ eorum, sed in honorem, in ea ablatum est opprobrium illud Aegypti. Ista expositio videtur inepta & ficta, nec ad propositum pertinens. Nam dato ꝙ Aegyptij astrologi dixissent Hebræis verba ꝓfata, tñ illi Hebræi iam in solitudine obierunt: & circuncisi sub Iosue, in solitudine, nõ in Aegypto, sunt nati, sicut iam patuit. Deniq; multa millia Hebręorũ de Aegypto egressorum, gladio, igne & alijs modis in deserto occisa sunt, sicq; in illis fuisset opꝓbrium Aegypti impletũ. Ampliùs, dato ꝙ Aegypti illa dixissent, non tñ illorum intentio fuit

Marginal notes: Numer. 26. / Numer. 14. / Exodi. 16. Num. 13. / Numer. 14. / Damasce. / Pet. Co. hi. li. 10. ca. 4. / 25. q. 2. ca. Sed & illud / Ios. 12. / Exodi 8. / Exod. 12. Num. 16. 21

quousq; per Baptismatis gratiā introirent Ecclesiā, incorporarenturq; Christo. [dissolutum est cor eorum.] tunc nanq; principes tenebrarum vehemēter perterriti sunt, videntes se quotidiè à vasis suis expelli, nec posse gratiæ Dei, q̄ vbiq; terrarum diffundebat, resistere. [Eo tempore ait dn̄s ad Iosue: Fac tibi cultros lapideos, & circuncide filios Israel secundo.] Sic Deus pater dixit ad Christum inter homines cōuersantem, ac p̄dicantē vt filios Israel semel corporaliter circuncisos, circūcideret spiritualiter altera vice cultro lapideo, i. acutissimo verbo suæ p̄dicationis & iustæ correptionis, Vnde verbum Dei, gladius spirit⁹ appellatur. sicq; Christus circundedit electos ex iudaismo, non in vno duntaxat membro, nec solum ab originali peccato, sed in toto corpore & cunctis virib. animæ, docens eos om̄ia membra sua exhibere arma iustitiæ Deo, viresq; animæ à vitijs cunctis purgare, atq; virtutibus decorare. Nam dixit: Si oculus tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te. Idem de manu iussit ac pede. Et iterum: Nisi pœnitentiam (inqt) egeritis, om̄es similiter peribitis. De hac circuncisione ait Hie. 4. Circuncidite præputia cordium vestrorum. Denique Christus semel circuncisos in baptismo, circuncidit secundò in pœnitentiæ sacramento, quoniā om̄ia in confessione lauātur. Prælatus quoq; filios Israel, i. fideles sibi com̄issos circūcidere debet secundò, videlicet post recidiuatiōnē eorū, eosdē arguendo, increpando, obsecrando, instruendo & castigando. [Postquā autem circuncisi sunt omnes, manserunt in eodem loco, donec sanarentur.] Dum adulti baptismum suscipiunt, aut confitentur & pœnitent, spiritualiter circunciduntur à vitijs, non tamen mox sanātur ex toto, quoniā manēt in eis reliquiæ vitiorum, pronitas ad peccandum, infirmitas resistendi peccato. Boni ergò fideles dum baptismi aut pænitentiæ gratiā sunt sortiti, manent in gratia illa virtutibusq; infusis, proficiendo in eis, donec à vitiorum curentur reliquijs, & corroborentur in bonis. Tunc quoq; aufert Deus ab eis Aegypti opprobrium, i. aspernabilem vanitatem & impietatem hominum mundanorum, caliginem vitiorum, & causam confusionis æternæ, ita quod carent his, quæ exprobrari & improperari possunt Aegyptijs, putà mundanis hominibus, nec ipsi Aegyptij possent eis rationabiliter exprobrare. Vndè orauit vir sanctus: Aufer à me opprobrium & contemptum. [Et fecerunt phase.] Quemadmodum filii Israel circuncisi, corporaliterq; curati, celebrauerunt Pascha, & agnum comederunt paschalem, sic Christi fideles post baptismi emundationē & curationem à reliquijs vitiorum, apti sunt ad Eucharistiæ sumptionē. Deniq; p̄ triplex Pasca, ab Hebræis corporaliter obseruatum, potest intelligi triplex pascha spiritualiter exhibendum. Pascha etem̄ transitus interpretatur. Itaq; per pascha Iudæorum in Aegypto exhibitum, potest intelligi transitus fideliū à vitijs ad virtutes & ad incipientium statum. Per pascha autem circa montem Sinai celebratum, transitus Christianorum de statu incipientium ad statum proficientium de virtute in virtutem, de bono in melius. Porrò, per pascha factū in terra promissionis, intelligitur transitus de statu proficientium ad statum & gradum perfectorum, vt iugiter quæramus & apprehendamus meliora & viciniora saluti: transitus quoq; de via ad patriam. [Et comederunt de frugibus terræ die altero azymos panes.] Azymi panes, sunt spirituales refectiones & actiones virtutū, omni simulatione & dolo carentes, sicut ait ac monet Apostolus: Epulemur non in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis. Qui panes cōficiuntur de frugibus terræ, quoniam ex habitu gratiæ gratum facientis, & semine verbi cælestis procedunt huiusmodi actiones, qui tamen immediatè nascuntur ex virtuosis infusis habitibus. [Et polentā eiusdem anni.] Per polentā hāc, spiritualis consolatio anni gratiæ designatur. [Defecitque manna] i. typicus cibus Eucharistiæ cessat in euāgelica lege. Per hoc tamen, q᷑ manna defecit dum filij Israel de fructibus & panib⁹ terræ Chanaā comederunt, signatum est, q᷑ diuinā & spiritualem consolationem meretur homo amittere, dum ad exteriora solatia vanaq; gaudia se effundit. [Cum autem esset Iosue in agro &c.] Per apparitionem illam angeli sancti, gladium in manu habentis, significatur, quod parata sunt nobis angelorum presidia ad expugnandum inuisibiles hostes. Dicuntq; nobis angeli gloriosi per inspirationem internam, vt tollamus calceamenta de pedibus nostris, id est opera mortua terrena auferamus à cordium nostrorum affectibus, quoniam locus in quo stamus, terra est sancta. Ecclesia militans, locus est in qua stamus, in qua per fidem manemus, in qua est sanctificatio copiosa & sanctitas vera. Non ergo inhonoremus, nec inquinemus hunc locum. Postremò per triplicem cibum quo vsi sunt filij Israel, triplex spiritualis alimonia figuratur. Tulerunt nanque secum ex Aegypto farinam conspersam, ex qua panes fecerunt, quibus ad tempus modicum parcè refecti sunt: per quem cibum, refectio literalis intelligentiæ, aut acquisitæ scientiæ, seu scholasticæ ac philosophicæ sapientiæ ad diuina relatæ, datur intelligi. Secundò, sustentati sunt manna in solitudine, per quod allegoricus seu tropologicus sensus scripturæ, & eius refectio denotantur. Tertiò sunt refecti fructibus terræ promissionis, per quod anagogici sensus refectio, domini sapientiæ contemplatio, & futuræ prælibatio felicitatis intelliguntur, His ergo dignissimis refectionibus sustentari, impignari, ac confirmari conemur.

Ephe. 6. Roman. 6. Matth. 5. Luc. 13. Psalm. 118. Exo. 12. Leuitic. 23. Nume. 34. Psalm 83. Hebr. 6. 1. Petri 2. 1. Cor. 5. Exodi 12. Exodi 16. Nume. 11.

Elucidatio literalis cap. 6. Hiericho autem clausa erat atq; munita.

Articulus 10.

EXordium captionis & euersionis vrbium Chanan trans Iordanem, capi. isto describitur, videlicet qualiter Hiericho, quæ filijs Israel transgressis Iordanem, directo itinere inter vrbes primo occurrit. Describitur autem demolitio vrbium, non villarum, cum tamen fortassis multæ villæ ante vrbium deuastationem deiectæ sint. [Hiericho autem clausa erat atq; munita] plus solito, prout vrbes obsessæ solent muniri, [timore filiorum Israel, & nullus] ciuium eius [egredi audebat] ciuitatem ad fugiendum, vel ad faciendum commoda sua, ne inciderent manus filiorum Israel, qui in circuitu erant. [aut ingredi.] ad succurrendum habitatoribus Hiericho eadem ex causa. [Dixit dominus] per angelũ [ad Iosue: Eccè dedi in manus tuas Hiericho, & regem eius, omnesq; fortes viros] habitantes in vrbe, i. iam decreui eos tradere manib⁹ tuis. Hocq; tam certum est, quasi iam actualiter factum esset, [Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem:] Ex hoc elicitur, ꝙ mulieres & pueri qui fuerunt infra 20. annum, non circuerunt vrbem. [sic facietis sex diebus:] circueundo quotidie semel cum silentio, & redierunt in castra seu tentoria sua. Atq; vt aliqui dicunt, prima circuitio fuit primo azymorum die, de quo pręcedenti est dictum capi. & aliæ circuitiones consequenter alijs azymorum diebus. [septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas, quarũ vsus est in iubileo] Septem eñ sacerdotes acceperũt septem huiusmodi buccinas, s. quilibet vnam. habebant autem sacerdotes pacificas buccinas in solennitatibus, & bellicas in expeditionibus, quibus etiam vtebantur & buccinabãt in Iubeleo. De buccinis his legitur Num. 10. & Deut. 20. atq; Psalm. 80. Buccinate in neomia tuba in insigni die solennitatis vestræ. [& p̃cedant arcam fœderis] dñi, iuxta eam eundo in ante. [septiès circuibitis ciuitatem 7. die, & sacerdotes] septem [clangent buccinis] bellicis septem, vt dictum est. Cœperunt aũt diluculo circuire ac clangere. Hinc Num. 10. dñs iussit: Si exieritis ad bellum contra hostes, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram dño Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorũ. [Cumq; insunuerit vox tubæ longior atq; cõcisior,] i. magis confractus & interpolatus, [& in auribus vestris increpuerit, cõclamabit omnis populus vociferatione maxima.] Ex quoq; patet, ꝙ etiam forsitan mulieres & paruuli in suis locis clamabant. Clamabant aũt non irrõnabiliter & confuse, sed deuotè ad dñm, eum laudando & inuocando. [& muri funditus corruent ciuitatis.] Non ex virtute clamoris, sed ex omnipotentia DEI per meritum vestræ deuotionis, & hoc in septimo circuitu factum est. Deindè describitur, qualiter Iosue denunciauit sacerdotibus ac populo ista iam tacta, sibi insinuata ab angelo, & planus est textus ex introductis. [Ad populum quoque ait:] puta ad viros: [Ite & circuite ciuitatem armati precedentes arcam dñi.] Hebræi (vt fertur) exponunt istud de filijs Ruben & Gad, ac mediæ tribus Manassæ, sed non est putandum, quod illi soli præcedebant arcam armati, cum infra dicat, quod omnis populus armatus præcessit arcam, sed illi præcesserunt cæteras tribus quæ ante arcam iuerunt. Promiserant enim duæ tribus illæ ac media, Mosi: Nos ipsi armati præcedemus filios Israel. [Cumq; Iosue verba finisset, & septem sacerdotes buccinis clangerent, omnisq; *populus p̃cederet armatus, reliquum vulgus arcã seq̃batur.] Dicũt quidã ꝙ vniuersi viri armati ante arcam transibant, & alij lassi seu impotentes ad prælium, aut non armati, retro arcam venerunt: & hoc litera videtur prætendere. Porrò alij dicunt, ꝙ tribus Dan cum duabus tribubus sibi adiunctis, qui & in motione castrorum ibant post arcam, vltimo loco ad occidentalem plagam, etiã nunc arcam sequebantur: quod item cæteri minùs apti, seu lassi & impotentes, associabant se eis [Ac buccinis omnia cõcrepabãt:] quia acutus & intensus ille 7. tubarum sonitus, aggregatus & p̃mixtus, sic omni Hebræorũ aures impleuit, ac si omnia elementa ac cætera sonitum emisissent tubarum. [Præcepit aũt Iosue populo, dicens: Non clamabitis, nec audietur vox vestra, nec vllus sermo egredieť ex ore vr̃o donec veniat dies in quo dicam vobis] i. cum omni silentio circuibitis, quousq; vobis iubebo: [Clamate] corde p̃ feruentẽ à Deũ amorẽ ac deuotionem, [& vociferamini] ore dñm inuocando & collocando. Iussit itaq; Iosue, vt cũ perfecto circuirent silentio, quatenus maiorẽ ad Deũ haberẽt deuotionẽ, & cum oĩ reuerẽtia, ordinatione, atq; modestia arcã circunferẽs corã Deo incederẽt. quo innotescit, q̃ reprehensibiles sint Christiani, qui processiones & sacrorũ deportatiões faciũt indeuotè, fabulatiõibus, insolentijs, aut etiã cõessationibus p̃potatiõibusq; vacãdo. [Circuiuit ergo] i. circũferebatur [arca dñi ciuitatem semel per diem Vulgus aũt reliquũ arcã sequebatur, & buccinis p̃sonabat.] Exterioribus & materialibus buccinis clãgere, officiũ extitit sacerdotũ: quó ergo reliquum vulgus buccinis personabat, nisi vel buccinantibus sacerdotib⁹ cõgaudendo, aut buccinarũ sonitũ percipiẽdo, q̃a (vt dictũ est) oĩa buccinis concrepabant, vel cordialiter iubilando ac concinendo? [Cumq; 7. circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel: Vociferamini.] Circa hoc scribit quidam: Non est verisimile quod tantus exercitus posset vocem Iosuæ audire, maxime quoniam sacerdotes clangebant tubis: idcircò videtur, quod dicere sumitur hic pro denũciare aliquo signo sensibili, puta eleuatione vexilli, vel aliquo tali, quod à toto exercitu poterat videri. Istud apparentiam posset habere, si Iosue solum dixisset, Vociferamini: sed quia huic verbo longum adiũxit sermonẽ, vt patet in textu, quem nõ poterat aliquo exteriori huiusmodi signo populo indicare,

23. q. 5. cã. fin. *Per, scienter.

Ios. 5.

Numer. 32.

*omnisq; præcederet armatus exercitus.

Num. 10.

[tradidit em dñs vobis ciuitatem, sicq; ciuitas hæc anathema, & omnia q̃ in ea sunt, dño] i. ad dei honorem, atq; ad diuinæ commendationem iustitiæ, tota hæc vrbs & omnia in ea viuentia, sint quid prohibitum & maledictum, ita vt destruantur, & nemo indè aliqd accipiat sibi. [sola autem Rahab meretrix viuat cum vniuersis, qui cum ea in domo sunt.] Hoc speciali priuilegio, deo inspirante, & Iosue dispensante, concessum est tam Rahab, q̃ domesticis eius, ꝓpter bñficia q̃ cum periculo suę vitę exhibuit exploratoribus Israel, & quia iã credere cœpit in Deum verum. Nec hoc fuit contra formalem intentionem p̃cepti dati à Deo de omnium interfectiõe Chananęorũ. Ios. 2. Deut. 20.
[Abscõdit em̃ nuncios quos direximus. Vos aũt cauete, ne de his q̃ p̃cepta sunt vobis, quippiam cõtingatis:] i. ne aliquid vobisipsis vsurpetis de his, q̃ p̃cepi vobis non vsurpare ad commoda vestra. (& sitis preuaricationis rei,] transgrediendo diuinum præceptũ, [& omnia castra Israel sub peccato sint atq; turbentur:] i. vniuersi particulares cœtus, seu tribus ac populi Israel, incidãt pœnã & inquietudinẽ ꝓ huiusmodi culpa vnius siue paucorum. Porrò, qualiter istud non deroget, sed concordet diuinæ iustitiæ, ꝙ ꝓ excessu vnius aut paucorum, tota cõmunitas pturbetur & plurimi puniantur, infra dicetur, vbi cõminatio hæc legitur adimpleta. [Quicquid aũt auri & argenti fuerit & vasorũ ęneorũ ac ferri, dño consecretur:] i. ad ea q̃ sunt necessaria diuino cultui, applicetur, nec in humanos deueniant vsus. [repositum in thesauris eius:] i. inter diuitias sanctuarij seu tabernaculi reseruatũ. Quia enim hæc ciuitas prima capta & euersa est inter vrbes, quæ trans Iordanem destructæ sunt, decuit diuitias eius istas inanimatas, nõ predationi pugnantium, sed dño q speciali miraculo vrbẽ deiecit, deputari. Itaq; omne aurum, argentum, æs & ferrum, ac cætera metalla, vt plumbum, stãnum, &c. vasa quoq; & ornamenta, seu vtẽsilia facta ex illis, atq; numismate Hiericho, consecrata sunt dño, & ex eis facta sunt vasa seu instrumenta cultûs diuini. Ios. 7.
Omnia verba ista locutus est Iosue ad omnẽ Israel. & merito q̃ritur, qualiter in tanta processione & multitudine poterat ab vniuersis audiri. Ad quod poterit responderi, ꝙ vel diuina virtute hoc factũ est, vel p seipsum dixit aliquibus, & illi cõsequenter retulerũt & alijs. Potuit quoq; disponere, ꝙ durante sua locutione, cessauit clangor turbarum. Estq; ꝓbabile, ꝙ retulit ista principalioribus populi, & duodecim principibus tribuũ, quorum vnusquisq; vltra denũciauit hęc tribui suæ. [Igitur omni vociferante populo] iuxta sensũ prætactũ. [& clangentibus tubis, muri Hiericho corruerunt] diuina virtute, q̃ ministerio angelorum siue bonorum siue malorum hoc fecit, vt creditur, quamuis solo imperio potuerit facere. [& ascendit vnusquisq;] Hebræorum [p locũ qui cõtra se erat.] Ex hoc elicitur, ꝙ ciuitas erat in loco alto constructa. [Ceperuntq; ciuitatem non in arcu & gladio suo, sed à Deo traditam intrauerunt. [& interfecerunt omnia quæ erãt in ea, à viro vsq; ad mulierẽ] inclusiuè, [ab infante vsq; ad senes, boues quoq;, oues & asinos, [imò & cætera pecora, s. equos, Capras, Camelos &c. [in ore gladij percusserunt.] Veruntamen sicut in huius lib. calce legitur, viri Hiericho pugnauerunt contra filios Israel. Nam stabant in muris ac turribus ad repugnandum: sed muris ruentibus, sunt oppressi, nec cæteri resistere valuerunt. Deniq; strages illa fuit mirabiliter magna, tam hominum q̃ brutorum, quia de toto territorio plurimi confluxerunt in Hiericho pro vrbis defensione, & de victualibus sibi prouiderunt in longum, qm̃ fuit vrbs realis, & primo occurrens ingressui Hebræorum. Vnde infra fert. Transistis Iordanẽ, & venistis Hiericho. Pugnaueruntq; cõtra vos viri ciuitatis, Amorrhæus & Pherezæus & Chananæus & Ethæus & Gergesæus & Heuæus & Iebusæus. Veruntamen crudele fortasse videri potest, ꝙ Deus misericordiarum dominus, iussit etiã infantes & mulieres ac adolescẽtulas atq; iumẽta occidi. Et respondendũ, ꝙ Deus iusto iudicio fecit hoc. Omnes enim adultæ ætatis ibidèm, non solùm temporalem, sed etiam infernalẽ mortẽ meruerũt & incurrerunt, qa per temporalia illa flagella nõ pœnituerunt. Cùm paruulis autẽ nondùm ratione vtẽtibus misericorditer actũ est, ꝙ occisi sunt antequam peccare potuerunt: qui si ad ætatem venissent adultã, peccassent grauiter & perijssent. Iumẽta verò in detestationẽ facinorũ hominum sunt occisa. Prętereà, quoniã vrbs illã tã specialiter se armauit contra filios Israel, meruit tã specialiter destrui & occidi. Voluit quoq; Deus in destructione vrbis illius primò vastatæ, rigorẽ suæ iustitiæ tam specialiter demonstrare, ad aliorum perterritionem Chananęorum, vt pœniterent & conuerterentur, pẽsantes se Deo Hebræorũ, qui tot & tanta agit mirabilia, resistere nõ valere. Veruntamen præ nimia excęcatione & obstinatione hoc non aduerterunt, paucis (vt infra habetur) exceptis. Hinc demum, vt puto, Deus fecit filios Israel per septem dies ipsam Hiericho circuire, quatenùs existẽtes in ea, interim pœniterent, cõsiderando ea quæ Rahab considerauit. [Duobus autem viris qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue: Ingredimini domũ mulieris meretricis, & producite illam, & omnia quæ illius sunt, sicut illi iuramẽto firmastis.] Istud Iosue iussit, & exploratores fecerũt ante interfectionem eorum qui erant in Hiericho. sed mirum quod domus Rahab quæ muro ciuitatis hærebat, non cecidit, nec oppressa est ex muri ruina. Verùm perfacile fuit omnipotenti, domum illam à tali præseruare deiectione. Ingressiq; iuuenes, eduxerunt Rahab & parentes eius, fratres quoque & cunctam supellectilem & cognationem illius.] Ex hoc videtur falsa esse opinio Hebræorum, dicentiũ, ꝙ vnus exploratorum illorũ fuit Caleb, quoniã
Deut. 20. Iosue 24. Ibidem. 2. Cor. 1. Iosu. 2. Ios. 2.

Caleb

Caleb iam erat octogenarius. Vnde & infra: Octoginta quinq;, inquit, annorum sum hodie. Ad hoc quidam respondent, ꝙ exploratores isti, iuuenes nuncupantur non ratione ætatis, sed robo-
Iosu .14. ris & magnanimitatis. Aptius tñ dici (ni fallor) posset, ꝙ quidam iuuenes simul cum explorato-
Ios. 2. ribus domum Rahab ingressi sint, pro maiori tuitione & subuentione existentium ibi. [& extra castra Israel manere fecerunt:] i. Rahab & cognationem ipsius fecerunt filij Israel seorsum morari, qm̃ viri qui erant in illa cognatione, necdum fuerant circumcisi. Nec erat congregatio illa adhuc satis purgata ab idololatria, nec ad Iudaismum plenè conuersa. Postmodum verò eis conuersis & incorporatis populo Israel, inter Hebræos habitauerunt. propter quod subditur: [Rahab & domũ patris eius, & omnia quæ habebat,] videlicet sobolem seu cognatos ac pecora, [fecit Iosue viuere] i. ab occisione eripuit, [& habitauerunt in medio Israel:] imò filij Israel honorauerunt ipsam Rahab muneribus & tempore procedente, ob suam probitatem & alias eminentias eius, Salmon filius Naason eam duxit vxorem. sic ergo habitauerunt [vsq; in præsentem diem.] hoc refertur ad tempus quo author lib. huius hęc scripsit. Iosue quoq; retuiit grates Rahab ꝓ conseruatiõe exploratorum, & magnis eam dotauit diuitijs. [In tempore illo imprecatus est Iosue,] i. maledixit, seu malũ pœnę optauit & inuocauit, vrbi Hiericho ex zelo iustitię, [dicens: Maledictus vir] supple, erit [corã dño,] saltem quo ad temporalem aduersitatem, & propter transgressionem pręcepti erit culpabilis, [qui suscitauerit) i. recuperare inceperit, (& ędificauerit ciuitatem Hiericho,) eandem in spetie, seu quantum ad situm & nomen. Optabat equidem Iosue, ut vrbs illa tam miraculosè subuersa, non repararetur, in commendationem diuini prodigij, & in commemorationem iustitiæ Dei. [In primogenito suo fundamenta illius iaciat,) i. dum fundamenta eius posuerit, aut ponere cœperit, moriatur primogenitus eius, quatenus pater puniatur in filio. (& in nouissimo liberorum ponat portas eius) i. vel dum portas eius posuerit, moriatur vltimus filiorum ipsius, vel absolutè vltimus, ita quod alium vltra non gignat, vel vltimus quem pro tunc habuerit. Qualiter imprecatio ista postmodum sit impleta, patet 3. Regũ
3. Reg. 16. quo habetur: In diebus eius, s. Achab, ædificauit Ahiel de Bethel Hiericho. in Abiram primogenito suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius, iuxta verbum domini ꝙ
Ios. 7. locutus fuerat in manu Iosuæ filij Nun, quo constat, quod Deo inspirante imprecatus est Iosue ista. Quocirca quæri potest, cur pro peccato patris, imprecata est mors filijs eius. De hoc in sequentis expositione cap. erit sermo. Postremo circa illud, Die autem septimo diluculo consurgentes, Lyra allegat & approbat Hebræos, dicentes quod Hiericho capta sit & destructa in sabbato: quia hic dicitur, septimo die, & addit, quod ex dispensatione dei istud in sabbato factum sit. Verũ hoc stare nõ potest, iuxta ꝑhabita, in quibus dictũ est, q̃ primo die azymorũ primo circuierũt. Prima eñ dies azymorũ. fuit in vespera feriæ qntę, luna 14. & ita septima dies circuitus non extitit sabbatũ. Nec valet argumentũ sumptũ ex eo ꝙ dicitur hic, 7. die. Nã 7. dies vocať non respectu primę diei hebdomadæ, secundũ computũ Hebræorum, sed respectu primæ diei azymorum. *De spirituali huius 6. capit. sensu. Artic. 11.*

HIericho clausa erat atq; munita timore filiorũ Israel.] Per Hiericho, quæ luna interꝑtatur, mund' iste in maligno positus, eiusq; vanitas, instabilitas, & superstitio designantur, & pre-
1. Ioa. 5. sertim gentilitas idololatriæ, ac diuersis superstitionibus atq; carnalitatibus dedita, quæ contra Christũ & eius Apostolos seu Euangelicã fidẽ ac legem, multipliciter se muniuit ꝑ philosophica argumẽta, ꝑ seculariũ prĩcipũ potestates, per tyrannorum ꝑsecutiones, per Magorũ fallacias, per cõmẽta augurũ atq; aruspicũ, ꝑ blãda & ꝓspera, per adulationes & cõminationes, per deceptoria signa: quibus omnibus non obstantibus, victa est & deleta, per euangelicæ legis prædicationes tabules, per sermocinationẽ altisonam Christi discipulorũq; eius, quorum duos, videlicet Ia-
Marc, 3. cobũ & Ioannẽ, vocauit filios tonitrui: ꝑ gloriosissima quoq; & innumerabilia miracula eorundem, per veteris test. scripturas & allegationes, per vitã etiam virtuosissimã primitiuæ Ecclesiæ, cuius tãta exẽplaritas fuit, ꝙ multi infideliũ ipsa virtutũ euidentia superati, fassi sunt sanctã esse Euãgelij theoriã, & crediderũt in Christũ: imò tandẽ ita ꝑualuit religio Christiana, ꝙ nullus ꝑ-
Act. 2. 3. 6. fidorum ac seculariũ audebat molestare fideles. In exordio quoq; post Pentecost. misso spiritu-
Actor. 2. 8. sancto, cum Apostoli ꝑdicationibus miraculisq; fulgerent, & multa millia in Hierusalem crede-
Actor. 6. rẽt, ac varijs & euidentissimis diuinorũ charismatũ gratijs coruscarent ingens metus erat in omnibus cęteris, & nemo aliorũ audebat se coniungere illis, sed beatificabat eos populus, vt in A-
Ibidem. ctis scriptura veritatis testatur. [Dixit itaque dominus ad Iosue: Ecce dedi in manus tuas Hiericho, & regẽ eius, omnesq; viros fortes.] Sic pater Christo ꝓmisit principatum mundi, eiectionem diaboli, & cõuersionem multorum magnatum. Postula (inquit) à me, & dabo tibi gẽtes hæ-
Psal. 2. reditatẽ tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Vnde & Dani. 7. scriptum est: Dedit ei potestatem & honorẽ & regnũ, & omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. Deinde Christus præcepit septem sacerdotibus sumere septem tubas, id est, vniuersis prædicatoribus euangelicæ legis assumere totam sacram scripturam, septenario quippe vniuersitas designatur. Vnde &

Raphael angelus: Ego, ait, sum vnus de septem qui astamus ante Deum. Illis ergo Christus præcepit, frequenter & ordinate circuire loca Gentilium, immò & Iudæorum incredulorum: deinde prædicare eisdem, & prædicando eos deuincere, vitiorumq; regnũ & aciem in ipsis destruere, sicq; ad ipsos victoriosè intrare. quod factum est, omni populo altissimè vociferante, i. vniuersis fidelibus pro infidelium conuersione affectuosissimè exorantibus. Per circunportationem vero arcæ, præfigurata est deportatio sacramenti Eucharistiæ, reliquiarum, & aliorum sacrorum in processionibus populi Christiani. Itemq; quod prædicatores sancti Christum in suis cordibus vndiq; circunferebant. Insuper per hoc quod Iosue populo iussit nõ vociferari, quousq; diceret eis, insinuatur quod omnia ex diuino instinctu & motione spiritussancti à fidelibus fieri debent, & vt nemo sibi assumat honorem, nisi qui vocatur à Deo, [Sitq; ciuitas hæc anathema.] Infidelium nanq; collectio, anathema est, quantum ad esse suæ perfidiæ ac vitiorum, & quãtum ad eos qui credere renuunt.] Sola autem Rahab meretrix viuat cum vniuersis qui in domo eius sunt.] Secundum Ambrosium super Lucam, non caret grandi mysterio, quod nemo in Hiericho à morte eripitur, nisi quem meretrix saluat. Nempe per Rahab hanc figuratur ecclesia ex Gentibus conuersa, quæ prius cum idolis fornicabatur: sed auditis mirabilibus Dei, recepit exploratores: i. Christi prædicatores & omnem suam cognationem. i: cunctos electos ex Gentibus, natos ex Deo per semen gratiæ eius, congregat secum. Propter quod nemo saluatur, nisi qui continetur in domo ipsius. [Cauete, ne de his quæ præcepta sunt vobis, quippiam contingatis:] i. ea quæ deo sunt asscribenda, vobis non asscribatis: Nec mundana ac vana per consensum & effectum tangatis, nec ea commisceatis diuinis, nec infra ecclesiam deferatis. [Quicquid autem auri & argenti fuerit.] Per aurum naturalis sapientia, per argentum eloquentia, seu scientia de creatis, per vasa ænea virtutes acquisitæ, per ferrum corporalis fortitudo seu secularis potentia designantur: quæ omnia consecranda sunt Deo, i. supernaturalibus gratiæ donis subijcienda, atque in Dei obsequium conuertenda. [In illo tempore imprecatus est Iosue: Maledictus vir qui suscitauerit & ædificauerit Hiericho.] Sic & Christus incredulis vrbibus maledixit: Væ, inquiens tibi Capharnaum, Væ tibi Corozaim Omnibus quoq; maledixit, qui gentilitatem cum suis sceleribus innouare conantur. Ista iuxta allegoriam sint dicta. Porro secundum tropologiam, per Hiericho intelligitur vnaquæq; praua & vitiosa societas, quæ increpari & corrigi dedignatur, & contra prædicatores ac prælatos virtuosos se armant varijs modis, quam tamen Christus frequẽter per sanctas prædicationes deijcit & conuertit, animasq; spiritualiter fornicarias, efficit suas sponsas. Docemur item ex isto cap. q̃ reuerenter ac deuotissimè fieri debeant processiones ecclesiæ cum orationibus internis & laudibus Dei spiritualiq; gaudio, omni carnalitate atq; lascivia & clamore exclusis. Postremò, sicut in deportatione arcæ præcessit populus armatus, deinde secuti sunt sacerdotes cum buccinis, tertio loco arca, quarto reliquum vulgus: sic in processionibus ecclesiæ præcedunt fideles vexillis, crucibusq; armati, deinde clerici & presbyteri cantantes tertio prelatus sacra ferens, & quarto laici reliqui. At verò qui Hiericho suscitat atq; ædificat, i. vitia seculi renouat, & mundanas societates impiè fouet, maledictioni subijcitur, ita quod in primogenito suo hoc incipit, quoniam talia inchoando, à primitiuo fructu gratię sibi in baptismo aut contritione collatæ euacuatur: & in nouissimo liberorum suorum illũd complet, quia finali conuersione per hoc priuari meretur.

Tobi 12. Mat. 19 28. Marc 9. 28. Acto. 13. 17. Hebr. 5. Ambros. Ezech. 6. Roman. 5. Matth. 11. Luc. 10.

Declaratio literalis cap 7. Filij autem Israel preuaricati sunt. *Art. 12.*

QVId euersionem Hiericho consecutum est, consequenter describitur: [Filij autem Israel præuaricati sunt] mandatum præcedenti capitulo scriptum, quo dominus prohibuit eis vsurpare aliquid de anathemate, seu rebus domino consecrandis. [& vsurpauerunt de anathemate.] quanuis autem vnus solus hoc fecit, tamen pluraliter dicitur, filij Israel, eo loquendi genere, quo communitati vel societati asscribitur, quod ab vno vel paucis ex ea committitur: vel fortè filij huius viri cooperati sunt, vel consenserũt ei in furto isto. [Nam Achan filius Carmi, filij Zabdi, filij Saræ de tribu Iuda, tulit aliquid] immò multa preciosa clenodia [de anathemate, quæ infra exprimuntur. [Iratusque est dominus contra filios Israel.] immò vt infrà habetur, grauiter eos puniuit pro scelere isto, quod qualiter iustum Deum decuerit, paulopost exprimetur. [Cumque mitteret Iosue de Hiericho] id est, de loco vbi pauloante steterat vrbs illa, quæ iam fuit combusta, [viros contra Hai] id est, vrbem sic appellatam, quæ est iuxta Bethauen ad orientalem plagam oppidi Bethel.] Eadem vrbs, secundum expositores, vocatur hic Bethauen & Bethel, quia binomia erat, & à diuersis (vt dicitur) sortita est duo nomina illa Est autem hæc Bethel, alia ab illa quam Iacob ita vocauit, quæ antea dicta est Luza, sicut Gene. 28. habetur. Nam illa fuit in regno duarum tribuum, & alio nomine Hierusalem appellatur, Porrò hæc Bethel fuit in regno decẽ tribuum, in quo & Hieroboam posuit vnum de aureis vitulis suis. Dicit verò hic quidã, q vocata sit Bethel, eo q Abraham ædificauit altare inter Bethel & Hai, quod non videtur idoneè dictum, quoniã in Gen. legitur, q Abraham ascendens de Aegypto, reuersus est in Bethel. nec ibi exprimitur, quod ipse vocauit ita hanc vrbem. Nec expositores

45 di. c. sed illud. 3. Reg. 12. Genes. 12. Genes. 13.

sitores dicunt hoc ibi, sed magis videtur quod iam ante Abraham ita sit nuncupata. [Dixit eis:
Ascendite & explorate terram.] i. vrbes territorij huius, specialiter Hai, an sit vrbs fortis & ma-
gna. [qui præcepte complentes, explorauerunt Hai. Et reuersi, dixerunt: Non ascendat omnis
Iof.lib.5.3. populus] Israel, [sed duo vel tria millia virorum pergant.] Secundum Iosephum dixerunt, 30.
aa. iu. c.1. millia ascendant, [& deleant ciuitatem. Quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes
paucissimos? Ascenderunt ergo 3. millia pugnatorum. Qui statim terga vertentes,] i. ex timore
fugientes, [percussi sunt] non omnes, sed pauci ex eis [à viris Hai, & corruerunt ex eis 30. & 6.
homines. Persecutiq; sunt eos] puta Hebræos [aduersarij de porta] Hai, ad quam audacter pri-
mò accesserunt filij Israel: sed visis hostibus, expauerunt. [vsq; ad Sabarim,] i. locum sic nomi-
natum. vel (vt fertur) secundum Hebræos, Sabarim est nomen commune, significans confracti-
onem. vt sit sensus, quod persecuti sunt filios Israel vsque ad dissipationem & occisionem quo-
rundam Israelitarum, vel vsque ad propriam fatigationem. [& ceciderunt per prona fugientes.
Pertimuitq; cor populi] Israel, visis fugientibus de prælio, [& ad instar aquæ liquefactum est,]
formidantes se omnes à Chananæis occidendos. Ignorabát enim causam fugæ istius, videlicet
quod propter peccatum Achan, Deus subtraxisset fugientibus robur atq; audaciam, timebant
quoq; occulta Dei iudicia, & videbant se naturalibus viribus non posse resistere Chananæis, qui
eis multo plures ac fortiores fuerunt. Præterea quod ait, cor populi instar aquæ liquefactum ti-
more, potest tam de corporali corde, quod, secundum philosophum, est primum viuens, & vlti-
mum moriens in animali, quam de spirituali corde, videlicet voluntate seu ratione, intelligi.
Passio nanq; timoris, corporalem transmutationem facit in toto corpore, præsertim in corde
corporeo, quæ etiam passio dum vehemens est, redundat in partem intellectiuam, & causat ibi-
dem spiritualem liquefactionem, seu vigoris atq; cóstantię defluxionem. [Iosue vero scidit ve-
stimenta sua] præ mœrore, etiam ex timore imminentis periculi, & quoniam causa specialiter
tegit eum, tanquam communem omnium ducem ac patrem, & quia pcæteris ardentissimè ple-
bem illam sibi commissam dilexit, & cecidit pronus in terram,] quatenus se maximè humilian-
do, atque humilimè deprecando, citiùs ac pleniùs exaudiretur à domino, [coram arca domini]
Exod.25. s. in tabernaculo in quo erat arca. potius tñ se pstrauit coram Deo, quem exorauit. Nec ante ar-
cam prostrauit se, nisi ppter Dei maiestatem, præsentiam & honorem, quem ibidem specialiter
ac gratiose præsentem esse cognouit. Nam super arcam fuit propitiatoriũ, quod Dei sedes erat.
ibi ergo prostrauit se [vsq; ad vesperam.] In quo patet orationis suæ instantia, imò quousq; exau-
diebatur. mansit sic orans: & nisi ad vesperam exaudit9 fuisset, mãsisset in oratione & prostratiõe
diutiùs: estq; probabile q ieiunus orauerit tam diu. sic ergo orauit [tam ipse quam omnes senes
Pet.Co. hi. li.Io. ca. 6. Israel,] potissime superioras & officiati, & qui sapientia ac virtutibus pminebant. [Miseruntq;
puluerem super capita sua,] in signum maioris humiliationis ac pœnitentiæ. In scho. quoq; hist.
additur quod & saccis erant induti. Nec dubium quin & reliquus populus, imo mulieres quoq;
& paruuli ac puellæ ætatis adultę, dominum feruidè inuocabant. Istud aũt, videlicet tempore p-
cipui mœroris & grandis aduersitatis, scindere vestimenta, & puluerem super capita spargere, cõ
suetudo fuit non apud Hebræos duntaxat, sed etiam apud quosdam gẽtiles vnius Dei cultores.
Sic eñ in Iob legitur ipse Iob vestiméta sua scidisse. De eius item amicis legitur, quod viso Iob in
tãtis doloribus cõstituto, scissis vestibus, sparserunt puluerem super caput suũ. [Et dixit Iosue:]
per modũ humiliter & dolorosè, imò & familiariter conquerentis, non increpantis: [Heu domi
Iob.1. ne Deus: Quid] i. ad quid seu quare [voluisti populũ istũ transducere Iordanẽ, vt traderes nos in
Iob 2. manu Amorrhæi, & perderes] i. occidi permitteres. hoc ait, admirando & inquirendo magis, q̃
asserẽdo. Et quod ait, vt traderes, intelligendum est consecutiuè, nõ causaliter. Nõ eñ ideo De9
trãsduxit eos Iordanẽ, vt traderet Amorrhæis, sed transductionẽ illã consecuta est illa tradio, [v-
tinã ut cœpimus, mãsissemus trans Iordanem,] uidelicet in regionibus Seõ & Og, quas acquisi-
uimus ibi. Quidã dicunt, q Iosue culpabiliter dixit hoc ex passione tristitiæ. sed ut arbitror, me-
liùs dici potest, q ptulit uerba illa nõ optãdo absolutè, sed cum implicita conditione, uidelicet,
nisi ipse Deus misericorditer subueniret. [Mi domine Deus] Ecce q̃ amarosum familiareque
uerbũ, dominũ Deũ uniuersorum, uocare ppriũ Deum. Nec pprie cõpetit sic loqui ad DEum,
nisi psectis, qui Deũ tã præcipue amãt & colunt, quasi Deus omniũ, sit solum aut maxime Deus
eorum, quorum etiam corda Deus valde specialiter diligit, uisitat, & adimplet. Itaq; dñe Deus,
quẽ tam singulariter ac feruẽtissimè amo & colo, [quid dicã, videns Israelẽ hostib9 suis terga ver
tentẽ?] q. d. de hoc summè admiror, cum tu ipse q mẽtiri non potes, pmiseris nobis triumphum
dicendo: Nullus poterit stare cõtra vos: psequetur vnus ex uobis centum alienos, & cẽtum ex uo
bis, 10. millia. Audient Chananæi & oẽs habitatores terræ] Israelẽ fugisse, [& pariter congloba-
4 Reg. 9. ti,] i. adunati. solet autẽ globus pro exercitu accipi. Vnde speculator, viso exercitu Iehu, dixit ad
Iorã: Video ego globum. [circundabunt nos, & delebunt nomen nostrum de terra:] i. totaliter
nos occidẽt, q nec memoria nostra inter homines permanebit. hoc Iosue dixit, non simpliciter
affirmando, sed formidolosè suspicando, & nisi Deus succurreret. [Et quid facies magno no-
mi-

mini tuo?]id est, qualiter propriam famam defendes, qua iam vndiq; omnipotens, & Deus deorum es reputatus,nisi nos feceris triumphare? Quasi dicat: Deiectio nostra erit monstratio honorificentiæ tuæ, & aduersarij nostri dicent, quòd dij eorum contra te præualuerũt. Hoc dicens Iosue ostendit se zelari pro Domino, per quod oratio eius exaudibilior reddebatur. [Dixitq́ue Dominus] per angelum [ad Iosue: Surge] ad audiẽdum diuinum oraculum, & ad exequendum quæ tibi mandabo. sic ad Ezech. 2. ac Daniel. 10. dñs seu angel⁹ ait: Sta supra pedes tuos, & loquemur tibi. [Cur iaces pronus in terra?] Non repræhendit dñs ipsum Iosue, quod in terra prostrauit se, nec per verba hæc innuit, ꝙ Iosue irrationabiliter fecit hoc. sed dixit dñs verba hæc, ad insinuandum ꝙ non oportebat ipsum Iosue cum tali pusillanimitate atq; formidine in terra iacere. q. d. Paratus sum tibi cõsiliũ auxiliũtq; impendere. [Peccauit Israel, & ꝑuaricatus est pactum] i. præceptũ meum. [Tulerũq; de anathemate, & furati sunt atq; mentiti, & abscõderũt inter vasa sua.] Istud generaliter asscribitur populo Israel, eo ꝙ vnus ex ipso id agit, vt dictũ est [Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosq; fugiet,] nisi vindicatũ fuerit hoc peccatum. ideo subditur: [Non ero vltrà vobiscum] per collationem victoriæ, tamen per dona gratiæ gratũ facientis fuit adhuc cum iustis. [donec cõterratis eum, qui huius sceleris reus est,] ita ꝙ personaliter illud cõmisit. [Surge] Ex hoc apparet, ꝙ Iosue iacuit adhuc prostratus, & verba præfata sic iacens audiuit locutione interna seu exteriori: Vel si corporaliter iam surrexit, sensus est, Surge, id est erige mentem ad ea quę dico, seu in actũ ꝓcede. Vel fortè surgere cœpit, & quasi in genibus se erexit, iuxta ꝙ in Daniele legitur: Ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuũ mearũ [sanctifica populũ,] i. præcipe filijs Israel, vt per deuotionẽ & orationẽ se præparent ad hoc, ꝙ eis diuinitùs ostẽdatur, quis crimẽ istud cõmiserit. [& *dices eis: Sãctificamini in crastinũ,] i. ꝑtato modo purificate & præparate vos ab hac hora vsq; in crastinũ, vt cras veritas ostẽdatur. & fortè sanctificatio ista fiebat etiam per ieiuniũ, aut per cõtinẽtiã ab amplexu. [Hæc enim dicit dñs Deus Israel: Anathema in medio tui est Israel.] i. ô popule Israel res ꝓhibita tangi à te per furtũ vsurpata est ab vno ex te. [Accedetisq; manè] i. in crastino [singuli per tribus vestras,] i. quilibet in sua tribu veniet ad me, & quãcunq; tribũ] ex. 12. tribub⁹ Israel [sors inuenerit] non à casu, sed iuxta infallibilẽ diuinæ ꝓuidẽtiæ directionẽ. [accedet per cognatioes] i. familias [suàs, & cognatio p domos,] i. quælibet illius trib⁹ familia accedet p domos seu ꝓsapias suas, [domusq́; per viros.] Nempe in vnaquaq; tribu erãt multæ seu plures familiæ, saltẽ communiter vel in successu temporis. quod dico propter tribum Dan, in qua primò non erat nisi vna familia, quoniam vnum solum filium Dan habebat. In qualibet quoq; familia erant plures domus, atq; in qualibet domo plures viri seu capita. De hac familiarũ & domorum distinctione, diffusè habetur Num. 26. Itaq; per sortis missionem primò capta est tribus, ad quam reus huius criminis pertinebat: qua sic depræhensa, diuisa est per suas familias: & per sortem depræhensa est certa familia: quæ tunc diuisa est per domos, & inter eas proiecta est sors, per quam deprætensa est domus determinata: qua per viros diuisa, missa est sors inter viros illos, sicq́; tandem captus est sorte vir reus. [Et quicunq; in hoc facinore fuerit depræhensus, comburetur igni cum omni substãtia sua, quoniam præuaricatus est pactum domini. Surgens itaq; Iosue manè, applicuit Israel per tribus suas, & inuẽta est tribus Iuda. Quæ cum esset oblata, inuẽta est familia Zare. Illamq; offerres, repperit Zabdi. Cuius domũ diuidens, inuenit Achan de tribu Iuda. Et ait Iosue ad Achan,] cũ per sortẽ deprænẽsus fuisset: [Fili mi,] Sanctus Iosue vir discretus ac mansuet⁹, nõ turbulẽter, sed pie ac mitè primò alloquit̃ reum, ne ex hac dura allocutione perterrit⁹ aut exacerbat⁹ vel indurat⁹, nõ acquiescat verã dare respõsionem. [da gloriam Deo,] i. per culpæ tuæ recognitionem & expressionem in speciali, Deum honora, quatenùs ex tua confessione innotescat euidentiùs, ꝙ Deus iustè puniuit nos. ideo quasi expositoriè subdit̃, [& cõfitere] i. recognosce [atq; indica mihi, quid feceris. q̃uis enim ex diuina reuelatione & sortis missione iam patuit, ꝙ Achan iste crimem cõmisit, & de anathemate vsurpauit, nondũ tamen indiuidualiter & circũstantionaliter patuit factũ, [Et ait Achan: Verè ego peccaui dño deo Israel] i. irreuerentiã Dei seu cõtra eius ꝓceptũ. [Vidi enĩ inter spolia palliũ coccineũ valdè bonũ] i. rubeum & valdè preciosum, seu Iosephus scribit, chalamydem auro cõtextam, [habentẽ auri massam] i. siclos ducentos, [& ducẽtos siclos argenti, regulamq́; auream quinquaginta siclorũ, & concupiscens] ea per auaritiã [abstuli,] per furtũ sacrilegũ vsurpando quæ Deo fuerũt deputata. [& abscondi in terra cõtra medium tabernaculi] i. directè ex opposito tentorij [mei, argentumq́; fossa humo operui.] Porrò ꝙ ait, inter spolia nõ est intelligendũ, ꝙ illa metalla ac vasa redacta sint in prædam pugnantiũ, sed ꝙ erãt talia, qualia solẽt esse spolia pugnatorũ vincẽtiũ, [Misit ergo Iosue ministros q attulerũt] furata, [ꝓiecerũtq; añ dñm] i. ea corã deo oĩa intuẽte posuerũt, recognoscẽdo peccatum eius q abstulit ea, & tanq̃ parati tñ crimẽ vlcisci. [Tollẽs itaq; Iosue Achan, argẽtumq́; & palliũ & aureã regulã &c. filiosq; eius & filias, ipsumq́; tabernaculũ] i. tẽtoriũ [eius] portatile [& oĩs Israel cũ eo] i. cęteri filij Israel cum Iosue, assistẽtes ei in isto, [duxerũt eos ad vallẽ Achor.] Quidam dicunt, ꝙ fur iste vocatus est Achã & Achor. Hieronym⁹ verò dicit, ꝙ solum vocatus est Achon,

Dani. 10.
* dic eis
Gene. 46.
Nume. 26.
Iosli. 5. an iudicũ ca
Esa. 65.

non Achor. Nec in Hebræo vocatur Achor: ideo vallis ista vocata est vallis Achor, non à viro isto in ea occiso, nec Achor est hic nomē ꝓprium, sed conmune, & interpretatur turbatio, ita ꝙ locus ille appellat' est vallis turbationis. [vbi Iosue dixit] ad Achā iam occidēdū: [Quia turbasti nos,] i. per tuum furtum sacrilegū meruisti, ꝙ tam grauiter fuimus perturbati, & quidā ex nostris occisi. ac multi fugati, exturbet te dñs in die hac.] i. violente morti te tradet, & per eam ex nobis te auferet. At verò aurea regula, secundū quosdā, fuit aurea linea seu aurea lamina, habens septem linguæ, seu similitudinē linguæ formata. Vñ (vt fertur) in Hebræo habetur. auream linguā [lapidauitq; eum omnis popul' Israel, & cūcta q̃ illius erāt igne cōsumpta sunt [Circa hoc est questio duplex: Primo em̄ quærēdū est, Cur popul⁹ virū hunc lapidauit, quē (vt paulo ante iam patuit) dñs iussit igne cōburi. Secūdò q̃rēdū, An filij eius filiæ simul cum eo occisi sint. Ad primū B. Au-
Aug. lib. Io suę questio ne. 9. gust. rñdet, ꝙ nomine cōbustionis seu ignis, scriptura frequēter designat q̃cunq; pœnā. præcipuè grauem, quemadmodū filij Israel sæpè legunť de ferrea Aegypti fornace educti. Sed contra hoc obijcit qdam, dicēs ꝙ nō videť textui cōsonū, qa iam dictū est ꝙ dñs iussit eum cū omi substātia sua cōburi: cū ergo substātia eius cōbusta sit, videť idē de ipso dicēdū. sed aruertendū ꝙ August.
Ibidem. valdè cōuenienter circa hæc scribit: Nō est inqens, credendū, Iesum (i. Iosuæ) aliud fecisse, quam ꝙ dñs iussit. Nam ad intelligendū verba dñi, quis potuit esse sapientior, vel ad faciēda obedientior Iesu, q̃ ea intellexit vt ꝓpheta? Insup loqtur Augst. Duæ mihi causę occurrūt, propter quarū alterā Iosue nō cōbussit hunc Achā. Aut em̄ verè pœnituit, & ita dignus non erat igne gehennæ, idcircò nec igne voluit eum Iesus cōburere: aut nō pœtinuit verè, & ita fuit æterno igne torquēdus: ideo illā pœnā ignis reseruauit Iosue dño, & ipse aliā pœnā, s. lapidationē, inflixit. Præterea Lyra dicit, ꝙ Achā peccauit dupliciter, s. sabbatū violādo, qa in sabbato cōmisit hoc scelus, & ꝓ hoc extitit lapidatus: & rem Deo cōsecratū furādo, ꝓpter ꝙ fuit cōbustus. sed sicut in expositione p̄cedētis cap. est ꝓbatū, ꝓbabilius est, ꝙ Hiericho non est capta in sabbato, & ita nec furtū illud in sabbato est cōmissum. Deniq; in fine huius cap legitur, ꝙ cōgregauerūt sup Achā lapidaltū, aceruum magnū lapidū. Vel ergo primò est lapidatus, vel primò combustus: si primò lapidatus, non fuit pòst combustus, quia in textu habetur, ꝙ aceruus ille lapidū sup eum permanet vsq; in p̄sentē diem. Si autē primò cōcultus est, constat ꝙ mortuum non lapidarūt. Quòd autē omnis Israel eum diciť lapidasse, intelligendū est ꝙ quidā ex omibus hoc fecerūt. & alij cōsenserūt. Ad aliā quæstionem dicūt (vt Lyra refert) Hebræi, ꝙ filij & filiæ Achā non fuerūt cum eo occisi, sed ducti fuerūt cum eo. vt eius punitionē vidēdo, à similibus cohiberētur. Alij dicūt, quod fuerunt cū eo occisi. sed an lapidati, an cōbusti, adhuc posset inqri, & ideo dicūt istud, qm̄ ꝓpter peccatum Achā pmisit De' 36. viros occídi, aliosq; fugari. Magìs ergo videť quod in detestationē facinoris eius, occisi sint filij eius & filiæ. Recitationi aūt Lyræ videť cōtrariari, ꝙ magister in historijs nar
Ibidem. rat, dicēdo: Putāt Hebręi dñm p̄cepisse vt Achā lapidareť, & omia eius, q̃ lapidib' obrui possent: cætera esse cremāda. Ex quo seqretur, ꝙ filij eius & filiæ ac iumenta, fuissent lapidib⁹ interfecti. Pro horū concordia dici potest, ꝙ de isto sint duæ inter Hebræos opiniones. Ampliùs q̃ri potest, an Achā verè pœnituit. Circa hoc loquiť August. dubitatiuè, vt ex verbis eius patet iam allegatis. Aliqui verò dicūt ꝙ nō pœnituit verè, videlicet ex displicētia culpæ, sed ex formidine pœnæ. Sed hui⁹ oppositum alij ꝓbabilis dicūt, quia vt text' testatur. Cum Iosue dixisset ad eum, Fili mi, da gloriā deo rñdit, Verè ego peccaui dño Deo Israel, quæ vidētur verba humilis conpunctionis & veræ cōtritionis. [cōgregauerūt quoq; sup eum aceruum magnum lapidū] vt aceruus ille esset memoriale signū præteriti criminis ad aliorum terrorē & cautionē. [Et auersus est furor dñi ab eis,] i. rigor diuinæ iustitiæ cessauit à filijs Israel, ita ꝙ per facinus Achā non abstraxit eis vltrà p̄sidium cōtra hostes. [& vocatū est nomē loci illius, vallis Achor,] i. turbationis propter causam expressam, de qua valle scriptum est Esaię 62. Erit vallis Achor in cubile armentorū. Et Oseæ 2.
Aug. lib. Io suę questio ne. 9. Dabo vallē Achor ad aperiendā spem. Circa p̄dicta duæ occurunt quæstiones: Prima, qualiter diuinæ iustitiæ cōgruebat propter peccatū vnius hominis, sic irasci populo vniuerso. Secunda. an
Ezech. 18. licuit Iosuæ vti sorte. Ad primā harum August. respondet: Quæri, inquiens, solet, quomodo peccatū vnius iustè vindicetur in alio cùm lex dicat, patres non esse puniendos ꝓ iniquitatibus fili-
Allegatio ista fit secū dū sensum. nō verba si modò vul. gata hodiè Augusti. ni editio, syncera. orum, nec econuersò. An lex ista homines iudicātes concernit, vt s. non puniant vnum ꝓ alteris culpa: sed talia non sunt iucicia Dei q alto & incōpræhensibili iudicio nouit, q̃tum extendat tēporalē hominū pœnā, salubremq; terorē. Non em̄ durū aliquid, quātum attinet ad vniuersi mundi administrationē, contingit mortalib' cum moriunť, aliqñ morituri: & tñ apud eos q talia metuunt, disciplina sanciť, vt vnusquisq; in populo non solū curet seipsum, sed homines sibi inuicē adhibeant diligentiā, & tanquā vni⁹ corporis membra alia ꝓ alijs sint solicita. Nec tñ credendū est, vnū pro alio posse puniri his pœnis, q̃ irrogātur post mortē, sed infligi pęnā huiusmodi tm̄ in his rebus, q̃ finem fuerāt habituræ, etiā si nō finirētur hoc modo: Per id quoq; ostēditur, quantū in populi potestate vniuersitatas sit conexa, vt non solùm in seipsis singuli, sed tanq̃ partes existimētur in toto. Per vnius ergo peccatum, & per mortē paucorū, admonit', est popul' vniuersus, tanquam in corpore vniuerso quærere quod commissum erat. si autem aliquis inuenisset ipsum

Achan

Achã in furtu,& adduxiſſet eum ad Ieſum ſeu Ioſue,non putandũ ꝙ Ieſus puniuiſſet alium ſimul cum illo,qui non cõmunicaſſet ei in crimine.ſed longè ſecretiori iudicio iudicat De9,qui etiam poſt mortem poteſt liberare & ꝑdere. Viſibiles ergo afflictiones& mortes, quę poſſunt obeſſe & prodeſſe his quibus ingerunť, nouit dñs occulto prouidentiæ ſuæ, qualiter quibuſq; diſpenſet ſeu irroget,etiam cùm alios ꝓ aliorum peccatis videtur vlciſci ſiue p nire. Inuiſibiles autẽ pœnas quæ nocent nec proſunt, non infligit vni ꝓ culpa alterius. Ex his ſapientiſſ. Aug.verbis patet plena hui9 quæſtiõis ſolutio. In quib9 etiã virtualiter cõtineť reſpõſio, quam Thomas alijq; Doctores ſcholaſtici ad hanc quæſtionẽ aſsignãt, qnam alibi in diuerſis locis induxi. Elucescit qppe ex his ꝙ dum deus punit vnum ꝓ culpa alterius pœna temporali, & corporali ordinat hoc in maius bonum illius quem taliter punit: eſtq; talis punitio, eius purgatio, ſeu futuræ minoratio pœnæ, ſeu etiam via ac diſpoſitio ad gratiam ac ſalutem, earùmve incrementũ. Ideo nonꝑiudicat ei quẽ ita punit. Potiſsimè quoq; facit hoc in illis,q ſunt quodamodò vnũ, quemadmodum in exercitu vnus eſt quaſi compars & cõmembrũ alterius, & filius eſt aliquid ſuorum parentum, quantum ad corpus, & ſerui ſunt res q̃dam dñorum ſuorum. Ordinat etiam Deus hoc ipſum in bonum commune. Ad ſecundũ dicendum, ꝙ ſortes vocantur, dum quædam geruntur ex quorum euẽtu occultũ aliquid innoteſcat: ſicq; ſortibus vti, eſt ex vario euentu aut diſpoſitione rei ſenſibilis propoſitæ determinare quodcũq; incertũ aut dubium, ſicut ex tractu lõgioris aut breuioris feſtucæ. Eſt autẽ ſors triplex, videlicet diuiſoria, conſultoria ac diuinatoria. Diuiſoria dicitur quando per miſsionem ſeu euentũ rei ſenſibilis quæritur, quid ſit aliquibus exhibendum de re poſſeſſa, vel de honore dignitate aut pœna, videlicet vt ſciatur, quid quis aut quantũ accipiat. Sors verò conſultoria nuncupať, dum ita inquiritur, quid ſit agendũ vel omittendũ. Quod ſi quæratur, quid ſit futurum, vocatur ſors diuinatoria. Cùm ergo actus humani non ſint cœleſtium corporũ influentiis ſubditi, quoniã ſapiens dominabiť aſtris, non licet, euentũ oſtenſionem quæ ſortium à cœleſtibus corporibus aut ſideribus expectare, & multo minùs à dæmonib9: quib9 cauſis remotis, nec eſſe eſt talẽ euentũ præſtolari à fortuna, vel à ſubſtantia intellectuali ſuperiori, directiua actuum humanorũ & bona, hoc eſt à Deo vel angelis. A fortuna aut expectari nõ poteſt, niſi in ſorte diuerſoria, ſicut dum aliq nequeunt rem concorditer diuidere: ideo ex cõmuni conſenſu mittunt ſortes, totum euentũ committentes fortunæ, & tunc non eſt peccatum: tamẽ cauſa motiua poteſt eſſe culpabilis, vt dum ex cupiditate vel contẽtione aliter diuidere nequeunt, vel ex affectu lucrandi ſic faciunt Interdũ quoq; in hoc contingit vitium vanitatis. Porrò ſi euentus atq; iudicium ſortis expectetur à Deo vel angelis, non eſt in ſe peccatum, ſecũdum ꝙ aſſerit Aug. Sed poteſt in hoc quadrupliciter culpa incidere. Primò, ſi fiat abſq; neceſsitate. ſic enim ad tentationem pertinet Dei. Secundò, ſi etiam in neceſſitate fiat abſq; debita deuotione & reuerentia. Vnde cum Apoſtoli miſſuri erant ſortes inter Matthiam & Barſabam. fecerunt hoc cœtu fratrũ collecto, atq; oratione præmiſſa. Tertiò, quando diuina oracula ad negocio conuertuntur terrena. Quartò, ſi ſortibus quis vtatur in eccleſiaſticis electionibus, quæ ex inſpiratione diuina fieri debent. Propter ꝙ Beda teſtatur, Matthiam ſorte factum Apoſtolũ, qñ ſpiritusſanct9 nõdũ fuerat dat9: ſed eo miſſo, 7. diacõi nõ ſorte ſed fratrũ electiõe sũt ordinati. De hac repleni9 ſcribit Tho. in 2 à ſecũdæ. In veteri aũt teſtamẽto frequens extitit ſortiũ vſus, quãdo Deus volebat hoc modo oñdere, ſe omniũ ꝓuidentiam, notiamq; perfectã habere. Propter ꝙ Prouer. 16. ſcriptũ eſt: Sortes mittuntur in ſinum. ſed à dño temperantur. necnon & Num. 34. iuſsit dñs terrã ꝓmiſsionis ſorte diuidi, ſicut & infrà in iſto libro legiť adimpletũ. Vltimò quæri poteſt circa ꝓhabita, cur Ioſue duxit Achan, & ea quæ erãt ipſius, ad vallẽ vt occideretur ibidẽ. Ad ꝙ ad literam dici poteſt, ꝙ ideo, ne aliqui Chananeorũ ex eminentiorib9 locis ſuis conſpicerent, ꝙ filij Iſrael aliquem ex ſeipſis ita tractarẽt. Vndè in ſcholaſtica fertur hiſtoria, quod fuit vallis profunda.

Aug. lib. Ioſue. queſ. 9.

Actorũ 1.

Pet. Com. hiſt. lib. Ioſue. cap. 6.

De ſpirituali ſenſu huius Cap. 7. Art. 14.

Filij aũt Iſrael ꝑuaricati ſunt pactũ, & vſurpauerũt de anathemate.] Per filios Iſrael intelligendi ſunt Chriſtiani, quib9 præcipitur: Nolite conformari huic ſeculo, & nolite diligere mundum neq; ea quæ in mũdo ſunt. Hi ergo dum timore Dei neglecto. efficiunť mente mundani & mores ſeculares ac vitia, excuſationeſq; friuolas ad eccleſiã aut in clauſtrũ comportantes, p talia inficiunt alios vſurpant de anathemate Hierich. Circa hoc loqtur Origen. Qui de aſtrorũ curſib9 vitas hominẽ & geſta p quirũt, qui auiũ volatus & ſimilia, quæ in ſeculo didicerũt, obſeruãt, de anathemate Hiericho inſerũt in Eccleſiã Dei, & vicini faciunt populũ eius. [Iratuſq; dñs contra Iſrael.] Circa hoc loquiť Origenes quo nullus doctorũ melius dicit in his, in quib9 catholicè dicit: Non ocioſè tranſcurrendũ, ꝙ vno peccãte, ira ſup omnẽ populũ venit, hoc accidit quãdo ſacerdotes q populo præſunt, erga delinquẽtes benigni volũt videri, & verẽtes peccantiũ linguas, ne fortè de eis male loquanť, & ſacerdotalis ſeueritatis immemores, nõ implẽt ꝙ ſcriptum eſt, Peccantẽ corã omnib9 argue, vt & cæteri timorẽ habeãt. Quæ iſta bonitas, q̃ iſta miſericordia eſt, vni parcere & oẽs in diſcrimẽ adducere? Polluiť erã ex vno peccatore popul9, ſicut ex vna oue morbida grex vniuerſus inficiť. Ideo obſeruem9 nos inuicem, & vniuſcuiuſq; conuerſatio nota

Roma. 12.
1. Ioãnis. 2.

Origenes.

1. Timo. 5

sit maximè superioribꝰ & ꝓlatis nec putet se quisquā rectè dicere, Quid ad me spectat, si aliꝰ ma-
Roma.12. lè agit? vnū corpus omnes sumus in Christo. Tu q̃ præsides, oculꝰ es corporis huius, vt oĩa cir-
cūspicias & emēdes, & futura ꝓuideas. Pastores & ouiculas Dei ignoras periclitari: vides ad ꝓci-
pitia ferri, & ad ꝓrupta pēdere, & non occurris, nec reuocas, nec correptioẽis clamore deterres.
Matth. 5. Hæc non ideo diximus, vt ꝓ leui culpa quis abscindatur: sed si fortè cōmonitꝰ quis & correptus
Marc. 9. pro delicto semel & iterum ac tertiò, nihil emendationis ostendrit, vtamur medici disciplina, si
oleo perunximus, si emplastris mitigauimus, si malagmate molliuimus, nec tñ cedit tumoris du-
ritia, tunc solum superest resecandi remedium, sicut & dñs ait: Si dextera manus tua scandaliza-
uerit te, abscinde eam, & proijce abs te. Nunquid de manu corporis dicit hoc? sed hoc est ꝙ di-
cit, vt ego qui videor tibi esse manus dextera, & presbyter nominor, & prædico verbū Dei si ali-
quid contra Ecclesiasticā disciplinam & Euangelij regulam gessero, ita vt scandalum tibi & Ec-
clesiæ faciā, vniuersa Ecclesia in vno cōsensu cōspirans, abscindat me dextram suam, & proijciat
a se. Expedit enim tibi & Ecclesiæ, absq; me manu sua malè agente & scandalizante, introire
in regnum cælorum, quam mecum mitti in gehennam. Hæc Origenes, insuper sicut filij Israel
missi ad expugnandum vrbem Hai, ab infidelibus illis sunt victi, sic sæpè contingit, quod sacer-
dotes & prædicatores, qui diriguntur vt seculares conuertant, peruertuntur ab illis ex propria
prauitate ad malum. Iosue verò scidit vestimenta sua, & cecidit pronus in terram tam ipse quam
seniores. Sic prælati & prædicatores & sapientiores ac seniores in populo, dum inferiorum &
pusillorum atq; vulgarium peccata & deformationem agnoscunt, debent vehementissimè con
tristari, flere, seq; coram Deo cum omni compunctiōe prosternere, atq; indesinenter pro lapsis
& victis ab inuisibilibus hostibus deprecari. Proprias quoq; scindere vestes, i. ꝓpria opa incre-
pare, & formidare, quod ex sua negligentia atque demeritis illis ita deiecti sint. Debent etiam
suas scindere vestes, i. sua corpora pro illorum reconciliatione, conuersione & salute castigare,
macerare & flagellis atterrere. Nempe si Iosue & seniores Israel tot & tanta fecerunt propter tē-
poralem fugam & læsionem à visibilibus inimicis, quanto magis ista agenda sunt propter fideli-
um fugam & læsionem ab inuisibilibus attrocissimis æmulis? Præterea, cum ꝓlatus aliquem co-
gnouerit excessisse, dicat ei quod Iosue dixit ad Achan: Fili mi, da gloriam deo, & cōfitere ac in-
dica mihi quid feceris. Oportet enim in sacramentali confessione recognoscere culpam. In ex-
teriori quoq; foro, si ratio exigit, fateri eandē, quādo videlicet publica est, vel publicè punien-
da. Per hoc verò, ꝙ Iosue dixit, fili mi, patet, quàm charitatiuè & compassiuè, nō ex ira aut odio,
increpatio & exhortatio fieri debeat. Ex eodem docemur, quòd propriæ culpæ cōfessio, sit Dei
laudatio. Qui enim se peccasse fatetur, deum esse iustū & sanctum contra cuius mandatum quid
egit aut omisit, testatur. Ampliùs, sicut Achan mox humiliter acquieuit, & suum facinꝰ distinctè
ac euidenter aperuit: sic quilibet reus, à suo superiore iussus siue admonitus, facere debet: immo
periculosissimū est propriam culpam negare, aut nimiùm extenuare, ꝑsertim cùm & reus ꝓ suo
crimine occidēdus, peccet mortaliter, quādo à iudice iubetur illud manifestare, nec acquiescit
Origenes. [Vidi inter spolia pallium coccineum valdè bonū, &c.] Circa hoc ait Glossa ex Origine: In ser-
monibus rhetorum & philosophorū, q̃ sunt de ciuitate Hiericho, i. de mūdo, multa est pulchri-
tudo. si ergo inueneris apud philosophos peruersa dogmata, luculenti sermonis assertionibus
decorata, aurea lingua seu regula est: sed vide ne te decipiat sermonis aurei pulchritudo. si poe-
tam legeris modulatis versibus atq; præfulgido carmine deos deasq; texentem seu deschriben-
tem, vide ne delecteris eloquentiæ suauitate, quoniā aurea lingua est. si enim sustuleris & posu-
eris eam in tabernaculo tuo, si in cor tuum introduxeris per consensum q̃ afferuntur ab illis, pol-
luis Ecclesiam Dei. Hoc fecit infelix Valentinus & Basilides, hoc fecit & Marcion hæreticus. fu-
* isti rati sunt * istas aureas linguas de Hiericho, & philosophorum sectas nō rectas, in ecclesiam dei
introducere & omnem populum polluere sunt conati. sed nos præcedentium patrum sequamur
exemplum, & abijciamus malū de nobis. Nam & in nostris disputationibꝰ moris est dicere quia
Christum non purum hominē dicimus, sed Deum & homunem confitemur. Hæc Origenes. Per
pallium autē coccineum valdè bonū, potest intelligi secularis ornatꝰ exterior, seu apparatꝰ pom-
paticus à carnalibus homibus reputatus. Vndè inquit Esa. 1. Si fuerint peccata vestra quasi coc-
cinū. Atq; Apoc. 17. Vidi mulierē sedentem super bestiam coccineam. Per siclos verò argenteos,
copia mundanæ prudentiæ & nitor eloquentiæ designantur. hæc furatur de Hiericho, qui post
conuersionem suam rursus secularem & carnalem vitam assumit, & ex humana prudeutia atque
facundia se extollit, talis in valle Achor lapidatur, i. in bassitudine suæ turbulentiæ proprijs acti-
bus duris opprmitur, ac diabolicarum tentationum ponderibus trucidatur. Non ergo glorie-
mur in talibus: sed in hoc vnusquisq; se prudentem putet & eloquentem si proprias defectiosi-
tates, culpas & calamitates humiliter recognoscat, clarè confiteatur, & condignè emendet.

Explanatio literalis Cap. 8. Dixit autem dominus ad Iosue: Ne timeas. *Art. 14.*

OStenso in capitulo ꝓcedenti, qualiter diuina iustia peccatis offensa, filios Israel dereliquit:
nunc edocetur, qualiter dignis pœnis placata, eosdem adiuuit. [Dixit autem dñs ad Iosue:
Ne

Ne timeas]corde,[neq; formides]p redundátiã timoris in corpore, q̃ redundátia ꝓpriè dicitur tremor. Itaq; non timeas inordinato carnali timore.q.d. iam recõciliat⁹ sum populo tuo,[Tolle tecum omnẽ multitudinẽ pugnatorum, & cõsurgẽs, ascende in oppidum Hai:]i.ad vrbem sic dictã.[Eccè tradidi in manu tua regem eius & populũ,vrbemq́; & terrã]circũ iacentẽ cum villis suis, [faciesq́; vrbi Hai & regi eius, sicut fecisti Hiericho & regi eius:] i.vrbem illã combures,& populum vrbis occides,ac regem eius affiges patibulo p manus populi tui.[Prædam verò]i. diuitias vrbis,[& omnia animantia]vobis accomoda[diripietis vobis]i.rapietis,& inter vos diuidetis.[pone insidias vrbi post eam.]Qualiter autẽ liceat vti in bello insidijs,infrà dicetur.[Surrexitq́; Iosue,& omnis exercitus bellatorũ cum eo. Et electa triginta millia virorũ fortium misit Iosue nocte,præcepitq́; ei,dicẽs:Ponite insidias post ciuitatẽ.] Aliqui dicũt,ꝙ ista triginta millia posuerunt se tota in insidijs post vrbem,& ꝙ in alio loco qui in textu exprimitur,posuit Iosue alia quinq; millia in insidijs.Alij dicunt, ꝙ ibi non fuerũt insidiæ positæ,nisi in vno loco,in quo dicunt fuisse quinq; millia,& ꝙ erant de numero illorũ triginta millium:itaq; vigintiquinq;millia ex illis 30.millibus,ad exercitum redierunt. [Abijt ergo Iosue,& stetit in vallis medio]cum suo exercitu.[ꝙ cum vidisset rex Hai, festinauit manè,& egressus est cum omni exercitu ciuitatis.Direxitq́; aciem cõtra desertũ,] qm̃ Iosue cum suo exercitu fuit in ea parte, quæ solitudinem respiciebat.[ignorans ꝙ post tergum]videlicet ab alia & opposita vrbis parte,[laterent insidiæ:] s.inter Bathel seu Bethauẽ & Hai.[Iosue verò & om̃is Israel cesserũt loco,]recedẽtes ab eo,quasi ex timore fugã ineuntes,[simulãtes metũ,& fugientes p solitudinis viam.At illi vociferãtes pariter &c.]i.habitatores Hai ac Bethauẽ cũ clamore & mutua cohortatione insequẽtes filios Israel. [& ne vnus qdem in vrbe Hai & Bethauẽ remãsisset, [loquẽdo de his qui ętatem & robur habuerunt ad insequendũ.[sicut eruperãt]instar fluuij rapidi cum impetu exeundo,[aperta oppida relinquẽtes,]quasi prædam ilicò reportaturi,vel vt celeriùs possent regredi, si fugernt.[dixit dñs ad Iosue:Leua clypeum qui in manu tua est,contra vrbem Hai.Cumq́; leuasset clypeum,insidiæ quæ latebant, surrexerunt cõfestim, & pgentes ad ciuitatẽ, ceperunt & succẽderunt eam.] Ex hoc elicit, quod eleuationẽ clypei dedit eis Iosue ꝓ signo,vt s.surgerent de insidijs, vrbemq́; ingrederent̃ atq; incenderent, clypeo viso. Sed q̃ri potest,qualiter à loco tam remoto poterant clypeum cernere?Ad ꝙ aliqui dicunt,quod eleuauit eum in hasta seu lancea.Imò Hebræi dicũt, ꝙ hastam ꝓ signo leuauit. Viri autem qui persequebant̃ Iosue,respiciẽtes, & videntes fumũ vrbis Hai ad cœlum vsq; conscendere] i. valde alte in cœlum aereum,[non potuerunt huc illucq́; diffugere.Itaq; filij Israel succenderunt vrbem,&fecerunt eam tumulum sempiternum:]i.penitùs destruxerunt, quasi nunq̃ reædificandã, ꝙ fuit eorum ꝓpositum,[quemadmodum & de Hiericho intenderunt. Posteà tñ vtraq; vrbs fuit reædificata. Regẽ quoq; eius suspendit] Iosue[in patibuso vsq;ad vesperam & solis occasum,ꝑcepitq́;]Iosue[socijs] i.pugnatotib⁹ suis,[& depo suerunt cadauer eius de cruce post solis occasum:]qa Deut.23.iussum fuit,ne post solis occasum remaneret cadauer suspensi in cruce: Qui adiudicat⁹ morti, suspensus fuerit in patibulo,non pmanebit cadauer eius in ligno,sed eodem die sepeliet̃,qa maledict⁹ à Deo est q pẽdet in ligno: hoc est,sufficit ei ꝓ pœna ignominiosa crucifixio sua.[ꝓiecerun tq́; in ipso introitu ciuitatis,cõgesto sup eum magno aceruo lapidum,] & hoc fuit sepelitio eius.Ideo autem ꝓiecerunt & taliter sepelierunt eum in ipso vrbis suæ ingressu,vt esset alijs in exemplum, & memoria diuinæ iustitiæ ac iustæ vindictæ.[Tunc ædificauit Iosue altare dño Deo Israel]p man⁹ ministrorum siue artificum,[in monte Hebal,]cõstituto in campo [sicut ꝑceperat Moses famulis dñi filijs Israel.] Vndè Deut.27.scriptum est:ꝑcepit Moses populo,dicens: Cam transieris Iordanẽ,eriges ingentes lapides & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere om̃ia verba legis huius in mõte Hebal, & ædificabis ibi altare dño[de lapidibus]quos ferrum non tetigit,& de saxis informibus[imposuitis:]cuius literalis ratio,fuit ad discernendum Israelem à gentibus,q̃ de lapidibus ꝑciosis politis construxerunt altaria idolis suis.[& * immolauit sup eo holocausta dño,]i. p manus sacerdotum offerri iussit,[im̃olauitq́; pacificas victimas] per manus (vt actum est) sacerdotum,& fortè pro qualibet tribu offerebat̃ speciale holocaustum,specialis quoq; pacifica hostia. Dicebaturq́; holocaustum, ꝙ ad diuinæ reuerentiam maiestatis totaliter comburebat̃:in signum, ꝙ homo se totum debet Deo, eiusq; cultui se totaliter offerre. Porrò hostia pacifica vocabatur, q̃ pro salute seu reconciliatione offerebatur. Hæc tamẽ filij Israel offerebãt hac vice,etiã pro gratiarum actione de victorijs sibi datis.[& scripsit super lapides Deut.leg. Mosis.] Deut.pro legis seu norma accipi solet.Vndè quod dr̃, Deut.leg.huius,est intransitiua constructio, sicut cùm dicitur,virtus dei,& cum apostolus in expoliatione corporis carnis.Veruntamen Deuteronium propriè dicitur lex secunda, ἀπὸ τῦ δεύτερον, quod est secundum, & νόμος, quod est lex. Itaq; scripsit Iosue per manus Scriptorum in lapidibus illis per sculpturam Deuteronomij normam seu continentiam,vel tenorem legis Mosis,[quod ille digesserat coram filijs Israel.]Moses quippe adhuc viuens,filijs Israel proposuit,exposuit, & in scriptis redegit Deuter.leg. Mosis,sicut & Deut.5.innuitur. Circa hoc aliqui dicunt, quod Iosue scripsit in illis lapidibus,nisi decem præcepta,prout

21.quæsti. 2.ca. Dominus noster.

*obtulit

Deut.5.habētur. Quibus obuiare videtur, quia (vt allegatū est) Moses Deut.27.loquitur: Eriges ingētes lapides, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius. Ioseph⁹ quoq; asserit ibi scripta fuisse multò plura quàm decē præcepta, videlicet benedictiones & maledictiones, de quibus in isto capitulo infrà habetur. August. etiam quærit, quomodo potuit tantum scribere in illis lapidibus. Veruntn̄ quātum litera ẽpertissimè dicit, ꝙ erāt iegētia saxa leuigata, poterāt multo plura q̄ decē præcepta exarari in eis. [Oñis aūt] populus [Israel] videlicet plebs cōmunis, [& maiores natu, ducesq;] putà principes tribuum, [& iudices] s. tribuni, centuriones, quinquagenarij, & decani, de quibus Exo.18. habetur, [stabāt ex vtraq; parte arcæ in cōspectu sacerdotū qui portabant arcā dñi:] i. vna ac media pars p̄dictorū, stabat ex vno latere arcæ, alia verò medietas ex alio latere. ideo subditur: [Media pars eorū iuxta mōtem Garizim, & media iuxta mōtem Hebal, sicut p̄ceperat Moses] in Deuteronomio [famulus dñi.] Hi enim duo mōtes parùm distabāt ab inuicèm, inter quos fuit cāpus seu vallis, in qua stabāt sacerdotes cum arca. [Et primū quidem admodū 3.Reg.8.habetur: Stetit Salomō, & benedixit omni Ecclesiæ Israel. benedictio tamē magis propriè ptinebat ad sacerdotū officium, sicut & cōsimilia spiritalia opera. [Post hæc legit] Iosue [omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta erāt in legis volumine.] Hoc in Deuteronomio euidēter preceptū fuit. vt Leuitæ, i. sacerdotes hæ: legerent. Idcircò dicendū quod Iosue ista legit, i. legi fecit per Leuitas. Quod autem subiunctū est, & cuncta q̄ scripta erant in legis volumine, intelligendū est de cunctis, quæ præfato cap. & deinceps præceperat Moses legi in loco isto. At verò quæ fuerint verba illa maledictionis & bñdictionis, aperitur ibidem, cùm habetur: Pronunciabunt Leuitæ, dicentq; ad omnes viros Israel excelsa voce: Maledictus qui facit sculptie: & respondebit omnis populus, Amen. Maledict⁹ homo qui non honorat patrem suum & matrem, & dicet omnis populus, Amē. In eodem quoq; cap. dominus exprimit, quæ tribus debebant stare in vno horum mōtium ad benedicendum, & quæ ad maledicendum. Nec repugnat, ꝙ ibì dicuntur stare supra mōtes hos, hìc verò iuxta eos, quādo stabant in medijs montium locis atq; partibus, & aliqui stabant altiùs, aliqui bassius. Dicitur autē in textu, vt aduena, ita & indigena, i. vna pars aduenarum stabit cum vna medietate ex filijs Israel in vno monte, & alia pars aduenarum stabit in alto monte cum alia parte Israelitarū. Quod si quæratur, qui fuerint aduenæ illi: Dici potest, ꝙ vel quidā ex gentilitate conuersi, vel ministrantes filijs Israel ex nationibus, aut reliquiæ Aegyptiorū egressorū cum patribus Israelitarū. [Nihil ex his quæ Moses iusserat credi aut fueri, [reliquit] Iosue [intactum, sed vniuersa replicauit coram omni multitude Israel] instruendo & hortando eos ad fidem & obedientiā omniū præceptorū documentorum altissimi: nec spreuit inferiores, quia subiungitur: [mulieribus ac paruulis & aduenis qui inter vos morabantur:] in quo etiā innotescit fidelitas eius & diligentia sui officij. Præterea aduertendum, ꝙ aliqui dicunt istam historiā de ædificatione altaris, oblatione & benedictione ac maledictione, hìc recitari per anticipationem, & post illam victoriā quæ infrà enarratur, esse impletam. Hinc magist. in hist. scribit, Hìc præoccupat historia de altari facto inter Garizim & Hebal, &c. ¶ Circa præhabita tria quæruntur: Primum est, an liceat insidijs vti in bellis. Secundum, q̄ requirantur ad hoc ꝙ bellum sit iustum. Tertium, an liceat hominibus maledicere. Ad primum illorum respōdet sanctus doctor in secunda secundæ, quæst.40. Insidiæ ordinantur ad hostium deceptionē. Potest autē vnus alterum fallere dicto aut facto dupliciter. Primò, falsum dicendo, aut promissa non obseruando, quod extat illicitum, quia secundum Ambrosium libro de Officijs, etiam inter hostes seruanda sunt pacta. Secundò, propositum seu conceptū suum ei non manifestando, quod licitum est. Nam sicut in doctrina fidei quædam secretiora hostibus fidei occultanť, ne sanctū canib⁹ detur: ita in documētis rei militaris præcipuum est, ne cōsilia hostibus reuelenť, vt patet p Vegetium lib. de re militari. Et idem Tullius ait. Hinc 2. Mach.13. narratur: Reuelauit autē mysteria hostibus Rodocus quidā, qui requisitus, cōclusus est. sicq; in bellis iustis, non in bellis iniustis, licet pugnatoribus vti insidijs. Propterea August. ait circa hunc passum: Cum quis bellū iustum accepit, nihil ad iustitiam interest, an aperta cōgressione, an insidijs vincat. Ad secundum eadem quæstione Thomas respōdet: Tria exiguntur ad hoc, ꝙ bellū sit iustū. Primū est, authoritas principis, quia psonis priuatis nō licet bellū mouere, cum possint ius suum in superioris sui iudicio prosequi. Hinc in libro contra Manichæum asserit August. Ille accepit gladium, qui sine legitima & superiori potestate hoc agit. Cum ergo principibus commissa sit cura Reipub. cōpescere habēt hostes intestinos atque extraneos. Secundū est, iusta causa. Tertium, recta bellātiū intētio: qa nocēdi cupiditas, vindicādi crudelitas, implacabilis anim⁹, dominādi libido, repugnādi atrocitas, iustè culpanť. Hinc circa hūc locū dicit Aug. Nō oībus fas est pugnare. Iusta autem bella dici solent, quæ vlciscuntur iniurias, si gens aut ciuitas quę bello est impetenda, emendare negligit, quę à suis improbè facta sunt, vel reddere ꝙ iniuriosè ablatū est. sed hoc belli genus iustum est, ꝙ imperat Deus, in quo non est inquitas & qui nonit quid cuiq; fieri debeat: in quo non tam author belli, quam minister, iudicandus est princeps exercitus vel populus eius.

Iose. lib. 5. ant. iu. ca. 1. Aug libr. Iosuę quæstio. 10. Deute. 27 2. Para. 5 6 Deut. 27. Ibidem Iosuæ 11. Pet. Co hi. libr. Iosuæ cap 7. Matth. 7. Aug libr. Iosuę quæstiones 10. Ibidem.

eius. Ad tertium breuiter respondendū, q̀ non licet alicui maledicere alteri ex rācore aut zelo iniustitiæ, neq; ex ira aut impatiētia, sed interdū id licet ex charitate & zelo iustitiæ. Male dicere nanq; est, alicui malū dicere vel optare, q̀ præfato modo est licitū, ita vt malū illud alteri optetur, vel inquantum est ei expediens ad salutem, vel inquantum est malum pœnæ, q̄nque etiam fiunt huiusmodi mule dictiones à viris iustis per modum propheticæ p̄nunciationis. Postremò in consideratione historiæ huius cap. admiratio oritur, q̀ in isto cap. non fit mētio de vastatione & pcussione vrbis Bethauen, cum & eius habitatores, vrbe sua aperta relicta, sequebantur filios Israel, insecuti cum habitatoribus Hai. nisi fortè ex dispositione vnius, alterum detur intelligi.

¶ *De huius cap. 7. sensu mystico.* Art. 15.

Dixit dn̄s ad Iosue: Ne timeas, neq; formides.] Sic & Christ⁹ in Eueng. Matth. 10. Nolite, inquit timere eos q corpus occidūt, sed eum timere, q potest corpus & animā perdere in gehennā. Deniq; vnicuiq; virtuoso prælato, pro subditorum suorum ruina afflicto ac flenti, dn̄s p̄stat consolationem atq; fidutiam admonens, ne immoderatè propter præterita vereatur, sed spe sua in Deo fixa, viriliter se opponat inuisibilibus inimicis, atq; cum toto commissi sibi gregis exercitu oponat se aciei vitiorum ac demonū: quod est in oppidum Hai ascendere: q̄m Hai interpretatur chaos, per q̀ obtenebratorū spūum malignorū cōgregatio designatur seu locus: ad quorū debellationē plurimum valet concors connexio, mutuumq; subsidium, & generalis instantia circa virtutes seruorum cōmilitonumq; Dei, cùm dicat Saluator Matth. 18. Vbi fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, ibi in medio sum eorum. Et rursus testatur scriptura Proue. 18. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas munita. imò in tali conflictu valet potissimè ardens diligentia præsidentis, pro sibi commissis fortiter contra pc̄tā ac dæmones p̄liantis. Insuper per Iosue intelligitur Chr̄s, quem Deus pater cōfortauit ac milit ad expugnandum aereas potestates, quas cum rege earum principe tenebrarum, Christo subiecit plenissime. [Pone insidias ciuitati.] diaboli ponimus, cum per secreta virtutum exercitia, superogationisq; opa, imò per occultissimas & soli Deo cognitas mentis cogitationes puras ac humiles, atq; per affectiones ictās ac feruidas, tentationes ac laqueos dæmonum superamus: & talem conflictum aduersus eos, Christus & eius vicarius sæpè edocent subditos suos. Porrò Saluator apertè congressus est contra eos cum suis discipulis. Veruntn̄ quasi fugam dissimulauit, dum deitatis suæ omnipotentiā illis abscondit, seq; à mēbris & satellibus dæmonum in Aegyptum fugari, irrideri, ac multipliciter tribulari pmisit. [Cūq; longiùs protraxisset eos post se,] ita q̀ vsq; ad crucis patibulum insecuti sunt eum, tunc statim post resurrectionem & spiritus sancti missionem, per suos Apostolos aliosq; discipulos ꝓstrauit eos oīnò, in multis suorum millibus electorum, propter quod passione instante, ꝓfessus est: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et: Ego si exaltatus fuero à terra, oīa traham ad meipsum. Hinc pat[...] [...]licitus eis est p Esai. 53. Dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, ꝓ eo quod tra[...]dit in mortem animam suam. [Iosue autem nocte illa in medio mansit populi.] Sic prælatus tempore tentationis & aduersitatis inseparabiliter debet assistere suo gregi, & vnicuique quantum potest. [Et ascendit cum senioribus in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatorum.] Hoc planè ad oēm spectat pastorem, vt in cūctis se prębeat exemplarē, & sibi cōmissos in omni p̄cedat virtute, atq; in tentationum conflictu formam resistendi ac triumphādi exhibeat semetipsum. Valletur quoq; auxilio pugnatorum, i. virtuosorum fratrum militum Dei orationibus & meritis, imo vicissim & exhortationibus & exemplis vuuetur, quia Aaron ac Hur manus Mosis sustentabant. [Abijt ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio.] Sic prælatus, imò & omnis Christi fidelis debet à suggestione iniqua per mentis dissensum recedere, & stare in humilitate, q̄ inter p̄sumptionem (seu elationē) & pusillanimitatē est media. Nam q̄to q̄s maior est, tanto ꝓfundiùs humiliare se debet: imò quo præsidens, p̄ alijs, donis gratiæ eget maioribus, & gratiosiori directione spūssancti, eo perfectior humilitas sibi est necessaria. [Quod cū vidisset rex Hai, festinauit manè, & egressus est cum om̄i exercitu suo.] Per regē Hai, vt dictū est, princeps accipitur tenebrarum. q̄uis aūt primus ille apostata, sit gn̄alis oīm malignorum princeps spūum sub eo, tn̄ est inter impios illos multiplex ordo superioritatis. Quo aūt p̄lati ecclesiæ & fideles ardentiùs ad virtutes se applicant, viriliusq; se opponunt tentationibus & peccatis, eo dæmones & aliqui inter eos eminentiores, acriùs & celeriùs illos impugnare ac deijcere moliuntur. [Direxitq; aciem cōtra desertū:] q̄a iniquus ille apostata eos grauiùs insectatur, q relicto seculo, ad eremiticam vitam seu monasticam cōuersationē confugiunt, contra quos p̄liatur, quasi manu ad manum, ꝓpter quod solitaria vita periculosa cēsetur & ardua. [Iosue verò & omnis multitudo Israel cesserunt loco, simulantes metum, & fugientes per viam solitudinis.] Sic multi electi fideles, videntes se inter seculares hoīes vix posse saluari, ad secreta & solitaria atq; monastica properant loca, in quibus non habēt tanta peccandi incitamneta, nec tam to[...]tia cōcupiscentiarū obiecta: & q̄m metuunt inter mundanos hoies supplantari, & cum puersis puerti, ad vitā abstractam nitūtur pertingere. [Dixitq; dn̄s ad Iosue: Leua clypeum qui in manu tua est, contra vrbem Hai.] Sic Dominus pręfatis dimicatoribus suis, præsertim superiori eorum, iubet, vt clypeum quem tenet in manu, id est, fidem quam habent in suis operi-

Ephes. 2.
Ioann. 12.
Ibidem.
Exodi 17.

[Quibus Iosuæ dixit: Quinā estis vos?aut vndè venistis?Rñderūt: De terra longinqua valdè venerunt serui tui in nomine dñi Dei tui]i.In fide ipsius,& ad eius honorē. quis enim timor seruilis induxit eos ad hæc, tñ iam aliq̃ ceperunt fidem, saltem suasam,habere in Deo ex mirabilibus eius, vt infrà in litera continet̃.Nam subditur: [Audiuimus enim famā potētiæ eius] i.rumorem de eius omnipotētia,[& cunctā q̃ fecit in Aegypto] ꝑ vobis, [& duobus regibus Amorrhæorū, Seon regi Hesebō,& Ogregi Basan,dixeruntq; nobis seniores terræ nostræ: Tollite in manibus vestris cibaria ob longissimā viam, & occurrite eis,& dicite: Serui vestri sumus,inite fœdus nobiscum&c.Susceperūt ergo]filij Israel[de cibarijs eorum] in signū fœderis initi aut ineundi, & fortè indè aliquid comederūt.[& os dñi non interrogauerūt]i.à Deo seu à sapiētia eius qua omnia profert,vel ab angelo qui in persona Dei eis denūciare cōsueuit agenda, non petierunt consiliū.[fecitq; Iosue cum eis pacē,& inito fœdere,pollicitꝰ est,vt non occiderētur.Principes quoque multitudinis iurauerunt eis. Post dies autē tres initi fœderis, audierūt]filij Israel, ꝙ viri illi & hi à quibus fuerāt missi,[in vicino habitarent]i.locis vrbibusq; propinquis,[& inter eos futuri essent,moueruntq; castra filij Israel,& venerunt in ciuitates eorū die 3.]Si post diem 3.initi fœderis,nunciatū est filijs Israel,ꝙ illi ꝓpe eos habitarent,quō 3.die venerunt in vrbes illorū? Itaq; sensus esse videtur,ꝙ post 3.diem,i.post tertij diei initium,nunciatū est eis,& eodē die cœperūt ire ad ciuitates illorum,& fortè ꝑuenerunt vsq; ad eos. [quarum hæc vocabula sunt, Gabaon & Caphira & Beeroth & Cariathiarim.]quarum habitatores statim aperuerunt & obuiauerunt Iosuæ & Hebræis,tanq̃ dominis & amicis, [& non percusserunt eos] filij Israel,[eo q iurassent eis principes multitudinis] s.Iosue communis omium princeps,& 12.tribuum duces,& fortè etiam Eleazar pontifex. [in nomine dñi Dei Israel,]i.per Deum suum,ꝙ non occiderent ipsos.[Murmurauit itaq; omē vulgus contra principes Israel,] imponēdo eis, ꝙ incautè inissent fœdus cum illis,à quorum fœdere erant prohibiti,& quod os dñi non interrogauerunt,i. dñm per pontificē seu sacerdotem, cum tamen in magnis causis debuerint ad Dei consultationem confugere,qui Esa.30.loquitur. Væ filij desertores,vt faceretis consilium,& non ex me,& os meum non interrogastis. Murmurauerunt quoq; contra prncipes,eo ꝙ parcebant habitatoribus vrbium harum, &clamabant standum non esse iuramento, ꝑ subreptionem & fraudem facto. [Qui] s.principes [rñderunt eis:]s.vulgo: [Iurauimus illis in nomine dñi Dei Israel] seruare cum eis pacem, [idcirco non possumus eos contingere:] i.lædere violenter propter reuerentiam increatæ veritatis & iurisiurandi religionē,ne inueniamur periuri, quia verè iurauimus rem in se licitam, q̃uis sagaciter circunuēti.[sed hoc faciemus eis: Reseruētur quidē vt viuant,ne contra nos ira dñi concitetur, ne rigor diuinæ iustitiæ puniat nos,[si piurauerimus] violando iuramētum ꝙ illis præstitimus. [sed sic viuant,vt in vsus vniuersæ multitudinis]Israel[ligna cædant, aquasq; comportet. Quibus hæc loquentbus]ad vulgus Israeliticū,[vocauit Gabaoninitas Iosue,& & dixit eis:Cur nos decipere fraude voluistis,vt diceretis,procul valde habitamus à vobis,cum in medio nostri sitis?Itaq; sub maledictione eritis,]i.ꝑ vestris mendacijs & cæteris culpis temporali pœnæ eritis subiecti,& ciuilē sustinebitis mortē, videlicet seruitutē communē ac diuturnā, [& non deficiet de stirpe vestra ligna cædens,aquasq; cōportās in Domū dei mei:] i.tam vos qui posteri vestri ꝑ vniuersum tempus quo viguerit cultus Dei secundū legē Mosis,in hac terra eritis obligati ligna cædere & afferre,aquas etiam comportare ad locum cultꝰ diuini ꝓ necessarijs in eodem, s.ad incendendū holocausta ac hostias abluendas.Itaq; Iosue tanquā supremus in populo suo,dictauit & tulit sententiā,ac sapientissimè mediauit inter mortē corporalē & liberā vitā,infligens Gabaonjtis mortem ciuilem:nec hoc fuit contra iustiā, ꝙ & posteros eorum tam perpetuæ seruituti adixit,vt patet ex dictis in expsitione cap.7.Nempe & posteris Gabaonitarū multo melius fuit, Neem.8.
in tali seruitute grauari,quā patribus eorum occisis, non grauari:fuit quoq; eis salubre,ita in tē- 1.Esd.7.8.
plo seruire.hi etenim sunt,qui in libris Reg.& Parai. Nathinæi vocātur. Sed quæri potest,quali- 1.Pet.9.
ter sententia Iosuæ concordet iudicio principum, qui dixerunt Gabaonitas seruādos in comunem totius pouli Israel vsum.Rñdetur, ꝙ seruitus ista in templo,fuit pro comuni vsu vtilitateq; populi,qui aliàs obligatus fuisset seruitutem hanc exhibere,& forsan sanctus vir Iosue emendauit iudicium principū,tāquā altior & sapientior eis. sed & dici posset,ꝙ Gabaonitæ fortè ad tempus & interdū adduxerūt ꝓ comuni vsu populi ligna aquasq; cum infrà dicatur: Decreuit Iosue in illa die,esse eos in ministerium cuncti populi & altaris dñi.[Qui]s.Gabaonitæ[rñderunt eis: Nunciatū est nobis seruis tuis, ꝙ promisisset dñs Mosi seruo suo, vt traderet vobis omnē terrā] hāc s.terrā Chanaā istā,[& disperderet cunctos habitatores eius.] Si Gabaonitæ credebāt dñm hoc ꝓmisisse,quō ipsi putauerūt aliter fieri posse,videlicet se posse mortē illā euadere?Et rñdēdū,ꝙ fortè credebāt verba dei sub cōditione esse intelligēda,videlicet nisi habitatores illi se humiliarēt,atq; ad filios Israel & cultū dei eorū cōfugerēt. Nā & verba dei sic erāt veraciter intelligēda.[timuimꝰ igit̃ valdè:]iste fuit timor seruilis,q est principiū sapiētię & salutis,retrahēs à,peccato & disponēs ad gratiā.]& ꝓuidimꝰ animabꝰ nostris,]i.vitę nr̃æ corporali et animali,illā hoc modo ꝑsuādo à morte.,ꝓuidimꝰ quoq; saluti animarū nostrarū,cōfugiēdo ad Deū vestrū,[vestro * timore cōpulsi,]i.vehemēter inducti,nō tm̃ absolutè coacti.seruitia aūt quæ ex coactione *terrore

quadam habent originē. & deinde liberè exhibētur altissimo,placent ei.[Nunc autem in manu tua sumus.ꝙ tibi bonum & rectū videtur,fac nobis. Fecit ergo Iosue vt dixerat & liberauit eos de manibus filiorum Israel,vt non occiderentur.Decreuitq; eos in illo die,esse in ministerio cūcti populi & altaris domini,cædētes ligna & aquas cōportātes vsq; in præsens temp',in loco quē dn̄s elegisset.] Videtur Gabaonitæ isti & eis associati,non fuisse tam malitiosi,excæcati & obstinati,vt alij Chananæi: ideo domin⁹ eis misertus est,atq; modo ꝑtacto ad salutē ꝑduxit eosdem.
Iosuæ 11. Nempe de alijs infrà fertur: dn̄i sententia fuit,vt indurarētur,& non mererētur vllam clementiā. Quæritͤ an Iosue & duces populi tenebantur seruare iuramētum ꝑfatum:videtur ꝙ non,quoniā fraude mēdacijsq; decepti sic iurauerūt.Fraus autē & dolus non debēt alicui suffragari.Item non intendebant Chananæis propinquis, sed remotis & extraneis, iuramentū facere ac promissum. Ad ꝙ dicendū, ꝙ sicut ex præhabitis innotescit, Deo disponente,accidit ista historia:& quoniā Gabaonitæ iam inceperunt ad deum Israel se conuertere,eumq; decæterò colere intenderunt, fuit eis fides ista in ꝓmissione & iuramēto seruanda. Nec exemplare fuisset aut dicēs,ꝙ filij Israel statim in suo ingressu ꝓmissionē suam ac iuramētum fuissent trāgressi. Hinc circa hoc loquitur
Aug. lib.Iosuæ. qu.13. tur August.Noluerūt frangere iurationē,q̄uis ꝑceperūt Gabaonitas esse mētitos:& parcere maluerūt,q̄uis dicere potuissent se illis iurasse quos de longinquo crediderāt esse.Deus autē approbauit,ꝙ illis pepercerūt quia & tēpore Dauid grauiter vindicauit in semine Saul, ꝙ Gabaōitas iniustè oppresserat,vt 2.Reg.21.describitur,& quanuis crediderunt Gabaonitas esse de terra remota,tamē iurauerunt ꝑsonis q̄ sua emendatione venia erant dignæ.Iuxta mysticum intellectū, per reges Amorrhæorū in montanis campestribus morantes,designātur tyranni cum Perfidis satellitib.suis,qui Christi euangelio coruscāte ac cælitus per diuersa prodigia cōfirmato, nequaquam cōpuncti sunt,sed pari impietate cōiurauerunt extinguere legem plebēq; saluatoris. Porrò ꝑ Gabaōitas figurātur pusilli & imperfecti, qui ex timore resipiscunt à vitijs,metuuntq; dānari: idcirco cupiunt pro se orari,atq; obsequia quædam præstant ecclesiæ, & eleemosinas faciunt, & offerunt munera Dei ministris:sed in suis vetustatibus perseuerant, mores seculares & vitia carnis non deserunt,maluntqúe mentiri & fallere,quam pro iustitia mori. Hinc inter electos nō cōputantur, quam diu sunt tales,nec tamen omninò separantur ab eis:nam fide & pia quadā inclinatione, imò per exteriora quædam opera, ex suo genere bona appropinquant veraciter virtuosis. Quòd si quęratur, cur Rahab cum sua cognatione statim adiuncta est filijs Israel, & in so-
Origenes. cietatem plenam accepta magis quam Gabaonite: Origenes respōdet,ꝙ Rahab magis perfectè cum suis credebat in Deum, & explorantib.plena deuotione beneficia impendebat. Docemur quoq; ex isto cap.quam diligenter ac fideliter iuramenta & promissa sint adimplenda,præsertim quæ ex proposito absq; circumuentione atq; fallacia emittuntur. Rursus ex dictis instruimur, in magnis ac dubijs causis ac casib.ex abrupto nil agere,sed superiores ac sapiētiores consulere,atq; diuinā directionē,illuminationē,& opem cum omni fiducia ꝑseueranter inuocare & exorare.

Expositio cap 10. Quæ cùm audisset rex Hierusalem. Art. 17.

PRocessus filiorum Israeliticæ plebis nunc recitatur: [Quæ cùm audisset rex Hierusalē ꝙ filij et cepisset Iosue Hai,& subuertisset eam &c. & ꝙ trāsfugissent Gabaōitæ ad Israel,& essent fœderati eorū,timuit valdè. Vrbs enim magna erat Gabaō, & vna regaliū ciuitatū,& maior oppido Hai,oēsq; bellatores eius fortissimi.] & ita apparet,ꝙ specialē habuit regem, qui etiam ꝑerat tribus vrbib ꝑcedenti cap.nominatis, q̄ erāt Gabaonitis subiectæ. [Misit ergo Adonisedech rex Hierusalē,ad Onā regē Hebrō,] & ad alios reges tres q in litera exprimūtur,[dicens: Ascendite ad me,& ferte præsidium, vt expugnemus Gabaō,] i. vrbē & populū illū,[quare transfugerit]i.ob hoc ꝙ contra volūtatē nostrā transfugit[ad Iosue & ad filios Israel,]infideliter agens in hoc cum suis finitimis.[Congregati igitur ascēderūt 5.reges Amorrhæorū.] Amorrhæus hic sumi non determinatè ꝓ vna de 7.gētib.quarū terras Israeli Deus ꝓmisit,sed cōmuniter ꝓ quacūq; illarū gētium seu ꝓ omnib' aut plurib. earū quēadmodū & Chananæus accipi solet. Habitatores aūt Hierusalē dicebanͭ ꝓpriè Iebusæi. [simul cū exercitibus suis, & castrametate sunt]i. tētoria sua & turmas fixerūt[circa Gabaō,oppugnātes eā.Habitatores aūt Gabaō obcesi,miserūt ad Iosue,& dixerūt:]ꝑ internūcios:[Ne trahas man' tuas ab auxilio seruorū tuorū.Ascende citò & libera nos,]tanq̄ tibi cōfœderatos ac subditos.[Conuenerūt em̄ aduersum nos omnes reges Amorrhæorū qui habitāt in mōtanis Ascēditq; Iosue de Galgalis, & omnis exercit' bellatorū cum eo viri fortissimi. Dixitq; dn̄s ad Iosue: Ne timeas eos: [videlicet 5. reges illos,eorūq; populos.[In man' em̄ tuas tradidi illos. Nullus resistere tibi poterit.] Quemadmodū circa hæc
Aug li.Iosuæ.quæst. 14. loquitur August.Dominus non consultus, nec interrogatus à Iosue,vltrò offert se ei, & pergenti ad subueniendum confœderatis,prædicit & promittit victoriam. Ex quo etiam trahitur,quod Deo complacuit,filios Israel seruasse Gabaonitis promissa. [irruit itaq; Iosue super eos repentè tota nocte, ascendēs de Galgalis. Et conturbauit eos Dominus à facie Israel:] i. est,mox vt reges illi & eorum ministri viderunt filios Israel super se venientes, DEVS omnipotens perterruit, stupefecit, & quasi amentia fecit corda ipsorum. [contriuitq; plaga magna in Gabaon-]

Id est filijs Israel dedit potestatē interficien di plurimos illorū circa oppidū Gabaō. [& persecut⁹ est eos per viam ascensus Bethoron, & percussit vsq; Azecha & Maceda:] i. per manus filiorum Israel ita persecut⁹ fugiētes, & multos in ipsa fuga occidit in locis & vrbibus iam expressis. [Cūq; fugerent filios Israel, & essent in descensu Bethron,] & qui nondum occisi erant, [Dñs misit super eos lapides grandes de cælo] aereo, i. grandinem tantæ quantitatis atq; duritiæ ꝙ etiam armatos occidit. [& mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserūt filij Israel.] Per quod euidentissimum fuit, totum istud fuisse opus omnipotentis, tantā videlicet stragem esse factam in fortissimis illis pugnatoribus Chananeis, quib⁹ ante nulla gens quiuit resistere. [Tunc locutus est Iosue dño,] i. ad Dei honorem & gloriam, cui & gratias egit de beneficijs tantis, [in die qua tradidit Amorrhæū] i. præfatos reges ac populus Amorrhæorū [in conspectu filiorum Israel.] in quorum aspectu tradidit illos morti & fugæ. [Dixitq; coram eis] i. p̄sentibus ac audientibus filijs Israel, vt instans miraculū innotesceret magis, & filij Israel principi suo subiectiores existerent, videntes ꝙ Deus altissimus propter eum tanta efficeret: [Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna conta vallem Aialon.] Ex hoc videtur, ꝙ istud factum sit in plenilunio aut circiter, die iam aduesperascente, hora qua luna circa oriētem apparuit, & ascendit, suoq; motu tendebat ex aduerso vallis, quæ erat circa locum aut oppidum Aialon, sol verò cœpit occumbere, & descendendo quasi ex opposito Gabaon declinare, secundū quod apparebat à loco in quo Iosue stetit quando hæc dixit. Direxit autem sermonem ad solem & lunam, non ꝙ planetæ illi verba eius intellexerint, nisi fortè cum Iudæis quis dicat, ꝙ sint animati & intellectualis naturæ: sed direxit verbum ad eos, ad insinuandum quod vniuersa creata obediunt Deo, & quasi audiunt eius imperium. Itemq; ad excitandum ꝓpriam deuotionem & contemplationem ex appellatione harum cælestium creaturarū, sicut & nos quotidiè psallimus: Laudate eum sol & luna &c. sed cur Iosue dixit ad lunam, ne moueretur, cum eius statio non ꝓfuerit ad debellandū aduersarios Dei ac Israelis? Dici potest ꝙ ideo vt ordo cælestium motuum minùs immutaretur, vel vt omnipotētia creatoris ꝑclariùs commendaretur in isto miraculo, ad suijpsius honorem, & hominum informationem. [Steteruntq; sol & luna:] ꝙ fuit miraculum, soli omnipotenti creatori possibile: quoniā vt diuinus protestatur Dionysius in epistola ad Policarpum, Motus cælestium corporum immutare, Deo est ꝓprium. [donec vlcisceretur se gens de inimicis.] i. vsq; ad finem prælij huius, in qua Israelitica plebs vindictā exercuit in Cahnanæos, q Israelitarum intetfectionem optabant & machinabantur, terramq; filijs Israel diuinitùs reꝓmissam, possidebunt iniustè. [Nonne scriptum est hoc in lib. iustorum? Q. d. vtiq;: Per ꝙ insinuat author magnitudinem huius miraculi, certitudinem quoq; veritatis historiæ de eodem, tanquam dicat, ꝓdigium istud tale ac tantum atq; tam verè est factum, vt in lib. contineatur iustorum Porrò quid per librum iust. intelligendum sit, infrà tangetur. [Stetit itaq; sol in medio cæli.] Ex hoc quidam concludunt, quòd sol tunc erat in summo motus sui ascensu & puncto meridionali: ꝙ stare non potest, tum quia (vt aliqui dicunt) factum est signum istud in pleni lunio seu tempoe oppositionis, in quo luna non apparet sup terrā hora meridie, sed circa vesperā: tum qm̄ non est verisimile, ꝙ Iosue petierit solem stare, diemq; ꝓlongari, nisi sole ad occasum ꝓpinquo: tum qa magist. in hist. contestaẗ, Vidēs Iosue solem descendentem ad occasum, & lunam ascendentem, timens ne beneficio noctis euaderent hostes, clamauit ad dñm: Sol contra Gabaon ne mouearis: Tum qa in textu subiungiẗ, & non festinauit occumpere: quo constat, ꝙ erat circa occasum. Medium ergo cæli nunc adpellaẗ, pars orbis seu sphæræ solis supra nostrum horizontem apparens, contenta inter hæmisphærij puncta. [& non festinauit occūbere] i. immobilis stetit [spatio vni⁹ diei] artificialis, q habet 12. horas, ꝑsertim in æqnoctio. [Non fuit anteà & posteà tam lōga dies,] loquendo de die q diciẗ latio seu motio solis sup nostrā horizontem. tñ de horum intellectu verborum infrà magis dicetur. [obedientie dño voci hominis:] i. deo altiss. in exhibitione huius miraculi se habente p * vocem obediētis. Nam iosue ꝓcurādo istud ꝓdigium, locut⁹ est imperatiuè magis q̄ exoratiuè, dicendo: Sol ne mouearis. ꝙ imperiū quāuis sit factū soli & lunæ, nō Deo, Deus tñ hoc ipsum implēdo diciẗ etiam voci hominis, i. verbis his Iosue obedisse: qa ꝙ soli & lunæ ꝑcipiebatur à Iosue, Deus effecit, faciens solē & lunā stare. Deniq; ꝙ ait, Stetit itaq; sol in medio cæli: de luna quoq; est itelligendū, qm̄ æquè diu steterūt. Diciẗ etiā Deus voci hominis obedisse, sumēdo obedientiā extensè ꝓ quadā cōdescensione. sic em̄ superior diciẗ inferiori obedire, dum eius volūtati acquiescit & cōdescendit. Propriè aūt obedire respicit ꝓ obiecto ꝑceptū superioris. sed & valdè congruenter Deus sic obediuit voci Iosue. qm̄ ipse Iosue obedientissimus fuit Deo: quia (vt dictum est) non recessit ab omnib⁹ Dei ꝑceptis, nec ad dexterā nec ad sinistrā, nec dimisit quicquam intactum ex omnib⁹ quæ Moses iussit. Hanc autē obedientiā, seu cōdescēdētiā Dei, homo suo modo mereẗ Deo plenariè obediendo. [& pugnāte ꝓ Israel.] i. ipso domino ista mirabilia facientē subsidium filiorū Israel, ad expugnandum hostes eorum. Pro eo autem ꝙ nostra trāslatio habet, obediente Deo voci hominis, Septuaginta interp̄tes transtulerunt. Nun ī sic exaudiuit dñs. Per ꝙ insinuari videntur duo: Primū, ꝙ anta Iosuæ non cōtigit tale in corporibus

Psal. 148. Dionysius. Pet. Com. hist. lib Iosue. cap. 9. for. * me dum.

bus cęlestibus signum. Secundū ꝙ nullus hominum añ Iosue fecit tam grande miraculū, neq; tam imperialiter. [Reuersusq; est Iosue cum omni Israel in castra Galgalæ.] Hoc idem in fine huius cap. scriptū est. Vnde nunc p anticipationem videt̄ dictum. [Fugerāt em̄ 5. reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda. Nunciatúq; est Iosue] ab aliqbus de populo suo, [ꝙ inuenti essent 5. reges,] de qbus in principio huius cap. dictum est, [latentes in spelūca Maceda.] q̄ spelūca fuit non remotè ab vrbe sic nominata, & in ea reges illi post fugā se abscōderunt, ignorantibus filijs Israel, q vndiq; perquirēdo tandē inuenerūt reges illos ibidē. [Qui pcepit socijs, & ait: Voluite saxa ingētia ad os speluncæ & ponite viros industrios, q clausos custodiant. Vos aūt nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosq; fugientiū cędite. Nec dimittatis eos vrbiū suarum intrarè p̄sidia, quos tradidit dn̄s Deus in man⁹ vestras. Cæsis ergo aduersarijs, & vsq; ad internecionē penè consumptis, hi q Israel] i. populū Israeliticū [effugere potuerūt, ingressi sunt ciuitates munitas. Vt em̄ recitat Iosephus, & in Scholastica habet̄ historia, Chananæ fecerūt sibi plures munitiones pualidas à die qua pceperunt filios Israel de Aegypto egressos ad terram Chanaam obtinēdam, & illas munitiones non obtinuerūt filij Israel, nisi lōgo tēpore & magno labore, sed omnē circà regionē interim vastauerūt. [Reuersusq; est omnis exercit⁹] Israel, q hincinde fugientes fuerat p̄secut⁹, [ad Iosue in Maceda,] i. ppe vrbē illam tūc nondū captam, [sani & integro numero:] ꝙ fuit prorsus mirabile, ꝙ null⁹ eorū lęsus fuit aut interfect⁹ à tot millibus hostium. [Nullusq; cōtra filios Israel mutire ausus est.] quō verū est hoc, cum sequēti cap. legātur tam multi reges ac populi cōtra eos venisse ad p̄lium? Et rn̄dendū, ꝙ nullus eorū qui in p̄fato fuerunt exercitu, & adhuc superstites erant cōtra filios Israel, loqui audebant, vel die illo quo contigit p̄lium istud. Deindè in textu describitur, qualiter Iosue iussit quinq; reges de specu educi, eorumq; colla à principibus Israel cōculcari, deinde occídi, patibulisq; affigi, [Eodē die Macedam quoq; cepit Iosue, & pcussit in ore] i. acumine læsioneq; [gladij, regemque illius interfecit, oēsque habitatores eius.] Deinceps in textu narrat̄, qualiter cepit Habrō, & regē eius occídit: ꝙ potest intelligi de rege Hebron, quem cum alijs regibus iam p̄tactis suspēdit, vel de rege quem vrbs, illa interim sibi constituit, putà de filio, aut alio successore regis illis, siquidē inter quinque regū illorū suspensionē & hanc Hebrō captionē, notabile fluxit tempus. Hanc tamē vrbē legitur Caleph vastasse, & quosdam deleuisse ex ea, vt patet infrà, & in lib. Iudicū & fortè nunc factū est; ꝙ tūc factū narrat̄, vel vastauit eam magis q̄ añ erat vastata. [Percussit itaque Iosue oēm terram mōtanam, & meridianā atque campestrē] i. habitatores terræ, [& Aseroth cū regibus suis. Non dimisit in ea vllis reliqas, sed om̄e ꝙ spirare poterat, interfecit.] i. oēs homines ibi viuentes, non parcēs ętati nec sexui, iumēta verò acceperūt filij Israel sibi in spolia.] à Cades Barne vsq; Gazā:] videlicet ab extremo in extremum, q̄tùm ad lōgitudinē terræ pmissionis ab oriente versus occasum. [Oēm terrā Gosen vsq; Gabaō, vniuersosq; reges & regiones eorū vno impetu cepitatq; vastauit.] Nō simpliciter vno impetu numero atq; cōtinuo, aut vna die, sed vno impetu per temporū interualla cōtinuato, ptacto seu cōsummato: qm̄ vt sequēti fertur cap. Multo tēpore cōtra istos pugnauit. [Dn̄s autē Deus Israel pugnauit ꝓ eo. Reuersusq; est cum omni Israel ad castra in Galgala.] Cur aūt omnipotēs Deus voluit bella illa sic ptrahi, cum potuerit omnes vna hora aduersarios filijs Israel plenissimè tradere Moses docuit dicēs: Ne crescant & multiplicent̄ contra te bestię agri. Circa p̄habita quærit̄, quid intelligat̄ in scriptura Canonica p librum iustorū. Ad ꝙ respōdēdo dico, prout nunc occurrit memorię, ꝙ in scripturis Canonicis in duobus locis fit mētio de hoc lib, 2. Reg. 1. & item Ios. 10. Itaq; de hoc in Scholastica historia circa exordium 2. Reg. sic dicitur: Liber iustorū non habet̄, sicut nec plurimi lib. quorum fit mentio in veteri test. quos à Babilonijs credimus esse cūbustos. & circa eundē locum recitat Lyra: Aliqui dicunt, ꝙ liber iustorū, sit specialis liber q non habetur, qm̄ Esdras reparans bibliotheca à Chaldæis incesam, nō reparauit oēs libros, vt patet de libris Salomonis, quos fecit de naturis animalium & herbarū, & dn libris Nathan Prophetæ & Ahiæ Silonitis, qui 2. Paral. allegantur cap. 9. Nec tamen habentur quia non fuerunt raparati. Recitat quoq; in expositione huius cap. Aliqui doctores catholici dicunt, ꝙ iste liber non puenit ad nos, quia non est translatus in latinum. ꝙ reprobat, addens: Hoc non videtur conuenenter dictū, quia saltē esset vel fuisset apud hebræos, ꝙ expositores eorum non dicunt, sed magis cōtrarium. Quidā verò per librum iustorum, intellexerunt lib. Regum, in quo de multis iustis fit mentio: ꝙ non videtur idoniè dictum, quia in 2. Regum allegatur liber iustorum tanquam distinctus à lib. Regum, nec apparet ꝙ idem liber alleget seipsum. Denique lib. Regum, editus est post Iosuæ librum per centenaria multa annorum: idcircò nec verum apparet, ꝙ quidam librum iustorum dicunt librū 12. prophetarum, eo ꝙ Habacuc 3. scriptum sit, Sol & luna steterunt in habitaculo suo. sed hic scribitur, Steterūtq; sol & luna, Nonnulli per librum iustorum, intelligunt Mosis pentateuchum. Quidam autem legunt iustorum neutraliter, dicentes, librū iustorū, qm̄ agit de his quæ iusta sunt, p quem librum quidā intellgunt Exodū, in quo iudicia & p̄cepta tradunt̄: Porrò vt refert Lyra, Rabbi Salomon & Hebræi lib. iustorum dicunt esse Gen. lib. in quo virtutes & opera Abrahæ. Isaac & Iacob, qui fuerunt præcipuè iusti, scribuntur.

Iose lib. 5. an. iu. ca. 32. Pet. cō. hist. lib. Iosuæ cap. 9.

Iosuę 15. Iudicum 2.

Deuter. 7.

Per. Com. hist. 2. li 2. Reg. ca P. 1. 1. Esd. 5, 6.

2. Regum 1.

Rab. Salo.

tur. Cōtra quod duplex occurrit obiectio: Prima, qa si ideo liber ille vocatur liber iustorū, multo magis 1. Paral. dici posset lib. iustorum, quia in lib. illo fit mentio etiam de ipsis Abraham, Isaac & Iacob, Mose & Aaron, & alijs innumerabilib⁹ iustis. Secunda, quia in Genesi non est scriptū istud de statione solis & lunæ sub Iosue: nec videtur valere, ꝙ dicunt hoc scriptū esse in Genesi in verbis benedictiōis Ephraim, in qua Iacob sic ait, Semen eius crescet in gentes: vel, vt in Hebr. dicūt haberi, Semē eius congregabit gentes, quod dicunt impletū in Iosue Ephrateo, quia cùm dixit, Sol ne mouearis, Filij Israel fuerunt congregati ad audiendū hoc verbū, vt patet in litera. sed istud videtur debiliter dictum, vt ideo statio solis & lunæ dicatur scripta in Genesi, qm̄ ibi de Ephraim seu Iosue Ephrateo ꝑdictum est, ꝙ crescet in gētes, vel cōgregabit gētes. Nā & Iosue cōgregauit populū seu trib⁹ Israel valdè frequēter. Itaq; ad vidēdū qd sit liber iustorum, attendēda sunt verba scripturę, in qbus liber ille allegat̄, de quo in isto cap. cōtinetur. Steteruntq; sol & luna, &c. Nōne scriptū est hoc in lib. iustorum? per ꝙ insinuari videtur, ꝙ ista historia hic descripta de supnaturali statione solis & lunæ, scripta sit in lib. iustorum. Secundi quoq; Reg. 1. sic legitur: Planxit aūt Dauid planctū huiuscemodi sup Saul & super Ionathan filium eius, & ꝑcepit vt docerent filios Iuda planctum, sicut scriptū est in libro iust. Hinc apparet, ꝙ liber iust. posset intelligi tota scriptura canonica, q̄ sic appellatur vnus liber totalis, quō appellatur vna scriptura & vna scientia seu doctrina, & in qua fit mentio copiosa de iustis hoībus, iustisq; rebus. Nec obstat ꝙ specialis locus scripturæ, alleget gn̄alem scripturā. quasi dicat, Istud tam verum est, vt in canonica contineatūr scriptura, & ad eam ptineat. Attn̄ potest defendi, ꝙ lib. Geneseos dicatur lib. iustorum, quia in eo antiqssimorū & priorū ac ꝑcipuorum iustorū vera facta, ꝑcepta & documenta describūtur diffusè, nō solū Abrahæ, Isaac & Iacob, sed & Melchisedec, Loth, Noæ, Enoch, Enos, Seth & Adæ. tn̄ in lib. Geneseos nequaq̄ scriptum videtur, quod nunc ex 1. Reg. est allegatum: ideo non apparet ꝙ in scripturis per librum iustorū intelligatur Genesis liber. ¶ Consequenter q̄ritur de supnaturali hac statione solis & lunæ, ꝙ horis fuerit prolongatus hic dies, & an fuerit longior die illo, q sub Ezechia rege 4. Reg. 20. & Esa. 38. legitur prolongatus, nō p solis stationē, sed retrocessionē & regressionē. Circa hāc q̄stionem sunt varię opiniones, ꝑsertim quo ad partē eius secundā. siqdē q̄tùm ad primā eius partē, satis cōcorditer dicūt expositores ꝙ dies ista sub Iosue, prolongata sit spatio diei vnius artificialis. nō tn̄ est certū, p quod horas, qa nō scitur quo mense anni facta sit ꝓlōgatio ista. q̄uis em̄ dicatur comuniter, ꝙ dies artificialis 12. habeat horas, tn̄ secundū diuersitatē locorū & tēporū continet plures horas, loquēdo de horis quib⁹ sol nr̄m illuminat horizontē. Pręterea, quātū ad secundam q̄stionis isti⁹ partem, diuersa est doctorum & expositorum opinio, secundum quod sup Esaiā narraui. Quidam em̄, vt Andreas & eum sequentes, dicunt, in horologio Achaz, duas lineas vnā horā fecisse, & consequēter diē illū non nisi per 10. horas esse ꝓtactū, videlicet 5. horis per solis retrocessionē, & totidem per solis regressū ad idē punctū à quo regredi cœpit. Alij dicunt, ꝙ q̄libet linea in horologio Achaz, designauit integrā horā: tn̄ opinātur diē illū nō esse vltra 10. horas supernaturaliter ꝓlongatum, qm̄ dicunt solē retrocedēdo & regrediēdo, duplo celeriùs solito esse motū, & isti tenent ꝙ dies ista sub Iosue ꝓlōgata, fuit longior die ꝓlongato sub Ezechia. Nam dies artificialis ista sub Iosue, durauit ad minus per 24. horas, sed ꝑtactę opiniones refelluntur authoritate diuini & magni Dionysij, à sc̄tis apostolis ac apostolicis viris, ꝑsertim à Paulo, imò potissimū à spū sancto instructi, qui in epistola ad Policarpū, fatetur & ꝓtestatur diem illum sub Ezechia, penè triplicatum fuisse, hoc est, quasi tantā habuisse durationē, quāta est trium artificialium dierum duratio, q̄ continent horas 36. Ait quippe in illa epist. Alia qdā dies secundū cōtinuitatē ferè triplicatur, & sententialiter addit ibidē: Sol, cū esset 10. hora diei, i. cū dies artificialis p 10. horas durasset, repedauit ad orientē 10. horis, deindè denuò alijs 10. horis ad occidētem recurrit, & residuis horis duab⁹ diē cōclusit. Ex quibus ꝓbatur, ꝙ dies illa artificialis, sit per 20. horas ꝓlongata, atq; in toto cōtinuit horas 32. Hæc qdam pēsantes, dicunt diē illū artificialē fuisse longiorē isto sub Iosue ꝓlōgato, & ꝙ in textu huius cap. scribitur. Nō fuit antè & pòst tā longa dies, dicunt referendū ad tempus quo Iosue librū hunc edidit. Nā ista est consuetudo scripturæ, ꝑsertim in lib. isto, vt dicendo, vsq; in ꝑsentē diē vel aliqd tale, notet tēpus quo author scripsit hunc lib. Deniq; textus non dicit, Nō fuit antè & pòst non erit, sed nō fuit antè & pòst tam longa dies, s. à principio mundi vsq; ad tēpus cōscriptionis huius voluminis. Tn̄ aliqui ꝓbabiliter dicunt, ꝙ ꝓlongatio facta sub Iosue, cōtigit circa æstiuale solstitiū qn̄ dies prolixior in terra sc̄tā, 14. est horarū, & diei sub Ezechia prolōgatio, circa solstitiū eueuerit brumale, qn̄ dies prolixior in tertio climate, in quo Hierusalē est situata, 10. habet horas. Quo ex fundamento deinceps inferunt diei prolōgationē sub Iosue, diuturniorem fuisse quā sub Ezechia. ¶ Insupèr, iuxta mysticum sensum, quemadmodū 5. reges oppugnare conati sunt Gabaonitas, eo ꝙ ad Iosue ac filios Israel cōfugerunt, sic hoīes vitiosi carnales frequenter persequuntur eos quos vident ab ipsorum se societate abstrahere, atq; ad Iesum Christū confugere, seq; coniūgere virtuosis: & ita qui conuertūtur, q veritatis zelo accendūtur & iustitiā sitiūt,

Gen. 48. Ios. 10. Gen. 48. Gen. 12. 17. 22. 25. 26. 30. 31. 32. 34. 16. 6. 9. 5. 4. Reg. 20. Dionysius. 4. Reg. 20.

nouos aduersarios adipiscuntur,& peruersorũ incurrũt offensam. Quid igitur restat eis,nisi vt nuncios mittãt ad Iesum,dicentes,Ne retrahas manum ab auxilio seruorum tuorũ?Nuncij isti, sunt orationes deuotæ aut angeli sancti custodes nostri,quos inuocãdo vt orent pro nobis, ad Chr̄m dirigimus.Iterũ nuncij isti sunt hoĩes virtuosi,quos rogant imperfecti,vt orẽt ꝓ se. Amplius, per hos reges Amorrhæorum, intelligunt principes & potestates inuisibiles in hoc aere cõmorantes,q eos atrociter tentare nituntur,q eis in vitijs erant subiecti, & deinceps ex corde adhærent virtutibus: q tãto feruentiùs dñm debẽt pro subsidio iugiter inuocare, q̃to se sentiũt plùs tentari,qbus Christus dñs libenter fideliterq; succurrit, sicut & Iosue Gabaonitis, & hora sibi placente subitò irruit sup tentatores & ꝑsequutores iustorum,super quos & lapides grandinis mittit,dum cõminationibꝰ,terroribus,allegationibus scripturarum facit eos deuinci. At verò sicut Iosue procurauit diem ꝓlongari p solis stationem, vt visibiles hostes prosternerent, sic Christus vitã prolongat, lucem gratiæ ac splendorẽ virtutum cõtinuat suis electis, quousq; aciem vitiorum ac rabiẽ dæmonum valeant expugnare: tp̄s quoq; euangelicæ legis & gratiæ protrahit,quousq; electorum numerus cõpleatur. Quemadmodũ etiã reges victi ac fugientes, in spelunca se absconderunt, sic demones victi,latent confusi: & sicut super regum illorũ colla fecit Iosue principes belli suos ponere pedes,& colla calcare illorum,dicens. Sic faciet dñs oĩbus inimicis vestris: sic Christus suis p̄stat virtutẽ & efficaciam calcandi super serpentes & scorpiones,& super oẽm virtutẽ inimici,prout in Euang. Luc. 10. cõtestatur. Postremò, sicut Iosue vrbes Chananeorum euertit, & nullas in eis dimisit reliquias, moxq; easdẽ Israelitico subdidit populo, sic dñs & saluator congregationes & societates carnalium, impiorumq; hominum frequenter conuertit, in eis destruens omne esse peccati,passiones & vitia, dęmonumq; effectus: quo facto,mox subijcit atq; incorporat eas sibi ac suæ ecclesiæ,& gratiosæ demoratur in eis.

Expositio cap.11. Quæ cùm audisset Iabin rex Asor. Art. 18.

QVanto Iosue plures vicit,tanto famosior factus est,& tanto residui Chananæorum magis exterriti sunt,& fortiùs nisi sunt ei resistere,cõgregantes se ad p̄liendũ concorditer cõtra eum. Ideo cognito qualiter superasset 5. reges in prælio vno, vt patuit p̄cedenti cap. superstites sunt collecti aduersus eum, sicut cap. istud nunc recitat. [Quæ cùm audisset Iabin rex Asor,] i. vrbis sic dictæ, q̃ fuit metropolis regia inter regna multa, [misit ad Iobab regem Madon, & ad regẽ Someron,] i. loci seu oppidi sic vocati,atq; ad cæteros q exprimuntur in litera. Rex etem̃ Asor habuit principatum super hæc regna,ideo ad eius imperium conuenerũt.[Egressiq; sunt oẽs cum turmis suis,] i. vnusquisq; eorum cum suo exercitu, [populꝰ multus nimis,sicut arena q̃ est in litore maris:] Sicut,dicit hic similitudinem aliqualem, nõ æqualitatem,ad insinuandũ multitudinem illorum nimiùm magnam.[eq quoq; & currus immensę multitudinis.] Hic est hyperbolicus sermo,ad innuendum ꝙ vltra modũ erant ibi multi eq currusq;. Porrò in Scholastica fertur historia,ꝙ erant 2. millia curruũ.[Conuenerantq; oẽs reges isti in vnum ad aquas Merom] i. ad locum sic dictum,per quem (vt legitur) transit Iordanis,[vt pugnarent contra Israel.]Eccè q̃ta est defectuositas,imò malitia, excæcatio & obstinatio cordis humani. Impij isti pauloantè viderũt superadmirabilem stationẽ solis & lunæ in cælo per vnius diei spatiũ, quod à solo oĩpotente Deo fieri potuit: nec tamẽ compuncti sunt,nec moti ad fidem,sed Deo ac populo Israel adhuc se opponere p̄sumpserunt. Nabuchodonosor, visa incorruptione trium puerorum in fornace ardente,Deum Israel est confessus: similiter Darius rex Persarum,viso,quod Daniel à leonibus mansit illæsus. Hi autẽ, visis seu cognitis tot & tantis mirabilibus, non sunt moti nisi ad resistendum. [Dixitq; dñs ad Iosue: Ne timeas eos. Cras em̃ hac eadem hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israel.] i. vniuersos hos faciã vobis succũbere, ita ꝙ occident,aut lędentur,aut fugient. Vel ideo ait. Tradam omnes istos vulnerandos: quia ꝓ maiori & principaliori parte, vulnerati fuerunt aut trucidati. Dicunt autẽ expositores,ꝙ ibi fuerunt collecti 24. reges. [Equos eorum subneruabis.] Equi illi per subneruationem illã, secundũ Origenẽ,occisi sunt. Est aũt subneruatio * ingarletatio per incisionẽ tibialiũ neruorũ, seu succisio poplitis, i. genuum. [& currus igne combures.] Cur pius Deus p̄cepit hoc opus, ꝙ videtur inutile & crudele, i. nociuum? Equi nanq; poterãt filijs Israel esse accõmodi, similiter currus: nec eq erant culpæ obnoxij. Ad quod dicendum, ꝙ in detestationẽ impietatum Chananeorum, Deus hæc iussit, & ad maiorem p̄sumptionis eorum, q in equis & curribus cõfidebant cõfusionem: atq; vt ipsi suis rebus & possessionibus punirentur: vt etiam rigor diuinæ iustitiæ, cuius ꝓuidentia tunc à pluribus ignorabatur, clariùs ac terribiliùs manifestaretur, & homines Deum tam iustum ac rigorosum metuerent. Circa hoc pulchrè loqtur Origenes, cuius verba infrà tangentur. [Venitq; Iosue & omnis exercitus eius cum eo, aduersus illos ad aquas Merõ subitò, & irruerũt super illos, tradiditq; dñs illos in manus Israel. Itaq; percussit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitq; sicut p̄ceperat ei dñs. Equos eorum subneruauit, currusq; combussit igni.] Veruntñ sicut infrà habetur, qdam illorum fugerunt, & euaserunt ingrediendo munitissima loca: quõ ergo non reliquit ex eis vllas reliqas? Ad quod dici potest, ꝙ sit hyperbolicus sermo, ad innuẽdum multitudinem occisorum: vel potest intelligi de his, quos

Pet. Com. hist. lib. Iosuæ cap. 9.

Dan. 3.
Dan. 6.

Origenes

Origenes

apprehēdere quit: vel qui euaserūt, erāt tam pauci, ꝙ aliorum respectu quasi pro nihilo reputātur. [Reuersusq́;] Iosue victor de bello, statim cepit Asor,] & vt infrà habet, succēdit [& regē ei percussit gladio. Cur nō affixit eum patibulo, quēadmodū reges, de qbus ṗhabitum est? Forsan ex aliqua miseratiōe dimisit hoc, vel ꝑ festinantia & occupatione in alijs. Dicunt quoq; aliq, ꝙ rex ille ex ꝓlio fugiēs, ciuitatē suā ingressus fuit, & in ea occisus. [Asor em̄ antiquitùs inter omnia regna hęc primatum tenebat.] Ideo Iosue facta pugna, primò vastauit hāc vrbē, quatenùs ea destructa, cæterarum vrbium ciues diffiderent se posse resistere, & victos se darēt. [Percussitq́; oēs animas q̄ ibidē morabanẗ] i. oēs homines, nō iumēta, nisi ꝙ equos iam subneruauit. [Non dimisit in ea vllas reliqas, sed vsq; ad internecionē vastauit vniuersa, ipsamq́; vrbē peremit incendio, & oēs per circuitum ciuitates succendit. Reges quoq; earum cepit, percussit atq; deleuit, sicut ṗceperat ei Moses famulus dn̄i, absq; vrbibus q̄ erant in collibus & tumulis] i. montibus maiorib⁹ [sitę,] quarū quasdā cepit, sed nō destruxit, volēs eas ꝓ cōmodo filiorū Israel reseruare, quasdā verò nō cepit, vt infrà habeẗ. [vnā tm̄ Asor munitissimmā flamma cōsumpsit.] i. vrbs illa fortissima, continuato incendio est conbusta. Nam rex Asor cæteros contra filios Israel concitauit. [Oēmq́; ṗdam istarum vrbium atq; iumenta diuiserunt sibi filij Israel, cunctis hominibus interfectis. Sicut ṗceperat dn̄s Mosi seruo suo, ita ṗcepit Moses Iosuæ & ille vniuersa, compleuit. Nō ṗterijt] Iosue [de vniuersis mandatis ne vnum qdem verbū quod iusserat dominus Mosi.] In hoc patet mira & magna virtuositas Iosuæ, q in tot ac tantis pugnis & occupatiōibus cum tam incessabili diligentia Deo in omnibus obediuit. [Cepit Iosue oēm terrā montanam & meridianam, terramq́; Gosen, & planitiē & occidentalē plagā, montemq́; Israel, & cāpestria eius & partē mōtis, q̄ ascendit Seir, vsq; Baalgad per planitiem Libani subter mōtem Hermon, oēs reges eorū cepit, ꝑcussit & occidit. Multo tp̄e pugnauit cōtra reges istos:] qa per 6. annos, cuius causa assignata est an̄, & ex verbis Caleph infrà habēdis, patet sic esse. Vn̄ magister in historijs sic scribit: Quintus annus iam transierat, & sustulit Iosue locum castrorū in Silo, trāstulitq́; ibidē tabernaculū Mosis cum om̄i ornatu suo ob loci opportunitatē. [Non fuit ciuitas q̄ se non traderet filijs Israel.] Hoc intelligi pōt, secundum August. de vrbibus quas accessit Iosue cum exercitu Israel: q̄ cognito excidio Asor, nō audebāt resistere. Aliq̄ tn̄ māserunt eis nō subditę. Vel dicit hoc, ad denotandū multitudinē vrbiū q̄ se tradiderūt. [ṗter Euęū q habitabat in Gabaon,] i. ṗter Eueos habitatores ciuitatis Gabaon & trium vrbiū ei associatarū, vt superiùs patuit. [Oēs bellando cepit:] i. virtute armorū ad hoc cōpulit habitatores oppidorū illorū, ꝙ tradiderūt se Israeli. [Domini em̄ sentētia fuerat,] i. Deus iusto iudicio sic permisit, [vt indurarētur corda eorū,] ita ꝙ ex ṗfatis miraculis & aliorū deiectiōibus nō sunt ad aliquā emēdationē pœnitentiā emolliti, [& pugnarent cōtra Israel,] i. pugnare conati sunt, quādiu potuerūt, restiterunt, donec tandē timore ꝓstrati, se subdiderunt. [vt non mererētur vllā clementiā,] sicut Gabaonitæ, q licèt ex timore inducti sint ad querēdū pacē cū filijs Israel, tn̄ ad Deū se cōuerterūt, & extra vrbes suas, antequam obsiderentur, miserunt ad Iosue. [In illo tp̄e venit Iosue, & interfecit Enachim] i. gigantes natos ex semine Enachim, habitantes in locis vrbibusq́; montanis in textu expressis. Qualiter istud sit intelligendum, in expositione precedentis cap. tactū est. [Nō reliquit vllum de semine Enachim in terra filiorū Israel, absq; ciuitatibus Gaza & Geth & Azoto] i. absq; illis q habitabant in tribus vrbibus illis Philistinorū, [in quibus solis relicti sunt [qdam de illo gn̄e gigāteo. tn̄ (sicut preallegatum est) Iudic. 1. legiẗ: Caleph deleuisse tres filios Enachim de Hebron, quod vel factum est Iosue adhuc viuente atq; pręsente, propter quod nūc ei asscribitur: vel dicitur hîc per anticipationē, qm̄ Caleph ex dispositione Iosuæ, à quo sibi data est Hebron, illos deleuit, ꝓpter quod modò attribuiẗ Iosuæ. Cōstat aūt ꝙ in lib. Iudicum q̄dam scribunẗ, q̄ contigerunt sub Iosue, quìs liber ille incipiat à gestis post mortē ipsius, cùm Iudic. 2. dicaẗ: Dimisit ergo Iosue populū. idcircò quod Iudic. 1. narraẗ de expugnatiōe Hebron, filiorumq́; Enach facta per Caleph, nō videtur necesse p recapitulationem accipe, qùis qdam hoc dicāt. [Cepit ergo Iosue oēm terrā, sicut loquutus est dn̄s ad Mosen.] Infrà habetur, ꝙ ciuitates Philistinorū nō obtinuit Iosue. sed & Iudic. 3. legiẗ, Hę sunt gētes quas dn̄s dereliqt, i. filijs Israel nō tradidit, nec subiecit in toto, q̄nq; satrapas Philistinorum, oēmq́; Chananæum & Sidoniū atq; Euæum q habitabat in mōte Libano &c. Quō ergo Iosue cepit oēm terrā filijs Israel reꝓmissam? Rn̄detur, ꝙ oēm terrā dicitur cepisse p synecdochē, vel dispositiuè, seu ꝓpter magnitudinē terrę q̄ cepit, vel oēm q̄ filij Israel inhabitare, occupareq́; poterant, aut omnē quā ꝑsonaliter ad capiēdum accessit. [Quieuitq́; terra à ṗlijs post annos. 6. [q̄bus ꝓlia viguerūt, ita ꝙ posteà nō fuerūt ꝓlia tā cōia atq; assidua, sicut anteà. Fuerūt tn̄ posteà q̄dam particularia bella tribuū aliquarū cōtrà quosdā Chananęorū, vt infrà in lib. hoc & I multis locis lib. Iudic. recitaẗ.

De spirituali intelligentia huius cap. 11. *Art.* 19.

QVemadmodùm recitat Origenes, has scripturas cùm ante Chr̄i aduētum legeret Israel secundum carnē, nihil in his nisi bella & effusionē sanguinis intelligebat, vn̄ etiā ad nimiam ferocitatē animæ eorū maculabātur, semperq́; bellis & seditionib⁹ pascebātur. Postq̄ verò ṗsentiā

Iosu. 11.

Aug. li. Io. sue, quest. 17

Iosu. 9.

Iosu. 10.

Origenes.

tia dñi nostri Iesu Chri humanis cordibus placidú sciétiæ lumé infudit, seq pacē nos decet ex tectióe bellorú. Pax etem̄ redditur aīæ, dum hostes eius, putà vitia & peccata, expellũtur ab ea. Itaq; queádmodùm multo plures reges ac turmę Chananæorú cótra filios Israel cósurrexerũt, cùm ipsi Israelitę vicissent simul s. reges in plijs: sic contra Chri fideles multo plures inuisibiliũ hostium principes & cateruæ insurgēt, dum qdam eorú ab ipsius fuerunt fidelib9 victi: & spiritus superbiæ, vocat ad se spũs diuersorũ vtiq; vitiorũ, spiritũ fornicatióis, spiritũ auaritiæ, spiritũ vanæ gloriæ, spiritũ, gulæ, q cóueniunt ad aquas Meró, ad aquas cócupiscétiæ & illecebrarũ, quę amaritudines habent annexas, atq; ad ęternam acerbitatem perducunt. Veruntamen Iabin interpretatur sensus seu prudentia, per quod nunc intelligitur immansio seu pertinacia ꝓprij sensus, quę regnare solet in his, qui magni & sapientes sunt in proprijs oculis. Ex hoc vitio alia multa gignuntur, & attrahit sibi immansio ista capitalia vitia quasi reges. Similiter per hũc sensum potest intelligi prudétia carnalis & secularis, de qua Apostolus Roma. 8. Prudétia, inquit, carnis, mors est. Hæc qppe prudentia nó est prudétia vera, sed q̄dam versutia, qua aliqui vigent ad disponendú sic facta sua ac media, ꝙ desideratos mũdi honores, aut carnis illecebras, vel téporales diuitias adipiscũtur: sicq; ex ea generãtur multa & magna peccata, q̄ cótra milites Christi pugnant, de qua Iaco. apost. ait: Non est sapiétia ista à Deo, sed terrena, animalis, diabolica.

Iac 3. ¶ Deniq;, illa prudentia & peccata quę ex ea nascũtur, equos habēt & currus multitudinis infinitæ, quia innumerabiles sunt, in quorũ cordibus resident & vehũtur: q oés sunt subneruandi, quia eorũ corpora castiganda sunt & domanda, imò cum vitijs & cócupiscentijs crucifigéda, vt peccato vltrà nó seruiãt. Quocirca loquitur Origenes: In lib. Numerorũ leguntur filij Israel asinos Madianitarũ quos occiderunt, suis vsibus reseruasse, nec subneruasse: Equi verò Chananæorum, à Deo subneruari iubētur. Putamus hæc fortuitò accidisse, & in ꝓceptis diuinis fortuita aliqua arbitramur incidere? an dignius videtur, vt potiùs æstimemus scripturã in his aliquid mysticum indicare, pręsertim qm̄ filij Israel nunq̄ legantur equis vsi fuisse? & lex nihil de equis, sed de asinis mandat, tanq̄ de animalibus q̄ ad onera hoīm deportanda, & ad humanos labores iuuãdos necessarij vidētur existere: Eq verò, q magìs ad hoīm perditioné q̄ in bellis geritur, assumũtur, sunt animalia lasciui motus & supbæ ceruicis. Hinc asini vidētur mihi seruare figurã eorũ, qui ex gétibus crediderũt, super quos dñs sedisse describitur, qui & discipulos misit, vt sibi pullũ asinamq; adducerét. Per equos verò, lasciui designãtur atq; supbi, qui Chrm̄ in cordibus suis nó portant. Hæc Origines. [Cras hac eadem hora ego tradã omnes hos vulnerãdos in cóspectu tuo.] Quidã cóuerti & religioné ingredi cótremiscunt, quia diffidũt se posse consuetã relinquere vitia, & quasi impossibile arbitrãtur, à voluptatibus penitùs abstinere. sed isti nó iactant cogitatum suum in dño, nec sperãt in eo, apud qué omnia possibilia, imò facilima sunt, q̄ apud hóis impossibilia reputãtur. Ipse nanq; per grãe & virtutum infusioné sic roborat hominé, vt simul & semel vniuersa peccata, quibus seruiuit, deijciat & expellat, vitiorumq; principes dæmones vulneret siue debilitet: quia dũ per charitatem vnum pc̄m̄ mortale expellitur, omnia simul labũtur: spũsq; maligni, q pauloantè dominabãtur in aīa, fugiunt iam ab ea. Propter ꝙ ait scriptura: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Itemq;: Deus cóteret satanã sub pedibus vestris velociter. quod dum fit, percutimus inuisibiles hostes nostros: ꝑcutimus planè, qñ feruēter oramus, qñ in Deo indeficienter cófidimus, dum corda nostra in humilitate stabiliter ꝓfundamus, & carné spũi seruire cópellimus, & tãto instãtiùs tentatiói omi resistimus, exercitijsq; virtutum insistimus, quo acriùs impugnamur. [Reuersus Iosue, cepit Asor, & regem eius percussit gladio, ipsamq; vrbem peremit incédio, & oés per circuitatem ciuitates. [Possent hęc omnia de Christo per allegoriam faciliter ac diffusè exponi, qm̄ ipse in Euang. Luc. 12. protestatur: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Deniq; ipse dominus Deus nostri ignis consumens est. Ipse iniquorum & infidelium mentes & cógregationes saluberrimè inflammauit, & opera inimici dissipauit in eis, non relinquens in eis vllas reliquijs, quia pricipem huius mundi eiecit foràs, & vasa eius diripuit, consecrans ea in habitacula spiritus sancti. [absq; vrbibus quæ erant in collibus & in tumulis.] Quomodo eos qui in suis superbijs & rebellionibus fuerunt & manserunt penitùs obstinati, sicut tyranni, reprobiq; Iudæi, & plurimi sapientum huius seculi, iusto reliqt iudicio. Cæterùm omné terram cepit ac debellauit dñs Iesus per paucos apostolos suos. Debellauit, inquam, nó eloquentia Tulliana, nó philosophicali sciétia, nó per armorũ violentiã, nec per humanam potentiã, neq; per magicas artes: sed per signa, prodigia, atq; miracula, per scripturas ✶ veritatis testamenti, per euidentissimas & exemplarissimas virtutum excellétias vniuersarũ, per summa ac supernaturalia prorsus charismata spũs sancti. Insuper filios Enachim, puta gigantes, de terra promissióis deleuit. Qui sunt isti gigantes nisi imperatores & reges superbissimi atq; sęuissimi, potissimùm Roma. & Persarum, q multis annorum curriculis, imò per centenaria quædam annorũ, ecclesiã inhumaniter vastauerunt, & innumerabilia martyrum millia extinxerunt, conantes fidem, nomen, cultum, memoriam Christi omninò extirpare de terra? sed eccè deleti sunt & æternaliter perierunt, & quo intentiùs fategerunt plebem Christi & fidem ac legem eius opprimere, eo (operante altissimo) gloriosiùs ꝓua-

Origenes Num. 30. Matt. 21. Luc. 19. Ioan. 14. Psal. 54. Matt. 19. Luc. 1. 18. Marc. 10. Iaco. 4. Rom. 16. Deut. 6. Heb. 12. Ioan. 12. Marc. 3. Luc. 11.

luerūt plebs fidelis & lex Christi. Postremò circa hæc loquitur Origenes: Ideo Deus permittit, & propemodùm incitat aduersarias virtutes exire in plium contra nos, vt nos victoriam capiamus, & illi interitum consequantur. Vndè mihi videtur infinitus quodammodò esse numerus contrariarum virtutum, videlicet dæmonū, pro eo ꝙ per singulos penè homines sunt spiritus aliqui diuersa peccatorum gña molientes in eis. Verbi causa: Est aliquis spiritus fornicationis, sic & auaritiæ alius spiritus est, & alius superbiæ: & si qs hoīm omnibus his peccatis aut etiā pluribus agitetur, putādus est in se habere oēs spiritus hos malignos: vñ per singulos plures esse credendi sunt. Vñ puto principem fornicatiōis esse vnū, innumeros verò spiritus ei parêre in hoc: similiter iracundiæ principem spm̄ puto vnum, innumeros verò sub ipso agētes, quorum exercitum (vt puto) sancti dirimunt, superant eos, ità vt is, q ab aliquo sancto est victus, nō vltrà possit impugnare aliū hominē: consequensq; videtur, ꝙ singuli qque spiritus nequā, cùm vincuntur à sanctis, abducantur in abyssum, aut in tenebras exteriores, aut alium in locum debitū eis. Origenes. Hęc quæ ex Origenis homilia breuiter introduxi, pleniùs continentur in Glossa. Veruntamen vltimum istud, ꝙ ait dæmonem s. semel victum, vltrà non posse aliquem impugnare, incertum est, præsertim cùm de Christo Euangelista testetur, quia consummata omni tentatione, diabolus recessit ab eo ad tempus. De hoc alibì pleniùs scripsi. Matt. 4. Luc. 4.

Expositio cap. 12. Hi sunt reges, quos percusserunt filij Israel. *Art.* 20.

ENumerātur hìc reges quorū regna obtinuerūt filij Israel, & primò enumerant duo reges, quorum regiones obtinuerunt sub Mose. [Hi sunt reges, quos percusserunt filij Israel, & possederunt terram eorum.] Qualiter aūt filij Israel occiderunt hos duos reges, eorumq; populos, scriptum est Numer. 21. & Deutero. 2. In Deuteronomio tñ habetur, ꝙ Moses percussit vnū istorum, s. Og Regem sed siue propria manu hoc fecit, siue per manus filiorum Israel, percussio horum regum asscribi potest tam Mosi, tanꝗ principi, quàm filijs Israel, tanquā exercitui, quia seinuicèm adiuuerunt, & percusserunt terram eorum. [trans Iordanem ad solis ortum,] qm̄ territoria regum illorum, sunt in parte orientali respectu terræ Chanaan. Iordanis quippe est terminus terræ promissionis seu Chanaan versus orientem. [à torrente Arnon.] qui torrens vocatur Arnon, de quo Iosephus ait: Arnon est fluuius à montibus Arabiæ descendens, & per desertum fluens, atque in stagnum Asphaltiten erumpens. Veruntamē quidā dicunt, ꝙ Arnon nomen sit ciuitatis in deserto, & aliqui putāt, ꝙ sit nomen æquiuocum ad vtrunq;. Vnde Numer. 21. inducitur, Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos. [vsque ad montem Hermon,] qui mons vocatur Hermon, de quo Cant. 4. legitur, De vertice Sauir & Hermon: & fuit in terra duarum tribuum. [& oēm orientalem plagam] duorum regum illorum, videlicet Seon & Og, [ꝗ respicit solitudinem,] quę est inter Aegyptum & terram illam. [Seon rex Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon] i. vrbe sic appellata, iuxta illud Numeror. 21. Vrbs Hesebon fuit regis Seon. [dñatus est ab Aroer] inclusiuè, i. ab vrbe sic dicta, ꝗ sita est super ripam torrentis Arnon.] Vndè Deuter. 2. habetur: Ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon, oppido ꝙ in valle situm est. [& dimidiæ partis in valle] i. Seon rex dñatus est mediæ partis in valle pfata, cuius alia pars fuit Og regis, secundū Glossam. [dimidiæq; Galaad] i. dimidiæ terræ Galaad [vsque ad torrentem Ieboch,] de quo Gene. 32. narratur, ꝙ Iacob transiuit vadum Ieboch, & non longè ab illa luctabatur cum angelo. [qui est terminus filiorum Ammon] i. regno Ammonitarum ab vna parte finitur iuxta torrentem illum, [& à solitudine] iam prædicta, quæ fuit vnus terminus territorij sui, [vsque ad mare Ceneroth contra orientem] id est, ex opposito plagæ orientalis, [& vsque ad mare deserti, quod est mare salsissimnm.] de quo suprà fertur: Quæ inferiores erant, in mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum, descenderunt. quod ibì expositum est. [ad orientalem plagam, per viam quæ ducit Beth Iesimoth] i. ad locum sic dictum. Iosu. 3. dominatus est quoque [ab australi parte, quæ subiacet Haseroth,] putà huiusmodi loco, qui fortè altior fuit situ, respectu partis australis regni illius. [vsque Phasga] id est, vsque ad montem sic dictum, qui erat in terra Moab. Vndè Numer. 23. scriptum est: Cumque duxisset eum super verticem montis Phasga. ¶ Consequenter describitur magnitudo regni Og. [Terminus Og regis Basan de reliquijs Raphaim] id ēst, qui Og fuit de posteritate gigantum, iuxta illud Deuter. 3. Solus Og restiterat de stirpe gigantum. [qui habitauit in Astaroth & Edrai] id est, vrbibus, locis, seu terris sic appellatis, [& dominatus est in monte Hermon] id est, in populo qui circa montem hunc morabatur,] & in Salacha] id est, terra sic dicta, [atq; in vniuersa] terra [Basan vsq; ad terminos Gessuri & Machati,] quæ erant aliæ regiones, & vsq; ad eas pertingebat regio huius Og. dñatus est quoq; [& dimidiæ partis Galaad,] quia terra Galaad pro media parte fuit sub eius ditione, [& terminum Seon regis Hesebon,] quia medietas illa fuit finis regni Seon ex vna parte. Nam vna pars Galaad, fuit ipsius Seon, alia huius Og. [Moses famulus domini & filij Israel percusserunt eos, tradiditq; terram eorū Moses in possessiōem Rubenitis & Gadditis, & dimidiæ tribui Manassæ.] ¶ Consequēter exprimuntur & nominantur reges à filijs Israel interfecti in terra pmissionis sub Iosue. [Hi sunt reges terræ, quos pcussit Iosue & filij Israel

trans Iordanem ad occidentalem plagam[i.versus occidentem respectu præfatarum regionũ, quæ erãt ab alia parte Iordanis, [à Baalgad]i.loco sic dicto, [in cãpo Libani,] i.in quo mons Libani situs fertur.[vsq; ad montem, cuius pars ascendit in Seir] vsque in Idumæam, ita quòd mons ille tam remotè protenditur.[Tradiditq; eam Iosue in possessionem tribubus Israel, singulis partes suas, tam in montanis, quàm in planis atque campestribus. In Aseroth]id est, loco sic dicto,[& in solitudine ac meridie, Hethæus fuit & Ammorrhæus, Chananæus, & Pherezæus, Heuæus & Iebusæus]id est, in locis quibusdã deserti terræ istius, vel circa ea, & in parte eius meridiana commorabantur Hethæi, Amorrhæi, Chananæi, &c.[Rex Hiericho, vnus]id est rex ciuitatis Hiericho, fuit vnus regum illorum. [Rex Hai,]id est, ciuitatis sic dictæ, [quæ est ex latere Bethel, vnus: Rex Hierusalem, vnus: Rex Hebron, vnus: Rex Ierimoth, vnus: Rex Lachis, vnus: Rex Eglon, vnus: Rex Gazer, vnus: Rex Dabir, vnus: Rex Gader, vnus: Rex Herma, vnus: Rex Hereth, vnus: Rex Lebna, vnus: Rex Odollam, vnus: Rex Maceda, vnus: Rex Bethel, vnus: Rex Taphua, vnus: Rex Hefer, vnus: Rex Aphec, vnus: Rex Saron, vnus: Rex Madan, vnus: Rex Hasor, vnus: Rex Sameron, vnus: Rex Achsaph, vnus: Rex Tenach, vnus: Rex Mageddo, vnus:
* Iachanã. Rex Cedes, vnus: Rex * Iachanen Carmeli, vnus.] Cognominãtur autem hi omnes reges, vnusquisque eorum à ciuitate regni sui principali, & ciuitatibus illis principalibus erant adiunctæ aliquæ vrbes & villę, regi principalis vrbis subiectæ: & vt videtur ex textu elici posse, nominantur
Iosu.11. hîc non secundum ordinem dignitatis, quia rex Asor inter omnes hos reges gessit primatũ, vt patuit cap. præcedenti: sed potiùs secundum ordinem suæ percussionis à filijs Israel, saltem pro parte.[Rex Dor & prouinciæ Dor, vnus.]Ex hoc videtur, quod iste præfuit vrbibus multis, & quòd vrbs sua principalis, vocata sit Dor: quod item Dor fuit nomen suæ prouinciæ, sicut in multis terris idem est nomen vnius oppidi, totiusq; patriæ. [Rex gentium Galgal, vnus.] Iste fuit rex gentium habitantium in Galgal. Vndè vocatur rex gentium, propter multitudinem populi sibi subiecti habitantis ibidèm, ita quòd Galgal fuit vrbs populosa, vel propter diuersitatẽ gentium commorantium ibì.[Rex Thersa, vnus. Omnes reges]iam pręfati & percussi in terra promissionis, [triginta vnus]fuerunt, præter duos prædictos, videlicet Seon & Og. Veruntamẽ reges isti 31. non fuerunt tam magni reges, vt Seon & Og, excepto fortassis rege Asor, qui inter omnia regna ista primatum tenebat antiquitùs.

Explanatio cap.13. Iosue senex, prouectæq; ætatis erat.
Articulus 21.

NVnc de terræ diuisione fit mẽtio.[Iosue senex prouectæq; ætatis erat.] Nõ est superfluitas in his verbis, quanuis esse senem & esse prouectæ ætatis, soleat accipi pro eodem. Fuit igitur senex prolixitate suæ durationis in vita hac. Fuit quoque prouectæ ætatis, quantum ad morum maturitatem & profectum virtutũ, in quibus, non obstante inquietudine tanta pugnarũ, profecit quotidiè.[& dixit Dominus ad eum] per angelũ:[Senuisti, & longæuus es.]Quasi dicat, Tempus est, vt impleas quod tibi præcepi de terræ diuisione ac distributione filijs Israel facienda. [terraq; latissima derelicta est, quæ nondũ est sorte diuisa]tribubus Israel,[omnis videlicet Galilæa Philistijm]id est, terra Philistinorum,[& vniuersa Gessuri, id est, regio sic vocata,[à fluuio turbido, qui rigat Aegyptũ,]i.à Nilo rigãte terram Aegyptiorum, qui fluuius, ex terræ admixtione hinccindè fit turbidus. [vsque ad terminos Accaron]ciuitatis Philistinorum inclusiuè, [contra aquilonem]id est, versus partem aquilonarem respectu terræ promissæ, [terra Chanaan, quæ in quinque regulos Philistijm diuiditur]id est, in quinque partes & vrbes principales, ad quinq; regulos seu satrapas Philistinorum spectantes. Itaque Philistæa vocatur terra Chanaan, quoniam pertinebat ad terram filijs Israel repromissam, & posteri Cham habitauerunt in ea.[Gazæos]id est, in regulos seu populos habitãtes in Gaza vrbe Philistijm, &Azotios]qui habitabant in Azoto,[Ascalonitas]qui habitabãt in Ascalone,[Gethæos]qui morabantur in Geth,[& Accaronitas]qui manebant in Accaron. Istæ fuerunt quinq; vrbes Philistinorum præcipuæ.[Ad meridiem verò sunt Heuæi], qui in parte meridionali degebant.[Omnis terra Chanaan,[id est, residuum totius terræ huius nondum obtentum, cuius iam magna pars fuit filijs Israel subiugata,[& Maara]id est, terra seu regio[Sidoniorũ]sic appellata,[vsq; Apheca]id est, vsque ad locum sic dictum,[& vsq; ad terminos Amorrhęi, eiusq; confinia]quę erant ab alia parte Iordanis, & data iã erant tribubus Ruben & Gad. [Libani quoq; regio cõtra oriẽtem à Baalgad sub monte Hermon, donec ingrediaris Hemath]i. extenta & durans vsque iter vel introitum Antiochiæ.[Omnium qui habitabant in mõte à Libano vsq; ad aquas Masserephoth, vniuersiq; Sidonij. Ego sum, qui delebo eos à facie filiorum Israel.]i. omnes has nationes & gẽtes filijs Israel subijciam, aut per eos occidam, seu de terra eorum expellam. Veruntũ in toto veteris testamenti tẽpore nõ fuerunt gentes istæ in toto deletæ à terris iam dictis. Nec ante tempora Dauid & Salomonis fuerunt omninò subiectæ filijs Israel. Cur autẽ omnipotens Deus non statìm ac simul expulit & deleuit eas, præhabitum est, & Iudic.3. tangitur.[Veniat ergo

go in partem hæreditatis Israel,sicut præcepi tibi.]i.terra ista nondũ adepta, diuidať tribubus
Israel,ac si nũc esset obtẽta, vt & filij Israel sic studeãt se habere, ꝙ me auxiliãte eam acquirant.
[Et nunc diuide terrã istã]Chanaan,quæ partim acq̃sita est,& partim acquirẽda,[in possessio-
nẽ nouem tribubus,& dimidiæ tribui Manassæ, cum qua]i.cum cuius tribus altera medietate,
[Ruben & Gad]i.tribus Ruben & tribus Gad,[possederũt terrã,quam tradidit eis Moses &c.
Ipse fuit de reliquijs Raphaim.]i.Og rex fuit de posteris gigantũ,vt dictum est in expositione
præcedentis cap. quia solus restiterat de stirpe gigãtum,nõ ꝙ nulli supererãt pręter eum gigan Iosue 12.
tes,immò adhuc erant aliq̃ gigantes in Hebron & Azoto ac Gaza,sed solus supererat de gigan- Deut. 3.
teis reliquijs Raphaim,cõmorãtibus in Astaroth & Edrai.[percußitq; eos Moses atq; deleuit,
nolueruntq́ disperdere filij Israel Gessuri & Machati]i.gentes in terris illis cõmorantes, non
occiderunt Israelitæ in toto,& in hoc peccauerũt,nec fuit pietas vera,quia cõtra præceptũ Dei,
&[habitauerunt in medio Israel]i.in terra & populo duarũ tribuũ,[vsq; in præsentem diẽ.Tri
bui aũt Leui non dedit possessionẽ]i.Moses nõ dedit Leuitis hæreditariã portionẽ,quemad
modũ alijs tribubus,nec etiã Iosue:attamen dederunt ẽis vrbes ad habitandum, & suburbana
earũ ad pecora sustentanda.[sed sacrificia & victimæ dñi Dei Israel,]i.quæ Deo offerebantur
ab alijs tribubus,[ipsa est eius hæreditas,sicut loquutꝰ est illi.]Decuit eñ,vt ea,quę Deo offe-
rebanť,venirẽt in sustentationẽ & vsum ministrantiũ ei in tẽplo.Consequẽter in speciali descri
bitur,qualiter Moses diuisit regna duorũ regũ tribubꝰ Ruben & Gad,atq; dimidiæ tribui Ma-
nassę:& primò,quantùm,& quas vrbes,villas & viculos dederit tribui Rubẽ,secundũ quod in
textu exprimiť,vbi inter cætera dicitur.[vniuersaq; regna Seon regis,]i.quia videlicet aliqua
regna sibi subiecit.Porrò de diuisione facta medię tribui Manassę,fertur in textu:[Dedit & di *est: à Ma
midiæ tribui Manassę,filijsq; eius possessionem,cuius hoc principium * est.Amahanaim]i. lo naim
cus sic dictus,[& vniuersam Basan,]i.regionẽ sic nominatã,[& cuncta regna Og regis Basan.]
Ex quo videtur,ꝙ vltra principale regnum Og regis ipse adhuc vi prælij obtinuerit aliqua re-
gna minora.vel regna dicuntur,partes regni diuersæ.Interdum etiam ponitur plurale pro sin-
gulari,sicut & econuersò.In descriptione quoq; hæreditatis collatæ tribui Gad,inter alia dici-
tur,ꝙ Moses dedit eis dimidiam partem terræ filiorum Ammon,contra quod obijci potest, ꝙ
Deut.2. dominus ait ad Mosen: Accedes ad vicina filiorum Ammon. Caue ne pugnes contra
eos,nec mouearis ad prælium.Non enim dabo tibi de terra eorum.Iudicum quoq; 11. legitur:
Misit Iepthe nuncios ad regem filiorum Ammon,dicens:Quid mihi & tibi est,quia venisti cõ-
tra me?Quibus ille respondit,quia tulit Israel terram meam,quando ascendit de Aegypto.Ad
quod Iepthe:Non tulit Israel terram filiorum Ammon Ad istud patet respõsio ex scriptura.Le
gitur nanq; Numer.21.quòd Seon rex Hesebon pugnauit contra regem Moab,& tulit omnem
terrã illius vsque Ad Arnon.Hinc ꝓbabiliter dicitur,quòd etiam partẽ regni Ammonitarum
vastauit,& terra illa ab eo obtenta,quæ antè pertinebat ad filios Ammon,nunc appellať media
pars terræ filiorum Ammon,quam filij Israel obtinuerunt,ipso Seon occiso ab eis.[Tribui au-
tem Leui non dedit]Moses[possessionẽ,qm̃ dominus Deus Israel ipse est possessio eius:]i. sa Deut.10.
crificia Dei,data & reputata sunt Leuitis pro hæreditaria possessione.[vt locutus est illi:] quia
frequenter per Mosen dixit,Ego possessio eorum. ¶Iuxta mysticum sensum,per Iosue senem Heb.13.
& ętate prouectum,intelligitur Christus,cuius numerus annorum,secundum deitatem,est in- Ioan.8.
æstimabilis,dicẽte Apostolo:Iesus heri & hodiè,ipse & in secula.qui testatur:Antequàm Abra Sap.4.
hã fieret,ego sum.Deniq; senectus venerabilis est,nõ annorũ numero cõputata.Cani eñ sunt
sensus hoĩs,& senectꝰ mẽtis vita immaculata.Hic verus Iesus & summus Saluator,in primo suo
aduentu partẽ Iudęæ obtinuit,Iudęorũ aliquos cõuertendo:sed latior pars Iudęæ mãsit incre-
dula,quam posteà per sanctos Apostolos,aliosq; discipulos totam conuertit.Veruntamen nõ-
dum totus orbis terrarũ fidẽ accepit catholicã,sed ante finẽ seculi hoc creditur adimplẽdum, 1.Thess.5.
pręsertim Antichristo occiso,cuiꝰ tamẽ quidã satellites in obstinatiõe sua persistẽt.Quibus cũ
dixerint,Pax & securitas,repentinus superueniet interitus:& sic Christus veris Israelitis totum
concedet orbẽ in hęreditatẽ.Porrò prima & minor diuisio, facta per Mosen duabus tribubus
ac medię,designat primam illam mũdi cõuersionẽ ad dominũ incompletã.Secunda aũt & ma-
ior diuisio facta per Iosue, pręfigurauit finalẽ totius mundi ad Christũ conuersionẽ,seu etiã v-
niuersorũ sub pedibus eiꝰ subiectionẽ, quod fiet pręcipuè in secũdo eius aduẽtu & generali iu
dicio.At verò per Leuitas,quibus nõ est data terrena possessio,sed dñs Deus eorũ fuit hęredi-
tas,pręsignabãtur religiosi & viri perfecti in Euãgelica lege,qui despiciũt trãsitoria & caduca,
& oĩa propter Deũ relinquũt,sequẽtes saluatorẽ in vera paupertate,sancta obediẽtia,atq; om-
nimoda puritate,& qui studio sapientiæ ac virtutũ,verboq; prędicationis tota mentis diligẽtia
sunt intenti,quorũ tota affectio est recollecta in Deo,cuius contẽplationi & actuali dilectioni
tã feruidè atq; assiduè vacãt,vt ex sentẽtia dicere queãt illud Psal.15.Dominus pars hęreditatis
meæ & calicis mei.Itemq; illud Threno.3.Pars mea dñs,dixit anima mea.Et denuò: Deus cor Psal.72.
dis mei,& pars mea Deus in æternum.Isti cõparatiõe aliorũ sunt pauci,& frequenter sustentã-

tur fidelium eleemosynis Deo oblatis, sicut eis prædixit. Statuit enim dñs, vt qui altari deseruiunt, de altario viuant: & seminantibus spiritualia, vult tẽporalia ministrari. Per hoc quoq;, ꝙ
1.Cor.9. Ibidem Leuitis non est possessio data, dominus designauit, ꝙ sacerdotes & clerici Euangelicæ legis nequaquã debent auaritiæ locum dare, nec beneficia Ecclesiastica sibi vitiosissimè multiplicare, sed simplici victu ac vestitu esse contenti, quatenùs terram paruipendendo ostendant veraciter se amare cælestia, ac futuram inquirere vitam, sicq; ædificent populum.

Declaratio Cap.14. Hoc est, quod possederunt filij Israel. *Art.* 22.

QValiter & per quos facta sit diuisio terræ promissionis tribubus nouem atque dimidiæ, nunc refertur: [Hoc est, quod possederunt filij Israel in terra Chanaan] id est, territoriũ, quod in sequentibus capitulis recitatur diuisum, possederũt tribus præfatæ, in terra promissionis, quæ Chanaan nominatur. [quam dederunt.] id est, à Deo datam assignauerunt [eis] per sortium missionem [Eleazar sacerdos.] qui patri suo Aaroni in põtificatu successit, [& Iosue filius Nun, & princeps familiarum per tribus Israel] id est, aliqui principales in suis familijs, & in qualibet tribu fuit vnus huiusmodi princeps. [sorte omnia] territoria illa particularia [diuidentes, sicut præceperat dominus in manu Mosis] id est, per ministerium atque eloquiũ Mosis. Vndè Nume.14. habetur: Et ait dominus ad Mosen: Hæc sunt nomina virorum, q terram vobis diuident, Eleazar sacerdos & Iosue, & singuli principes de singulis tribubus, quod exponitur de decem tribubus, quibus terra Chanaan fuerat diuidenda, putà de principibus nouem tribuum atq; dimidiæ. sed & principes isti, alij erant ab illis, quos Moses Deo iubente constituit principes tribuum Israel. Imò illi iam erant mortui in deserto. [Duabus enim tribubus & dimidiæ tri-
32.q.4.ca. Recurrat bui dederat Moses trans Iordanẽ possessionẽ, absq; Leuitis.] Ista est impropria exceptio: qa Leuitæ non erant de numero duarum tribuum ac mediæ tribus. Ideo sensus est, ꝙ Moses dedit illis tribubus pfatam possessionẽ, sic tñ, ꝙ Leuitis nõ dedit hæreditariam portionẽ. [qui nihil terræ acceperunt inter fratres suos:] hoc est, inter cæteros filios Israel non sunt hæreditatẽ sortiti. [sed in eorum successerunt locum filij Ioseph, in duas tribus diuisi] i. filij Ioseph in duas tribus diuisi, videlicet [Manasses & Ephraim,] à quibus ortæ & nominatæ sunt duæ tribus, successerũt in locum filiorum Leui, quantum ad hoc, quòd compleuerunt duodenarium numerum tribuum Israeliticarum. Nempe Iacob patriarcha duodecim filios habuit, à quibus natæ ac appellatæ sunt duodecim tribus Israel, à quibus Deus subtraxit tribum Leui, applicans eam cultui suo in templo, & prohibens eam numerari ac dotari inter cæteras Israel tribus: & ita remanserunt solùm vndecim tribus dotandæ in terra illa. Vt ergo duodenarius tribuum numerus compleretũ, diuisa est tribus Ioseph in duas, duplicemq; funiculum ac portionem accepit: & quantùm ad hoc, successit ipsi Ruben & tribui eius in iure primogenituræ, quia in tempore illo primogeniti habuerunt duplicem rerum omnium portionem. ¶ Porrò tribus Iuda successit tribui Ruben in iure primogenituræ, quantùm ad superioritatem, quia ad eam est deuoluta regia dignitas. Hoc etenim ius primogenituræ Ruben amisit ob suum incestum, propter quod Iacob dixit ad eum Gene.49. Non crescas, quia ascendisti cubile patris tui. Hinc quoque scriptum est 1. Para.5. Ruben fuit primogenitus Israel, sed cùm violasset torum patris sui, data sunt primogenita filijs Ioseph. De stirpe autem Iudæ, principes generati sunt. [Accesserunt itaq; filij Iuda ad Iosue in Galgala. Loquutusq; est ad eum Caleph filius Iephonæ Cenezeus] Caleph iste, fuit vnus eorum, qui terram diuiserunt cum Iosue, eratq; magnus in tribu Iuda: ideo maiores de tribu illa, accesserunt cum eo ad Iosue. Dicitur autem Cenezæus à Cenez, quem aliqui dicunt accepisse matrem ipsius Caleph in coniugem, patre Caleph defuncto: quia sequẽti habetur capitulo, quòd Othoniel frater Caleph iunior, filius Cenez, accepit Axam filiam Caleph vxorẽ. sicq; Caleph vocatus est Cenezeus, qa post mortem sui patris, à Cenez illo nutritus est. Alij opinantur quòd Cenez fuit frater ipsius Caleph, senior eo, & quòd curam habuit huius Caleph: & ideo,
Luc.6. Acto.1. vel ob aliquid tale, Cenezæus vocatus sit, sicut in nouo testamento Iudas apostolus frater Iacobi minoris, Iudas Iacobi nuncupatur. ¶ Sciendum præterea, quòd Caleph iste 1. Para.2. dicitur
*Hesron filius * Effrem. Ideo creditur quòd pater eius fuit binomius. [Nosti quid loquutus sit domin9
Nume.13. ad Mosen hominem Dei de me & te in Cades Barne.] Ab illo equidem loco misit Moses duodecim exploratores ad considerandum terram Chanaan, qui ad eundem locum regressi sunt. Cumq; decẽ ex eis subuerterẽt corda filiorum Israel, dicẽdo, quòd terram illam obtinere non possent propter fortitudinẽ ciuitatum & habitatorum ipsius, Iosue & Caleph conati sunt filios Israel animare & confortare in dño. Propter quod dñs dixit ad Mosen, quòd cæteris pereuntibus, Iosue & Caleph ingressuri & possessuri essent terram, quam explorauerunt. Hoc est, quod
Nume.14. Deut.1. tangitur nunc in textu. [Quadraginta annorum eram, quãdo me misit Moses famulus dñi de Cades Barne, vt considerarem terram, nunciauiq; ei quod mihi verum videbatur. Fratres autem mei,] hoc est, alij exploratores, qui dicunẽ fratres ipsius Caleph, quoniã ad eundem Israeliticum populum pertinebant, & eiusdem erant religionis, atq; ex eodem Iacob patriarcha exorti, [qui ascenderant mecum, dissoluerunt cor populi,] incutiendo eis timorẽ inordinatum,
vt

vt tactum est. Nihilominùs ego secutus sum dñm Deũ meum] i. diuinæ mentis iudicio confor maui, & credendo in Deũ, sperando in eo, diligendoq; ipsum, adhæsi ei. [Iurauitq; Moses] i. firmiter asseruit, vel etiã iuramento firmauit, ꝙ tamen in Nume. non legitur, vbi hæc recitatur historia. Attñ credendum est, ꝑter hæc verba, ꝙ Moses istud iurauit, quia nec omnia scripta sunt. Nume.14. [In die illo, dicens: Terra quã calcauit pes tuus, erit possessio tua & filiorũ tuorũ in æternũ, qã secutus es dominũ Deum tuum.] Aliqui dicũt, ꝙ Caleph cõsiderans decẽ exploratores diffidẽtes de Dei subsidio, declinauit ad tẽpus ab eis, & iuit solus in Hebron, atq; ibidèm ad sepulchrum patriarcharum orauit, ne & ipse subuerteretur ab exploratoribus vitiosis. Ideoq; dñs promiserit ei dare hunc locũ. sed videtur istud incertum, nec ad saluandã veritatem huius historię, hoc dicere est necesse: qm̃ dicere possumus istud per synecdochen esse intelligendum, quia dominus ꝓmisit ei partem terræ illius, ꝓ̃sertim partem quã fuerat electurus & petiturus. Porrò ꝙ ait, erit possessio tua in æternum, sub cõditiõe intelligendũ erat, videlicet nisi posteri Caleph peccãdo mererẽtur terra illa priuari. Vel, æternũ sumitur hîc pro seculo seu tẽpore longo. [Cõcessit ergo dñs vitam mihi, sicut pollicitus est vsq; in præsentẽ diem.] Ex hoc sequitur, ꝙ homo virtuosè agendo meretur etiã sæpè temporalem prosperitatem, prolongationemq; vitæ, quanuìs hoc non sit præmiũ principale, atq; in veteri testamento hoc magìs habuit locum, quia in illo temporalia erant ꝓmissa, & nondũ aperta tũc fuit ianua regni cælestis. De hac aũt dñi pollicitatiõe, & de ista materia scribitur Numerorum 13. [Quadraginta & quinq; anni sunt, ex quo loquutus est dñs verbũ istud ad Mosen, quãdo ambulabat Israel per solitudinem.] Exploratores nanq; missi fuerant à Mose anno secundo egressionis Israel ex Aegypto, & post dies quadraginta redierunt, tũcq; dicta sunt verba hæc. Filij quoq; Israel in deserto quadraginta annis morati sunt, deindè in terram Chanaan sex annis præliati sunt contra Chananæos, sicq; quadraginta quinq; fluxerunt anni à tempore illius promissionis ad Caleph factæ. [hodiè octoginta quinta quinq; annorum sum, sic valens, vt eo valebam tempore, quando ad explorandũ missus sum. illius in me temporis fortitudo vsq; hodiè perseuerat, tam ad bellandum, quàm ad gradiẽdũ.] Hoc supernaturale videtur fuisse. Hoĩes tñ tunc cõmuniter vixerunt diutiùs, quàm nunc: idcircò nec erat tunc ita mirabile, sicut nunc esset, in homine octogintaquinq; annorũ tantam fortitudinem esse. quanta erat in eo quadragenario. [Da ergo mihi montem istum, quem pollicitus est dñs te quoq; audiente.] Quidam per montem intelligunt vrbem nomine Hebron, cui expositioni non videtur cõsonare, ꝙ subditur: [in quo Enachim sunt, & vrbes magnæ atque muuitæ.] in Hebron quippe non erãt huiusmodi vrbes, petijt ergo sibi dari montem, id est, locum illum montanum, quantum ad partem, in qua steterat Hebron. Veruntamen in libr. Numerorũ non legitur, ꝙ dominus promisit ipsi Caleph hunc montem aut Hebron distinctè, sed in generali dixit ad eum per Mosen: Terra quã calcauit pes tuus, erit possessio tua. per quod dominus innuebat, ꝙ daretur ei terra, locus seu pars terræ, quam magìs eligeret. Vel si facta est in speciali ꝓmissio ista, dicẽdũ est, quòd Caleph in sua exploratione perambulauit hunc locũ. Non tamẽ dicendum est, sicut quidam ait, solum Caleph venisse in Hebron: nec in hoc credendum est Rabbi Salomoni, quoniam Numerorum 13. de duodecim exploratoribus generaliter legitur: Ascenderunt meridiem, & venerunt in Hebron. Porrò in monte hoc erant Enachim, id est, gigantes nati de stirpe Enach. [si forte sit dominus mecum, & potuero delere eos, sicut promisit mihi. [Si dominus istud promiserat huic Caleph, cur ait, si fortè, quasi de veritate dubitans diuini promissi? Respondetur quòd ait, si forte, ad insinuandum flexibilitatem liberi arbitrij, per quod obicem ponere poterat impletioni promissionis diuinæ: item ad innuendum, quòd Deus omnia liberè operatur, & eius occulta iudicia homines lateant. rectè etiam dixit, [si forte dominus sit mecum,] id est, supernaturaliter iuuet me, quoniam viros illos gigantes naturali virtute nequibant deuincere. Habitabant quoque gigantes in monte hoc, id est, in vrbibus & fortalitijs sitis in monte isto. [benedixitq; ei Iosue] id est, commendauit hunc Caleph & bona imprecatus est ei, quia vir erat magnæ gratiæ ac virtutis, ac fuit eis ambobus grãdis ratio amandi seinuicèm familiari præcipuoq; amore, cum propter virtutum similitudinem, tum quia de tot millibus hominum pariter numeratis, ipsi duo duntaxat superstites erant, [& tradidit ei Hebron in possessionem.] Veruntamen iuxta præhabita, Hebron tunc fuit destructa per Iosue, quanuìs aliqui dicant, quòd non in toto. [atq; ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephonę Cenezæo vsque in præsentem diem, quia sequutus est dominum Deum Israel. [Nomẽ Hebron, anteà vocabatur Cariath Arbe:] quod interpretatur, ciuitas quatuor, eo quòd ibi in spelunca duplici, in agro prope vrbem Hebron, sepulti sint quatuor patriarchæ cum suis vxoribus, quòd de tribus patriarchis, videlicet Abrahã, Isaac & Iacob, vxoribusq; eorum, Sara, Rebecca & Lia, dubitationem non habet, cùm Gene. 23. hoc legatur. De primo autem, putà de Adam & Eua, quid sentiendum sit, mox tangetur. Quidam verò affirmãt, quòd dicta sit ita, eo quòd ibi gigantes quatuor sint sepulti, videlicet Tolmai, Sisai & Achimai, eorumque pater Enach, de quibus Numerorum 13. legitur. Sunt qui opinentur, quod vocata sit

Nume.13. ibidem. Nume.14. R. Salomõ Gene.25. Gene.35. Gene.49.

Ca-

u.q.2.cap. vuaque que:ſ.con: crà Adam.

Cariath Arbe,i.ciuitas Arbe,qui fuit gigas,& principatum geſſit ibidèm.Vndè in ſequenti fertur cap. Cariath Arbe patris Enach.quaſi dicat,ciuitas Arbe,qui fuit pater Enach gigantis.[Adam maximus ibì inter Enachim ſitus eſt.]Per Adam,cómuniter intelligunt expoſitores hoc loco hominem protoplaſtum,qui maximus fuit in ſapientia atq; virtutibus,preſertim ante ſuam in paradiſo tranſgreſsionem:poſtmodum quoq; ſanctè vixit, fuitq; valdè magnus authoritate apud poſteros ſuos,potiſſimè apud bonos quos docuit:fuit & maximus paterna fœcunditate,& prima ac generali propagatione.Hic igitur fuit in ſpelunca illa ſepultus,quod etiam indè apparentiam ſumit,quia circa locum hunc poſt ſuam à paradiſo expulſionem, dicitur habitaſſe interdum,quanuìs de hoc parua ſit certitudo. Origines tamen dixit,Adam in monte Caluariæ fuiſſe ſepultum,atq; ab oſſe capitis eius,locum vocatum montem Caluariæ:quod Hieronymus reprobat ex eo quòd dicitur hîc,Adam maximus &c. ¶Deniq; Lyra refert,quòd ſecundum Hebręos,Adam ſit hîc nomen commune,ſignificans hominem:& quòd per Adam maximum,intelligatur hîc Abraham, qui fuit præcipuus patriarcha. At verò magnus ille theologus & ſanctus pater noſter Athanaſius,refert magiſtros Iudæorum aſſerere,quòd Adam ſepultus ſit in monte Caluariæ,& S.Thomas hoc recitat ſuper Lucam.Auguſt.etiam in Homilia dicit,quòd Adam in monte Caluariæ ſit ſepultus.Quidam autē dixerunt, quòd Adam hîc ſumitur pro homine illo gigāte nomine *Tarbe,ſed non reor ꝙ illius ſepulturam ſcriptura iſta hîc curauit deſcribere,& cum Hieronymo potiùs arbitror, ꝙ per Adā iam intelligatur primus ille parens & protoplaſtus.[Et ceſſauit terra à prælijs.]Hoc idem in fine vndecimi capituli ſcriptū eſt,& ibì expoſitum.Dicitur autem terra ceſſaſſe à prælijs,quoniam habitantes in terra, à prælijs ceſſauerunt.

Origenes. Hierony. Athanaſius. Luc. 23. Auguſtinus. *Arbe Hierony.

Expoſitio Cap.15. Igitur ſors filiorum Iuda per cognationes ſuas,iſta fuit. *Art.23.*

SOrtis distributio terræ conceſſa tribui Iudæ, nunc recitatur:[Igitur ſors filiorū Iud aper cognationes ſuas]i.terra poſteritati atq; familijs Iudæ patriarchę per miſſionem ſortis conceſſa,[iſta fuit:A termino Edom vſq; ad deſertum Sin]i.à finibus terræ Idumæorum ex vna parte,incepit & tēdebat vſq; deſertum quod eſt inter terram promiſſionis & Aegyptum, quod pro vna patre ſua vocatur deſertum Sin,quia in diuerſis partibus ſuis diuerſa ſortitur vocabula,vt pleniùs in expoſitione Exodi ſcripſi.[contra meridiē,]i.plagam meridianam. protenditur quoq;]& vſq; ad extremam partem auſtralis plagæ:]quia portio ſeu funiculus tribus Iudæ, fuit in plaga auſtrali ſeu meridionali terræ promiſſionis verſus Aegyptum.Primò aūt deſcribitur diſtributio tribus Iudæ,quoniam principalior fuit & numero maior atq; audacior. Idcirco in vna extremitate terræ promiſſionis eſt collocata & verſus Aegyptios,quorum impugnationem filij Iſrael potuerunt timere:quatenùs ipſa tribus eſſet munimen totius terræ promiſſę, & tanquam bellicoſior,reprimeret inſurgentes contra filios Iſrael,hoſtes.[Initium eius à ſummitate maris ſalſiſſimi,]i.maris mortui,de quo iam dictum eſt ſæpè,à quo ex vna parte fuit exordium terræ Iuda.[& à lingua eius]videlicet maris ſalſiſſimi,[quæ reſpicit meridiem.]id eſt plagā auſtralē.Erat aūt hoc mare in loco,latꝰ auſtrale & oriētale iungēte.[egrediturq; cōtra aſcēſum ſcorpionis,]Per ſcorpionem intelligitur hîc mons quidam,in quo ſcorpiones plurimum abundabant,& vſq; ad pedem montis illius protendebatur linea deſcriptionis terræ tribus iſtius.[& pertranſit in Sina]id eſt,vſque in partem deſerti,in quo eſt mons Sinai, & hoc eſt idem cum deſerto Sin.[aſcenditq; in Cades Barne,& peruenit in Hebron:aſcendens *Adaram, & circūiens *Carcara,atq; indè pertrāſiens in Aſemona,& perueniens ad torrentē Aegypti] putà ad Nilum,ſecundum quoſdam,quantùm ad aliquam Nili parte.Potiùs tamen per hunc torrētè,puto intelligēdum quendā riuum,qui erat in parte auſtrali terræ promiſſæ, qui vocatur Rinocorula:vocaturq; riuus Aegypti,vel qa indè ſcaturiēs,aut quoniā illuc currēs ſiue reſpiciēs. [Eruntq; termini eius mare magnū.]Hoc nō eſt intelligēdum de mari Oceano,ſed mediterraneo,terram promiſſionis terminā̄te ab occidēte:quod reſpectu quorundā particulariū fluuiorum,q iuxta Hebrǫæ linguæ ꝓprietatem,maria nuncupant,mare magnum vocat[Hic erit finis meridianæ plagæ:]i.mare hoc erit terminus ſortis Iudæ,quātū ad plagā auſtralē:[Ab oriēte verò erit initium mare ſalſiſſimū,]i.ex parte oriētali inchoabitur ſors tribus Iudæ à mari mortuo iam pręfato,vſq; ad extrema Iordanis]vbi videlicet Iordanis intrat mortuum mare.[&]ad[ea quæ reſpiciunt]i.ſita ſunt [ad aquilonem, à lingua maris]forſan ſalſiſſimi,[vſque ad eundem Iordanem.Aſcenditq; terminus in Bethagla]id eſt,ſors iſta protenditur in locum ſic dictum, [aſcendens ab aquilone in Betharaba,aſcendens ad lapidē Bohen filij Ruben.]qui ad quendam de tribu Ruben natum pertinuit.[& tendens vſque ad terminos Debora de valle Achor, cōtra aquilonē reſpiciens Galgala.quæ eſt ex aduerſo aſcenſionis *Adoraim,ab auſtrali parte torrentis,trāſijtq; ad aquas q̄ vocātur fons ſolis.]quæ aquæ fons erāt,& vocatę ſunt ita ratione alicuius ꝓprietatis ſiue effectꝰ,aut ſimilitudinis,aut ſitus ſiue originis.[& erūt exitꝰ eius ad fontē Rogel,]q eſt ꝓpe Hieruſalē,vt dr̄ 3.Reg.1.vbi Adonias obtulit hoſtias. [aſcēditq; ꝑ cōuallē filij Ennon,]quæ vallis etiā iuxta Hieruſalē erat,vt patet Hiere. 7. & 4.Reg.23.ideo ſubditur: [ex

*ad Adar *Cariathaa. *Adomim

[ex latere Iebusæi ad meridiē, hæc est Hierusalem:] i. ciuitas ibi situata, in qua Iebusæi cōmorabantur, Hierusalem nuncupatur, [& indè se erigens ad verticem montis, q est contra Geennon &c.] Multa nomina vrbium & locorum, fontium & montium in isto, sequētibusq; ponunt capitulis, in qbus non est difficultas in se, nec magna vis, q̄uis res significatę per nomina ista, pro parte nos lateāt, idcircò ab expositoribus transiliuntur. [Inclinaturq; in Baala, quæ est Cariath Iarim, i. vrbs syluarum.] forsan sic dicta à syluis circuniacētibus. tñ ꝙ dicitur, i. vrbs syluarum, translator apposuit. Cariath qppe interpretatur ciuitas, Iarim syluæ. [& circuit de Bala cōtra occidentem vsq; ad montem Seir,] i. Edom, ita ꝙ vsq; pedē montis illius aut circiter tenditur. [transitq; iuxta latus montis Iarim ad aquilonē in * Chesalum, & descēdit in Bethsames. Trāsitq; in Thamna] vrbē Philistinorum, [& peruenit cōtra aquilonē partis Accaron:] quæ etiam fuit vrbs Palæstinorum. [inclinaturq; Sechrona, & transit montem Baala, peruenitq; in * Iabneel, & maris magni contra occidentem fine cōcluditur] i. terminatur extremitate mediterranei maris. [Hi sunt termini filiorum Iuda, per circuitum in cognationibus suis. Caleph verò] i. ipsi Caleph [filio Iephonæ dedit] ipse Iosue [partem in medio filiorum Iuda,] qa & Caleph erat de tribu Iuda: & quod hîc dicitur, p̄cedenti cap. continetur, atq; ibidē expositum est. [Atq; indè] putà de Hebron, [cōscendens] ipse Caleph, [venit ad habitatores Dabir,] i. vrbis sic nominate, quæ priùs vocabatur Cariathsepher:] ꝙ quid interpretetur seu signet, trāslator exposuit, addēs, [id est, ciuitas literarum,] quæ fortè sic dicebatur, eo ꝙ fuerunt ibidèm aliqui specialiter literati aut sapientes secundum legem eorum: vel ꝙ literæ, qbus vtebantur populi Chananæorum, erāt ibi excogitatæ: aut ꝙ studium scientiarum viguit ibi, vel vt in Scholastica habetᷣ historia, qm̄ ciues eius erāt scriptores. [dixitq; Caleph: Qui percusserit Cariathsepher, & ceperit eā, dabo ei Axam filiā meā vxorem. Cepitq; eam] s. vrbem illam [Othoniel,] qui post mortem Iosuæ fuit primus Iudicum Israel, [filius Cenez,] i. viri sic appellati, de quo in p̄cedenti est dictum articulo, [frater Caleph iunior. Deditq; ei Axam filiam suā vxorem,] ¶ Circa quod oritur quæstio, quō Caleph vir iustus, dedit filiam suam vxorem fratri suo, auunculo filię suæ. Ad quod in fine articuli huius responsio erit, [* Quæ cùm pergeret simul,] i. cum patre suo & marito iter faceret, non pedestris, sed super asinam sedens, [suasa est à viro suo] secretè, [vt peteret à patre suo agrum,] i. terram fertilem cultui aptam, vltra ea quæ pater suus ei iam assignauit pro dote & hæreditate. [Suspirauitq; vt sedebat in asino] i. super asinum, ideo autem ingemuit vt quasi ex vehementia desiderij videretur multum affligenda nisi obtineret intentū. [cui Caleph: Quid habes, inquit? At illa respondit: Da mihi benedictionē:] i. beneficium seu donū quod peto. [Terram australem & arentem] i. infœcundam ꝓpter aquarum defectum, [dedisti mihi, iunge & irriguam.] quæ s. aquis irrigetur. [Dedit itaque ei Caleph irriguum superius & irriguum inferius] id est agros sic situatos, quod tam in superioribus suis partibus, quam in inferioribus irrigabantur sufficienter: vel agros irriguos circa ciuitatem ab oriente & occidēte. ¶ Quocirca oritur quæstio, quoniam Deuteron. 11. legitur: Terra ad quam ingrederis, s. terra promissionis, non est sicut terra Aegypti, vbi iacto semine aquæ ducuntur irriguæ, sed montosa est & campestris, de cælo expectans pluuiam: ex quo apparet, quod agri, de quibus nunc sermo, irrigabantur aquis pluuiarum, non fluuiorum aut fontium. Pluuia autem agris eiusdem territorij est communis. Respondetur, quod quanuìs generaliter ita fuit, attamen aliqui agri terræ promissionis etiam aquis fluminum aut fontium poterant irrigari, quemadmodùm & in Aegypto aliquando pluit. Consequenter ciuitates tribus Iudæ nominantur in textu. Hîc tñ sciendum, quod cędem ciuitates interdum in diuersarum tribuum sortibus nominantur: quia etsi primò deputatæ fuerunt ad vnam tribum, posteà tamen ex aliqua causa sunt alteri tribui assignatæ, & fortè diuersæ ciuitates quandoq; idem nomen sortitæ sunt, sicut & aliquæ vrbes plura habent vocabula. Vndè infrà habetur: [Cariathbaal, hæc est Cariathiarim vrbs syluarū:] quæ vocata est Cariathbaal, quoniam habitatores eius coluerunt idolum nomine Baal. Enumerantur quoque in sorte tribus Iudæ, ciuitates & villę Philistinorum, videlicet Accaron, Azotus & Gaza multæq; alię vrbes, quas tunc nondum obtinuerunt. [Iebusæum autem habitatorem Hierusalem non potuerunt filij Iuda delere, habitauitque Iebusæus cum filijs Iuda in Hierusalem vsq; in præsentem diem.] Circa hoc dubitationes occurrunt. Prima est, quia vt infrà habetur, Hierusalem pertinebat ad tribum sortemq; Beniamin, quomodo ergo filij Iuda in Hierusalem commanserunt? & quare non potiùs ait scriptura, quod filij Beniamin non potuerunt Iebusęum illum delere? Secunda est, quomodo verum sit istud: quemadmodùm enim filij Iuda alias plures vrbes cum suis habitatoribus, deleuerunt non proprijs viribus, sed supernaturali & gratioso dei auxilio, ita & Iebusęum vincere potuerunt. Ad primum quidam respondent, quòd Hierusalem pro parte fuit pertinens ad tribum Iuda, & pro parte ad Beniamin tribum, ita quòd pars in qua posteà constructum est templum, fuit in funiculo Beniamin. Porrò Magister in historijs ita concordat prędicta ad inuicem, quod Hierusalem pertinebat ad tribum Iuda, quantum ad concessionem: ad Beniamin verò, q̄tum ad traditionē factā p sortē.

Hinc

* Chesalon
* Iebneel
Iosue. 14.
Pet. Co. hist. lib. Ios. c. 11.
* Qui cùm pergeret

Hinc filij Iuda dicuntur non potuisse Iebusæum deijcere. Ad secundum dicunt expositores catholici, quod per Iebusæum nunc intelligatur populus Iebusæorum, & quod filij Iuda non potuerunt eos delere ex quodā fortalitio, quod in vrbe Hierusalē tenuerunt, non ex defectu omnipotētiæ Dei, sed quia fortassis nō impugnauerunt fortalitium illud cum tāta fide & ipse in Deo, quod præualere meruerint, vel ex alia causa occulata Deus nō contulit eis triumphum illum, sicut nec Philistæos deleuit ex causis prætactis. Verùm vt refert Lyra, Hebræi dicūt, quod Iebusæi isti non erāt de
Gen.20. stirpe Iebusæorum: sed dicti sunt Iebusæi, quoniam habitabāt in Hierusalem, quæ alio nomine Iebus vocata est, quod erāt de stirpe Abimelech regis Geraræ, cū quo Abrahā fœdus percussit & iuramento firmauit, & quod durauit hoc fœdus ad certū tempus, quod tempore Iosuæ nondum effluxerat.
Gene.13. Propter quod, iuramēto illo obstāte, nō potuerūt filij Iuda Iebusæos illos licitè impugnare. Posteà
Reg.20. verò Dauid expugnauit Iebusæos, eo quod tēpus dicti fœderis tunc effluxit. Nūc soluēda est quæstio superiùs mota, quō licuit ipsi Caleph, tradere filiā suā Othonieli fratri suo in cōiugē. Ad quod
Pet Co.hist. aliqui dicunt, quod Othoniel dicitur frater ipsius eo modo, quo Abrahā vocauit Loth fratrē suū, &
lib.Iu.ca.5. Ioab dixit ad Amasam, Salue mi frater: quia cōsanguinei erāt, & isti dicūt, quod Cenez fuit frater ipsius Caleph. In Scholast. aūt historia fert, quod Caleph & Othoniel fuerūt frēs vterini tm̄, i. ex matre dūtaxat: quoniam Caleph fuit filius Iephonæ, Othoniel verò filius fuit Cenez, nisi fortè pater eorū binomius fuerit. & addit ibi, Caleph maluit seruare votū suū, quàm legē quæ interdicit matrimoniū cū filia fratris, nisi fortè lex intelligatur de filia fratris ex patre. Hæc ibi. At verò Lyra respon-
Leuit.20. det: Probabiliter potest dici, quod licèt Othoniel frater esset Caleph, non tamen peccauit accipiendo
Gene.11. neptē suā. Non enim hoc erat cōtra legē naturæ, quoniam Abrahā accepit Sarā filiā fratris sui, nec contra legem Mosis. Circa quod dici potest, quod non sit explicitè cōtra ea, quæ de personis, à mutua contractione coniugali in Leuitico prohibitis, describuntur. Aliqui tamen dicunt, quod implicitè extet prohibitum, sicut ibidē pleniùs habetur expositū. Quāuis aūt tale matrimoniū non sit cōtra immediata præcepta legis naturæ, tamen cōtra secūdaria eius præcepta, quæ ex primis illis principijs tanquam con-
Roma.8. clusiones deducuntur, esse censetur à multis. Iuxta mysticum sensum, per sortem & tribum Iuda, quæ primò hæreditatem accepit latiorem & ditiorem, intelliguntur sancti Apostoli electissimi discipuli Christi de tribu Iuda exorti, qui primitias sancti spiritus acceperunt, & pluribus per totum mundum præfecti sunt, latiusq; spiritualiter dominati, qui & in regno cælesti præclariores sortiti sunt mansiones. ¶ Insupèr, per Caleph æquè robustum in iuuentute sua ac senio, potest intelligi Deus pater, cuius est fortitudo inuariabilis & æterna. Per filiā Caleph, quæcunq; anima fidelis deuota, quæ super asinum sedet, dum propriæ carnis cōcupiscētijs passionumq; motibus dominatur. Per Othoniel Christus, cui talis anima desponsatur, dum per fidem & charitatem ei vnitur. hanc sponsam suam Christus hortatur, vt à parte cælesti agrum,
Roma.7. i. spiritualem fœcunditatem, consolationem internam, fontem lachrymarum, sapientiæ flumē,
Sap.9. gratiarum fluenta, charismatum affluentiam supernorum cum prostratione ac gemitu petat, dicens: [Terram arentem] i. fragilem carnem, in qua non habitat bonum, & quæ aggrauat animam, [dedisti mihi.] Rursus terra hæc arida, est conuersatio bona, tamen in carne & in terra ista
Phil.4. exhibita. [iunge & irriguam.] i. da corpus rationis iudicio per omnia promptè subiectum, concede conuersationem in hac terra cælestem, donum lachrymarum impende, virtuosæ fertilitatis exuberantiam elargire. Cùm itaq; anima istud postulauerit incessabiliter & feruenter, dat ei pater æternus irriguum superius, i. gratiam compunctionis & affluentiā fletus, vbertatemq; mentis ex desiderio regni cælestis, ex suauissima complacētia creatoris, ex compassione dominicæ passionis, ex plenitudine deuotionis, ex ardore fruendi dilecto plenariè. Dat quoq; irriguum inferius, i. spm̄ contritionis & fletus, ex consideratione propriarum & alienarum culparum, ex timore diuini iudicij, ex imaginatione infernalis supplicij, ex attentione multiplicis miseriæ huius vitæ, imperfectionis defectuositatis quæ propriæ: & quia non prius quod spirituale, sed quod animale, idcircò per irriguum istud inferius, perducitur anima ad irriguū illud superius.

Elucidatio Cap.16. Cecidit sors filiorum Ioseph. Art.24.

PArs terræ filijs Ioseph distributa, nunc recitatur: [Cecidit quoque sors filiorum Ioseph] id est, tribuum Ephraim & Manassæ, non quod tribus illæ habuerint sortem vnam, aut duas sortes confusè permixtas: nec istud intelligendum est de integra tribu Manassæ, sed de media eius parte, quia pars alia ab altera parte Iordanis, suam iam sumpserat sortem. Itaque quod ait, Cecidit quoq; sors filiorum Ioseph, dicitur hîc in generali & indeterminatè: posteà autē in speciali describitur. Cecidit ergo [ab Iordane contra Hiericho,] quia ab vna ripa Iordanis incepit ex opposito vrbis Hiericho, [& ad aquas eius] vndè 4. Reg. 2. legitur Helisæus sanasse aquas
* montem Hiericho, mittendo in eas sal. [ab oriente solitudo,] à plaga orientali fuit seu cœpit hæc sors
Luc.10. à solitudine, [quæ ascendit de Hiericho ad * montosa Bethel] id est, loca montana quæ sunt
Mat.4. circa oppidū Bethel. Hinc in Euangelio legitur, quod homo descendēs de Hierusalē in Hiericho,
Marc.1. incidit in latrones, qui s. erāt in solitudine illa, in qua & Christus ieiunauit atq; tentatus est. [&
Luc.4. egreditur de Bethel Luzā.] Plures fuerūt vrbes in terra sancta, vocatæ Bethel & Luza. Aliqui tamen dicūt quod

quòd Bethel & Luza accipiantur nunc pro vrbe Hierusalem: quòd item sors ista dicatur egressa de Bethel in Luza, propter diuersas partes vrbis eiusdem, ita quod ciuitas illa totalis Hierusalē, continebat in se hæc duo oppidula, sicut & nunc sunt aliquæ magnæ vrbes, habentes & continētes plura oppida parua tanquam proprias partes. [transitque terminum Archi Atharoth, & descendit ad occidentem iuxta terminum Iefleti, vsque ad terminos Bethoron inferioris.] fuit autem vrbs Bethoron duplex, vna superior & inferior alia, vt patet 3. Reg. 9. [& Gazer] id est, oppidi sic vocati, de quo legitur infrà. [finiunturq; regiones eius mari magno] id est, mediterraneo. Iof. 21.
[possederūtq; filij Ioseph Manasses & Ephraim] id est, tribus natæ ex Manasse & Ephraim. Porrò per regiones, intelligendę sunt diuersæ vrbes quas possederunt, quæ & antè ad diuersa particularia regna spectabant. Occiderunt nanque filij Israel in terra promissionis reges 31. sicut iam patuit. Iof. 12. ¶ Consequenter in speciali describitur sors & hæreditas Ephraim. [Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas, & possessio eorum ad orientem Atharoth Adar vsque Bethoron superiorem, egrediunturque confinia in mare,] quia hę vrbes assignatę sunt tribui Ephraim. [Machmatah verò] id est, locus sic dictus, [aquilonem respicit, & circumit terminos contra orientem in Thaanathsilo, & pertransit à torrente Ianohe, descenditque de Ianohe in Atharoth & Naratha, & peruenit in Iericho, egrediturque ad Iordanem de Thaphua. Pertransitque contra mare in vallem Arundineti,] quæ vallis forsan sic appellatur propter arundines in ea abundanter crescentes. [suntque egressus eius in mare salsissimum] id est, in mare mortuum, de quo dictum est sæpè. [Hæc est possessio tribus filiorum Ephraim, vrbesque separatę sunt] id est, specialiter & seorsum deputatæ, [filijs Ephraim in medio possessionis filiorum Manassæ, & villæ earum.] quanuis enim quælibet tribus habuit propriam partem & sortem, tamen interdū vrbes quædam vnius tribus, quantùm ad aliquem situm, interlocatæ erant infra terminos alterius sortis: quia & linea, per quam fiebat terræ sortiumque diuisio non poterat semper protrahi in directum, sed interdum hincindè flectebatur propter interposita loca impertransibilia. (Et non interfecerunt filij Ephraim Chananæum] id est, populum Chananæorum,] qui habitabat in Gazer, [id est, in vrbe sic nominata, de qua legitur 3. Reg. 9. quòd Pharao rex Aegypti, ascendit & percussit Chananæos qui habitabant in Gazer, & vrbem succendit, deditque eam in dotem filiæ suæ vxori Solomonis, & tūc Solomon vrbem illam reædificauit. [habitauitque Chananæus in medio Ephraim tributarius. [ex hoc apparet, quòd Ephrathęi habuerunt facultatem interficiendi illos, sed ex ambitione & cupiditate ad quas erant procliues, permiserunt viuere illos contra Dei præceptum, à quo eis erat præceptum, vt Chananæos omninò delerent, vt Numeror. 33. clarè monstratur. Veruntamen istud non videtur omnibus Ephratæis, sed eis qui vrbem Gazer obtinuerant, imputandum, qui & grauiter ac multipliciter peccauerunt in isto.

Expositio cap. 17. Cecidit autem sors tribui Manassæ. *Art, 25.*

DEscribitur nūc distributio terræ facta filijs Manassæ, & primò repetitur sors distributa mediæ parti tribui eius, cùm dicitur: [Cecidit autem sors tribui Manassę. Ipse enim Manasses est primogenitus Ioseph,] secundum ordinem tēporis, prout Gene. 42. habetur. Attamē Iacob patriarcha benedicendo filijs Ioseph, prætulit Ephraim ipsi Manassæ, quemadmodùm Gen. 48. narratur. [Machir primogenito Manassæ] id est, sors illa primò venit ac data est ipsi Machir primogenito Manassæ, hoc est. posteritati atque familijs natis ex Machir, qui obijt in Aegypto. [patri Galaad,] habuit enim filium nomine Galaad, [qui fuit vir pugnator.] Quod ait, qui, videtur posse referri, siue ad Machir, siue ad Galaad: sed ad Machir referendum censetur, quia & alibi legitur idem de ipso. Dicitur quoque vir pugnator, non quòd fuerit bellator iniustus aut contentiosus rixator, sed quoniam fortis & strenuus pugnando pro causis iustis: & ita sonat in laudem, quòd dicitur vir pugnator. [habuitque possessionē Galaad & Basan] id est, posteritas Machir partìm possedit terram Galaad, terramque Basan. Vndè constat quòd Galaad quandoq; sit nomen viri, quandoque patrię. [& reliquis filiorum Manassę filijs iuxta familias suas] cecidit sors, quēadmodū filijs Machir, videlicet [filijs Abiezer & filijs Helec, & filijs Ariel, & filijs Sichem, & filijs Hepher, & filijs Semida. Isti sunt filij Manassę filij Ioseph per cognationes suas.] Ista distributio à Mose facta est eis in campestribus Hiericho super & circa Iordanem, quēadmodùm Numer. 33. Deut. 3. legitur. ¶ Consequenter describitur distributio facta mediæ tribui Manassę in terra ꝓmissionis à Iosue. [Salphaad verò filio Hepher, &c. non fuerunt filij, sed solę filiæ] qnque, quarum nomina exprimuntur in litera. [veneruntq; in cōspectu Eleazari sacerdotis,] q fuit summus sacerdos seu pontifex post Aaraon patrem suum, [& Iosuæ & principum, dicētes: Dn̄s ꝑcepit p manū Mosis, vt daretur nobis possessio in medio fratrum * suorum:] id est, cognatorum qui de Manasse exorti sunt. De hac re legitur Numer. 27. Accesserunt filię Salphaad, steterūtq; coram Mose atq; dixerunt: Pater noster non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia sua, quia non habuit filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri. Retulitq; Moses causam earum ad iudicium dn̄i, qui dixit: Iustam rem postulant filiæ Salphaad. * nostrorū

Da eis possessionem inter cognatos patris sui.[Deditque]eis Iosue [iuxta imperium domini, possessionem in medio fratrum patris earum.]Regulariter autem terra diuidebatur secundum viros,qui erant capita familiarum.]Et ceciderunt funiculi Manassæ decem,absq; terra Galaad & Basan trans Iordanem.]id est,decem partes per sortes distinctæ,assignatæ sunt mediæ tribui Manassæ in terra promissa,iuxta decem capita cognationum seu familiarum ipsius.sicq; funiculus sumitur hic pro parte terræ funiculo mensurata,videlicet mensura pro mensurato,quia funiculus est metiendi instrumentum,iuxta illud Zach.2.Eccè vir,& in manu eius funiculus mensorum.[Filiæ enim Manassæ]videlicet præfatæ filiæ Salphaad genitæ ex stirpe Manassę,[possederunt hæreditatem in medio filiorum eius]id est,inter mares genitos ex Manasse,sicut iam dictũ est.[Terra autem Galaad,cecidit in sortem filiorum Manassæ qui reliqui erant,]id est,in hæreditatem mediæ tribus Manassæ trans Iordanem sub Mose,sicut nunc patuit.[fuitque terminus Manassæ ab Aser,]id est,sors eius ex vna parte cœpit à sorte tribus Aser.[Machimatach] id est, locus ille seu vrbs spectans ad sortem tribus Manassę,[quæ respicit Sichem]id est,terram seu ciuitatem sic nominatam,[& egreditur ad dexteram iuxta habitatores fontis Taphuæ. Etenim in sortem Manassæ ceciderat terra Taphuæ,quæ est iuxta terminos Manassę,filiorum Ephraim]i. terra vicina ciuitati nomine Taphuæ,ex vna parte pertinuit ad tribum Manassæ,quàmuis ipsa ciuitas cum terra sibi vicina ad tribum pertinuerit Iudę,vt suprà claruit.[Descenditque terminus vallis Arũdineti,]in qua crescunt & abundant arundines,[in meridiẽ torrentis ciuitatũ Ephraim]i.ad plagam australem,cui coniungitur torrens,ad ciuitates Ephraim pertinens siue respiciens.[quæ]ciuitates Ephraim[in medio sunt vrbium Manassæ:]quod in præcedenti articulo expositum est.[Terminus Manassæ ab aquilone torrentis,& exitus]id est,progressio eius,[pergit ad mare]mediterraneũ,[ita vt ab austro]i. versus partẽ australẽ terrę ꝓmissionis,in qua parte fuit sors Iudę,[sit possessio Ephraim]q̃ fuit ꝓpinquior sorti ac tribui Iudæ,q̃ sors Manassæ,] ideo subdit:[& ab aqlone Manassę)i.ad plagã aquilonarẽ sit possessio mediæ tribꝰ Manassæ.[& vtrũque claudit mare:]i.ambas has sortes seu possessiões Ephraim & Manassæ,terminat ab vna parte mediterraneum mare.[Fuitque hæreditas Manassæ in Isachar,& in Aser]id est, propinqua atq; contigua sortibus tribuum Aser ac Isachar,& alicubi angulariter eas subintrans. [Bethsean] id est,ciuitas illa,[& viculi eius,& Ieblaan cum viculis suis,& habitatores Dor cum oppidis suis,] i.habitationes seu habitacula atq; diuitiæ vrbis Dor & oppidorum ei subditorum aut annexorum,[habitatores quoq; Endor cum viculis suis,similiterq; habitatores Thaanach cum viculis suis, & habitatores Mageddo cum viculis suis,& tertia pars vrbis Nopheth. Nec potuerunt filij Manassæ has ciuitates subuertere:]quod non fuit ex defectu omnipotentiæ Dei,sed ex defectu fidei & virtutum eorum,ob quem non meruerunt tam copiosum à Deo subsidium , quod potuissent delere has vrbes.[postquàm autem conualuerunt filij Israel,subiecerunt Chananæos, & fecerunt sibi tributarios,nec interfecerunt eos:]quos ex pręcepto Dei debuerunt occidere, sicq; peccauerunt in isto,vt dicebatur p̃cedenti articulo.[Loquutiq; sunt filij Ioseph] i . tribus Manassæ & Ephraim,[ad Iosue,& dixerunt:Quare dedisti mihi terram in possessionem sortis et funiculi vnius,cùm sim tantæ multitudinis,& benedixerit mihi dn̄s?]Hæ duæ tribus habuerunt vtiq; duas sortes,vtpotè q̃libet suam,& nunc dictum est,quod filijs Ioseph ceciderunt decem funiculi:quõ ergo iam conqueruntur,ꝙ eis data sit tamen sors vna & vnus funiculus?& quõ singulariter dicunt,Quare dedisti mihi?Rn̄detur,ꝙ quælibet earum conquesta est de tam exigua sibi hæreditate collata,respectu multitudinis suppositorum suorum ac iumentorum & diuitiarũ: per vnum quoq; funiculum,intellexerunt totalem hęreditatem eis concessam.loquuti sunt quoque de seinuicẽ singulariter,qa ex vno patriarcha filio Iacob,putà ex Ioseph,nati fuerũt. Petierunt itaq; terminos suos dilatari,non per subtractionem partis de sortibus tribuũ aliarum , sed alio modo.Videtur autẽ eorum querela fuisse iniusta,quoniã debuerũt esse contenti distributione,quam eis sors à Deo directa ac moderata donauit.[Ad quos Iosue ait:Si populus multus es,ascende in syluã,& succide tibi spatia in terra Pherezæi & Raphaim,]quasi dicat,Si gloriaris de multitudine & fortitudine tua,ostende tuam virilitatem,& pugnando acquire residuũ sortis tuæ quod nondũ obtinuisti.In locis quoq; syluestribus prępara tibi loca ad commorandum. [qa angusta est tibi possessio montis Ephraim]i. vrbes sitę in monte Ephraim & circunquaque, q mons ab Ephraim nouũ nomẽ tunc sumpsit.[Cui rn̄derunt filij Ioseph:Nõ poterimus ad mõtana cõscendere,cùm ferreis curribꝰ vtantur Chananęi q habitant in terra campestri, in qua siti sunt Bethsean cum viculis suis,& Laaser mediam possidẽs vallem:]ad quos pertinebant montana,ideo restitissent.In hoc respõso fassi sunt filij Ioseph suam infirmitatem, & fidei suę imperfectionẽ:quia si plenè credidissẽt ac sperassent in Deo, sciuissent ꝙ Dei auxilio potuissent faciliter pręualere,nõ obstãtibus ferreis curribus,qui in Iudicũ volumine dicũtur currus falcati , qm̄ ferreis vncis instar falcis factis erant muniti in suis lateribus.Nam talibus curribus solebãt antiquitùs vti in bello.Hinc Iosue rursus eos hortatur vt antè,vt s.in Deo sperantes,trãseant ad mõtem,i.ad mõtana.[& ait ad domũ Ioseph & Ephraim:Populus multus es,& magnę fortitudinis,

Margin notes: Iosu.15. (beside "uitas cum terra sibi vicina..."); Iudic.1. (beside "quitùs vti in bello...")

Non

Non habebis sortem vnam, sed transibis ad montem, & succides tibi atq; purgabis ad habitandum spatia, & poteris vltrà procedere cùm subuerteris Chananæum:]i. angustijs sortis tibi concessæ noli esse contentus, sed dilata & amplia eam per modum prætactum. Quidam tamen exponunt sic, quòd Iosue dedit eis licentiam dilatandi terminos suos extra fines terræ promissionis, præsertim quia cognouit in spiritu, quòd & gentiles, quorum terra nõ fuit filijs Israel promissa, impugnaturi erant Israelitas.

Declaratio cap. 18. Congregatiq; sunt omnes filij Israel in Silo. *Art.* 26.

QValiter cæteris tribubus Israel diuisa ac distributa sit residua pars terræ promissionis, modò describitur. [Cógregatiq; sunt omnes filij Israel in Silo,] quæ fuit vrbs ad tribũ Ephraim pertinens, nec oportet asserere quòd vniuersi & singuli simul erant collecti infra mœnia vrbis illius, sed erant ibì & circunquaq; collecti. [ibiq; fixerunt tabernaculum testimonij,] quia ex ordinatione Iosuæ transtulerunt cum solennitate decenti tabernaculum Mosis factum in solitudine Sinai, de Galgala in Silo, ob loci opportunitatem, & quoniam Iosue Ephratæus, vir in diuino cultu præferuidus, libenter habuit illud in terra & sorte tribus suæ.] & fuit eis terra subiecta:] quia [vt dictum est] qui remanserant, non audebant contra eos mutire, nec pugnam inire. Remanserant autem filiorum Israel septem tribus quæ necdum acceperant possessiones suas.] Nam quinq; tribus, videlicet Ruben, Gad, Iudas, Ephraim & Manasses, iam acceperũt.] ad quos Iosue ait: Vsquequò marcetis ignauia,] i. torpore & negligentia contabescitis, [& nõ intratis ad possidendum terram, quam dominus Deus patrũ vestrorum dedit vobis?] id est, dandam præcepit & obtulit. [Eligite de singulis tribubus ternos] id est, tres [viros:] An isti fuerunt electi duntaxat de singulis tribubus, quæ nondum partem suam sortitæ fuerunt, an absolutè de omnibus tribubus Israel, posset inquiri: & magìs apparet, quod de omnibus tribubus. Denique Iosue vir discretus & iustus, dedit septem tribubus istam electionem, ne posteà cõqueri possent sibi factã esse fraudem siue iniuriam. [vt mittã eos, & pergant & circueãt terram] promissionis, quæ nondum diuisa & data est, [& describant eã, id est, mẽsurent ac partiãtur, iuxta numerũ vniuscuiusq; multitudinis] i. in partes maiores siue minores, secundũ quod vna tribus est populosior, alia aũt minor in personis. Vndè per Mosen dixerat dñs: Pluribus dabitis maiorẽ, & paucioribus minorem. [referantq; ad me quod scripserint. Diuidite vobis terram in septem partes,] non in toto æquales, imò non solũm distinguebantur partes istæ secũdum magnitudinem quantitatis, sed etiam secundum fertilitatẽ. Vndè magister in historijs ꝑtestatur: Iosue mandauit eis, ne terram metirentur secundũ quantitatẽ, sed secũdum æstimationẽ fertilitatis. Nam sæpè pluris sunt decẽ iugera, quàm centum. Præcepitque quod in scriptis redigerent terræ diuisionem. Rursus in Scholast. fertur historia, quod prædictis viris sumptis ex singulis tribubus, Iosue addidit decem viros in arte metiendi peritos, quos propter artem veritas non lateret. [Iudas sit in terminis suis ab australi plaga,] id est, tribus Iuda remaneat in sua sorte sibi iam præstita, quæ est in parte meridionali terræ promissionis. [& domus Ioseph,] videlicet tribus Ephraim atque dimidia tribus Manassæ, persistant [ab aquilone] in sortibus suis, in parte terræ promissionis aquilonari. Hæ etenim tribus, tanquàm cæteris præclariores, audaciores & potentiores, ad aliarum tribuũ tuitionem constitutæ sunt in terminis terræ promissæ extremis, per quos aduersarij magìs ingredi poterãt, siqdem à parte occidentis, terra illa clauditur & munitur mediterraneo mari. Iordanis verò claudit & tutatur latus eius oriẽtale. [Mediã inter hos terram in septẽ partes describite, & huc venietis ad me, vt corã dño Deo vestro mittã hîc sortẽ vobis: quia non est inter vos pars Leuitarũ, sed sacerdotiũ dñi, est eorum hæreditas. Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manassæ, iam acceperãt possessiones suas trans Iordanem ad orientalem plagam, quas dedit eis Moses famulus dñi. Cumq; surrexissent viri, vt pergerent ad describendam terrã, præcipit eis Iosue, dicẽs: Circuite terram & describite eam, ac reuertimini ad me, vt hîc coram dño Deo vestro in Silo mittam vobis sortem. Itaq; perrexerũt, & lustrantes, eam in septem partes diuiserũt, scribentes in volumine. Reuersiq; sunt ad Iosue * in Silo.] & mense 7. redierunt. [Qui misit sortes corã domino in Silo.] q̃uis autem partes terræ fuerunt inæquales, non tamẽ fuit periculũ in sortium missione, quasi sors maior ac melior posset tribui euenire minori, qa ab infallibili prouidentia Dei moderabaẽ euẽtus sortis. Veruntñ qdam dicũt, ꝙ partes terræ erãt æquales, & ꝙ nihilominùs vna tribus accepit partẽ maiorẽ quã alia, inquantùm continebat in se plures domos siue familias, vnaq; domus maiorem partem q̃ alia, secundũ quod plura capita cõtinebat. sed prætacta expositio verior reputatur. [& diuisit terram filijs Israel in septem partes. Et ascẽdit sors prima filiorum Beniamin,] quæ prima fuit inter has septem. [fuitq; terminus eorũ contra aquilonẽ.] Textus in se difficultatẽ paruam vel nullã habet, quàmuis nobis, qui loca illa non vidimus, obscuritatẽ producat. [à Iordane pergẽs iuxta latus Hiericho,] ita ꝙ Hiericho fuit in sorte Beniamin, [ad mõtana cõscendens, & ꝑueniẽs ad solitudinẽ Bethauen] i. quæ est iuxta vrbem nomine Bethauen, [atq; pertransiẽs iuxta Luzam ad meridiem, ipsa est Bethel.] Superiùs habitũ est, quòd Bethauen alio nomine dicta sit Bethel. Nunc quoque de Bethauen & Bethel, quasi de di-

Exo. 26. 40

Num. 26

* in castra

stinctis vrbibus fit mentio, & dicitur hic, quòd Luza ad meridiem sita sit Bethel. ideo ista Luza & Bethel videtur esse Hierusalē, quæ partim pertinebat ad tribum Iuda, cuius sors ad meridiem fuit. Porrò Bethel quæ infrà distinctè à Hierusalem nominatur, videtur alia esse ab ista. quemadmodum aūt plures hoīes, sic plures vrbes ac villę, eodem sępè noīe designanī, quod potuit præcipuè esse in terra ꝓmissionis, in qua antea erāt tā multa parua regna, videlicet 30. & 1. inter quę tamen regnū Aser extitit magnū iuxta pręhabita. [descēditq; in Atharoth Adar in montē, q est ad meridiē Bethoron inferioris, & inclinaī circuiens cōtra mare ad meridiē mōtis qui respicit Bethoron contra Africū: suntq; exitus eius in Cariathbaal, q̄ vocatur Cariath Iarim, vrbē filiorū Iuda. Hęc est plaga magna] id est, maior pars sortis Beniamin. Deniq; multa noīa in hoc passu ponuntur, q̄ antè exposita sunt, videlicet Bethoron, Cariath, Iarim, Nephtua, Ennon, Gehennō. Rogel, &c. ex quorū expositiōe textus fit planior. [Descēditq; ad lapidē Boen filij Ruben.] Secundū quosdam, per Ruben non intelligitur hîc primogenitus Iacob nomine Rubē, cuius trib⁹ sortē accepit ab alia parte Iordanis, sed alter eiusdē nominis. Attñ dici posset, ꝙ lapis ille ex aliquo euētu aut facto notabili, nomē susceperit ab aliquo nato ex Ruben primogenito Iacob. Interdum quoq; aliq vnius tribus, habitabant in terra & sorte alterius tribus. Deinde vrbes ad tribum Beniamin pertinēs, exprimūtur in textu numero 26. cum villis sibi adiunctis. Quomodo aūt Hierusalē fuit in tribu Beniamin, & quō in tribu Iuda, expressum est. 24. articulo. In Schlastica aūt fertur historia, ꝙ sors Beniamin angustissima fuit, ꝓpter terræ fertilitatē. Veruntñ plures vrbes & quasdā maiores habebat, quā quedā aliæ tribus, vt infrà patebit. ¶ At verò iuxta mysticum sensum, queādmodū per terrā ꝓmissionis intelligitur regnū cæleste electis paratū ac repromissum, ita per terræ ꝓmissæ diuisionē, & congruam variamq; distributionem, intelligūtur diuersæ mansiones regni cælorū, in quo vnusquisq; iuxta sua merita p̄miatur. Rursus, sicut septem tribubus se negligenter habētibus loquutus est Iosue, [Vsquequò marcetis ignauia, & nō intratis ad possidendum terrā quam dn̄s] dedit vobis? ita & multo plùs possunt hæc dici negligentibus, pigris atq; carnalibus Christianis, quibus ꝓmissum est regnum cælorum, & tamen ad illud non aspirēt, neq; accelerāt, imò potiùs retrocedunt, quorū vnicuiq; clamat Apostolus Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Dominus quoq; Apocal. 3. Quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Excutiamus ergo omnē ignauiam, vniuersum torporem: qa non pigritantibus, nec ocio & carnalitati vacantibus, sed verè timoratis ac feruidis cælorū cōceditur regnū: quod cum desidia quærere, est Deum altissimum ac supermunificentissimum in suis promissis dignissimis spernere. Postremò, queādmodùm in terra ꝓmissionis ad aliorum ac infirmiorum tutamen & propugnationem constitutæ sunt tribus robustiores in extremis terræ periculosioribus, sic in militante ecclesia ad perfectiores spectat, pusillos piè sufferre, infirmos portare, tentatos ac fragiles orando, exhortando, ædificando iugiter sustentare, grauioribus quoq; se opponere tentamentis, & contra inuisibiles hostes defendere imperfectos. Propter quod ait Aposto. Roma q. 15. Debemus nos firmiores, imbecillitatem infirmorum portare, & non nobis placere.

Explanatio cap. 19. Et egressa est sors filiorum Simeon. *Art.* 27.

MOdò describitur sortes sex tribuum. [Et egressa est sors secunda filiorum Simeon] id est, tribui Simeonis euenit sors immediatè post Beniamin [per cognationes suas. fuitq; hæreditas eorum in medio possessionis filiorum Iuda, Bersabee.] i. ciuitas sic vocata. Bersabee autem qn̄q, est nomen mulieris. [& Sabee & Molada, &c.] i. oppida ista, & ponuntur in litera decem & septem oppida tribui huic concessa, sicq, habuit vrbes pauciores q̄ Beniamin tribus. Deniq; sicut p̄habitum est, & expositores fatentur cōcorditer, tribus Iuda, tanquàm maior, fortior atq; pugnacior, habuit maximam sortem & terræ partem: quia non solùm per sortis casum partem suam accepit, sed item per concessionem, ita ꝙ habuit ea loca quæ bellando acquirere potuit. sicq; quoniam extitit bellicosa & fortis, ampliauit non modicè terminos suos: ideo aliquæ vrbes & villæ quas acquisiuit, collatæ sunt tribui Simeonis, & aliquæ tribui Dan: vel, quia tribus Iuda non potuit oīa loca sua sufficienter occupare, implere & inhabitare: vel, quia terra residua non erat pro alijs tribus satìs magna. quæ causæ tangi videntur, cùm subditur: [Hæc est hæreditas filiorum Simeon in possessione & funiculo] i. sorte seu terra funiculo mensurata, [filiorum Iuda, qa maior erat] videlicet ipsa possessio trib⁹ Iuda. [Et idcircò filij Simeō possederūt in medio hæreditatis eius. [Præterea in Scholastica recitatur historia, quòd tribus Iuda & tribus Ephraim, tanquàm priuilegiatæ ac principales, habuerunt terram absque sorte, quod præinductis non consonat, cùm & in præhabitis ipsius mentio facta sit, Sors filiorum Iuda per cognationes suas ista fuit. & aliâs, Ceciditq; sors filiorum Ioseph. & dominus iusserat totam terrā promissiōis, sortibus diuidi. nisi fortè intelligatur verbū p̄tactum, quod obtinuerunt terram, nō tamen per sortē. Rursus in eadē historia legitur: Proiectis sortibus, prima sors Iudæ egressa est, secūda Simeonis, tertia Beniamin, quarta Ephraim, qnta medietati tribus Manassæ, sexta Isachar. Quocirca miror ꝙ sic refert, cùm in textu manifestè habeatur oppositum. siquidē p̄cedenti habetur cap. ꝙ inter septem tribus primò egressa est sors Beniamin, nuncq; asseritur in isto cap. ꝙ Si-

Pet. Com. hist. lib. Iosue cap. 13.

Iosu. 15. 16.

Simeon accepit, sortè post Beniamin. In alio cap. quoq; dicitur, Iosue repræhẽdit septem tribus de ignauia, quòd nõ introierũt in terrã eis à Deo donatam. quę fuit postq̃ tribus Iuda & Ephraim, tribusq; Manassę suas acceperũt hęreditates. Nec dici potest, quòd in istis capitulis non seruetur ordo historię. ❡ Cõsequẽter describitur sors tribui Zabulõ data. [Ceciditq; sors tertia filiorũ Zabulon per cognatiões suas. Et factus est terminus possesiõis eorũ vsq; Sarith] quæ vsq; ad locum seu oppidũ sic vocatũ extẽditur. [Ascẽditq; de mari,] forsan mediterraneo. Vñ in Genesi Iacob prædixit: Zabulon in litore maris habitabit & in statiõe nauiũ, pertingẽs vsq; ad Sidonẽ. Fuerũt autẽ duodecim vrbes tribui huic concessę. Circa quod q̃stio potest moueri, quó in isto obseruata sit & impleta iussio Dei, præcepit plurib⁹ dare partẽ maiorẽ, paucioribusq; minorẽ. Porrò tribus Zabulon multo maior fuit, q̃ trib⁹ Simeonis aut etiã Beniamin. Nẽpe vt in Nuñ. lib. habet, in secũda populi enumeratione fuerũt in tribu Zabulon 60. millia q̃ngenti: in tribu aũt Simeonis 22. millia ducenti, atq; in tribu Beniamin 45. millia sexcenti. Ad istud poterit rõderi, quòd forsan vrbes tribus Zabulon erãt maiores, vel terra eius fertilior, aut vtilior, viculisq; abundantior, aut spatiosior, q̃uis minùs ædificata & inhabitata. Similis quoq; respõsio ad consimiles potest quæstiones euolui. Ampliùs, inter vrbes Zabulon nominat & Bethlehẽ, quæ alia, in qua natus est Christus, quę ad tribũ pertinuit Iudę. Seq̃tur descriptio sortis Isachar. [Isachar] i. tribu Isachar [egressa est sors quarta per cognatiões suas. Fuitq; eius hęreditas Iezraël &c.] & exprimũt in littera 16. vrbes eius, inter quas vna est * Betphases. Fuit aũt terra hæc Isachar opulenta, pulchra, agriculturęque apta, propter quod Iacob prædixit Geñ. 49. Isachar asinus fortis, accubãs inter terminos, vidit requiem quòd esset bona, & terram quòd optima, & supposuit humerũ suũ ad portandum. Vndè, vt S. ait Hiero. tribus Isachar possedit pulcherrimam in Galilæa prouinciam, inter mare mediterraneũ & Iordanem, & inter montes atq; maritima. Deinceps ponitur distributio facta tribui Aser. [Ceciditq; sors q̃nta tribui filiorum Aser per cognationes suas.] in cuius funiculo erant ciuitates 22. cũ villis suis, & inter cętera fertur, quòd pertingebat vsq; ad ciuitatem munitissimã Tyrũ, & vsq; ad Sidonem magnam. quo constat quòd ex antiquis tẽporibus fuerunt vrbes illæ præcipuæ. Fuit autẽ hęc terra Aser fœcũda producens delicata cibaria. Vñ Iacob prædixit: Aser, pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Consequenter describitur possessio tribus Nephthalim. [Filiorũ Nephthalim sexta sors cecidit per cognatiões suas,] in qua erant ciuitates decem & nouẽ. Fuitq́, terra Nephthalim cõtigua seu propinqua terræ Zabulon contra meridiẽ, & terræ Aser ad occidentẽ, terręq; Iuda ad orientem. De hac Nephthalim tribu fuit Tobias & de prope Naason, q̃ in litera (vt videtur) * Nasor vocatur. Seq̃tur descriptio sortis Dan. [Tribui filiorũ Dan per familias suas egressa est sors septima, & fuit terminus possesionis eorum Saraa & Estaol,] q̃ duæ vrbes ex sorte tribus Iudæ, datæ sunt eis, vt tactũ est, & pertinebant ad tribum Dan, vt etiam Iudic. 18. ostenditur, q̃uìs aliq aliter opinentur. Nã & de cæteris vrbibus Dan sub eadẽ cõnexione subiungitur. [& * Irsemes] i. ciuitas Solis, [Salabin & Dialon, &c.] Porrò * Irsemes dicitur Solis, ob aliquã eius eminentiam, proprietatem siue euentum, aut q̃uia idololatræ solẽ coluerũt ibidẽ. In Aegypto quoq; fuit ciuitas Solis, iuxta illud Esa. 19. Ciuitas Solis vocabitur vna. [Ascenderuntque filij Dan, & pugnauerunt contra Lesem] i. vrbem sic appellatam. [ceperuntq́; eam & percusserunt eam in ore gladij, & possederunt & habitauerũt in ea, vocantes nomen eius Lesem Dan, ex nomine patris sui Dan.] quia videlicet antiquo illi vocabulo Lesem, addiderunt nomen Dan filij Iacob, ad innuendũ quòd ciuitas iam spectaret ad filios Dan. [Hæc est possesio filiorum Dan per cognatiões suas, vrbes & viculi earum.] Circa hęc recitat Lyra: Dicũt Hebræi, quòd ista est ciuitas, q̃ Iudic. 18. vocatur Lais, quam ibì leguntur expugnasse 600. viri de tribu Dan, & eandẽ Dan nuncupasse. Sed cõtra hoc obijci posset, quoniam expugnatio illa fuit Iosue iam defuncto. siquidem in fine illius cap. legitur: In diebus illis nõ erat rex in Israel. Iosue aũt author est huius libri, & hic narratur historia, nisi fortè dicatur, quòd per ipsum prophetiæ hæc præcognouit, & de futuris per modũ præteriti prophetìcè sit locutus. [Cumq́, cõplesset terrã sorte diuidere singulis per trib⁹ suas, dederũt filij Israel possesionẽ Iosuæ in medio sui, iuxta præceptũ dñi, vrbẽ quã postulauit Thamnathsaraa in mõte Ephraim.] Illã etenim vrbẽ petiuit, quia & ipse extitit Ephratæus. Idcircò in tribu sua voluit cõmorari. Dederũt aũt ei vrbem iuxta placitũ suũ, s. quã elegit. Sed cũ ipse fuerit princeps & iudex totius Israelitici populi, cur petijt vrbem ab illis? Dici potest, quòd ex humilitate hoc fecit. Vel per filios Israel nunc specialiter intelligũtur nõ quicunq; de populo, sed Eleazar põtifex, Caleph, & cæteri principes in tribubus Israel, q ex mandato Dei terrã diuiserũt filijs Israel, quorũ nomina Numer. 24. sunt scripta: & ita ex diuina ordinatione pertinebat ad eos, dare ipsi Iosuæ partem suam. Atq; vt Iosephus loq̃tur, Dederunt ei etiã Sichem. Insupèr dici potest, quòd tota cõmunitas simul sumpta, est aliquo modo supra principẽ suum, inquantũ est res quædam cõmunitatis, ordinata ad bonũ ipsius. Vndè secundũ philosophum in lib. Polit. spectat ad eã, destituere seu deponere eum cõmuni consensu, si tyrannizet, aut prorsus inutilis sit. [Et ædificauit ciuitatem, habitauitq́; in ea. Hæ sunt possesiões, quas sorte diuiserunt Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & principes familiarũ ac tribuũ filiorũ Israel in Silo coram dño, ad ostiũ tabernaculi testimonij, partitiq; sunt ter-

Iosu. 18.
Gen. 45.
Num. 33.
Num. 26.
* Bethsemes
Gen. 49.
* Anhasor
* Hirsemes
Iose. lib. 5. ant. iu. ca 3.

terrā. ¶ Postremò ex his patet virtuositas Iosuæ, q̄ quis primus esset in populo & principalis diuisor, non tñ præripuit partē præstantiorē, sed tanquā dispensator fidelis & prudens, vltimò sibi ꝓuidit, & nulli præiudicauit, nec extulit semetipsum, in quo præsidentib⁹ ac dispensatoribus grādæ & fructuosum dedit exemplū, vt ampliùs q̄rant bonū cōmune, q̄ ꝓprium. Hinc Glossa ait, & sumptū est ex Origene: Vide mansuetudinē & humilitatem Iesu, i. Iosue, qui nomē Saluatoris dignè præferebat. Ipse alijs dedit hæreditatē, & terrā iussit describi, ac descriptam sibi ostendi, & seipsum in nouissimis reseruauit. Voluit oīm esse nouissimus, vt esset omīm primus. Non sibi hæreditatem assumit neq; præsumit, sed accipit à populo cui dedit. Hæc tunc exemplariter facta, nobis imitanda proponuntur, vt impleamus quod scriptū est, quod Iosue adimpleuit: Quāto maior es humilia te omnibus, & inuenies gratiā coram Deo. Et alibì: Rectorē te posuerūt? noli extolli, esto illis quasi vnus ex ipsis. Hæc Origenes. Deniq; verus Iesus per Iosue figuratus, petit à populo suo sibi locum in monte Ephraim dari. Stat nanque ad ostium mentis & pulsat, vt in apice mentis suscipiatur & commoretur, ita vt intellectus ipsum synceriter contempletur, & voluntas eum amet feruenter, ipsa quoque memoria stabiliatur in ipso.

Eccl. 3. Eccl. 32.

Elucidatio cap. 20. Et loquutus est dominus ad Iosue. Art. 28.

DEscriptione diuisionis terræ completa, nunc agitur de assignatione ciuitatum refugij. [Et loquutus est dominus ad Iosue, dicens: Loquere filijs Israel, & dic eis: Separate vrbes fugitiuorum,] i. aliquas vrbes seorsum ac specialiter deputate, quæ sint in refugium eorum qui sanguinem effuderunt, seu homicidium commiserunt absque peccato, videlicet omninò excusabiliter atque fortuitò, & sine proposito. [de quibus loquutus sum ad vos per manum Mosis,] quia in Numeris dominus iussit istud per Mosen. vt confugiat ad eas,] i. aliquam earum, [quicunque animam percusserit nescius,] i. hominem nescienter, excusabiliterq; occidit, [& possit euadere iram proximi, qui vltor est sanguinis] i. vindictam consanguineorum, q̄ parati sunt effusionem sanguinis seu mortem occisi vlcisci. [cùm ad vnam] i. aliquam [harum confugerit ciuitatum, stabitq; ante portam ciuitatis,] i. iudices ciuitatis faciet conuocari ad portam, vel dum ibì fuerint, præsentabit se eis. Antiquitùs quippe iudices in portis ciuitatum sedebant, vt citiùs haberetur ad eos recursus. [& loquetur senioribus] i. maioribus atq; iudicibus [vrbis illius ea quæ se comprobent:] i. per quæ probet se innocentem, ita quod in illo homicidio non consistat culpabilis. [sicq; suscipient eum] id est, intrare vrbem permittent, [& dabunt ei locum ad habitandum:] si excusatio illa apparuerit rationabilis. [Cumq; sanguinis vltor] putà propinquus occisi, paratus vlcisci, & ius habens ad hoc, si homicida fuerit in excusabilis sententia indè lata, [eum fuerit ꝑsecutus, non tradent] fugitiuū [in manus eius,] i. ꝓpinq eius qui occisus est, [quia ignorans percussit proximum eius:] id est sine proposito & intentione lædendi, nec fuit negligens in adhibēdo cautelam. [Nec ante biduum vel triduum eius esse probatur inimicus.] id est, probari non potest ꝙ anteà fuerit hostis illius, quē nunc improuisè inculpabiliterque occidit, [& habitabit in ciuitate illa,] nisi aliundè obstaculum oriatur, seu mors interueniat. [donec stet ante iudicium,] id est, ad tribunal illius vrbis ducatur, in cuius dominio seu terminis homicidium perpetrauit. [causam reddens facti sui,] id est, opus suum pro posse excusans, & qualiter contigerit manifestans. Finalis quippe sententia de sua innocentia aut reatu, non dabatur per iudices ciuitatis refugij, nisi in eius dominio accidisset homicidium, sed * ad iudices iam præfatos, & ad eos pacificè ducebatur de vrbe refugij. Quod si innocens iudicabatur, ad vrbem refugij reducebatur, mansurus ibì securè: si verò reus inueniebatur, mox dabatur cognatis occisi interimendus. [Et moriatur sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore:] id est, tam diu in ciuitate refugij habitabit, quosq; pontifex tunc præsidens moriatur, vel etiam quousque reconciliatur amicis occisi. [Tunc] s. mortuo pontifice [reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem] seu villam, [& domum suam de qua fugerat. Decreueruntque] i. pro ciuitatibus refugij assignare proposuerunt, imò & assignauerunt, [Cedes] i. vrbem sic nominatam, [in Galilæa montis Nepthalim] i. in qua Galilææ est mons, ad sortem tribus Nepthalim pertinens. [& Sichem] i. oppidum illud, [in monte Ephraim, & Cariath Arbe, ipsa est & Hebron in monte Iuda] Hæ tres fuerunt circa Iordanem in terra promissionis. Aliæ tres fuerunt trans Iordanem in terram Amorrhæorum, vt patet in litera, quæ cùm plana sit, expositionem non exigit. ¶ Circa hæc multa possunt inquiri. Primum, cur æquè multæ erant ciuitates refugij in terra duarum ac mediæ tribuum, atq; in terra tribuum nouem ac mediæ. Secundū est, cur occisor omnino excusabilis, cogebatur tam diu esse profugus à propria domo & oppido. Tertium, cur post mortem summi pontificis reuertebatur ad ꝓpria. Possent & alia multa hìc quæri, quæ super lib. Numerorum & alibì potiùs habent locum, putà de homicidio casuali, & quando ac qualiter homicidium totaliter excusetur. Ad primum dici potest, quod terra duarum tribuum ac mediæ erat latissima, & multum à templo ac tabernaculo distans; idcircò erant & ibì tres ciuitates refugij. Ad secundum dicendum, quod profugus erat talis occisor tam diu, ne eius p̄sentia concitaret propinquos occisi ad iram & vltionem. Ad tertium respondetur, ꝙ defuncto pontifice, erat quasi quædam innouatio status in populo &

15. q. 1. c. Illa causa in Glossa.

Num. 35.

sor. * per

& quoniam summo pontifice (qui erat omnium spiritualis pater) sublato, sic affici debuerũt pio mœrore & luctu, ꝙ proprias obliuiscerentur iniurias. ¶ Præterea iuxta intelligentiã spiritalem, per ciuitates refugij, intelligunt materiales Ecclesię consecratæ, ad quas rei & homicidiæ cõfugientes, nõ capiũtur: immo nõ solùm excusabiles, sed & inexcusabiles iniuriatores & homicidę, assecurãtur in eis: qa lex Euãgelica, lex pietatis cẽsetur, idcircò in ea superebũdat misericordia. Figura quoq; distat à figurato, & maior est dignitas sacrorũ locorũ, q̃ vrbium erat illarũ. In nouo etiã testamẽto cũ nouo pontifice ac principe intrãt rei. Rursus, per ciuitates refugij designãtur principes & p̃lati, ad quos refugiũ habent innocẽtes, & oẽs qui habent causam. Vndè secundum philosophũ, ad iudicem tanq̃ ad viuã legẽ & animatã iustitiã confugiunt hoĩes. Itẽ per ciuitates refugij exprimũtur loca pœnitẽtiæ & monasteriorũ, ad quę confugiunt multi, ne ab inuisibilibus hostibus ad carceres infernales trahanẽ. Generali' aũt loquendo, per ciuitates refugij intelliguntur remedia cõtra peccata. Per Iordanem verò designaẽ baptismus. Quẽadmodũ ergo trans Iordanẽ & circa eundẽ, fuerũt tres vrbes refugij, sic ante institutionẽ sacramenti baptismi fuerũt tria peccatorũ remedia, s. fides parentũ, immolatio hostiarũ, & circũcisio: ita & post institutionẽ baptismi sunt tria remedia vitiorũ, vnũ est pœnitentia, alterũ Eucharistia, tertiũ matrimoniũ. quod non solùm officiũ est naturæ, sed & remedium contra concupiscentiã carnis & actum eius illicitum. Porrò ieiunium, oratio & eleemosyna, tam ante baptismũ, quã posteà fuerunt culparũ remedia: similiter contritio cordis, emendatio vitę, satisfactio pro offensa. Deniq; oẽs sex ciuitates refugij, ad sacerdotes & Leuitas spectabant, quoniã bona clericorum debẽt esse cõmunia, secundum Hiero. Atq; ad clerum totus populus debet habere refugiũ, specialiter etiam homicidæ ad sacerdotes ad confitendum. Postremò, & hoc notandũ, ꝙ tres ciuitates refugij trans Iordanẽ, dicũtur fuisse in mõtibus: quia p̃fata remedia post baptismum, per eas signata, magnæ & sublimis sunt gratię sacramẽta. Ecclesiæ quoq; fundãtur in monte altißimo domino Iesu Christo: similiter p̃lati, principes ac iudices debent in sublimitate prudentiæ ac virtutum consistere, cæterisq́ue fama, conuersatione, & gubernatione præfulgere. Hierony

Elucidatio Capituli vicesimiprimi, Accesserunt principes familiarum Leui. Articulus vicesimusnonus.

COmpleta descriptiõe ciuitatũ refugij, nunc recitaẽ distributio vrbiũ facta Leuitis. Leuitæ aũt qñq; gñaliter accipiũtur, p̃ filijs Leui, tã sacerdotibus, quã ministris tẽpli, inferioribus illis: & ita nũc capiũtur. Interdũ verò, prout à sacerdotibus distinguũtur. [Accesserũt aũt principes familiarũ Leui] q̃ familiæ paulopòst exprimũtur, ad Eleazar sacerdotẽ,] nõ ꝙ ipse solus tũc fuit sacerdos, sed princeps extitit sacerdotũ. [& ad Iosue filiũ Nun, & ad duces cognationum p̃ singulas tribus filiorũ Israel:]i. principes tribuũ, locutiq́; sunt ad eos in Silo terræ Chanaan atq; dixerũt: Dñs p̃cepit per manũ Mosis. [Nume. 35. f. & alibi, vt darẽtur nobis vrbes ad habitãdũ &, suburbana earũ] s. spatia extra vrbiũ mœnia cõstituta, [ad alẽda iumẽta.] Erãt aũt suburbana illa magna, quorũ quãtitas in Numeris exprimitur. [Dederuntq́; filij Israel]i. petitiõi Leuitarũ satisfecerũt [de possessiõib' suis, iuxta imperiũ dñi, ciuitates & suburbana earũ. Egressaq́; est sors in familiã Caath filiorũ Aaron sacerdotis, de tribus Iuda & Simeon & Beniamin ciuitates tredecim.] Litera ista est aliqualiter intricata. Itaq; ordo verborũ & sensus est, primò cecidit sors familiæ Caath, s. filijs Aaron, quorum sors comprehẽdebat tredecim vrbes, q̃ datæ sunt illis Aaronitis à tribubus tribus, hoc est, à tribu Iuda, tribuq́; Simeonis ac Beniamin. [& reliquis filiorum Caath, i. Leuitis q̃ supfuerant,] datæ sunt ciuitates decẽ, [de tribubus Ephraim & Dan, & dimidia tribu Manassę.] Quocirca pensandũ, qa vt legitur Exo. 6. Leui patriarcha tres habuit filios, s. Gerson & Caath & Merari, Caath genuit Amrã, patrẽ Mosis & Aaron. Ex Aaron nati sunt pontifices & cęteri sacerdotes, qui nunc vocãtur Aaronitę, seu familia Caath filiorum Aaron. Reliqui aũt filiorũ Caath, putã Leuitę qui supersunt, nati sunt ex Caath per alios filios eius, qui fuerunt Isuar & Hebron & Oziel. [Porrò filijs Gerson]i. Leuitis natis ex Leui per filium suum Gerson, [egressa est sors, vt acciperẽt de tribub' Isachar & Aser & Nephthalim, dimidiaq́; tribu Manassę in Besan:] q̃ fuit regio vltra Iordanẽ, & pertinebat in mediã tribum Manassæ, vt patuit Iosuæ 17. Vndè quod ait, In Basan, referẽdum est ad dimidiam tribum Manassæ duntaxat, quæ habitauit in Basan, quoniam tribus Isachar & Aser & Nephthalim circa Iordanem manebãt. [ciuitates numero tredecim: quarum quædam erant in Basan, vt infrà habetur. [& filijs Merari per cognationes suas]i. Leuitis natis ex Leui per Merari, datæ [de tribubus Ruben & Gad & Zabulon vrbes duodecim:] quarum maior pars fuit trans Iordanem, vbi tribus Ruben & Gad morabantur, & minor pars fuit citra Iordanem in funiculo Zabulon. [Dederuntq́; filij Israel Leuitis ciuitates & suburbana earum iuxta præceptum dñi per manum Mosis, singulis sorte tribuentes. De tribubus filiorum Iuda & Simeon, dedit Iosue &c.] Hic exprimuntur vrbes datæ Aaronitis in speciali, inter quas primò nominatur Hebrõ, q̃ fuit refugij ciuitas, vt dictum est ca. pręcedenti. [quarũ ista sunt noĩa: filijs Aaron per familias suas Caath Leuitici gñis (prima eñ sors illis egressa est) Nume. 35

Cariath Arbe patris Enach, quæ vocatur Hebron, in mõte Iuda, & suburbana eius per circuitũ Agros verò & villas eius dederat] Iosue ipsi [Caleph filio Iephonę ad possidẽdũ:] ita quod agri & villę anexę ciuitati Hebron, erãt hæreditaria possessio huius Caleph, q etiã fuit dñs vrbis Hebron, & mansit inter Leuitas ibidẽm. De tribu aũt filiorũ Beniamin, dedit Iosue Aaronitis Gabaon &c.] Litera plana est. Itaq; vniuersę ciuitates Leuitarũ fuerũt quadraginta octo, quarũ decẽ fuerũt trãs Iordanẽ in tribus Rubẽ & Gad & media tribu Manassæ. In illis aũt vrbib⁹ etiã alij multi cũ Leuitis manebãt. [Deditq; dñs Israeli oẽm terrã, quã traditurũ se] eis. [prib⁹ eorũ iurauerat, & possederũt illã, atq; habitauerũt in ea.] Istud videt cõtrariari dictis iam sæpè, ꝙ s. filij Israel tẽpore Iosuæ nõ obtinuerunt omnẽ terrã eis ꝓmissam, immo nec tẽpore Iudicum, sed tẽpore Dauid & Solomonis. Respõdet, ꝙ verbũ iam ꝑinductũ, posset per modũ hyperbolicæ loquutiõis intelligi, vel loqtur hæc scriptura de futuro per modũ ꝑteriti, quasi ꝓphetale oraculũ proferẽs. Promissio quoq; Dei fuit intelligẽda, ꝙ terra daretur filijs Israel successiuè, secũdũ ꝙ poterat eã * populare, i. sufficiẽter inhabitare, ne bestiæ cõtra eos in terra nõ habitata multiplicarent, sicq; ꝓmissio illa est successiuè impleta. [Dataq; est ab eo pax in oẽs per circuitũ nationes] i. filijs Israel dedit dñs qetẽ & pacẽ, circa gẽtes in eorũ circuitu demorantes, ita ꝙ nulla earũ audebat se cõtra Israelitas erigere lõgo tẽpore, quousq; filij Israel, Deo relicto, ad idololatriã sunt ꝓlapsi. [nullusq; eis hostium resistere ausus est:] i. nullus eorũ qui adhuc erãt residui ex gẽtibus, quarũ terras dñs Israeli ꝓmisit, audebat bellũ eis mouere. [sed cuncti in eorũ ditiõe sunt] i. perfectè subiecti & tributarij facti, quod ex Dei auxilio factũ est. Attñ filij Israel, q ex cupiditate ceperũt illos ad habitãdum inter se sub tributo, cõtra Dei præceptũ fecerunt, ꝑsertim qñ satis copiosi fuerunt ad terrę populationẽ. [Ne vnũ quidẽ verbũ, ꝙ illis præstaturũ se esse promiserat, irritũ fuit, sed rebus expleta sunt omnia.] Circa præhabita aduertendum, quod Leuitæ fuerunt per omnes tribus Israel hincindè dispersi, quatenùs vndiq; instruerent filios Israel, & eos ab idololatria reuocarẽt. Et item, quia communi tribuũ stipendio sustentabantur, ideo ne qua tribus ex hoc grauaretur, per omnes dispersi sunt tribus, atq; ne cultus Dei videretur ad vnã tm̃ tribum spectare. ¶ Insupèr spũaliter per ciuitates Leuitarnm, collegia clericorũ, cœnobia religiosorum, & cętera sacra loca signãtur, in qbus spũales hoĩes cõmorantur: quorũ loca atq; stipẽdia, à secularibus eis extãt collata, vt fundatoribus suis ac cæteris spiritualia bona communicẽt & impendant. Sunt quoq; hi homines spirituales & clerici ac religiosæ ꝑsonæ per oẽm Christianitatem diffusi, vt vndiq; instruãt plebẽ. Christianis quoq; cõtulit De⁹ exuberãtissima mũnera grãrũ, & inuisibiles atq; visibiles hostes frequẽter subiecit Ecclesię, q̃ & vbiq; diffudit terrarũ.

Expositio cap. 22. Eodem tempore vocauit Iosue Rubenitas. *Art. 30.*

IAm enarratur, qualiter duæ & media tribus ad loca sua reuersæ sint. [Eodem tẽpore quo cõpleta sunt] quæ in fine præcedentis recitantur capituli,] vocauit Iosue Rubenitas & Gaditas & dimidiam tribum Manassæ, dixitq; eis: Fecistis omnia q̃ præcepit vobis Moses famulus domini] i. iuxta eius imperium ꝑcessistis cęteras Israel trib⁹, & pugnastis ꝓ eis, quousq; terrã obtinuerunt. [Mihi quoq; in omĩbus obedistis,] eundo & redeundo ac ꝓliando, secundũ ꝙ vobis iussi, nec reliquistis fratres vestros lõgo tẽpore vsq; in ꝑsentem diem, custodientes imperiũ dñi Dei vestri.] In his verbis obedientia cõmendatur, suntq; beati q suis superioribus taliter secundum Deũ obediũt: quibus, qui præsunt, tale testimonium perhibẽt. [Quia igitur dedit dñs Deus vester fratribus vestris quietẽ & pacẽ, sicut pollicitus est, reuertamini in tabernacula vestra, ita dũtaxat,] i. sub hac cõditiõe & forma vos ad redeundum licentio, [vt costodiatis attente] per diligentem memoriã, [& opere cõpleatis mandatũ] illud præcipuum de diligendo dominum Deum, [& legem quã præcepit vobis Moses famulus dñi] i. Deus per Mosen, s. cætera ꝑcepta mora-
1.Ioan.4. lia, iudicialia, ac cęremonialia. Hinc subditur: [vt diligatis dñm Deum vestrũ] amore supernaturali infuso gratuito potissimè, ꝓpter purã & infinitã bonitatẽ ipsius, & qm̃ prior dilexit vos, deinde ꝓpter vniuersa bñficia & promissa ipsius, [& ambuletis in omnibus vijs eius,] ad beatificum fi-
Iaco.2. nem tendẽdo, obseruetis oẽ opus virtutum necessarium ad huiusmodi finẽ. Qui in vno offendit, omnium reus efficitur. [& obseruetis mandata eius, adhæreatisq; ei] per fidẽ, spem & charitatem, per quas potissimè & internè colit Deus. [ac seruiatis ei in omni corde,] toto intellectu & integra voluntate, ne cor vestrum diuisum sit, adhærendo partim creatori partimq; creaturæ, [& in omni anima vestra] i. cæteris animæ viribus, ꝑ quas Deo seruiri potest. [benedixitq; eis] bona imprecãdo, [& dimisit eos: Qui reuersi sunt in tabernacula sua &c. Cumq; dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis, dixit ad eos: In multa substantia] id est, copiosa possessione, [reuertimini &c. diuidite prædam hostium, [quam s. ab hostibus vestris Chananæis iure prælij, immo ex Dei (cuius sunt omnia) donatiõe obtinuistis, cum fratribus vestris,] illis videlicet, qui interim quod vos hic fuistis, remanserunt in vrbibus & villis vestris ad custodiendum ea, quæ vestra sunt. Hic tamen non dicitur, quantùm illis dare deberent. Legitur autem 1. Reg. 30. quòd Dauid statuit legem, vt æqua esset portio pugnatorũ, & eorũ q ad sarcinas remanserãt, custodiẽdo pertinentia ad pugnãtes. Veruntamẽ ante illud tẽpus seruabatur lex illa, saltẽ quãtùm

ad

ad aliqualem diuisionē cum illis. Nam & Abraham in Genesi,& Iosue in hoc loco i. Illud seruari iusserunt. Porrò, vt Iosephus refert, Populus Israel deduxit has tribus non sine lachrymis, & vix semetipsos ab inuicèm diuiserunt. [Reuersique sunt & abierūt filij Ruben,& filij Gad, & dimidia tribus Manassæ,à filijs Israel de Silo,quæ sita est in Chanaan,vt intrarent Galaad terram possessionis suæ,quam obtinuerūt iuxta imperium domini in manu Mosis. Cumq; venissent ad tumulos Iordanis in terram Chanaan,]videlicet circa terminos eius, [ædificauerūt iuxta Iordanem]in terra promissionis ac nouem tribuum,nō ab alia parte Iordanis,[altare infinitæ magnitudinis.]Infinitum multipliciter sumitur. vno modo pro eo,cui^9 nullus est finis,nec in essentia, nec in perfectione.sicq; competit soli Deo. Alio modo pro re vltra modum ac solitum magna, & ita accipitur modò. Vndè alia trāslatio habet,[aram ingentem.]Atq;vt fertur,in Hebræo habetur,altare magnæ visionis,quòd s.à longè poterat conspici.Potest quoq; per hyperbolen accipi.[Quod cum audissent filij Israel,& ad eos certi nuncij detulissent,ædificasse filios Ruben & Gad & dimidiam tribum Manassæ,altare cōtra filios Israel]id est,ex opposito habitationis nouem tribuum. Vel ideo dicitur contra filios Israel, qa sic eis fuit relatum,quod illi cōstruxissent altare hoc in malum atq; perniciem cæterarum tribuum Israel, [conuenerunt omnes in Silo,vt ascenderent & dimicarent contra illos]ex zelo diuini honoris ad vlciscendum iniuriam Dei, & ne Deus eos plagaret,nisi ipsius vindicarēt iniuriam,queādmodùm propter excessum Achan erant puniti. Deniq; frequenter contingit,quod hi qui contra alios diu concorditer prēliantur, sopitis extraneis bellis,intestina incipiant gerere prælia. [Et interim miserunt ad illos in terram Galaad Phinees & decem principes cum eo,singulos de singulis tribub^9:] i. vnum specialem de qualibet tribuum decem,computando tñ mediam tribum Manassæ pro vna tribu. Hos ergo miserunt ad inquirendū certiùs veritatem,quoniā non ex relatu volatili,nec ex leui in iustàve causa ineundū est bellum,potissimè magnū,periculosum & intestinū. [Qui venerūt ad filios Rubē & Gad,& dimidiā tribū Manassæ in terrā Galaad,dixeruntq;]Phinees & sui [ad eos Hæc mādat oīs populus dñi,]i. filij Israel in Dei cultu manētes ,iubēt vobis dici, & sciscitant̄ p̄ nos,vos q iam indigni estis populus Dei vocari:[Quæ est ista transgressio?]i.cur peccastis tam grauiter?[Cur dereliquistis dominum?]per mētis auersionē & inobediētiam,[ædificantes altare sacrilegū,]i.abusiuum in Dei obsequio, [&à cultu eius recedētes?]Sic em̄ isti putabāt, quod illi fecissent illud altare ad offerēdum super illud sacrificia, quæ tunc offerri non poterāt,nisi in Silo in tabernaculo dñi, & super altare eius ibidèm:ideo altare ab illis alibì factum ad sacrificandum,fuisse sacrilegum seu abusiuum rei sacræ,putà altaris seu immolationis,quæ secundum se, dicunt quid sacrum. Vel vt Iosephus scribit,putabant eos construxisse illud altare ad sacrificandum dijs alienis. [An parum vobis est,quod peccastis in Beelphegor?] adorando idolum Phegor,seu comedendo de immolatis eidem, quādo ad suggestionem Balaā,Balaach rex misit filias Madian,qui filios Israel ad fornicationem illam spiritalem, videlicet idololatriam,& etiam carnalem prouocarent ac traherent. [& vsque in præsentem diem macula huius sceleris]id est, diffamia & vituperatio quædam,ex tanto scelere consecutę,[in vobis permanet.]Quàmuis autem crimen illud fuit commune & alijs tribubus,Phinees tamen & sui nunc specialiter imputāt illud his tribubus,quia putabant eos nūc rursus simile facinus commisisse. Propter quod illud quodammodò rediret,& de nouo imputaretur,secundū quod in Euange. Matth.18. debita dimissa repetuntur à seruo nequam,qui conseruo suo noluit misereri. Veruntñ hi,quibus Phinees & sui ista locuti sunt,non videntur crimē illud in Beelphegor commisisse,sed potiùs patres aut propinqui seu consortes eorum,imò & qui illud fecerunt,mox fuerūt occisi,vt Numer.22.liber habet.sed & crimen illud præcessit secūdam populi Israelitici dinumerationem,in qua isti fuerunt connumerati,vt Numero.6.describitur. Dicuntur tamen peccasse in Beelphegor eo modo,quo peccatū aliquorū toti societati aut coōmunitati solet ascribi.[Multiq; de populo corruerūt]i. ꝑpter crimē illud interfecti sunt. Circa ꝙ aliqui dicunt, ꝙ multi ꝑpter peccatū paucorū corruerūt,ex quo sequeret̄, quod nō solùm q crimē illud commiserūt,sed itē q cōsenserunt aut non debitè restiterunt, fuerunt occcisi. Nam & principes iussi fuerunt suspendi, & 24. millia de populo ceciderunt. [& vos hodiè dereliquistis dominum,& cras]id est, citò post hæc, [in vniuersum Israel ira eius desæuiet.] id est, omnes puniemur à domino pro vestro excessu. Porrò,qua æquitate hoc fieri posset,suprà diffusè expositum est. [Quòd si putatis immundam esse terram possessionis vestræ,]id est,indignam vt in ea poneretur tabernaculum domini & altare,propter idololatrias & alias impietates ibì antè commissas,& ideo extra illam ad ripam Iordanis construxistis altare, in quo tanquàm vobis viciniori,quàm est altare domini situm ad ostium tabernaculi,hostias offeratis,quasi attædiati remotiùs ire ad immolandum, [transite ad terram,in qua tabernaculum dñi est,& habitate inter nos:]qa potiùs volumus vobis terram nostram diuidere,quàm vt eam soli habentes,peccare vos permittamus. ideo subdit̄ [tm̄ vt à dño & à nostro cōsortio nō recedatis,ædificate altari ꝑter altare dñi Dei vestri :] i.hoc solum optamus & petimus,atq; sub hac conditione terrā nostrā vobis cōmunicare parati sumus, vt Deum non

Iose li. 5. an. iud. ca. ca 3

Iose.lib.5. ant.iu.ca 3.

Iosue.7.

non offendatis, nec nostram communionem in Dei cultu derelinquatis, quod & nobis esset no ciuum. quod patet exẽplo quod sequit: [Nónne Achan filius Zaræ, pterijt mandatum domini,] vsurpando de anathemate Hiericho, [& super omnem populũ Israel ira eius incubuit?] quia in vltionem illius facinoris quidã fuerunt occisi, plures fugati, & oẽs turbati. [Et ille] Achan [erat vnus homo, atq; vtinam solus perisset in scelere suo.] i. quantum in nobis est, valdè optaremus ꝙ ipse solus fuisset occisus pro suo facinore. Istud suprà pleniùs recitatur, & ibi expositũ est. De-

Iosue 7. inde describitur Rubenitarũ & sociorum rõnabilis excusatio. [Rñderuntq́, filij Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manassæ, prinpicib⁹ legationis Israel: Fortissim⁹ dominus Deus Israel ipse no uit,] i. scit vera esse quæ dicimus, [& Israel simul intelligat,] i. populus Israel qui vos misit, ex nostra responsione veritatem cognoscat: [si præuaricationis animo] i. proposito seu intentione idololatrandi, [hoc altare] de quo mentio est, [construximus, non custodiat nos dominus] ab

2. Cor. 1. inuisibilibus & visibilibus hostibus, [sed puniat in præsenti:] Istud fuit quasi iuramentum per execrationem seu imprecationem mali in seipsum, sicut & illud Apostoli: Ego testem inuoco Deum in animam meam &c. [& si ea mente fecimus] hoc altare, [vt holocausta & sacrificia & pacificas victimas super eo imponeremus] ad immolandum vero Deo, [ipse quęrat & iudicet.] id est, debitam pœnam à nobis requirat, nosq́; dijudicet. ¶ Deniq; holocaustum, est hostia quæ ad diuinę maiestatis honorẽ tota comburitur: sacrificium autem nunc sumitur pro hostia, quę pro remissione peccati offertur. Pacifica verò victima, est hostia pro pace, salute aut gratia impetrãda, aut cõseruãda dñо immolata. [& nõ ea magis cogitatione atq; tractatu,] i. consilio seu deliberatione, [vt diceremus;] id est, inter nos probabiliter coniecimus ac contulimus, vel vt diceremus vobis assignando causam ædificationis huius altaris. [Cras dicent filij vestri filijs nostris,] id est, probabiliter suspicamur ac formidamus, quod tempore procedente posteri vestri dicturi sint posteris nostris: [Quid vobis & domino Deo Israel?] id est, non pertinetis ad dominum, nec estis de sorte & numero populi eius, cuius ratio subditur: [Terminum posuit domin⁹ inter vos & nos [ô filij Ruben & Gad] Iordanem fluuium, & idcircò partẽ non habetis in dño:] id est, nõ estis pars populi eius, nec habetis ius offerendi in tabernaculo eius, vel super altare ipsius, cùm terra promissionis, populo Dei promissa, finiatur ad Iordanem. [& idcircò per hãc occasionẽ] i. caluã & falsam persuasionẽ [auertent] fortassis, i. auertere potuerunt [filij vestri filios nostros à timore dñi:] q̃ videntes se ita repelli à cultu Dei, ad idololatriã cadẽt [Putauimus itaq; meliùs, & diximus: Extruamus nobis altare, non in holocausta, neq; ad victimas offerendas, sed in testimoniũ inter nos & vos & sobolẽ nostrã vestrãq́; ꝓgeniẽ, vt seruiamus dño &c.] textus est planus. Ad hoc qppe fecerũt altare istud, vt tam eis, q̃ posteritati eorum esset in signum & memoriale ac argumentum, quod & ipsi essent populus Dei, & ius haberẽt sicut & cęteræ tribus Israel, ad offerendum super altare Dei. [Absit à nobis scelus hoc, vt recedamus à domino, & eius vestigia] id est, pręcepta & effectus beneficos, s. arcã testimonij & altare, [relinquamus:] quemadmodùm enim vestigiũ repręsentat eum qui illud impresit, ita sapientia, omipotentia, iustitia, bonitas & eminentia Dei, in eius pceptis effectibusq́; p̃fatis relucent. [extructo altari ad holocausta & sacrificia & victimas offerendas, præter altare dñi ꝙ extructũ est ante tabernaculũ eius:] vnum em̃ altare fuit in atrio ante & extra ostiũ tabernaculi, super ꝙ sacrificia populi offerebant, & de illo iam sermo. Aliud in tabernaculo erat. [Quibus auditis &c.] Hic recitatur, quemadmodum Phinees & q cum eo erant, valdè contentati fuerunt ex ista responsione. [Dixitq́; Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos: Nunc scimus ꝙ vobiscum sit dominus, quia alieni estis à præuaricatiõe hac,] quia tam soliciti extitistis & estis ad præcauendum, etiam in futurum Dei offensam: [& liberastis filios Israel de manu domini:] id est, per anticipationẽ præseruastis cæteras tribus Israel à pœna, quę eis immineret, si cõmisissetis crimen quod imposuimus vobis. [Reuersusq́, est cum principibus ad filios Israel, & retulit eis. Placuitq́; sermo cunctis audientib⁹. Vocaueruntq́; filij Rubẽ & filij Gad] per quos & filij dimidiæ tribus Manassæ danĩ intelligi. [altare, quod extruxerãt, Testimoniũ nostrũ, ꝙ dominus ipse sit Deus.] id est, ꝙ veri Dei populus atq; cultores sum⁹. Nam (vt Iosephus protestaĩ hunc titulum superscripserunt altari ad perpetuã veritatis memori-

Iose li. 5. an iud. ca. 3. am. Ex hac historia edocemur zelo diuini honoris feruere, amore iustitiæ inflãmari. ꝓ posterorum nostrorum solicitari salute, parati esse pro iustitia mori, nec in derogatiõem veritatis quẽquã palpare, neq; peccantib⁹ quantũlibẽt propinqs cõtra iustitiã parcere, imò pceptum fraternę correptionis strenuè adimplere, rõnabilem quoq; excusationem libenter suscipere: sed & gaudere de innocẽtia ꝓximorum, ac Deũ cordialiter collaudare pro donis gratiæ quę alijs confert.

Expositio cap. 23. Euoluto autem multo tempore. *Art. 32.*

SAnctus vir Iosue de plebis sibi commissę salute solicitus, eam hortatus est ad perseuerandũ in Dei cultu, sicut nunc enarratur: [Euoluto autem multo tempore] à tempore illo [postquã pacem dederat dominus Israeli,] ita ꝙ nemo filios Israel impugnare præsumpsit vt ante, [subiectis in gyro natiõibus vniuersis,] quarũ terras ꝓmiserat dñs Israelitis, q̃ pro maxima parte erant occisæ, reliqui verò erãt Israeli subiecti. [& Iosue iam [existente [longæuo & persenilis ætatis [quan-

quãdo iam cœpit appropinquare anno centesimodecimo,[postq̃ diuiserat terrã filijs Israel,secũdum quod dñs imperauerat,vocauit Iosue omnem Israelẽ,]i.communem plebem, [& maiores natu & principes]familiarum.[ac duces]tribuũ,[& magistros]in lege peritos, [dixitq; ad eos], &c.littera difficultatẽ non habet.[Ego senui,& progressioris ætatis sum, vosq; cernitis omnia q̃ fecit dñs Deus vester cunctis per circuitum nationibus &c.Multæq; adhuc supersunt nationes, dominus disperdet eas,& possidebitis terram.Tantùm confortamini.]i.hoc præcipuè opto & hortor,vt confortentur corda vestra in Deo per gratiã & virtutes,per spem & fortitudinem.[& estote soliciti,vt costodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Mosis,& non declinetis] ab eis quæ Deus præcepit,[nec ad dexteram,nec ad sinistram:]vtrunq; vitiosum vitando extremum,vt via regia incedatis,nec per prospera neq; aduersa frangamini,sed semper in medio perseueretis,nec vltra vires quippiam attentetis,nec p teporẽ & negligentiam tabescatis.[ne,postquàm intraueritis ad gentes quæ inter vos futuræ sunt,]matrimonia faciendo cum eis,aut familiaritates,aut periculosas societates,[iuretis in nomine deorum earum,]contra illud Deut.6.& 10.scriptum,Per nomina externorum deorum ne iuraueritis.Itemq; Dominum Deum tuum timebis,& per nomen eius iurabis.Qui enim iurat per deos gentilium,ostendit se colere eos,atque in veritatis testimoniũ eos assumit,sicq; veneratur eosdẽ.[& seruiatis eis, & adoretis illos, sed adhæreatis domino Deo vestro.Et nunc auferet dominus gentes magnas,& nullus vobis resistere poterit,quia dñs pro vobis pugnabit,sicut pollicitus est.Hoc tantùm diligentissimè præcauete,]i.cũ omni cautela custodite siue prefatum malum vitate, [vt diligatis dñm Deũ vrm] toto corde vsq; in finem indesinenter.[Quòd si volueritis cum eis]i.gentibus,quarũ terras dominus vobis dedit,[miscere conubia atque amicitias copulare:]quod de amicitijs socialibns carnalibus intelligendum cẽsetur,quoniã tales amicitiæ ad peccata solent allicere. Non autem prohibuit Deus filijs Israel spiritalem habere dilectionem ad illos,immo potiùs hoc precepit,[iã nunc scitote,ꝙ dominus non deleat eas ante faciem vestram, sed]gentes aduersariæ[erunt vobis in foueam & laqueum ac offendiculum,& sudes in oculis vestris,]id est, multipliciter vos affligent,detrudent & capient,atque arctabunt & pungent,ad diuersa etiam vitia trahent,[donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima.En ego hodiè ingredior viam vniuerse terre:] id est,citò subibo mortem corporalem, quæ cunctis in terre degentibus hominibus est via ad monumentum,immo ad vitam futuram,seu ad æternam salutem aut condemnationem perpetuam.[Et toto animo cognoscetis,quòd de omnibus verbis quæ se dominus præstiturum pollicitus est,vnum non præterierit incassum.Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta venerunt,sic adducet super vos quicquid malorum] pœnalium [comminatus est vobis, donec vos auferat &c.citò atq; velociter consurget in vos furor domini]si violaueritis eius precepta,præsertim si idola colueritis,dequibus comminationibus Deut.28.diffusè habetur. Que omnia quàm verè in peruersis,rebellibus atq; idolatris filijs Israel sint impleta,liber Iudicum,libriq; Regum clarissimè referunt.¶Iuxta mysticum sensum, discant prælati & prædicatores verbi Dei ex isto capitulo propriam fragilitatem & mortem humiliter intueri,doceantq; subditos suos beneficia Dei recolere,ac maiora bona eis in nomine DEI in futuro promittere,que nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec mens concepit.Deindè eos ad virtutes hortentur,diuini rigorem iudicij prædicent,æternam damnationem minentur, & quicquid ad salutem pertinet animarum fideliter & constanter,iugiter & ardenter denuncient. 1.Cor.2.

Explanatio Cap.24. Congregauitq; Iosue omnes filios Israel.
Articulus tricesimustertius.

NOn suffecit fideli duci Iosuæ,populum sibi commissum semel admonuisse,sed cùm videret sibi vitæ terminum imminere,rursus hortatus est eos,prout in isto narratur cap.[Congregauitque Iosue,]id est,ad se venire fecit, [omnes tribus Israel.]etiam eas quæ trans Iordanem manebant,[in Sichem] id est,vrbem seu locum sic appellatum, qui secundum Iosephum ad Iosue pertinebat. [& vocauit maiores natu ac principes]tribuum, [ac iudices & magistros, in conspectu domini,]id est, diuinæ maiestati deuotè se præsentauerunt,parati audire verbum Dei.Hos superiores specialiter conuocauit,quoniam ex eorum virtuosa conuersatione ac bono regimine, prosperitas, pax & salus populi communis,magna ex parte pendebat, cum Ecclesiastici decimo,scriptum sit:Secundum iudicem populi,sic & ministri eius. Hieremiasq; 10. dicat:Quoniam stultè egerunt pastores,ideo omnis grex eorum dissipatus est.Per ꝙ maiores p̃lati:principesq; Ecclesiæ instruuntur specialẽ ac diligentiorem habere respectum ad suos officiatos,qualiter se habeant,& an sua officia dignè & efficaciter prosequantur, quos & specialiter exhortari debent,& si opus fuerit,increpare.[& ad populum]putà ad omnes simul tam maiores quàm minores,[sic loquutus est]commemorando eis diuersa bñficia Dei,vt per considerationẽ illorum accenderẽtur Dei amore, & grati esse satagerent,atq; ad meliora prouocarentur [Hæc dicit dominus: Trans fluuium habitauerunt pr̃es vestri ab initio]generationis eorum, [Thare pater Abrahã,& Nachor]pater ipsius Tharæ,[seruieruntq; dijs alienis.]quẽadmodùm Ge-

Iose. lib. 5. ant.iu.ca.3

Gene.11.legitur: Thare pater Abrahæ, primò habitauit in Chaldæa, deindè cũ filio suo Abrahã & Loth, ex Caldæa venit in Mesopotamiam, obijtq; ibidèm. Itaq; verba ista dupliciter possunt exponi. Primò sic: Trans fluuium, i. vltra Euphraten qui inter Chaldæos & terram promissionis decurrit, habitauerunt patres vestri. Secundò sic: Trãs fluuiũ qui inter terram Chanaan & inter Mesopotamiam fluit, habitauerunt patres vestri. ibi tamẽ nõ habitauerunt ab initio, nec ibi moratus legitur Nachor pater Thare, nec Abrahã alienis dijs seruiuit, & Nachor pater eius & Thare, vt dicunt Hebræi, saltem ad tempus. [Tuli ergo] i. exire feci, & exeundi voluntatem infudi, Tuli inquam [Abraham patrem vestrum de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terrã Chanaan,] vt eam darem posteris eius. [Multiplicauitq; semen eius, qui ex Agar genuit Ismaelen, & alios ex Cethura, quę fertur fuisse Agar, [& dedi ei Isaac,] supernaturaliter fœcũdando Sarã non obstante duplici causa suæ sterilitatis, videlicet senectute & naturali infœcunditate eius etiam in iuuẽtute. [Illi] videlicet Isaac [rursum dedi Iacob & Esau] ex Rebecca, q̃ nuturaliter extitit infœcunda. Porrò ꝙ ait, Rursum, referendum ad verbum, dedi, non ad Isaac, qui vno côcubitu genuit ambos filios suos. [E quibus Esau dedi montem Seir ad possidendum,] i. terrã Idumęorũ mõtosam donaui Esau & posteris eius. [Iacob verò & filij eius descẽderũt in Aegyptũ] necessitate famis coacti & amore Ioseph. [Clamauerunt aũt filij Israel ad dñm] ex timore, cùm post exitum de Aegypto, vidissent Aegyptios se insequentes, [qui posuit tenebras inter vos, & Aegyptios:] Nam angelus posuit nubẽ densam & tenebrosam ex vna parte inter Aegyptios & Hebræos, ita quod Aegyptij tota nocte nequibant Hebræos accedere, vt Exod.13: legitur: [adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Aegypto fecerim:] Nõ quòd omnes quibus Iosue ista locutus est, viderint mirabilia Dei in Agypto, sed Eleazar, Iosue, Caleph & multi de tribu Leui, & q̃n pueritia sua exierunt Aegyptum, ita ꝙ in prima numeratione populi numerati non erant, tamen in exitu suo rationis compotes erant. sed quomodo poterant isti omnia illa signa & plagas Aegyptiorum videre, cum habitarent seorsim in terra Gessen? Ad quod aliqui dicerent, quod etiam in terra Gessen habitauerunt multi Aegyptij ibi plagati. Potest etiam dici, ꝙ interiori visu ea viderunt.] & habitastis in solitudine multo tẽpore, & induxi vos in terram Amorrhæi, qui habitabat trans Iordanẽ:] i. in regiones Seon regis Amorrhæorum, & Og regis Basan. [Cumq; pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras.] vt legitur Numer.21. Surrexit autẽ Balach filius Sephor rex Moab, & pugnauit contra Israelẽ.] Nõ legitur alibi, ꝙ Balach inijt pugnam corporalem cõtra filios Israel, sed insidiatus est eis ac restitit. inducẽdo eos ad magna facinora ex suggestione Balaam, ex cuius consilio misit ad filios Israel speciosas puellas. Hinc subditur: [Misitq; & vocauit Balaam filiũ Beor, vt malediceret vobis, mala vobis imprecãdo per incantatiões suas & carmina ac maleficia seu magicas artes, ex quibus, Deo permittente, fiunt alterationes & obstupefactiones ac debilitatiões in hoĩbus. [& ego nolui audire eum] i. à maledictione & eius effectu prohibui immutando cor eius. ideo subditur: sed econtrariò per illum benedixi vobis] tribus vicibus, prout Numerorum historia enarratur. Omnipotẽs etenĩ Deus ad libitum suũ immutat hoĩm mẽtes, & quôcunq; voluerit vertit eorũ voluntates, intentiones, ꝓposita, ac verba disponit. [Transistisq; Iordanem, & venistis ad Hiericho, pugnauerũtq; cõtra vos viri ciuitatis eius] Hiericho [Amorrhæus & Pheresæus &c.] q cõfluxerant in vrbem illam ad succurrendũ eis aduersum vos, sicut in expositione supradicta patuit pleniùs. [Misiq; ante vos crabrones] i. huiusmodi muscas pungitiuas, seu anxietatum & solicitudinum ac timorum puncturas, vt suprà expositũ est: [& ieci eos &c. Nunc ergo timete dominum] timore casto & filiali, vel salẽ initiali. [& seruite ei corde perfecto atq; verissimo.] Multiplex est perfectio. Vna absoluta, & extra ac supra omne genus, quę soli cõpetit Deo. Alia in genere, quę etiã multiplex est: Vna, qua mens creata fertur in Deũ per cognitionẽ & dilectionẽ secundũ extremũ posse suũ indesinenter seu semper in actu, & hæc cõpetit sanctis in patria. Alia, quę Deo adhęret per virtutes heroicas in hac vita, quæ cõuenit personis in virtutibus cõsummatis. Alia, qua Deo adhęret per euangelicorum obseruationẽ cõsiliorũ. Alia, qua oĩa illa vitat, quę charitati cõtrarianẽ diuinæ, obseruando cũcta p̃cepta, & hæc est perfectio sufficiẽtię, de qua verbum istud potest exponi. Porrò cor verissimũ est, in quo absq; admixtiõe falsitatis, vanitatis & iniq̃tatis, est veritas vitæ veritas iustitię, veritasq; doctrinæ. [& auferte deos quibus seruierũt p̃res vestri in Mesopotamia, & in Aegypto.] Non est verisimile ꝙ filij Israel, q̃bus Iosue loquebatur, habuerũt idola ad colendũ, q̃iam tot & tanta in Dei virtute prælia victoriosẽ egerunt, & si fortè aliqua idola reseruauerũt sibi occultè, potuit esse ꝓpter pręciositatẽ materiæ. Idcircò ꝙ ait, auferte, potest exponi, Nolite admittere, neq; recipere: & si q̃ habetis, abijcite. sic & Iacob, conuocata omni domo sua: Auferte, inq̃t, deos alienos. Verũtamẽ q̃dam hic scribit: Potest dici, quod aliqui eorũ habuerũt idola, quæ apportata fuerãt de Aegypto. Sed B. August. hoc reꝓbat, dicens: Non habebant adhuc simulacra gentium, cùm suprà, obedientiam eorum commendauerit Iosue: & si post tantas legis comminationes ea habuissent, nõ essent consecuti tot prospera. [Sin autem malum vobis videẽ, vt dño seruiatis] propter difficultatem viæ salutis, & arduitatẽ ac mul-

Gene.16. Gene.25. Gene.21. Gene.25. Gene.32. Gene.28. Gene.46. Gene.47. Exod.14. Ibidèm. Exod.13. Nume. 22. Nume.25. Nũe.22.32. Num.22. 23.24. Iosue 6. Gene. 35 Aug. lib. Iosue, quęst. 29.

multitudinē pceptorū ipsius,sed ꝓpter expensas sarificiorum. Quibusdā verò malū aut inutile seu etiā stultū atq; superfluū visum est Deo seruire, qa nō crediderunt eū habere cognitionē & ꝓuidentiam inferiorū & actuū humanorū,vel quia viderūt,ꝙ iustis & seruientibus Deo frequēter contingunt aduersa,& impijs ꝓspera. Vñ Malach.3. loquit̄ dñs talibus:Inualuerunt super me verba vestra,& dixistis:Vanus est q̄ seruit dño,& quod emolumentū,quia custodiuimus pcepta eius?de qbus Psal.72. Dixerunt,quō scit Deus?&,si est scientia in excelso?Atq; Iob 21. Dixerunt, quis est omīpotens,vt seruiamus ei?Sed hi quibus Iosue loquebatur, tot & tanta Dei mirabilia cōspexerunt,& ex eius cultu tot prospera fuerunt cōsecuti,ꝙ de eius ꝓuidentia & remuneratione non dubitauerunt. Itaq; si malū vobis videtur Deo vero seruire, [optio vobis datur]id est, libera electio. [Eligite vobis hodiè quod placet,cui seruire potissimum debeatis,vtrùm dijs qbus seruierunt pr̄es vestri in Mesopotamia.an dijs Amorrhæorum,in quorum terra habitabis.] Illud S. Iosue profert quasi ironicè.quasi dicat,quicquid horum elegeritis,stolidū erit,atq; peribitis id agendo. Vel ideo ait,optio vobis datur,qa nō cogit Deus hominē ad suū obsequiū,sed propriæ libertati eum relinquit,nō vt licēter agat quicqd voluerit,sed vt liberè agendo mereat̄ aut demereatur,iuxta illud Eccl 15. Deus ab initio constituit hominē,& reliqt eum in manu cōsilij sui:Adiecit pcepta sua:ad ꝙ volueris,porrige manum tuā.[Ego aūt & domus tua] i. domestici mei,[seruiemus dño.] Q.d. In hoc meritò me principē vīm sequi debetis. [Rñditq; populus & ait:Absit à nobis,vt relinquamus dominū,q eiecit vniuersas gentes]i. hostes quorū terras iā possidemus,ꝓ maxima parte deleuit, seu quosdam, imò & multos de omnibus illis occidit. [seruiemus ergo domino,quia ipse est Deus noster] i. creator & gubernator noster altissimus. Hæc est sufficiens,copiosaq; rō seruiendi dño per latriæ cultū,quia creauit nos, & summus rector atq; prouisor est noster. [Dixitque Iosue ad populum:Non poteritis seruire domino,]hoc nō dixit,insinuando absolutam impossibilitatē seruiēdi altissimo perseueranter vsq; in finē, tū propter prouitatē istorum ad mala, tum ꝓpter diuinorū arduitatē & multitudinem pceptorū, tum propter rigorem iustitię. Vndè subiungit:[Deus enī sanctus & fortis æmulator est:]i. Deus essentialiter sanctus atq; omīpotens,est destator peccati,amator virtutum,ōsor peccantiū.[Nec ignoscet sceleribus vestris atq; peccatis,]si incideritis ea, nisi pœnitentiam veram egeritis. Non enim dimittit peccata inulta. Possunt aūt per scelera,intelligi peccata in Deum,pſertim idololatria,superstitio,& species eius;per peccata verò,culpæ in proximum,vt furtum, rapina &c.[si dimiseritis dām]per inobedientiā,[& seruieritis dijs alienis,]qā vera deitate deficiunt & distant in infinitum.[cōuertet se,]nō per aliquā mutationē suijpsius,sed per effectum,qa à pietatis & liberalitatis suę effluētia & dulcore ad rigorē pcedet iustitię.]& affliget eos atq; subuertet. Dixitq; populus ad Iosue:Nequaq̄ ita,vt loqueris,erit,sed dño seruiemus.]Ex hoc videt̄,ꝙ vel Iosue vel populus sit mētti⁹. Et respondendū,ꝙ ea q̄ Iosue dixit,intelligēda sunt per modum cuiusdā exercitationis & auisationis ac cōminationis. Nempe & id ꝙ ait,Non poteritis seruire domino:ꝓpter expositionē prętactam,pō adhuc dupliciter accipi. Primò sic. Nō poteritis ꝓprijs viribus,& sine auxilio gratię DO Deo seruire meritoria seruitute. Secūdò sic,Nō poteris Deo seruire seruitute tam magna & reuerētiali,vt dignus est ipse,q immensæ est maiestatis,atq; ob hoc infinita reuerentia dignus. Sic ergo nō erit vt loqueris,i. secundum quod verba tua videntur sonare,& vt minaris,& exercitando nos,faris. sic religiosi eos q̄ instant ꝓ ordine,exercere ac probare solent,dicendo:Non poteritis religionis huius seruarē rigorē,nec perseuerare in eo.[& Iosue ad populum:Testes,inquit,vos estis,quia ipsi elegeritis vobis dominū, vt seruiatis ei. Rñderūt, Testes]sumus huius rei. sed quō ijdē poterāt esse authores & testes? Respōdendū ꝙ testificatio ista non fuit nisi iterata ꝓfessio aut recognitio ꝓprij actus,& testimoniū cōtra seipsos, si verba ꝓpria nō implerēt. Ex hoc Iosue infert:[Nūc ergo,ait,auferte]i. per anticipationē cauete ne suscipiatis,[deos alienos de medio vestri,& inclinate corda vestra ad dñm Deū Israel.]i. humiliter ea subijcite Deo,& ad gratię ei⁹ susceptionē ac incrementum ea parate & applicate, sicut ait Psal.118. Inclinaui cor meum ad faciēdas iustificatiōes tuas in ęternū. Vñ Prouer.16. legitur. Hominis est animū pręparare. Itēq;Cor hominis disponit viā suā. Veruntñ hoc ipsum efficere est aliquo modò à Deo,& donū ipsius,q hoīem ab inpedimēto huius inclinatiōis ac pparatiōis,i. à ꝓposito peccandi ac vitijs, retrahit & auertit. Propter ꝙ 3 Re.8. Solomon depręcat̄: Dñs inclinet cor nostrū post se. Et ꝓpheta Ps.118. Inclina cor meum in testimonia tua.[Dixitq; populus: Dño Deo nostro seruiemus,& erimus obediētes pceptis eius.]si hoc dixerūt innitēdo gratię Dei,& de ei⁹ auxilio cōfidētes,bona fuit respōsio:si aūt psumēdo de virib⁹ suis,incauta & pręsumptuosa fuit locutio. sicq; incepit in eis illud Apostoli Ro.10. Ignorātes Dei iustitiā,& suā volentes statuere,iustitiæ Dei non sunt subiecti. Magis tñ apparet ꝙ secundū primū sensum locuti sint hoc. [Percussit ergo Iosue in die illo fœdus]i. de nouo obligauit populū ad Dei obsequium, fecitq; pactū inter Deū & populum,vt populus Deo seruiret. Vndè Septuaginta transtulerunt. Disposuit Iesus testamentū ad populum,q̄ dispositio fuit testamēti iam dati repetitio.[& ꝓposuit populo pcepta atq; iudicia]i. pcepta Dei moralia,cęremonialia ac iudicialia populo cōmemorauit,& Ibidèm

F

uit,& obseruáda admonuit.[in Sichē,scripsitq; oīa verba hęc in volumine legis dñi:] i.in libro hoc,in quo lex Dei cõmemoratꝛ. Vel in volumine legis Dei, in scriptura canonica,q̃ tota est quasi vnū diuinę legis volumē,ꝙ pertinet liber iste,quemadmodū pars ad totū.[Et tulit lapidem ꝑgrandē,] i.valdè magnū,quē ab alijs accipi fecit,vel cum aliorū adiutorio sumpsit.[posuitq; eū subter quercum,]videlicet sub ramis & frondibus quercus,[q̃ erat in sanctuario domini.] Circa hoc occurrunt dubia duo. Primum,quó in sanctuario dñi potuit esse quercꝰ aut aliqua arbor, cùm in Deut.15.dñs dixerit: Non plantabis lucū & oēm arborem iuxta altare dñi Dei tui. Secūdò,quó dicaꝛ Iosue posuisse hūc lapidē subter quercum q̃ erat in sanctuario Dei,cùm ex textꝰ serie & tenore videaꝛ ista fecisse in Sichē,vbi percussit fœdus ꝑfatum,in cuiꝰ memoria erexit hoc saxum. Sanctuarium autem dñi fuit in Silo,vrbe multum à Sichē distante. Ad primum posset qs rñdere,ꝙ Iosue seu populus Israel non plantauit hanc quercum iuxta Dei sanctuariū seu altare, sed plantatā repperit ibì. Quòd si objiciatur,nō licuisse vt arbor plantata relinqueretur ibidē,qa ad hoc datū fuit à Deo illud ꝑceptū,ne filij Israel assimularētur idololatris,qa iuxta suorū tépla deorum,habebant lucos & arbores ad exercendā libidinē. Dici potest, ꝙ arbor ista sic sita fuit, ꝙ ratio ꝑcepti illius nō habebat locum in ea,quia nō erat ad incitamentum libidinis,fuitq; ante sanctuarium. Veruntñ quidā dicunt,in Hebręo haberi,subter limen,eo ꝙ verbum illud Hebraicum extat æquocum. Aliq quoq; fatētur,p sanctuarium hìc intelligi,nō tabernaculū Mosis, sed synagogā,in qua habitatores Sichem cōuenerunt ad audiēdum verbū Dei,atq; ad dñm exorādum:& iuxta hoc,pateret ad secundum solutio. Alij verò dicūt,ꝙ postq̃ Iosue percussit fœdus, ac populo iudicia & ꝑcepta in Sichē ꝓposuit,ascēdit cū populo ipso in Silo,vt simul corā domino starēt,& tunc ibì in tabernaculo posuit lapidē ꝓ signo horū in futurum ; sicut & transito Iordane,fecit duodecim saxa tolli de fundo Iordanis,& poni in tabernaculo ꝓ memorali miraculosæ desiccatiōis fundi Iordanis,vt dictū est. Porrò Septuaginta sic trāstulerunt: Disposuit Iesus testamentum ad populum in die illo,& dedit illi legem & iudiciū in Silo corā tabernaculo Dei Israel. Vndè ex hac trāslatiōe mōstratur,ꝙ per sanctuarium intelligendum sit hìc, nō synagoga ꝑfata,sed tabernaculum Mosis.[& dixit Iosue ad omnē populum]Israel ibì astātem: [En lapis iste erit vobis in testimonium,]i.materiale signum suo modo testificatiuum, quemadmodùm in agrorum & ꝓuinciarum cōfinio lapides statuuntur,in signum & testimoniū terminatiōis ac distinctiōis illorum.[ne fortè posteà negare velitis]audiuisse vos verba Dēi,& ꝙ dñm elegistis in Deum atq; ad eius cultū vos astrinxistis,[& mentiri dño Deo vestro,]i.ad iniuriā & irreuerētiā Dei,ꝙ in vestrā ꝑniciē cederet. At verò in Scholastica ferꝛ historia: In signū fœderis, memorati,sanguinē suillū effundere. quasi dicerēt,sic effundeꝛ sanguis illius q violauerit fœdus istud. Hebręi verò aq̃ effundentes,atrociorem pœnā violatori signabāt. Alij nāq; liquores nō ita funduntur ex vase,qn aliꝙ sui vestigium in eo relinquāt: solus aquæ liquor prorsus effunditur. ꝙ faciebāt Hebræi in fœdere inito cum dño. quasi diceret: Nō solùm violator fœderis huius ꝑibit, sicut in alijs cōtingit fœderibus,sed tota progenies eius ꝑibit cum illo,vt nullum vestigium eius appareat super terrā. Solebant quoq; veteres dura & diu durabilia,ꝗ.lapides, in signum * eligere,vt sua diuturnitate initū fœdus posteris ad memoriā reuocarēt. Hæc ibi. [Dimisitq; populum singulos in possessionem suā. Et post hæc mortuus est filius Nun,seruus domini,centum decem annorū. Circa ꝙ Magister in historijs ꝓtestatur: Quadraginta quatuor annorū erat cùm accessit ad Mosen,& quadraginta annis seruiuit ei in deserto. Ex quo colligitur, ꝙ vigintisex annis rexit populum post trāsitum Iordanis.[sepelierūtq; eum in finibus possessiōis suæ in Tamnath Saræ]i.vrbe sic dicta,vel in agro aut aliquo loco prope vrbē,vt moris tunc erat.[Seruiuitq; Israel dño cunctis diebus Iosuæ,]ita ꝙ sub eius regimine idola nō colebant,nec ipse hoc tolerasset.[& seniorum q lōgo vixerunt tēpore post Iosue,& q nouerant oīa opa domini q̃ fecerat in Israēl.] i.bñficia,signa,ꝓdigia,victorias ac varia grãe dona,q̃ Israeliticæ plebi exhibuit in Aegypto,in eremo,& in terra ꝓmissionis,quorū aliqua ꝓprijs oculis cōspexerūt,alia didicerunt relatū. Veruntamē istud nō est vniuersaliter intelligendū de omnibꝰ filijs ac tribꝰ Israel: imò vt infrà in li.Iudic.scriptum est, Viuente adhuc Phinees filio Eleazari,& Othoniela marito filiæ Caleph,tribus Dan coluit idolum Michæ,& habitatores Gabaa cōmiserunt grauissimum scelus in vxorem Leuitæ,imò & in ipsum virum impia voluntàte: sed intelligendum est,quod pro maiori parte dño seruierunt,tamē & alię tribus in aliqbus,etiā viuente Iosue,peccauerunt, quemadmodùm de tribu Ephraim ac tribu Manassę ꝑhabitū est, ꝙ cupiditate ducti,fecerunt Chananæos tributarios,nec iuxta Dei ꝑceptum eos interfecerunt.[Ossa quoq; Ioseph,q̃ tulerāt filij Israel de Aegypto,]secundū ꝙ Exo.13.legitur,[sepelierūt in Sichē,] i. in terra sic dicta,[quē emerat Iacob à filijs Hemor patris Sichem.]Nam Sichem quandoq; ponitur pro territorio illo,quādoque pro vrbe, interdum pro viro sic appellato. Scriptum est autem Gene.50. quemadmodùm Ioseph in extremis positus, iussit vt filij Israel in exitu suo de Aegypto,ossa sua secū deferrent.ac sepelirent. [in parte agri, quem emerat Iacob à filijs Hemor patris Sichem.]Nam Hemor

Deu.4.

Pet,Co.hist. Ios.c.16.

*erigere Iudic.17.

13.q.2.c.Hebron c.vna quæque soror & se contra.

mi or habuit filium nomine Sichem, qui violauit Dinam Iacob.[centum nouellis ouibus] secundu m Lyram, in Hebræo habetur, centum obulis. sed potiùs reor in Hebræo haberi, sicut Hierony mus transtulit, & fortè dictio illa Hebraica extat æquiuoca. Antiqui quippe pecoribus ꝓ pecu nia vtebantur. Vndè & pecunia ab hoc nomine pecus, nomen sortitur, quemadmodùm in Decre to ex verbis inducitur August. Qualiter autem Iacob emit agrum illum, Genes.33. Attamen ibì habetur, ꝙ emit eum à filijs Hemor. Facta est enim emptio illa ex cõmuni consensu Hemor, fili orumq; eius. Idcircò ab vtrisq; legitur emptus ager ille, & agrum illum cõtulit Iacob filio suo Ios eph, prout Gene.33. describitur. Veruntamen ibì habetur, quod tulit agrum illum de manu Am orrhæi in arcu & gladio suo, quia videlicet aliquam eius partem emit, & aliam ac maiorem eiu s partem iure prælij obtinuisse asseritur, prout in Genesi pleniùs omnia ista exposui. [& fuit in pos sessione filiorum Ioseph] i. in sorte & hæreditate tribus Ephraim continebatur hic ager. Iosue nanq; dedit tribui Ephraim agrum illum. Refert autem Hieronymus se vidisse in Sichem sepul chra aliorum vndecim patriarcharum. Nam quælibet tribus Aegyptum egrediens, fertur ossa su i patriarchæ secũ tulisse. Atq; vt in Scholastica enarrãt historia, credibile est, ꝙ posteà vnaquæ q; tribus suum patriarcham in suam retulerit sortem, i. in sua hæreditate ac funiculo sepeliuit.[Eleazar quoq; filius Aaron, mortuus est.] cuius non describitur ætas, [& sepelierunt eum in Gab aath] i. vrbe sic dicta. Phinees & filij eius,] i. Phinees filius Eleazari, & filij ipsius Phinees, [qu æ] vrbs [data est ei,] s. Eleazaro ad habitandum [in monte Ephraim.] Aliqui textus habent: Et se peliuit eum in Gabaath Phinees filius eius, quia videlicet Phinees primogenitus Eleazari, fuit p rincipalis in patris sui sepelitiõe. Circa quod scribit quidam, quod Phinees succeßit in hæredit ate patris sui: quod non videtur idoneè dictum, eo quod sacerdotes & Leuitæ scribantur hære ditatem non habuisse, sed dominus & sacrificia eius, fuerunt eorum hæreditas. Circa præhabi ta August. diligenter inquirit: Cur Iosue, saltem in extemis suis, non corripuit tribus Ephraim & Manassæ, eo quòd Chananæos non occiderunt, cùm super eos confortati fuerunt, sed tributa rios statuerunt. Quocirca loquitur August. Mirum quod saltem in nouißimis verbis, quibus a lloquutus est populum, non eos obiurgauit, quod his gentibus pepercerunt, quas domin⁹ omn inò esse perdendas præcepit. Ad quod August. respondet: An fortè credendũ sit, filios Israel tin uisse, si Chananæos eis obedire paratos persequerentur, compellerent illos ex desperatione ac riùs repugnare, sicq; illos superare non possent, & ita in his filijs Israel fuit timor humanus fidei quædam defectio: quoniam si in eis fuisset fides perfecta, consequuti essent triũphos quos Iosu e. Quia verò in eis non fuit tanta fides, etiam cùm præualuissent, ausi non sunt pugnare vsq; ad inimicorum internecionem, non de malitia vel de superbia, nec de contemptu diuini præcepti, sed de infirmitate animi. Hæc Augustinus. ¶ Insupèr quæri posset, cùm Iosue sit editor huius libri, quis aliud compilauit & scripsit finem huius capituli, s. Et post hæc mortuus est Iosue, vsq; ad terminum libri? Ad quod quidam respondet, quòd Esdras apposuit hoc. Veruntamen circa istud esset diligentiùs inquirendum, an ne hoc fuit appositum ante Esdram. Forsan enim in biblijs Hebræorum in fine huius libri adiecta erant hæc verba ante Babylonicam captiuitatem. Vndè quemadmodum in fine Deuteronomin ipse Iosue addidit & conscripsit, qualiter defunctus & sepultus sit Moses, ita probabile puto, quod citò post mortem Iosuæ aliquis vir sanctus aut vates adiecit in libro eius verba prætacta, & forsan ille qui librum Iudicum, dirigente Spiritusancto, conscripsit. ¶ Postremò, ex isto capitulo instruuntur, qui præsunt & prædicant, qualiter plebem Dei debeant informare, exhortari & auisare, recitando eis vniuersa beneficia Deo & domini Iesu Christi, quæ, quanta & qualia pro nostra assumpsit, fecit, pertulitque salute: quibus verbis adijcere debent, vt timeant dominum indesinenter sancto & filiali timore, & iugiter seruiant ei corde perfecto atq; verissimo, quatenùs sicut totum quod sunt, possunt & habẽt, à Deo sortiti sunt: ita ad eius reuerentiam, cultũ, amorem, totum quod sunt, quod possunt, quod habent, ordinent, conuertant, expendant, omni simulatione, duplicitate, carnalitate, torpore exclusis. Proponere etiam populo debent, quàm arcta sit via salutis, quàm metuendus & ingens sit rigor diuinæ iustitiæ, & quanta damnatorum supplicia. Per lapidem autem magnum à Iosue erectum, intelligitur Christus altissimus, angularis est lapis in testimonium positus, & in signum, cui contradictum est à multis, qui nunc vsq; est lapis offensionis & petra scandali incredulis ac peruersis, & cunctis qui domino mentiuntur, de quibus ait scriptura: Inimici dñi menti ti sunt ei. Per quercum, quæ est arbor fortis & duratiua ac nutritiua porcorum, designatur crux Christi fortissima, omnium hostium triumphatrix, perpetuè durãs, cuius fructus peccatores nutrit & reficit. Septuaginta autem pro quercu transtulerunt, terebynthus, cuius resina est medicinalis. Idcircò per eam quoq; significatur crux saluatoris, per quam curata sunt vulnera animarũ, & sanitas æternæ salutis recuperata. Ad laudem & gloriam omnipotentis qui est super omnia Deus sublimis & benedictus. Amen.

Au. de do. Christ. 1.q.3.c To. tum quic quid

Gene.48.

Pe. Co. hist. Iosu. ca. 11.

Aug. li. Iosue quæsti. 30.

Deut.34.


1.Pet.2. Ephe.2. Luc.2. 1.Pet.2. Psal.80.

FINIS LIBRI IOSVAE.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM IVDICVM, HEBRAICE SOPTHIM, ENARRATIO.

Agitur in eo de Iudicibus, principibus, defensioneq; populi Israel, & de victorijs ac triumphis habitis contra aduersarios.

PROOEMIVM.



Vdices singuli suo nomine, quorum nó est corruptum cor, qui non
sunt auersi à domino, vt sit memoria illorum in benedictione. Sicut
ait scriptura, Omnis potestas à dño Deo est, qui iuxta ꝓfundiss imã
sapientiæ suæ censuram, vniuersa decenter gubernat, atq; suauit er&
cõnaturaliter cũcta disponit. Ipse suprema inter creata per seipsum
immediatè est regens, & inferiora per superiora ad ꝓprios dirigit fi-
nes. Deniq; iuxta diuersitatem & congruentiam temporum diuersi-
modè regit genus humanum, & populũ ipsum Israeliticum sibi olim
peculiarẽ, durãte veteris testamẽti decursu, tripliciter legitur guber-
nasse. Primò per iudices, secundò per reges, tertiò per põtifices, ꝓut
communiter dici solet. Potest tamen addi & quartus modus. Primo etẽm, si ritè pensetur, rexit
populum illum per legislatorem, qui pręfuit toti populo illi, tanquàm prælatus & princeps ac le-
gifer. Iudices aut (secundum doctores) non præerant, vt veri principes aut prçlati plebis illius,
aut per modum alicuius dominij, sed per modum exhortationis atq; consilij, vt infrà magis tan-
getur. Mosi verò succesit Iosue in principatu & iure dominij. Post Iosue autem dati sunt iudi-
ces secundum ordinem in hoc lib. descriptum. Primus itaq; modus regiminis Israelitici populi,
fuit principatus monarchicus, quo vnus toti multitudini præsidebat, nó tamen vt rex, sed vt prin-
ceps & dux, sicq́; Moses & Iosue præfuerunt. Secundus deindè regiminis modus fuit per modũ
consiliaris directionis, & ita iudices gubernabant, & durauit vsq; Saulẽ. Ex tunc vsq; ad transmi-
grationem plebis illius in Babylonem, durauit ea regale dominum. Post reditum verò captiui-
tate illa, pro maiori temporis parte, per pontifices rectus est populus ille. Nam & Ioannes Hyr-
canus filius Simonis fratris Iudæ Machabæi, pontifex fuit, quàmuis tandem imposuerit suo capi-
ti regium diadema ipse aut filius eius. Veruntamen infrà in isto describitur libro, quòd Abime-
lech filius Gedeonis, fuit rex Sichimorum. sed ipse indignus est iudex Israeliticæ plebis vocari,
& habuit principatum vsurpatum tyrannicum, nec præfuit toti territorio Hebræorum. ¶ Porrò
iudices Israel fuerunt viri virtutum ac iusti, & si qui eorum aliquando peccauerunt, pœnituerũt
tamen atq; saluati sunt. Vñ in themate pręinducto quadrupliciter commendant̃: Primò, à nomi-
natione ꝓpria in libro vitæ conscripta, qua per approbationẽ à Deo sunt cogniti, cũ dicitur: Iu-
dices singuli suo nomine, supple, vocati sunt. Secundò, ab interiori integritate, cũ additur: Quo-
rum non est corruptum cor. Hæc demum integritas, est virtuositas ipsa interna, quæ est immuni-
tas à læsione peccati, & sanitas gratiæ ac virtutum, sicq́; includit virtutum congeriẽ. Tertiò com-
mendantur ex constantia perseuerantiæ cultus diuini, quod quàmuis in pręfata compræhenda-
tur integritate, specialiter tamẽ exprimitur, ad designandum ꝙ cæteris ad idololatriam corruen-
tibus, iudices Deo stabiliter adhæserunt. Vndè subiunctum est, qui nó sunt auersi á Deo. Quar-
tò, á suo commendabili fine, exemplariq́; fama, quia sic huius vitæ curriculum finiuerunt, ꝙ in
exemplum posteris sunt relicti, & facti sunt æterna memoria digni, magnisq́; laudibus extollen-
di: de quorum gestis tractat liber nunc exponendus, imò potiùs tractat de Deo, & eius donis at-
que effectibꝰ circa populũ illum per iudices seu eorum temporibus, vt iam in processu patebit.

Ecci. 46.

Rom. 13.

EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI PRIMI:

Post mortem Iosuæ, consuluerunt filij Israel dominum. Art. 1.

Augustin9

Liber Iudicum, est continuatio & prosequutio historiæ libri Iosuæ: quia vt asserit Augusti-
nus, historia libri Iosuæ porrigitur vsque ad tempora, quibus filij Israel ad idololatriam la-
bi cœperunt: quod qualiter factum sit, in isto volumine recitatur. Vndè in isto capitulo ali-
qua per recapitulationem dicuntur. Itaque [Post mortem Iosuę consuluerunt filij Israel domi-
num, dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum] id est, populum Chananæorum in
hac terra superstitem, [& erit dux belli?] Consuluerunt autem dominum per Phinees sacerdo-
tem, qui patri suo Eleazaro in pontificatu succesit: ideo sicut Iosue & filij Israel tempore suo
dominum per Eleazarũ consuluerunt, sic isti per Phinees. Fiebat quoq; consultatio ista per hoc,
quòd summus sacerdos, s. Phinees, per orationes & sacrificium petebat reuelationem à Deo de
agendis aut omittendis. Circa hæc scribit qdam: Filij Israel experti fuerunt malè eis cõtigisse,
dum Iosue misit exercitũ ad debellãdũ oppidũ Hai, dño inconsulto: ideo isti dñm cõsuluerunt,
qua-

quasi tunc malè ipsis euenerit, quia dño inconsulto, à Iosue missi fuerunt, aut quasi non eue-nisset eis malè, si tunc dñm super hoc cósuluissent. Veruntñ infrà in isto narratur libro, ꝙ filij Israel bis ꝓcesserunt ad pugnam contra filios Beniamin, Deo consulto & annuente: & nihil-ominùs multò peiùs accidit eis, quàm dum cótra Hai ꝓfecti sunt. [Dixitq; dñs] i. angelus ex parte Dei respondit sacerdoti dñm consulenti: [Iudas ascendet. Eccè tradidi terram in ma-nu eius.] Quæritur, an hoc sit intelligendũ de certa & particulari persona, an de tribu Iuda. Videtur quòd de persona, quia personæ, non tribui, esse cópecit ducem belli. Deniq; in exer-citu necessarium fuit habere principẽ bellatorũ, quem oportebat esse determinatam perso-nam. Oppositum huius probatur, quia expositores p Iudam intelligunt cómuniter tribũ Iu-da: ꝙ etiam Augustinus probat per hoc, quòd scriptura non solet nominare ducẽ populi Is-rael, nisi exprimat eius originẽ seu tribũ, de qua ortus sit: non aũt nũc exprimit, de quo ortus sit Iudas hic: idcircò per Iudam, intelligitur hoc loco tribus Iuda. Infrà quoq; habetur, quòd Othoniel filius Cenez, fuit primus dux seu Iudex populi Israel post Iosue. Ad argumenta in oppositum Augustinus respondet, ꝙ dñs dixit tribum Iuda debere esse ducẽ belli, ad innuẽ-dum, se velle quòd totus populus Iuda contra Chananæos pugnaret. Habito aũt isto respon so, potuerunt filij Israel inter se communi consensu ordinare exercitum suum, & aliquem in eo constituere principalem. Porrò in Scholastica fertur historia: Creditur Caleph post Iosue populo præfuisse, sed propter temporis breuitatem quo præfuit, nec rectoribus neq; iudici-bus annumeratur. insupèr circa hæc scribit Lyra: Iudas ascendet. i. tribus Iuda. hoc commu-niter exponitur sic, quòd Iudas instituebatur dux in bellis filiorum Israel generaliter, sed hoc non benè consonat sequentibus, quoniam Aioth & Barach, Iephthe & Gedeon, fuerunt duces in magnis prælijs, & tamen non erant de tribu Iuda. Ideo aliter exponunt Hebræi, di-centes per verba illa, Iudas ascendet, intelligi, quòd tribus Iuda prima expugnaret aduersa-rios in sorte sua, propter quod subditur: Et ait Iudas Simeoni fratri suo: Ascende mecum in sortem meam. Hæc Lyra. Circa hæc dico, quòd nec Augustinus, nec Glossa, nec Magister in historijs, nec aliquis expositor notabilis quem legerim, dicit quòd Iudas seu aliquis de tribu Iuda, instituebaƭ generaliter dux in bellis filiorũ Israel, eo t. tẽpore, quo iudices plebẽ illam regebant. Augustinus quoq; satìs innuit, quod ille refert Hebræos asserere, Ait equidẽ Au-gust. A tribu Iuda voluit dns incipere conteri Chananæos. Ideo expositores catholici non erant ita notandi, nec eis sic erant ꝓferendi Hebræi. [Et ait Iudas] i. tribus Iuda [Simeoni fra tri suo] i. tribui Simeonis, quam nominat fratrem, qa de toto populo tribus illius loquiƭ col lectiuè, quasi de homine vno, & oẽs erant de semine Iacob, quemadmodùm Numerorũ 20. leguntur filij Israel dixisse per nuncios regi Edom: Hæc mandat frater tuus Israel. [Ascende mecum in sortem meam] i. in terram quæ per sortis missionem data est mihi, [& pugna con-tra Chananæum,] i. assiste & adiuua me ad expugnandum residuos Chananæos quos non-dum deleci. Nondum enim obtinuerunt filij Israel omnia oppida & fortalitia eis per Iosue distributa, propter diuersas causas in expositione libri Iosuæ introductas. [vt & ego pergam tecum in sortem tuam] ad debellandum ibì aduersarios tuos. [& abijt cum eo Simeon.] Cur Iudas potiùs postulauit auxilium Simeonis, ꝙ̃ tribuum aliarum, quarum aliquæ numero & robore excesserunt progeniem Simeonis? Rñdeƭ, ꝙ ideo, quia (vt dictũ est) per Iosue hæredi-tas seu sors filiorum Simeonis fuit in medio filiorum Iuda, ideo cógruebat vt inuicèm se iu-uarent. [Ascenditq; Iudas,] fultus auxilio Simeonis, [& tradidit dñs Chananæum & Phere-sæum in manus eorum,] Antè iam dictum est, ꝙ filij Israel consuluerunt dñm, quis ascende-ret cótra Chananæum: & item quòd Iudas dixit ad Simeonem, Pugna mecum cótra Chana-næum. Nunc autem dicitur dñs tradidisse in manus ipsorum, non Chananæum duntaxat, sed etiam Pheresæum, i. quosdam de residuis Chananæis ac Pheresæis. Superiùs ergo per Cha-nanæum designatæ sunt etiam cęteræ gentes de tribu Cham, habitãtes ibidèm. [& percusse-runt in Bezech] i. in loco seu oppido sic dicto, aut propè, [decem millia virorũ.] Chananęo-rum. [Inueneruntq; Adonibezech in Bezech.] Adonibezech interpretaƭ dñs Bezech, & prę-erat loco illi. Adonai quippe interpretatur dñs. [& pugnauerunt contra eum, ac percusserũt. Fugit autem Adonibezech,] multis de eius exercitu cæsis, & quibusdam fugientibus secum, [quem persequuti, cópræhenderunt in via, [cæsis summitatibus] i. extremis patribus [manũ eius ac pedum] s. digitis vel potiùs pollicibus, secundum quod in Hebræo fertur haberi. Ide-o autem absciderunt ei sic pollices, vt ampliùs esset ad bella ineptus, & fortè ad irrisionem ipsius, quia fortassis audierunt eum alijs sic fecisse. Deo tamen sic ordinante id factum est. Propter quod subditur: Dixitq; Adonibezech: Septuaginta reges, amputatis manuum ac pe dum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborũ reliquias.] Ex hoc patet, ꝙ fuit mag-næ potentiæ, immo & prosperitatis terrenæ. Attamen reges illi non fuerunt tam magni, vt modò sunt reges communiter. Vndè Iosuæ 12. habitum est, quòd filij Israel percusserunt in terra Chanaan trigintaunum reges. Ex isto etiam constat, quòd Adonibezech fuit crudelis

Per Co.hi. Iosu.ca.1.

Iosuæ 19.

& arrogans, q ad potestatis suæ ostentationẽ, ita tractauit tot reges: nec æstimare oportet, ꝙ eodem tẽpore tot reges sub mensa eius comederunt ciborum fragmẽta, sed forsitan successiuè. [sicut feci] alijs, [ita reddidit mihi dñs.] Itaq; recognouit iusto Dei iudicio se ita plagatum, & filios Israel diuina virtute sibi præualuisse. Iam enim ex tot mirabilibus Dei, quæ vidit aut percepit, habuit aliqualem veri & summi Dei notitiam. Quòd si suam temporalem punitionẽ pro suis peccatis æquanimiter tolerauit, atq; in Deum Israel credendo, pœnituit, ꝓut verba eius aliqualiter sonare videntur, non esset damnatus. Est ergo impletũ in eo, quod
Sapie. 11. in libro Sapientiæ legitur: Per quæ qs peccat, p hæc & punitur. Abacuc quoq; 2. Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te reliqui. [Adduxeruntq; eũ in Hierusalem, & ibi mortuus est.] Hoc dicitur hîc per anticipationẽ. nam subditur: Oppugnantes ergo filij Iuda Hierusalem, ceperunt eam.] quo facto, introduxerunt illuc Adonibezech regẽ, & ibi mortuus est: nõ
Pet. Co. hist. lib. Iu. dic. cap. 2. tñ ex sola illa abscisione summitatum pedum eius ac manuum. In Scholast. aũt hist. dicitur, ꝙ reliquerunt eum ibidèm, & ita superuixit ad tempus. Prætereà scriptum est in Iosue, quẽ-
Iosuæ 10. admodùm Adonibezech rex Hierusalem, cum alijs regibus oppugnauit Gabaon, qa transfugerunt
Iosuæ 12. Gabaonitæ ad filios Israel, & illum Adonibezech cum cæteris regibus sibi adiunctis, filij Israel occiderunt. Hic ergo Adonibezech fuit alter ab illo. Nec cõstat, an fuerit ei⁹ successor an filius. [Et percusserunt in ore gladij,] i. habitantes in Hierusalem occiderunt filij Iuda, [tradentes cunctam incendendio ciuitatem.] i. vrbem, ꝓ maiori ipsius parte cõbusserunt, ita ꝙ illud per Synecdochen atq; Hyperbolen intelligendum est. Fuit enim in quadã parte Hierusalem quoddam fortissimum fortalitium, in quo aliqui Iebusæi manebant, & vsq; ad tempus Dauid mansit inuictum, vt 2. Reg. 5. habetur. Vndè & Iosuæ 15. legitur: Iebusæum habitatorem Hierusalẽ non potuerunt filij Iuda delere. Ex quo apparet, quod Iosue viuẽte, filij Iuda obtinuerunt Hierusalem præter fortalitium illud. Propter quod quidam dixerunt, totum ꝙ dicit hîc, dici per recapitulationem, vsq; ibi, Surrexerunt alij qui non nouerunt dominum. Et posteà descendentes filij Iuda, pugnauerunt contra Chananæum, qui habitabat in montanis, & ad meridiem, & in campestribus. Terra etenim sortis Iudæ fuit magna præ cæteris sortibus, & erant in ea quædam loca montana, in quibus oppida erant sita. itemq; loca campestria, quorum habitatores expugnauerũt filij Iuda, sicut & eos qui ad meridianam plagam suæ sortis manebant. [Pergensq; Iudas contra Chananæum q habitabat in Hebron:] Totum quod dicitur hîc, quasi de verbo ad verbum in Iosue continetur, & ibi expositum est, vsque
Iosuæ 15. ibi, Filij autem Cinæi. Vndè quod dicitur hic, Pergensq. Iudas, intelligendum est de Caleph & adiutoribus eius ex tribu Iuda progenitis. Sicq; passus ille per recapitulationem hoc loco
Augusti. inducitur, vt aliqui opinantur. Veruntamen Augus. probabiliùs reputat, ista post mortẽ Iosue esse gesta, eo ordine quo hic narrantur: atque in lib. Iosuę ea esse descripta per prolepsim, i. anticipationem siue præoccupationem. [Filij autem Cinæi cognati Mosis.] Per Cinæum quidam intelligunt Obab filium Iethro sacerdotis Madian, quem Obab dicunt alio nomine Cin vocatum, qui, sicut Moses exorauit, mansit & intrauit cum filijs Israel terram promissionis, fuitque cognatus Mosis, i. affinis, quia frater coniugis Mosis. Alij per Cinæum intelligunt ipsum Iethro, quia fuit cognatus, i. socer Mosis. Vndè (vt dicitur) in Hebręo habetur, Filij Cinæi soceri Mosis. Sed sensus redit in idem. Isti nanque fuerunt posteri ipsius Iethro ac filij eius, ad Iudaismum conuersi. [ascenderunt de ciuitate palmarum:] hoc est, vrbe nomine Engaddi, vel (vt alij dicunt) de Hiericho, quæ interdum vocatur vrbs palmarum, quæ tamen tunc erat omninò destructa, nec reædificata, nisi post tempora Dauid diu, vt legitur
Iosuę 18. 3. Regum. Si ergo ascenderunt de Hiericho, intelligendum est, quòd ascenderunt de locis vicinis vrbi præfatæ. Vndè Magister in historijs ait: Fortè de campestribus Hiericho, vbi erãt cum filijs Beniamin, transtulerunt se ad tribum Iuda. Hiericho autem ad tribum Beniamin pertinebat, vt in Iosuæ libro habetur. Ascenderunt ergo cum filijs Iuda in desertum sortis eius, quod est ad meridiem Arath.] In sorte etenim Iudæ, fuit quoddam desertum ad plagam meridianam respectu loci aut oppidi nomine Arath. [Et habitauerunt cum eo.] id est, inter filios Iudæ, quos cæteris principaliores & fortiores viderunt, atque (vt fertur) Hebræi dicunt, quòd ideò illuc profecti sunt ac demorati, vt addiscerent legem ab Othoniel, quem dicunt fuisse peritum in lege. Veruntamen à Leuitis poterant legem addiscere, præsertim à Phinees. Consequenter narratur, qualiter tribus Iudæ reddidit vicem tribui Simeonis, eam iuuando. [Abijt autem Iudas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephar:] id est, Chananæos in oppido seu territorio illo, ad sortem Simeonis spectante, morantes. [& interfecerunt eum, vocatumque est nomen] vrbis [illius Horma, id est, anathema,] quia funditus fuit destructa. [cepitque Iudas Gazam cum finibus suis, & Ascalonem atque Accaron cum terminis suis.] Infrà Iudicũ 3. legitur: Hæ sunt gentes quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, quinque satrapas Philistinorum. Porrò Gaza, Ascalon & Accaron, erant vrbes satraparum illorum. Ex quo videtur, ꝙ vrbes illæ mansęrunt

runt sub illorum dñio satraparum. Quomodo ergo tribus Iudæ cepit eas? Nisi fortè dicatur, ꝙ pòst rursus eas amisit, vel cepit eas non perfectè ex toto, aut permixtìm habitauerunt in eis cum Philistæis. Vnde & posteà cõtra se inuicèm pugnauerunt. [Fuitq; dominus cũ Iuda, & montana possedit] i. Dei auxilio assistẽte, loca montosa & oppida ibi sita in suo funiculo, iure & vi belli obtinuit. [nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant.] Currus falcati, sunt ferrei currus instar falcis scindentes, seu ferreos vncos quasi falces habentes. Hinc & in Iosue libro filij Ioseph dixisse leguntur: Non poterimus ad mõtana cõscendere, cùm ferreis curribus vtantur Chananæi qui habitant in terra cãpestri. Veruntamen sicut filij Israel diuina virtute obtinuerunt montana, ita & habitatores vallis ac campi potuissent eadem superare virtute, si tantam habuissent fidem, ꝙ ex difficultate negocij per naturam, non hæsitassent de supernaturali adiutorio Dei, prout super Iosue dictum est pleniùs. [Dederuntq; Caleb Hebron, sicut dixerat Moses, qui deleuit ex ea tres filios Enach. Iebusæum autem habitatorem Hierusalem non deleuerunt filij Beniamin, habitauitq; Iebusæus cũ filijs Beniamin in Hierusalem vsq; in præsentem diem.] Iam dictum est, ꝙ filij Iuda ceperunt & cõbusserunt Hierusalem, habitatoresq; eius in ore gladij percusserũt. Quõ ergo filij Beniamin nunc dicuntur habitasse in vrbe illa, nec deleuisse eos q habitabant ibidèm? Ad hoc B. August. respondet, ꝙ duæ tribus, s. tribus Iuda & cognatio Beniamin, habuerunt vrbem Hierusalem sibi cõmunem. De hoc dictum est pleniùs super Iosue, qualiter tribus Iudæ habuit vrbes dupliciter, s. per concessionem & sortium diuisionem: tribui verò Beniamin deputata est Hierusalem solùm per sortem, & ita habitauerunt in ea aliqualiter reparata, nec vniuersi Chananæi habitatores Hierusalem fuerunt occisi à filijs Iuda, quia nec illi qui in fortalitio erant, nec illi qui fugerant, nec qui tempore deuastationis Hierusalem extra eã fuerunt: nec oẽs hos potuit tribus Beniamin superare, & forsan ex cupiditate permisit quosdam illorum viuere, quos potuissent perimere, facientes in hoc contra Dei præceptum, vt in expositione Iosuæ magìs expressum est. [Domus quoq; Ioseph,] Ex Ioseph ortæ & computatæ sunt duæ tribus, videlicet Ephraim & Manassæ. Sicq; per domum seu familiam Ioseph, potest intelligi vtraq; tribus, vel tribus Ephraim quæ principalior fuit. Itaq; domus, i. filij ac posteri Ioseph [ascenderũt in Bethel, quæ fuit] vrbs alia à Hierusalem, quæ etiam appellata est Bethel, q̃uis & ista Bethel alio nomine vocata sit Luza, quemadmodùm & Hierusalem. [fuitq; dñs cum eis. nam cùm obsiderent vrbem quæ priùs Luza vocabatur, viderunt hominem egredientem de ciuitate, dixeruntq; ad eum: Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum misericordiam.] Si viderunt virum illum exeuntem de Bethel, quare non considerauerunt qua via aut porta exierat? Respõdetur, ꝙ viderunt eum venientẽ de vrbe, non tamen locum quo exijt: imò viderunt ꝙ non exierat per aliquam vrbis publicam portam. Ex quo coniecerunt, ꝙ per occultum egressus fuerat locum. Dicuntq; aliqui, ꝙ ciuitas illa habuit subterraneum locum ad exeundum atq; intrandum. [Qui cùm ostendisset eis] secretum introitum, [percusserunt vrbem in ore gladij. Hominem aũt illum & oẽm cognationem eius dimiserunt.] propter beneuolentiam & beneficentiam eius in ipsos, sicut & Iosuæ ac filij Israel erupuerũt Rahab & eius cognationem à morte. [Qui dimissus, abijt in terram Hethim, & ædificauit ibi ciuitatem. [Cognatio eius profecta est secum, & habuit eum vt principem, qm̃ per eum euaserunt interitum, & eorum subsidio vrbem construxit. [vocauitq; eam Luzan, quæ ita appellatur vsq; in pręsentem diem.] Consequenter in textu describitur, qualiter quinq; tribus Israel, puta Manassæ, Ephraim, Zabulon, Aser & Nephthalim, non deleuerunt ex vrbibus suis Chananæos, sed sub tributo permiserunt eos inter se cõmorari, cõtra pręceptum Dei: ideoque paulopòst inciderunt facinora multa, secundum quod dñs eis per Mosen pręnunciauit. Textus aũt est planus, atq; in lib. Iosuæ pro magna parte pręhabitus atq; expositus, ita ꝙ ista dicuntur vel hìc per recapitulationem, vel ibi per anticipationem. [Arctauitque Amorrhęus filius Dan in monte, nec dedit eis locum vt ad planiora descenderent, habitauitq; in monte Hares, quod interpretatur testatio, in Hailon & Salabim.] i. Amorrhæi sic inualuerunt, ꝙ nõ permiserunt Dannitas ad campestria suam habitationem diffundere, sed in vrbibus suis in locis sublimibus cõpulit eos manere, quod Dannitæ pati meruerunt per sua peccata. [Et aggrauata est manus domus Ioseph, factusq; est ei tributarius.] Hoc potest exponi, vel ꝙ familia nata ex Ioseph aggrauata, i. oppressa est ab Amorrhæis, ita ꝙ tandem facta est tributaria illis aduersarijs suis. Vel ꝙ manꝰ seu potestas filiorum Ioseph, aggrauata est super Amorrhęos, & fecit eos sibi tributarios: quod magìs verum existimo, quia & hoc de alijs tribubus Israel tunc legitur factum. [Fuit autem terminus Amorrhæi] i. habitatio Amorrhæorum illorum superstitum, [ab ascensu Scorpionis] i. montis sic appellati, in quo abundauerant scorpiones, vt super Iosue dictum est. [Petra] i. locus sic dictus à lapide quodam vel euentu qui contigit ibi, [& superiora loca] circa petram eandem sita.

Margin notes: 11. q. 3. c. nolite. — Iosu. 17. — Aug. lib. Iudi. q. 17.

¶ Solutio quæstionum duarum, & de spirituali huius capituli intellectu. Art. 2.

QVæritur quis sit author libri istius. Respondetur ꝙ cùm liber iste sit pars scripturæ ca-
nonicæ, author ipsius principalis est vtiq; spiritussanctus, cuius inspiratione & directi-
one volumen istud est editum. Porrò de authore & cõscriptore eius ministeriali, executiuo
& immediato, non habetur certitudo. Sed aliq opinantur, ꝙ vnusquisq; Iudicum chronicē
ꝓpria gesta, & ea quæ in populo Israel suo tempore contigerunt, conscripserit. Et tandem à
Samuele vel Esdra, aut aliquo prophetarum, oĩa illa in vnum hunc codicem sint redacta. Ma-
Pet.Co. gister verò in historijs dicit: Verisimilius videtur, ꝙ Ezechias, qui & parabolas Salomonis &
hist lib. Iu. libros regum in vnum redegit, etiam istum compegerit librum. Sed dictum hoc satis ambi-
dic.cap.1. guum est cum suis particulis, ꝓsertim ꝙ dicit libros Regum ab Ezechia in vnum compositos.
Puto quoq; ꝙ liber iste diu ante Esdram, imò & ante Ezechiam fuerit apud Hebræos, præ-
sertim cùm ante duos illos fuerint tot docti & sancti viri, spũ prophetiæ fulgentes inter Iu-
dæos tempore Samuelis, Dauid, & Salomonis, à quibus aliquid poterat compilari. Est autem
1.Reg.2. hic liber ornatè & compendiosissimè scriptus. ❡ Quæritur item, an iudices habuerunt ꝑlati-
2.Reg.12. cam potestatem, seu iurisdictionem iusq; dñij super populũ Israel. At apparet, ꝙ imò. Iudex
3.Reg.13. nanq; iudiciariam habet potestatem & coerciuã super eos, quorum est iudex. insupèr mul
titudo carens principe & rectore, est inordinata, & quasi oues sine pastore. Propter ꝙ Moses
morti propinquans, locutus est: Prouideat dñs hominem qui sit super multitudinẽ hanc, ne
sit populus dñi sicut oues sine pastore. Si ergo non erant principes plebis, fuit plebs illa inor
Num.27. dinata, & velut oues pastore carentes. Ampliùs, infrà habetur: In diebus illis non erat rex in
Iudic.17. Israel, sed vnusquisq; quod sibi bonum & rectum videbatur, hoc faciebat: ꝙ intelligendum
18.21. videtur de tempore, quo nec iudex erat in populo illo. Rursus in principio libri Ruth habe-
tur: In diebus vnius iudicis, qñ iudices ꝑerant. Sed q præsunt, prælationẽ & iurisdictionẽ ha-
bent in eos quibus ꝑsunt. Prætereà infrà legitur, quẽadmodùm Galaaditæ dixerunt ad Iephte:
Iudic.11. Veni, & esto princeps noster, & pugna cõtra filios Ammon. Quibus Iephte respõdit: Si verè
venistis ad me, vt pugnem ꝓ vobis, & tradiderit eos dñs in manus meas, ero princeps vester.
Gregor. Gedeon quoq; legitur populo ꝑfuisse. Deniq; Samuel iudex erat, & de ipso ait Gregorius, ꝙ
ex principatu eiectus est. Adhuc aũt iudices erant vicarij Dei in directione atq; regimine po
puli, & medij inter Deum & populum. In oppositum est doctorum authoritas, quorum ver-
ba in prooemio sunt inducta. Ad hanc quæstionẽ cõmuniter rñdetur, ꝙ Deus omnipotens re-
seruauit sibi specialiter dñatiuum regimẽ plebis illius, ita ꝙ iudices ꝑerant solùm tanq̃ dire-
ctores & cõsiliarij, quibus populus spõtè obtẽperauit. Sicq; inter Deum & plebẽ medij erãt.
Iudic. 8. vndè cùm ad Gedeonẽ dixissent, Dñare nostri tu & filius tuus: Rñdit, Non dñabor vestri, nec
1. Reg. 8. dñabitur in vos filius meus. sed dñabitur vobis dñs Deus vester. Legitur quoq; 1. Reg. quem-
admodùm Samuel dixit filijs Israel, cũ sibi regẽ dari petissent: Vos hodie ꝓiecistis dñm Deũ
vestrum, qui solus saluauit vos de vniuersis tribulatiõibus vestris. Sed & dñs dixit ad Samu-
elem: Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Ad argumenta breuiter dici potest, ꝙ
potestatẽ & authoritatẽ iudiciariã, principatũ ac præsidentiã iudices habuerunt, extensè lo-
quendo, ratione prudẽtiæ, gratiæ & virtutum sibi desupèr præstitarum, per quas Deus fecit
eos ad iudicandum, consulendum ac succurrendũ idoneos: & maximè, qm̃ dñs suscitauit eos
in iudices. At verò iuxta mysticũ sensum, sicut p Iosue intelligitur Christus, ita p Iudices de-
signantur S. Apostoli, qui Christo eis in ascensione, q̃tum ad ꝑsentiam corporalẽ, ablato, cœ-
perunt in oĩbus assiduè cõsulere dñm, eius directionẽ & illustrationẽ, p orationes atq; ieiu-
Actor 2. nia deuotissimè implorando. Qui in die sacratissimę Pẽtecostes misit eis spm̃sc̃m̃, à quo de-
Iohan.14. inceps in oĩbus sunt directi, sicut eis prædixit Saluator: Spũssanctus quem mittet pater in no-
mine meo, ille vos docebit oĩa, & suggeret vobis oĩa quęcunq; dixero vobis. ❡ Insupèr sicut
Iosue mortuo, filij Israel contra Chananæos, Gentesq; alias pugnauerũt, Iudam ducem belli
habentes, sic Christo in cælum assumpto, gloriosissimi apostoli contra infideles Iudæos ac
Gentiles idololatras præliari cœperunt spũalibus armis, videlicet p scripturas atq; miracula,
per virtuosissimam vitam ac diuersa supernaturalia spũssancti charismata: per quæ, innume-
rabilia millia saluberrimè cõuicerũt, cõuerterunt, & ad spũalem ac viuificam mortificationẽ
traxerunt. [Et dixit Iudas Simeoni fratri suo: Ascende mecum in sortem meam.] Post mis-
sionem spũssancti, duodecim apostolis diuisa est terra, vt vnusquisq; in territorijs sibi depu-
tatis sermocinaretur. Veruntñ adiuuerunt se mutuò, & frequenter qdam eorũ in eisdẽ locis
ꝑdicauerunt, sicut & Paulus in Italia ac Asia legitur ꝑdicasse: Sicq; vnus ascendit in sortẽ al-
terius, & ecuntrà. [Oppugnantes ergo filij Iuda Hierusalem, ceperunt eam, & percusserunt
in ore gladij.] Sic benedicti Apostoli ipsam Hierusalem pro maxima parte conuerterunt ad
Ephes.6. Christum per gladium spũssancti, quod est verbum Dei, quam & spũaliter accenderunt igne
diuini amoris. sed fortalitiũ obtinere nequibant, i. principes sacerdotũ Annam & Caipham,
Ioannem & Alexandrum, non valuerunt, propter illorum obdurationem, conuertere.

❡ Expositio cap. 2. Ascenditq; angelus domini de Galgalis &c. Artic. 3.

Præ

PRæuaricatio filiorum Israel in fine præcedentis cap. recitata, nunc increpatur. Ascenditque angelus domini de Galgalis ad locum flentium.] Angelus ille in similitudine corporis humani visibiliter apparebat, & primò in loco qui dicitur Galgala, in quo filij Israel erant sub Iosue circuncisi. Cumq; filij Israel concurrissent ad eum ibidèm, quia vel vnus alteri nunciauit ei apparitionem, vel prænunciata fuit ab aliquo viro sancto, tunc angelus transtulit se indè ad aliũ locum, qui appellatus est Locus flentium, ex euentu, vt infrà habetur, sed tunc ita non vocabat. Attamen quando author huius libri ista descripsit, sortitus fuit hoc nomen. Insecuti sunt autem filij Israel angelum. Cumq; plures conuenissent ad eum in illo loco, [ait] loquens ex Dei persona, à quo missus fuit ad populum increpandum, vt saltem ex angelica visione & increpatione se emendarent, qui verbis Mosis ac Iosuæ non obedierũt: [Eduxi vos de Aegypto,] Iam pro maxima parte obierunt ex Aegypto educti, imò omnes penè qui primò numerati fuerunt: sed beneficia patribus exhibita, filijs quodammodo erant impensa, qui in patribus suis fuerunt de Aegypto educti. [& introduxi vos in terram, pro qua iuraui patribus vestris,] Abrahę s. Isaac & Iacob, [& pollicitus sum, vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum:] i. fœdus fidelitatis & amicitiæ ac familiaritatis, quod inij cum patribus vestris, quibus promisi, ꝙ semen eorum extollerem, defensarem, saluarem, per omne tempus veteris testamenti, ita duntaxat,] i. sub hac conditione & sic, quòd hoc tamen exegi ac iussi, [vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius,] i. confœderationem pacis & periculosæ concordiæ non iniretis cum Chananęis, quos iusto iudicio occidi præcepj. [& aras eorum subuerteretis:] i. phana atq; altaria in quibus sua idola coluerunt. hoc in libro Numerorum & Deuteronomio sæpiùs iusserat dominus. [Et noluistis audire] interiori & obedientiali auditu [vocem meam.] Ex his apparet, ꝙ angelus iste fuit qui Mosi legem ac præcepta Dei (iubente dño) reuelauit. Vel, qui columnam nubis ante filios Israel mouit. Veruntñ in datione legis & Hebræorum eductione, deductione & inductione,, multi angeli ministerium exhibuerũt, cùm & in actis apostolorum beatissimus Staphanus dicat Iudæis: Accepistis legem in dispositione angelórum. Et fortè angelus iste ex parte illorum omniũ loquitur angelorum, secundum quod vnus fatur ex parte cõmunitatis aut pluriũ. [Cur hoc fecistis?] quasi dicat, per inobedientiam & ingratitudinem grauiter peccastis. [Quãobrem nolui delere eos à facie vestra] i. residuos Chananæos, Philistæos ac alios, quorum terram vobis promisi, non abstuli, nec virtutem præualendi illis totaliter contuli vobis, [vt habeatis hostes,] à quibus iusto Dei iudicio affligamini, [& dij eorum sint vobis in ruinã.] id est, paulatìm ex consortio Chananęorum, ad eorum, idololatriam corruatis, & pœnas incidatis condignas. Veruntamen istud malum culpæ Deus non fecit, nisi permissiuè, seu gratiam vitandi vitia subtrahendo. Nam vnum peccatum est causa alterius, estque culpa & pœna culpæ. sicque quod ait, vt, tenetur concomitanter, nó directè causaliter, iuxta quem modum Esaias loquitur Deo: Indurasti cor nostrum, ne timeremus te. [Cumque loqueretur angelus verba hæc ad omnes filios Israel] ibì præsentes, vel ad omnes. id est, quosdam de omnibus, [eleuauerunt vocem suam, & fleuerunt.] Erant enim corda eorum grandi compunctione concussa & alterata, ideo in singultum & vlulatum subitò proruperunt. [Et vocatum est nomen loci illius, Locus flentium siue lachrymarum: id est, terra seu statio illa vocata est locus flentium siue lachrymarum ex illo euentu, & propte, abundantiam tanti ploratus: quemadmodum locus, in quo Ioseph cum suis patrem suum deplanxit in Chanaan, vocatus est planctus Aegypti, vt dicitur Genesis vltimo: sicut & Galgala, collis præputiorum. [Immolaueruntque ibì hostias domino:] scilicet angelo disparente. Sciebant quippe angelum in Dei persona esse loquutum, ideo non angelo, sed Deo & domino angelorum sacrificia obtulerunt, videlicet hostiam pro peccato, vt eis ignosceretur, & hostiam pro gratiarum actione, propter beneficia Dei eis ab angelo cõmemorata. ¶ Sed quęri potest, qualiter licuit eis alibì, quàm in tabernaculo domini, sacrificia immolare? Respondetur, quod ex dispensatione diuina quę eis per reuelationem illam angelicam satis innotuit. Obtulerunt autem hostias per manus sacerdotum, & forte Phinees pontifex fuit ibì, & obtulit. nec enim putãdum est, quod vniuersi filij Israel fuerint in prædictis culpabiles, sed plures ex eis. Refert Lyra, quod Hebręi dicunt ipsum Phinees fuisse hunc angelum. Et item quod Phinees fuit angelus, in corpore humano assumpto apparens. Quod quàm fatuum sit, patet ex introductis. Non em̃ Phinees eduxit eos de terra Aegypti, nec competebat ei sic loqui ex persona Dei. Scriptura quoq; clarissimè docet, ꝙ fuit verus homo, Eleazari filius, eiusdem speciei cum alijs, & naturali ordine natus. [Dimisit ergo Iosue populum.] Hoc sonat, quasi Iosue interfuisset increpationi præfatæ angelicæ, & ea facta, immolatisq; hostijs, populum Israel licentiasset. Et quó dicitur nunc populum dimisisse, qui in exordio huius libri defunctus asseritur? Et respondendum, ꝙ passus iste apertissimè per recapitulationem inseritur, ad continuandam ac prosequendam historiæ seriem, videlicet qualiter filij Israel ad tempus dño seruierunt. Deinde ad idololatriam sunt prolapsi. Porrò quod ait, Dimisit ergo Iosue populum: non est intelligendum, ꝙ populum dimisit propter verba & facta iam immediatè descripta: sed sensus est, quòd populum dimisit, pro

Num. 1.
Exo. 13.
Exo. 20.
Act. 7.
Esa. 36.

Propter ea quæ suo loco sunt recitata, videlicet in Iosuæ lib. vbi narratur, qualiter fœdus inter Deum ac populum renouauit. Quo facto, populum fecit abire: quod fuit per tempus notabile ante apparitionem & increpationem Angeli nunc inductā. Quæ aũt sequuntur, vsq; ad id, Omnisq; illa gñatio, habentur Iosuæ vlt. & ibi exposita sunt. Verùm vbi nostra trāslatio cōtinet, q̄ Iosue sepultus est in Thamnathsare, refert Lyra in Hebræo haberi tale nomē, q̄ interpretaī, Thānathsolis: qm̄ dicunt Hebrǽi, sup sepulchrũ Iosuę positũ fuisse similitudinē solis pro memoriali, q̄ ad eius imperiũ sol stetit tam diu immobilis. [Oisq; illa gñatio cōgregata est ad patres suos]:i. defuncta, sicut & patres eorũ: & animæ horum q boni fuerũt, aggregatæ fuerũt tēpore opportuno animabus patrum electorũ. Veruntñ qdam illorum adhuc vixerunt per tēpus magnum post ea quę cōsequenter narrantur, putà Othoniel primus iudex, & Phinees, ac alij quidā, q tamen comparatione aliorum paucissimi erant: idcircò tanta pluralitate non cōputantur, nec scriptura solet curare aut explicare numeri tēporisq; minutias. Deindè reditur ad historiæ ordinē. [Et surrexerunt] i. nati sunt & creuerunt [alij, qui non nouerant dñm] per fidem formatam & actualem scientiā, [& opera quę fecit cum Israel,]i. magnalia quæ eis exhibuit in Aegypto, in mari rubro, in deserto, in terra Amorrhæorum & Chananæorum. [feceruntq; filij Israel malum in

Iosu.24.

ꝭnõ haber. &Astaroth

conspectu domini, & seruierunt Baalim ✝ & Astaroth,]i. simulacris & dijs idololatrarum, videlicet Baal, & deæ quæ Astarath appellatur. Glossa autem per Baalim intelligit Iouem: per Astaroth seu (vt Septuaginta transtulerũt) Astarte, Iunonem, quæ fuit soror & vxor Iouis incæstuosi atq; adulteri, qui & proprium patrem expulit regno, ac trucidare conatus est. [ac dimiserunt dominũ patrũ suorum, q eduxerat eos de terra Aegypti, & secuti sunt deos alienos, deos quoq; populorum, q habitabant in circuitu eorum, & adorauerunt eos: & ad iracundiam concitauerunt dominum,]i. suis peccatis promeruerũt, q̄ inuariabilis, dulcis & supertranquillissimus Deus, rigorem iustitiæ in eis exercuit. Nec enim incommutabilis Deus ad passionem aliquā potest moueri, qui Hiere. 7. fatetur: Nunquid me ad iracundiam prouocant? nonne semetipsos in confusionem vultus sui? [dimittentes eum, & seruientes Baal & Astaroth. Iratusq; dominus,]p similitudinem effectus, nõ per cõmotionē effectus, i. iustā vltionē exercēs, tradidit eos in manus diripientiũ,]i. gentiliũ, q bona Israelitarum rapuerunt, eosq; pro parte interfecerunt. [q ceperunt eos, & vendiderũt hostibus q habitabāt per gyrum, nec potuerunt resistere aduersarijs suis: sed quòcunq; pergere voluissent, manus dñi super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis, & vehemēter afflicti sunt.]Deniq; in illo cap. summariè & in cõmuni breuiter recitatur, quod in sequentib9 cap. in speciali prosequitur. [Suscitauitq; dñs iudices, q liberarēt eos de vastantiũ manib9.] i. aliquibus viris electis gratiā, sapientiā, & virtutes fortitudinēq; cōcessit ad exhortandum, dirigendum, ac eripiendũ errātes, afflictos & captos. [Sed nec illos audire voluerunt,] Veruntamen vt in processu patebit, interdum qdam, imò multi Hebræorum obtēperauerunt iudicibus: multi verò non optēperauerunt, de quibus subiungiī [fornicantes cum dijs alienis,] i. per mentis auersionem idololatriā exercētes. & quàmuis omne mortale pc̄m̄ sit fornicatio spũalis, hoc est, auersio mētis creatæ à sponso cælesti, & cõstupratio ei9 interior à diabolo, specialiter tñ & maxime idololatria, iuxta illud Ose. 4. Fornicati sunt à Deo suo. iuxtaq; illud Psal. 72. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. [& adorantes eos. Citò deseruerunt viam, per quam ingressi fuerant patres eorum.]i. obseruantiam legis diuinæ, per quam patres eorum tēdebant ad finem fœlicē. [Et audientes mandata dñi, omnia fecerunt contraria.] & ita nõ habuerunt excusationē de ignorantia, sed peccauerunt ex deliberatione & certa scientia. Vndè probatur, q̄ & tunc fuerunt inter eos aliq boni, proponētes eis verbum salutis ac diuina p̄cepta. [Cumq; dñs suscitaret iudices in diebus eorum, flectebatur misericordia:]i. ex propria & cõnaturali sibi pietate, post effectus suæ rigorosæ iustitiæ, impendebat pœnitentibus effectus & opera suæ clemētiæ: imò & non pœnitentes frequenter gratiosè p̄uenit, & pœnitentes effecit, quos tñ cõmuniter per aduersa reduxit ad cor, & per vexationem eis tribuit intellectum. ideo subditur: [Et audiebat afflictorum gemitus,]eis misericorditer ignoscendo ac piè subueniendo. Propterea seqtur: [& liberabat eos de cæde vastantium]i. de læsione & oppressione aduersariorum suorum. [Postq̄ aũt mortuus esset iudex, reuertebantur]ad pristina vitia, [& multo faciebant maiora,]i. peiora [q̄ fecerant patres eorum, sequentes deos alienos, seruiētesq; eis, & adorantes eos.] Ista non sunt intelligenda per omnia de eisdē numero. Loquitur em̄ scriptura de toto populo illo quasi de vno seu eijsdē. Sed diuersa ad diuersos sunt referenda. Nec oēs fecerunt huiusmodi mala, sed multi. [Nõ dimiserunt adinuentiones suas]i. excogitatas malitias, [& viā durissimam,]i. obstinatam prauitatē, p̄sertim idololatriā, q̄ ad æternam ducit amaritudinē, p quā ambulare cõsueuerāt.]Vndè Hiere. 2. ait: Video inqens, qa malũ & amarũ est, te reliqsse dñm Deum tuũ, & nõ esse timorē eius apud te. In cultu etiā idolorum sunt aliq actus laboriosi & duri. [Iratusq; est furor dñi in Israel, & ait] dñs: [Quia irritum fecit gens ista pactũ meum,]i. fœdus amicitiæ violauit, [quod pepigi cũ p̄ribus eorũ, & vocē meā contēpsit audire,]i. legē meā transgressa est. Loqtur aũt dñs de impijs illis aspernāter, dicēdo, Gens ista, ex zelo iustitiæ, iuxta illud: Spreuisti oēs discedētes à iustitijs tuis.

I Psal.118.

[Et

[Et ego non delebo gentes quas dimisit Iosue,] i. non subijciam eas filijs Israel vitiosis, nec de terra ista eas omninò expellam, [vt in ipsis experiar Israel,] i. per infideles hos faciam alios experiri ac noscere de Israelitica plebe, [vtrùm custodiant viam domini, & ambulent in ea,] i. legē meam obseruent. Et loquitur Deus de seipso quasi de alio, [sicut custodierunt patres eorum, an non.] Nempe per hoc quod filij Israel auerterunt se à familiaritate ac vitijs & idololatria illorum gentilium, atque ex consequente eis præualuerunt ac dñabantur, per experientiam innotuit cunctis, quod in via Dei ambulauerunt, & Deo fideles erant: per hoc autem quod communicauerunt infidelibus illis in idololatria, connubijs, societate ac vitijs, & ex consequenti superabantur ab illis, experimentaliter patuit, quod circa Deum verum malè & infideliter se habebant. [Dimisit ergo dominus omnes has nationes] i. quosdam ex omnibus illis, puta ex Chananæis, Pheresæis, Iebusæis, Philistæis, &c. [Et citò subuertere noluit] eas in toto, [nec tradidit in manus Iosuæ] propter causam prætactam, cuius rei & aliæ causæ fuerunt, vt in expositione Iosuę dictum est, & infrà tangetur.

De spirituali eiusdem secundi capituli intelligentia. *Art.* 4.

IVxta mysticū sensum, multa ex pſenti edocemur cap. Siquidē ex eius exordio innotescit, ꝙ vnus actuum angelorum sanctorum circa homines, pſertim circa sibi commissos, sit, eosdem piè & charitatiuè siue forinsecùs siue interiùs increpare, & beneficia Dei eis ad memoriam reuocare: ea quoq; improperare ingratis, & ipsos sic ad contritionem, fletum & emendationē inducere, inobediētibus etiam comminari. Rursus constat ex his, ꝙ homines angelicis inspirationibus non acquiescendo, merētur eorum directione priuari: sicq; ab ipsis relicti, grauiùs ruunt. Non tamē ex toto relinquuntur ab ipsis durāte hac vita. Iterùm elucescit ex introductis, quod optimus modus ꝓuocandi aliquem ad meliora, sit, ei diuina beneficia commemorare, & suam ingratitudinem demonstrare, atq; futura & eminentia comminari aduersa, præsertim æterna illa Acherontis tormenta. Studeamus ergo angelicis ac virtuosis inspirationibus obedire: vereamur angelos sanctos animarum nostrarum custodes offendere: beneficia nobis per Christum exhibita, assiduè recolamus: qualiter de Aegypto, i. vitiorum caligine, & de præsenti seculo nequam nos eduxit, atq; in terram & regnum, imò in cælum militantis ecclesiæ introduxit: regnū quoq; promisit triumphantis ecclesiæ, ita duntaxat, vt non feriamus fœdus cum habitatoribus terræ, i. carnalibus & iniquis non consentiamus hominibus in rebus illicitis: [& aras eorum subuertamus] i. eorum sacrilegia, abusiones & superstitiones vitemus, soli domino fideliter seruientes. ¶ Insupèr exemplo filiorum Israel, ex increpationibus angelorum ac prælatorum, imò quorumlibet deuotorum, intimè cōpungamur, pœniteamus, inflammemur, ita vt eleuata voce abundanter, salubriterq; ploremus: & hostias domino immolemus, cui spiritus cōtribulatus est sacrificium gratum: hostiam (inquam) satisfactionis, & obseruantiam præceptorum: quia sacrificium salutare est, attendere in mandatis: hostiam quoq; laudis & gratiarum actionis. sed & corpora nostra sic castigemus, vt iuxta apostolica documēta, exhibeamus ea Deo hostiam viuam, sanctam ac placitam. [seruieruntq; filij Israel domino cunctis diebus Iosuæ, quàm diu præfuit eis. Sic & discipuli Christi, quamdiu cum eis fuit dñs Iesus, dño seruierunt. Propter quod dixit Ioan. 17. Cùm essem cum eis, ego seruabam eos. [& seniorum qui longo post eum vixerunt tempore.] Per seniores illos, intelliguntur S. Apostoli & eorum cooperatores, primi illi discipuli ac apostolici viri, qui post Christi ascensionem longo tempore in seculo isto vixerunt, sub quorū regimine Christiani veri Israelitæ Deo feruentissimè seruierunt. Ex quibus probatur, q̄ fructuosus, necessariusq; consistat subditis bonus prę latus: quia secundum iudicē populi, sic & eius ministri. Et qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitātes in ea. [Omnisq; generatio illa congregata est ad patres suos,] quoniam sanctis patriarchis ac prophetis in cęlesti sunt throno coniuncti. [& surrexerunt alij qui non nouerunt dominū, & opera quæ fecit cum Israel, feceruntq; malum in conspectu domini.] Hi alij, sunt hæretici, schismatici, & omnes ingrati ac reprobi Christiani, qui Deum incarnatum & eius beneficia non agnoscunt vera & salutari notitia: quia etsi dicant se ea cognoscere, attamen factis negant tam vitiosè agentes in conspectu altissimi, quasi Deus non sit inspector & iudex actuum humanorum. ¶ Denique seruiunt dijs alienis, i. idolis & simulacris suis, putantes aurum robur suum, & obrizo dicentes, fiducia mea. Etenim ea quę maximè diligunt, quærunt, colunt, exercent, hæc sunt dij eorum. Superborum nanque & ambitiosorum deus, est honor, prælatio, dignitas, & quicquid huiusmodi est: cupidorum deus est, nummus: luxuriosorum, caro immunda seu fœda voluptas: gulosorumq;, venter. Sic sanctis prælatis & virtuosis rectoribus sublatis, cœpit ecclesia tepere, deformari, corruere: & tam inuisibilibus, quàm visibilibus hostibus, Turcis, Saracenis, Tartaris, ac aljis frequenter est tradita: nunquàm tamē in toto à domino derelicta, imò frequenter suscitauit ei iudices virtuosos, præsules sanctos, reges & imperatores verè fideles ac strenuos, & alios viros egregios, per quos sæpè subuenit & reformauit ecclesiam, & hostes eius deiecit. Nihilominùs posteà denuò redierūt multotiès Christiani ad pristina, imò & grauiora facinora, qui cursus sua vicissitudine durauit vsq; in præsens.

Psal. 50 Eccl. 35. Rom. 12. Phil. 4. Heb. 13. Eccl. 10 Tit. 1. Iob. 31.

¶ Postre

¶ Postremò, quemadmodùm Deus in infidelibus illis experiebatur Israelem, an viam domini veraciter custodiret: ita in nouo testamento permisit esse hæreticos, Sarracenos, aliosque infideles, vt in eis experiatur populum Christianum, an verè sit Christifidelis, efficaciter dissentiēdo, aut etiam repugnando illis iniquis vsque ad sanguinem. Propter quod ait Apostolus: Oportet hæreses esse, vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Hinc dixit Gregorius: Abel esse renuit, quem Cain malitia non exercet.

1.Cor.11. Gregorius

Elucidatio literalis cap.3. Hæ sunt gentes quas dominus dereliquit Articulus. 5.

Iudic.2.

NVnc in speciali incipit author describere tribulationes, seruitutes, & oppressiones filiorū Israel ab aduersarijs suis: quæ septem fuerunt, quarum iam prima describitur. Aliqua tamen præmittuntur, continuando & declarando materiam. Dictum est namque in fine præcedētis capituli, quòd dominus non deleuerit aduersarios Hebræorum ex toto, propter ipsorū Hebræorum demerita. Nunc ergo exprimuntur aduersarij illi in speciali, & plures causæ addūtur, cur dominus eos dimisit. Hæ sunt gentes] quę paulò post nominabuntur, [quas dominus dereliquit] superstites in terra Israelitis promissa, [vt erudiret in eis] id est, per eas seu per earum impugnationes & repugnationes [Israelem] id est, Israeliticam plebem tunc existentem, eorumq; posteros, de quibus subiungitur: [& omnes qui non nouerant bella Chananæorum,] qui erant acres & periti in arte pugnandi. Vndè Deuter. 7. legitur, quòd nullus anteà poterat eis resistere. [vt posteà discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi:] id est, tam ipsi quàm eorum posteritas, fierent exercitati, prompti, ac docti ad pugnam, in qua ars maximè valet, & armorum peritia plùs quàm corporum fortitudo, cùm in libro de re militari dicat Vegetius, quòd multitudo imperita in arte bellica, nō benè disposita, non sit nisi hostium victima. De qua re pleniùs scribit Aegidius libro de regimine principum. Vndè & scriptum est Eccēs 9. Melior est sapientia quàm vires. Veruntamen sicut hic loquitur Augustinus, Bellum non est per se appetibile: sed pax, ad quam ordinandum est bellum. Sed quoniam tempore illo cultus Dei non vigebat communiter nisi in vno Israelitico populo, in medio Gentilium cōmorante, quem nouerat dominus à Gentilibus assiduè & acriter impugnandum: voluit dn̄s vt populus suus exercitaretur ad pugnam non tamen ad crudelitatem. Vndè super illud: Vt discerent filij eorum certare cum hostibus, Augustinus disseruit, id est, vt tanta pietate & obedientia legis pugnarent, quanta patres eorum, qui & bellando placuerant Deo: non quòd optandum sit bellum, sed quia pietas laudabilis est in bello. Hæc est alia causa, cur dominus gentes illas dimisit, quàm illa, quæ in fine præcedentis cap. tacta est. [Quinque satrapas Philistinorum,] non solùm reliquit satrapas illos, sed & Philistæos eis subiectos. Porrò Satrapa dicitur quasi satis rapiens, vel quasi satis paratus, & erant hi satrapæ, quasi parui reges seu reguli & principes quinque principalium ciuitatum Philistijm, putà Azoti, Gazæ, Ascalonis, Geth & Accarō. [Omnemque Chananæum & Sidonium atque Euæum,] In quibus verbis ponitur singulare pro plurali. [qui habitabat in monte Libano,] id est, locis & oppidis illis montanis, [de monte Bahal, Hermon, vsque ad introitum Emath.] id est, Antiochiæ. [Dimisitque eos, vt in ipsis experiretur Israelem, vtrùm audiret mandata domini, quæ præceperat patribus eorum per manum Mosis, an non.] Ista est alia causa, & istud in fine præcedentis cap. est elucidatum. Augustinus quoq; & glossa super hoc verbum, Experietur, dicunt: Non vt Deus omnium cognitor, etiam futurorum, agnosceret, sed vt ipsimet scirent, & propria consc. entia glorificarentur aut conuincerentur. ¶ Insupèr fuit & alia causa, cur Deus non eiecit nec deleuit Gentes illas totaliter & repentè, ne scilicet terra illa pro magna parte maneret diu non habitata, sicque in solitudinem redigeretur, & bestiæ crescerent contra filios Israel. Hinc Deut. 7. dixerat dominus: Paulatim eijciam eos, ne crescant contra te bestiæ &c. Non enim erat tāta filiorum Israel multitudo, quod poterat in principio sui ingressus tantam terram satis * populari & occupare ac colere, nec Deus vult omnia supernaturaliter operari. [Itaque filij Israel habitauerunt in medio Chananæi, Ethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi, & duxerunt vxores filias eorum, ipsique] filij Israel [filias suas filijs eorum] s. Chananęorum [tradiderunt] vxores, simul miscentes connubia. Quod fuit filijs Israel in lege frequenter prohibitum. nec inter illos videtur matrimonū verum fuisse, cùm dispar cultus impediat matrimonum contrahendū, dirimatq; contractum. Propter quod tempore Esdræ ab inuicèm separabantur taliter cōiugati: nisi forte dicatur, ꝙ isti Israelitæ fuerūt idololatræ, sicut & Chananæi. Nam subditur: [Et seruierūt dijs eorū.] Erāt eqdē ad idololatriam valdè proni. Fœminę quoq; blāditiæ alliciebant animos maritorū, nolentium suas cōtristare delicias. Sed & cōiunctus ille, & familiaritas tāta, mutuaq; cōuiuia, eos faciliter ad idololatriā ptrahebant. Idcircò Deus per Mosen ꝓhibuit filijs Israel cum Chananęis inire cōnugia. Eis quoq; p̄dixit, ꝙ per connubia talia ad idololatriam laberentur. Nam & Solomon tali erat occasione veneratus idola. [Feceruntq; malum in cōspectu domini, & obliti sunt dn̄i Dei sui.] Vn-

Augustin.

Augustin.

23.q.5.can. Remittuntur. § Per scientes

Augustin.

Vnde & Iosephus: Conuerterunt se, inquit, ad agriculturam, & ad diuitias dando se, per epulas atq; libidinē imbelles effecti, in cōuersatione legis integri nō fuerunt. [seruientes Baalim & Astaroth. Iratusq; dominus contra Israelem, tradidit eos in manus Chusanrasathaim regis Mesopotamiæ.] i. ab illo rege permisit eos impugnari ac superari. Quemadmodū aūt Aquilegia dicitur, quasi aquis ligata, quia in medio iacet aquarū: sic Mesopotamia dicitur à μέσος ꝙ est mediū, & πόταμος, ꝙ est fluuius, quia in medio duorū sita est fluminū. Est aūt Mesopotamia pars Syriæ. [seruierūtq; ei octo annis,] dādo tributa, seu exhibēdo dura obsequia. [Et clamauerunt ad dominū.] vexatiōe dante eis intellectū, quòd ꝓ suis excelsibus talia paterētur. [Qui suscitauit] i. gratiosè concessit [eis saluatorē, & liberauit eos, Othonielē videlicet filiū Cenez, fratrē Caleb minorē] qui & Axam filiam Caleph habuit cōtoralē. De isto Othoniele dictū est pleniùs Iosuæ 15. Hinc etiā cōstat, quod filij Israel nimis cito ad idololatriā sūt prolapsi, cùm & Othoniel terrā ꝓmissiōis ingressus sit. Fuit aūt Othoniel saluator & liberator Israelis solū ministerialis, & à tribulatione tēporali, immo & à malis culpæ eos retraxit, ac in via legis direxit. Propterea subditur: [Fuitq; in eo spūs dñi,] i. authoritas, virtus & gratia spussancti,] & iudicauit Israel,] dirigēdo, hortādo ac discernēdo. Hūc Othonielē Iosephus vocat Cenez, quasi æquiuocū suo patri, i. eodē nomine æquocè nūcupatū. [Egressusq; est ad pugnā] cum aliquibus de populo Israel, [cōtra regē] præfatū. Et qm erat de tribu Iuda, sicut & Caleph, probabile est, ꝙ filij Iuda ierūt secū ad ꝑliu. [Et tradidit dns in manus eius Chusanrasataim regē Syriæ.] i. Mesopotamiæ, in quo patet magnitudo pietatis diuinæ, ꝙ tā citò subuenit filijs Israel, q tā enormiter excesserut. [& oppressit eū. Quieuitq; terra quadraginta annis.] i. filij Israel in terra sua de cęterò tā diu pacificè habitauerut. & benè vixisse credūtur sub iudice illo. Et in hoc quoque innotescit dulcedo diuinæ clemētiæ, qa post tā breuē inquietudinē, cōtulit per vnū virū iustū toti populo tam longā quietē. Videtur prętere a Glossa sentire. quod tāto tēpore seruiērūt Baalim & Astaroth, quanto tēpore seruiērūt regi Mesopotamiæ, s. octo annis. Itaq; dns contēperauit & adæquauit in hoc pœnā culpæ, quantùm ad tēpus. Et sumpsit hoc Glossa ex Origene. Imò trāslatio Septuaginta interpretū cōtinet sic: Quanto, inquiens, tēpore seruiērunt Baalim, tāto tēpore seruierut † Cusarsathaim. Postremò, in hoc tēpore qetis, q̄ dicitur 80. annis durasse, includūtur octo anni seruitutis: ꝙ similiter intelligēdū est in sequētib⁹, vbi numerus annorū quietis taxatur, in quo añi seruitutis cōprehēduntur secundū expositores. Et idē in Scholast. habetur histo. Nec aliter posset saluari historia ista, eo ꝙ 3. Reg. 6. determinetur, quoto tēpore ab exitu Israel de Aegypto, cœperit Salomon tēplū ædificare, s. 480. anno, q anni cōputātur pro magna parte per tēpora Iudicū, & multo plures anni fuissēt, nisi (vt tactū est) anni seruitutis, sub annis qetis includerētur. [Et mortuus est Othoniel filius Cenez, ætate grādæuus atq; virtutibus plenus.] Circa ꝙ tēpus Dionysius Liber, pater vnus deorum gentilium, natus est ex filia regis, qui regnabat in Thebis.

Iosue lib. 5. ant iu. c. 7.

De pœ. di. 1 c. Vide,

Esa. 28.

Iose. l. 3. an iu. ca. 7.

Pe Co hist. Iudi. ca. 6.

De intelligentia huius Cap. 3. spirituali. Art. 6.

OMnia in populo illo Israelitico figuraliter gesta sūt: idcircò quod Deus reliquit in terra promissionis gentes idololatras, vt erudiret in eis Israelem, quatenus disceret bella Chananæorum, consuetudinemq; haberet pugnandi: quid aliud figurauit, nisi quod populū Christianum vult esse exercitatum, peritum & promptum ad spiritalia contra inuisibiles hostes certamina, & contra aciē vitiorum, imò & contra hostes fidei Christianæ visibiles, & cōtra Reipub. inimicos, quos oēs inter Christifideles venire permittit, vt in eis erudiat Christianos ad huiusmodi pręlia virtuosa? Indigent igitur Christiani gratia discretionis spirituū, fortitudinis dono, & omī armorū spūali apparatu, quēadmodū ad Ephe. 6. hortatur Apostolus: Accipite armaturā Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnib⁹ perfecti state. State ergo succincti lūbos vestros in veritate, & induti loricā iustitię, in omnibus sumētes scutū fidei, & galeā salutis assumite, & gladiū spūs, ꝙ est verbū Dei, orātes omni tēpore in spū. Ecce qd ad vnūquēq; nostrū ptineat, qualiter debeamus iugiter supra custodiā nostrā stare, & cōtra aduersarios nræ salutis pugnare, q per satrapas Philistinorū & cęteras gētes incredulas designaē. Possūt quoq; pqnq; satrapas, intelligi qnq; sensus exteriores, q satis rapiūt oblectamēta in suis obiectis cōtra imperiū rōnis, & mētis dñari conātur. Cōtra quorū abusū pugnare tenemur, qa p hoc dñs experitur, ꝙ mandata eius obediēter audimus. ❡ Insuper sicut filij Israel ex societate & cōuictu Chananæorū, ad ꝓphana cōnubia, deinde ad idololatriā sūt dilapsi, ac Deū verū obliti, & ingratissimi facti: sic religiosi claustra sua egrediēdo, & inter seculares manēdo, vel edēdo ac cōuersando, ad diuersa ac grauia vitia deuoluuntur, mēte infrigidātur: nec solū spiritales, sed & carnales interdū fornicationes noscūtur sceleratissimè nimis incidere. Vitanda ergo sunt eis omnia ista, quantum fieri potest: in cuius rei figuram, Deus prohibuit Israeliticæ plebi societatem & conuictum Chananæorum. ❡ Amplius, sicut filij Israel contra Deum superbè erecti, à rege Syriæ sunt oppressi, humiliati, & vili seruituti subiecti: ita qui se in cornibus extollunt superbiæ, & de seculari aut spiritali præsidentia intumescut, relinquūtur à

Abacuc. 2.

Iob 41.

tur à dño, & ei qui est rex super oēs superbiæ filios, mox subdũtur, atq; vilissimę seruitutis iugo p̄muni. Interdũ quoq; humiliantur in vita p̄senti à visibilib^9 inimicis, aut certè viris iustis. Siquidē sedes ducum sup̄borũ destruxit Deus, & sedere fecit mites p̄ eis, q deponit potētes de sede, humilesq; exaltat. [Et clamauerunt ad dñm.] Sic & omi necessitate, tribulatione, angustia, non cessemus toto affectu clamare ad dominum, vt succurrat, eripiat & cōseruet nos: imò & anteq̄ iustè affligamur, p̄ nostris piaculis, pœnitere, & veniam obtinere nitamur. Discamus quoq; exemplo filiorum Israel dominum efficaciter exorare, vt iudicem suscitet nobis, i. pręlatũ nobis donet idoneum, & p̄dicatorē cōdignum, cuius directioni, increpationi, iudicio, cum omi gratiarum actione iugiter acquiescamus. Prætereà, sicut Othoniel p̄cessit ad pugnam contra aduersarios populi, cui præerat ipse: sic omnis qui præest, satagat p̄ grege sibi cōmisso efficaciter pręliari, orādo, exemplariter cōuersando, docendo, & omi modo sibi possibili subditorum p̄curādo salutē. ¶ Postremò, per Othoniel intelligi potest Christus verus saluator, quem pater misit in redemptionem Israelitarum & gentiũ vniuersarum, de quo Esa. 11. predixit: Requiescet super eum spiritus domini, & iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate p̄ mansuetis. Rursus, per Othoniel potest bonus prælatus seu quicunq; iustus iudex ac princeps signari, qui bonum Reipup. toto exquirit corde, & illud tuetur, ac pro ereptione plebis sibi cōmissæ, omi qua potest virtute laborat. Origenes demũ, per Othoniel, intelligit triũphātis Ecclesiæ angelũ sanctũ, ad custodiā & subuētionē hominũ desupèr missum. & sup illud, [Mortuus est Othoniel,] ait: Quare defunctus est? Quia iā indignus erat populus habere iudicē talem, i. tam bonũ. Nā & eo defuncto, vt subdit scriptura, adiecerunt filij Israel facere malũ. Sup illud quoq;. Quāto tēpore seruierũt Baalim, q̄ in septuaginta habet̄, disseruit: Disce ô tu qui peccasti, tāto tēpore te humiliare, pœnitere & satisfacere corā Deo, quāto tēpore te errasse & peccasse cognoscis: non expectes vt humiliet te aduersarius, & necessitas pœnitētiā inuito extorqueat, sed pœnitēdo p̄ueni manus illius: quia si te tuipse correxeris, pius est dominus q vindictā suā temperet ei, qui pœnitendo illam præuenit. Tu ergo in confessione præoccupa faciem iudicis summi, & veniam consequêris.

Ioh. 41. Eccle. 10. Luce 1.

¶ *Elucidatio cap. 4. Addiderunt autem filij Israel facere malum in conspectu domini.* Art. 7.

MOdó describitur secũda filiorũ Israel oppressio generalis in terra p̄missionis. [Addiderunt aũt filij Israel facere malũ in cōspectu dñi] omia intuentis, in quo patet magna eorum p̄nitas ad peccandũ, qm̄ Othoniel mortuo, statim redierunt ad solita crimina. Porrò malũ q̄ facere pręsumpserũt, fuit præcipuè idololatria. Et ponitur hîc malũ, p̄ malorũ (i. culparum) cōgerie, qm̄ multa atq; enormia patrabāt facinora. [Qui cōfortauit aduersus eos Eglon regē Moab, quia fecerũt malũ in cōspectu eius.] Circa quod loquitur Origenes: Nostris vitijs vires hostiũ augentur ac nutriuntur, i. vitiorũ nostrorum demeritis, Deus auxilium suũ abstrahit nobis, & hostes confortat, p̄ualereq; sinit, imò & facit. [Et copulauit ei filios Ammō & Amalech,] i. permisit, aut etiā instigauit Ammonitas ac Amalechitas ad auxiliādum Moabitis. Amalechitæ autē erāt valdè atroces Israelis hostes ab eo tēpore, quo sub Mose cæsi fuerunt à Iosue. ¶ Circa hoc quæri posset: Si Deus confortauit Moabitas cōtra Hebræos & Ammonitas, Amalechitasq; instigauit, vt ferrent auxilium regi Moab, ergo nō peccauerũt Israelē vastando. Et respondendum, q̄ potestas hostiũ fuit à Deo, non aũt potestatis abusio. Deus quoq; cōfortauit & instigauit illos ad inuadendũ Hebræos, ad puniendũ Hebręorũ peccata, inquantũ illa punitio fiebat iusto iudicio. Sed illi non p̄sequebātur cōfortationē, instigationemq; illā ea intētione, nec iusto iudicio, sed ex crudelitate, cupiditate & odio. Sic p Hieremiā & Ezechielē Deus frequēter testatus est, se cōuocare & cōfortare regē Babylonis aduersus Hierusalē ac cęteras natiōes, sicut de hoc super p̄phetas pleniùs scripsi. [abijtq;] Eglon cũ auxiliarijs suis, recedēdo de terra sua ad terrā Israelitarũ. [Et pcussit Israel, occidēdo multos Hebræos, [& possedit vrbē palmarũ,] i. Hiericho, quæ tñ (vt patuit) nondũ fuit reædificata. Sed vt in Ecclesiastica fertur historia, Fecit sibi domũ in loco quo anteà Hiericho stetit: q̄, vt reor, fecit in contemptum Israel, eo q̄ post transitum Iordanis, filij Israel primò vrbē illā obtinuerunt ad destruxerunt, & terrā circũiacentē possedit rex Eglon. [Seruieruntq; filij Israel Eglon regi Moab decē & octo annis,] soluēdo tributa, & exhibendo dura obsequia, vt moris est victis. Et videt̄ Origenes sentire, q̄ tot annis seruierũt vitijs iam p̄fatis, idcircò tot annis pœnā luerũt. nā ait: Certũ est, secundũ modũ peccati, cōuersionisq; dilationē, castigatiōis tēpora terminari seu diffiniri. [Et posteà clamauerũt ad dñm,] i. de suis peccatis pœnitētes, veniā & auxiliũ petierũt à Deo, vidētes sibi idolorũ cultũ obesse, nō p̄desse. Et mirũ q̄ infra tot annos nō clamauerũt ad dñm, sed post eos; quo cōstat, q̄ excæcati erāt & indurati, p̄pter q̄ acerrima disciplina indiguerũt. [q suscitauit eis saluatorē, vocabulo* Ahud, filiũ Gera filij Iemini.] per Iemini q̄dā intelligũt Beniamin, q̄dā aliquē vilē & malitiosum de Beniamin tribu. Vnde Magister in historijs scribit: Iemini q̄dam dicũt fuisse q̄ndā vilē de Beniamin, q posteris suis legit̄ ob ignominiā suā sępè imp̄patus. Vnde 1. Reg. 22. habet̄: Audite me filij Iemini Hebrę

Origenes

Biblia pleraque alia hic continuant caput tertium.

Origenes

Eusebius.

Origenes.

Hebræi verò tradunt hunc fuisse Beniamin, & per aphæresim, i. talem figuram, vbi nos ponimus, lemini, ponunt Iamin, q sonat dextrariũ vel dextralẽ. Beniamin aũt, filius dexteræ interpretatur. [Qui vtraq; manu pro dextera vtebatur.] quia tã promptè ac potenter vtebatur sinistra, vt dextera, imò & fortiùs, secundũ Hebræos, ppter q dicũt, q fuit debilis dextera manu, non simpliciter, sed cõparatiuẽ. Etenim tales solent in sinistræ vsu esse potẽtiores. Septuaginta tñ, ambidexterũ trãstulerũt. [Miseruntq; filij Israel p illũ munera] i. tributa, aut etiã quędã iocalia aut encænia ad impetrandũ clementiã [regi Moab. Qui *Ahud fecit sibi gladiũ ancipitẽ,] i. ensem ab vtraq; parte acutũ fecit sibi parari, [habentẽ in medio capulũ] i. manubrium [lõgitudinis palmæ manus,] videlicet breue, vt minùs cõsideraretur. [& accinctus est eo subter sagũ] i. intra palliũ militare formæ quadratæ, [in dextero femore.] quia sic sibi magis cõueniebat, si erat fortior in sinistra, quẽadmodũ fortiores in dextera, suspẽdũt ensem suũ in sinistro latere. Porrò si in vsu vtriusq; manus fuit æquè robustus, dici potest q ideo gladium in dextero posuit femore, vt minùs notaret ensa accinctus, & eũ impulsiùs posset extrahere. Sic & 2. Reg. 20. legitur Ioab vestitus tunica stricta, & desuper accinctus gladio depẽdẽte vsq; ad ilia &c. Ex his apparet, q Ahud intẽdebat, si posset, mittere manũ in Eglõ. [Obtulitq; munera Eglon regi.] i. psentauit & dedit ei ex parte filiorũ Israel. [Erat aũt Eglõ crassus nimìs.] Septuaginta trãstulerũt, Erat Eglon exilis valdè, q (secundũ August. intelligendũ est à cõtrario sensu, seu per antiphrasin, secundũ q mõs dicit à mouẽdo, & lucus à lucẽdo. Et 4. Reg 21. Benedixit Naboth Deo & regi, i. maledixit. [Cũq; obtulisset regi munera, psecutus est socios q cũ eo venerãt,] i. cũ socijs sui itineris Israelitis redijt vsq; ad Galgalã, [& reuersus de Galgalis vbi erãt idola.] Eglon qppe posuerat deos suos seu eorũ simulacra in Galgalis, in contẽptũ & irrisionẽ filiorũ Israel, q locũ illũ reputabãt specialiter sanctũ: qm trãsito Iordane, fixerunt ibi tabernaculũ Dei cũ arca, celebrauerũtq; pascha. & circũcisi fuerũt ibidẽ. Quẽadmodũ Adrianus imperator in Chrianæ religionis contẽptũ, statuit simulacra. Veneris atq; Adonidis in loco vbi natus est Chrs: Antiochus quoq; statuã Iouis in tẽplo Dei in Hierosolymis, vt 1. Mach. 1. describitur. Itaq; Ahud viso tãto sacri loci cõtẽptu, zelo Dei accensus, ad Eglon mox redijt, [& dixit ad regẽ: Verbũ secretũ habeo ad te ô rex.] i. occultũ & mysteríale quid habeo tibi insinuare sermone aut facto. Dicuntq; aliqui, q verbũ accipitur hic p facto, secundũ q 4. Re. 20. loquitur Ezechias: Non fuit verbũ in domo mea, quod non ostenderim eis, [Et ille] i. rex imperauit silentium:] & vt esset maior opportunitas audiendi verbum secretum, iussit assistentes exire, ideo subditur: [Egressisq; omnibus qui circa eum erant, ingressus est Ahud ad eum.] ppiùs accedendo. [Sedebat autẽ in æstiuo cœnaculo solus] post aliorũ egressum. [Dixitq; Ahud: Verbũ *domini habeo ad te.] Et sumitur hîc verbũ p somnio seu visione, secundum Petrum Comestorẽ, vt sit sensus, Reuelationẽ ex parte Dei tibi habeo indicare, quo audito, rex quasi ad reuerentiã reuelantis Dei surrexit, sicut subiũgitur: [Qui statim surrexit de throno] i. sede regali. Aliqui dicunt, q non oporteat in his excusare ipsum Ahud de mẽdacio, psertim quia mendaciũ istud fuit officiosum, s. ad liberationẽ filiorum Israel ordinatum, nec Ahud cõmendatur de isto mẽdacio, sed de zelo Dei & pietate ad populum suum: quẽadmodùm Iudith & obstetrices non de suis mendacijs, sed & de pietate & solicitudine p populi & infantum Israel liberatione laudantur. Aug. verò & Glossa ac alij multi dicunt, q Ahud non mentiebatur in his, quia secretum opus & occultum sermonem habebat ad regem, qm ex diuina inspiratione dixit & fecit ista: immo secundum August. Deus pręcepit ei hæc facere, quẽ populo suo suscitauit in saluatorem. Et istud meliùs sonat, [Extẽditq; Ahud sinistram manũ, & tulit] i. extraxit [sicam de dextero femore suo.] Sica vocatur gladius breuis. Vnde in actib' Apostolorum imponitur Paulo, q eduxerit in desertum quatuor millia virorũ sicariorum, q s. talibus gladijs vtebantur. [infixitq; eam in ventrem eius tam validè, vt capulus] i. manubriũ ferreum, [sequeretur in vulnere] sicq; & capulus videtur ventrem intrasse. [atq; pinguissimo adipe stringeretur, nec eduxit gladium, sed ita vt percusserat, reliquit in corpore:] quoniam properauit recedere, atq; vt ministri regis, viso tam horribili genere mortis proprij regis, grauiùs terrerẽtur. Licuit autem huic Ahud, ita circumuenire & occidere regem: tanquam publicum plebis Dei tyrannum, & sicut licuit in prælijs iustis vti insidijs. [Statimq; per secreta naturæ alui stercora proruperunt,] sicut in mortibus tam violentis & repentinis fieri solet, vt & in suspensis vtinam eminentibus cernitur. [*Ahud autem clausis diligentissimè ostijs cœnaculi, & obfirmatis sera,] ne serui subitò introeuntes, viderent quid esset actum, [per posticũ] i. secretum locum & exitum [egressus est,] ne quis eum conspiceret exeũtem. Tamen vt quidam ait, in Hebręo habetur, per porticum. sed credibilius videtur, quod per secretum exierit locum. Et fortè dictio illa Hebraica, est ad vtrunq; æquiuoca. [Seruiq; regis ingressi,] Fortè aliquam domum aut cameram stantem ante cœnaculum, [viderunt clausas fores] i. ianuas [cœnaculi, expectantesq; diu donec erubescerent,] quod rex tamdiu occuparetur purgando aluum, vt ipsi suspicabãtur, [& vidẽtes q nullus aperiret, tulerunt clauẽ.] Circa hoc loquitur

Augu. lib. Iudic. quęstio. 21.

Iosue 3.

*Dei

Pe Co. hist. lib. Iudic. ca. 6.

Iudi. 15. 16. Exod. 1. 2.

Aug. lib. Iudic. q. 20.

Acto. 21.

Augu lib. Iud.q 23. August. Quomodo serui claue aperuerũt, ꝙ Ahud claue nõ clauserat? Aut si Ahud claue clauserat, quomodo eam secũ non absportauit? Ad ꝙ respondet, quia alia clauis allata est, aut tale fuit genus clausuræ, ꝙ sine claue poterat claudi, nõ tñ sine claue aperiri, vt videmus in ianuis q̃ impulsione clauduntur. [Et aperientes, inuenerũt dñm suum in terra iacentẽ mortuũ.] quo

Iudith 14. viso, turbati ac territi sunt, quẽadmodum serui Holofernis, cũ audissent, ꝙ occisus esset à Iudith. [Ahud aũt, dum illi turbarentur, effugit & ptransijt locũ idolorũ] videlicet Galgalã, vbi rex sua posuerat idola. [vñ reuersus fuerat, venitq́; in Seirath,] i. in vrbem sic dictã, in tribu & mõte Ephraim sitã. [statimq́; insonuit buccina in mõte Ephraim] tanq̃ iam victor, aut de victoria certus. [Descẽderuntq́; cũ eo filij Israel [q̃bus per nuncios aut & ꝓprio ore significauit qualiter regẽ occiderit: ideo animati, descẽderunt cũ eo de mõte. [ipso in fronte] i. principio exercitus [gradiẽte,] tanq̃ audace ac strenuo duce ad pugnandũ in primis parato, quẽadmodũ de Iuda legitur Machabæo & Ionatha eius fratre. [Qui dixit ad eos: Seqmini me, tradidit

1. Mach. 3. 4.5.10.11. enim dñs inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descẽdernntq́; post eũ, & occupauerunt vada Iordanis, q̃ transmittunt in Moab:] i. circa aquas Iordanis se posuerunt, vbi poterat

dimiserũt Moabitis esse regressus ad terrã suã. [Et nõ permiserunt trãsire quenq̃] de Moabitis, qui ita erãt turbati ex inopinato regis sui interitu, ꝙ mens atq consiliũ fugit ab eis. [sed percusserũt Moabitas tẽpore illo circiter decẽ millia, omnesq́; robustos & fortes viros. Nullus eorũ euadere potuit, humiliatusq́, est Moab in die illo sub manu Israel. Et quieuit terra octoginta annis] in q̃bus cõprehendũtur decẽ & octo anni seruitutis, vt dictum est, [à p̃lijs. Post hunc fuit Samgar filius Anath,] i. post Ahud p̃fuit Iudex nomine Samgar, de quo nõ exprimit̃ de qua tribu extiterit, [q percussit de Philisthæis sexcentos viros vomere:] quia Philistẽi isti voluerũt terrã Israel introire & impugnare. Aliqui aũt dicunt non esse verisimile, ꝙ solus percussit tot viros, cùm tamẽ Deo auxiliante id fecerit. Dauid quoq; legitur octingentos viros occidisse

1 Reg. 23. Iudic. 15. impetu vno, & Samson mille mãdibula asini. In scholast. autẽ fertur hist. ꝙ Samgar eodẽ obijt anno, ideo tẽpus p̃sidentiæ suæ non cõputatur. [Et ipse quoq; defendit Israel] ab impugnatione hostili. Et videtur fuisse rusticanus agricola, sicut & Glossa ex verbis innuit Origenis.

Origines Biblia alia hic suum exordiũtur c. quartũ. Deindè describitur tertia Israelitarũ tribulatio generalis. [* Addideruntq́; filij Israel facere malum post mortẽ Ahud.] quare nõ ait, post mortẽ Samgar? q̃a vt dictũ est, valdè modico tẽpore p̃fuit. [& tradidit illos in manꝰ Iabin regis Chanaã,] Ex hoc Elicitur, ꝙ Chananẽi debuerunt iã esse tributarij Israelis, & regẽ sibi fecerũt. [qui regnauit in Asor] q̃ fuit vrbs Metropolis, de qua Iosuæ 11. legitur: Quæ antiq̃tùs primatũ tenebat inter om̃ia regna illa. Legitur quoque ibi, ꝙ Iosue eã cõbussit, sed interim fertur à Chananæis reædificata. Vel dicitur Iabin iste regnasse in Asor, i. in territorio, in quo Asor antea stetit, quẽadmodũ Eglon asserit̃ possedisse vrbẽ palmarũ. Deniq; Iosue scribit, ꝙ Iabin rex Asor misit ad Iobab, sed ille alius fuit ab isto. Estq́; ꝓbabile. ꝙ iste de illius semine fuit. propter ꝙ rursus sibi vsurpauit regnum terrę illius. [habuitq́; ducẽ exercitus sui nomine Sisaram. Ipse aũt] Iabin [habitauit in Aroseth gentiũ.] i. in vrbe sic dicta, vel propter multitudinẽ habitatorum suorum, vel q̃m diuersarum linguarum aut nationum gentes morabantur in ea. [Erat autẽ Debora prophetis vxor Lapidoth,] i. viri sic dicti, q infrà vocatur Barach, vt cõmuniter dicunt expositores. Et qd contra hoc ob-

Origenes ijci posset, infrà tangetur. ¶ Deniq;, vt asserit Origenes, de nullo Iudicum ait scriptura, ꝙ fuit propheta, sed de sola Debora hoc testatur, ne eam quis ob sexus fragilitatem contemneret, tanquam ad iudicãdi officium minùs idoneam. [q̃ iudicabat populum in illo tempore:] q̃uis secundum cõmunem legem deceat fœminas regi & iudicari à viris, omnipotẽs tamen Deus qui supra omnẽ est legẽ, aliter potest disponere. Est equidẽ sexus fœmineus, sexus subiectionis, nõ suppositiõis, & fœminæ cõmuniter sunt debilis rõnis. Sed creator omnipotẽs p dona gratiæ potest eas viris virtuosiores & sapientiores efficere, & fortè ad humiliãdum supbos ac rebelles Israelitas, fœminã eis p̃fecit in iudicẽ. [Et sedebat sub palma q̃ illius nomine vocabatur,] videlicet palma Deboræ, [inter Rama & Bethel in mõte Ephraim.] ibi inq̃ sedebat tẽpore opportuno, vt vnicuiq; indigẽti cõsilio aut iudicio pateret ad eã accessus. Propter ꝙ subditur: [Ascendebãtq́; ad eã filij Israel.] Sedit enim in mõte Ephraim, [in omne iudiciũ.] i. ꝓobtinẽdo iusto iudicio seu sano cõsilio in causa quacunq; [Quæ misit & vocauit] per nunciũ ad se [Barach filium Abinoam de Cedes Nephthalim.] Ex hoc argui posset, ꝙ non erat idem vir Lapidoth & Barach, vel ꝙ non fuit Deboræ huius maritus. q̃a tã remotè ab inuicẽ habitabãt, & in terra tribuũ diuersarũ. Cedes etenĩ fuit vrbs tribꝰ Nephthalim, Debora verò in terra tribus Ephraim morabatur. Hinc, vt refert Lyra, q̃dã Hebræi dicunt, ꝙ Lapidoth sit nomen cõ-

*lychnariã *lychnia mune, significãs, *lichimariã. ideo dicũt eã sic appellatã, q̃m pro lucernis in tabernaculo dñi lucentibus, *lichimia faciebat. At verò qui dicunt Lapidoth & Barach fuisse virum eundem binomium, probant hoc, q̃a vtrunq; nomen eandẽ habet interpretationẽ: quia vtrunq; coruscatio interpretatur, & hi dicere possunt, ꝙ Barach fortè protũc. quãdo sic vocabat̃, ex aliqua causa ad tẽpus erat in Cedes Nephthalim, quãuis aliàs habitaret cũ Debora. [dixitq́; ad eum: Præ-

Præcepit tibi dominus Deus Israel,]i.mihi reuelauit se velle,& eius p̃ceptum mihi iam notificatū,tibi denuncio,videlicet[vade,descende,& educ exercitū in montem Thabor:]in quo Matth. 17.
Christus coram tribus Apostolis fuit transfiguratus,estq; mons illa in Galilæa. [tollesq; tecū decē millia pugnatorū de filijs Nephthalim,& de filijs Zabulon:]insinuando eis, qualiter tibi reuelaui p̃ceptū Dei de his agendis, vt sint de victoria certi. [Ego autē adducā ad te] Hoc dicitur ex persona Dei,non Deboræ,vt sit sensus,ego dn̄s adducā ad te,[in loco torrentis Cison. Sisaram principem exercitus Iabin,& currus eius, & omnem multitudinē eius:] i.sic disponam,quòd veniet contra te ad pugnandum in loco torrentis Cison, hoc est, permittam vt ex instigatione angelorum malorū atq; ex propria animositate tibi occurrant.[& tradam eos in manu tua.Dixitq; ad eam Barach:Si venis mecum,vadam]quò dominus iussit. [Si nolueris venire mecum, non pergam.]tanquam dicat,indigeo tua pręsentia,vt per te,quæ prophetissa es,dn̄s mihi reuelet quid agere debeam. Videtur Barach aliqualiter pusillanimis extitisse,aut nō satis de adiutorio Dei sperasse,vel ex humilitate hęc dixit.Et p̃ceptū Dei putauit sic posse intelligi. Si aūt culpabilis fuit,posteà indè pœnituit. Vel forsitan æstimauit, ꝙ filij Israel verbis suis non crederent,nisi Debora secum veniret.[Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum, sed in hac vice tibi victoria non deputabitur, quia in manu mulieris tradetur Sisara.] i.a fœmina occidetur,nō à te,secundum ꝙ infrà narratur, quod factū videtur propter impfectionem ipsius Barach in spe, qui tn̄ posteà creuit in virū sanctū,cùm in epistola ad Hebręos inter sanctos ab Apostolo numeretur. [Surrexit itaq; Debora, & perrexit cum Barach in Cedes.]i.oppidū illud,ex quo apparet,quod Barach habitauit ibidem.[Qui accitis Zabulon & Nephthalim,]id est, Zabulonitis & Nephthalimitis ad se conuocatis, [ascendit cum decem millibus,]quæ erāt de duabus his tribubus, [habens Deborā in comitatu suo,] vt sanctæ fœminæ meritis,p̃cibus,cōsilio,reuelatione adiuuaretur.[Aber aūt Cinæus]i.vir ille sic dictus, quoniam erat de semine Iethro,qui & Cin nominat̄, recesserat quondā à cęteris Cinęis fratribus,] i.cōsanguineis suis,q̄ habitabāt inter filios Iuda,vt dictū est,[filijs Obab cognati Mosis,quia fuerunt posteri ipsius]Obab,q̄ fuit filius Iethro & frater Sephoræ vxoris Mosis,sicq; cognatus hìc sumitur pro affine. Aliqui tn̄ dicunt, ꝙ ipsemet Iethro vocatus sit Obab. [& tetēderat tabernacula vsq; ad conuallē quæ vocabat̄ Sennim,q̄ erat iuxta Cedes.]Fuit quippe vir diues,& pecora multa habēs, propter quod tabernacula sua latè tetendit in locis pascualibus extra oppidum Cedes.[Nunciatumq; est Sisaræ, ꝙ ascēdisset Barach filius Abinoā in montē Thabor cum Debora,& congregauit nongentos currus falcatos,] qui instar falcis cædebāt. [Et omnem exercitum ad torrentem Cison]sicut Debora prophetauit.[Dixitq; Debora ad Barach:Surge,hæc est enim dies in qua tradidit]i.dare decreuit & nunc tradet[dn̄s Sisaram in manus tuas.]Itaq; more prophetico loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ,sed qualiter ait nunc Debora,tradidit dn̄s Sisaram in manus tuas, cùm pauloantè locuta sit, Tibi non reputabitur victoria, quia in manus fœminæ tradetur Sisara? Respondetur,ꝙ finaliter datus fuit in manus mulieris, vt interficeret̄ ab ea. Datus est quoq; in manus Barach, ita ꝙ eum fugauit, & exercitū eius prostrauit. [Descendit itaq; Barach de mōte Thabor,decemq; millia cū eo, perterruitq; dominus Sisaram & omnes currus eius] i. existētes in curribus,[& vniuersam multitudinē]s.totū exercitū [in ore gladij ad aspectum] gladiorum ipsius[Barach]& sui exercitus.Perterruit aūt dn̄s Sisaram & eius exercitū intùs & extrà.nam corda eorū immutauit ab audacia ad pauorē,eaq; stupida & imbecillia fecit.Hoc etiā competit creatori omnipotenti, ad omne libitū suū alterare, afficere atq; disponere cor omne creatū. Vnde & August.hìc ait:Ecce quō commendat scriptura Deum agere in cordibus hominū,vt det exitum quē decreuit.Pauere etenim fecerat Sisaram,vt aduersario traderet eū. Aug.lib.iudic. q. 27. Insuper perterruit illos ab extra:quia vt Iosephus scribit, Ventus & maximus grando ac imber super eorū facies irruebant,arcus]& fundæ fiebant inutiles,multi de equis suis curribusq; excussi,cōterebantur,[intantùm vt Sisara de curru desiliens,pedibus fugeret, & Barach p̃sequeretur fugientes currus & exercitū vsq; ad Aroseth gentiū,& omnis hostiū multitudo ad internecionem caderet,]vel occisi ab exercitu Barach,vel modo p̃tacto. Iosu. lib. 6. ant.iu. c. 9. Recitat Iosephus,ꝙ in exercitu Sisaræ erant trecenta millia armatorū,& decem millia equitum,& vltra nongentos currus falcatos, &adhuc duo millia & centū. [Sisara autem fugiens, peruenit ad tentorium Iahel vxoris Aber Cinæi.Erat enim pax inter Iabin regem Asor, & domum Aber Cinæi]i.ipsum Aber & eius domesticos.Fortè enim rex ille non ita odiuit Cinæos sicut Hebræos,quia nō erant ex semine filiorum Israel,quos maximè odiebat.[Egressa ergo Iahel in occursum Sisaræ,]quem audiuit venisse,[dixit ad eum:Intra ad me,] i. in domum meam intra,[ne timeas.Qui ingressus tabernaculum eius,& opertus ab ea pallio,] Septuaginta transtulerunt,pellibus.Fuit enim lassatus,& volebat quiescere. [dixit:Da mihi, obsecro, paululū aquæ.]per aquam solet scriptura quęcunq; potum significare, sicut per panem, quēlibet cibum.[quia valdè sitio. Quæ aperuit vtrē lactis, & dedit ei bibere.] lactis eīm potatio, somnū

profundum & grauia somnia inducit ac grauat. [& operuit illum. Dixitq; Sisara ad eam: Sta ante ostium tabernaculi, & cùm venerit aliquis, interrogans te, & dicens: Nunquid hîc est aliquis? Respondebis, Nullus est. Tulit itaq; Iahel vxor Aber, clauum tabernaculi] s. grandē clauum, quo in tabernaculo suo aliquando vtebat, [assumens pariter & malleum. Et egressa absconsè,] vel ab ostio tabernaculi, vel à camera in qua Sisara iacuit, q̃ fortè rursus intrauit ad considerandū, an fortiter iam dormiret, [posuit supra tēpus capitis eius clauum, percussumq; malleo, defixit in cerebrum vsq; ad terram] i. valdè profundè, vt sit hyperbolicus sermo. Vel, vsq; ad terram, i. tam validè, q̄ Sisara in terrā de lecto prolapsus est, vt patet sequēti cap. Tempus autem, pars capitis est: pro quo septuaginta transtulerunt, γνάθον, i. maxillam. [qui soporem morti socians, defecit & mortuus est.] Circa quod quidā dicit, q̄ inter Soporē & mortē Sisaræ non fuit temporis interuallum, q̄ nō videtur. Sisara namq; ex percussione euigilauit, quamuìs magnitudine pœne oppressus, loqui & reniti nequiuerit, nec sine actuali dolore ac pœnæ perceptiōe animā exhalauit. [Et ecce Barach sequens Sisaram,] quem adhuc viuere existimauit, ideo secundū suā reputationē eum insequebatur. [veniebat.] residuū huius cap. planū est. ¶ Sed quæri potest, an Iahel benè egit interficiendo sic Sisaram, & q̄ immo, manifestè habetur sequēti cap. Oppositū verò ꝓbatur, q̄m afflicto non est addenda afflictio. Item fallaciter ac simulatoriè se habebat ad Sisaram, dicēs: Intra dn̄e, ne timeas crudelißimū quoque videtur, hominē in somno occidere. Insupèr pax fuit inter regē Sisaræ, & p consequens etiā inter Sisarā & inter maritū Iahel ac eius domesticos. Et ita videt Iahel fœdus pacis & amicitiæ violasse. Et respōdendū, q̄ secundū legē cōmunē loquēdo, Iahel in facto isto fuisset rep̄hensibilis in q̄busdā, tam in verbis q̄ in signis & facto: sed diuino instinctu ex speciali moderamine Dei credit̄ sic fecisse, saltē quātū ad principale quo eū occidit. Vndè Debora ꝓphetauit, q̄ Sisara in manū fœminę erat tradēdus, haud dubiū quin à Deo, q̄ supbißimū principē illū voluit, ita p fœminā humiliare, sicut & Holofernē arrogātißimū iusto iudicio deiecit p Iudith. Nō tn̄ oportet hāc Iahel excusare in toto. nam & operi virtuoso frequēter venialia miscentur peccata. Præterea dato quod inter Iabin & Aber Cinęum, eiusq; domum, fuisset amicitiæ pacisq; fœdus, illud tamen non fuit obseruandū in derogationē & detrimentū boni cōmunis, cuius hostis fuit hic Sisara. Tres quoq; sunt comites iuramenti ac voti seu fœderis: idcircò dum obseruatio horū esset cōtra discretionē, iustitiam aut veritatē, non esset laudabilis. Quidam verò hîc scribit, q̄ quamuìs inter Iabin & Aber fuisset fœdus sub iuramento, tamen Iahel non tenebatur hoc obseruare, quia in talibus fœderibus fœminæ non vocātur. sed huic dicto obuiare videtur, q̄ ait Glossa: Mulier ista priùs amicitię fœdus habebat cum Sisara. Deniq; textus fatetur, q̄ pax erat inter Iabin & domum Aber Cinæi. Vir aūt & vxor duo sunt in carne vna, nec licet vxori nòcere ei, cui maritus suus est pacificatus. ¶ Ampliùs quæri potest, an liceat vnicuiq; occidere publicū hostē Reipup. ac tyrannū. De hac re loquitur S. Thomas in scripto suo super secundū Sententiarū, dist. 24. vbi inter cętera allegat Tullium, q in libro de officijs eos cōmendat, q occiderunt Iulium Cęsarem, q̃uìs suum amicū & familiarem, q̄m quasi tyrannus ius vsurpauit imperij. & addit Thomas ibidèm, Tullius loquitur in casu quo aliquis per violentiam surripit sibi dominium, nolentibus subditis, vel etiā ad consensum coactis, & quando recursus haberi non potest ad superiorem, p quem de inuasore queat iudicium fieri. Tunc enim q ad liberationē patriæ tyrannū occidit, laudatur & pręmiū accipit. Hæc Thomas ibidē. Porrò in libro de regimine regū, diffusiùs de hac ipsa scribit materia, inter reliqua loquens: Si nō fuerit excessus tyrannidis, vtilius est remissam tyrannidē tolerare ad tēpus, quàm contra tyrannū agendo, multis implicari periculis, q̄ sunt ipsa tyrannide grauiora. Si verò sit intolerabilis excessus tyrannidis, visum fuit q̄busdam ad virtutē virorū fortiū ptinere, tyrannū perimere, seq; ꝓ cōmunitatis liberatiōe exponere mortis periculis. quēadmodum Ahud legit̄ Eglō regē Moab necasse. sed hoc Apostolicę doctrinę nō cōgruit. Docet em̄ nos S. Petrus, non solū bonis & modestis, sed etiā dyscolis dominis reuerenter subdi debere: Hęc est, inquiens, grā, si ꝓpter conscientiā Dei sustineat q̄s tristitias, patiēs iniustè. Vndè cùm multi Romanorū Imperatores fidē Chr̄i p̄sequerentur tyrannicè, & magna multitudo tā nobiliū quàm populi esset ad fidē cōuersa, nō resistēdo, sed mortē patiēter & ardēter sustinēdo, laudabiles facti sunt. Esset quoq; hoc multitudini & eius rectoribus periculosum, si priuata p̄sumptione aliqui attentarent præsidentiū necem, etiam tyrannorū. Plerunq; em̄ huiusmodi periculis magìs exponunt se mali, quàm boni. Malis autem graue solet esse dominum regum, non minùs quàm tyrannorum: quia secundum Sententiam Salomonis, Prouerb. 20. Dißipat impios rex sapiens. magìs ergo ex huiusmodi præsumptione immineret periculum multitudini de boni regis amißione, quàm remedium de tyranri subtractione: ideo cōtra tyrannorum sæuitiam procedendum videtur publica authoritate, non præsumptione aliquorum priuata. Hæc Thomas, qui in libro præallegato conscribit & alia multa de ista materia.

Iudith 14. & 15.

Thomas 2. sent. dist. 24.

Cicero.

1. Pet. 2.

¶ *De sensu eiusdem quarti capituli mystico.* Art. 8.

Sicut

Sicut p̄habitum eſt, Iudaicus populus figura fuit populi Chriſtiani, & quicquid in filijs Iſraël corporaliter ac literaliter geſtum eſt, in Chriſtianis ſpiritaliter, imò & ſæpè corporaliter adimpletur, & quia per ſeptenarium vniuerſitas deſignatur, poſſunt p ſeptem illas Iſraëliticæ plebis oppreſsiones & ſeruitutes, intelligi vniuerſæ perſecutiones, q̄ Chriſtianis ꝓpter eorum peccata illatæ ſunt, inferuntur aut infligentur. Prætereà, ſicut filij Iſrael ab vna tribulatoria & hoſtili ſeruitute erepti, paulopòſt recidiuauerunt, ita in Chriſtianis multotiès actum eſt. Quemadmodùm etiam populus ille poſt ruinam & deformationem ſæpè eſt reformatus, ſic dominus & ſaluator ſuam frequenter reformauit eccleſiam. Ampliùs, qm̄ iudices illi erant viri mirabiles, virtuoſi, prudētes, in ſalutem plebis Iſraël ſuſcitati à domino: idcircò p vnumquemq; eorum poteſt allegoricè Chriſtus intelligi ſecundum aliquā proprietatē, virtutem & actionem, quæ in ſingulis illis fuit ac fulſit virtutibus. nam quicquid pfectionis & eminentiæ erat in illis diuiſim & incōpletè, totū ſimul & perfectè fuit in Chriſto. Poteſt quoq; per vnūquenq; illorū Iudicum, angelicus aliquis ſpiritus deſignari, in miniſteriū miſſus eorū, qui hęreditatē ſortiuntur æternæ ſalutis. ſimiliter virtuoſi prælati, ac principes prudentes & ſtrenui, imò & cæteri boni Chriſtifideles, qui ſemetipſos efficaciter iudicant, examinant & caſtigant, contra inuiſibiles hoſtes vitiorumq; aciem pugnant idoneè. ¶ Deniq;, per Eglō pinguiſsimū regem Moabitarū, cui dn̄s Ammonitas & Amalechitas adiunxit, ritè accipitur carnaliſsimus atq; turpiſsimus ille impius Mahumetus, legifer vel potiùs fæciſer & ſeductor Sarracenorū, p quem omnipotens Deus occulto ac imperſcrutabili iudicio varias gētes falli permiſit, q carnaliū voluptatum immoderatiſsimus extitit doctor, amator & executor, imò inſtar Epicuri, in illis felicitatem cōſtituit, qui quindecim ſimul habebat vxores, duasq; concubinas. nec his cōtentus, finxit ſibi à Deo permiſſum etiā aliorū vxores cognoſcere, cognatas quoq; & quaſcunq; propinquas: ſicq; inceſtuoſus fuit & adulter nequiſsimus. Porrò, p Ahud ambidextrū, intelligitur Chriſtus, in quo nil erat ſiniſtrū, obliquū, peruerſum, & omnia q̄cunq; fecit ac ptulit, proſpera noſcuntur, qui in omni euētu manſit animo cōſtans. Hic gladio oris ſui in die iudicij, damnatū iam Mahumetū in anima, ampliùs condemnabit in corpore ſimul & anima. Deindè per Iabin regem Chanaan, deſignatur princeps terrenus iniquus, iuſtos infeſtās: Per Siſaram verò principem militiæ Iabin, quicunque miniſter pręcipuus, domino ſuo in malitia ſe conformans: quia vt Salomon conteſtatur, Rex iniuſtus omnes miniſtros habet iniquos. Per Deboram verò prophetiſſam, & per Iahel, intelligitur vel ipſa Eccleſia cęleſti ſponſo vnita, in qua plurimi ſpiritu claruerunt prophetico: vel ipſa ſacratiſsima virgo Maria, vnigeniti filij Dei mater, ſingularisq; ſponſa, præ cunctis gratia prophetiæ ornata. Eccleſia ergo quemcunque de filijs ſuis fidelem & ſtrenuum principem frequenter admonuit, & nunc vſq; hortatur, vt inimicis fidei Chriſtianæ viriliter reluctetur, cui & diuinum promittit auxillum, ſed ille reſpondet ſe hoc aggredi non audere, niſi eccleſia pergat ſecum, i. orationibus & ſanctis ſuis ſuffragijs eum proſequatur ac tueatur, cui libēter eccleſia annuit, attamen ei pręnunciat, quod victoria nō deputabitur ei, quia in manus fœminæ tradetur Siſara talis. Precibus nanq; & meritis eccleſiæ, & præſertim virginis glorioſæ, confertur cōtra infideles triūphus: Quemadmodum etiam Deus perterruit Siſaram & omnem eius exercitum ad occurſum Barach, ita frequenter per apparitiones cæleſtes & angelicas opes, exterruit & deiecit Sarracenos cōtra fideles prælia ineuntes. Rurſus per Siſaram deſignatur diabolus, cui dominus ait: Inimicitias pœnam inter te & mulierem, i. Chriſtiferam virginem: ipſa conteret caput tuum. Hęc etenim clauo & malleo, i. acutiſsima ſua humilitate cælos penetrante, ac verbi cęleſtis virtute prorſus deuicit diabolum. Deniq; Deus ex virgine volens ſuo tempore incarnari ſexum honorauit fœmineum, dans Deboræ gratiam prophetiæ & iudicandi prudentiam, & ipſi Iahel tradens Siſaram occidendum, vt & fœminæ non diffidant ſe ad diuinorum poſſe pertingere perfectionem chariſmatum. Ampliùs, exemplo Ahud ſtudeamus zelo boni communis feruere, & contra hoſtes eccleſiæ continuis affectuoſisq; precibus compugnare, ſed & ambidextri eſſe conemur, quatenùs tam in proſperis quàm aduerſis, maneamus conſtantes: temporalia quoque ad ſpiritalia efficaciter ordinemus. Quemadmodùm enim proſpera & ſpiritalia per dexteram, ſic temporalia & aduerſa per ſiniſtram ſignantur.

Hebr. 1. — Mahumet depictio. — Prou. 20. — Gen. 3.

¶ *Declaratio cap. 5. Cecineruntq; Debora & Barach filius Abinoam.*

Articulus 9.

CONSVETVDO fuit ſanctis hominibus vtriuſq; ſexus. poſt beneficia magna Deo deuotiſsimè regratiari: quod vtiq; omnes fecerunt, corde & ore Deum laudando, & eius beneficia recolendo: ſed quædam perſonæ ſuper hoc ſpecialia cantica ediderunt, & ea reliquerunt in ſcriptis, ſicut & Debora iſta prophetes. [Cecineruntq;] i. Deum intimè laudauerunt [Debora & Barach filius Abinoam, in die illo dicentes:] Debora ſola ex tactu ſpiritus ſancti creditur canticum illud compoſuiſſe, Barach verò cecinit illud cū ea. Sic & Apoſtolus Paulus in quarundam ſuarū epiſtolarum exordijs ſibi annumerat Timotheum atq; Siluanū,

1. Theſ. 1. 2. Theſ. 1.

cùm tamé ipse solus epistolas illas dictauerit. [Qui spontè obtulistis de Israel animas vestras ad periculum,] i. ô vos viri de numero tribuum Israel, qui voluntariè, non coactè, venistis ad bellum contra Sisaram, quod erat secundum humanum iudicium, & quãtum ad causas naturales, ac ea quæ forinsecùs apparebant, valdè periculosum: quia paucissimi erant Israelitæ respectu illorum Chananæorum tam fortiter armatorum, totq; falcatos currus habentiũ, vt dictum est pcedenti cap. [Benedicite domino:] gratias referẽdo, non in vobisipsis inaniter gloriando, quia non vestris viribus præualuistis. Et hoc ipsum extitit donum Dei, ꝙ tam confidenter venistis ad prçliũ istud. Veruntamen, quoniam Debora prænunciauit & promisit eis ex parte Dei victoriam, non erat filijs Israel in illo congressu periculum per respectũ ad causas supernaturales, videlicet habendo respectum ad certitudinẽ propheticæ promissionis ac diuini auxilij. ¶ Deniq; duplex est benedictio: vna consecrationis & authoritatiuæ est collationis, sicq; superior benedicit inferiori, & creator creaturæ, dicente Apostolo ad Hebre. 7. Sine vlla contradictione, quod minus est, à meliore benedicitur. Alia est benedictio gratiarum actionis & laudis. Sicq; inferior benedicit superiori, & homo Deo. ¶ Porrò per animas intelligi possunt ipsimet homines, secundum quod totum significatur per partem, præsertim per partem principalem: vel animalis vita illorum, quæ corpori & animę est communis. [Audite reges, auribus percipite principes:] i. O vniuersi magnates tam maiores quã inferiores, audite hæc verba Dei, vt discatis omnipotentiam eius, cui nullus potest resistere: & sciatis, nõ in multitudine bellatorum, sed in adiutorio altissimi vim bellorum cõsistere. [Ego sum, ego sum quæ domino canam, psallam domino Deo Israel.] Repetitio, est confirmatio dicti, & seriositatis ac deuotionis indicium, & congruè ait, Ego sum: q. d. tanto ampliùs ac specialiùs habeo Deum pro isto miraculoso laudare triumpho, quanto plùs cęteris reuelatio mihi facta est de exitu huius belli: & quanto mihi confusibilius extitisset, si aduersum quid contigisset populo meo: & quanto plùs plebẽ hanc diligo, cuius mater & iudex, ac directrix sum constituta à dño. Itaq; canam dño ore, psallam ei & mẽte. [Dñe, cùm exires de Seir, & pertransires per regiones Edom, terra mota est.] Istud cõsonat ei, ꝙ Deut. 33. Moses loqtur: Dñs de Sina venit, & de Seir ortus est nobis. Apparuit in monte Pharan. circa ꝙ recitat Lyra: Dicunt Hebræi, ꝙ dñs primò obtulit legẽ filijs Esau habitantibus in monte Seir, sed ipsi noluerunt eam

Pet. Com. recipere, & tunc dedit eam filijs Israel in mõte Sinai. Sicq; exponunt literã istam. Cùm exires de Seir, eo quod recusassent legẽ sibi oblatã. Magister quoq; in Historijs narrat: Tradũt Hebrçi quod dñs misit angelos suos ad Idumęos in Seir, & ad Ismaelitas in Pharan, & obtulit eis legem: quã cùm nollent accipere, venit ad Iudęos in Sinai cum multis millibus angelorum, & legem contulit ibi Hebræis. Istud secundum Lyram, videtur esse victitium: quia secundũ veteris test. scripturas, populus Hebræorum fuit specialiter à Deo electus, vt Christus nasceretur ex eo: propter quod speciali sanctitate debebat pollere. Vnde è cæteris sunt segregati per fidem & cultum vnius Dei, deindè per circuncisionem & legis susceptionem. Hinc expositores catholici sic exponunt: Dñe, cùm exires de Seir, Idumæos in suis erroribus ac idololatrijs iustè derelinquendo. Veruntamen pfato dicto Hebræorum consonare videtur ꝙ ait Glossa: Exisse dicitur dñs de Seir, & transisse per regiones Edom: quoniã Idumæis legẽ recipere nolentibus, dedit eam Iudęis in mõte Sinai. Cur autem dicuntur Idumęi eam recipere noluisse, nisi quia eis offerebatur? Hoc quoq; videtur litera ista ptendere, dicendo: Et transires per regiones Edom: Siquidem propter præfatam relictionem, non apparet quod diceretur trãsisse per regiones Edom. Itaq, ꝓbabiliter dici potest, quod Deus ex sua pietate p merita sanctorum patriarcharum Abrahæ & Isaac, obtulit Idumæis & Ismaelitis legem, saltem per inspirationes angelicas & diuinos instinctus, exhortando illos interiùs ad fidem & cultũ vnius veri Dei. Propter quod dicitur transisse per regiones Edom, taliter visitãdo corda habitantiũ ibi, sed quia non erant electi, vt filij Israel, non dedit eis gratiã recipiendi legem tam sanctam, nihilominùs fecit quod fuit in se. ¶ Porrò Seir quãdoq; est nomẽ montis in terra Idumęorum. quãdoq; pro terra illa accipitur. Edom quoq; est proprium: Esau nomẽ, interdũ pro Idumęa, suscipitur, & quamuis Idumæa fuit regio vna, nunc tamen pluraliter dicitur per regiones: vel propter diuersas regni illius partes, vel quia plurale pro singulari est positum. Tunc itaq; terra mota est, iuxta illud Psal. 113. A facie domini mota est terra. Cùm equidem dñs legem erat

Exod. 19. daturus, totus mons Sinai fuit igne opertus, & nubes densissima operuit illũ. Ex qua clangor buccinæ, fulgura atq; tonitrua procedebant, ex quibus mons Sinai contremuit, vel secũdum apparentiam, aut verè realiter. Sed & filij Israel in circuitu eius stantes, vehementer contremuerũt. sicq; de eis potest intelligi, ꝙ terra dicitur mota. [cæliq; ac nubes distillauerunt * aquas:] qa ex nube illa dẽsissima diffundebaẽ tunc aqua, qua cęli aerei, i. partes aeris, ibi madebant, vel ideo ait, cæli, qm̃ ad gñationẽ nubis illius, influentia cęlestis forsan cooperabatur. imò cæli, i. angeli sancti habitantes in cælis, nubem illam produxisse creduntur, sic ut & cætera mira quæ ibi fiebant. [Montesq; fluxerunt à facie dñi,] i. ex psentia maiestatis diuinę, mõtes

* aquis.

in quibus Deus mirabilia fecit, & p suos effectus apparuit, quasi defecisse à sua naturali vi ac dispositione videntur, put de mõte Pharan & Seir ptactũ est. Interdum etiam, Deo iubente, translati & cõminuti ac cõplanati sunt mõtes, iuxta illud Iob 9. Qui trãstulit montes de locis suis. Et Num. 21. Scopuli torrẽtiũ inclinati sunt. [& Sinai à facie dñi Dei Israel,] i. mons Sinai, in legislatione specialiter fluxit modo iam dicto, & aliqua pars eius fortè cõsumebatur ex actione ignis & pluuiæ. Sic igitur fluxit à facie Dei, q super montẽ illum descendit per subiectam creaturam, puta per angelos sanctos ac metuendos effectus, ita q mõs ille maximo igne atq; densissima nube opertus, vix apparebat: propter q fluxisse asseritur, sicut q spiritualiter creatura Deum sublimiter contẽplando, dum p raptũ in ipsum demergitur, deficere & quasi in nihilum redigi perhibetur, non q sit totus in puluerẽ resolutus, secundum q impijssimus & stolidissimns Mahometus in suo recitat Alchorano, q Mose in montem Sinai ascendente, mons ipse totus in puluerẽ est redactus, ita q Moses cecidit quasi mortuus, atq; in terra iacẽs læsus, clamauit: O dñe, ego sum primus credentiũ in te. [In diebus Samgar filij Anath,] q post Ahud fuit Iudex Israel tempore modico, vt suprà patuit. [in diebus Iahel] vxoris Aber Cinæi, [qeuerunt semitæ.] q dupliciter potest exponi: Primò, q hostes qeuerunt à semitis Israel, eas non ingrediendo ad impugnandũ vt antè, pſertim postq Samgar percussit de Philistæis 600. viros vomere vno, & postq Iahel Sisaram interfecit: tẽpore aũt intermedio intrauerũt & pualuerunt. Secundò, q in diebus Samgar & Iahel quieuerunt semitæ, ita q filij Israel non audebant securè transire per consueta suæ terræ itinera, timore Philistinorũ & Chananæorũ terrã Israel deprædantiũ, latrocinantiumq; in ea. Nec enim Samgar potuit Philistæos plenè cõpescere: & vsq; ad tẽpus quo Iahel Sisaram interemit, filij Israel fuerũt multis annis à Chananæis oppressi, vt pcedenti narratur cap. [Et qui ingrediebantur per eas, ambulauerũt per calles deuios:] quia aduersariorum timore, declinabant ab itineribus rectis, ne inciderent hostiũ manus. Vel sensus est, q aduersarij filiorum Israel iam præfati, diuerterunt frequenter à callibus rectis, vt magis secretiusq; nocerent, vt latrunculis atq; pdonibus moris est. [Cessauerũt fortes in Israel.] i. per 10. & 8. annos, quibus filij Israel seruierũt Iabin regi Chanaan, pauci aut nulli viri virtutum ac fortes fuerunt in populo Israel, nec aduersarijs suis audebant resistere. ideo subditur: [& quieuerunt] à prælijs, sed erãt formidolosi & corde infirmi, [donec surgeret Debora, surgeret mater in Israel.] i. quousq; Deus p Deborã prophetissam, iudicẽ ac matrem spiritalẽ Israeliticæ plebis, hortaretur & cõfortaret filios Israel. [Noua bella elegit dñs,] i. insolito modo deuicit hostes, quia per fœminas triumphauit. Nam Deboram suscitauit ad vocandum & confortandum Barach ac alios filios Israel, atq; in manus Iahel tradidit Sisarã. [Et portas hostium ipse subuertit,] i. filijs Israel dedit potestatẽ vastandi vrbes eorum, à qbus pauloantè opprimebantur, cùm tñ filij Israel essent inermes. Vndè subiungitur: [Clypeus & hasta si apparuerũt in 40. millibus Israel:] i. nec clypeus nec hasta inuenti sunt in exercitu Israel, in quo primò erant 10. millia. Deindè cum pualere cœpissent, multi ex tribub⁹ Israel accurrerũt, ita q vsq; ad 40. millia aut circiter excreuerunt. Quẽadmodũ verò Glossa testatur, Iabin rex Canaan abstulit filijs Israel arma, sicut & Philistæi 1. Regum eis fecisse legũtur. [Cor meum diligit principes Israel.] Hoc secundum Glossam, ex persona Dei inducitur, q fideles duces ac iudices Israel diligebat, præsertim pdestinatos. Potest tñ ex persona Deborę accipi, quia & ipsa spiritaliter ac cordialiter seu intimè diligebat principales huius exercitus, [qui ppria voluntate obtulistis vos discrimini.] i. periculo corporali. [Benedicite dño,] sicut expositũ est. Porrò spiritali discrimini, putà periculo peccati mortalis, nullus debet se exponere seu offerre, imò hoc esset peccatum mortale. [Qui ascenditis super nitentes *asinas,] i. ô vos filij Israel, qui super pulchras & validas asinas de præda hostium acquisitas ascenditis, [& sedetis in iudicio,] i. alijs præestis ad iudicandum, [& ambulatis in via:] Quanuis em Debora & alij fuerint iudices principales, tñ sub eis minores aliqui iudices erant. In Hebræo, vt ait Glossa, habetur: Sedentes super iudicium, & ambulatis in via, i. qui nunc securè pergitis p itinera terræ Israel, per quæ pauloantè non audebatis transire præ aduersariorum formidine, [loquimini:] i. sequentia verba proferre. [vbi collisi sunt currus, & hostium est suffocatus exercitus: i. in terra hac Israel, in qua diuina virtute cõfracti sunt miraculosè currus Chananæorum, & ipsi Chananæi miraculosè occisi sunt secundum modum in pręcedentis cap. expositione inductum. [ibì narrentur iustitiæ domini,] i. iusta iudicia Dei, & iusti effectus suę iustitiæ, quibus hostes Israel trucidauit, quia tyrannicè & praua intentione filios Israel conculcabant. [& *.lementiæ in fortes Israel.] i. miserationes & beneficia Dei quæ impendit Israelitis, quorũ peccatis ignouit, & eos insupèr fecit triumphatores. [tunc descendit populus domini ad portas,] i. populus Israel accessit vrbes aduersariorũ. [& obtinuit principatũ] super eosdem. [Surge surge Debora, surge surge, & loquere canticum.] His verbis sancta mulier p abundantia spiritalis lætitiæ de exaltatiõe diuinæ iustitię & pia sui populi ereptione, se ipsam hortatur ad laudandũ & regratiandũ dño Deo. Itaq; surge, i. mẽte ad Deũ te erige, atq; ad ei⁹

hono-

Iudic. 4.

Ibid.

*asinos

Iudic. 4.

*clemẽtia.

honorem erecto sta corpore.[& loquere canticū.] Veruntamen in Hebræo nō habetur. Surge surge Debora, vt asserit Glossa: sed, expergiscere spū, s. prophetię. [Surge Barach, & apprehēde captiuos tuos fili Abinoam.] i. eos qui in bello occisi nō sunt, cape ac tene. [saluatę sunt reliquiæ populi.] i. residui ex Israel p̄ualuerunt in p̄lio.] Dn̄s in fortibus dimicauit.] i. per fortes Israel viros cōtra Chananęos pugnauit, vel dimicauit in fortibus. i. cōtra robustos aduersarios nostros. In Hebræo, secundum Glossam, habetur: Dn̄s ꝓpter me in fortib⁹ dimicauit, & est vox totius populi Israel, Deo gratias referentis. [Ex Ephraim deleuit eos in amalech:] i. per Iosue Effrateum dn̄s debellauit fortes filiorum Israel inimicos in Amalechitis, ita ꝙ aduersarij illi fuerunt ipsimet Amalechitæ. quēadmodū em̄ Exo. 17. legitur, Iosue fugauit Amalech & populum eius in ore gladij, deindè Debora ꝓphetauit de expugnatione Amalechitarum tunc futura per Saul. [& post eum ex Beniamin in populos tuos ó Amalech.] i. ó tu princeps seu popule Amalechitarum, Deus dimicauit cōtra populos tuos ex Beniamin, i. per Saul regem ortum ex Beniamin tribu post Iosue Effra itam. [De Machir principes descenderunt, & de Zabulon, q exercitū ducerent ad bellādum.] i. duces huius nostri exercitus, partìm nati fuerunt be stirpe Machir filij Manasse, & partìm de tribu Zabulon. [duces Isachar fuerunt cū Debora,] i. aliqui aliorū ductores natu ex tribu Isachar, associauerunt se Deboræ. [& Barach vestigia sunt secuti.] i. cū eo ꝓcesserunt ad pugnā. Circa ꝙ ait Glossa. Quædā pars illorū māsit cū Debora ad laudandū Deum ac deprecandum, pars aūt alia est secuta Barach ad populum Israel exhortandum, & ad Sisarā debellandū. [qui] Barach [quasi in p̄ceps & Barathrū, se discrimini dedit] i. secundū humanū iudiciū & apparentiā exteriorē, apertissimo & ingenti periculo se cōmisit cum paucis inermibus eundo ad puguā contra tm̄ Chananæorum exercitū, vel dedit se discrimini, quasi in præceps & barathrū, i. aduersarios insecutus est per loca aspera, in qbus p̄cipitia erāt & valles ꝓfundæ ac foueæ. imò secundū Glossam, p̄cipitauit se in torrentē Cison, aduersarios ꝑsequēdo. Itaq; cōmendatis Israeliticis q venerunt ad pugnā, increpātur q nō venerūt. [Diuisio cōtra se Rubē] i. tribu Rubē separāte se ab his q trāsierūt ad pugnā, vel potiùs tribu illa inter se p intestinā dissensionē discordiāq; diuisa, qm̄ qdā in ea hortabātur ire ad p̄liū, alij dehortabātur. [magnanimorū reperta cōtentio est] i. q verè magnanimes erāt in tribu illa, & parati ad pugnā, cōtra imparatos ac timidos cōtēderūt: [Quare habitas inter] duos [terminos, vt audias sibulos gregū?] i. cur tu tribus Ruben cōmoraris circa Iordanē inter filios Israel, q in terra ꝓmissionis morātur, & inter tribū Gad mediāq; tribū Manassæ trās Iordanē manētes, vt intēdas vociferationib⁹ iumētorū tuorū? q. d. tm̄ desideras pecora tua seruare ac multiplicare, atq; in eorū balatu sic gloriaris, ꝙ negligis cū alijs tribubus

*Galaad. ire ad p̄liū iuxta Dei p̄ceptū. [*Gad trās Iordanē qescebat] i. tribus Gad trās Iordanē à labore subueniēdi se subtrahebat, [& Dan vacabat nauibus] i. tribus Dan erat circa * mercimonias suas & lucra, q̄ p exercitiū nauiū acqrūtur, tā occupata, ꝙ nō curauit succurrere. [Aser habitabat in littore maris, & in portub⁹ morabatur.] i. tribus Aser degebat circa littus mediterranei maris, & in locis portuū maris eiusdē, in cuius littore morabatur & tribus Dan. Sicq; similis causa retraxit has trib⁹ ab auxilio fratrū. [Zabulō verò & Nephthalim obtulerūt animas suas

Iudic. 4. morti.] i. arduis mortis p̄iculis. Nā 10. millia q̄ primò sibi collegit Barach, erāt de tribub⁹ *Zabulō* ac Nephthalim, ꝓut p̄cedēti habetur cap. [in regiōe Meromæ] i. excelsi, videlicet in territorio illo, in quo erat mōs Thabor, in quē Barach duxit suū exercitū, vt p̄cedēti cap. cōtinetur. [venerūt reges] subiecti Iabin regi, aut ei cōfœderati, [& pugnauerūt] cōtra Israel. [Pugnauerunt reges Chanaan,] i. Chananæorū, inter quos Iabin rex Asor tenebat primatum, ꝓut Iosuæ 11. legitur. [in Taanach iuxta aquas Mageddo] i. in ꝓuincia in qua erat torrens Cison,

Pet. Cos. hist. lib. Iu. cap. 7. q præterfluit Mageddo. Hebræus, secundum Petrum Comestorē, habet, in Ramazache. ꝙ significat altitudinē campi, & denotat ꝙ in campo vbi pręliatum est, filij Israel facti sunt superiores. [Et tn̄ nihil tulere p̄dantes.] subsannatio est aduersariorū. q. d. frustrà cōtra Israel pugnauerūt, qa pugnādo nil ꝓfecerūt, p̄dando aut p̄ualendo, imò vita sua priuati sunt. [De cælo dimicatū est cōtra eos.] i. Deus creator supnaturaliter restitit eis, cordia ipsorū terrēdo, atq; p ventum, imbrē, coruscationes, tonitrua eos deijciendo. [Stellæ manētes in ordine & cursu suo, cōtra Sisaram pugnauerūt.] Hoc primò intelligi potest de corporibus cælestibus, inquātū ad generationē impressionū p̄tactarū forsitan aliquo modo cooperabant, q̄ tn̄ p̄ter cursum naturæ potiùs generatæ cēsentur. Glossa, p stellas in suo cursu & ordine pmanentes, intelligit angelos sanctos ordinatè dispositos, & sua ministeria exercētes, p filios Israel adiuuerūt saltē orādo. Potest rursus de stellis & planetis intelligi, q cōtra Sisarā pugnasse dicuntur, in suo cursu ac ordine pmanedo, i. solitū cursum ac dispositionem suam naturalē seruando, in quantū diem causando, seu naturale obsequiū exhibendo, aut aliquā influentiam imprimendo, eo operati sunt filijs Israel ad triūphū, iuxta ꝙ Sap. 5. scriptū est: Pugnabit ꝓ Deo orbis terrarum cōtra insensatos. Sicq; pre verba ista innuit differētia huius victoriæ, ab ea q̄ sub Iosue desup est cōcessa, p hoc, ꝙ sol & luna steterunt in cælo immobiles spatio vnius diei, vt legit̄ Iosu. 10.

Itaque

Itaq; sic magister in hist. loqtur, ꝙ ait, stellę pugnauerũt cõtra Sisarã, nequaq̃ est mathematicè Pe. Co. hist.
intelligendũ, quasi fatali cõstellatione hoc gestũ sit, sed q̃m coruscationes & fulgura de sub- lib. Iudic.
limi sic ferebantur in hostes, quasi sidera laberẽtur. Estq́; hyperbolicus sermo. [Torrens Ci- ca.7.
son traxit cadauera eorum:] videlicet Chananæorum occisorum seu in illo torrente mersorũ
aut ꝓiectorũ. [torens Cadumim, torrẽs Cison,] i. torrens ille Cison, assimulatus est torrenti
Cadumim, s. mari rubro: q̃m sicut mare rubrum traxit cadauera Aegyptiorum in se mersorũ, Exod.14.
sic torrens Cison cadauera Chananæorum. Cadumim aũt interpretatur, antiquorum: & sumi
tur pro mari rubro, in quo sub Mose antiqua miracula sunt peracta. istud verò bellum factum
est iuxta torrentẽ Cison. [Conculca anima mea robustos.] hoc potest esse vox populi, cohor-
tãtis se ad cõculcandũ hostiũ colla, secundum ꝙ Iosue iussit principibus Israel ponere pedes
suos super colla regum Chananęorũ. Vel Debora ait hoc in sua persona, vt sit sensus: Concul- Iosue 10.
ca anima mea robustos, i. zælo iustitię vilipende hos Chananęos olim fortes. [Vngulæ equo-
rum ceciderunt, fugientibus impetu, & p̃ p̃ceps ruentibus fortissimis hostium.] i. dum potẽ-
tiores in exercitu Sisaræ festinãtissimè fugerent, fugiendoq; p̃cipitanter corruerent, etiã vn-
gulæ equorũ ipsorũ cõtritæ sunt ictibus grãdinis, coruscatione, & a speritate locorũ. q. d. quid
in tãta tẽpestate putas eqtibus accidisse? [Maledicite terrę Meroz, dixit angelus dñi.] Meroz, Pet. Cos.
vt in Scholastica fertur hist. fuit vnus de principibus Chanaan. Et interp̃tatur Meroz arcanũ, hist. lib. Iu
sicq́ per Meroz glossa & alij multi intelligunt aduersariã potestatẽ, q̃ p̃erat Chananęis, & eos cap.7.
cõtra filios Israel incitauit. Per angelũ verò qdã intelligunt Deborã ꝓphetissam, vel Barach
missum à Deo ꝓ liberatione Israelis. Alij Michaelẽ q̃ p̃erat synagogæ, & potiùs puto p angelũ
esse intelligendũ spm̃ illũ angelicũ, per quẽ fiebãt Deboræ reuelatiões ꝓpheticæ. Itaq; ange-
lus iussit p Deborã maledici diabolo, q̃ p̃erat Chananæis, cęterisq; apostatis angelis q erãt cũ
illo. Vnde subiungitur: [Maledicite habitatoribus eius] i. angelis malis principi suo cohęrẽ-
tibus in ipso, quasi in terra manẽtibus. [q̃a nõ venerũt ad auxiliũ dñi] i. ad auxiliandũ populo
Dei in adiutoriũ [fortissimorũ eius: i. ad subueniendũ ducib⁹ Israel, sed magis ad resistendũ.
Veruntamẽ literaliùs dici potest, ꝙ angelus iussit maledici p̃fato viro potẽti noĩe Meroz, &
terræ ac subditis ei⁹, q̃a succurrere noluerũt filijs Israel. [Bñdicta inter mulieres Iahel vxor
Aber Cinæi:] i. laude digna & virtuosa, quasi vna laudabiliũ fœminarũ, nõ tñ oĩbus alijs san-
ctior, queẽadmodũ Chrifera virgo dicit bñedicta inter mulieres.] Et bñedicat in tabernacu- Lucæ 1.
lo suo,] i. à suis domesticis, maioriq; grã impleatur à dño, q̃m hostẽ populi Dei occidit. [Aquã
petẽti, lac dedit.] i. Sisaræ postulãti sibi dari aquã ad potandũ, dedit lac bibere, vt fortiùs ob-
dormiret, vt dictũ est in expositione p̃cedẽtis cap. [& in phiala principũ obtulit] ei [butyrũ.] Iudic. 4.
i. in tali repositorio quo principes vti solent, obtulit ei pinguedinẽ lactis fortè ad comeden-
dum, vt super cibũ adhuc potaret de lacte, ꝙ non fuit p̃cedenti expressum cap.] sinistrã manũ
misit ad clauum, & dexterã ad fabrorũ malleos. Percussitq́; Sisaram, q̃rens in capite vulneri
locum, & tẽpus validè perforans, inter pedes eius ruit.] Cùm em̃ clauum eius capiti infigeret,
præ dolore expergefactus est, & primo impetu nondũ victa natura, eiecit se de lecto in terrã.
[defecit & mortuus est.] Et tunc [ante pedes eius voluebatur,] quousq; aĩmã exhalauit. [&
iacebat exanimis & miserabilis:] i. corpus eius extinctum iacuit vt cadauer. [per fenestram
respiciens vlulabat mater eius,] solicita pro filio suo, eo ꝙ vltra cõstitutũ tardaret reuerti: id-
circò pertimuit ꝙ euenisset ei, quemadmodum nouerat & alijs cõtra filios Israel p̃liantibus
euenisse. Nouerat quippe vetula illa, qualiter Deus filiorũ Israel frequẽter pugnasset ꝓ eis, &
forsan vidit aut percepit tẽpestates illas in aere subitò factas: propter ꝙ formidauit, filiũ suũ
cum suis ea esse percussum, aut aliter interisse. [& de cœnaculo loquebatur: Cur moratur re-
gredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarum illius? Vna sapiẽtior cęteris vxori-
bus eius &c.] Deindè recitatur, qualiter nurus sua, s. vna vxorũ Sisaræ, socrui suæ cõsolatoria
verba respõdit. & plana est litera. Postremò Debora cõuertit sermonẽ suum ad dñm, & canti-
cum suum deuotè cõcludit: [Sic pereant inimici tui domine.] i. indurati tyrãni & persecuto-
res plebis tuæ fidelis, ꝙ zelo iustitiæ & ex amore boni cõmunis ꝓfertur, nõ ex rãcore, imò pò
tiùs ex spirituali amore, quatenùs s. impij in vita hac puniãtur, ne in futuro grauiùs condẽnẽ-
tur, & ne viuẽdo diutiùs, grauiùs peccẽt, atq; damnationẽ mereãtur maiorẽ. [Qui aũt diligũt
te] spũali & infusa dilectiõe, [sicut sol in ortu suo splẽdet, ita rutilẽt.] i. donis gratię in pręsen-
ti copiosè clarificẽtur, & in patria beatorum, donis gloriæ pręclarissimè decorentur, imò glo
rificentur in corpore & anima, & fulgeant sicut sol in regno patris cælestis. Vnde (vt fertur) in Matth.13.
Hebræo habetur, sicut sol in fortitudine sua, i. tam clarè vt sol, quando lux solis erit septem-
pliciter, id est, septies maior quàm nunc est, vt Esa.30. ait, quod in futura mundi innouatione
complebitur. [Quieuitque terra per quadraginta annos.]

¶ *Mystica eiusdem cantici expositio.* Art. 10.

DEbora designat Ecclesiam, seu vnamquãq; animã verè deuotã: Barach, verè virtuosum
principẽ seu p̃latum. Ecclesia ergo cũ filijs suis contẽplãs bñeficia saluatoris, & qualiter
visi-

visibilibus ac invisibilibus hostibus sæpè diuina virtute præualuit, assiduè & grata ac deuotissima mente dominũ laudat, & fideles qui verè sunt milites Christi, hortatur: [Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculũ, benedicite domino] i. vos Christifideles, veri Israelitæ per contemplationem, qui spiritalem militiam voluntariè assumpsistis, & cótra aduersarios fidei seu inuisibiles aduersarios fortiter dimicatis aut dimicastis, Deo grates repēdite, & omne bonum ei asscribite. quoniã datũ est vobis à Deo, nõ solùm vt credatis in Christum, verùmetiã vt patiamini pro illo. [Audite reges, auribus percipite principes.] i. vniuersi maiores atq; minores, qui efficaciter vosipsos aut alios gubernatis, qui estis genus electum, regale sacerdotiũ. [Ego sum, ego sum quæ canã dño, psallam Deo Israel.] Ecclesia nanq; est sponsa Dei charissima, cui potissimè cõpetit Deo cantare ac psallere. sed & vnaquęq; deuota psona Deo iugiter psallat, iuxta illud Psalm. 33. Benedicam dñm in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. Vnde Apostolus exhortatur: Cantantes & psallentes in cordibus vestris dño. Quocircà loquitur Origenes: Beati qui possunt cantare cãticũ dño. quis putas ita canorę vocis est, & ita syncerę mētis, vt cantilena eius diuinum possit oblectare auditum? Ille protectò, qui nullũ in se habet raucum peccati sonum, qui nihil offensionis in lingua, nihil crassitudinis, i. carnalis affectionis in spiritu gerit. [Domine, cùm exires de Seir.] Dominus & saluator suos misit apostolos atq; discipulos vbiq; terrarũ, & euangelicã legem sine personæ exceptione obtulit vniuersis, quam multi in primis suscipere renuerunt, & tandem penè ab omnibus est recepta. Tunc [terra mota est] i. habitantes in terra, visis mirabilibus quæ per Christi discipulos gerebantur. Et quidã tunc moti sunt ad credendum alij ad persequendũ credētes, estq; impletũ quod prædixit Psal. 64. Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos, à signis tuis. [cæliq; & nubes distillauerũt aquis] i. S. Apostoli & eorũ cooperatores, de quibus pdictũ est Psal. 18. Cæli enarrant gloriã Dei. Et Esa. 60. Qui sunt isti qui vt nubes volant? aquã sapientiæ salutaris audientiũ cordibus infuderunt. [montes fluxerunt a facie dñi.] Per mõtes interdũ intelliguntur superbi, qui instar montiũ magni & alti sunt in oculis suis: qnq; virtuosi, qui verè sunt magni & alti per gloriosa charismata spũssancti. Aliquãdo verò principes & plati, propter psidētiæ dignitatē & altitudinē sui officij. Quidã aũt superbi, ad Christũ se cõuertendo, pristinã altitudinē humiliter abiecerunt alij in sua arrogantia perierunt. [In diebus Samgar quieuerunt semitæ.] Frequenter in Ecclesia semitæ, seu obseruantiæ mandatorũ, cessauerunt in multis: & loca sacra in solitu linē sunt redacta, & Christiani vehementer oppressi sunt ab Hunis, Vandalis, Gothis, Turcis & Sarracenis, alijsq; tyrannis, [donec surgeret Debora,] i. quousq; ecclesia desuper reformata, rursus præualuit. [Noua bella elegit Dominus.] Verè noua & inaudita bella elegit in nouo Dominus testamēto, qui per paucos simplices inopesq; Apostolos, mundum fidei Christianæ subiecit, idololatriã dissipauit, Romanum sibi imperium subdidit nõ armorum potētia, non magica arte, quã veri Christiani summè abhorrent, non dialectica subtilitate, nec eloquentia Tulliana, neq; per blandimēta carnalia: sed per supernaturalia, soliq; Deo possibilia infinita miracula, per allegationes scripturæ, per exemplarissimam & virtuosissimam vitam, per apparitiones angelicas & reuelationes cælestes: imò vsq; in præsens, fidem Catholicã per eadem conseruauit inesse, non obstante quod Iudæi, hæretici, philosophi, tyrãni totiēs & tam acriter eam extinguere sint conati. Hinc subditur: [Clypeus & hasta si apparuerint in 40. millibus Israel.] in sanctis nempe martyribus, qui per fidem & patientiã cõtra persecutores cõstantissimè pugnauerunt, nulla extitit armatura corporea, nulla resistētia bellica, & tñ pręfatis modis intm̃ præualuerunt, quod quãto plùs tyranni nitebãtur fidem extinguere, tanto plùs creuit, & ipsa persecutio tãdem cessauit. [Cor meũ diligit principes Israel.] Verè valdè nobis amandi sunt S. Apostoli, doctores, patres, & principes nostri, de quibus prædictum est: Constitues eos principes super oēm terrã. [Qui ascenditis super nitentes asinos] i. corpora vestra in se irrationabilia, pigra & stolida, habetis in seruitutē mētis redacta, & spũi pulchrè subiecta. [Et sedetis super in iudicio] i. alijs præeltis, & ambulatis in via virtutũ. [Loquimini, Vbi collisi sunt currus, & hostiũ suffocatus exercitus est,] i. in terris olim infideliũ, vbi infideles conuersi sunt, & saluberrimè defecerunt, iuxta illud: Verte impios, & non erũt. ibi narrentur iustitię domini.] i. beneficia Dei, & opera suæ iustitiæ, in vasis iræ ostensa: actus quoq; suæ clemētiæ, vasis misericordiæ exhibiti. Hoc vbiq; terrarum impletũ est. [Tunc descendit populus dñi ad portas] i. virtutũ executiones, quæ sunt portæ intrandi regnũ cælorũ, quēadmodùm vitia portæ sunt inferi. Vndè dixit saluator: Quàm angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam. [& obtinuit principatum] promerendo paradisum cęlestem: in psenti quoq; conuersi ad Christum, dñium multiplex sunt sortiti. [Surge Baruch, apprehēde captiuos tuos] i. tu prælate eos custodi, quos iugo Christi iam subdidisti, & quorũ intellectũ in captiuitatē redegisti in obsequm Dei. [Dñs in fortibus dimicauit.] quia p fortissimos Christi Apostolos & alios virtuosos Chri discipulos, robustissimas infideliũ natiões cõuertit, & cõtra eorũ reges ac principes victoriosè pugnauit. ¶ Præterea, per tribus & personas Israel, quæ con-

Margin notes: Phil. 1. — 1. Pet. 2. — Origenes — Eccl. 15. — Psalm. 44. — Pro 12. — Rom. 9. — Matth. 7. — 2. Cor. 10.

contra Sisaram ascenderunt ad pugnam, designati sunt electi Iudæi, qui crediderũt in Christum, & contra dæmonum aciem prælati sunt inclytè: electi quoq; Christiani, ex paganismo conuersi, qui contra hostes humanæ salutis ac perfidos dignè luctantur. Sed & quidam Apostoli & primi discipuli Christi, ex diuersis tribubus Israël erant nati, de quibus cantamus: Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu: Principes Iuda, duces eorum, principes Zabulõ, & principes Nephthalim. Psal. 67. ¶ Porrò, per tribus Israël ignauas, seu contra se inuicem diuisas, intelliguntur obstinati Iudæi, qui ad Christum noluerunt conuerti: Et item vitiosi Christiani, q contra aduersarios Dei ac fidei negligunt ꝓliari, & suis commodis, honoribus, contentionibúsue intenti sunt, ita ꝙ malunt se inuicèm deuastare, q̃ aduersus perfidos ac tyrannos vitiorumq; turbas cõcorditer dimicare. ¶ Postremò, qualiter contra inimicos Christianæ religionis dimicatũ sit vbertìm de cęlo, ita ꝙ perfidi diffugerũt: qualiter etiã p Iahel bñedictissima virgo Dei mater Maria, p Sisaram aũt diabolus designẽtur, ꝓhabitũ est. Angelus quoq; Miachael princeps ecclesiæ, ꝓcipit maledici zelo æqtatis multitudini principũ ac gentiũ discredentiũ, aduersantiũ ac reluctãtiũ ꝓspero statui ac saluti militãtis ecclesiæ, nisi resipiscãt.

¶ *Explanatio literalis cap. 6. Fecerunt autem filij Israel malum in conspectu domini.* Articulus 11.

IVXta ordinem rei gestæ, nunc recitatur quarta Israëlitarũ oppresio generalis. [Fecerunt aũt filij Israel malũ in cõspectu dñi.] Quotidiè omnes peccamus, atq; in Dei præsentia facimus mala, cũ & iustus septiès in die cadat: sed dum filij Israël dicũtur malũ fecisse, & ob hoc hostib' traditi, intelligendũ est ꝓsertim de maximo illo malo, videlicet idololatria ac multis criminib' ei annexis. Prou. 24. [Qui tradidit eos in manus Madian] i. Madianitarũ, qui nati fuerunt ex filio Abrahæ ac Cethurę, nomine Madiã, vt patet in Genesi. Gen. 25. [septẽ annis, & oppresi sunt valdè ab eis, fecerũtq; sibi antra & speluncas in mõtibus,] vt ibi laterent, ne occiderẽtur aut caperentur. hoc impotẽtiores & timidiores fecerũt, audaciores verò & fortiores fecerũt ꝙ subditur: [& munitissima ad repugnandũ loca:] i. fortalitia, ex qbus repugnarent, si obsiderentur. [Cumq; seuisset Israël,] i. agros seminasset, [ascendebat Madian & Amalech.] i. Amalechitæ. [cæteriq; orientaliũ nationũ, & apud eos figẽtes tẽtoria, sicut erãt in herbis, cũcta vastabãt.] Siquidẽ in tẽpore veris & deinceps terræ nascẽtia cõsumebant, & iumenta filiorũ Israël diripiebãt siue mactabãt, [vsq; ad introitũ Gazæ, nihilq; omninò ad vitã pertinens relinquebant in Israël, nõ oues, nõ boues, nõ asinos. Ipse enim & vniuersi greges eorũ veniebant cũ tabernaculis suis, & instar locustarũ vniuersa complebant innumera multitudo hominũ & camelorum, quicquid tetigerant deuastãtes. Humiliatusq; est Israël valdè in cõspectu Madian. Et clamauit populus Israël ad dñm,] non tñ synceriter, neq; oẽs, vt ex sequentibus innotescit. [q misit ad eos virum prophetã, postulans auxiliũ contra Madianitas,] quẽ Hebræi dicũt fuisse Phineas, non ꝙ adhuc viueret à tẽpore Iosuæ, imò & Mosis, sed ꝙ in alio apparuerit corpore, Etenim asserunt angelũ eum fuisse, ꝙ totũ est falsum. [& loquutus est: Hæc dicit dñs Deus Israël: Ego vos feci cõscendere de Aegypto, & eduxi vos dẽ domo seruitutis, & liberaui de manu Aegyptiorũ & omniũ inimicorũ qui affligebãt vos, &c. & tradidi vobis terrã eorũ, & dixi: Ego dñs Deus vester, ne timeatis deos Amorrhæorũ.] Itaq; Deus per virum illũ exprobrauit ingratis illis beneficia sua. [Venit autẽ angelus domini,] Glossa & Scholastica historia, multique alij dicunt, angelum istum fuisse virum, qui iam antè fertur missus à Deo ad populum increpandum. Angeli etenim in scripturis sæpè viri vocãtur, ꝓsertim quia apparent in forma virili. Sed huic dicto objiciunt alij, quod vir iste vocatur propheta. Angeli verò nõ consueuerunt in scripturis ꝓphetę vocari. Deniq; scriptura ista loquitur de angelo isto & de viro illo, tanq̃ de distinctis personis. Veruntamen August. hic ait: Cur non exprimatur nomen huius prophetiæ, occulta est causa. sed quia post verba prophetæ statìm subiungitur, Et venit angelus, non absurdè intelligitur angelus iste nomine viri significatus. Nomine enim virorũ, sæpè dicuntur angeli: sed angelos prophetas dici, nõ occurrit: q̃uis eum qui ꝓpheta est, occurrat angelum appellari. Sed si angelorum dicta prophetica, nota fiunt his quib' futura prenunciant, cur non potest dici angelus & propheta? Hæc Augustinus. Augu. lib. Iudic. quæstio. 35. Malach. 2. 1. Cor. 11. Attamen potiùs reor, ꝙ vir ille ꝓpheta, fuerit verus homo. Venit ergo angelus [& sedit sub quercu,] apparuit em̃ in forma humana, [q̃ erat in Ephra] i. vrbe sic dicta, vel in agro vicino, [& ptinebat] quercus illa & ager ac lapis super quẽ angelus sedit, [ad Ioas patrem familiæ Ezri:] i. honorabiliorẽ in illa familia, ita ꝙ dicit pater eius non gñatione, sed potẽtatu & honorabilitate. [Cumq; Gedeon filius ei' excuteret atq; purgaret frumẽta in torculari] p suos ministros, nã multos habuit seruos. Ideo aũt excussit blada, quia fugere intẽdebat. Et frumẽta secum in aliquo loco munito reponere ꝓ necessario victu in longũ. Excussit aũt [in torculari, vt fugeret madian.] Sed quare non magis in horreo? Fortè quia secretiùs fiebat in torculari. Circa hoc Ioseph' ait: Hoc fuit maximẽ propitiationis diuinæ indicium, ꝙ vtebatur torculari pro area, qa futurum erat per eũ, vt areę implerẽtur ac torcularia. Iosu. lib. 6. ant. iudaic. cap. 10. [apparuit ei angelus dñi eum salutans, & ait: Dñs tecũ virorum fortissi-

tissime.] Ecce q̃ solennis salutatio, imò & laus. Nec recolo aliquẽ in veteri test. tã solenniter desupèr salutatũ. Sed quõ fuit virorũ fortissimus, qui fugere disponebat? Discunt qdam, ꝙ taliter salutabatur ac laudabatur ꝓpter gesta eius futura. Attñ dici potest, ꝙ sicut cæteri iudices erãt viri in virtute præclari qñ mittebãtad populũ liberandũ, ita & Gedeon. Et ꝙ fugere voluit, prudẽtiæ fuit, nõ vitij: qa cõspexit se nõ posse viribus suis resistere hostibus, nec fuit ad idololatriã lapsus, sed & corporali fortitudine ꝑpollebat. [Dixitq; ei Gedeon: Obsecro dñe mi.] Gedeõ angelũ nominat dñm, q̃uis nondũ cognouerit ꝙ angelus esset, qa in specie honorabilis atq; authentici viri angelus apparuit sibi. [Si dñs nobiscũ est,] Angelus dixerat, dñs tecũ: non autẽ, dñs vobiscũ: Gedeon verò sic repetit, imò & replicat, Si dñs nobiscum est. Erat quippe Gedeon vir humilis: ideo sibi videbatur, ꝙ si dñs esset secũ, esset quoq; cũ alijs Israëlitis quos reputauit se meliores. Itaq; quasi cõtra verba illa arguens, dicit: Si dñs nobiscũ est, [cur ergo apprehenderunt nos omnia ista?] i. tot & tanta aduersa, q.d. nõ appáret ꝙ dñs sit nobiscum. [Vbi sunt mirabilia eius, q̃ narrauerunt patres nostri, atq; dixerũt: De Aegypto eduxit nos dñs? Nunc autẽ dereliquit nos dominus, & tradidit in manu Madian.] tanquam dicat, intm̃ reliquit nos modò, ac si non fecisset tot & tanta mirabilia ꝓ liberatione patrum nostrorũ. Vel vbi sunt mirabilia eius? q.d. Vtinam & modò ageret talia pro nostra ereptiõe. [Respexitq; ad eum dñs] i. angelus in Dei persona apparens, ac loquẽs ad eum, quasi cõpatiens ei, & approbans eum, Deus quoq; respexit eum suæ intuitu pietatis, & interiora eius confortauit per gratiã, [& ait: Vade in hac fortitudine tua] i. in hac fide & gratia tibi cõcessa. [Et liberabis Israel de manu Madian. Scito ꝙ miserim te,] & de hac visione & prænunciatione nõ ambigas. [Qui ait: Obsecro mi dne, in quo] i. qua virtute atq; manerie [liberabo Israel] de Madianitis me potentioribus? Deindè suam inidoneitatẽ probat, adijciẽdo: [eccè familia mea infima est in Manasse] i. in tribu Manasse, familia de qua sum, est valdè parua & vna de minimis. [Et ego minimos] i. valdè modicus sum [in domo patris mei.] Ex humilitate hæc dicit, ad excellẽtiores se cõparans: queãdmodùm Saul adhuc bonus, cùm audisset q̃dam verba à Samuele, respõdit: Nunquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter oẽs familias de tribu Beniamin? vt legitur 1. Reg. 9. Queãdmodùm autẽ super Iosue dictum est, Tribus Israel diuidebantur in familias, familiæ in domos, domus in capita virorum. [Dixitq; ei dñs: Ego ero tecũ] per opem & assistentiã gratiosam. [Et percuties Madian quasi vnum virum:] i. faciliter me auxiliante ꝑualebis, quasi vnum duntaxat hominẽ impugnares. Deniq; ex his verbis Gedeon cœpit pensare, ꝙ angelus esset q sibi colloquebatur ꝑsertim ex tam magnifica ꝓmissione. Veruntamẽ nondum fuit certus de hoc, nec volebat incauta facilitate credere apparitioni. vndè subiungit: [& ille: Si inueni, inqt grãm corã te, da mihi signum ꝙ tu sis qui loquaris ad me.] i. ꝙ tu verè sis missus à Deo, seu angelus sanctus. quasi iã implẽs, ꝙ docet Ioannes apostolus: Nolite omni spiritui credere, sed probare spiritus an ex Deo sint.

1. Ioan. 4. Hinc loquitur Origenes: Gedeon vir eruditus, habẽs exemplum Iosuæ ꝑcessoris sui, cautiùs

2. Cor 11. agit. Sciebat em̃ angelos tenebrarũ posse transfigurare se in angelos lucis. ideo examinat spm̃

Iosue 5. si à Deo sit. Queãdmodùm Iosuæ cùm principẽ militiæ cælestis vidisset, inquirit: Noster es, an aduersariorũ? Hinc Gedeon discutit angelicã visionẽ diuersitate & admiratione signorum. [Nec recedas hinc, donec reuertar ad te, portãs sacrificium & offerẽs tibi:] non tanquã Deo, cui soli sacrificium immolatur, sed offerẽs tibi, i. coram te illud ꝑsentans, quatenùs tu offeras illud Deo, & p aliquod signũ in ista sacrificatione fiendum intelligere queã certiuè, [ꝙ tu sis

August. lib. missus] à Deo, seu angelus eius. Hinc Augustinus: Intelligendũ est, non eum angelo, sed per

Iud. q. 31. angelum sacrificium obtulisse.] Qui respondit: Ego ꝑstolabor aduentum tuum. Ingressus est itaq; Gedeõ, & coxit hœdũ, & de farinæ modio azymos panes] nõ fermẽtatos. nã panes Deo offerendi, azymi erant, secundũ legẽ. [carnesq; ponẽs in canistro, & ius carniũ mittẽs in oliã, tulit oĩa sub quercum, & obtulit ei, videlicet angelo, iuxta sensum nũc introductum, nõ quasi

1. q. 1. can. cũ scriptu. sacrificans creaturæ. [Cui dixit angelus dñi: Tolle carnes] hœdi, [& azymos panes, & pone supra petram illã, & ius desupèr funde. Cumq; fecisset ita, extendit angelus summitatẽ virgæ q̃ tenebat in manu,] in signum authoritatis diuinæ sibi cõmissæ, [& tetigit carnes & azymos panes,] quasi sacrificans ea Deo. [Ascenditq; ignis de petra,] quẽ ignẽ angelus supnaturaliter fecit de petra exire: vel naturali virtute hoc egit, cùm & nos excutiamus ignem saxo & chalybe. Et p hoc angelus se ostendit nõ hominẽ esse, qa si homo fuisset, ligna & ignẽ sacrificio supposuisset. [Et carnes azymosq; panes cõsumpsit.] Sicq; sacrificium istud factũ est holocaustũ. Circa hæc q̃rit Glossa: Quõ Gedeon ausus est sacrificiũ offerre alibi quã in tabernaculo dñi? Et respõdet, ꝙ Gedeon primò putauit illũ esse ꝓphetã, & de sacrificio offerendo consulit ipsum, & eius r̃sionẽ sequutus est. [angelus aũt domini euanuit ex oculis eius.] corpꝰ assumptũ subitò deponẽdo, vel illud inuisibile alijs faciẽdo, aut etiã euolãdo. [Vidensq; Gedeon ꝙ angelus dñi esset,] ꝙ ex tot & tãtis mirabilibꝰ satis aduertit, [dixit: Heu mi dñe Deus, qa vidi angelũ domi facie ad faciẽ.] i. clarè ad oculũ. Cur viso angelo nõ potiùs est gauisus, quã ita per

ritus?

ritus? Respódetur, quia (vt ex verbis quæ sequútur, elicitur) formidauit se ꝓtinùs moriturũ, qa ad Mosen dixerat dñs: Non videbit me homo, & viuet. Et angelus iste in Dei persona erat loquutus. Vndè & Manue, viso angelo, est loquut⁹: Morte moriemur, qa vidim⁹ dñm. [Dixitq́ue ei dñs:] an idẽ angelus statim apparuerit ei rursus ad oculũ, & ista loquutus sit ei: an per interiorẽ alloquutionẽ dixerit ei hæc, potest esse ambiguũ, sed potiùs arbitror ꝙ per angelũ. [Pax tecum, ne timeas] inordinatè, [nó morieris] núc vt formidas. [Aedificauit ergo Gedeó altare dño] ex deuotione. Infrà tñ habet, qua authoritate hoc fecit. Vndè & istud nunc dicitur per anticipationẽ. [Vocauitq́; illud, dñi pax.] qa angelus dixit ad eum, Pax tecũ. Et ibi ꝓnunciauit ei liberationẽ filiorũ Israël de Madianitis. Hebræis autẽ consuetudo fuit, imponere nomina rebus ab euẽtu seu aliqua ꝓprietate vel actione &c. [Cumq́; adhuc esset in Ephra, q̃ est familia Ezri] i. in loco seu oppido illo, ad illam familiã pertinẽte, [nocte illa dixit dñs ad eũ] per angelũ, siue in somno siue in vigilia: [tolle taurũ pr̃is tui,] i. taurũ quẽ pater tuus Ioas intẽdit idolo Baal sacrificare, amoue & occíde, ne idolo immoletur. [Et aliũ taurũ annorũ 7.] etiã tolle. Illũ aliũ taurũ ciues vrbis illi⁹ impinguárũt, vt sacrificaretur Baal, vt in Scholast. fer. hist. ideo dñs iussit vt taurũ indè auferret. [Destruesq́; arã Baal. q̃ est pr̃is tui.] quo constat, ꝙ pater Gedeonis fuit ad idololatriã lapsus. [Et nemus, ꝙ circa aram est,] s. arbores ibi consitas [succíde] in cótemptũ idololatriæ, & zelo cultus diuini, atq; in signũ ꝙ per te idololatria destruetur in populo Israel. [Et ædificabis altare dño Deo tuo in summitate petræ huius] i. magni saxi, [super quã antè sacrificiũ posuisti.] Ex cócessione em̃, apparitione & sacrificatione angeli ibi factis, cósecratus fuit locus ille, vt in eo cõstrueretur altare. [Tollesq́; taurũ secundũ, puta taurũ illũ septennẽ, [& offeres] Deo [holocaustũ super struem] i. cópositionem, materiamq́; [lignorũ, q̃ de nemore] quod est circa arã Baal, [succíderis,] vt sic in Dei obsequiũ conuertãtur, q̃ erant idololatriæ deputata, ad ampliorẽ idolorum & idololatrarum confusionem. ❡ Deindè in textu describitur, qualiter Gedeon exequutus est ista. Et plana est litera. Porrò, altare extra tabernaculum Dei construere, & in illo sacrificare non licuit, nisi ex dispensatione diuina. Nec Gedeoni aliter licuisset sacrificare, qa non erat Leuita, si tamẽ ꝑ se & nó potiùs ꝑ manus sacerdotis sacrificauit. [cumq́; surrexissent viri oppidi eius manè, viderũt destructã aram Baal, lucumq́; succisum & taurũ alterũ impositũ super altare quod tunc ædificatum erat. Dixeruntq́; ad inuicem: Quis hoc fecit? Cumq́; ꝑquirerent authorẽ facti, dictum est: Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia. Et dixerũt] viri ciuitatis illius [ad Ioas: Produc filiũ tuum húc, vt moriatur] i. Gedeonẽ da nobis ad occidendũ, [quia destruxit aram Baal, & succidit nemus.] Itaq; cõstat ꝙ nondũ oẽs filij Israel de sua idololatria recesserunt, nec oẽs clamauerunt ad dominũ ex vera cõtritione. [Quibus ille] s. Ioas [respódit: Nunqd vltores estis Baal, vt pugnetis ꝓ eo?] q. d. si Baal est Deus, potest personaliter suam vlcisci iniuriam. [Qui aduersarius eius est, moriatur antequã lux crastina veniat. Si Deus est, vindicet se de eo q suffodit aram eius.] i. hodiè occidatur ab ipso Baal, nó à vobis. Hinc patet ꝙ Ioas nó tm̃ erat cultui Baal deditus, quod ꝓpter cótemptũ Baal voluerit suũ filiũ trucidari, & fortè iam aliqualiter nouerat ex Gedeonis relatu, qualiter ex diuina commissione talia fecit, cùm ꝓbabile sit, quod sup hoc interrogauerit Ioas suũ filiũ Gedeonẽ. [Ex illo die vocatus est Gedeon Ierobaal] i. fortitudo Baal, quasi fortis contra Baal, q nó vindicauit se de Gedeone. [eo quod Ioas] pater Gedeonis [dixisset: Si] Baal [Deus est, vindicet se, &c. Spiritus aũt domini induit Gedeon,] i. gr̃a spũssancti impletus est ad ꝓsequendũ ea q̃ sibi erãt desupèr iussa. Itaq; spũs dñi, spũssanctus, seu Dei voluntas induit Gedeonẽ, assumẽdo eũ quasi instrumẽtũ atq; ministrũ, vt ꝓseq̃retur ꝑ eũ rigorẽ suæ iustitiæ in aduersarios Israëlis, & suæ pietatis effectũ in ipso Israelitico populo. [Qui clãgens buccina, cóuocauit domũ Abiezer] i. ꝓgeniẽ viri sic dicti, de qua domo fuit & Gedeon, ideo tanq̃ cognatos vocauit eos in primis. [vt seq̃retur se. Misitq́; nuncios in vniuersum Manassen] i. ad tribũ Manassæ, [q & ipse sequut⁹ est eũ: & alios núcios in Aser & Zabulon & Nephthalim, q occurrerunt ei] ad auxiliandũ. Insinuauerat ẽm illis quæ manifesta & cómissa sibi erant à dño. [Dixitq́; Gedeon ad dñm,] ipsum orando: [Si saluum facies ꝑ manum meã Israel, sicut loquutus es, ponã vellus hoc lanæ] i. laneum vellus [in area] i. horreo. [Si ros in solo vellere fuerit] i. vellus duntaxat fuerit rore cóplutum seu madefuctũ hac nocte, [& in omni terra siccitas] i. ꝑ totã areæ terram circumpositã siccitas manserit. [sciã per hoc signum, quod ꝑ manũ meã, sicut loquutus es, liberabis Israel. Et factum est ita. Et de nocte cósurgẽs] i. valdè manè, qa solicit⁹ fuit in isto negocio, [expresso vellere, conchnã rore impleuit.] Qui in signum veritatis ac signi, & ꝓ declaratione diuinæ pietatis ac omnipotẽtiæ eius, rorẽ ex vellere extorsit, & currere fecit in vasculũ. [Dixitq́; rursus ad dñm: Ne irascatur furor tuus] i. rigor tuæ iustitiæ [cótra me, si adhuc semel tẽtauero] i. experiri q̃siero veritatem tuæ ꝓmissionis, [q̃rens signũ in vellere] aliud à ꝑdicto, & quasi cótrariũ illi signo. [Oro vt solũ vellus siccũ sit,] i. hac nocte in area maneat siccũ, & omnis terra rore madẽs:] i. totũ spatium areæ humectetur rore. [Fecitq́; dñs nocte illa vt postulauerat, & fuit siccitas in solo velle-

Exod. 33.
Iudic. 13.
Pe. Co. hist. lib. Iudic. ca. 8.

re,& ros in omni terra.] In quo patet benignitas & dignatio ac cōdescēdētia Dei. ¶ Circa hoc quęritur, an Gedeō peccauit, hęc signa quęrēdo. Videtur quod imò, quia dubitasse videtur de veritate promissiōis diuinæ, & pro maiori certificatiōe signa petisse, vt patet ex suo modo loquendi. Nam
Origenes ait, si saluū facies, &c. Et rursus, si hoc feceris, sciā. Ad istud Origenes respondet in homil. & idē habetur in Glossa, quod non peccauit in isto, quod exitus rei probauit. nam exauditus fuit à dño. Nec exaudisset eū dñs in his signis, si ea contra mandatum legis petisset. Isodorus quoq; testatur, quod nō quasi incredulus postulauit hęc signa, sed propter mysteria quę sciuit futura, hoc est, ex instinctu spūsancti, ad pfigurandū quędam mysteria, de quibus in sequēti erit articulo sermo. Hinc alij dicūt, quod petijt signa nō ex diffidētia, sed ex familiaritate diuina & desiderio diuini honoris, quatenus s. Deus in signis illis magis glorificaret. Veruntñ S. Thomas in secunda secūdę, qst. 97. ait: Gedeō ex debilitate fidei signū petisse videtur, vndè nec excusatur, sicut nec
Luc. 1. Zacharias pater beatissimi Ioā. Bap. Et istud videtur magis consonum superficiei literæ huius. Vndè pro cōcordantia aliquantula dici posset, quod in hac petitiōe nō mortaliter, sed venialiter fuit culpabilis: nec ex incredulitate, sed fidei aliquali debilitate petiuit hęc signa, quia fortassis aliqualiter verebatur, ne propter peccata populi Israel, quem sciuit adhuc pro magna parte esse idololatram, diuina promissio nō sortiretur effectū, Gedeō quoq; videtur timuisse, ne offenderet Deum, signum secundum petēdo. propter quod dixit, Ne irascatur furor tuus, &c.

¶ *De spirituali eiusdem cap. 6. intellectu.* Art. 12.

Origenes QVemadmodum Origenes testatur, Quiescit terra, dum quiescit peccatū, i. habitatores terræ ab infestationibus & impugnationibus conquiescūt, dum cessant peccare. Moueri aut dicitur terra, i. habitantes in ea, qñ animas hominum mouere cœperint ac perturbare peccata. Veruntamen istud intelligendū est de ea hoim tribulatione, persecutione & pœna, quę eis propter eorum demerita infligitur & contingit. Sunt autem aliæ causæ diuersæ, propter quas etiam iusti interdū in vita hac affliguntur, vt s. exerceantur, & alijs in exemplum proponātur virtutū, & gloriosiùs coronentur, nuncq; probatiores fiant & crescāt in omni virtute ac gratia. Sic etenim passi sunt martyres sancti, & Christi ecclesia à Rom. imperatoribus, alijsq; tyrānis generales & acerbissimas persecutiones frequenter perpessa est, Deniq; electi in hac vita pro suis
Iob. 21. peccatis affligi, sicq; purgari consueuerūt. Reprobi verò etiā in pessimis actibus multoties prosperātur, nec super eos est virga Dei. Insuper sicut filij Israel pro suis excessibus in manus Madianitarū, Amalechitarū, & aliarum orientaliū nationū sunt traditi & vehemēter ab illis afflicti: sic Christifideles qui sunt Israel Dei, pro suis culpis interdum ab inuisibilibus hostibus impugnari ac superari sinunt. Et quo ampliùs Deum offēdūt, eo maiorē sup eos potestatem accipiūt hostes nequissimi, ita quod eos vincunt faciliùs, atq; ad plura ac enormiora trahunt peccata. Specialiter quoq; per oriētales iustorū persequutores, intelliguntur hæretici, qui Christi noīe gloriātur, & catholicos quasi perfidos persequūtur. Prętereà sicut præfati filiorū Israel inimici, terrā promissionis ingrediebātur, dū Israelitę seminauerūt, & terra fructificare incepit, tūcq; oīa terrę nascentia vorauerūt, nec aliqd ad vitā pertinēs in Israel relinquebāt: sic atrocissimi ac callidiss. nrarum aduersarij alarum, tūc potissimū nos impugnāt, dū viderint nos per verā cōtritionē seu religiōis ingressum cōuerti ad dñm, & fructum proferre virtutū, terramq; corporis nostri vomere scindere disciplinæ, vt spūi fiat subiecta, & semen suscipiat vitę: quod fit dum decętero nō exhibemus mēbra nostra arma iniquitatis pctō, sed arma iustitiæ Deo. Tunc itaq; summè conantur bona inchoata à fructuoso processu & felici cōsummatione totaliter impedire. Veruntñ per trāsgressores illos Iudæos, quorū fructū aduersarij cōsumpserūt, proprie desig-
Gal. 6. nantur Christiani indigni, qui (iuxta Apostolū) semināt in carne, & ideo de carne metunt cor-
Ephe. 4. ruptionē, quorū fructus & opera à dæmonibus possidētur. Qui autē metunt in spū, nō vincuntur ab illis, nisi per propriam negligentiā cœperint locū dare diabolo. Porrò sicut filij Israel fecerunt sibi antra & speluncas in montibus, munitissima quoq; loca ad repugnandum, ita & nos spiritaliter faciamus. Mōtes quippe sunt, sancti, & Christus ipse est mons montiū: in quo antra, in quibus saluberrimè abscōdamur, telaq; hostium euadamus, sunt sacratissima vulnera eius. Rursus, speluncæ istæ & antra, sunt corda sanctorū, & occultæ ac piæ affectiones eorum ad nos, per quas & in quibus nos recipere ac protegere sunt parati, dūmodò tota mēte humiliter confugiamus ad eos, & eorum virtutes vtcunq; sectari nitamur. Munitissima demū ad repugnandum loca, sunt sanctæ virtutes, fides, timor, humilitas sed & exēpla sctōrum, ac religiosa cœnobia, & congregatiōes deuotæ, sacramētaq; Christi, & in primis contritio, confessio & satisfactio pseuerās, cōsideratio dominicę passiōis intēta, meditatio nouissimorū: Ad hæc igit & cōsimilia loca, remedia, cōfugia, in omni tētatione, tribulatione & aduersitate mox confugiamus. Ampliùs, Gedeon in aliquibus verbis & actibus suis, figura est Christi. Quēadmodū eīn Gedeō in torculari excussit & purgauit frumēta, sic Christus in primo suo aduētu inter reprobos & electos discreuit, quos vita & merito ab inuicē separauit, sicut palea separat à tritico. Vndè & quosdā ex synagoga in apostolos ac discipulos sibi assūpsit, p quos & alia mul-
ta

ta Iudæorum millia post suam resurrectionem & ascensionem, misso spūsancto, conuertit. In secundo verò suo aduentu pmundabit plenariè aream suā, cōgregabitq; triticum in horreum cælestis palatij, paleas verò incēdet inextinguibili igne. Insupèr sicut Gedeon fugere voluit Madianitas, sic Christus in sua infantia in Aegyptum à facie Herodis trāslatus est, & tempore passionis appropinquāte, à facie obstinatorum Iudæorum, quēadmodùm Euangelista testatur, dicendo: Iesus ergo iam nō in palàm ambulabat apud Iudęos &c. Sed & salutatio Gedeoni ab angelo facta, qua dictum est, Dñs tecum virorū fortissime, cōpetit excellētissimè Christo. qui (vt princeps apostolorum fatetur) erat vir potens in opere & sermone de quo ꝓpheta pdixit: Accingere gladio tuo super femur tuum potētissime. At verò sicut Gedeoni Israëlem liberaturo, & suā insufficientiā humiliter cōfitenti, apparuit angelus eum, cōfortās, cōsolans, assistētiamq; ꝓmittens atq; triumphum: sic Christo sua sacratissima passiōe mundū redempturo, & spōte pauēti, ac humanæ naturæ assumptæ naturalē infirmitatē monstrāti, angelus de cælo apparuit, cōsolatoria verba ꝓtulit, & suæ passionis ineffabilē & incōparabilē fructū cōmemorauit. Sacrificium quoq; Gedeonis, q carnes & azymos obtulit panes, nonne sacrificiū Christi pfigurasse videtur, eo ꝙ Christus in specie panis, nouæ & euangelicæ legis instituit sacramētū, & paulopòst ꝓpriā carnē obtulit Deo patri in ara crucis oblationē & hostiā in odorē suauitatis: sicq; lapis, sup quē posuit suū sacrificiū Gedeō, typus est crucis: & ignis de lapide illo egrediēs, sacrificiūq; cōsumens, pfigurauit ardētissimā Christi charitatē, ex qua seipsum ꝓ humani gn̄is immolauit salute. Adhuc aūt, sicut Gedeō Deo iubēte ædificauit altare in summitate petrę, ꝙ etiā saluatoris crucē pfigurauit: sic dn̄s noster vnigenitus patris, vnū ꝙ verū tēplū æterno patri cōstruxit sup petrā, sicut fatetur Matt. 16. Sup hāc petrā ædificabo ecclesiā meā. Rursus p hoc ꝙ Gedeō arā Baal est demolitus, & taurū idololatriæ cōsignatū extinxit, qd psignatū cēsetur, nisi ꝙ Christus p vniuersū orbē idololatriā dissipauit, vniuersisq; gētiū dijs potētior est inuētus? Iterū per hoc ꝙ spūs dn̄i induit Gedeonē, typicè pmonstrabatur, ꝙ Christū hoīem spūssanctus vndiq; pueniret, impleret, dirigeret, ꝓut cecinit Esa. 11. Requiescet super eū spūs dn̄i. Vndè & in Euang. Ioan. legitur: Nō ad mēsurā dat Deus spm̄ homini, vtpotè Christo. Denuò sicut Gedeō spū Dei indutus, puētus & motus, cōuocauit ad se clāgore buccinę atq; per nuncios domū Abiezer, de qua extitit oriundus, & alias quasdā Israël tribꝰ, vt sibi ad auxiliādum assisterēt: sic Christus sua eloquētissima ac sonorissima pdicatiōe ad suam imitationē ac discipulatum vocauit quosdā suæ cognatiōis ac tribus, putà Iacobum & Ioannē, sed & alium Iacobum, eiusq; fratres, & ex alijs tribubꝰ quosdā, imò & millia multa. Præterea de mystica velleris Gedeonis significatione loquitur Origenes: Quidā ex pcessoribus nostris, per vellus intellexit Israëliticā plebē, per terrā reliquā cęteras gētes, per rorē verò verbū & gratiā Dei. Primò etem̄ tempore legis scriptæ, sermo & gratia Dei solis Israëlitis concessæ sunt, cęteris natiōibus in sua siccitate & sterilitate relictis: sed post Christi aduētum ordo ille variatus, qm̄ Israëlitis bona illa iustè subtracta sunt, & gētibus copiosissimè superinfusa, ꝙ secundum Gedeonis signum euidēter ostēdit, quia in illo terra areæ rore est madefacta, & vellus inuentum est siccum. Huic expositioni applicat Origenes illud ex Psal. 71. Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillātia super terrā. vbi per vellus intelligit populum synagogę, quē Christus primo perfudit rore gratię suę: per terrā autem gentilitatem, q̄ postmodum, relictis Iudæis, copiosissimè om̄i superno charismate adimpleuit. Deniq; per vellus Gedeonis, potest intelligi populus religionis: per aream, seculares: & sæpè contingit, quod secularibus donis gratiæ destitutis, claustrales eisdem abundent. Interdum quoq; cōtingit oppositum. Iterum, per hoc vellus intelligitur gloriosissima virgo Maria: per aream, cæterarū vniuersitas fœminarū. Itaq; virgo Deifera primò præ cæteris impleta est omni rore diuinorum charismatum, in tm̄, ꝙ materna fœcunditas virginalisq; puritas conuenerunt in ea, à qua prærogatiua cætere oēs fœminæ siccæ fuerunt: qbus vel materna fœcunditate, aut alijs donis gratiosè perfusis, pręstantissima virgo ab omni virilis seminis contagione, omniq; concupiscentiarum humore mansit siccissima. ¶ Tropologicè ex isto cap. multipliciter edocemur. Primò, de vana aut impia societate fallamur, sed sicut Gedeon in Dei mansit obsequio, confratribus domesticis & cognatis suis ad idololatriam corruentibus: ita in Dei timore, cultu & via iustitiæ psistamꝰ, q̄tumlibèt nobis ꝓpinq, vicini, cōdomestici, sociales aut familiares, intimoratè, carnaliter & iniquè se habeant, nosq; ad mala ptrahere enitanē, imò peccantibꝰ humiliter cōdoleamus, & oremus ꝓ illis. Deindè ad humilitatē, exemplo Gedeonis, instruimur: nēpe vir ille ab angelo tā inauditè salutatus, tamq; magnificè cōmēdatus, iudex quoq; ac liberator sui populi designatus, nequaq̄ se extulit, sed humiliauit se valdè, inefficaciam suam perpēdens, dicensq; [Eccè familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei.] Om̄is ergo abijciatur ambitio, & ꝓpriā defectuositatē ac vitiositatē iugiter aspiciat vnusquisq;, sed & in summitate petrę, i. fidei firmitate ac certitudine ędificemꝰ Deo altare, i. sanctę charitatis affectionē sursum tendentem, in qua Deo omnia offeramus, nec aliter confidamus nos posse

H 3 aduer-

Matth. 2.
Ioan. 11.
Psalm. 44.
Lucæ 22.
Ephes. 5.
Ioan. 3.
Origines

aduersarios nostrę salutis deijcere, nisi vellus animæ nostræ, id est, cor nostrum impleatur rore cælesti, hoc est, magna & multa virtute ac gratia spiritussancti. sed & pro communi bono ac profectu ecclesiæ, societatisq́ propriæ vnusquisque sit semper solicitus, laborans & orans.

¶ *Explanatio literalis cap.7. Igitur Ierobaal, qui & Gedeon, de nocte consurgens, &c.*

Articulus 13.

EXequutio belli nunc recitatur. [Igitur Ierobaal, q & Gedeon] alio noīe appellaẗ, [de nocte cõsurgẽs,] vt congressus eius magìs lateret aduersarios suos, [& omnis populus eius cũ eo,] videlicet 32. milla, [venit ad fontẽ, q vocatur Arad. Erant aũt castra Madian in valle ad septẽtrionalẽ plagam collis excelsi. Dixitq; dñs] per angelum [ad Gedeõ: Mult⁹ tecum est populus,] qa tot millia, [nec tradetur Madian] cum adiutoribus suis [in manus eius, ne glorietur contra me Israel, & dicat: Meis viribus liberatus sum.] Voluit itaq; dñs talẽ conferre victoriã, q̃ non poterat aliq̃ probabilitate alteri asscribi, q̃ sibi. [Loquere ad populũ, & cunctis audiẽtibus prędica: Qui formidolosus est] corde, [& timid⁹] in exteriori apparatu & signo, [reuertaẗ,] ne & ipse ingruẽte bello deficiat aut fugiat, & suo exemplo alios faciat trepidare. [Recesseruntq́; de monte Galaad, & reuersa sunt ex populo 20. & 2. millia virorũ,] qui se timere senserũt, nec cõtra legis p̃ceptum audebant ire ad p̃liũ, & fortè libenter exonerati fuerũt ab illo congressu, qui humano iudicio, exterioriq́; apparentia videbatur valde piculosus. nã & populus ille, q̃uis multus fuisse dicatur, tñ respectu aduersariorũ extitit paucus, vt infrà patebit. Reuersi sunt itaq; de mõte Galaad, qui fuit alter à mõte Galaad trãs Iordanẽ, in quo Labã ap̃hendit Iacob p̃riarchã, prout Gene.31. legitur. Ad bellatores aũt specialiter ptinet virtus cardinalis, q̃ forditudo vocatur, vt ardua viriliter aggrediãtur, & dura æquanimiter tolerẽt, imò pro iusta causa parati sint mori. Ideo formidolosi & timidi sunt, in quibus timor carnalis seu naturalis siue mũdanus nõ est p virtutẽ hãc refrenatus ac moderatus. Hinc Adamãtius Origenes: Formidolosus, inquit, est, qui quasi adolescente vitio, antequam videat mala, sola cogitatione per gelida membra voluens ac mõstrans formidinẽ, vt non tam conspectu, q̃ auditu & expectatione periculorum soluatur. Porrò timidus est, qui primo aspectu ad congressum trepidat, non tamen toto corde terretur, se reparari & animari denuò potest. Quemadmodum autem Gedeon iussit formidolosos reuerti, ita & alios, de quibus Deut.20. Deus præceperat: Qui ædificauit (inquiens) domũ, & non dedicauit eam, reuertatur: similiter qui plantauit vineam, & nondum fecit eam cõmunem, & qui desponsauit vxorem, & non accepit eam. Denique sicut pugnatoribus vitandus est timor, ita audacia: quia inter illa duo vitiosa extrema, mediat fortitudo: magìs tamen vitandus est timor immoderatus. Veruntamen moderatus timor, vtilis est in bellis, quoniam diligentiam parit, & cauet pericula, nec fortitudini contrariatur, [& tm̃ 10 millia remãserũt. Dixitq; dñs ad Gedeon: Adhuc populus multus] tecũ [est.] quia adhuc 10. millia secum manserunt. [Duc eos ad aquas,] fortè ad fontem p̃fatum, [& ibi probabo eos: & de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipse pergat: quẽ ire prohibuero, reuertatur.] i. per corporale indicium tibi mõstrabo, qui ad p̃lium pergent. [Cumq́ descendisset populus ad aquas, dixit dñs ad Gedeõ: Qui manu & lingua lambuerint aquas,] i. solo dorso curuato cum manu proiecerint aquam in os, [sicut solent canes lambere,] non quod canes lambant manu qua carent, sed quod canes aquam lingua arripiant, sicut illi eam manibus rapiebãt, & item qm̃ canes bibunt genu non flexo. [separabis eos seorsum,] ita q̃ stabunt simul seperati ab alijs. [Qui aũt curuatis genibus biberint. *stabunt in altera parte. Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os p̃ijciente aquas lãbuerant,] i. parcè & cursim sumpserãt, [300. viri Om̃is autẽ reliqua multitudo flexo poplite] i. genu, [biberat.] Fuit autem potatio ista in meridiano calore, qñ maior est æstus & sitis, vt in Scholast. habetur histor. [Et ait dñs ad Gedeõ: In 300. viris] i. per adiutoriũ horum 300. virorũ, [q lãbuerunt aquas, liberabo vos, & tradã in manu tua Madian. Om̃is autẽ reliqua multitudo reuertatur ad locũ suum.] Quæritur, cur dñs illos elegit ad p̃lium, q instar canum aquam sumpserunt genu nõ flexo? Rñdetur, q̃ illi erant magìs magnanimes ac fortiores, vt Iosephus tãgit. Quòd em̃ noluerunt genua ad potandum curuare, sed stando potabãt parùm & festinanter, tanq̃ minùs fatigati, minusq́ue sitientes, & tanquam prõpti ad procedendum, magnanimitatis ac fortitudinis fuit signum. Bibere verò genibus flexis, erat signum maioris fatigatiõis ac sitis. Rursus quęritur, cur dominus similitudinem canum induxit? Ad hoc Glossa ex Augustino respondet, quia p̃ cæteris animalibus canes dicuntur suis dominis amorem & fidelitatem seruare. Sunt quoque pugnaces, audaces, intimidi. [Sumptis itaque pro numero cibarijs & tubis] i. tãtum de cibo ac tubis accipiens, q̃ trecentis viris sufficiebat, [omnem reliquam multitudinẽ abire pręcepit ad tabernacula sua, & ipse cum trecentis viris se certamini dedit] i. ad pugnandum p̃cessit, obediens Deo in re tam inuisa & inopinata. [Castra autem Madian erant subter in valle. Eadem nocte dixit dominus ad eum: Surge & descende in castra,] id est, ad tentoria Madianitarum, [quia tradidi eos in manu tua. Sin autem solus ire formidas,] Secundũ magistrũ in historijs, cor Gedeonis fuit

Origenes

*erunt

Iose. lib. 6. an. iu. ca. 10

Aug. lib. Iudic. quæst. 37.

fuit dissolutum, ideo dñs rursus eum confortat alio modo, q subditur: [Descẽdat tecũ Phara puer]i. minister [tuus.] Gedeo multos hãbebat ministros. Vndè præcedẽti habetur capitulo ꝙ assumpsit decem viros de seruis suis. Ideo Phara iste videtur fuisse minister ei⁹ præcipuus, audax & fortior cæteris. [Et cùm audieris qd loquantur] Madianitæ, [tunc confortabuntur manus tuæ,]i. potentiæ tuę operatiuæ, jmò tuipse, qa per partem intelligitur totũ, exprimunturq; manus, quia sunt præcipua organa operandi. [& securior ad hostium castra descendes. Descendit itaq; in partem castrorum, vbi erant armatorũ vigiliæ.]i. custodes deputati ad vigilandum. [Madian aũt & Amalech, & oẽs orientales populi, fusi iacebãt in valle, vt locustarum multitudo. cameli aũt innumerabiles erãt sicut arena q̃ in littore maris iacet. Cumq; venisset Gedeõ, narrauit aliquis somniũ ꝓximo suo, & in hunc modũ referebat: Videbaẗ mihi quasi subcineritius panis ex hordeo]i. hordeaceus [volui,]hoc est, moueri, [& in castra Madiã descendere. Cumq; peruenisset ad tabernaculum]i. ad tẽtoria, [pcussit illud atq; subuertit, & terræ funditꝰ coæquauit:]i. existentes in eis occidit. [Respõdit is cui loq̃baẗ: Nõ est hoc aliud nisi gladius Gedeõis]i. nil aliud per tuum somniũ designatur, nisi occisio Madianitis infligẽda per Gedeonẽ. [Tradidit eñ dñs in manu eius Madian & oñia castra ei⁹.] Secundũ Iosephũ, vir ille exponẽs somnium, dixit: Vile est hordeum inter grana, & populus Israël inter gentes videtur abiectus. Atq; in Israel vilis est familia Gedeõis. Nõ est hoc aliud nisi gladius eius. Itaq hordeaceus panis, qui est ex materia sua & forma vilis, Gedeonem signauit, qui reputatione Madianitarũ, fuit nullius momenti & natione decliuis. [Cumq; audisset Gedeõ somniũ & interp̃ratiõem eius, adorauit]dñm, gratias agens de tã gratiosa sui cõfortatione & assecuratione. Cõsiderauit quippe ꝙ somniũ illud & expositio eius nõ erant fortuita neq; inania, sed diuinitùs dispensata, quia per angelicam administrationẽ facta fuit ostensio illa somnialis p imaginarias formas in somno, quemadmodùm serui Pharaonis somnia talia habuerũt in carcere. Ex angelica quoq; illuminatione, reuelatione interna, alius ille intellexit somnij sensũ. Huiuscemodi etẽñ visiones & interpretationes spectant ad dona gratiæ gratis datæ, propter quod bonis & malis communes sunt, interdum quoq; malis hominibus conceduntur ꝓpter bonos aut propter bonũ commune. [Et reuersus est ad castra Israel, & ait] trecentis viris: [Surgite, tradidit eñ domin⁹ in manus nostras castra Madian.] Probabile quoq; est, quod retulit eis somnium illud & expositionem eiusdem. [Diuisitq; trecentos viros in tres partes.] faciendo ex eis tres turmas ab inuicèm congruenter distantes. [Et dedit tubas in manibus eorum] i. vnicuiq; viro tubam vnam, [lagenasq; vacuas,]potu seu aqua, non tamen penitùs vacuas, cũ subdatur: [ac lampades in medio lagenarum.] intelligendo per lampades, faculas ardentes q̃ erant sic inclusæ lagenis, ꝙ non lucebant exteriùs, ne aduenientes ostenderent. Habebant autem tubas in dextera, lagenas cum lampadibus in sinistra. [Et dixit ad eos: Quod me facere videritis, hoc facite.]Serui eñ & milites principem suum sequi & ei se conformare, obtẽperareq; debent. [Ingrediar partem castrorum & quod fecero, sectamini. Quãdo personuerit tuba in manu mea, vos quoq; per circuitũ castrorum clãgite, & cõclamate dño & Gedeõi. Ingressusq; est Gedeon, & trecenti viri in partem castrorũ, incipientibus vigilijs noctis mediç]quia tunc fortius dormierũt hostes, præsertim qa nil suspicabãntur aduersi. Gedeon aũt & viri sui introierunt per gyrum castrorũ, per tria loca, secundum ꝙ erant in tres cuneos separati. [Et custodibus]Madianitarum [suscitatis]ex Israelitarum aduẽtu, [cœperũt buccinis ✶ canere & inter se lagenas cõplodere:]i. repercutere. [Cumq; per gyrũ castrorum in trib⁹ psonaret locis, & hydrias]i. lagenas [terreas cõfregissent,]q̃bus confractis, lãpades refulgebant, [tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonãtes tubas, clamaueruntq;, gladius dñi] Dei Israel, [& Gedeonis]atq; vt Iosephus addit, vacuas quoq; pharetras secũ tulerunt. [Omnia itaq; castra turbata sunt,]i. vniuersi Madianitę cum suis repẽtè sunt excitati, confusi & territi, [& vociferantes, vlulantesq; fugerunt:]quia apparuit eis, ꝙ tres magni exercitus, collisioñẽ armorum faciẽtes, irruerent sup eos: ex buccinatione quoq;, & hydriarũ confractione, & Israelitarũ conclamatione, horribilis sonitus causabaẗ: & tot facularũ lumina & splẽdores incutiebãt terrorẽ. [Immisitq; dñs gladiũ in omnibus castris, & mutua se cæde trũcabãt.] i. sic cõfudit aduersarios, ꝙ seinuicẽ occidebant, nec cognouerunt seinuicèm. [Conclamantes autem viri Israël]illi videlicet, quos Gedeon fecit reuerti, [persecuti sunt Madian. Et dedit dñs victoriã populo Israël in die illa. Misitq; Gedeon nuncios in omnẽ mõtem Ephraim, dicẽs: Descẽdite in occursum Madian, & occupate aquas vsq; Bethbera atq; Iordanem &c.] Et ita Ephraitæ quoq; occurrerũt fugientibus Madianitis, nec permiserunt eos transire Iordanem. [Apphensosq; duos viros Madian]s. [Oreb, & Zeb]q̃ erãt reges seu reguli Madianitarum, [interfecit]populus Ephraim, [Oreb in petra Oreb, & Zeb in torculari Zeb.] Petra illa & torcular illud, sortita sunt ista agnomina ab euentu. Ex quo eñ Ephratæi interfecerũt Oreb iuxta lapidem magnũ aut sup illum, vocat⁹ est lapis ille petra Oreb: quæ petra, alia est ab illa, de qua Moses aquã ꝓduxit. Differũt quoq; nola duo hæc Oreb, in modico apice seu lr̃is forsan

Iudic. 6.

Iose. lib. 6. an. iud. ca. 10.

✶ clangere

Iose. li. 6. ã. iud. ca. 10.

23. q. 5. can. vlt. §. cùm ergo

etiam interpretatione. Torcular verò, in quo occisus est Zeb, ab eo cognominatum est torcular Zeb, i. torcular in quo occisus est Zeb. [Et persequuti sunt] Ephratęi [Madiā, capita Oreb
Iudic. 8. & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.] Sequēti capitulo scribitur, qualiter Gedeon transiuit Iordanem, & post transitum illum facta est allatio ista capitum Oreb & Zeb ad Gedeonem: idcircò hîc recitatur per anticipationem.

¶ *Eiusdem cap. expositio spiritalis.* Art. 14.

MYsticè, sicut ꝑhabitū est, Gedeon Christum multipliciter præfigurauit: sed & nominis interpretatione ꝑsignauit eundem. Gedeon ꝗppe interpretatur circuiens in vtero, & ita significauit illū, qui secundū naturā assumptā, clausus in vtero virgineę genitricis, secundū diuinitatis suę in circūscriptibilem maiestatem circuiuit, intra se clausit, & circūplexus est eā. Ieroboal verò interpretatur, fortis contra Baal: & ita significat dn̄m saluatorem, omnium aërearum potestatum inuictissimum debellatorem. Quòd ergo Gedeon surrexit de nocte, hoc
Marc. 13. Matth. 3. Lucæ 3. designat, ꝙ Christus in primo suo aduentu venit occultè: In secūdo quoq;, sicut fur in nocte, sic veniet. quemadmodū etiā Gedeon cū suis venit ad fontē, sic filius Dei inter cæteros venit ad Iordanis fluenta, vt baptizaretur. [Castra aūt Madian erāt in valle] per ꝙ insinuatur, ꝙ oēs iniqui & iustorū persecutores, iacēt in lassitudine vitiorū, in falsitatis caligine, & ꝓprijs iniquitatibꝰ sunt oppressi. [Dixitq; Dn̄s ad Gedeon: Multus tecū est populus &c.] per hoc edocemur, quātùm displiceat dn̄o vana ꝑsumptio, & stulta confidētia in ꝓprijs viribꝰ, gloria quoque inanis & cōmendatio suiipsius. Itaq; si in sp̄uali ꝑualemus conflictu, nequaq̄ dicamus, ꝙ viribus nostris ꝑualuerimus, quantūcunq; in resistendo laborauerimus ieiunādo, orādo, vigilando, plorādo, aut alijs modis. Nā quāuis talia cooperētur & adiuuent ad triūphū, nō tamen sine gratioso Dei succursu sufficiunt: immo & omnia illa sunt Dei dona, qui ea p nos misericorditer operatur, ideo totis ꝑcordijs om̄e bonū Deo iugiter ascribamus, q Osee 13. testatus
Ioan 15. 1. Cor 4. Philip. 2. est: Perditio tua ex te, in me tantūmodò auxiliū tuū. Et per seipsum: Sine me nihil potestis facere. Hinc fatetur Apostolus: Quid habes ꝙ non accepisti? Itemq;, Deus est qui operatur in vobis velle & ꝑficere. [Cunctis audientibus ꝑdica: Qui formidolosus est, reuertatur.] Sacra scriptura vberrimè nos hortatur, oēm carnalē, mundanū, inordinatū timorem abijcere: spiritualiter verò, filialiterq; timere, atq; in die tota mente cōfidere. Nec vtilis est ad sp̄ualia bella cōtra dæmones & peccata, nisi q exclusis vitiosis illis timoribus, sperat in dn̄o, & gr̄æ eius innititur, atq; in eius indesinenti subsidio cōmoratur, cùm ꝓpheta decātet Psal. 26. Dn̄s illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dn̄s ꝓtector vitæ meæ, à quo trepidabo? Veruntamen sicut in ꝓlio corporali, ita in pugna spirituali, moderatus timor est necessarius, quatenùs sicut ex Dei pietate & ope spem salutarē cōcipimus, ita ex ꝓpriæ fragilitatis & instabilitatis ac culpæ intuitu vereamur. Sicq; inter spem tanquā inter molā superiorē, & inter timorem salubrē, tanquā inter molā inferiorem, sp̄ualiter ac prudēter molamur, ita ꝙ omnis duritia, ꝑsumptio, incauta securitas, stulta audacia, frāgātur ac dissipētur in nobis, simusq; custoditi, soliciti ac timorati in om̄ibus. Quemadmodū aūt maior pars populi Gedeonis erat formidolosa & redijt, sic maior pars populi Christiani inordinatis succūbit timoribus, nec pseuerat cū Chr̄o. [Dixitq; dn̄s Gedeoni: Duc eos ad aquas,] sic Deus Trinitas Christo homini iussit, vt ad aquas baptismatis p se ac suos discipulos perduceret homines ipsum sequi volentes: ad aquas quoq; sapientię salutaris, & ad pœnitentię lachrymas. [& ibi ꝓbabo eos,] ꝗa q verè obseruāt, quæ in baptismo profitētur, filij sunt salutis, & electi à Deo, cęteri reprobātur. [& de quo di-
Ioan. 6. xero tibi, vt tecū vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero, reuertatur.] Sicut & Christus in Euang. cōtestatur: Nemo veniet ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et rursus: Om̄e ꝙ dat mihi
Ioan. 3. pater, ad me veniet. ¶ Præterea, p eos q stādo biberūt, & manu ac lingua lambuerūt, intelligūtur boni & recti corde: q opere & sermone seruiunt Deo, agēdo ꝙ docēt aut discunt. Per eos verò qui genuflexo bibebāt, significātur, quorū corda terrenis carnalibusq; curuātur. At verò
Matth. 7. per eos qui redierūt, antequā venirēt ad aquas, sunt designati, q aliquādo credere in Chrīstū proposuerūt: sed audito, quā arcta sit via salutis, quā incōꝑhēsibilia sint testimonia Euāgelicę legis, mutāt propositū. Per eos aūt qui ad aquas venerūt, catechumeni exprimūtur. [in trecentis viris liberabo eos.] per centenariū perfectio denotatur, idcircò per viros illos trecētos, significātur oēs viri perfecti primitiuæ Ecclesiæ, in summā ac sanctā Trinitatē credentes: per quos aggressus est Christus totius mūdi idololatriā extirpare, vanitates & vitia reprobare, & genus humanuū vero Deo subijcere. qbus Christus dedit turbas in manu, i. virtutē sonorę & effica-
Matth. 3. Lucæ 21. cissimę ꝑdicatiōis. Vndè & quosdam Apostolorū vocauit filios tonitrui, & oībus dixit: Dabo vobis os & sapiētiā, cui nō poterūt resistere & cōtradicere oēs aduersarij vestri. Dedit quoq; eisdē lāpadas ardētes, i. miraculorū coruscationē, & authoritatē excōmunicādi rebelles, splēdidissimasq; virtutes. ¶ Insupèr dedit eis lagenas seu hydrias terreas, i. ꝓpriæ fragilitatis hu-
2. Cor. 4. milē recognitiōem, ne ex tā supnaturalibus ac multiplicibus ꝑclarissimis donis extollerētur, Propter ꝙ vnus eorū in persona oīm fassus est: Habemus, inquiēs, thesaurū iustū in vasis fictilibus,

bus, vt sublimitas virtutum sit ex Deo. Confregerũt quoq; has hydrias, dũ eos pro fide catho lica varijs laceratióibus, tormẽtis, ac mortibus deuotissimè ac cõstãtissimè exposuerũt, Sicq; per hęc mũdũ legi ac fidei Christi miraculosissimè subdiderũt. Nã & ipsa mũdi cõuersio ad tã arduissimã legẽ & incópræhẽsibilẽ fidẽ, omi miraculo, per ꝙ facta est, mirabiliter cognoscit. Iob 9.10.11
¶Postremò per hoc ꝙ Gedeon missus est ad tẽtoria Madian, vt audiret verba loquentiũ, atq; 13.14.16.17.
ex somnio & interp̃tatione ipsius cõfirmaret in dño: p̃figuratũ cẽsetur, ꝙ credentes in Chr̃m, 19.21.23.24
roborãtur in fide, nó solũ ex vaticinijs & oraculis ꝓphetarum Mosaicæ legis, immò etiam va 26.27.28.
tum gentilium, qui multa de Christo & eius mysterijs sunt præfati, vt Iob, Baalam & Sybillæ. 29.30.41. Nu.23.24.

¶*Expositio Cap. 8. Dixeruntq; ad eum viri Ephraim.* Art. 15.

QVid secutum sit præfatam victoriã magnam & prosperitatem ingentem, nunc recitatur: [Dixeruntq; ad eum] putà ad Gedeonẽ viri Ephraim,] s. Ephratęi q occurrerãt Madia nitis: [quid hoc est ꝙ facere voluisti, vt non nos vocares cùm ad pugnam pergeres cõtra Madian?] quasi dicant, irrationabiliter in hoc egisti, & nostræ excellẽtiæ fecisti iniuriam, Ephra itę isti fuerunt multùm superbi multis ex causis. Primò, quoniam Iacob patriarcha p̃tulit ipsum Ephraim secundogenitum sancti Ioseph primogenito eius Manassæ. Secundò, qm̃ Iacob Gen. 48. prædixit, ꝙ tribus Ephraim maior futura esset tribu Manassæ dignitate principatus & numero personarum. Tertiò, quoniã Iosue qui Mosi in principatu succesit, fuit Ephratæus. Quartò, quoniam in diuisione terræ promissionis facta per Iosue, tribus Ephraim statim post tribum Iuda sortem suam accepit. Duæq; tribus illæ tanquàm cæteris digniores vel bellicosiores, constitutæ fuerunt in duabus extremitatibus terræ promissæ, quasi ad tutamen tribuum aliarum, & quoniam ex arrogantia generatur inuidia, Ephraitæ isti inuiderunt triumpho & gloriæ Gedeonis. Nec forefecit eis, non vocando eos ad pugnam, ad quam nec tribum iuda reliquis pręstantiorem vocauit, atque ex rationabili causa hoc creditur omisisse, & fortè propter eorum superbiam, ex qua forsan dedignati fuissent eum sequi. [iurgantes fortiter,] quia vt Salomon loquitur Prouer. 13. Inter superbos semper sunt iurgia. [& prope vim] idest quasi violentiam [inferentes,] duci ac iudici suo, scilicet Gedeoni: quia vt scriptum est Prouer. 11. Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia. [Quibus ille respondit: Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis?] Quasi dicat. Fortiores & victoriosiores fuistis in prælio isto q̃ ego. [Nónne melior est racem⁹ Ephraim vindemijs Abiezer?] ac si loquatur: Pauci de vestra tribu plùs valent & fortiùs pugnauerunt, q̃ multi ex familia mea. Vel sensus est, ꝙ paucæ personæ, videlicet duo reges occisi ab Ephraitis, magis erant reputãdæ quàm multi vulgares occisi, à populo Gedeonis. Hinc subditur: [In manus vestras tradidit dñs principes Madian, Oreb & Zeb. Quid tale facere potui quale vos fecistis? Quod cùm locutus esset, requieuit spũs] i. indignatio seu animositas [eorum q tumebant contra eum,] reputantes se eo nobiliores. Quęrebant nanq; honorẽ, & in hoc detulit eis. Sicq; in eo impletum est ꝙ Salomon protestatur Proue. 15. Responsio mollis frangit iram. [Cumq; venisset Gedeon ad Iordanem, transiuit eũ cum trecentis qui erant secũ: & p̃ lassitudine, fugientes persequi nõ poterãt. Dixitq;] Gedeon [ad viros Soccoth:] i. ad habitatores vrbis sic dictæ, iuxta q̃ Iacob recedẽs ab Esau, tabernacula sua fixit, appellauitq; nomen loci illius Soccoth] i. tabernacula, vt Gene. 33. legitur. [Date, obsecro, panes populo qui mecum est, quia valde defecerunt] fame & lassitudine. ¶Porrò nomine panis designatur in scripturis quicunq; cibus, [vt possimus persequi Zebee & Salmana reges Madian.] Iam dictum est, ꝙ Oreb & Zeb erant reges Madiã, nunc verò adijcitur, ꝙ Zebee & Salmana erant reges Madianitarum. Quomodò ergo vnum & idẽ regnum habuit simul reges tam multos? Ad quod dicẽdum videtur, ꝙ isti fuerunt reguli & principes particulares, ita quod vnusquisq; eorum p̃fuit certæ parti regionis illius, sicut in terra Philistijm erãt satrapæ quinq;: & fortè hi reges Madian, habuerunt super se vnum totius regni sui generalem principalemq; regem. Nam & Numero 22. leguntur filij Israel occidisse qinq; reges Madian, & tamen protunc Balach fuit principalis rex Madian, secundum quod Nume. 22. dicunt expositores. [Responderunt principes Soccoth] idest rectores & superiores vrbis illius: [Forsan palmæ manuum Zebee & Salmana in manu tua sunt, & idcircò postulas vt demus exercitui tuo panes.] Ista fuit superba, subsannatiua, & negatiua responsio, tanquã dicant: Tu loqueris quasi iam certus sis de triumpho, & quasi iam ceperis eos qui multo potentiores te sunt. Viri isti nondum percepisse vidẽtur, quemadmodùm Gedeon superauerat Madianitas. [Quibus ille ait: Cùm ergo tradiderit dominus Zebee & Salmana in manus meas, & cùm reuersus fuero victor in pace, conteram carnes vestras cum spinis tribulisq; deserti.] secundum quod infrà legitur id fecisse. Fuit autem hæc vrbs in terra promissióis ꝓpe Iosue 13. Iordanẽ, & habitatores eius fuerunt de populo Israel: ideo grauiùs peccauerunt, confratrib⁹ suis necessaria alimenta negãdo, & Gedeoni tam irrisoriè respondẽdo. ¶Deniq; quia in isto fertur cap. ꝙ Gedeon transiuit Iordanem post primam pugnã, elicitur quod natus fuit ex ea media tribu Manassæ quæ habitationem accepit vltra Iordanem cum tribubus nouem in ter

ra

ra promissionis.[Et indè cõscendens, venit in Phanuel,]i.ad oppidum sic vocatũ, circa quod luctabatur Iacob.de Mesopotamia veniens, cum angelo, vt Gene. 32. habetur.[Et locutus est ad viros loci illius]Phanuel[similia,]sicut ad habitatores Soccoth postulando cibaria. [Cui responderunt sicut responderant viri Soccoth. Dixit eis: Cùm reuersus fuero victor in pace, destruam turrim hanc.]in qua tunc erant, qui ei sic responderunt, fuitq́. turris illa in ciuitate Phanuel nominata. [Zebee autẽ & Salmana cum omni exercitu suo requiescebãt:] quasi securi & nihil suspicãtes aduersi,[cum omi exercitu suo,]s. quindecim millibus. Vndè subiungitur:[Quindecim enĩ millia remanserãt ex omnibus turmis oriẽtalium populorũ, cæsis centumuiginti millibus bellatorum. ascendẽsq́; Gedeon p viã eorum qui in tabernaculis morabantur ad orientalẽ partẽ Nobe & Iegbaa, percussit castra hostium &c.] i.residuos Madianitarum, s. quindecim millia ista.[Fugeruntq́; Zebee & Salmana, quos persequens Gedeon cõprehendit, turbato omni exercitu eorum. Reuertẽsq́; de bello ante solis ortum,]i.altero die valdè manè, sicut ex textu insinuari videtur, tñ(vt fertur)in Hebræo habetur, de altitudine solis, i.ante solis occasum sole adhuc existẽte altè in cælo[apphenditq́; puerũ de viris Soccoth] i.ciuẽ vrbis illius extra eandẽ,[interrogauitq́; nomina principum & seniorũ Soccoth.]vt eos occideret, quia aut soli, aut præ cęteris, erãt in pdictis culpabiles. [& descripsit septuaginta septem viros]i.tot principalium virorũ noĩa scripsit aut scribi iussit Gedeõ[ex ore illius pueri] vel puer ille hæc scripsit.[Venitq́; ad Soccoth, & dixit illis: En Zebee & Salmana &c.] Q.d. iã videtis ꝙ Dei auxilio victor factus sum horum, & ꝙ impia fuit irrisio vestra. [Tulit ergo seniores]i. superiores ciuitatis, q̃ potẽter obtinuit, vel viso tãto triũpho, nõ audebãt ingressum negare.[& spinas deserti ac tribulos, & cõtriuit cum eis atq; cõminuit viros Soccoth.]i.cum spinis illis ac tribulis fecit eorũ corpora lacerari, vel p spinas illas ac tribulos traxit eos. [Turremq́; Phanuel subuertit] cũ auxilio sui exercitus, [occisis habitatoribus ciuitatis]Phanuel, nõ omibus, sed illis q sibi ex turre illa irrisoriè respõderũt, seu & eorũ fautoribus. [Dixitque Zebee & Salmana: Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor?]i.in mõte illo vel circiter. [Qui rñderũt, similes tui]erãt, videlicet pulchri & fortes viri.[& vnus ex eis q̃si filius regis]i. elegãtior apparatu, forma ac robore, quasi filius regis fuisset. [Quibus ille ait: Fratres mei fuerunt filij matris meæ.]Ex quo apparet, ꝙ erãt fratres Gedeonis vterini, & ex sola matre: vel more scripturæ, p fratres intelligit cognatos. [Viuit dñs:]ꝙ fuit iuramẽtũ ex rationabili causa ꝓlatum, [quia si seruassetis]non occidissetis[eos, non vos occiderem:] sed pro misericordia illis exhibita, facerẽ vobis misericordiã.[Dixitq́; Iether primogenito suo: Surge & interfice eos.[Etenĩ iuxta Mosaicã legẽ, ꝓpinquus occisi, tenebat occisorem tẽpore & loco opportuno occidere.[Qui nõ eduxit gladiũ. Timebat enĩ]non timebat ꝙ capti illi sibi resisterent, sed timebat, i. adhuc præ teneritudine ætatis & mollitiæ cordis, horrebat sanguinis effusionẽ, atq; in principes tãtos tã exornatos, formidauit mittere manũ.[Quia adhuc puer erat,] s. nõdum viginti annorum, qa in numeratione populi non cõputabantur, nisi q ad minus erant viginti annorum, qui & viri vocabantur, & ad bella ꝓcedere erent idonei, quantùm est ex parte ætatis.[Dixeruntq́; Zebee & Salmana: Tu surge & irrue in nos, qa iuxta ætatẽ & robur * es hominis]i. virilis ætatis es, & fortitudinem habes hominis benè dispositi. Viri illi animosi erubuerunt à puero perimi, & metuebant ex hoc post mortẽ pati diffamiam, sicut Abimelech læsus à muliere, iussit se à ꝓprio occidi armigero, ne post mortem suã diceretur in eius opprobrium ꝙ esset à fœmina interfectus. Poterant quoq; citiùs occidi à Gedeone, quàm à puero. [Surrexitq́; Gedeon, & interfecit Zebee & Salmana, & tulit ornamenta ac bullas, quibus colla regaliũ camelorum decorari solent:]i. illa accepit, deponendo ea ab his qui vtebanť eisdẽ. Bulla autẽ est ornamentum regalium puerorum, equorum aut camelorum, pcipuè circa collum, in rotũditate simile bullis q̃ in aquis vẽto inflãtur, quasi dicta à bulliẽdo. Accipitur quoque alijs modis.[Dixeruntq́; oẽs viri Israel ad Gedeon:]hoc est, aliq seu principales de singulis tribubꝰ:[Dominare nostri tu & filius tuus primogenitus.]seu magis idoneus, aut quẽ post te præesse volueris,[& filius filij tui,]hoc est, vsq; ad tertiã generationẽ. Vel p hunc modũ loquendi insinuabãt, ꝙ decæterò semper sibi ac posteris suis pręessent: Gedeon & posteri eius. [qa liberãsti nos de manu Madiã. Quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis dñs:] i. Deus Israel erit dñs vester, qui sibi reseruauit dñm sup vos, & iudices vult vobis pesse, nõ per modum dominij, sed directionis atq; cõsilij. Quod qualiter intelligendum sit, in expositione primi cap. clarius est expssum.[Vnã petitionem postulo à vobis: Date mihi inaures]i. aurea auriũ ornamẽta[ex pda vestra]i. de spolijs occisorũ.[Inaures enĩ aureas Ismaelitæ habere]& etiam in auribus ferre[cõsueuerant,]Ex hoc verbo apparet, ꝙ Madianitæ isti fuerunt Ismaelitæ. Contra quod arguui potest, quoniam Madianitæ descenderent de Abraham per Madian filium Cethuræ, Ismaelitæ autem per Ismaelem filium Agar, sicut in Genesi patet. In oppositum argui potest, quoniam in Genesi legitur Ioseph venditus Madianitis Ismaelitis. Ad istud Augustinus respondet, quòd vel Ismaelita

Margin: * est — Gen. 25. Gen. 37. August. lib. Gen. q. 124.

tæ habitãdo in terra Madian, dicti sunt Madianitæ, vel ex mutuo matrimonio, vel Agar & Cethura erant mulier vna, secundũ ꝙ dicunt Hebræi. Et si hoc vltimũ diceretur, cõsequẽter (vt videtur) dicere oporteret, ꝙ vnus filiorũ Cethurę, s. Madian, sit idem q̃ Ismael. [Qui respõderunt: Libentissimè dabimus:] nec immeritò, quia victoriam & maximam opulentiam erant p Gedeonẽ sortiti. [expãdẽtesq; palliũ, ꝓiecerunt in eo inaures de pda, & fuit põdus inauriũ mille septingẽti sicli auri, absq; ornamẽtis & monilibus & veste purpurea, qbus Madiã reges vti * soliti erãt, & pter torques aureas camelorum. Fecitq; ex eo] putà ex põdere tanti auri seu inauriũ aurearũ [Gedeon ephod] i. vestimẽtũ seu ornamẽtũ sacerdotale, imò & põtificale, ꝙ & sup humerale vocatur. [Et posuit in ciuitate sua Ephra.] Circa hoc magister in historijs ait: Per Ephod ꝙ est dignius vestimentũ põtificis, intelligit̃ ꝙ Gedeõ fecerit sibi oĩa põtificalia indumẽta. Et fecit in Ephra tabernaculũ & altare, pter illud ꝙ erat in Silo. Et factus sacerdos, immolauit sup illud hostias domino. Alij quoq; fatentur, quod tactus q̃dam indiscreta deuotione, hæc fecit, sicut & Ozias rex thurificare ꝑsumpsit. Voluitq; Gedeõ in vrbe & domo sua habere cultũ Dei, sicut habebatur in Silo. ❡Circa hæc quærit̃ quãdo Gedeon fecerit ista. Ad quod Aug. respõdet, quod circa finẽ vitæ suæ, nõ statim quãdo inaures accepit. Vndè dicit, istud de ephod hìc recitari p ꝓlepsim, i. anticipationẽ: qa vt August. videt̃ innuere, si Gedeon anteà hæc fecisset, terra nõ requieuisset tot annis, videlicet quadraginta sub eius regimine. Addit tamẽ Aug. quod si fecit hæc antè, nõ circa finẽ vitæ suæ, Deus patiẽter hoc tulit, vt pax pseuerararet in terra: quia etsi cõtra legẽ hæc egerit, nõ tamẽ lõgè recessit à lege, q̃ talia in tabernaculo fieri iussit in Dei honorẽ. Iterũ quærit Aug. quõ de tãto auro factũ sit vnũ ephod. Ad quod inquirẽdo respõdet in primis, quod forsitan totũ ephod aureũ fuit, atq; tã solidũ ex materia auri, quod per se potuit stare erectè. Deindè adiungit, ꝙ fortè p ephod, tãquã p digniùs, intelligunt̃ alia sacerdotalia ornamẽta: nẽpe in lege erat pceptum, vt fieret ephod nõ ex auro duntaxat, sed itẽ ex hyacyntho, purpura, cocco bis tincto & bysso. Interdum verò accipitur ephod ꝓ linea veste. Vndè & mater Samuelis legitur suo filio Ephod tulisse. Et 2. Reg. 6. narratur, ꝙ in deportatiõe arcæ, indutus sit Dauid ephod lineo. [Fornicatusq; est omnis Israel in eo.] Hoc aliq sic exponũt, ꝙ licèt Gedeõ nõ sit vsus hoc ephod in idolorũ obseqo, tamẽ post mortẽ eius filij eius fecerunt hoc. August. verò exponit sic, quod fornicati dicũtur Israelitæ in Ephod illo p hoc, quod cõsenserũt his, q̃ Gedeon cõtra legẽ fecit, & cõmunicauerũt ei culpa. Fornicatio eqdẽ, in scripturis ꝓ quacunq; mortali accipitur culpa, nõ solùm ꝓ carnali fornicatiõe & idololatria. [Et factũ est Gedeoni & oĩi domui eius in ruinã:] quia Gedeon peccauit in his, & filij sui communicauerunt ei in culpa hac. Propter quod Deus iusto iudicio permisit omnes filios eius legitimos (vno dempto) occidi, iuxta modum in sequenti capitulo scriptum. [Et humiliatus est Madian coram filijs Israel:] id est, diuina virtute victi sunt & deiecti per Israelitas, [nec potuerunt vltrà ceruices eleuare, sed quieuit terra per quadraginta annos, quibus præfuit Gedeon,] sub cuius præsidentia, non sunt inquinati idololatria. [Habuitque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius,] & fortè aliquas filias, [eo quòd plures haberet vxores. Concubina autem illius genuit ei filium nomine Abimelech.] ❡Quæritur an concubina illa fuit vxor eius legitima, an adulteria. Videtur quod fuerit vxor eius, quia vir sanctus fuit, non adulter. Ergo qua ratione Abraham, Iacob & Dauid excusantur ab adulterio, quanuis concubinas habuisse dicantur, quanuis de concubitu tunc Bethsabeæ Dauid non excusetur, qui tamen concubinas habuisse leguntur, quoniam concubinæ in scripturis frequenter vocantur vxores minùs principales, sic excusandus videtur & Gedeon. In oppositum argui potest, quod concubina hæc Gedeonis, non habitauit cum eo in Ephra, sed remotè ab eo in Sichem. Ad istud quidam dicunt, quod fuit vxor eius secundaria & adiuncta. Alij opinantur oppositum, sic tamen, quod concubina illa non fuit protunc alterius vxor. Nam & in Scholastica fertur historia, quod Abimelech fuit naturalis filius Gedeonis & spurius. Sed mirum, si tãtus vir qui præfuit populo Dei, & inter sanctos ab Apostolo numeratur, fuit concubinarius & adulter: nisi fortè quìs putet, quod ex dispẽsatione diuina habuerit eam, secundum quod infrà de Samsone dicetur, quòd filiam Philistinorum duxit in cõiugem, quod secundum legem ei non licuit: sed quia peccare, humanũ est, si mulier illa non fuit Gedeonis vxor legitima, credendũ videtur, quod non diu mansit in illo peccato, si illicitè habuit eam: quo dato, certũ est quod verè indè pœnituit. Nam subditur: [Mortuusq; est Gedeõ in senectute bona:] quod de nullo præcedentium iudicum scriptum est, ne fortè de saluatione & sanctitate Gedeonis quis ambigat, quoniam reprehensibilia quædam de eo iam scripta sunt. [& sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri. Postquàm autẽ mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israel] mente à Deo, tanquàm ingratissimi ac pẽssimi, atque ad omne malum pronissimi, præsertim ad idololatriam. [& fornicati sunt] per idololatriæ crimen [cum Baalim. percusseruntq; cũ Baal fœdus, vt esset eis in Deum.] quoniã firmiter steterunt, promiserunt, seu iurauerũt, decæterò in eius cultu perseuerare, secundũ quod electi Israe-

* solent.

Pet. Com. hist. lib. Iu. cap. 8.

2. Par. 26.

August. lib. Iu. q. 41.

Idem

1. Reg. 2.

August. lib. Iu. q. 41.

Iudic. 9.

Gen. 16.
Gen. 30.
2. Reg. 11.

Pet. Com. hist. lib. Iu. cap. 8.

Hebr. 11.

Iudic. 14.

Israelitæ quandoq; percusserunt fœdus cum dño, ꝙ esset eis in Deũ. [Nec recordati sunt dñi Dei sui] totiès & tam piè, [q eruit eos de manibus inimicorũ suorum omniũ per circuitũ, nec fecerunt misericordiã cum domo Iorobaal:] i. beneficijs eius fuerunt ingrati circa filios eius legitimos principales, quorũ nullum assumpserũt in iudicem, nec crudelissimã eorũ occisionem mox vlti sunt. ¶Præterea Augustino testãte, & habetur in Glossa, post mortẽ Gedeonis, grauiùs transgressi ac fornicati sunt filij Israel, q̃ antè propter ephod p̃fatum, quo in idololatria vsi dicuntur. Sed mirũ videtur, si Gedeon peccauit in vsu ephod atq; officio sacerdotum, ꝙ non fuit punitus à Deo, queãdmodum Ozias rex Israel: qui cùm thurificare cœpisset, mox percussus est lepra, cúm tñ Ozias multò minùs se intromiserit de officio sacerdotali, quã Gedeon, nec increpatus à sacerdotibꝰ, aut aliquo viro sancto aut ꝓpheta. Si aũt increpatus fuit, cur nõ pœnituit & dimisit? Quòd si pœnituit & cessauit, cur non abstulit aut destruxit ea q̃ fecit? Si verò peccauit in illis contra legis p̃ceptum, i. mortaliter, nec indè pœnituit, nõ esset saluatus. Hinc quidã sunt opinati, ꝙ nec peccauit in illis, sed ex dispensatiõe diuina vsus est sacerdotis officio, & p consequens ephod, sicut & suprà legitur sacrificiũ obtulisse. Hæc tñ opinio debilis cõprobatur, quia vt in expositione sexti cap. patuit, Gedeon nõ obtulit sacrificiũ illud Deo, sed p̃sentauit illud ei, q sibi apparuit, vt per illũ Deo immolaretur. In textu quoq; manifestè asseritur, Quod factum est Gedeoni in ruinam. Aug. itẽ & Thomas, Glossa, Magister in historijs, & alij viri catholici cõmuniter tenent oppositũ. Hinc demum incõuenièter quidã hìc scribit, ꝙ Gedeon sacrificium obtulit Deo ex dispensatione diuina, dum angelus sibi primò apparuit. ¶Moraliter ex p̃dictis discamus tam sancti Gedeonis, quẽ Origenes in Homilia vocat sanctissimum, humilitatẽ patientiãq; sectari. Qui molli & humili responsione superborũ & iniuriantiũ iurgia, & quasi violentiã quandã tam mansuetè sustinuit, tamq; humiliter superauit atq; extinxit, & ante Apostolica documẽta vicit in bono malũ. Si tantus iudex ita ad subiectos se habuit, quãto magis ad ꝓximos, pares & superiores debemus nos ita habere, & superba duraq; verba vitare, qm sermo durus suscitat furorẽ, imò & pias mẽtes exasperat? Sed nec armatis p̃cibus conemur aliqd extorq̃re à proximis, potissimè à p̃sidẽtibꝰ, cũ & Gedeõ tã humiliter postulãrit ab inferioribꝰ sibi aureas dari inaures. ¶Postremò, qm Gedeon ex vehemẽti quodã feruore & zelo diuini honoris, ad p̃fatos excessus in sanctiõe vsuq; ephod dilapsus est, videamꝰ ne & nos aliqua indiscretiõe p̃cipitemur: imò quo maior est feruor, eo & maius instat periculũ, nisi discretiõe regatur. Exẽplo quoq; virorũ Soccoth & Phanuel, oẽm subsannationẽ atq; irrisionẽ in iustã, p̃sertim superiorũ ac sapiẽtiorũ ꝓrsus vitemꝰ, ne & similia eis, aut certè peiora incurramus tormẽta. Nam & Salomon Pro. 3. contestatur: Illusores Deus illudet. Et Esa. 28. ait: Nolite illudere, ne constringantur vincula vestra.

Augu lib. Iud. q. c. 43.
2. Par. 27.
Iudic. 6.
Ibidem.
Aug. lib. Iudic. q. 14.
Pe. Co. hist. lib. Iudic. ca. 8.
Origines
Rom. 12.
Prou. 15.

¶ *Declaratio literalis cap. 9. Abijt autem Abimelech filius Ierobaal &c.* Art. 16.

OPposita iuxta se posita, clariùs innotescũt: idcircò inferitur hìc historia vnius impij p̃sidentis in Israel, ex cuius malitijs, aliorũ iudicum bonitas euidẽtiùs innotescit. Alij etenim iudices filios Israel liberauerunt, reformauerunt & cõseruauerũt in statu bono: iste ecõtrariò eos corrupit, vastauit, destruxit. [Abijt aũt Abimelech filius Ierobaal, in Sichẽ ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos & ad oẽm cognationẽ domus patris matrisq; suæ:] Sichẽ interdum est nomen viri, aliquando vrbis, quandoq; territorij. Nunc aũt accipit̃ pro oppido, ꝙ fuit in tribu Ephraim. Eratq; vrbs refugij, prout Ios. 20. cõtinetur. Vnde videtur, ꝙ concubina hæc Gedeonis, fuit ex Ephraim tribu nata. Ex quo vltrà elici probabiliter potest, ꝙ non erat vxor Gedeonis, cui secundum legẽ nõ licuit ex alijs tribubus ducere cõiugẽ. [dicẽs: Loquimini ad oẽs viros Sichem: Quid vobis est melius, vt dominent̃ vestri septuaginta viri oẽs filij Ierobaal, an vt dñetur vobis vir vnus? [Q. d. multo plùs expedit vobis, vt ego solus vobis præsim, q̃ tot viri. Nec dubiũ quin expediẽtius sit, vnũ habere principẽ bonũ, q̃ multos q p̃sint, cum & teste philosopho, pluralitas principũ mala sit. Propterea principatꝰ monarchicꝰ amplìꝰ cõmendatur: nihilominùs meliꝰ est, multos bonos habere rectores, q̃ vnũ malũ: nec cõsequẽs fuit, ꝙ oẽs illi septuaginta filij Gedeonis, p̃fuissent simul post patrẽ suũ, si vnus iste non p̃sideret. Ipse tñ sic loq̃batur, quasi oẽs illi optarẽt præesse. Deniq, iste Abimelech fuit apertè & inuerecundè ambitiosus, nõ obstãte ꝙ fuit de cõcubina, imò & ancilla (vt infrà Iudic. 8. habet̃) natus, Cumq; virtuosus pater eius offerẽtibus sibi dñium dixerit, Non dñabor vestri, nec dominabit̃ in vos filius meus: iste palã locutus est, dñari se velle. Deinde persuasionẽ adiungit, ꝙ ipsum potiùs debeãt ꝓmouere. [Simulq; cõsiderate, qa os vestrũ & caro v̄ra sum:] i. frater & cõsanguineus vester. Propter ꝙ mihi fauorabiliores esse debetis, & ego promotus, vicẽ vobis rependã & cõmittã officia, cùm tñ principatus debeatur virtuti magis q̃ carnali origini, Vndè nec alicui alteri iudici bono legit̃ in p̃sidẽtia suus filius successisse. [Locutiq; sunt fratres matris eius de eo ad viros Sichẽ, & inclinauerũt cor eorũ post Abimelech, dicẽtes: Frater noster es. Dederũtq; ei septuagĩta põdo argẽti.] Põdo, indeclinabiliter sumptũ, designat idẽ ꝙ pondus vel libra. Dederũt itaq; ei tãtã pecuniã, vt moris est nouis principibus munera dare. [Dephano

phano Baalberith.[Complexum istud, Baalberith, est nomẽ phani seu templi illius sacrilegi, in quo Sichimitæ illi percusserũt fœdus cũ Baal, ꝙ esset Deus eorum. Nam Berith interꝑtatũ, dicitur fœdus. In Scholast. aũt hist. fert. ꝙ iurauerunt huic Abimelech in phano Baal, ꝙ s. haberent eum ꝓ principe: idcircò vocatum est phanum Baalberith, q̃m Berith cõiuratio interpretatur. [Qui cõduxit sibi ex eo]s. pręfato argento[viros inopes & vagos, & secuti sunt eũ,] qui putabant oportere, vndequaq; acquirere etiã ex iniquo, nec necessaria vitæ volebant per honestos procurare labores. Ideo pro pecunia sanguinem innoxium effundere erant parati. [Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos 70. viros]auxiliantibus ei illis latrunculis,[super lapidem vnum.]vno tñ excepto. Vndè videtur, ꝙ primò cœpit & fecit eos teneri, deindè successiuè occiderit aut decollauerit eos. Eccè quã inhumana crudelitas. Eccè ad quãta facinora trahit ambitio. Timuit quippe Abimelech, ꝙ fratres sui resisterent suæ ꝓmotioni, aut ab alijs tribubus acceptarenẽ in iudices.[Remansit aũt Ioathan filius Hierobaal minimus,] i. iunior,[& absconditus est.]quia seipsum abscõdit, vel alij hoc fecerunt, nec cũ fratribꝰ suis ab Abimelech est inuentus.[Congregati aũt oẽs viri Sichem, & vniuersæ familię vrbis Mello]i. sic appellatæ, Mello aũt 3. Reg. libro, ꝓ quadã voragine sumitur, [abieruntq; 3. Reg. 9.
& cõstituerunt regẽ Abimelech iuxta quercum quæ stabat in Sichem:] non ꝙ fuerit propriè rex, nec toti præfuit Israëlitico populo, sed Sichimitis. Sicq; nomen regis extensè nunc sumitur, sicut in Genesi, vbi secundum nostrã translationem dicitur Abrahæ. Princeps Dei es apud nos. Septuaginta trãstulerunt, Rex Dei es apud nos. Porrò Saul fuit primus Rex Israel, loquẽ Gen. 21.
do de regibus propriè dictis, qui gñale habuerunt dñium.[Quod cùm nunciatum esset Ioa- 1. Reg. 10.
than]iam præfato,[iuit & stetit in vertice montis Garizim:]de quo monte Iosuæ 8. habetur: eleuataq; voce clamauit,]vt audiretur à Sichimitis, remotè inferiùs stantibus:[Audite me viri Sichẽ, ita vt audiat vos dñs:] i. verba & opera vestra prauissima audire & scire se pandat per debitam vltionem, ꝙ zelo iustitiæ iste Ioathan protulit:[Ierunt lingua,] Ioathan parabolicè locutus est illis, qui manifestatam veritatem noluerunt audire, & ipse infrà propriam parabolam pro magna parte exponit. Itaq; sensus huius literæ est, nõ ille quem verba immediatè designant, sed quem res significatæ per verba ista, significant. Ait ergo: Ierunt ligna,[vt vngerent super se regem.] i. filij Israël soliciti fuerunt pro obtinendo rectore idoneo, pro qua re sæpè occupati fuerunt.[Dixeruntq; oliuæ, Impera nobis.]per oliuam, potest intelligi q̃cunq; Iudic. 4.
persona pietate abundans, quam sibi petierunt ꝑesse, vt Debora prophetissa.[Quæ respõdit: Nunquid possum deserere pinguedinem meam]videlicet oleum,[qua & dij vtũtur & homines,]dij videlicet in luminaribus templorum, & homines in ꝑparationibꝰ cibariorum ac medicinarũ.[& venire vt inter ligna promouear?]i. popularibꝰ negotijs inq̃etari. Sicq; per pinguedinem oliuæ, intelligunẽ internæ affectiones pietatis & misericordiæ spiritalis, q̃ per exteriores occupationes sæpè interrumpuntur. Propter ꝙ virtuosæ personæ ꝑlationem sępe refugiunt.[Dixeruntq; ligna ad arborem ficum: Veni, & super nos regnum accipe.] Potest per fi- Iudic. 4. 5.
cum intelligi Barach, qui suo triumpho maximè consolatus est filios Israël.[Quæ respondit: Nunquid possum deserere dulcedinem meã fructusq; suauissimos]i. exercitationes virtuosas, & interiores cõsolationes eis annexas, [& ire, vt inter cætera ligna promouear?] secundũ sensum ꝑhabitũ.[Locuta sunt quoq; ligna ad vitẽ: Veni, & impera nobis. Quæ respõdit: Nunquid possum deserere vinum meum ꝙ lætificat Deum & homines, & inter ligna cætera promoueri?] Non ꝙ Deus in sua natura vino vtatur, sed quia lætatur dñs in operibus suis, imò potiùs in seipso, ꝙ talis & tantus est, vt tam præclarus & incõparabilis sit in suis effectibus, iuxta illud Psal. 85. Non est similis tui in dijs dñe, & non est secundum opera tua. Qui & omnipotẽtiam, sapiẽtiam & bonitatem suam in vite excellenter declarat, de ligno tam vili ac tenui quã vigorosissimum ac vtilissimum producens liquorem. Vel dicitur vinũ lætificare Deum, q̃m ministros templi sui exhilarat. Potest aũt per vitem Gedeon designari, qui instar vitis fructificauit in ꝓle, & lætificauit filios Israël suo triumpho, atq; ex contẽplatione Dei & apparitionibus angeli sancti repletus est gaudio. Hi oẽs, sicut & cæteri iudices boni, noluerũt sibi dñium super filios Israel vsurpare, sed per modum prudentialis directionis humiliter pręfuerũt. Dixeruntq, oĩa ligna ad rhãnum: Veni, & impera sup nos.]Per omnia ligna hæc, designãt Sichimitæ ꝑdicti: per rhãnũ verò, Abimelech. Rhãnus est genus rubi primò molle, deindè spinosũ ꝙ inter ligna habet naturã producẽdi ignẽ ex se, dũ vẽto agitatur, vt Iosephꝰ cõtestatur. [Qui Iose. lib. 7.
respõdit: Si verè me cõstituitis regẽ vobis, venite & sub mea vmbra reqescite.] Sic & Abime- ant iu. c. 11.
lech exegit, vt Sichimitæ sub sua manerẽt ꝓtectione.[Si aũt nõ vultis] sub mea reqescere vmbra.[egrediatur ignis de rhãno, & deuoret cedros Libani.]i. principales ex vobis incendantur & occidantur à me, secundũ ꝙ infrà in isto cap. legitur factum.[Nunc ergo si rectè]i. iustè [& absq; pctõ cõstituistis sup vos regẽ Abimelech, & bene egestis cũ Ierobaal & cum domo eius,]q quis iam mortuꝰ erat, tñ in suis filijs est punitus & ingratãter tractatus, [& reddidistis vicẽ beneficijs eius q pugnauit ꝓ vobis, & animã suã dedit periculis, vt erueret vos de manu

Madian.] Quamuis etiam Gedeō ab angelo fuit de victoria assecuratus, tamen secundū humanū iudiciū, magnis se exponebat periculis, pergendo cū paucis ad pugnā contra 120. millia hom. [Qui nunc surrexistis contra domum] i. posteros seu filios [patris mei, & interfecistis filios eius 70. viros,] vno tamen excepto, quia scriptura minutias numerorū & temporū nō curat nec cōputat. [super vnum lapidem.] ex hoc etiam patet, quod adiutores Abimelech fuerunt ex populo Sichimorum, qui Ephrataei fuerunt. [& cōstituistis regem Abimelech filiū ancillę eius,] videlicet Gedeonis, [eo quod frater vester sit. Si ergo rectè & absq; vitio egistis cum Ierobaal & domo eius, hodiè laetamini in Abimelech] de eius promotione, [& ille laetetur in vobis. Sin aūt peruersè] egistis in his, [egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem & oppidū Mello. Egrediaturq; ignis de viris Sichem & Mello oppido, & deuoret Abimelech, &c.] Per ignē intelligitur quęcunq; punitio seu persequutio grauis, sicq; maledictio ista post 3. annos fuit impleta: quoniam rebellantibus Sichimitis, ipse Abimelech multos eorum igne occidit, alios gladio, protinusq; fuit pereptus ab ipsis. [Quae cū dixisset, fugit & abijt in Pera, habitauitq; ibi ob metum Abimelech fratris sui.] Circa haec oritur quęstio. Dictum est enim, quod propter peccatum Gedeōis in vsu ephod, deleta sit domus eius: Ergo Sichimitae iustè occiderunt filios eius, & erāt in hoc instrumētū diuinae iustitiae? Respondetur, quod quāuis Deus iusto iudicio permisit hoc fieri, Sichimitę tamen ex impijs causis ad hoc faciendum sunt moti, nec ipsi fuerūt à Gedeōe iniuriam passi, sed beneficia multa & magna sortiti, ideo ingratissimi ei effecti sunt. [Regnauit itaq; Abimelech super Israel 3. annis. Misitq; dominus spiritum pessimum inter Abimelech & habitatores Sichem.] Secundum Augustinū, istud intelligi potest factum à dño permissiuè & imperatiuè, vt sit sensus, quod Deus iusto iudicio voluit & permisit Sichimitas aduersus Abimelech concitari & tentari à pessimo daemone, imò à multis daemonibus sub suo principe agentibus, ad perturbandū ac dissipandum prauam illorum concordiā. Peruersitas tamen intentionis daemonum in talibus, nō est imperatiuè à Deo, qui non iubet peccata committi, [qui coeperunt eum detestari,] tanquam crudelissimū fratricidam, ambitiosissimumq; tyrannum, [& scelus interfectiōis 70. filiorum Ierobaal, & effusionem sanguinis eorum,] videlicet filiorum Gedeonis, [conferre] i. retorquere [in Abimelech fratrem suum, & in caeteros Sichimorum principes, qui eum adiuuerant.] Superiùs dictum est, quod Abimelech conduxit viros vagos & inopes, qui eum iuuerunt: quō ergo nunc dicuntur eum iuuisse principes Sichimorum? Ad quod dicendum videtur, quod Abimelech in regē promotus, illos auxiliatores suos in officijs magnis cōstituit [Posueruntq; insidias aduersum eū in summitate mōtium. Et dū illius praestolarētur aduentū,] quatenùs eū improuisè occiderent, quia & insidias aduersus eū posuerūt in montium summitate, [exercebant latrocinia, agentes prędas de praetereuntibus,] quos spoliauerunt aut etiam occiderūt, praesertim si erant de parte Abimelech. [Nunciatumq; est Abimelech. Venit autē Gahal filius Obed cum fratribus suis, & transiuit] i. ingressus est [Sichimam.] i. territorium illud. [Ad cuius aduentū erecti] i. animati & roborati [habitatores Sichem, egressi sunt in agros, vastātes vineas,] quae ad Abimelech vel eius auxiliarios pertinebant, [vuasq;] vinearū illarum [calcantes,] in aspernationem Abimelech, [& factis cātantiū choris] i. choraeis, [ingressi sunt phanum Dei sui, & inter epulas & pocula maledicebant Abimelech, clamante Gahal filio Obed,] viro potēte & ambitioso, qui cupiebat, occiso Abimelech, praesidere populo illi: [Quis est iste Abimelech?] quasi dicat, vilis & impius est, & nobis praeesse indignus. [Et quae est Sichem, vt seruiamus ei?] tanquā dicat, praeclara & vetus vrbs est, in qua non decet tam vilem regnare. [Nunquid nō est iste filius Ierobaal] i. filius est Gedeonis nati ex tribu Manassae, cuius filius nō habet ius regnādi in terra hac tribus Ephraim. [Et constituit Zebul seruū suum] principē, i. baliuum aut praefectum [super viros Hemor patris Sichē] i. super nobiles habitatores oppidi huius, in quo olim Hemor, qui fuit tēpore Abrahae princeps & pater vrbis istius, qui & filium habuit noīe Sichem, vt Gene. 34. habetur. Sicq; habitatores Sichē, quamuis Israelitę & Ephraitęi, dicuntur viri Hemor, i. successores eius in possidendo & inhabitando vrbē hāc ipsam. Et fortè aliqui ex reliquijs antiquorū illorū Amorrhęorū, adhuc habitabāt ibidèm, sicut & in alijs vrbibus terrae promissiōis. [Cur ergo seruiemus ei?] q.d. indigna premimur seruitute. Porrò quod dictū est, nunquid nō est filius Ierobaal, quidam exponūt quasi ironicè dictum: ac si Gahal dicat, Abimelech non est filius Gedeōis legitimus, sed spurius. [Vtinā daret aliquis populū istū sub manu mea, vt auferrē de medio Abimelech. Dictumq; Abimelech:] i. quidā amici ipsius Abimelech, suggesserūt ei: [Cōgrega exercitus multitudinē,] i. totū tuū exercitū collige, [& veni.] Deinde subiūgitur, quis ista insinuauerit ipsi Abimelech. [Zebul enim, auditis sermonibus Gahal filij Obed,] qui dixerat: Vtinā daret quis populū istū sub manu mea, vt auferrē de medio Abimelech, i. vt ipsum occiderē, [iratus est valdè,] zelās pro dño suo. Veruntamen dissimulauit iram suam, vt deciperet ipsum Gahal. ideo subdit: [Et misit clàm ad Abimelech nūcios, dicēs: Ecce Gahal filius Obed venit in Sichimā cū fratribus suis, & oppugnat aduersum te ciuitatē:] i. vrbē Sichē conatur sibi allicere, subijcere, & cōtra te prouocare. [Surge itaq; cum populo tuo qui tecum est, & latita in

agro

Aug. lib. Iudic. q. 45.

agro,& primo manè oriente sole,irrue super ciuitatem. Illo autẽ adueniẽte aduersum te, fac ei ꝙ potueris. Surrexit itaq; Abimelech cum omĩ]i. toto[exercitu suo nocte,& tetendit insidias iuxta Sichimã in quatuor lucis],ne Gahal per aliquã viã posset effugere. [Egressusq́; est Gahal] valdè manè de domo,[& stetit in introitu portæ ciuitatis]Sichem. [Surrexit aũt Abimelech,&c. Cumq́; vidisset Gahal populũ]venientẽ cũ Abimelech, [dixit ad Zebul,]qui simulauit se esse fautorem Gahal:[Eccè de mõtibus multitudo descendit. Cui ille rñdit: Vmbras montiũ vides,quasi capita hoĩm,& hoc errore deciperis. Rursusq́; Gahal ait: Ecce populus de vmbilico terræ descendit.]Vidit eñ Gahal ex alia parte terræ inferiore,in qua capita montiũ non apparebant,alium cuneum venire. [Cui dixit Zebul: Vbi est nunc os tuum, quo loquebaris: quis est Abimelech, vt seruiamus ei? Nónne hic populus est quem despiciebas?] quasi dicat,nunc repressa est tua ꝑsumptuosa loquutio.[Egredere & pugna contra eum. Abijt ergo Gahal,expectante Sichimorum populo] belli euentu. Fuit aũt in vrbe illa intestina dissensio,quibusdã fauentibꝰ ipsi Abimelech,alijs verò fauentibus Gahal,idcircò nec fautores Abimelech exierunt in eius auxiliũ,nec fautores Gahal habitãtes in Sichem sequuti sunt eum,sed oẽs ꝑstolabantur exitum pugnæ.[& pugnauit contra Abimelech, qui persequutus est eum fugientẽ]Gahal,[& in vrbem compulit]eum fugere. [Cecideruntq́; ex parte eius plurimi vsq; ad portam ciuitatis,& Abimelech sedit in Rama,]i. cum exercitu suo ibi quieuit,ꝑstolans iteratum exitũ Gahal.[Zebul aut]ipsum[Gahal & socios eius expulit de vrbe] Sichem,[nec in ea passus est cõmorari. Sequenti ergo die egressus est populus.]s. Gahal cum suis[in cãpum,&c.] Deindè in litera recitatur, qualiter Abimelech contra eum præualuit. [Duæ aũt turmæ palantes i].vagantes & palàm currentes[per cãpum,aduersarios persequebantur.]Abimelech quippe in isto congressu diuisit populũ suum in tres turmas,quarum duę ꝑsequebantur Gahal ac socios eius.[Porrò Abimelech] cum tertio cuneo[omĩ die illo oppugnabat]i. obsedit [vrbem]Sichem,[quã cepit,interfectis habitatoribus eius,ipsamq́; destruxit ita, vt sal in ea dispergeret,]in signum perfectę victoriæ supra eam.[Quod cùm audissent qui habitabant in turre Sichimorum.]quæ turris fuit sita seorsum, [ingressi sunt phanu Dei sui Berith,&c.] Qui qualiter ibi occisi sunt igne & fumo,in textu, qui planus est,recitaĩ.[Abimelech aũt inde proficiscens,venit ad oppidum Thebes, quod circundãs,obsedit, cepit,turrem in medio vrbis sitam,ad quam habitatores vrbis confugerant,nitebatur succendere. Et eccè vna mulier fragmen molæ]i. magni saxi[desupèr iaciens,illisit capiti Abimelech,& confregit cerebrum eius.]Secundũ Lyram,in Hebr. habetur,ceruicem eius,& addit. Si eñ confregisset cerebrum eius,statim mortuꝰ fuisset,vt videtur. Potiùs puto,quod dictio illa hebraica sit ad vtrunque ęquiuoca: nec sequitur ꝙ fracto cerebro,subitò expirasset,imò si ceruicem eius confregisset, vlteriùs loqui non potuisset infelix iste Abimelech,ideo meliùs translatum est verbum illud Hebræum,in cerebrum, Itaq; cerebrum eius confregit, i. lætaliter vulnerauit. Fuerunt autem tres vrbes vocatæ hoc noĩe Thebes. Vna in Eegypo,de qua fuit sacra legio Thebæorum: alia in Græcia,à qua dicuntur Thebani: tertia in Iudæa,de qua fuit Helias, & indiè dicũtur Thebitę.[Qui vocauit citò armigerũ suum,& ait ad eum: Euagina gladium tuum & percute me.]i. occide me q vltrà diu viuere nequeo,ne fortè dicatur ꝙ à fœmina interfectus sim. Qui iussa ꝑficiens,interfecit eum.] Superbissimus illè humanum opprobrium magìs q̃ Dei iudicium formidauit,nec licuit ei mortem suam sic accelerare,quia hoc ęqualẽter fuit,seipsum occídere: idcircò peccauit in hoc,sicut & Saul,in propriũ gladium ruens. Peccauit quoq;,quia ex causa tam vana fecit sibi mortẽ infligi celeriorem, [Illo quoq; mortuo, oẽs qui cum eo erãt de Israel,reuersi sunt in sedes suas. Et reddidit Deus malum quod fecerat Abimelech contra patrem suũ. Sichimitis quoq;,quod operati erant,retributum est:]i. ꝓ suis excessibus dignè puniti sunt. [Et venit super eos maledictio Ioathan filij Ierobaal,] id est,imprecatio mali pœnalis quod eis fuerat imꝑcatus,quod ex diuino instinctu prænũciasse videtur. Refert Iosephus,ꝙ pestem hanc passi sunt Ephraitę,eo quod contra Gedeonem tam superbè iurgati sunt. Sed(sicut nunc patuit)non solùm ob hoc, sed & propter iniquitatem eorum in filios Gedeonis,& quia tam sceleratissimum fratricidam constituerunt sibi regem.

1. Reg. 31.

Iose. lib. 6. an. iu. ca. 11.

¶ *Expositio eiusdem cap. 9. spiritalis.* Art. 17.

DOcemur in primis in isto cap. ex parẽtũ virtuositate aut sanctitate nequaq̃ ꝑsumere aut inaniter nobis blandiri,quasi sufficiat nobis ꝓgenitores aut ꝑdecessores sctõs habere. Ecce eñ sctus vir Gedeõ,cũ quo totiès ore ad os loquutus est angelus, vir ꝑcipuè piꝰ & humilis,q̃ sceleratissimũ,crudelissimũ & ambitiosissimũ habuit filiũ. Deniq; p Abimelech figurati sunt oẽs ambitiosi,q ꝑsidẽte defuncto,ad principatũ aut ꝑlationẽ aspirant,imò meliores ac doctiores ꝑcedere ac impedire conanĩ,q sibijpsis sumũt honorẽ ꝑsidẽtię,picula nõ ꝑẽsantes, nec põderãtes,q̃ durissimũ fiet Iudiciũ eis q ꝑsunt. Tales instar Abimelech interficiũt oẽs fratres suos,i. eos,quos sibi metuũt ꝑferẽdos,p obloquutiões in aliorũ cordibꝰ annihilari nitũtur,vt s. reputenĩ ꝓ nihilo,atq; in suũ auxiliũ cõducũt vagos & inopes,qa ad ꝑsequẽdũ melio- Sap. 6.

res se, sibi alliciũt hoĩes leues, virtutibus destitutos. Specialiter quoq; per Abimelech designã tur, q per potentiam aut carnis ꝓpinquitatẽ aut nobilitatẽ, vel certè per subornationes, preces, blãdimenta, seu ꝓmissa aut munera adipisci conanẽ principatũ aut platuram. Per Sichimitas verò designãtur hi, q talem eligunt aut ꝓmouẽt ob ꝓpria cõmoda, vel ex carnali amore, inter quos postea solet oriri turbatio magna: imò si modicꝰ error in principio, magnus erit in fine: quam maximus in principio error & excessus, qtùm in processu augebitur? quãq; intolerabilis in fine consistet? Ideo explicari non valet, quã multa & magna incidant crimina, qui taliter ꝓmouentur aut ꝓmouẽt. Totis ergo pcordijs vitemus oĩa vitia ista, & subesse optemꝰ ac obedire, nõ plidere. Nempe qs est, qui ad plationẽ afficitur, aut in ea manere lætatur, nisi qui diui ni rigorem iudicij nõ veretur, nec insufficientiã ꝓpriã, nec sua nouissima intuetur? Præterea sicut Abimelech loquutus ẽ Sichimitis: Quid vobis melius est, vt dñentur vobis 70. viri? sic q dã ambitiosi aut inuidiosi aliorũ ꝓmotionẽ impedire conantes, & seipsos qrentes, dicere solẽt his, quibꝰ pficiendus est aliqs: Si ille aut ille fuerit vobis prælatus, faciet quicquid illi aut illi suggesserint ei, sicq; habebitis prælatos seu dños multos. Meliꝰ igiẽ vobis est, vt me vnũ, aut eũ quem vobis cõmendo, habeatis in præsidentẽ, & vicissitudinẽ vobis reddã, ac vestris consilijs & volũtatibus acqescã. Itaq; talibus præsidentibus, eorũq; subditis clamare potest vir bonus spiritaliter renouatus, designatus per Ioathan, stans in monte, hoc est, in Chrõ & eius doctrina: [Ierũt ligna vt vngerẽt super se regẽ] i. hoĩes Christiani platũ aut principem habere conati sunt, quia sine rectore nulla multitudo potest subsistere. [Dixerũtq; oliuæ: Impa nobis.] Quales viri per oliuã, ficũ & vitem sint intelligendi, ex pcedẽti claret articulo. Viri aũt huius-
Psalm.62. modi virtuosi cõtemplatiui, sicut adipe & pinguedine supernis charismatibꝰ impinguati, virtuosis actibus assiduè insistentes, plationem & occupationem externã abhorrent, refugiũt, pꝰsertim dũ eos, à qbus petunẽ, vident moribus suis nõ cõuenire, seu duros & indirigibiles esse. Dixerũtq; ad rhamnũ: Veni, & impera nobis. Per rhamnũ, homines seculares, carnales, pasio
Oseę 13. nati, mẽte & corpore incircũcisi, signati sunt. Et tales nũc cõmuniter ad ecclesiasticas dignitates, principatus siue officia ꝓmouenẽ, dum ꝓpter pctã populi illud cõtingit, Deo in suo furore regẽ donãte. Et qm̃ tales tracti & reformati non sunt, faciliter & frequẽter cõtingit, ꝙ ignis indignatiõis, irę, impatiẽtię seu flãma cupiditatis ex eis egrediẽ, & eorũ subiectos inflãmat & vastat, ita ꝙ cõtra se inuicẽ plicantur & se mutuò demoliũtur, queadmodùm quotidiè cernimꝰ & deflemus. Insupèr p Gahal & eius fautores pfigurati cẽsentur, q supioribus suis incautè rebelles sunt, eisq; depulsis aut trucidatis, pesse pro illis affectãt: sicq; cõtentiões, rebelliones, seditiões, pugnas, & deuastatiões terrænascentũ, vrbium & villarũ, pauperũ quoq; & innocentium oppressiones, inducũt, & tandem ipsimet pessimè pereũt. Heu ista videmus quotidiè fieri, qm̃ pro episcopatibus & principatibus obtinendis, ista & consimilia sceleratissimè fiunt.

¶ *Explanatio cap. 10. Post Abimelech surrexit dux in Israel, Thola.* Art. 18.

PRocessus vitæ & gubernationis filiorum Israel sub duobus iudicibꝰ, hîc narratur. Quinta quoq; eorum tribulatio describi incipitur. [Post Abimelech surrexit dux in Israel, Thola filius Phua patrui Abimelech, vir de Issachar, q habitauit in Sanir montis Ephraim.] Iste fuit vir bonus, nec seipsum ingessit, sed Deo sic disponente effectus est iudex, non sibi vsurpãs nomen regis, sicut Abimelech, [& iudicauit Israẽl 20. & 3. annis,] sub cuius regimine, Deo, nõ idolis seruierunt. [mortuusq; est ac sepultus in Sanir.] Sed quæstio oritur, quõ potuit Phua iste esse patruus ipsius Abimelech, i. frater patris eius, s. Gedeonis, cùm Gedeon fuerit de tri-
Aug. lib. Iudic. q. 47. bu Manassę, & Thola de Issachar tribu? Ad quod August. alijsq; rñdent, ꝙ Gedeon & Phua fuerunt fratres ex tribu matris, quæ successiuè duxit vnum maritum de Manasse, alium de Issachar. Sed contra hoc argui potest, ꝙ vir & vxor debebant esse de tribu eadem, exceptis Leuitis. Respõdetur, ꝙ viri tenebãtur accipere coniuges suæ tribus, ne fieret confusio sortium seu permixto hæreditatum, non aũt econtrà, quoniam fœminæ non habuerunt hæreditatem, nisi qñ parentes earum non habuerunt filium marem: sicq; eadem fœmina diuersarũ tribuũ viris
1. Reg 18. poterat copulari. Vñ & Saul de tribu Beniamin, filiã suã dedit vxorem Dauid de tribu Iuda.
1. Reg. 25. Dauid quoq; Achinoam Iezraelitem sumpsit in cõiugem. Veruntñ his obijci potest, quod in
Num. 36. Nume. dñs iubet: Oẽs viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ fœminæ maritos de eadem tribu accipiant. nec sibi cõmisceantur tribus, sed ita maneant vt à dño separatæ sunt. [Huic successit Iair Galaadites,] i. de terra Galaad trãs Iordanẽ, qd ad tribum Manassæ ptinuit: & ita vir iste fuit de tribu Manassę. [q iudicauit Israẽl p 20. & 2. anæos, habẽs 30. filios,
Num 22. sedentes] i. suo tẽpore eqtantes, [sup 30. pullos asinarũ] i. mulos, vt qdã exponunt, cũ tñ muli
Matt 21. ex asino & equa gignãtur: ideo potest exponi de pullis asino & asina natis. Nã & Balaã sup asinã eqtauit, sed & Chrs sup asinę pullũ, q nõ fuit mulꝰ, sed asinus. Veruntñ secũdũ Lyrã, in Hebręo solũ habeẽ, pullos. Propter ꝙ (vt referũt doctores) Hebręi p pullos intelligũt hic, equos
Origenes iuuenes & electos: ꝙ nõ videtur idoneè dictũ, qa (secũdũ Origenẽ aliosq; doctores) Hebręi nũq legũtur eqs vsi ad eqtãdũ, cùm tñ Dauid tot gesserit bella. Et Absalon sup mulã sedebat,

vt

vt 2.Reg.habetur. [& principes 30.ciuitatú, q̃ ex noĩe eius sunt appellatæ Auothiair,i.oppida Iair,vsq; in p̃sentem dic̃ in terra Galaad. Mortuusq; est Iair ac sepultus in loco, cui est vocabulũ Camon. Filij aũt Israel peccatis veterib⁹ iungẽtes noua, fecerunt malũ in conspectu dñi,& seruierunt dijs alienis,] videlicet [Baalim & Astaroth,] in quo notantur duæ idololatriæ. Et subiungitur de alijs qinq; idololatrijs in gñe,in quib⁹ variæ speciales idolorum culturæ comprehẽduntur.[Et dijs Siriæ ac Sidonis & Moab, & filiorũ Ammon,& Philistijm, dimiserũtq; dñm,& nõ coluerunt eũ.Contra quos irat⁹ dñs,]non p affectiõis cõmotionẽ, sed p effectus similitudinẽ,[tradidit eos in manus Philistijm & filiorũ Ammon,]vt p illos punirentur,quorũ deos colebãt.Per q̃ discerẽt, sibi nequaq̃ p̃desse cultũ deorum illorũ, à quorũ cultorib⁹ specialiter opprimebãtur,& à quibus dijs nõ poterãt adiuuari.[afflictiq; sunt,& opp̃ssi vehementer p annos 10.& 8.intm̃, vt filij Ammon vastarẽtur Iudã & Beniamin & Ephraim. Afflictusq; est Israël nimis.Et clamãtes ad dñm,dixerunt:Peccauimus tibi,&c.Quib⁹ loquutus est dñs.] Dicunt Hebręi,q̃ per Phinees sacerdotẽ,q̃ videtur fictitiũ,quia Phinees secundũ hoc fuisset circiter 300.annorũ,sicut p tẽpora Iudiciũ,& annos quos sub Mose & Iosue habuit,posset p̃bari. Veriùs igitur creditur,q̃ p aliũ s̃c̃m virũ,& fortè p̃phetã siue p angelũ:qm̃ iste loquens, loquit̃ in persona Dei,nec p̃mittit nec adiungit,Hęc dicit dñs,vt moris est p̃phetarũ.[Nunqd nõ Aegyptij & Amorrhęi,filijq; Ammon & Philistijm,Sidonij quoq; & Amalech & Chanaã] i. Chananæi [opp̃sserunt vos, & clamastis ad me, & erui vos de manu eorũ?]Sicut paulò antè exp̃ssę sunt septẽ idololatrię Israëlitarũ,ita nunc cõtra illos exprimuntur septẽ gẽtes,à quibus afflictæ sunt & ereptæ.[Et tñ reliquistis me,& coluistis deos alienos. Idcircò nõ addã, vt vltrà vos liberẽ.] q̃ comminatiuè, non assertiuè, p̃latum est. Et sub conditione fuit intelligẽdum, videlicet nisi filij Israël se emendarẽt.[Ite,& inuocate deos quos elegistis,ipsi vos liberent in tẽpore angustiæ.]derisoriè atq; ironicè dixit hoc dñs.[Dixeruntq; filij Israël ad dñm: Peccauimus,redde tu nobis quicquid tibi placet.] Sic & Dauid 2.Reg.24. ait: Melius est vt incidã in manus domini,multæ eñ sunt misericordiæ eius,quã in manus hominum.[Tm̃ nunc libera nos.]i.hoc potissimùm dep̃camur,vt saltẽ nunc parcas nobis,& ita nos emẽdabimus, q̃ nõ deueniemus ad talẽ articulum.[Quę dicẽtes,omnia idola p̃iecerunt,& seruierunt dño Deo. Qui doluit super miserijs eorum]i.per modum cõpatientis se habuit,citò subueniẽdo eisdẽ. [Itaq; filij Ammon conclamãtes,in Galaad fixerunt tẽtoria:contra quos cõgregati filij Israël, in Maspha castrametati sunt.Dixeruntq; principes Galaad]i.principales in tribu & terra illa, [singuli ad p̃ximos suos:Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperis dimicare,]vndè videtur,q̃ magis infestabãtur ab Ammonitis,q̃ à Philistęis,[erit dux populi Galaad]i.filiorũ Israel in Galaad commorãtium,ita q̃ specialiter p̃rit eis. Itaq; per hãc p̃missionẽ cupiebant aliquẽ virum idoneum animare ac prouocare ad assumendum specialiter bellum tam periculosum & arduum, atq; ad præliandum *primò in acie. ¶Ex ista historia commendatur nobis fragilitas,ingratitudo,peruersitas hominum ineffabiliter magna,infinita quoque misericordia Dei.Ideo nullus desperet:& qui misericordiã Dei impetrare desiderat,incessabiliter clamet ad dominum,& omnia vana phantasmata & obiecta,occasiones peccandi & vitia,in quibus offenderat Deum, de corde suo prorsus abijciat, confiteatur, & domino obsequatur.

De pœ.di. 1. can. vo. luisset. ¶ Denique.

for.* prima.

¶ *Elucidatio literalis cap.11. Fuit itaq; illo in tempore Iephthe Galaadites.* Art.19.

QVintæ tribulationis filiorum Israël historia,in pręcedenti cap.inchoata,nunc continuatur.[Fuit itaq; illo in tempore Iephthe Galaadites,]quia fuit de territorio nomine Galaad,& itẽ de ciuitate sic nominata,atq; de semine viri nomine Galaad Etenim Galaad quandoq; est nomen terræ illius,quãdoq; vrbis existẽtis in ea,aliquãdo viri,qui habitauit ibidèm. [vir fortissimus]corpore,posteà quoq; fortissim⁹ in anima,quia vir sanctus,[atq; pugnator] ab actu ac peritia p̃liandi,[filius mulieris *meretricis,qui]Iephthe[natus est de Galaad]i. de viro sic appellato, qui fuit pater Iephthe.[Habuit autẽ Galaad]s.vir p̃fatus[vxorem]i.legitimam coniugem,aliam à meretrice prædicta,[de qua suscepit filios, qui postquam creuerant] in ætatem,fortitudinemque virilem,[eiecerunt Iephthe] i.eum à se ex aspernatione, & fortè ex inuidia repulerunt,quia virilior ac robustior eis fuit.Nam infrà ait: Nõnne vos estis qui odistis me,[dicentes:Hæres in domo patris nostri esse non poteris,quia de adultera matre natus es?]i.manzer seu spurius,idcircò noster cohæres non eris.Porrò non omnis meretrix extat adultera, sed mater Iephthæ concũbendo cum viro coniugato, adultera est effecta. Tamẽ (vt aliqui dicunt)in Hebręo & in libris correctis habetur,de altera matre natus es.[Quos ille fugiẽs atq; deuitãs,habitauit in terra Tob]i.in regione sic dicta. [Congregatiq; sunt ad eum viri inopes & latrocinantes,& quasi *ducẽ seq̃bantur.]Dicunt aliqui, quod non exercebãt p̃das & latrocinia,nisi in aduersarios Israëlitarũ:queãdmodùm Dauid & viri eius 1.Re.leguntur p̃dati Amalechitas & alios quosdã gentiles:quod non videtur p̃babilitatem habere,quia & viri isti ad Iephthe profecti, infideles fuerunt. Et Iephthe erat ibi in terra gentilium, nec Iephthe pro tunc curauit Israelitas defendere,à quib⁹ eiectus fuit & despectus.[In illis dieb⁹

Iudic.10.

56.dist. capo.nasci de Heb. capo. nariæ.

*principẽ 1.Reg.27.

pugnabant filij Ammon contra Israel, quibus fortiter instantibus, perrexerunt maiores natu de Galaad]i.terræ seu cognationis illius, quæ fuit ex tribu Manassæ,imò vt Num.27.habetur, Galaad fuit filius Machir filij Manassæ.[vt tollerent in auxilium sui Iephthe,dixeruntq;: Veni & esto princeps]i.iudex[noster,& pugna cótra filios Ammon]i.princeps belli esto aduersus illos.[Quibus ille respondit:Nónne vos estis qui odistis me,& eiecistis de domo]i.habitaculo & familia[patris mei?]Vndè videtur quod aliqui fratrum suorum inter istos fuerunt, vel fratres sui horum authoritate eiecerant eum;aut communitati imputat, quod à quibusdã ex ea peractum.[Et nunc venitis ad me necessitate compulsi?]q.d.nó faciliter vobis credendum est,& necessitate ista cessante,infideles eritis mihi.[Dixeruntq;: Ob hanc ergo causam nunc ad te venimus,vt proficiscaris nobiscum , sisque dux omnium qui habitant in Galaad.] tanquam dicant,quicquid sit de rebus præteritis, nunc ex amore & bona intentione venim⁹ ad te.[Iephthe quoq; dixit ei:Si verè]veritate rei & sermonis[venistis ad me]pro causa prætacta,[vt pugnem pro vobis contra filios Ammon,tradideritq; dominus eos,]Videlicet Ammonitas,[in manus meas, ero vester princeps?]Si hoc dixit ex desiderio præsidẽdi & proprij honoris,vituperabile fuit:si autem ex charitate,vt s.sua præsidentia traheret eos ad Dei cultũ,
Sapien. 1. & conseruaret terram in pace,laudabiliter dixit hæc.[qui responderunt ei:Dominus qui hæc audit,]i.cognoscit.Auris equidem cæli audit omnia.[ipse mediator:]i.inter nos præsens[& testis est,]i.author,testis,ac iudex huius negocij,qui dixit per Hier. 29.Ego sum iudex & testis.[quod nostra promissa faciemus.]i.implebimus, constituendo & tuendo te principẽ nostrum.[Abijt itaq; Iephthe cum principibus Galaad, fecitq; eum omnis populus principem sui.]Iephthe venit cum Galaaditis vsq; in Maspha trans Iordanem, in quo loco conuenerant filij Israel,non solùm viri de Galaad, ad tractandum, qualiter esset resistẽdum filijs Ammon. Quod ergo nunc dicitur, Omnis populus eum fecisse principem suum: intelligendum videt̃ de omnibus ibi collectis, non tm̃ de Galaaditis. feceruntq; eum principem sui ante victoriã. [Loquutusq; est Iephthe oẽs sermones suos coram dño in Maspha]i. primò humiliauit se coram Deo,& eius inuocauit auxilium,atq; in omniũ præsentia repetiuit pactionẽ,inter se Galaaditasq; initam,pro ratificatione maiori. [Et misit nuncios ad regem filiorum Ammon, q́ ex persona sui dicerent:Quid mihi & tibi est,]i. quid causæ & rationis contra me habes, [qa venisti contra me,vt vastares terram meam]i. terram filiorum Israél,quib⁹ præsum, & terram in qua constitutus sum iudex.[Quibus ille respondit:Quia tulit] i.iniustè & violenter abstulit & sibi subiecit[Israel terram meam,]de iure,q̃uis non de facto.[qñ ascendit de Aegypto à finibus Arnon]i.loci sic nuncupati, [vsq; Ieboc] i.locum sic nominatum, [atq; Iordanem. Nunc ergo cum pace redde eam mihi.]Quemadmodùm Num.21.describit,Seon rex Amorhæorum iure seu vi prælij abstulit regi Moabitarum magnam sui regni partem. Cumq; Seon rex negasset filijs Israel transitum per regnum sui imperij, processissetq; obuiam filijs Israel ad pugnandum,tradidit eum dominus cum omni terra ac populo suo in manus Israelitarum, qui extunc possederunt aliqua loca, quæ aliqñ erant de regno Moabitarum. Et illa rex iste filiorum Ammon modò repetijt, quia ipse etiam nunc regnauit in Moab. [Per quos rursum mandauit Iephthe & imperauit eis,vt dicerent regi Ammon:Hæc dicit Iephthe,Non tulit Israel terrã Moab,nec terram filiorum Ammon:]i.populus Israeliticus non abstulit Ammonitis aut Moabitis quicquã de regno eorum,quod ꝓ tunc ptinuerit eis, quãuis aliqua abstule-
Deuter.2. runt,q̃aliqñ ptinuerunt ad illos. Vndè in Deut. dñs ait populo Israel:Non pugnes cótra Moabitas,non em̃ dabo tibi qcquã de terra eorũ.Et rursus ibidèm:Non pugnes contra filios Ammon,Non enim dabo tibi de terra eorum, qa filijs Loth tradidi eam. [sed qñ] filij Israel [de Aegyto cõscenderunt,ambulauit p solitudiuẽ vsq; ad mare rubrũ,& venit]populus Israel [in Cades] Barne,vt Deut.1.habetur.[Misitq; Israel nuncios ad regẽ Edom] i. Idumæorum,[dicens:Dimitte vt transeã per terrã tuã.Qui noluit acqescere p̃cibus ei⁹.]Hinc legit̃ Nume. 20. Eccè in vrbe Cades positi,obsecram⁹,vt nobis trãsire liceat per terrã tuã.Cui rñdit Edom:Nõ transibis per me,alioqn armatus occurrã tibi.Veruntñ his obijci potest,ꝙ Deut.2.dñs loqtur: Transibitis per terminos fratrũ vrorum Esau,q habitant in Seir, & timebũt vos. Ad hoc aliq dicũt,ꝙ primò negauit, videlicet anno 2.egressionis Israel ex Aegypto:postea aũt vel idẽ rex Edom,vel eius successor,cócessit filijs Israel transitũ illũ,anno s.40.egressionis p̃fatæ. Alij dicunt,ꝙ nec post cócessit.Et quod in verbis his, trãsibitis p terminos,sumitur,per,ꝓ iuxta, ita quod trãsierũt iuxta Idumæã,nó per eam.Sed primũ verius reor.[Misit quoq;]Israel [ad regẽ Moab],ꝓ licẽtia transeũdi per regnũ ei⁹,[q & ipse transitũ p̃bere cótempsit.] hoc in libris Mosis non habetur.Imò obijci Potest,quod in Deut.filij Israel legũtur regi Esebon nũciasse:
Deuter.2. Cócedas transitum nobis,sicut fecerunt filij Esau & Moabitæ.Ad quod datur responsio similis p̃cedenti.[Mansit itaq; in Cades]i. in illa solitudinis parte , non multùm distante ab vrbe Cades.[& circuiuit ex latere terram Edom & terram Moab,]post primã illam negationem licẽtiæ transeũdi per terras illas.Vndè Deut. 2. habetur:Circuiuim⁹ montẽ Seir lógo tẽpore.

De

De hoc in Scholast. hist. ex Iosepho recitatur: Egrediens Israel de Cades, circuiuit Idumęam, incedensq; per desertum Arabiæ, & ꝑtergrediens Arhim metropolim Arabum, venit in montem Hor. [Venitq; ad orientalé plagã terræ Moab, & castrametatus est trans Arnon:] q ſecundum Iosephum, est fluuius de montib⁹ Arabiæ descendens, & per desertum fluens, erumpit in stagnũ. [Nec voluit intrare terminos Moab] Moabitis inuitis, libéter tñ intrasset, si annuissent. [Arnon qppe confiniũ est terræ Moab,] iuxta illud Num. 20. Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos. [Misit itaq; Israel nuncios ad Seon regé Amorrhæorũ q habitabat in Hesebon,] ꝓ licentia eundi ꝑ terrã ipsius, [& dixerunt ei: Dimitte vt transeã ꝑ terrã tuã vsq; ad fluuiũ. Qui & ipse despiciens Israel, non dimisit eũ transire per terminos suos,] i. licentiã illã negauit, tñ impedire nó potuit, qa paulopòst fuit occisus. [sed infinita] i. valdè & vltrà solitũ numerosa [multitudine cõgregata, egressus est cótra eũ] i. Israeliticũ populũ, [in Iasa] i. loco sic nuncupato, [& fortiter resistebat. Tradidit eũ dñs in manus Israel cũ oĩ exercitu suo, & pcussit eũ, & possedit] Israel [oém terrã Amorrhæi] videlicet Seon regis Amorrhæorũ, [& vniuersos fines ei⁹ de Arnon vsq; Ieboc,] Estq; Ieboc (secundũ Iosephũ) fluui⁹ qdam. [& de solitudine,] q est inter Aegyptum & Chanaan. [vsq; ad Iordané.] Hinc scriptũ est Num. 21. Misit Israel nuncios ad Seon regé Amorrhæorũ. q concedere noluit vt transiret Israel ꝑ terminos suos, qn potiùs exercitu cõgregato, egressus est obuiã in desertũ, & percussus é in ore gladij ab Israel, & possessa est terra eius ab Arnon vsque ad Ieboc & filios Ammon. Rex Seon pugnauit cótra regé Moab, & tulit oém terrã q ditionis illi⁹ erat vsq; ad Arnon. [Dñs ergo Deus Israel subuertit Amorrhæorũ, pugnans cótra illũ] s. cótra regé Amorrhæorũ iam dictum, [populo suo Israel. Et tu nunc vis possidere terram ei⁹?] i. terram illã populi Israel, quã acqsiuit tã iure belli q̃ dono Dei, cui⁹ sunt oĩa, & q dat terrã quãcunq, iure creationis ac summi dominij cuicunq; voluerit. [Nónne ea q possidet Chamos deus tuus, tibi iure debentur?] Hoc sonare videtur, qsi Iephthe putauerit ꝙ falsus Ammonitarũ deus, q Chamos vocaꝛ, possederit terrã illã, aut eã cõtulerit regi ac populo Ammon, vt hac ratióe eis deberetur de iure. Verum, vt tangit Aug. Iephthe hæc ꝓtulit, secundũ vanã opinioné ac reputationé ei⁹, cui hæc nunciauit, secundum ꝙ consuetudo scripturæ est, negocia recitare secundum hominum æstimationem ꝓ tempore illo currentem. Quęadmodum aũt cultores veri Dei, vero Deo asscribunt ea q habent ac obtinent: ita falsorũ cultores deorũ, dijs suis suas possessiões victoriasq; attribuunt. [Quę aũt dñs De⁹ noster victor obtinuit,] i. potéter & iustè incredulis indignisq; abstulit, & nobis largitus est, [in nostrã cedent possessioné.] tanq̃ dicat, arguens ꝑ locũ à maiori: Si tibi debenꝛ, q à deo tuo falso te putas habere, multo plùs nobis debétur, q authoritate atq; auxilio Dei veri sum⁹ adepti. [nisi fortè melior es Balach filio Sephor, rege Moab,] qui códuxit Balaam ad maledicendũ filijs Israel. Q. d. Tu nõ habes mai⁹ ius repetendi hãc terrã, q Balach, q fuit rex Moab, qñ à filijs Israel pcussus est Seon Rex Amorrhæorũ, & tñ Balach nõ repetijt eá. [aut docere] i. ꝑ scripta idonea ꝓbare [potes, ꝙ iurgat⁹ sit cótra Israel, & pugnauerit cótra eũ] i. ꝙ ꝑfatus Balach, aut aliquis eius successor, mouerit litem & pugnam ꝓ terra hac recuperanda cótra populũ Israel. [quãdo habitauit] i. toto tépore quo populus Israel cómoratus est [in Hesebon] i. in vrbe sic noĩata. [viculis eius, & in Aroer] vrbe, quas à rege Amorrhæorũ iure belli obtinuit, sicut & ille eas acquisiuit à rege Moab, [& in villis illius, vel in cũctis ciuitatibus iuxta Iordané] Israeli à Deo collatis, habitauit inquã [ꝑ annos trecentos] qui anni numerãdi sunt à tépore quo Seon rex à filijs Israel victus est, vsq; ad tépus quo Iephthe hæc dixit: qui ꝑ verba hæc ꝓbat sibi ac populo suo attinere terrã illã iure ꝑscriptiõis, eo ꝙ infra tot annos sine impetitione possederint eã, etiã titulo iusto. Porrò ꝑfati anni trecenti sic cõputantur: Népe post Seon occisioné Moses vixit ad tépus, ita ꝙ vnus annus cõputatur sub eo. Scriptura verò nõ exprimit quãdiu ꝑfuerit Iosue, post qué & Caleph ferꝛ aliqualiter ꝑfuisse, Othoniel verò ꝑfuit annis quadragĩta, Aioth octogita, vel saltẽ tãdiu quieuit terra per eum, Samgar anno (vt dicitur) vno, Debora & Barach per annos quadragĩta, Gedeon totidẽ, Abimelech annis tribus, Thola annis vigintitrib⁹, Iair vigintiduobus. Si aũt ex horũ adunatione annorũ nõ cõsurgit integra summa trecentorum annorũ, aut si superest parùm, excusatur per hoc ꝙ minutias numerorũ ac téporũ ptrãsit scriptura. [Quare tãto tépore nihil sup hac repetitiõe tétasti?] nõ ꝙ iste rex Ammõ vixerit ꝑ tot annos, sed sub eius ꝑsona dãtur & ꝑdecessores ei⁹ intelligi. [Igiꝛ nõ ego pecco in te, sed tu cótra me malè agis, indicés mihi bella non iusta. Iudicet dominus arbiter] i. iudex & cognitor [huius diei] i. oĩm q fiunt in eo, [inter filios Israel, &] inter [filios Ammon] dando triumphum habẽti causam iustam. [Noluitq; acqescere rex filiorũ Ammõ verbis Iephthæ, q ꝑ nũcios mãdauerat. Fact⁹ est ergo spũs domini super Iephthe,] i. in corde ipsius facta est motio atq; directio gratiosa spiritus sancti, magnanimitas quoque pugnandi pro bono communi populi ex auxilij spe diuini. [& circuiens Galaad & Manasse] id est, terram Galaad, in qua trans Iordanem morabatur media tribus Manassæ. [Maspha quoque Galaad,] i. locum illum ex alia parte Iordanis, in quo etiam fuit alius lo-

Pet. Com. hist. lib. iu. cap. 12.
Iose. lib. 6. ant. iu. c. 12.
Iose. lib. 4. ant. iu. cap. 3. 4.
Aug. lib. iu. quæst. 48.

cus seu territorium, nõie Galaad, q̃ loca perambulauit ad congregandum ex eis exercitũ. [& indè trãsiens ad filios Ammon, votũ vouit domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunq; primus fuerit egressus de foribus domus meę, mihiq; occurrerit reuertẽti cũm pace à filijs Ammon, eum holocaustum offeram dño:] i. q̃cunq; viuũm & animatũ primò obuiauerit mihi redeunti victori, offeram illud Deo in holocaustum, q̃ ad diuinæ maiestatis honorem totaliter consumebatur. Tamen secundum Aug. sensus est: Quicunq; homo primò occurrerit mihi, quĩ Iephthe non dixit, q̃cunq; sed quicunq; &c. Quale fuerit votum istud, & an licitè sit impletum, in fine tractabitur hui⁹ capituli. [Transiuitq; Iephthe ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos. Quos tradidit dñs in manus eius. Percussitq; ab Aroer vsque dum venias in Memnith, 20. ciuitates, & vsq; ad Abel, q̃ est vineis consita, plaga magna nimis. Humiliatiq; sunt filij Ammon à filijs Israël. Reuertẽti aũt Iephthæ in Maspha domum suam, occurrit vnigenita filia cum tympanis & choris:] i. musicis instrumentis, & sodalium suarum choræis, volẽs suo patri, quem p̃ualuisse audiuit, cõgratulari. [Non em̃ habebat alios liberos. Qua visa, scidit vestimenta sua] præ iustitia & dolore, [& ait: Heu me, filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es.] Filia ista non decepit patrem suũ formaliter, quia nil egit ad illum decipiendum, sed aliq̃d fecit pia intentiõe, ex cuius euentu pater eius materialiter est deceptus, q̃a cõtra suum p̃positum & intentum victoria sua versa est ei in luctum, & filiam q̃ magnificè p matrimonium exaltare sperauit, immolare coactus est seu inductus, nec posteritatem reliquit p eam: sed & votum suum quod cum gaudio æstimauit implere, cũ interno impleuit mœrore. [Aperui em̃ os meum ad dñm,] promittendo quod ei offeram mihi primitùs occurrentẽ. [Et aliud facere non potero. Cui illa respondit: Pater mi, si aperuisti os tuum ad dominũ, fac mihi q̃cunq; pollicitus es, cõcessa tibi vltione atq; victoria de hostibus tuis.] Q. d. Plus gaudio de tua victoria, quàm contrister de morte mea, & hoc p̃pter bonum cõmune, cui p̃fero bonum particulare. Videtur mihi ista venerabilis virgo fuisse in bonitate & obedientia quodãmodò similis Isaac patriarchæ, qui post patris sui informationem acquieuit, vt Deo in holocaustum immolaret. [Dixitq; ad patrẽ: Hoc solum præsta mihi q̃ deprecor,] differendo voti tui impletionem, q̃ sine rationabili causa non est differendũ, cum scriptũ sit Ecclesi. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. [Dimitte me, vt duob⁹ mensib⁹ circumeam mõtes.] terra etẽm illa est montosa, [& plangã virginitatem meã] i. meipsam virginẽ, seu virginitatis meæ sterilitatẽ atq; opp̃brium defleam, eo q̃ semẽ in Israel nõ relinquo, & tua in me posteritas pereat. [cum sodalibus meis,] q̃ ex compassione mecum plorabunt, quarum compassio erit ploratus mei aliquale solatium. Illis quippe diebus opprobriosum sine sobole mori, cum scriptum sit: Maledictus q non reliq̃rit semen in Israel. [Cui ille r̃ndit: Vade. Et dimisit eam duob⁹ mensibus. Cumq; abijsset cũ socijs ac sodalibus suis, flebat virginitatem suã in montibus. Expletis duobus mensibus, reuersa est ad patrem suum,] nequaq̃ fugiens mortis formidine, ne pater eius quasi voti transgressor, corã Deo fieret reus. [Et fecit ei sicut vouerat.] in quo patet, quantum vir ille dñm formidauit, iustusq; erat, qui vnicã filiã maluit ita offerre q̃ Deo votũ non adimplere. [Exindè mos increuit in Israel, & cõsuetudo seruata, vt post anni circulum] i. anno vno cõpleto, conueniãt in vnum filiæ Israel, & plangãt filiã Iephthę diebus quatuor:] quolibet s. anno p quatuor dies, aliqua hora opportuna quotidiè, eo q̃ passa sit istud tã innocẽter ac spõtè & obedienter occasione cõmunis victoriæ filijs Israel desupèr condonatæ. ¶Circa hæc occurrit antiqua atq; difficilis q̃stio de ista materia, An s. votum Iephthæ fuit laudabile, & vtrum voti eius impleto extitit Deo accepta & licita. Quo circa August. diffusè conscripsit, cuius verba habentur in Glossa, & inter cætera ait: Iephthe non dixit, Quodcunq; exierit: sed, q̃cunq; exierit, vbi hominem tantum cogitauit, non tamen fortasse vnicam filiam, quãuis illã in tãta patris gloria q̃s posset anteire, nisi forsitã eius vxor? Quẽcunq; aũt cogitauerit Iephthe in illa p̃missione, non videtur filiã cogitasse: Non em̃ diceret: Heu me, filia mi, impedisti me, sic em̃ translatio Septuagĩta. p q̃ indicat se impeditũ, ne illud q̃ cogitabat, impleret. Quẽ aũt potuit cogitare, qui filiũ nõ habebat? An cõiugẽ cogitauit, & vt hoc fieret, Deus nõ voluit? Et vt hoc nõ relinq̃retur impunitũ, ne quis posteà illud auderet, ideo filia primò occurrit, quatenùs ex magna Dei p̃uidẽtia p id quod cõtigit, magnũ Ecclesiæ sacramẽtũ figuraretur? Ex vtroq; ergo p̃phetia aptata est, quod s. volẽs cogitauit, & quod nolẽti cõtigit. Si ergo vxorẽ cogitauit, cõiunx Christi Ecclesia est. Sed quia huius Iephthæ cõiunx, virgo esse non potuit: in eo quod filia ei⁹ primò occurrit, & voti temeritas non mãsit inulta, & Ecclesię virginitatis figurata cõsistit. Quia ergo de hoc voto Iephthæ nihil videtur iudicasse scriptura, sed reliq̃sse legẽtib⁹ iudicãdũ, q̃tenũ⁹ intellect⁹ noster iudicãdo exerceatur: possem⁹ iã dicere, Deo displicuisse hoc votũ, & ipsum votũ esse p̃ductũ ad istã vĩdictã, vt mouẽti patri vnica occurreret filia, nec Deũ p̃hibuisse ipsum Iephthe à voti sui impletiõe infra tot dies induciarũ, quas contulit filiæ suæ: sed idcircò votũ illud sic esse punitũ, ne posteris relinq̃retur in exẽplũ. Possem⁹ (inquam) hoc dicere, nisi duo scripturæ testimonia nos retardarent, propter quæ ipsum culpare veremur. Vnum

22. q. 4. ca. vnusquisq;

Aug. lib. iu. quæst. 49.

23. q. cap. Si non licet

Deuter. 25.

Aug. lib. iu. quæst. 49.

Vnum est, quod eum ponit Apostolus inter sanctos in epistola ad Hebr. 11. Aliud, quod hic praemisit scriptura: Et factus est super Iephthe spiritus dñi, & votũ vouit, vt omnia quae postea fecit, videatur intelligenda esse opera spũssancti. Sed an etiam humanis sacrificijs figurari oportuit ministeria Christi, meritò quaeritur. Sed Deus voluit primogenita esse sua, nõ tñ voluit ea sacrificari, sed redimi: nõ ergo diligit, sed odit Deus sacrificia talia. Sed inter sanctos nõ solũ Iephthe, sed & Gedeõ numeratur, quẽ ephod reprehẽsibiliter fecisse fatemur. nã & in eo quod signum petijt, tẽtãs in vellere, nescio an sit trãsgressus praeceptũ hoc, Nõ tentabis dñm Deũ tuũ: sed eũ benè esse defunctũ, credendũ est. ¶Porrò Iephte, Deo nõ iubente neq; poscẽte, & cõtra legitimũ eius praeceptũ, vltrò sacrificiũ vouit humanũ. nam ait, Quicunq; exierit de ianua domus meae obuiam mihi: per quae verba nõ vouit aliquod pecus, quod secundũ legẽ posset Deo offerri, nec cõsuetudinis fuit, vt redeuntibus cum victoria ducib9, iumenta occurrerẽt. Canes aũt solent occurrere dñis, de quibus Iephthe, cũ voueret, cogitare nõ potuit, ne & cõtẽptibile animal & offerri illicitũ videatur vouisse. Hæc Augustinus. Rursus loquitur August. Vtrùm, quia dictũ est, Factus est super Iephte spũs domini, secuta sunt illa, vt & voueret & triuõpharet, & votũ impleret, & attribuẽda sint Spũisancto, nõ facilè dixerim: cũ nulla describatur prosperitas Gedeõis, postquam ephod produxit. Iephthe aũt post votũ illud victoriam est sortitus. sed cõsiderãdũ, quod & Gedeõ hostes prostrauit, postquam Deum tẽtauit. Sic etem scriptũ est: Et dixit Gedeõ ad dñm: Ne irascatur indignatio tua in me, si adhuc semel tẽtauero, Iram nanq; Dei metuebat, quia tentãdo se peccasse sciebat. Hoc tamẽ peccatum secuta est euidẽtia magni signi, prosperitasq; triumphi. Iã em̃ statuerat afflicto Israẽlitico populo subuenire, & huius ducis, i. Gedeonis, quẽ ad hoc opus assumpserat, vtebatur aĩmo nõ solũ fideli & pio, sed etiã deficiẽte ac delinqẽnte ad pnũciãda quae volebat, & ad cõplẽda quae dixerat. Nõ em̃ per istos tantũ, sed & per Saulẽ omninò reprobatum, multa beneficia praestitit populo. Quis em̃ egit, nisi spũs dñi, vt Gedeoni tẽtare volẽti, & nõ credenti quod iam dñs ei fuit locutus, potissimũ veniret in mẽtẽ de vellere priùs sicco, & pòst cõpluto? Eccè Aug. hic dicit: Gedeõ tẽtãdo peccauit, nec credidit. Sed de hoc pleniùs dictum est in expositiõe Cap. 7. ¶Prætereà, de ista materia scribit Lyra: Hæbraei dicunt, quòd Iephte filiam suã non immolauit, sed quod votũ eius fuit per Phinees relaxatũ. Et quidã eorũ affirmant, quod fuit interpretatum per sapiẽtes, ita quod votũ illud non esset implendum per mortẽ filiæ innocẽtis, Vndè & super illud: Dimitte, vt circũeam montes, dicit Glossa quædã Hebraica, i. sapientes in lege accedã, quia fortassis inuenirẽt modũ relaxatiõis seu interpretatiõis voti istius. Deinde probabiliter sine incauta assertiõe sequitur istã opinionẽ, dicẽdo, quod Iephthe obtulit eã, nõ per mortẽ corporalẽ, sed ciuilẽ, prout religiosi cœnobiũ intrãdo dicũtur mori mundo, quia à secularibus actibus sequestrati, mancipãtur omninò diuinis: sic filia Iephthae fuit dño cõsecrata per virginitatis obseruationẽ, insistẽdo ieiunijs, orõnibus, ac pijs operibus. ¶Circa hæc dico satis esse credibile, quod quidã doctores Hebræi id dicãt, nõ tamẽ oẽs, praesertim cu Ioseph9 dicat, quod Iephte eam occidendo obtulerit. Deindè opinio illa catholicis contrariatur doctoribus. Iam em̃ ex verbis S. Augustini patuit, quod eã per corporalẽ obtulit mortem, secundũ quod Deus iussit Abrahæ, vt sibi Isaac in holocaustũ offerret. Vndè queadmodũ Abrahã intendebat ipsum Isaac primò occidere gladio, deindè igne corpus extinctũ incẽdere, propter quod ignem & gladium tulit secũ: ita credẽdum videtur, quod Iephthe fecerit filiæ suæ, ¶Insupèr B. Hieronymus protestatur quod Iephthe fuit indiscretus in promittẽdo, & impius adimplẽdo. Idem Iosephus loquitur, imò secuudũ Iosephũ, fuit stultus vouẽdo, & impius prosequendo, quoniam obtulit sacrificiũ, nec legitimũ, nec Deo charũ. Quòd si canem obuiũ habuisset, an eũ immolasset? Thomas quoq; in secunda 2. quaest. 88. Quaedam, inquit, in omnem euentũ sunt bona, vt actus virtutũ, & talia absolutè possunt voueri: Alia sunt, quae licẽt in se cõsiderata, sint bona, exitum tñ malum possunt habere: & de talibus fuit votũ Iephthæ, ideo votum euis fuit incautũ, quia simpliciter vouit, quod malum potuit sortiri euentũ. Veruntñ quoniam suprà legitur, quod factus est sup eũ spũs dñi, ideo fides eius atq; deuotio, ex quibus mouebatur ad mouendũ, fuit à Spũsancto. Estq; probabile, eum pœnituisse de morte filiæ innocentis. Sed & factũ eius aliquod bonum præfigurauit. ¶Ampliùs, opinio illa Hebraeorum nõ cõsonat textui, in quo euidẽter asseritur, quod filiae suae Post duos mẽses ad se reuersæ fecit sicut vouerat. Intẽtio aũt sua in vouẽdo, per corporalẽ occisionem Deo offerre eum, qui sibi redeũti victori primũ occurrerit: ideo hoc impleuit, & quale extitit votũ, siue licitũ, siue illicitũ, talis & eius impletio, Nec valet, quod quidã ait, si eã occidisset, votũ suum nullo modo implesset: quia emissio voti nõ potest fieri, nisi de bono. nã quãuis votũ propriè sumptũ, sit actus virtutis, & solũ de bonis, attñ cõsuetudo loquẽdi est, vt etiã incautæ seu temerariae promissiões Deo factae, vocentur vota, sicut & iuramẽta illicita, iuramẽta dicuntur. Dr quoq; in textu, quod ex eo tẽpore, quo Iephthe fecit suae filiæ sicut promisit, cõsuetudo in Israẽl est seruata, vt filij Israẽl plãgãt filiã Iephtae quolibet an. 4. dieb9: quod nõ fecissent, nisi fuisset occisa. Postremò dicẽdũ videtur, quia si (vt asserit Aug.) Iephthe intendebat deo promittere, quod immolaret ei in holocaustũ hoĩem sibi victori primit9 obuiãtẽ, votũ eius fuit absolutè illicitũ, & cõtra dei praeceptũ, secun-

Exo. 13. 34.
Iudic. 8.
Iudic. 6.
Deut. 6.
Matth. 4.
Deut. 23.
Aug. lib. Iudic. q. 49.
Hierony.
Iose. lib. 6. an. iud. ca. 12.
Aug. lib. Iudic. q. 49.

habere famam & honoré victoriæ,cùm tñ simul de tribu pclariori,q̃ tu. De varijs causis tantæ elatióis Ephratęorũ, dictũ est in exordio expositióis cap.10. [Igitur incédemus domũ tuã.] i.habitaculum tuum seu teipsum cũ tuis domesticis.O quã scelerata & ingrata elatio.[Quib9 ille rñdit: Disceptatio erat mihi & populo meo côtra filios Ammon vehemens,vocauiq; vos, vt mihi pberetis auxiliũ,& facere noluistis.] quo côstat ꝙ mendosè dixerunt: Quare vadens ad pugnã,nos vocare noluisti? Vñ finxerunt vt occasioné côtra virum istũ & eis amicum haberent,quéadmodum scriptum est Pro.18. Occasióes q̃rit,q vult recedere ab amico: omi tépore erit execrabilis.[Quod cernés,posui in manib9 meis animã meã,transiuiq; ad filios Ammô:] i.manifestè periculo vitã meã exposui,pgendo cũ paucis contra forté numerosum exercitum Ammonitarũ,quéadmodum illud ꝙ inter hostes in manib9 baiulatur,amissióis piculo patet. [& tradidit eos dñs in man9 meas. Quid cômerui, vt aduersum me côsurgatis in pliũ?] Q.d. iniustè insurgitis côtra me,q vobis nil forefeci.[vocatisq; ad se cunctis viris de Galaad,] qui eum assumpserunt in principé. Etem̃ tamdiu dederunt ei Ephratæi inducias,quousq; suũ colligeret populũ.[pugnauit côtra Ephraim: Percusseruntq; viri Galaad Ephraim] i.Ephraitas: nam etsi pauciores erant adiutores ipsius Iephthe,tñ Deo auxiliante, supbis,ingratis & seditiosis pualuerunt.ideo subdit:[Quia dixerat]tribus seu populus Ephraim,[fugitiuus est Galaad de Ephraim] i.plebs seu familia vrbis seu viri noïe Galaad, ad quã vrbé atq; familiã ipse Iephthe ptinuit,vilis & impotés est,ac p modũ fugitiui se habet respectu Ephratęorũ,q multi ac potétes & bellicosi côsistunt. Q.d.Nobis nô valét miseri illi resistere.[Et habitat in medio Ephraï & Manassæ.]In Hebræo(vt fertur)non habetur verbũ hoc,Habitat:& sic sensus est planus,videlicet ꝙ Galaad in medio Ephraim,i.inter Ephraitas est vilis,si simul accipiantur, vel inuicé côparentur.Porrò secundũ nostrã translationé est difficultas,qualiter Galaad,de quo Iephthe,in medio Ephraim habitabat,cũ inter eos Iordanis extiterit:nisi forsan dicatur,ꝙ timore Ammonitarũ qdã iam antè de populo Galaad fugerunt de sedibus suis,& trãsmisso Iordane inter filios Ephraim atq; dimidiæ tribus Manassę cũ Ephraim cômorãtis,demorabãtur. Propter ꝙ Ephratęi pfatũ verbũ irrisoriè ꝓtulerunt.[Occupaueruntq;]viri[Galaaditę vada] i.aquas[Iordanis,]se côstituédo in locis supra Iordané.[per q̃ Ephraim reuersurus erat.]i.Ephraitæ de plio fugiétes,ad ꝓpria remeassent,nisi eos pueniſſent & impediuissent Galaaditę. [Cumq; venisset ad ea de Ephraim numero fugiés, atq; dixisset, Obsecro vt me trãsire pmittas:dicebant Galaaditæ, Nunqd Ephratæus es] Secundũ magistrũ in historijs,im ꝓpriè dicti sunt Ephratæi,nati ex Ephraim,cũ Ephratęus ab Ephrata nuncupatur, ac Ephraita ab Ephraim,[Quo dicéte,nô sum]Ephratæus,[interrogabãt eũ] i.reqrebãt:[Dic ergo Schibboleth,] ꝙ quid significet,trãslator apposuit,dicés:ꝙ interptatur spica. Qui rñdit:Sibboleth, eadé litera spicam]i. verbum illud Hebræum spicam designans,[exprimere non valés.]Quamuis etenim oés essent linguæ Hebreæ,tñ in ꝓferédo illud idioma,secundũ diuersitaté locorum,erãt ab inuicé differentes,sicut & in Teutonicis,alijsq; conspicim9 populis. Vñ & Iudæi Hierosolymitæ cognouerũt Petrũ ex sua lingua, ꝙ fuerit Galilæus. Itaq; Ephraitæ dictioné pfatã exprimere non valebant,siue ex dissuetione,siue ex gñali quadam ꝓprietate,defectúve linguę, sicut est natio quædam, literam R.non valés in dictionib9 ꝓnunciare, ita ꝙ vbi non dicimus, ꝓpriè ꝓpriũ,dicunt,popiè popium. Quæ res in vniuersitate Parrhisiensi stãtes frequéter mouet ad risum, [Statimq; apprehensum, iugulabant in ipso transitu Iordanis,] certi quod esset de Ephraim tribu. [Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadragintaduo millia.] qui stragem,secundũ Iosephum,etiam ideo sunt ppessi,qm̃ côtra Gedeoné consurrexerunt. Népe frequéter Deo iustè sic disponéte,côtingit,ꝙ côtumeliosi & arrogãtes,ab vno æquanimiter tolerati & impunè relicti, humilienẽ valdè ab alio: idcircò de talib9 dici solet, Bñ ptinget ad suũ magistrũ. [Iudicauit itaq; Iephthe Galaadites Israël sex annis,& mortuus est ac sepultus in ciuitate sua Galaad. Post hũc iudicauit Israël]i.Israëliticũ populũ[Abessan de Bethleé,q habuit 30. filios & totidé filias.[Hunc(vt ferẽ)dicunt Hebræi fuisse Booz maritũ Ruth. [Qui septé annis iudicauit Israël. Cui successit Elon Zabulonites]i.de Zabulon tribu[& iudicauit Israël 10 annis. post hũc Abdô Pharathonites,] i. de loco seu oppido suo sic nominatus, [q habuit 40. filios,& 30. ex eis nepotes]ipso viuente,tñ post mortem ipsius,pfati filij sui plures generauerunt.[ascendentes super septuaginta pullos asinarum.]per quos pullos,non esse intelligendos equos,dictum est in explanatione cap. 10. [& iudicauit Israël octo annis.]s.sub his tribus iudicibus nô sunt filij Israël ad idololatriã lapsi,nec specialia bella in eis sunt gesta. [Mortuusq; est ac sepultus in Pharathon]i.oppido sic vocato [terræ Ephraim.] Vñ Ephraita fuisse videtur.[in monte Amalech.]non illius Amalech q contra Israël dimicauit,sed alicuius Hebręi sic nuncupati,vt creditur. ¶Iuxta moralitaté discamus exemplo deiectionis filiorum Ephraim,oém arrogantiam,gloriã vanã,inuidiamq; abijcere, dissensiones vitare, psecutióes iustorum & rebellioné côtra superiores penitùs abhorrere, neminẽ subsannare, nec contendendi aut malignandi excogitare occasiones,sed humilitaté,pacem,constantiam conseruare.

Pet.Com. hist.lib.iu. cap.12.

Matth.26.

Iose. lib. 6. ant.iu.c.1. Iud.10.

¶Decla-

¶ *Declaratio literalis capituli decimitertij: Rursumq́, filij Israel fecerunt malum in conspectu domini.* Artic. 22.

SEptima oppresio generalis Israëlitarum modò describit, quæ qualibet ꝑhabitarũ durauit diutiùs, quadraginta videlicet annis. Prima aũt durauerat octo annis, secũda decẽ & octo, tertia viginti, quarta septẽ, quinta decẽ & octo &c. ista, vt dictũ est, annis quadraginta. [Rursumq́; filij Israël fecerũt malũ in cõspectu dñi, q tradidit eos in manus Philistinorũ quadraginta annis.] Vndè ꝓbabile est, ꝙ ista eorũ facinora fuerint ꝑinductis enormiora, sicut & diuturnior fuit pœna, nó tñ describuntur hic in speciali. [Erat aũt vir quidã de Saraa] i. de loco seu oppido sic vocato, ad tribũ Dan pertinẽte. Vndè subiungitur: [de stirpe Dan] nat⁹, [nomine Manue, habẽs vxorẽ sterilẽ. Cui apparuit angelus dñi, & dixit ad eã: Sterilis es] per naturã, [& absq; liberis, sed cócipies & paries filiũ:] quẽ Deus vult nasci de sterili, vt mirabilior sit eius natiuitas, & multiplicẽtur in eo mirabilia creatoris, ad gloriã & honorẽ ipsius. Etẽ virũ tã supernaturali fortitudine decorãdũ, decuit sup̃naturali potẽtia cócipi. [Caue ergo ne bibas vinum & sicerã,] i. quęcunq; potũ inebriatiuũ, [nec immundũ quicq̃ comedas:] i. nullũ cibum lege ꝓhibitum, & qui sunt huiusmodi cibi, describitur Leuit. 11. [quia cócipies & paries filium, cuius nó tãget caput nouacula:] i. caput eius nó radetur. [Erat eñ Nazaræus Dei,] i. Deo cõsecratus, & ad eius obsequia deputat⁹, [ab infantia & ex matris vtero:] i. mox à tẽpore quo anima eius suo corpori vnietur in vtero, vel à tẽpore natiuitatis seu circũcisionis. ¶ Circa hoc quęritur Primò, cur matri Samsonis Nazaræum cóceptura. ꝓhibẽtur cibi ac potus hoc loco, qui Numer. 6. ꝓhibẽtur Nazaræis? Respõdendũ, vt ipsa p taléabstinẽtiã ac obedientiã digna efficeretur tm̃ concipere puerum, & supernaturali fœcunditate dotari. Secundò quęritur, cur Nazaræorum caput nõ radebatur? Dicendum, vt distinguerentur à ministris & sacerdotibus idolorum, quorum capita radi solebãt: Et itèm, vt tã intẽti essent circa interiorẽ mentis decorẽ, ꝙ exteriorẽ ornatũ nequaq̃ aduerterent. Quæritur tertiò, quõ Samson fuit Nazaræus Dei ex vtero matris? An sicut sacratissimus Ioannes Baptista per grãm gratum facientẽ & dona ei adiuncta, hoc est, an fuit sanctificatus in vtero? Ad ꝙ cõmuniter respódetur, ꝙ non, sed Nazaræus Dei sic appellatur, tanq̃ per supnaturalẽ fortitudinẽ deputatus ad hoc, ꝙ Deus per eum inciperet suum populum liberare, ꝙ fuit donum grẽ gratis date. Videtur tamen frequẽter & valdè ꝑuentus donis gratiæ gratũ facientis, q̃ saltem in sua circuncisione suscepit. [Et incipiet liberare Israël de manu Philistinorum.] Rectè ait, incipiet liberare. Non enim liberauit ex toto, aut plenè Israëliticum populum de manu Philistijm, imò sub Samuele, Saule & Dauid fuerunt multoties à Philistæis impugnati. [Quæ cum venisset ad maritum suum, dixit ei: Vir Dei venit ad me habens vultum angelicum, terribilis nimis.] angelum quippe in viri specie apparentem, putabat virum esse, quem dixit habere vultum angelicum, i. vltra humanum modum speciosum, splendidum, atq; authenticum, ita quod in eius vultu interior sanctitas resplẽdebat. Propter quod dixit eum esse virum Dei, i. hominem virtuosum placẽtem Deo, & missum ab eo. Quem & valdè terribilem dixit, videlicet quasi fulgureo splendore terrificum, sicut & Christus in templo, suaq́; passione instante perterruit intuẽtes. ¶ Deniq; apparuit angelus iste mulieri huic in agro, vt infrà habetur. In Scholast. quoq; hist. legitur: Mulieri isti, in agro sępè pro sterilitate amouenda oranti, apparuit angelus. In eadem quoque fertur hist. ꝙ mulier ista erat formosa, propter quod vir eius erat zelotes. Cumq́, ipsa angeli pulchritudine commendasset, contristatus est eius maritus, atq; vt mitigaret irrationabilem viri tristitiam, consuluit ei vt ambo simul dñm exorarẽt, quatenùs vir ille rursus veniret, & ambos de puero informaret. [Quem cum interrogassem, quis esset & vndè venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere.] in omnibus his declaratur eminentia fœminæ huius in prudẽtia & virtute. Sciuit eñ non esse credendum omni spiritui, ideo interrogauit hæc tria, videlicet qs esset q appa rebat, an s. propheta, an angelus, & vndè venisset, an s. missus esset ab aliquo, an proprio motu venisset, & an venisset missus de cęlo, & quo nomine vocaretur. Sed cur angelus non respódit ad ista? Dicendum, ꝙ ad duo prima paulopòst fuit responsurus p euidentiam facti, vt statim dicetur. Ad tertium verò nec post respondit, ob causam q̃ infrà habebitur, sed hoc respondit, [Eccè concipies & paries filiũ. Caue ne vinũ bibas nec sicerã.] Nam & talis potus mulieribus specialiter est periculosus, cùm inebrientur faciliter. Propter quod & antiquorũ Romanorũ fœminæ abstinebant à vino, vt refert Valerius. [& ne aliquo vescaris immundo. Erit eñ puer Nazaræus Dei ab infantia vsq; ad diem mortis suæ] i. per ómẽ tẽpus vitæ suæ, sicut & Samuel. Aliqui aũt erãt Nazarę Dei ad certum tẽpus, vt Num. 6. describitur, q. s. vouebãt ad tẽpus determinatũ Deo p specialẽ deuotionẽ & orationẽ vacare, sicut & Aug. hîc tãgit in Glossa. [Orauit itaq Manue dñm, & ait: Obsecro dñe, vt vir Dei quẽ misisti,] Adhuc eñ credidit hominem fuisse, non angelum: & iuxta morẽ Hebræi sermonis, loqtur in sua oratione de dño & de Deo, quasi de alio & alio, cùm idẽ sit Deus & dñs. [veniat iterum, & doceat nos qd debeamus facere de puero q nasciturus est:] i. qualiter puerũ hũc nasciturũ tractabim⁹ & alem⁹. Verùtamen

Pet. Com. hist. lib. iu. cap. 16.

1. Ioan. 4.

Valerius.

Augu libr. Iud. q. 51.

men hoc ex lege potuit Manue scire, cùm Numer. 6. dicatur, à qbus Nazarȩus debeat abstinere. Sed hoc vel ignorauit, aut pleniꝰ scire optauit vir iste. [Exaudiuitq; dñs precantẽ Manue & apparuit rursus angelus dñi vxori eius.] Vnde apparet ꝙ fœmina illa fuit marito suo deuotior, atq; ob hoc angelica apparitione condignior. [sedẽti in agro. Manue aũt maritus eius non erat cum ea.] Non apparuit ei angelus cum alijs residẽti, aut more fœmineo alijs cõfabulanti, sed solitariè cõsedenti in agro ad meditãdum atq; orandum, ob quã causam & Isaac frequenter egrediebatur in agrũ. Secreta nãq; diuina & reuelationes ac apparitiões angelicæ, nõ in tumultibus aut frequẽtia hominum, sed in solitarijs & secretis locis manifestari consueuerũt. [Quæ cum vidisset angelũ, festinauit & cucurrit ad virũ suum, nunciauitq; ei, dicẽs: Ecce apparuit mihi vir quẽ antè viderã.] Ex his videtur, ꝙ vidit angelũ à longe venientem, & anteq̃ eam accessit, ipsa cucurrit ad virũ suum. Nõ ergo im prouisè & subitò añ eam stetit, ne & ipsa ex hoc aduerteret angelũ esse. [Qui surrexit, & secutꝰ est vxorẽ suã:] q̃ seruẽti alacritate ꝑcucurrit ad angelũ. [Veniensq; ad virũ]putà ad angelum, [dixit ei: Tu es q locutus es mulieri?] i. q vxori meæ ꝑnunciasti de puero nascituro. Voluit em̃ Manue de hoc pleniꝰ certificari. [Et ille rñdit: Ego sum] ille [Cui Manue: Quãdo, inqt, sermo tuus fuerit expletus,] i. opere verificatus, [qd vis vt faciat puer?] i. qd ex parte Dei iubes, vt faciat puer quẽ promisisti? [aut à quo se obseruare debebit?] i. quẽ cibũ & potũ debet cauere? [Dixitq; angelus dñi ad Manue: Ab omnibus quæ locutus sum vxori tuæ, abstineat se,] i. vinum & sicerã & omnẽ cibũ lege prohibitũ vitet per omne tẽpus vitæ suæ, cũ futurus sit Nazaræus Dei vsq; ad mortẽ. Qui aũt ad tempus certum erãt Nazaræi, per tempus illud ab huiuscemodi cibis ac potibus abstinebant. Mater quoque Samsonis abstinebat à talibus vsq; ad pueri sui natiuitatẽ. [Et quicqd ex vinea nascitur, nõ comedat;] videlicet vuas aut vuã passam. Hinc Leuit. 6. clariùs legitur: Acetum ex vino, & quicquid de vua exprimitur, nõ bibet, videlicet nec agrestã, nec vuas recentes, siccasq; nõ comedet. Quicquid ex vinea esse potest, ab vua passa vsq; ad *azymum. non comedet. [& quod ei præcepi,] i. quod puero nascituro obseruãdum præfixi, [impleat] opere, [atq; custodiat] assidua recordatione, ne fiat transgressor tempore ꝓcedente. [Dixit itaq; Manue: Obsecro vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris.] Per hæc verba secundũ August. Manue inuitauit angelum ad pariter epulandũ pro nuncio bono, vt sit sensus: Faciamus tibi hœdum de capris, i. hœdum de grege caprarũ præparemus tibi ad comedendũ. [Cui respõdit angelꝰ: Si me cogis, i. quantũcunq; instanter aut importune rogaueris me, sicut Genes. 19. legitur, ꝙ Loth compulit angelos oppidò, i. valdè instanter rogauit, & quasi instar cõpellẽtis se habuit, [non comedã panes tuos,] Manue obtulit hœdũ parare, & angelus reperit panes: quia per panes quæcunq; cibaria designantur. Sed cur angelus noluit manducare, cùm interdum manducasse legantur? Respondetur, ꝙ angelus nunc volebat manifestare se angelũ esse, per modum qui subditur: [Si autem vis holocaustum facere,] i. hœdum Deo in holocaustum offerre, [offer illud dño,] & non mihi. Offer (inquam) domino ꝓ gratiarũ actiõe beneficij tibi ab eo per me ꝓmissi. [Et nesciebat Manue ꝙ angelus dñi esset:] nec vxor eius adhuc sciuit hoc. [Dixitq; ad eum] i. Manue ad angelum: [Quod est tibi nomẽ, vt si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te?] Si Manue iam credidit eũ qui sibi apparuit, esse missum à Deo, seu esse prophetam, vt aliqui dicunt, cur dubitatiuè locutus est, dicens: Si sermo tuus &c. quasi promissio Dei posset non adimpleri? Et respondẽdũ, ꝙ hæc dictio, si, quandoq; accipitur pro nõ, quandoq; ꝓ quia, interdũ pro dum: & ita nunc accipi potest, vt sit sensus: Cùm sermo tuus. Vel conditionaliter dixit, Si sermo tuus, non quasi ex dubitatiõe de veritate diuini promissi, sed quia promissiones diuinæ q̃nq; intelliguntur cum implicita conditione, videlicet nisi homo obicẽ ponat peccando: & ita ex consideratione ꝓpriȩ fragilitatis, dubitatio quædã potest subesse, q̃dam tamẽ sunt absolutȩ promissiões. ¶ Quȩritur quoq;, cur quæsiuit nomẽ angeli, vt posset eum opportuno tẽpore honorare? Dici potest ꝙ ideo, quatenùs nomen viri exprimendo, posset absentem faciliùs inuenire, & inuẽto honorem impendere. Vel si eum non inueniret, in scriptis factum istud, nomẽq; viri redigeret. Quocirca quæri iterum potest, qualiter eũ voluit honorare? Dicendũ, ꝙ honore duliæ, non latriæ. Et forsan ꝓposuit ei munuscula exhibere, seu aliter venerari secundum ꝙ hominem sanctum & Dei vatem condecet honorari. [Cui ille respondit: Cur quæris nomen meum, quod est * mirabile?] Quasi dicat: Non est tibi rationabilis causa vel necessitas interrogandi & sciendi nomen meum, cùm non sim homo, vt putas, & quoniam nomen meum perfectè intelligere nunc non vales, secundum quod nomen designat rem, quantùm ad suam perfectionem, consistentiamq; completam. Ideo (Damasceno testante) angeli quantùm ad terminum seu speciem suam specialissimam, ignoti sunt nobis. Est igitur nomẽ angeli hominibus mirabile, nõ quasi penitùs ex sua natura omni mente creatæ incõpræhensibile, quod Deo est proprium, sed quasi non plenè cognoscibile viatoribus in hac vita. Circa hoc scribit Lyra: Nomina angelorum qui mittũtur in ministerium, variantũ secundũ legationes eis cõmissas. Propter ꝙ angelus ad purgãda Esaiæ labia missus, vnus de Seraphin nũcupatur, q̃uis nõ fuerit de ordine Seraphĩ.

Gene. 24.

&

*azinum,

Gen. 18.

Hæbrei occultum.

Damascen.

Esa. 6.

Angeli autem de futuris, ad quæ desupèr mittentur, pcognitionem non habent, nisi inquantum reuelatur eis à Deo, q̃ reuelatio fit secundum diuinæ iudicium voluntatis. Ideo angel⁹ dixit nomen suum esse occultum, (secundum q̃ in Hebræo habetur, vbi nos habemus, mirabile) q̃m nesciebat, ad quid in futuro erat mittendus. Quamuis autem hoc dictum, secundum se satis consonet doctrinæ catholicorum, tñ non sufficit huic pposito. Nam angel⁹ iste sciuit ad quid tunc missus fuit. Ergo cognouit nomen q̃ ei protunc competebat. Sunt etiam aliqua fixa angelorũ vocabula. Ideo quoq; angelus nomen suum non reuelauit huic viro, quia secreta cælestia ac diuina non sunt hoïbus reuelanda, nisi secundum mensuram à Deo præfixam. [Tulit itaq;] i. attulit [Manue hœdum de capris & libamenta,] videlicet materias liqdas, quæ cũ holocaustorũ carnibus immolari solebant, [& posuit supra petram] i. lapidem grandem, iuxta quẽ angelus ex pposito stetit, [offerẽs dño, qui facit mirabilia:] quia om̃ipotens est, & supra oẽm rerum naturalem cursum & ordinem, potest ad libitum operari. ¶ Quæri potest, An Manue obtulit ista Deo tanquã sacerdos, cùm non esset sacerdos, an obtulit ista angelo non vt Deo, sed vt angelus, quẽ adhuc hominem sanctum aut prophetam putauit, ea ex parte sui Deo offerret. Ad quod aliqui dicunt, quod sicut ex commissione angeli & dispensatione diuina obtulit ista extra tabernaculum domini, ita & sacerdotale expleuit officium. Alij verò dicunt, quod adduxit & posuit ista supra petram, vt ille qui sibi apparuit, ea offerret. Vndè secundum Lyram, in Hebræo habetur, Offerens domino mirabili occulto ad faciendum, i. ei qui sibi apparebat, & dixit nomen suum esse mirabile seu occultum, vt ipse expleret seu immolaret hoc holocaustum, quod pphetis ex diuina licuit dispensatione. Vndè 3. Re. 18. legitur. Helias holocaustum domino obtulisse. Veruntamen Septuaginta transtulerunt, offerens dño mirabilia facienti. Angelus quoq; iã dixerat Manuæ, vt offerret illud Deo. [Ipse aũt & vxor eius intuebantur,] considerando quid fieret de materia illa in holocaustum oblata, cui non erat ignis suppositus ad incendendũ oblata. [Cũq; ascenderet flãma altaris in cælum.] Per altare, intelligitur petra illa, qua vice altaris vtebantur, de qua virtute diuina ignis erupit, & fortè angelus tetigit eam, sicut de angelo Gedeoni apparẽte dictum est suprà. Imò ad minùs tetigit eam spiritali tactu, sua virtute influendo in eam. Porrò flamma illa ascendit in cælum aerium, i. vsq; ad notabilem aeris altitudinem. Vndè & amici Iob leguntur sparsisse puluerem super capita sua in cęlum. [Angelus dñi in flamma pariter ascendit,] per hoc ostendens se angelum esse, qui corpus assumpsit aereum, & illud, cum volebat, deposuit. [Quod cum vidisset Manue & vxor eius, proni ciderunt in terrẽ, & vltrà eis nõ apparuit angelus dñi. Statimq; intellexit Manue] & etiã vxor eiu⁹, [angelum domini esse,] ex tã subita ascensione & disparitione. Et itèm ex miraculosa, pductione tanti ignis, pfatũ holocaustũ repentè vorantis. [& dixit ad vxorem suã: Morte moriemur,] i. statim expirabim⁹, [quia vidimus dominũ.] Secundum Aug. ex quadã magna turbatione & perterritione hoc dixit, ex qua etiam tam ipse quàm vxor ipsius corruerunt in terram, prout moris est fragilitati humanæ, visis cælestibus ac diuinis, vehementer terreri, & corporalib⁹ viribus ad tempus destitui. Vndè & Dani. 8. Langui, inquit, post visionem p dies. Et rursus Dani. 10. Domine, in visione tua dissolutę sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium. Prętereà, q̃m dominus dixit ad Mosen: Non videbit me homo, & viuet: simpliciores inter Iudæos putabant eos mox morituros, qui Deum aut angelum cõspexissent in forma sensibili. [Cui respondit mulier,] q̃ viro suo sapientior atq; virilior fuit: [Si dominus nos vellet occidere,] tanquã iniquos, vel per apparitionem istam mirabilem, tanquam ea indignos [de manibus nostris holocaustum & libamẽta non suscepisset:] i. accepta non habuisset, cùm tamen acceptauerit ea, sicut p ignis huius mirabilem pductionem & holocausti deuorationem monstrauit, quẽadmodùm & holocausta Abel, Aaron, Salomonis & Heliæ monstrauit sibi placere. [Sed nec ostendisset nobis hæc omnia, nec ea quæ ventura sunt:] i. futura & secreta [dixisset,] qualia non solet nisi suis charis monstrare, neque ea q̃ sunt ventura per nos, s. q̃ filium saluatorem Israelis habebimus. [Peperit itaq; filium, & vocauit nomen eius Samson,] qui fuit tertius in ordine eorum, quorum nomen Deus legitur pnunciasse. Primus equidem fuit Ismael: secundus, Isaac: tertius, Samson. [Creuitq; puer] ætate, gratia, & fortitudine: ideo subditur, [& benedixit ei dominus] dando & multiplicando in eo superna charismata, & specialiter fortitudinẽ etiã corporalẽ anteà nusquã visam. Fuit aũt inter gentiles & Hercules, filius Iouis, vir fortissimus ante Samsonem. Vndè in libro de ciuitate Dei recitat Aug. q̃ Samson putatus fuit esse Hercules in alio corpore. [cœpitq; cũ eo esse spũs domini.] à circuncisione sua fuit in eo gr̃a gratum faciens, virtutes quoq; & dona ei annexa, quæ tunc dabantur in circuncisione, quẽadmodũ nunc in baptismo: nec sine illorũ infusione remittebatur peccatũ originale, nec infantuli ad limbũ patrũ perducebantur. Veruntamẽ spũs domini cœpit esse in Samsone statim vt ad ætatẽ peruenit adultã per relucentiã fortitudinis & pbitatis ac magnanimitatis, pręcipuè [in castris Dan] i. in tribu & turmis seu habitaculis Dan patriarchæ. [inter Saraa & Esthaol] quia in illis locis & intermedijs morabantur filij Dan.

Iudic. 6. — Iob. 2. — Aug. lib. iu. quæst. 54. — Exod. 3. — Gene. 4. — Leuit. 9. — 3. Reg. 8. — 3. Reg. 17. — Gene. 16. — Gene. 19. — Augustinus.

¶ *De mystico eiusdem cap. 13. intellectu.* Art. 23.

SAmson euidens fuit Chri figura penè in omnib9. Nam & Samson interpretatur sol eorum, quo maximè competit Christo, qui est sol sapiẽtiæ, solq; iustitiæ, De quo impij fatẽtur: Sol intelligentiæ non est ortus nobis. De quo Malach. 4. loquitur pater: Orietur vobis timentibus nomen meum, sol iustitiæ. Christus ergo qui solus inter omnia ex se & eminentissimè lucet, de cuius plenitudine omnes accepimus, in quo & ardentissima charitas fuit, verè est sol vniuersorum fidelium, immò ipse secundum naturam assumptam, seu anima eius, cunctos illuminat ciues triumphantis Ecclesię. Porrò, per Philistęos, qui erant prę cæteris acerrimi ac diuturniores filiorum Israel hostes & oppressores, intelliguntur inuisibiles nostrarum æmuli animarum, à quibus Christus cœpit nos liberare in sua incarnatione. Mox enim conceptus in vtero, fuit ratione plenissimè vtens, cœpitq; affici & orare pro generis humani salute, atq; extunc promeruit nobis charismata gratiæ. At verò in sua passione satisfecit pro nobis plenariè. Effectum autem suæ perfectæ liberationis, seu plenum fructum suæ dignissimæ passionis tribuet cunctis electis in die iudicij vniuersalis, quibus tunc consummatam tribuet felicitatem in anima & corpore, aufferetq; ab eis omnem mortalitatem & passibilitatem vtriusque. Deniq; quod Samson à matre naturaliter sterili, supernaturali axilio concurrente, conceptus & natus est, angelo annunciante, quid designauit, nisi ꝙ Christus à matre supernaturaliter fœcundata, denunciante archangelo, est conceptus ac genitus? Rursus, quod Samson ex vtero matris vsq; ad mortem, Dei extitit Nazaræus: prætigurauit, quod dominus Iesus ab incarnationis exordio consecratus est patri æterno, & vsq; ad mortis exitum ei plenissimè adhæsit, seruiuit ac militauit, atq; ab omni immundo abstinuit. Iterũ Samson incomparabili fortitudine sua ipsum pręmonstrauit, qui exultauit vt gigas ad currendam viam, geminæ planè gigas substantiæ, de quo Esaiæ 9. prædixit. Vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, Deus fortis. Et Psal. 22. Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Itemq; Psal. 44. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè. Deniq; Christus obtulit Deo patri hœdum & libamenta in holocaustum, i. corpus suum & sanguinem in ara crucis in odorem suauitatis, quod ardentissima inflamauit dilectio. Et sicut de Samsone ait scriptura, Creuit itaq; puer, & benedixit ei dominus, cœpitq; in eo esse spirit9 domini in castris Dan: ita de Christo in Euang. legitur, Puer Iesus proficiebat sapientia, ætate & gratia. Et rursus: Non ad mensuram dat Deus spiritum homini, s. Christo, cuius animæ capacitatem omninò repleuit charismatibus gratiæ, virtutum, donorum, beatitudinum & fructuum, donisq; gratiæ gratìs datæ. Quorum excellentia cœpit relucere in Christo, potissimum in castris Dan, i. inter eius discipulos, qui fuerũt filij Dan. i. iudicij seu discretiõis, quam didicerunt à Christo. Præterea tropologicè studeat vnusquisq; fideliũ esse Samson, i. sol eorum, inter quos conuersatur, quatenùs (iuxta Christi doctrinam) luceat lux eius omnibus illis. Satagat igitur quilibet alium in omni virtute, in omni s. humilitate, patientia, mãsuetudine, prudentia, exemplaritate, continentia, sobrietate, charitate & puritate excedere, vt his sanctis virtutibus clarificet atq; ædificet omnes. Et imperfectorum elationem, iram, impatientiam, insipientiam, intemperantiam, auersionem vincat, frangat, extirpet, sitque filius Manuæ, i. quiescentis seu pacis. Nam Manua interpraetatur quiescens. Et offerat hœdum ac libamenta, implendo illud Apostoli Romanor. 12. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Et denuò Colossen. 3. Mortificate membra vestra, quę sunt super terram. Qui hoc modo satagit esse Samson, incipit fratres seu proximos suos de manu Philistijm liberare, immò indubitanter de potestate dæmonum eripit plurimos viuos & mortuos, oratione, exemplo ac meritis. Specialiter quoque per Samsonem ex vtero matris vsq; ad obitum, Dei Nazaræum, designantur religiosi Deo perpetuò consecrati, atq; in holocaustum oblati, & etiam illi qui in babtismali innocentia vsq; in finem perseuerant, quorum est à vino & sicera, i. ab omni ebrietate & crapula penitùs astinere. Postremò & in nouo testamento fuit quidam nomine Samson, vir verè ac spiritaliter fortissimus, mirabiliter deificatus, primò monachus, deindè præsul sanctissimus, qui inter cętera sua magnalia legitur quatuor mortuos suscitasse, ad cui9 imperium malitiosissima syluestris fœmina expirauit, draco immanissimus obediuit, qui instar solis in Ecclesia coruscauit. Quo adhuc in materno vtero existente, matri eius in visu ostensum est, quod sol ex vtero suo progrediens, totum illustraret mundum, qui beatissimus vir antiquum illum Samsonem in spiritali fortitudine, sanctitate, miraculis vicisse videtur, quanquã & Samson ille tam solenniter prænunciat9 ab angelo, miraculosè quoque conceptus, fuisse magnus sanctus credatur, qui & ab Apostolo ad Hebræ. 11. inter sanctos annumeratur, Qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, &c.

Sap. 6.
Ioan. 1.
Psalm. 8.
Ambros. 9.
Lucæ 2.
Ioan. 3.
Esaiæ 11.
Matth. 5.

Expositio Cap. 14. Descendit ergo Samson in Tamnatha. Art. 24.

NVnc recitatur, cur & qualiter impugnare cœperit Philistæos. [Descendit ergo Samson in Tãnatha:] i. ex quo tãta ei fortitudo collata fuit à dño, vt Philistæos debellare inciperet, hinc, Deo instigante, iuit ad oppidum Philistinorum, nomine Tamnatha, quod situ bassi9 fuit

terra, in qua Samson demorabatur: ideo dicitur descendisse. Descẽdit aũt ad intuendum quędam solennia, quæ tunc agebantur ibidèm, non ad imitandum, quoniam idololatriã abhorrebat, sed magìs ad irridendum, atq; vt visa infidelium abusione væsana, magìs corroboraretur in deuotione & cultu vnius Dei. [videns ibì mulierem] i. puellam virginem [de filiabus Philistijm] i. de numero filiarum Philistinorum, [ascendit,] redeundo ad domum paternam, [& nunciauit patri suo & matri suæ, dicens: Vidi mulierem in Tamnatha de filiabus Philistinorũ: quam, quęso, vt mihi accipiatis vxorem,] i. mihi consentiatis & cooperemini ad hoc, vt eam accipiam coniugem, per verba de præsenti seu iuxta formam tunc solitam. Itaq; iam erat adultæ ætatis ac nubilis. Samson quoq; tanquam bonus prudenq́; filius, noluit clàm inire connubium, sed de scitu & consensu suorum parentum. Per quod docentur fideles filij ac filiæ, ne clandestina matrimonia contrahant, sed suorum vtantur parentum seu propinquorum & amicorum consilijs, nisi fortasis vellent religionem intrare aut penitùs continere. [Cui dixerunt pater & mater sua: Nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum.] i. in tribu Dan, sicq́; cognati vocantur hìc fratres, quoniam Samson vnigenitus fuit, [& in omni populo tuo.] Si per omnem populum Samsonis, intelligatur sola plebs tribus Dan, illud est quasi expositio verbi phabiti: Si verò per omnem populum illum intelligantur cæteræ tribus Israël, sensus est, quod parentes Samsonis reputabant magìs illicitum, ꝙ acciperet coniugem ex filiabus Philistijm, quàm ex alia quacunq; Israel tribu, eo quod plùs distabant Philistei ab Israelitis, quam vna Israëlitica tribus ab alia, cùm tamen vtrunq; secundum legem videretur illicitum, quum scriptum sit Nume. 36. Oẽs viri ducent vxores de tribu & cognatione sua. Et Deut. 7. Non inibus cum eis, videlicet alienigenis, coniugia. [quia vis accipere vxorem de Philistijm, qui incircuncisi sunt?] cùm tamen dispar cultus impediat matrimonium contrahendum, dirimatque contractum, [Dixitq́; Samson ad patrem suum: Hanc mihi accipe, quia *placuit oculis meis.] Videtur, quod illa fuit irrationabilis causa, ita quod Samson ex libidinosa concupiscentia motus sit ad contrahendum coniugiuum, & contra illud quod scriptum est: Ne sequaris concupiscentiam oculorum tuorum. Respondetur, ꝙ sicut Iacob dilexit Rachel propter naturalem dispositionem & decorem ipsius, non tamen sistendo ibidèm, sed ad finem honestum talia referendo: ita de Samsone sentiendum videtur, præsertim quia subiungitur: [Parẽtes aũt eius nesciebant, ꝙ res à domino fieret:] i. ꝙ Sãson ex diuino moueret instinctu. Poterat tamen in illa Samsonis complacentia ad puellam, venialis culpa alicuius concupiscentiæ admisceri. Deniq; quia res illa fiebat à domino, qui dispẽsauit cum Samsone in propria lege, qa in generali prohibuit matrimonia cum alienigenis contrahi, ideo Samson excusatur in hoc à peccato. Nam & scriptura hæc dicendo, quod parentes eius ignorabant rem illam ã dño agi, satìs insinuare censet, ꝙ Samson hoc sciuit, siue per inspirationem internam, siue per reuelationẽ exteriùs per angelum factam, [& quæreret occasiones contra Philistijm] i. hoc quoq; nesciebant parentes Samsonis, ꝙ ipse quæreret aliquam iustam causam seu occasionem impugnandi Allophylos. Quocircà quæri potest, quid necesse erat Samsoni occasionẽ huiusmodi quærere, cum filij Israel à Philistæis grauiter premerentur, & terra Philistinorum esset pars Israelitis promissæ. Alij quoque iudices statim cùm potuerunt, congregato exercitu, impugnauerunt hostes Israeliticæ plebis. Respondetur, ꝙ filij Israel propter sua peccata fuerunt subiecti Philistinorum imperio, & sub tributo eis deseruiebant, ita quòd interim fuit inter eos pax quædam & compositio per iuramentum aut promissionem firmata, quæ sine noua occasione non fuerat infringenda. Vndè Hierem. 50. & Ezèch. 17. Deus frequenter prædixit se puniturum & regi Babylonis subiectuum Sedechiam regẽ, eo ꝙ violauit pactum cum rege Nabuchodonosor initum. Hinc in Ezechiele legit: Qui dissoluit pactum, nunqd effugiet? Quod autem alij iudices fecerunt, ex diuina fecerunt commissione, & fortè eorum temporibus non erant huiusmodi pacta inter filios Israël & hostes eorum. [Eo enim tẽpore dominabantur Philistijm Israëli] cum abusione & fastu, ideò Samson quęsiuit contra ipsos ocasionem. [Descendit itaq; Samson cum patre suo & matre in Tamnatha,] ad desponsandum puellam. Quæritur, an parentes eius peccauerunt in hoc, Videtur ꝙ imò, cum scriptum sit Deuter. 7. Filiam illius, videlicet alieni seu infidelis, non accipies filio tuo. Respondetur, ꝙ crediderunt filium suum moueri à Deo: quoniam per angelum fuit prænunciatus & supernaturaliter natus, atque (vt aliqui dicunt) Samson insinuauit eis, sibi diuinitùs notificatum, quod matrimonium illud Deo placeret, & quòd res illa ageretur à domino. Sciebat etiam Samson ex reuelatione in quodam communi seu indistinctè, ꝙ ex illo coniugio oriretur contra Philistęos occasio, quanuìs nõdum cognosceret modum determinatè. [Cumque venissent ad vineas oppidi,] nomine Tamnatha, quæ erant extra oppidum sitæ,] apparuit catulus leonis ſęuus & rugiens, & occurrit ei,] i. catulus ille Samsoni, vt dilaniaret & deuoraret Samsonem. [Irruit autem spiritus domini in Samson,] id est spiritussanctus mouit, excitauit & confortauit Samsonem ad inuadendum leonem, [& dilacerauit leonem, quasi hœdum in frustra discerperet, nihil omninò habens in manu:] immò nec læsit manus

*placeet.
Nume. 15.
Ecclesi. 18.
Genes. 29.

manus suas hoc faciẽdo, propter quod nemo suspicabatur de facto. Et in hoc patuit mira ipsius fortitudo, quam tamen ex sola complexione, naturalíue dispositione non videtur habuisse, vt infrà tangetur. ¶ Præterea, quidam in veteri testamento leonem occidisse leguntur, vt Dauid & Banaias: quidam quoq; in nouo testamento, de quorum nullo habetur quod fecerit 1.Reg. 6.7.
hoc, nihil omnino habens in manu. [Et hoc patri & matri noluit indicare.] Ex hoc verbo mul- 1.Par. 11.
ta eliciuntur. Primum, quòd ad tempus pro aliqua causa à suis diuertit parentibus, & tunc ei occurrit leo. Secundò, quòd erat virtuosus, prudens & humilis, non vanus ac leuis, quoniam 1.Reg.10.
tantum opus cælauit, neque iactauit se: sicut & Saul adhuc humilis, non indicauit patri seu patruo suo, quemadmodùm à Samuele fuit vnctus in regem. Tertiò, quòd parentes Samsonis considerauerunt eum notabiliter immutatum in facie, & aliquid peregisse, ideo interrogauerunt quid egisset: & tamen noluit eis indicare; quia nondum patuit eius fortitudo in aliquo facto tam magno. Ideo secretum suum tenuit sibi, iuxta illud Esaiæ 24. Secretum meum mihi. [Descenditque] de vineis in Tamnatha, [& loquutus est mulieri quæ placuerat oculis eius:] quia cum suis parentibus tractauit cum puella & eius parentibus de conuentione connubij, & concordauerunt, ita quòd sponsalia tunc fecerunt. [Et post aliquot dies reuertens vt acciperet eam] in sponsam & coniugem, condormiretq; ei. Itaque factis sponsalibus reuersus est cum suis parentibus ad domum parentum, deindè cum eis redijt ad domum puellæ. [declinauit] sicut & antè parùm ab itinere, relictis in via parentibus, [vt videret cadauer leonis,] quem interfecit. non ex vanitate & curiositate, sed magìs vt ex recenti materiæ miraculi huius aspectu incitaretur de nouo ad gratiarum actionem & laudem pro tanto beneficio, quòd vicit volentem se deuorare. [Et eccè examen,] id est, congregatio, [apum in ore leonis erat, & fauus mellis,] ex apum mellificatione. Sunt autem diuersæ species apum, quarum quædam naturaliter horent fœtida loca, quædam verò ignobiliores talia non abhorrent, quales istæ videntur fuisse. [Quem] scilicet fauum mellis [cùm sumpsisset in manibus, comedebat in via, veniensque ad patrem suum & matrem, dedit eis partem] mellis, sed & sponsæ suæ tradidit partem, vt Magister in historijs addit. [qui & ipsi comederunt, nec tamen eis] inquirentibus vndè mel illud collegisset, [voluit indicare quód mel de corpore leonis sumpserat. Descendit itaq; pater eius] cum eo, immo & mater sua, [& fecit filio suo Samsoni conuiuium] nuptiale in domo sponsæ. [Sic enim iuuenes facere consueuerant.] id est, procurare, vt eorum parentes facerent nuptiale conuiuium. [Cùm ergo ciues illius loci] scilicet Tamnathæi, [vidissent eum,] id est, considerassent, quòd Samson esset iuuenis valdè robustus & audax, [dederunt ei sodales triginta, qui essent cum eo.] Secundum expositores, cùm ciues Tamnathæi exercerent epulas nuptiarum, timentes robur Samsonis, adiunxerunt ei de suis tot iuuenes fortes, sermone & specie socios, & quasi ob nuptiarum honorem, sed re ipsa custodes, quatenùs ei resisterent. si crescente conuiuarum satietate, aliquid attentaret aduersus eos. [Quibus loquutus est Samson:] Proponam vobis problema:] hoc est, quæstionem obscuram & difficilem ad soluendum. Quærebat enim occasionem contra eos, & probabiliter æstimauit ex propositione illius problematis contentionem mox orituram, vt iustam contra ipsos litem acquireret. Ideo addidit: [quod si solueritis mihi infra septem dies conuiuij] nuptialis, quod per vnam durauit hebdomadam, sicut & Genesis 29. Laban ait ad Iacob: Imple hebdomadam dierum copulæ huius. [dabo vobis triginta sindones] id est, lineas vestes, & totidem tunicas] laneas. [Sin autem non potueritis soluere, vos dabitis mihi triginta sindones & eiusdem numeri tunicas. Responderunt ei: Propone problema vt audiamus.] Erubuerunt enim eo inferiores apparere in sapientia. [Dixitque eis: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo]. Sensus huius problematis infra in textu exprimitur. Iosephus autem refert eum ita proposuisse: Qui cuncta deuorat, cibum genuit de se suauem, licèt ipse sit insua- Iose.libr.6.
uis. [Nec potuerunt per tres dies propositionem soluere:] id est, exponere, qualiter esset intel- an,iu. ca.13
ligenda, quanuìs inter se diligentissimè conquisissent. [Cumq; adesset dies septimus, dixerũt ad vxorem Samsonis: Blandire viro tuo, vt indicet tibi quid significet problema. Quod si facere nolueris, incendemus te & domum patris tui. An idcircò vocastis nos ad nuptias, vt spoliaretis?] Infra habetur, quod vxor eis septem diebus conuiuij flebat coram eo, quatenus sibi explanaret problema præfatum: quomodò ergo nunc dicitur, quòd cùm adesset dies septimus, dixerunt triginta viri illi ad eam, blandire viro tuo? Ad hoc in Scholastica respondetur historia: Cùm adesset dies septimus, id est, cùm adhuc esset dies inter septem primus. Vel, cùm adesset id est, appropinquaret, ita quòd quarto die venerunt ad eam. Alij compendiosiùs dicunt, Pe. Co.hist. li.Iu.ca.18.
quod hoc loco per septimum diem intelligitur sabbatum, quod erat septimus dies hebdomadæ inter illos dies occurrens, & erat quartus dies in ordine dierum conuiuij. Sed quomodò tunc verum est quòd septem diebus rogauit vxor virum suum Samsonem cum lachrymis, cùm non nisi quatuor diebus hoc fecerit? Respondetur, quod ibì capitur totum pro parte maiori, vt sit sensus, quod aliquibus illorum diebus, & pro maiori parte illorum dierum sic

supplicauit, quemadmodùm Actor. 1. habetur, quod Iesus per dies quadraginta apparuit suis, non quod quolibet illorum dierum eis apparuit, sed in multis ipsorum, videlicet primo & vltimo, & interdum intermedijs quoque diebus. [Quæ fundebat apud Samsonem lachrymas, & quærebatur, dicens: O dis me, & non diligis: idcircò problema quod proposuisti filijs populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit: Patri meo & matri nolui dicere, & tibi indicare potero? Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum. Tandemque die septimo,] qui in ordine dierum conuiuij septimus erat, [cùm ei molesta esset,] blandis, lachrymosis & incessantibus precibus, fœmineisq; blanditijs etiam in lecto, [exposuit] ei problema cum spe & exactione, quòd ipsa nemini reuelaret. Quod ipsa non obseruauit, nam subditur: [Quæ statim indicauit ciuibus suis,] scilicet pronubis seu sodalibus iam prędictis. [Et illi dixerunt ei] putà Samsoni, [die septimo ante solis occubitum,] quia si distulissent diutiùs, obligati fuissent Samsoni sindones tunicasq; prædictas. [Quid dulcius melle? & quid fortius leone?] quasi dicant, sensus problematis est, quod de ore leonis acceptus est cibus, & de eodem leone occiso prodijt fauus mellis, quem apes ibì fecerunt. Ad quod (vt in Scholastica historia dicitur) addidit Samson: Quid dolosius muliere? quasi dicat, vxor mea decepit me. idcircò subiungitur: [Qui ait ad eos: Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam.] Per vitulam intelligit suam vxorem propter fœminarum lasciuiam: vel quia idololatriæ insolentijs ac vanitatibus dedita erat: aut quia sibi fuit subiecta, vt vitula tauro. Est itaq; sensus: Si non instar arantium profundassetis inquisitionem vestram cum adiutorio meæ vxoris, non reperissetis ex ingenio proprio intellectum mei problematis. [Irruit itaq; in eum spiritus domini:] i. inspiratio Dei mouit eum ad faciendum quod subditur, ideo nec culpabile fuit. [Descenditq; Ascalonem] i. vrbem Philistinorum sic dictam. [& percussit ibì triginta viros:] quia iam habuit causam contra Philistijm. Et quanuìs illi erant innoxij ab hac causa, tamen diuino iudicio rei mortis fuerunt ob alia crimina sua, & quia in filios Israel sæpè ac grauiter peccauerũt. [quorum ablatas vestes] videlicet sindones & tunicas, [dedit his qui problema soluerant. Iratusq; nimis] contra suam vxorem, quæ ei tantam infidelitatem exhibuit, & contra sodales, qui per fraudem & vim obtinuerunt triumphum, quia per mortis comminationem extorserunt à sua vxore, quod solutionem problematis à suo quæsiuit marito, eisq; reuelauit, cùm tamen ex seipsis debuissent illud exponere, [ascendit in domum patris sui:] dimittendo ad tempus vxorem ex indignatione & ira, imò ex ira, imò ex ira per zelum, quousq; feruor iræ suæ cessauit. [Vxor autem eius, maritum accepit vnũ de amicis eius & pronubis,] i. sodalibus q eius astiterat nuptijs, & se esse simulauit amicum Samsonis, aut forsitan erat. Veruntamen cum vinculum matrimoniale sit insolubile, viuentibus coniugatis, mulier illa non contraxit verum connubium cum altero illo. Porrò quod Samson fuit verus eius maritus, non obstante dispari cultu, fuit ex dispensatione diuina

Pet. Co. hi. li. Iud. ca. 17

¶ *De mystica intelligentia eiusdem cap. 14.* Articulus 25.

PER hoc quòd Samson relictis sui populi filiabus, complacentiam habuit ad desponsandum sibi alienigenam ex Philistijm natam, quoniam contra Philistæos occasionem quærebat, præfiguratum est, quòd Christus relictis Iudæis, ex quibus secundum carnem duxit originem, desponsauit sibi Ecclesiam ex gentibus prælectam, pro cuius conuersione & spiritalibus nuptijs secum agendis, instanter rogauit patrem æternum, quoniam contra dæmones prœliari optauit, quorum filij erant gentiles idololatræ, quos dæmones dominus & Saluator inuasit, & de gentilium animabus eiecit. Quemadmodum etiam Samsonis parentes plurimùm mirabantur, quòd Samson alienigenam ducere voluit, sic primi quidam ex Iudaismo, conuersi, vehementer sunt admirati, quòd dominus Iesus per suos discipulos ad gentilum conuersionem, spiritalemq; desponsationem processit. Vnde cùm beatissimus princeps Apostolorum introisset ad Cornelium Centurionem ac eius domesticos, prædicassetq; eis, disceptauerunt contra eum, dicentes: Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum eis? vt Actorum 10. scriptum est. Paulus quoq; de infidelibus loquens Iudæis: Deo, inquit, non placent, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos loqui gentibus verbum Dei, vt saluæ fiant. Veruntamen sicut parentes Samsonis cognita Dei voluntate, suo filio acquieuerunt, & ei alienam puellam sumpserunt in coniugem: sic ipsi summi discipuli Christi ex Iudæis progeniti, facti sunt ministri conuersionis gentilium, & paranymphi fuerunt coniunctionis Christi atque Ecclesiæ ex gentilitate assumptæ. Amplius, sicut Samson ad desponsandum alienigenam transiens, occidit leonem sæuum in vineis: sic Christus per Apostolos ad gentilitatis conuersionem progrediens, vicit in via diabolum, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Inuenitq; in ore diaboli apum examen, i. multitudinem animarum ab illo spiritaliter deuoratarum, qui absorbet fluuium, nec miratur: cuius esca electa, dum sibi incorporat & deglutit animas superbenedictæ Trinitatis imagine insignitas. Has rapuit Christus ex ore diaboli, & fecit eas sibi cibum dulcissimum, quem sibi incorporauit, Deoque patri obtulit ei in-

1. Thes. 2.
1. Petr. 5.
Iob. 40.

ei inuiscerandum. Deindè sicut pater Samsonis fecit filio suo nuptiale conuiuium septem dierum, sic pater Christo per totum tẽpus euangelicę legis nuptias facit cum militanti ecclesia, iuxta illud in Euang. Matth. 22. simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Iterum, sicut Samson in illo conuiuio commensalibus suis problema proposuit: sic dominus Christus in Euangelio multas nobis proponit parabolas, quarum intellectum requirit à nobis: & si salubriter intellexerimus eas, largitur nobis pro præmio amictum virtutum & mentis munditiam: si quo minùs, rationem exquiret à nobis negligentiæ & insipientiæ nostræ. Sed sicut Philistæi intellectum problematis inuenire non valentes, rogabant Samsonis vxorem, vt precibus à suo extorqueret marito interpretationem problematis: ita & nos rogemus ecclesiam, id est, personas deuotas, quatenùs illuminationem & sapientiam salutarem orationibus suis ac meritis adipiscantur nobis à sponso cælesti. Prætereà, per hoc quod vxor Samsonis ei infidelis effecta est, & alteri nupsit, est figuratum, quod ecclesia in multis ad eam pertinentibus deserit sponsum supernum, & cadit, atque diaboli adultera redditur. Hinc saluator iratus, discedit à talibus. Et sicut Samson in Ascalone percussit 30. viros, quorum vestes tradidit expositoribus sui problematis: sic Christus sapientes seculi huius & recidiuantes condemnat, & sapientiam eorum naturalem, virtuosaque merita, quæ aliquando habuerunt, communicat & largitur suis electis, quoniam bona talia meritoria non deserit irremunerata. Moraliter studeamus & nos alienigenam ducere, id est, animas seculares & peccatrices conuertere, ac Christo vnire. Diabolum quoque leonem sæuissimum vincere enitamur, per humilitatem & charitatis feruorem, orationes & lachrymas, atq; per iugem cordis custodiam, incessabilemq́; profectum, Veruntamen nequaq̃ emolliamur blandimentis fœmineis, nec aliqua superemur carnali affectione, nec omni credamus spiritui, neque secreta nostra alicui incautè pandamus, imò nec ea quæ in secreto accepimus, infideliter referemus, cùm Eccl. 27. scriptum sit. Qui denudat arcana amici, perdit fidem. Et rursus ibidèm: Denudare amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. 1. Ioan. 4.

¶ *Expositio ca. 15. Post aliquantum autem temporis cùm dies triticeæ messis instarent.* Art. 26.

IMpugnatio Philistinorum à Samsone, modò describitur. [Post aliquãtum autem temporis cùm dies triticeæ messis instarent, venit Samson, inuisere] id est, visitare, [volẽs vxorem suam, & attulit ei hœdum de capris:] in quo patet quòd non erat immansiuus in ira, sed citò indulgens, quia post modicum tempus ad suam redijt coniugem, à qua tam grauiter fuit offensus, infideliterq́; tractatus: nec tantùm redijt, sed & munusculũ attulit ei, vt & ipsa placaretur, si fortè ex suo recessu fuisset offensa; Grauiter igitur peccant mariti, qui contra suas contorales tam leuiter indignantur, & diu ab illis se subtrahunt, ac difficulter placantur. [Cumq́; cubiculum eius solitò vellet intrare] maritali affectu, ne & illa ex sua ab eo absentia caderet. Propter quod non licet viro, à sua vxore immoderatè se absentare. [prohibuit eum pater illius,] putà vxoris, [dicens: Putaui quod odisses eam,] quia reliquisti eam ad tempus, & ipsa multùm offenderat te. [& ideo tradidi illã amico tuo:] iuxta sensum in pręcedentis expositi cap. introductum, sed hoc factum fuit nimìs citò. Et quãmuìs mora multo maior interuenisset, tamen primo marito ad coniugẽ redeunte, magìs spectat ad eum, & restituenda est ei, q̃ pertineat ad secundũ cùm vinculum matrimonij consummati, inter viuentes non soluatur. [Sed habet sororẽ quæ iunior & pulchrior illa est,] ideo amabilior videbatur. [sit tibi pro ea vxor.] Sed tale matrimoniũ modò non licet. [Cui rñdit Samson: Ab hac die non erit culpa in me contra Philistæos.] i. non peccabo, mala pœnæ infligendo Philistæis, quia ab hoc habeo causas iustas, cùm tam grauiter sim offensus ab eis, à quibus & vxor mea mihi iam est ablata. [Faciam em̃ vobis mala.] Itaque eos præauisauit, nec instar latronum sine ꝑcomminatione ipsos inuasit. ¶ Quod si quęratur, cur ob istas iniurias sibi à paucis Philistæis irrogatas, toti populo comminatus est ac intulit dãna? Rñdetur, quod diuino instinctu hoc fecit, qm̃ Philistæi erant in filios Israel generaliter rei, eratq; Samson diuinæ iustitiæ instrumentum ad punitionem illorũ. [Perrexitq́; & cepit 300. vulpes:] Samson iam fuit iudex populi Israel, sicut de eo Iacob prædixit: Dan iudicabit populũ suum, i. Samson natꝰ de stirpe Dan. Ideo habuit famulos & auxiliarios satis multos, quorum auxilio per retia atq; industrias cepit tot vulpes ibì abundãt. Et fortè angelico iuuabatur auxilio, quia in hoc ꝑordinatus & natꝰ fuit, vt affligeret Philistæos. [caudasq́; earum iunxit ad caudas,] hoc est, caudam vnius alligauit caudæ alteriꝰ per apta ligamina. Colligauit aũt duas vulpes ad inuicèm, [& faces ligauit in medio] i. inter quodlibet par vulpium sic colligatarũ, vnam ligauit facem, eam innectendo illi ligamini quo vulpes fuerãt colligatæ, quod ligamen fuit satìs ad hoc longum. [quas] faces [igne succẽdens, dimisit] vulpes, quas tenebat instar canum vinculatas in rure iuxta blada, [vt huc illucq; discurrerent.] Erantq́; faces illæ difficulter extinguibiles, & non incendebant vulpes. [Quæ statìm perrexerunt in segetes Philistinorum.] Vulpes quippe visis flammis, quæ erumpebant ex facibus, erant turbatæ ac territæ: nec more solito festinabant ad syluas, speluncas, latibula, nec promptè currere quibant: ideo introierunt loca eis vi-

Iudic. 14.

Genes. 49.

ciniora, videlicet segetes, in quibus fortè paulatìm cóburebantur & ipsæ. [Quibus] segetibus succensis] per faces ardentes, qm̄ segetes iam fuerunt maturæ & siccæ, [& comportata iã fruges] i. in agris collectæ, seu in aceruos grandes redactæ, [& adhuc stantes in stipula, concrematæ sunt intm̄, vt vineas quoq; & olivueta flamma consumeret] in diuersis campis, in quibus diuisim dimiserat vulpes per se & per auxiliarios suos. Non enim verisimile est, ꝙ solus hæc oĩa fecerit. [Dixerũtq; Philistijm: Quis fecit hanc rem? Quibus dictũ est] ab aliquo Hebręo aut Philistæo: [Samson gener Tamnathæi] i. maritus filiæ viri de Tamnatha, [quia tulit vxorem eius, & alteri tradidit, hæc operatus est. Ascenderuntq; Philistijm, & combusserunt tam mulierem quã patrem eius. Quibus ait Samson: Licet hæc feceritis,] i. fœminam illam & patrem eius cóbusseritis, inquantũ fuerunt occasio incendij rerum vestrarum, [tñ adhuc ex vobis expetam vltionem,] propter alias vestras iniquitates, quarum flagellum sum ex commissione diuina. [& tunc quiescam.] Qui eñ iratus est, dum se ad libitum vltus est, conquiescit & delectatur. Vndè & passiones irascibiles, dicuntur in passionibus concupiscibilib⁹ terminari. Hæc itaq; dixit eis p internunciũ, siue oretenus qbusdam illorum, in quo patet magnanimitas eius. [Percussitque eos ingenti plaga,] quæ non exprimitur hìc determinatè & qualiter facta sit, [ita vt stupétes] i. de tam inopinato euentu & miro effectu vehementer mirantes, p̃sertim ꝙ in vno viro tanta cósisteret fortitudo, & ꝙ Hebręi, qui eis fuerunt tot annis subiecti, talia perpetrarent. [Iurã femori imponerent] i. vnum crus superponerent alteri, vt moris est eis, q cura grãdi grauantur, atq; solicitè meditantur de his quæ eis acciderunt, aut futura verenĩ, quid ité in talibus sint acturi. Sic mœsti ponere solét maxillam super manum. Sura est tibia. Hinc 70. transtulerũt: Percussit Samson alienigenas ad tibiam super femur, i. tam mirabiliter, vt p̃ stupore tibiam vnius pedis super femur alterius ponerent, non illi qui iam erant percussi, sed alij. Sic Augustinus & Glossa exponunt. Porrò, vt Lyra refert, in Hebræo habetur: Percussit eos plaga magna tibiam super crus suum. Quod exponunt Hebręi de percussione peditum cum equitibus, qm̄ pedites in bello magìs innituntur tibijs, equites cruribus. Quidam hic scribit: Sura est posterior pars cruris, femur anterior: quod non videtur idoneè dictum, cùm sura sit tibia, & femur pars cruris posterior, Vndè & Abraham dixit: Pone manum tuam subter femur meum. Magister quoque in hi. Tibijs, inquit, incedimus, super femur sedemus. At verò, secundum Rabbi Paulum, ista est litera: Percussit eos sura sup femur plaga magna: quod secundum eũ, antiq Hebręorum exponũt, dicentes, ꝙ sine armis & adiũcto extrinseco percussit eos calcitrando, sicut homo cũ calcaneo suo cõiuncto suræ, percutit femur alterius: & si percussio est valida, cadit pcussus. Sicq; ad ostédendum eminentiam fortitudinis Samsonis, exprimitur modus iste pcutiendi extraneus atq; insolitus. [Et descendés, habitauit in spelunca petræ Etham.] Sic & Dauid fugiens Saulem, in speluncis & iuxta petras legiĩ habitasse. Veruntamé Samson non ex timore neq; vt fugiens, in spelunca illa moratus est, sed potiùs ex deuotione, vt Deo vacaret quietiùs, & ne occasione sui vrbs in qua esset, periclitaretur. [Igitur ascendentes Philistijm in terram Iuda,] i. in sortem tribus Iudæ, q̃ erat in vna extremitate terræ ꝓmissionis, & aduenientibus Philistæis primò occurrens, [castrametati sunt in loco, qui posteà vocatus est Lechi, i. maxillæ, vbi eorum fusus est exercitus. Dixeruntq; ad eos viri de tribu Iuda: Cur ascendistis aduersum nos?] quasi dicant, serui & tributarij vestri sumus, nec repugnare disponimus. [Qui responderunt: Vt ligemus Samsoné, venimus, & reddamus ei quæ in nos operatus est.] i. vt eum vinctum tradamus superioribus nostris, quatenùs debitè illudatur & occídatur. [Descenderunt ergo 3. millia virorũ de Iuda ad specũ silicis Etham,] s. ad p̃fatam speluncam. Dixerũtq; ad Sãson: Nescis ꝙ Philistijm imperent nobis? Quare ergo hoc facere voluisti?] q. d. Exposuisti nos oẽs periculo. [Quibus ille ait: Sicut fecerunt mihi, sic feci eis.] i. pro iniurijs mihi iniustè illatis intuli eis iustas vindictas, p̃sertim propter communé Israelitici populi liberationem, nec hoc fuit cótra illud Prouer. 20. Ne dicas, reddã malum pro malo: quia ꝓ malo culpæ, non est malum culpæ retribuendum. Interdum tñ malum pœnæ est reddendum pro malo culpæ, vt seruetur decor iustitiæ, p̃sertim ꝓ conseruatióe reip. [Ligare, inquiũt, te venimus & tradere in manus Philistinorum. [Hoc facere voluerunt viri Iuda timore Philistinorum, à qbus viderunt se & totum populũ Israel impugnandũ, nisi traderent Samsoné in manus eorum. [Quibus Samson: Iurate, inqt, & spondete mihi, ꝙ non me occídatis,] si me ligari permisero. Samson sciuit quod non possent eum inuitũ ligare, nec volebat eis resistere, quia non voluit lędere eos: ideo se ligari permisit, tamé sub hac conditione. Maluit quoq; permittere ꝙ ligaretur, q̃ quod filij Iuda & aliæ tribus Israel à Philistæis infestarentur. Deniq; petijt certificari de hoc, quod non occíderetur, non solùm iuramento, sed etiam ꝓmissione, q interdũ fortiùs ligat q̃ iuramẽtũ. [Qui dixerunt: Non te occídem⁹,] & hoc iurauerunt ac ꝓmiserunt, [sed vinctũ trademus. Ligaueruntq; eũ duob⁹ nouis funib⁹,] q solent esse fortiores, [& tulerũt eum de petra Etham. Qui cùm venissent ad locum Maxillæ,] Quod nomen loco illi impositũ est ab euentu, q paulò pòst recitatur, [& Philistijm vociferantes] præ gaudio, quasi iam certi de hostis sui captiuitate & morte, [occurrissent ei] qué viri Iuda

Aug. lib. iu. quæst. 55.
Gene. 28.
Pet. Cõ. hi. li. iu. ca. 17.
R. Paulus
2. Re. 22. 24

da trahebant vt reum & furem,irruit in eum spūs dñ:]à Deo motus & confortatus est ad faciẽ
dum q̃ subiunguntur.[Et sicut solent ad odorẽ ignis]i.ex impressiõe caloris,[ligna consumi, * ardorem
ita vincula qbus ligatus erat,dissipata sunt & soluta.]i, tam celeriter ac faciliter dissipauit & ru
pit ea.[inuentamq; maxillam,i.mandibulam asini,quæ iacebat,arripiens,interfecit in ea mil-
le viros.]quod satis mirabile fuit,ꝙ inter tot concussiones mansit illæsus ac viuꝰ,cùm esset in-
ermis,Hoc quoq; mirabile,quod tantꝰ pugnator,sciens se tot tamq; acerrimos hostes habere,
non habuit gladiũ secũ,nec aliquã armaturam,sed de sua fortitudine & Dei auxilio satis secu-
rus fuit.Imaginor aũt,ꝙ visis Philistęis,mox impetuosissimè cucurrit in eos,atq; tam velocissi
mè vnum sup alium trusit ac plurimos simul ꝓstrauit.Et oẽs sic perturbauit,ꝙ nullus illorũ po
terat eum accedere ad nocendum.[& ait:In maxilla asini]i.cum maxilla,tanquã per instrumẽ-
tũ,[in mandibula pulli asinarum]hoc est,iuuenis asini ex asinabꝰ nati,[deleui eos,]i.Philistæ-
os occidi,[& percussi mille viros]de exercitu Philistæorũ. Alij aũt fugerũt (secundũ Iosephũ) Iose.lib.6.
ex timore.[Cumq; hęc canens verba complesset,]Cecinit eñ canticũ istud,gratias agens Deo an.iu.ca.18
de tam miro triũpho,atq;(vt in Scholast.fertur hist.)metricè cecinit ista.34Ättereà aliqui quæ- Pet.Co.hi.
runt,an totum canticũ istud Samsonis descriptũ sit.Estq; ꝓbabile,quod non,qa nũc dictũ ẽst: li.Iud.ca.18
Cumq; hæc canens verba cõplesset,q.d. omnia verba illius carminis non describuntur hoc lo-
co:[proiecit mãdibulã de manu,]vsu eius cõpleto.[& vocauit nomẽ loci illiꝰ,Ramathlechi:]
ꝙ quid significet,author exponit,addens:[quod interpretatur eleuatio maxillæ.]decuit quip
pe,locum,in quo tam mirabile contigit opus,ab eodem opere nomẽ nouum sortiri,ad perpe-
tuã rei memoriam,Deiq; laudẽ.[Sitiensq; valdè,]Nam fortiter laborauit. Dicunt tñ Hebræi,
ꝙ sitis illa fuit pœna peccati,qa(vt dicunt)dedit sibi gloriam,& non Deo. Quod non videtur, Exod.15.
ꝙ iam dictũ est,ꝙ gratias agens Deo,cecinit canticum,sicut & Moses Pharaone submerso, Del Iudic.5.
bora quoq, & Barach adepta victoria.Fuit aũt naturale post tñ conflictum sitire.Deniq; bñfi-
cium Dei recognoscens, deuotè orauit, [clamauit ad dñm,& ait:Tu dedisti in manu serui tuĩ
salutem hanc maximam,i.valde mirabilẽ,[& en siti morior,]i.morti propinquo,statimq; mo-
riar,nisi subuenias,[incidamq; in manꝰ incircuncisorũ.]i.Philistinorum,q me siti languentem
faciliter capere possent.[Aperuit itaq; dñs molarem dentem in maxilla asini,& egressæ sunt ex
eo aq̃]sicut & aqua exiuit de petra pcussa Mosis virga.Et videtur,ꝙ aquæ per creationem exie Num.20.
rint indè,cùm nil dentis aut petræ videatur versum in aquas illas.[Ideo appellatum est nomẽ
loci illius,fons inuocantis de maxilla,vsq; in ꝓsentẽ diẽ.]quia de maxilla illa quasi de fonte, a-
qua manauit ad inuocationem Sãsonis.Sicq; locus ille videtur nomina duo sortitus, videlicet Pet. Co.hi.
istud,& ꝑcedens ꝓpter duo miracula ibi facta. Vel (vt in historijs ait magister) mutato priore lib.Iu.ca.18
nomine,nomẽ istud impositum est loco illi. [Iudicauitq; Israel in diebus Philistijm 20.annis.]

De sensu eiusdem cap.15.mystico. Articulus 27.

QVemadmodùm Samson post aliquantum tẽporis redijt suam inuisere vxorem,afferẽs ei hœdum:sic dñs & saluator ad tempus solet suæ irasci ecclesiæ seu animæ peccatrici propter ipsius peccata:sed cùm iratus fuerit,misericordię recordatur.Et sæpè ꝑuenit gratiosè atq; pijssime visitat,quam iustè reliquerat.Sicq; nonnũquã suam reformat ecclesiam seu animã recidiuantẽ,nec vacuus redit,sed hœdũ adducit,qñ corporis sui exhibet sacramentũ,sed & spũalia alimenta. ¶Insupèr,sicut Samsonem solitò ingredi cupientẽ cubiculũ suæ vxoris,prohibuit pater cõiugis,dicens:Tradidi eam alteri viro:Sic Christum thalamum cordis suorum fideli um volentem intrare,spũalesq; nuptias exercere,frequenter impedire nituntur carnales propinq,amici ac dæmones,asserentes,ꝙ ipsos fideles oporteat carnalibus nuptijs tradi:sicq; animas Christo in fonte babtismatis,deindè in sacramento pœnitentiæ consecratas,auertunt ab ipso,& tradunt dæmonijs constuprandas.Quibus animarum deceptoribus Christus vehemẽter irascitur,comminatur,infernalesq; vulpes collinatas fœdere societatis nequissimę,& faces cupiditatis,iræ,cõcupiscentiæ,malignitatis secum ferentes in caudis suis,in talium deceptorũ segetes,hoc est,actiones ac studia permittit discurrere,ad tentandum ac superandum eosdem. Qui & vincuntur,& quicquid aliquando boni egerunt,amittunt,corruendo in vitia. Tunc iniqui grauiùs excæcati,efficiuntur instar Philistinorum Christo magìs rebelles, & eum in suis membris persequuntur.Plurimosq; secum implicare peccatis nituntur,in tñ, quod etiam viri Iuda,hoc est,qui spũales esse videntur,vt quidam religiosi & sacerdotes ac clerici, per reprobam vitam opponant se Christo, dicentes ei in suis ministris, à quibus admonentur & increpantur:[Nescis quia Philistijm imperent nobis?] i. ꝙ secularibus vanitatibus,vitijsq;carnalibus ac dæmonum tentamentis victi ac subditi sumus,ita quod frustrà corripimur,qa percussimus fœdus cum morte,& cum inferno fecimus pactum.Hæc planè,etsi non sermone, tamẽ opere dicunt. Esaiæ 28. ¶Insupèr sicut Samson propter filiorum Israel salutem se permisit ligari,ita & filius Dei:Quemadmodũ etiam Samson mandibula asini mille viros percussit,sic Christus per lilignum crucis vniuersos suos hostes,q millenario designant,ꝓstrauit:Et sicut Sãson fatigatus sitiuit vsq; ad mortem,sic dñs Iesus in cruce loquutus est,Sitio.Etenĩ corporaliter vehemẽtissimè Ioan.19.

simè sitiebat, sed siti maiori nostram affectauit salutem. ¶Porrò, per dentem molarē, ex quo fluxit Samsoni riuulus aquæ, intelligitur cornu crucis, quæ animam Christi refecit: quoniam ex cõsideratione fructus suæ passionis, quã tulit in cruce, refocillabatur cor eius. Sic ergo & nos quacunque tribulatione, tẽtatione, labore afflicti aut lassati fuerimus, cũ omni spe clamemus ad dñm, qui hortatur: Venite ad me oẽs, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Qui & Apocal. vlt. protestatur; Qui sitit, veniat: & qui vult, bibat aquam vitæ gratis. Caueamus indesinenter, ne quempiam impediamus ab ingressu Christi in animam eius, à deuotione interna, à spiritali profectu aut religionis ingressu. Non simus Christo rebelles, & iugiter euitemus, ne Philistijm imperẽt nobis. Nempe omnis qui peccat, seruus est peccati, & iniqui sunt serui corruptionis. Absit vt aliquis nostrûm instar virorum Iuda cooperetur Philistæis aduersus Samsonem, hoc est, nemo cooperetur dæmonibus aut etiam vanis & vitiosis hominibus ad seducendum aut perturbandũ & scandalizandum animas Christi sanguine liberatas. Etenim væ homini per quem scandalũ venit. Et Apostolus monet: Ne ponatis offendiculum fratri aut scandalum. Et rursus: Quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus.

Matth. 11. Apoc. 22. Ioan 8. 2. Pet. 2. Matt. 18. Rom 14. Ibidem

¶ *Expositio literalis cap. 16. Abijt quoque in Gazam, & vidit ibi mulierem.*

Articulus 28.

CONflictus Samsonis cõtra aduersarios suos vsque ad mortẽ ipsius, hîc scribitur. [Abijt quoque in Gazam,] quæ fuit vna quinque principalium vrbium Philistinorum. Quo constat quod eos non formidauit, nec Gazenses audebant eum inuadere, etiam in propria vrbe. [& vidit ibì mulierem *meretricem, ingressusque est ad eam.] Si introiuit ad eam ad fornicandum, peccauit mortaliter. Ex quo elicitur, quod non fuit sanctificatus in vtero: quia sic sanctificati, dicuntur posteà mortaliter non peccare. Hebræi tamen (vt fertur) legunt, mulierem hospitatricem, quia dictio hebræa vtrunque designat. Circa quod scribit quidam: Propter hoc non inuaserũt eũ Philistæi ibì, videlicet in hospitio: quia secundũ legem terræ, debet homo in hospitio securitatem habere. Quod non videtur idoneè dictum, quoniam rei, præsertim publici hostes totius communitatis, securitatem non habet in suorum hospitijs æmulorum. Philistæi autem reputabant Samsonem suæ reipub. maximum hostem, imò talibus aduersarijs prohibetur ingressus in terram quam vastant. [Quod cùm audissent Philistijm, & percrebuisset apud eos, intrasse vrbem Samson, circundederũt eum.] Hoc intelligi potest, quod ciues Gazæi circundederunt domum, in qua Samson erat: vel quod alij quoque Philistæi circundederunt vrbem illam, ne per aliquam eius partem euaderet. [positis in porta ciuitatis custodibus:] in ea s. porta, per quam fuerat exiturus: vel singulare ponitur pro plurali, vt sit sensus, quod in singulis portis vrbis illius posuerunt viros armatos ad obseruandum eius egressum. [Et ibi tota nocte cum silentio prestolantes, vt facto manè exeuntem] de domo mulieris, vel de porta ciuitatis, occiderent] in altero horum locorum. Sed quó prestolabantur in porta tota nocte, cùm subiungatur: [Dormiuit autem Samson vsque ad noctis mediũ?] Dici potest, quod per synecdochen hoc dicatur. Porrò, an tam diu verè dormiuit, an potiùs tam diu dormisse dicatur, qui tam diu iacuit cum fœmina illa, iuxta communem modum loquendi, ignoro, [Et indè consurgens, apprehendit ambas portæ fores] i. ianuas [cum postibus suis & sera, impositasque humeris suis, portauit ad verticem montis qui respicit Hebron.] Vndè percepisse videtur se esse obsessum. Quare Philistæi hoc cernẽtes, eum inuaserunt? An sopor vel timor eos inuasit? vel si resistere & eum inuadere nitebãtur, mox eos abiecit ac repulit. Denique si peccauit cum fœmina illa, mirum quod Deus in illo articulo dedit & conseruauit in eo fortitudinem tantã, in quo mira Dei misericordia commendatur. Vndè & videri alicui potest, quod fortitudo illa fuit in eo habitualiter, quamdiu legem Nazaræorum seruauit. Aliqui verò dicunt, quod non aderat ei semper siue ad libitum, sed interdum secundũ quod expediebat secundum dispositionem diuinã. [Post hæc amauit mulierem quæ habitauit in valle Sorech:] Est autem Sorech, genus aut locus vitis. [& vocabatur Dalila.] Scriptura non docet, an mulier ista fuit de stirpe Philistinorum an Hebræorum: nec etiam exprimit, an duxit eam vxorem. Et puto quod sumpsit eam in coniugem, quoniam multo tẽpore seditcum ea, ne videatur tãto tempore in fornicatione sedisse. Videtur quoque quod fuerit Philistæa, quoniam satrapæ Philistinorum tam confidenter accesserunt ad eam, vt deciperet virum suum, & ipsa tam citò acquieuit eisdem, tamque infatigabiliter laborauit pro hoc. [Veneruntque ad eam principes Philistinorum atque dixerunt: Decipe eum, & disce ab illo in quo habeat tãtam fortitudinẽ, & quomodo eum superare valeamus, & vinctum affligere. Quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & cẽtum argenteos. Loquuta est ergo Dalila ad Samson: Dic mihi obsecro, in quo sit tua maxima fortitudo:] i. in quo consistat, & ex qua causa dependeat. [& quid sit in quo ligatus, erumpere nequeas? Cui respondit Samson] in dolo, vel fortè ironicè, non assertiuè, & sic excusaretur à culpa mendacij, Infrà tñ Dalila ei imponit quod mentitus sit ei. Quod si ita est, mendacium illud iocosum, nõ perniciosum. [Si septẽ neruiceis funibus,] hoc est, de neruis formatis, [necdũ siccis, & adhuc humentibus,] quæ difficiliùs dirũpũtur, [ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri hoĩes.]

Heb *cauponam,

Qui

Qui licèt essent robusti in suo gñe,tamẽ respectu Samsonis erant infirmi, propter ꝙ cæteri homines videbantur ei infirmi. [Attuleruntq; ad eam satrapæ Philistinorum septẽ funes, vt dixerat.] Nam Dalila statim insinuauit eis verba Samsonis. [qbus] funibus [vinxit eum] hoc pmittentem.in Scholast. habetur hist. dormientem & inebriato Samsone. [latentibus apud se insidijs,] s. Satrapis illis,& eorum familijs,qui & occultè venerunt,[& in cubiculo finem rei expectantibus.] an s. Samson rumperet vincula illa,an non. Et erant Satrapæ in aliquo loco cubiculi satis secreto. [Clamauitq; ad eum, Philistijm super te Samson. i. Philistæi super te irruunt. [Qui rupit vincula,quó si rumpat quis filium factum de stuppa tortum sputamine,cùm odorem ignis acceperit.] Nam fœminæ nendo miscent aliquid saliuæ seu sputi, vt materia quæ filatur, magis cohæreat. [Et non est cognitum in quo esset fortitudo eius.] ¶ Deniq; visa seu cognita vinculorũ illorũ diruptione tã mirè facilima, Philistæi clàm abierunt. [Dixitq; Dalila ad eũ: Eccè illusisti mihi, & falsum locutus es. saltem nunc indica mihi, quo ligari debeas:] ita vt erumpere nequeas. [Cui ille respondit: Si ligatus fuero septem nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero & aliorum hominum similis] in debilitate, quibus per fortitudinem dissimilis sum. [Quibus rursum vinxit eum Dalila, & clamauit: Philistijm super te Samson, in cubiculo insidijs præparatis.] iuxta expositionem prętactam. Nam Dalila iterum insinuauerat Philistæis responsum Samsonis. Quo cognito, venerunt cum funibus nouis. Qui rupit vincula q̃si fila telarum.] in quo patet admirabilis fortitudo ipsius. [Dixitq; Dalila rursum ad eũ: Vsquequò decipis me,& falsum loqueris? Ostende quo vinciri debeas. Cui respondit Samson: Si (inquit) septem crines capitis mei cum licio plexueris,] hoc est, composueris, [& clauum his] crinibus [circunligatum terræ fixeris, infirmus ero. Quòd cum fecisset Dalila, dixit ad eum: Philistijm super te Samson: Qui consurgẽs de somno,] Vndè videtur quod ipsa hoc fecit dormienti Samsoni, qui habuit longissimos pilos, videlicet nunq̃ rasos. [extraxit clauum crinibus & licio. Dixitq; Dalila: Quõ dicis ꝙ amas me, cùm animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & noluisti dicere, in quo sit maxima fortitudo tua.] Q.d. Signum est quod non dicis hoc verè, quia secreta tua abscondis à me, & mentiendo contristas atq; illudis me, cùm tñ ego ex amore ꝑcipuo cupiam tua scire occulta, cùm amicorum sit ꝓprium, desiderare cognoscere & mutuò sua communicare secreta. [Cumq; molesta ei esset,& per multos dies iugiter adhæreret, spatium ad quietem non tribuens,] i. eum dormire nõ sinens, [defecit anima eius, & ad mortem vsq; lassata est:] nec tñ vi aut timore compescuit improbã illam, quia sensualiter nimìs afficiebatur ad ipsam. [Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam: Ferrum nunq̃ ascendit super caput meum.] i. crines capitis mei nunquã abrasi siue abscisi sunt, [quia Nazaræus, i. consecratus domino sum de vtero matris meæ. Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea.] quantum ad excellentiam suam, propter transgressionem præcepti Nazaræis dati de hoc quod non radantur. [& deficiam, eroq; sicut cæteri homines. Vidensq; illa.] i. considerans, [quod cõfessus ei esset omnem animum suum,] i. totum cor suum de ista materia. Hoc nanque ex modo loquendi Samsonis perpendit, quia cum multa grauitate & reuerentia Dei hæc protulit. Et vidit eum infra longũ temp' non rasum, [misit ad principes Philistinorum ac mandauit: Ascẽdite adhuc semel,] Iam enĩ tribus vicibus ascenderant. [quia nunc mihi aperuit cor suum. Qui ascenderunt, assumpta pecunia quam promiserant. At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput.] & fortè inebriauerat eũ. [Vocauitq; tonsorem,] quem iam ante fecit in domo adesse, [& rasit septẽ crines] i. vniuersos pilos capitis [eius.] quia septem, est numerus vniuersitatis. Vel septem duntaxat. Aptiùs tamen p septẽ crines, intelligunt septẽ collectiones pilorum ipsius. Vndè (vt fert) in Hebręo habetur, septem floccellos. Sicq; abrasit totam eius cęsariem p septem floccellos discriminatam seu disgregatam. Nam & infrà habetur. Iamq; capilli eius renasci cœperunt. Vndè apparet ꝙ non septem tm̃ pili erant abscisi. [Et cœpit abigere eũ, & à se repellere. Statimq; ab eo fortitudo discessit. Dixitq; Philistijm super te Samson. Qui de somno consurgens, dixit in animo suo: Egrediar, sicut antè feci, & me excutiam.] Dicũt aliqui, quod Dalila rasum Samsonem in somno etiam ligauit, ad experiendum ꝓ certo, an adbuc vincula rumpere posset, Sicq; sensus est: Excutiã me de vinculis. Sed quia ipsa iam pro certo cognouerat, quod rasus fortitudinem perderet, nec in sinu suo quiescentem videtur potuisse multùm ligare, potest ita exponi: Excutiã me de irruentib' in me, si venerint. [nesciens ꝙ recessisset ab eo dñs. Quem cùm appręhendissent Philistijm, statim eruerunt oculos eius.] ne ampliùs noceret, aut resistere posset, sed ꝓ libitu suo ei illuderent, & longam infligerent mortem. [Et duxerunt Gazam vinctum catenis,] qui funes totiès ruperat, [& clausum in carcere,] priùs tamen circunduxerant eum per terram, secundum Magistrum in historijs, [molere fecerunt,] opera dura atque seruilia ei iniungendo. Dicunt tamen quidam Hebræi, quòd coegerunt eum cum mulieribus Philistęis fortibus commisceri, vt ex eius semine fortem acquirerent sobolẽ. Quod non videtur multùm probabile, quia extimuissent, quod soboles illa faueret Hebræis. Nam filij ad propinquos patris magìs affici solent. Ideo reor, ꝙ si Samson habuisset filios ex fœminis

Pet. Com. hist. lib. iu. cap. 19. 20.

Ezech. 44.

Phi-

Philistæis quas habuit, Philistęi illos occidissent, si affuisset facultas. [Iamque capili eius renasci cœperant,] non tñ ex hoc accreuit ei pristina fortitudo, vt aliqui pueriliter imaginãtur, & infra patebit. [Et principes Philistinorum conuenerunt] cum alijs multis [in vnum, vt immolarent hostias magnificas Dagon deo suo,] falso & ficto, [& epularentur,] asscribentes deo suo compræhensionem Samsonis, [dicentes: Tradidit deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. Quod etiam populus videns, laudabat deum suum, eademque dicebat.] Quæ vero Deo permittente, imò & volente, facta sunt propter peccatum Samsonis, vt purgaretur in vita hac. Non enim debuit sua secreta coniugi perfidæ reuelare: nec excusatur, quamuis eo ignorante fuerat rasus, quia ad hoc culpabilem præbuerat occasioné, [Lætantesq́ per conuiuia, sumptis iam epulis, præceperunt, vt vocaretur Samson,] hoc est, adduceretur, [& ante eos luderet:] i. suo cæco incessu & incerto progressu exhiberet eis iocum & risum. [Qui eductꝰ de carcere, ludebant ante eos. Feceruntq́; eum stare inter duas colũnas. Qui dixit puero regenti gressus suos: Dimitte me vt tangã columnas, quibus omnis imminet domus, & recliner super eas, & paululùm requiescã. Domus aũt erat plena virorũ ac mulierum. Et erant ibi omnes principes Philistinorum, ac de tecto & solario circiter tria millia vtriusq; sexus, spectantes ludentem Samson. At ille inuocato domino,] dominũ inuocando ex totis ꝑcordijs, [ait: Domine Deus, memento mei, &] pro idest: Vel, memento mei, mihi ignoscendo, atq; ad limbũ patrum meam animã perducendo. [redde mihi nunc pristinam meam fortitudinè,] Per quod constat, quod ex capillorũ crescentia non accreuit ei pristinum robur. [Deus meus, vt vlciscar me de hostibꝰ meis. Et pro amissione duorum luminum,] i. amborum oculorum meorum, in quorum pupilla lumen extiterat visuale, [vnam vltionem recipiam.] Zelo iustitiæ hæc ornauit, præsertim qm̃ de superstitiosis sacrificijs atq; blasphemijs Philistinorum tabescebat cor eius, & quia prærordinatus ac natus fuit ad reprimendã Philistinorum impietatem. [Et appræhendens ambas columnas, quibus innitebatur domus,] & erat templum seu phanum Dagon, secundum Isidorum, scholasticamq́; historiam. [alteramq́; earum dextera, & alteram læua tenens, ait: Moriatur aĩa mea cum Philistijm] i. ego ipse seu vita mea animalis cum ipsis extinguatur. Attamẽ sui ipsius extinctionem nõ intendebat directè, sed concomitanter, quia nequibat euadere, morientibus illis. [Concussisq́; fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes & cęteram multitudinem quæ ibi erat.] Secundum Agustinum, Deus per Samsonem fecit illud miraculum, quia supernaturaliter reddidit ei fortitudinem pristinam, ideo ex diuino instinctu fecit hæc Samson. Vndè & excusatur, quod ita occidit seipsum, imò & commendatur, quod pro communi bono populi sui, ita seipsum morti exposuit, vt interficeret oppressores populi Dei. Pœnituit quoq; de culpis suis, & illa mors fuit ei purgatio, & fortè quoddam martyrium. [Multoq; plures interfecit moriens,] i. hora qua sibi & alijs causam illius mortis procurauit, [quam antè viuus occiderat.] Nam præter satrapas & conuiuas occidit ibi tria millia plebis, ex tecto atq; solario ipsum ludentem spectantis ac irridentis. Vel ideo dicitur moriens multo plures interfecisse, qm̃ omnes principes & nobiliores terræ erant ibi oppressi, quorum pauci plùs reputantur quam multi vulgarium. [Descendentes autem fratres eius & vniuersa cognatio, tulerunt corpus eius, & sepelierunt inter Saraa & Esthaol in sepulchro patris sui Manuæ, indicauitq́; Israel 20. annis.] Ideo satis iuuenis obijsse videtur. Siquidem in adolescenti sua cœpit Philistæos affligere. At ex tunc cœpit filios Israel (vt creditur) iudicare.

Isodorus Pet. Co. hi. lib. Iud. 19. 20.

August lib. Iudic. q. 16.

¶ Spiritualis expositio eiusdem 16. cap. Art. 29.

Grego. homil. 21.

ABbijt quoq; in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricẽ.] Per Gazam (secundũ Gregoriũ in Homilia) designatur infernus, quẽ Christus passione finita ingressus est, quantũ ad animam suã, i. in limbum patrum, in quo fuerunt animæ, quæ aliqñ peccatrices fuerunt in seculo, & quo ad hoc, ꝑ mulierem meretricem signantur. Porrò quoad corpus suum, iacuit & dormiuit in monumento, quasi in domo meretricis, i. carnis infectę & corruptæ, non ꝙ corpus Chři fuirit tale, sed quia in monumentis non nisi huiusmodi corpora consueuerũt reponi. Per Philistæos significãtur dęmones, perfidiq; Iudæi, qui Christum in sepulchro gloriabãtur esse conclusum, & illic adhibuerũt custodes, vt Christum in corde credentium seu crediturorũ omniò extinguerent, quatenùs nec memoria remaneret ipsius, iuxta illud Hiere. 11. Eradamus eũ de terra viuentiũ, & nomen eius nõ memoretur ampliùs. Veruntñ sicut Samson media nocte surgẽs à somno, remouit & secum tulit portas Gazæ ad superciliũ mõtis: sic Saluator vel media nocte vel valdè manè surgẽs à mortuis, exiuit infernum, conterens portas æreas, atq; de clauso exiuit sepulchro, & eos qui erant in limbo, constituit in loco excelso. Prętereà per Gazam intelligi potest terra vniuersa idololatrarum, quam Christus per apostolorum & aliorum prędicationem discipulorũ intrauit, in qua vidit mulierem meretricem, i. gentilitatẽ idololatriæ deditam, ad quam gratiosè diuertit, meretricem illam cõuertit, & de ea effecit deuotissimã summi Dei cultricem atq; charissimam suam sponsam. Quo cognito, Philistęi, vtpotè principes, reges, imperatores infideles cũ perfidis satellitibus suis perseq, oblidere, occidere nisi sunt Christum in suis

mem

membris,& fidē ac legē ipsius prorsus auferre de terra:sed ipse omnē ipsorū resistentiam euacuauit,& faciem orbis terræ impleuit semine verbi cælestis,multitudine quodq; credētiū. Am- Hiere.33.
pliùs,per Dalilam à Samsone amatā,sed versutam,mendosam & infidelissimam ei,intelligitur synagoga,ad cuius redemptionem primò ac specialiter Christus descēdit. Hęc synagoga diu versutè ac multipliciter dn̄m Iesum tētauit,& q̄lis esset ipsius potestas,explorauit: Dic,inquiēs,nobis,in qua potestate hęc facis? Et sicut Samson permisit se ligari,& tn̄ euasit:ita vnigenit⁹ patris Luc.20. Lucæ 4.
qn̄q; permisit se à Iudæis incredulis cōpræhendi,& tn̄ transiens,per medium ipsorū ibat,eorū elabens manus. Quemadmodū demū Samson tandem captus,excæcatus,ligatus, & incarceratus est:sic Saluator tēpore prędisposito infirmitatē ostendit,cœpitq; contristari,pauere & tędere. Moxq; irruerunt in eum Philistijm,& cōpræhendentes ligauerūt,eiusq; oculos velauerunt, & in domo Caiphæ quasi in carcere tenuerunt captū vsq; manè:deindè mane facto, duxerunt eū in suum conciliū,& irriserunt. ❡Deniq; ipsum persequendo,meruerunt occídi,disperdi & condēnari ab eo,sicut Esa.63.p̄dixit: Calcaui eos in furore meo,& conculcaui eos in ira mea. Quemadmodùm etiam Samson orauit sibi restitui pristinam fortitudinē suam,sic Chr̄us passione instāte,cū clamore valido,lachrymisq; orauit,& pro sua resuscitatiōe,ac amissæ ad horam fortitudinis reparatione p̄catus est: Pater,inquiēs,clarifica filiū tuum. Per hoc verò, ꝙ Samson phanum Philistæorum mira euertit virtute, & eius simul oppressit cultores:qd aliud figuratū est,nisi quod Chr̄us per suos fideles vbiq, terrarum idolorū diruit tēpla,& pertinaces in idololatria dissipauit? Rursus,sicut Samson vnam expetijt vltionē pro duobus sibi ablatis luminib⁹:sic dn̄s & saluator ex zelo iustitiæ per Esa.63. loqutus est, Dies vltionis in corde meo,annus retributionis meæ venit. Postremò,per honestā sepulturam Samsonis à suis cognatis,præfigurata cognoscitū venerabilissima saluatoris sepultura à suis discipulis. ❡Moraliter docet nos ista historia,mulierū blandimenta,fallaciasq; vitare,de proprijs viribus nunquam præsumere vincula vitiorū effugere,concessa quoq; gratiæ dona diligentissimè custodire. Etem̄ sicut Philistijm captum Samsonem mox excæcauerunt,sic animam tentationi succumbentē, dæmones protinùs omnino excęcare nituntū,quatenus excæcatam,statim quocūq; voluerint,trahant,illudant,contaminent:maximè verò moliuntū viros perfectos & religiosos,per Samsonem expressos,deijcere & cęcare. Quod si facere p̄ualuerint,p̄cipuè gloriātur,& locum ac ludum suum de ipsis efficiunt,iuxta illud Psal.52. Qui tribulant me,exultabūt si motus fuero. Ideo super nostram stemus custodiam,sintq; oculi nostri semper ad dn̄m. Et si quod absit,contigerit nos per peccata & diabolica tentamenta cęcari,clamemus cum Samsone cū omni constantia & feruore ad dn̄m. vt nos rursus illuminare ac confortare dignetur,quatenùs de inuisibilibus hostib⁹ nostris valeamus nos vindicare,tanto ardentius ac indesinenti⁹ insistendo vniuersarum incrementis virtutum. Atq; de cæterò cautiores perseueremus, magisq; timorati,humiles & circūspecti in omnibus,vt cadant à latere nostro mille,& decem millia à dextris nostris,

Ioan.18. Marc.14. Matt.26. Ioan.18. Luc.22. Heb.5. Ioan.17. Abac.2. Psal.24. Psal.90.

❡*Elucidatio Cap. 17. Fuit eodem tempore vir quidam de monte Ephraim,nomine Michas.*

Articulus 30.

Consequēter describuntur tres casus,qui tempore Iudicum aut circiter contigerunt. Primus est,de idolo Michę,qui in isto ac sequēti recitatur cap. Quo aūt tēpore casus iste acciderit,infrà tāgetur. [Fuitq; eo tempore] Non quo Samson p̄fuit,de quo in fine p̄cedentis ca. dictum est,sed quo iudices præerant,loquendo de tēpore illo indeterminatè. [vir quidam de monte Ephraim,nomine Michas,] q extitit Ephratæus, [q dixit matri suæ: Mille centū argenteos quos separaueras] tibi,i. seorsum posueras quasi pro tua salute,de putādo illos pro idoli formatione,& alijs ad idololatriā requisitis, [& super quibus me audiente iuraueras:] i. cum iuramento asseruisti,ꝙ ex eis faceres idolū fabricari: [Eccè ego habeo,& apud me sunt:] Q.d In bona custodia sunt, atq;(vt aliqui dicunt) Michas ad tēpus eos occultè subtraxerat matri suæ,volens eos in alium expēdere vsum. Nunc aūt ex causa restituit eos matri suæ, quia de pecunię amissione vidit eam multū afflictam,& conturbatam,imò & subtractori maledicentem. [Cui illa respōdit: Benedictus filius meus dn̄o.] Michas iste & mater eius fuerunt idololatræ: idcircò secundū expositores,in tota historia ista tam ipse quàm mater eius,per Deum & dn̄m intelligunt falsum deum suū seu idolum. Est itaq; sensus, Ad honorem dei quē colo,sit filius meus benedictus. [Reddidit ergo eos matri suæ,] i. Michas pręfatam pecuniam matri suæ restituit, [quę dixerat ei] videlicet filio suo: [Consecraui & voui argētum hoc dn̄o:] i. deo quem colo,vt ad eius honorem fiat ex isto argento simulacrum. Ideo subditur: [vt de manu mea suscipiat filius meus] i. secundum hanc formam iuraui & voui facere idolum ex ista pecunia, ꝙ ego dabo pecuniam illā in manū filij mei,quatenus ipse faciat indè fieri ꝙ promisi. Vndè subiungitur. [& faciat] per manus artificis [sculptile atque conflatile.] Ex hoc verbo aliquibus visum est,quod facta sint indè idola duo: vnum p sculpturam & tunsionem,aliud per conflationē seu fusionē. Alij ducunt,ꝙ fuit vnum dūtaxat,ꝙ primo conflatum est, deindè per sculpturam politum,quod veriùs reor: quoniam in seqenēti cap. legitur,quod filij Dan posuerunt in Iudic.16. Iudic.18.

Lais idolū Michæ. In Psal. quoq; 105. habetur de filiis Israël: Fecerunt vitulū in Oreb, & adora-
Exod. 32. uerūt sculptile. Vbi per sculptile intelligitur vitulus aureꝰ, q fuit primò cōflatus, deindè & scul
ptus. [Et nunc trado illud tibi,] id est, argētum prædictum tibi filio meo assigno, sicut ꝓmisi.
[Reddidit ergo eos matri suæ,] i. Michas eandem pecuniam mox restituit matri suę, iam voto
matris partim cōpleto, vt ipsa vlteriùs exeqretur proprium votū, habens in hoc consensum fi-
lij sui. [Quæ tulit ducentos argenteos, & dedit eos argētario,] i. artifici ex argēto fabricāti, [vt
faceret ex eis sculptile atq; conflatile.] de residuo verò illius pecuniæ, facta sunt cætera ad ido
lolatriā illam spectantia. [Quod] idolū post suam formationem [fuit in domo Michæ] ad tem
pus, vt infrà habetur. [Qui ędiculam quoq; in ea deo separauit] i. paruā ædem seu camerulam
pulchrā in domo sua seorsum aptauit idolo illi, quasi oratoriū quoddā. [& fecit ephod ac the-
raphim:] quod translator exponit, addens de suo, [id est, vestem sacerdotalē & idola] Ephod
qppe vocatur superhumerale, quo nomine & alia sacerdotalia vestiméta possunt intelligi. Sed
quō nūc pluraliter dicitur, idola, cū dictum sit, ꝙ fuerit idolum vnum? imò sequenti cap. fit mē
tio de idolis & de sculptili atq; conflatili, tanq̄ de rebus distinctis, idcircò apparet, ꝙ erat ibi v-
nū idolū principale, & vltra hoc aliæ q̄dam imagines siue simulacra, secundū ꝙ moris est ido-
lolatris talia plurificare, & vnum principale statuere. [Impleuitq; vniꝰ filiorū suorū manū] i. v-
nū de filijs suis, & fortè primogenitū aut aliū, quem ad tm̄ officium reputauit magìs idoneū, in
uestiuit de sacerdotio per aliquod positū in manu illius. Vel, impleuit manū ipsius, dādo ei du
plicē portionem aut certa munuscula. Vel, impleuit manū eius, ponendo in manu ipsius sacrifi
cia, q̄ per ipsum obtulit deo suo seu idolo. [& factus est ei sacerdos. In diebus illis non erat rex
in Israel, sed vnusq́sq; quod sibi rectum videbat, hoc faciebat. Fuit quoq; in tempore illo al-
ter adolescens de Bethlehem Iuda,] non de illa Bethlehem, quę erat in tribu Zabulon, [ex co-
gnatione eius.] Quod dicitur, eius, qdam referunt ad Micham, dicentes, ꝙ adolescens iste fuit
Pet. Co. hi. cognatus Michę, quod & Magister in historijs ait: alij referunt ad Iudā, dicentes, ꝙ fuit de co-
li. Iu. ca. 22. gnatione Iudæ ex parte matris. Nam tribus Leuitica & sacerdotalis cuilibet (vt dicitur) poterat
tribui copulari, ꝑcipue tribui Iuda, tanquam regali & nobiliori. Vndè (vt fertur) in Hebræo ha
betur, Ex cognatione Iuda. [eratq; ipse Leuites,] i. de stirpe Leui ex parte matris. [& habita-
Iudic. 2. bat ibi,] Porrò adolescens iste (vt patet suprà) fuit de semine Mosis, eratq; Ionathas filiꝰ Ger
san filij Mosis. [Egressusq; de ciuitate Bethlehē, peregrinari voluit vbicūq; cōmodū sibi repe
risset.] i. peregrè habitare in loco vbi necessaria sibi abundātiùs inueniret. Nam cæterę tribꝰ Is
raël tūc malè soluerunt soluēda Leuitis, s. decimas & alia quædā. Nā multi eorū ad idololatriā
labebant. Ideo cogebātur Leuitæ locū mutare, & necessaria q̄rere per diuersa. [Cumq; venis-
set in montem Ephraim iter faciens, & declinasset parumpèr in domum Michæ, interrrogatus
est ab eo, vnde venisset. Qui rn̄dit: Leuita sum de Bethlehē Iuda, & vado vt habitem vbi pote-
ro, & vtile mihi esse perspexero. Dixitq; Michas: Mane apud me, & esto mihi parens] tanquam
pater, habendo curam & prouidentiam mei in spiritalibus ac diuinis, [ac sacerdos, daboq; tibi
per annos singulos decē argenteos ac vestem duplicem, & quę ad victum sunt necessaria. Acq-
euit &c. Fuitq; illi] videlicet Michę, [quasi vnus de filijs] i. amorosè & reuerenter tractauit Mi-
chas Leuitam illū, quasi ꝓprium filium, immo & quasi patrem, (Nam dixerat, Esto mihi parēs)
non vt seruum. [Impleuitq; Michas manū eius,] sicut expositum est, [& habuit apud se puerū
sacerdotem.] ꝑfatum s. adolescentem. [Nunc scio dicens, quod benefaciet mihi Deus habenti
Leuitici generis sacerdotē.] Per deum, intelligit Michas falsum deum, quē coluit, cui accepti-
us reputauit sacerdotale officium alicuius de tribu Leui, quàm alterius tribus. ¶ Nunc quærit,
quo tempore iste acciderit casus. Quocirca recitat Lyra: Dicunt expositores nostri, quod post
mortē Iosuæ ante Iudicum suscitationem. Ad quod allegant, quod tactum est, In diebꝰ illis nō
erat rex in Israel. Dicunt quoq; ꝙ historia ista hîc scribit, ad ostendendum necessitatē dādi iu
dices Israeli, q errata corrigerent. Hanc responsionē Lyra nō approbat, qm̄ iudices Israel non
habebāt efficaciā corrigendi, quia nō ꝑerant per modū dominij, sed directiōis atq; consilij. It-
terum, qm̄ causa suscitādi iudices fuit, vt per eos filij Israel liberarentur à tribulatiōibus qbus
for* verò affligebant: Deindè adiungit: Hebræi * verè dicunt, ꝙ factum Michę cōtigit sub Othoniele, q
Iudi. 18. successit Iosuę: ad ꝙ ꝓbandum, inducūt quod in fine habet sequētis cap. Māsitq; apud illos i-
dolū Michę omī tēpore, quo domus Dei fuit in Silo, Quod tēpus incepit ante obitū Iosuę, sub
quo filij Israel nō corruerunt ad idololatriā. Circa hęc dico ꝙ catholicorum doctorum respon
sio introducta, sit vera, & consonantior textui, quā ista Hebræorum responsio, quia sub Iosuæ
translatum fuit tabernaculum dn̄i de Galgalis in Silo, vt Iosuę 18. legitur. Si ergo idolū Michæ
fuit in Lais, seu inter filios Dan ibidem omī tēpore quo fuit domus seu tabernaculū Dei in Si-
lo: probabiliùs sonat, ꝙ idolum istud cœpit esse in tribu Dan ante prę sidentiam Othonielis, &
Iose. libr. 5. an. iu ca 6. statim post Iosuæ mortem, q̄ posteà. Secundò dico, ꝙ nec Hebræi generaliter dicunt istud sub
Pet Co hi. Othoniele factum, quāuis qdam eorum sic sentiāt: imò Iosephus & alij qdam dicūt, hoc factū
li. Iu. ca. 22. statim post mortē Iosuæ ante Othonielis Iudicatū, quēadmodùm etiā in Scholastica narratū

ftoria. Insupèr in isto & sequenti cap. scribitur, quod in diebus illis non erat rex in Israel. Et certum est, quod nomine regis non intelligatur princeps, monarchicè cũ regali authoritate potestatisque plenitudine p̄sidens. Sic em̄ tempore Iudicum vsq; ad Saul, non erat princeps in Israel: idcirco per regem intelligitur quicunq; rector aut iudex. Ideo factum est istud, vacante huiusmodi rectoria. Prætereà, obiectiones contra hæc factæ, nil obtinent. Iudices nanq; cùm essent viri mirabiles, virtuosi prudentes, habuerunt sufficientem idoneitatem corripiendi errantes, immo & corrigendi rebelles, vt patet de Iephthe, qui vna vice occídit de Ephraim 42. millia pugnatorum: immo ad corrigendum idololatras nō solùm iudices, sed & totus populus Israel ex Dei tenebatur præcepto, vt patet Deuteroñ. 13. ¶Ampliùs, Iudices non sunt dati solũ ad liberandum Israel ab aduersarijs suis, sed itèm, immò & principaliter, ad reducendũ filios Israel ad cultum Dei, atq; ad conseruãdum eos in illo. Nam & multi iudices eis concessi sunt, qui non eruerunt eos ab hostium impugnatiõe, s. Samgar, Thola, Iair, Abessan & Abdon. Conuenienter demum dicunt expositores catholici, ꝙ ista historia hîc narratur, ad ostendendum necessitatem dandi iudices Israeli, ad corrigendum errata: quia cùm dictum est, In diebus illis non erat rex in Israel: immeditatè subiunctum est, sed vnusqsq; quod sibi rectũ videbatur, hoc faciebat. Q. d. ideo vnusquisq; fecit quod voluit, quia defuit rector & iudex, quod & experientia frequenter in populo illo edocuit. Vndè suprà habetur: Cùm mortuus esset iudex, reuertebantur, & multo maiora, i. peiora fecerunt, quàm fecerant patres eorum. Iudic. 12. Iudic. 2.

¶ *Explanatio Cap.* 18. *In diebus illis non erat rex in Israel.* Articulus 31.

PRosequitur iam scriptura, qualiter ꝓpagata sit idololatria de vna domo ad vnã vrbem seu tribum. [In diebus illis nõ erat rex] i. rector & iudex [in Israel.] ideo nemo repressit huiusmodi scelera, sed citò diffundebantur. [& tribus Dan quęrebat possessionem sibi:] i. aliqui de tribu Dan q̃rebant aptã vrbem, i. mansionem ad inhabitandum. [vsq; ad illum em̄ diē inter cęteras trib⁹ sortem non accepit.] Iosuæ 19. legitur, quēadmodùm filij Dan, sicut & allis tribub⁹ Israel, assignatæ sunt multæ vrbes ad inhabitandum p sortem, inter quas vna ibidèm vocat̄ Lesem, vt qdam exponunt: quō ergo nũc dicitur, ꝙ vsq; ad illud tēpus tribus Dan non accepit inter alias tribus sortē? Respōdetur, ꝙ per synecdochen dicitur istud, & itèm ꝙ nondũ acq̄sierãt sufficiētia loca & oppida ad manendũ. Nam & suprà fertur, ꝙ Amorrhæus arctauit filios Dan in mõte, nec dedit eis locũ vt ad planiora descenderent. Deniq;, quanuìs tribubus Israel simul p sortium missionem multæ vrbes assignabãtur, non tñ mox adeptæ sunt eas, sed paulatìm pugnando. [Miserunt ergo filij Dan, stirpis & familiæ suæ q̃nq; viros fortissimos de Saraa & Esthaol, vt explorarēt terram &c.] In quibus sita erant oppida eis à Iosue deputata [Qui cũ pergentes venissent in montē Ephraim, & intrassent domum Michæ, requieuerunt ibi.] Fortè em̄ tenebat hospitiũ. [Et agnoscentes vocē adolescentis Leuitæ,] q̃a ex modo suæ loq̃læ eum nouerunt. Nempe (vt dictum est) quanuìs oēs Iudæi vno idiomate vterentur, illud tamen diuersimodè proferebant, sicut in cæteris solet fieri linguis. [vtentesq; illius diuersorio] i. domo seu camera in qua necessaria corpori exercebat, in præfata verò ędicula exercuit sua diuina. [dixerunt ad eum: Quis te huc adduxit? Quid hîc agis? Quam ob causam huc venire voluisti?] Itaq; tria interrogauerunt: Primùm, à quo esset adductus, Secundũ, quid ageret ibi. Tertiũ, cur illuc aduenerit. Ipse verò non r̃ndit eis explicitè, quantùm ex textu habetur, nisi ad secundum, quia subiungit: [Hæc & hæc,] videlicet decē argēteos, vestemq; duplicem & victui necessaria,] p̄stitit mihi Michas,] vt p̄cedenti fertur cap. [& me mercede conduxit,] per dona præfata, vt sim ei sacerdos. [Rogauerunt autē eum vt consuleret dñm,] i. oraculum & r̃nsum à Deo, vel potiùs à deo Michæ falso, quē adolescentem illũ & Micham colere conspexerunt, Sicq; viri isti erant idololatræ, vel ad idololatriam proni. [& scire possent] ex tali oraculo, [an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum. Qui respondit eis: Ite * cum pace. Dominus respicit viam vestram.] i. approbat vos in hoc, ꝙ ambulationem hanc assumpsistis, [&] pro id est, [iter quò pergitis.] Istud responsum dedit eis statim ex proprio capite, ne eorũ precibus molestaretur. Vel dæmon ei respondit per idolum. [Euntes itaq; quinq; viri, venerunt Lais:] i. ad vrbem sic nominatam, [videruntq; populum habitantem in ea absq; vllo timore, iuxta consuetudinem Sidoniorum, securum & quietum, nullo eis penitùs resistente, magnarumq; opum & procul à Sidone, atq; à cunctis hominibus separatum. Reuersique ad fratres suos in Saraa & Esthaol, & sciscitantibus quid egissent, respōderunt: Surgite, & eamus ad eos: Vidimus enim terram valdè opulentam & vberem. Nolite negligere, nolite cessare. Eamus & possideamus eam, nullus erit labor. Intrabimus ad securos in regionem latissimam, tradetque nobis dñs locum, in quo nullius rei est penuria, eorum quæ gignit humus.] Hoc hyperbolicè dictum est, ad insinuandum magnitudinem opulentiæ terræ illius. Multa tñ gignuntur ex terra preciosa & medicinalia, q̃ ibi non erant, sed cõmuni victui necessaria abundabant ibdèm. [Profecti sunt ergo de cognatione Dan sexcenti viri accincti armis bellicis, ascēdentesq; manserunt in Cariathiarim] i. vrbe sic dicta, [Iudæ,] id est, pertinente ad tribum Iuda, [qui locus ex eo tempore castrorum Iudic. 1. *in pace

Dan nomé accepit:]i. deindè vocatus est castra Dan, qa turba ex tribu Dã nata, ibi ad tépus seu per nocté quieuit. [& est post tergum Cariathiarim.] ex quo videtur, ꝙ non manserunt in vrbe illa, sed ea pertransita, extra & prope eam. Fuit aũt & alter locus vocatus castra Dan, vt suprà
Iud. 13. patuit. [Indè transierunt in monté Ephraim. Cumq; venissent ad domũ Michæ]i. ad locum ei vicinum. [dixerunt qnq; viri, qui priùs missi fuerant ad considerandũ terram Lais, fratribus suis:]i. viris sexcétis: [Nostis]i. scitisne, vel scire vos congruit, ꝙ in domibus istis]i. in vna harum domorum ad Micham spectantium, [sit ephod & theraphim, & sculptile atq; conflatile?] Hoc totum ꝑcedenti articulo expositũ est. [Videte qd vobis placeat,]i. attédite & nobis insinuate, qd vobis debeat complacere de ꝑfatis ephod, theraphim & idolo, an s. vultis illa vobiscum portare. Et ex sequentibus verbis elicitur, ꝙ determinauerũt ea secum deferre. [Et cum paululũ declinassent, ingressi sunt] quinq; viri [domum]i. diuersorium prędictum [adolescétis Leuitæ, q erat in domo]i. familia Michæ: vel, in domo Michæ, quia domus Leuitæ pertinebat ad Michã: vel, in domo Michæ, qa domus Leuitæ fuit domus partialis totius domus pertinentis ad Micham. [salutauerunt que eum verbis pacificis. Sexcenti aũt viri ita vt erant armati, stabant ante ostium:] tanq̃ ad adiuuandũ viros quinq, parati, si indigerent. [At illi qui ingressi fuerant domũ iuuenis,]puta Leuitæ, [sculptile & ephod & theraphim atque conflatile tollere nitebant.] Ex hoc argui posset, ꝙ sculptile illud fuit aliud à conflatili, quia separatim sic exprimũtur, alijs duobus inter ea expressis. [Et sacerdos stabat ante ostiũ, sexcentis viris fortissimis haud procul]i. non remotè [expectantibus] reditum quinq; virorum. Iam dicebatur, ꝙ sexcenti viri stabant ante ostiũ: quõ ergo nunc dicitur, ꝙ sacerdos seu Leuita stabat ante ostium, sexcentis viris illis haud procul expectantibus? Ad quod videtur dicédum, ꝙ iuuenis ille stetit ante ostium intrinsecùs, alij extrinsecùs, & per aliquantam distantiam. [Tulerunt igitur quinque viri q intrauerant, sculptile, ephod, idola atq; conflatile. Quib⁹ dixit sacerdos: Quid facitis?] Q.d. cur tam irrationabiliter vos habetis? Vndè apparet, ꝙ ædicula in qua erant sacra Michæ, stetit quasi contiguè ad diuersorium sacerdotis. [Cui responderunt: Tace & pone digitum tuum super os tuum]i. omninò sile & clausum os tuum tene. Quod dixerunt vel comminando, vel quasi familiariter suggerédo, Nam subdit: [Veniq; nobiscum, vt habeamus te patré ac sacerdoté. Quid tibi meli⁹ est, vt sis sacerdos in domo vnius viri,]videlicet hui⁹ Michæ, [an in vna tribu & familia in Israel?] Q.d. Istud tibi honorificenti⁹, vtiliusq; consistit. Tamé reuerà fuit ei magis vitiosum atq; dãnabile, qa quo pluribus in idololatria ꝑfuit, eo plurium implicabať criminibus, grauiusq; peccauit. Veruntamé sexcéti viri illi non fuerunt vna totalis trib⁹ in Israel, sed tantùm se reputabant, & totaliter loquebantur ad alliciendum sibi Leuitam. [Quod cùm audisset, acquieuit sermonibus eorum] ex ambitione & cupiditate, [& tulit ephod & idola ac sculptile]. Iam dictum est, quod quinq; viri tulerunt illud, ipsi em cœperunt illa afferre. Sed acquiescente eis Leuita, permiserunt eum omnia illa auferre & tollere secum,]& cum eis profectus est.] Sicq; commisit furtum, aliena sic auferendo. [Qui] quinq; & sexcéti viri ac Leuites, [cùm pergerent, & ante se ire fecissent paruulos & iuméta, & omne quod erat preciosum,]imò & sacerdoté cũ sacris suis, quæ preciosissima arbitrabantur, quæ oĩa præmiserunt, ne si qui eos insequerentur, possent nocere paruulis & iumentis, aut preciosa attingere, [iamq; à domo Michæ essent procul, viri qui habitabant in ædibus]i. domibus [Michæ,]videlicet eius domestici & vicini, qbus domus suas forsan locauit, [conclamantes sequuti sunt] Dannitas, quia Michas conuocauit eos, vt secum insequerentur spoliatores illos, [& post tergum clamare cœperunt. Qui cũ respexissent, dixerunt ad Michã: Quid tibi vis? Cur clamas?] Nam aliorũ conclamationem ei specialiter imputabant. quasi dicant: Quõ audes contra nos sic clamare? [Qui respon
Esaiæ 44. 45. 46. Sa. 13. 14 15. Exod. 32. dit: Deos meos, quos mihi feci tulistis.] Eccè q̃ stolida verba. Quõ enim homo tam fatuus effici potest, vt opera manuum suarum aut aliarum colat vt deos? Contra quam infinitã dementiã in Esaia & in libro Sapientiæ disputatur plenariè. Sed quomodo ait, deos meos, si non erat nisi idolum vnum? Ad quod ex præcedenti articulo patet responsio. Est quoq; consuetudo idololatris taliter loqui, & plurali vti pro singulari, quéadmodùm de vitulo conflatili dixerũt impij Israelitæ: Isti sunt dij tui Israel. Itaq;, deos meos tulistis, i. mihi abstulistis & vobiscum furtiuè portastis [& sacerdotem,]quem Michas putauit per violétiam & timorem coactum à Dannitis ad pergendum cum ipsis, [& omnia quę habeo,]i. ephod & cætera sacerdotalia ornaméta & sacra, quorum vsus fuit in cultu deorum meorum, quæ omnia tantùm apprecior, ꝙ cætera quæ mihi non abstulistis, comparatione illorum pro nihilo reputo. Vndè (vt fertur) in Hebræo habetur, Et quid ampliùs mihi? tanquam dicat, illis ablatis, vilipendo quæ mihi manserunt, Sicq; in sua superstitione & idololatria fuit malè deuotus. Et vtinam nos tam validè ad verum Deum ac spiritalia afficiamur, ꝙ eorum respectu, pro nihilo reputemus tẽporalia & terrena. [& dicitis, qd clamas? Dixerũtq; ei filij Dã: Caue ne vltra loquaris ad nos, & veniãt ad te viri animo cócitati, [& ipse cum omni domo tua pereas.]i. tu cum tuis domesticis occidaris à nobis, tuaq; domus cóburať. Q.d. Noli nos quasi maleficos insequi, qa nõ animo furãdi, sed religio-

gionis zelo fecimus illa quæ fecimus. Vidés aût Michas quod fortiores se essent.] quia nec dij sui poterant eum iuuare, [reuersus est in domum suam. Sexcenti autem viri tulerunt sacerdotem, & q̃ suprà diximus, veneruntq; in Lais, &c. & percusserũt habitantes in ea in ore gladij, vrbemq; incendio tradiderunt.] Os gladij, est eius acumen: quod ita consumit seu necat quos cędit, sicut os manducantis consumit cibaria. [nullo penitùs ferente p̃sidiũ, eo quod procùl habitarent à Sidone, & cũ nullo hoim̃ haberent quicquam societatis ac negocij. Erat aũt ciuitas sita in regione Rohob.] Secundũ Lyram, in Hebræo habetur, in torrente Rohob. Sed potiùs reor verbum illud Hebraicũ ad vtrunq; esse æquiuocũ, aptiusq; esse translatum hoc loco, in regionem, quàm, in torrentẽ, [Quam rursum extruẽtes, habitauerũt in ea, vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulũ patris sui quem genuerat Israel, q̃ priùs Lais dicebatur] Porrò hæc ciuitas sorte ceciderat tribui Dan, & ita ex concessione, imò & iussione diuina poterant eã expugnare Dannitæ, p̃sertim si ad idololatriã non ruissent. [Posueruntq; sibi sculptile] i. idolum illud sculptũ erexerunt ad suam damnationẽ sibi in deum. [& Ionathan filium Gersan filij Mosis ac filios eius] videlicet Ionathæ, posuerunt sibi in [sacerdotes,] cùm tñ non essent de semine Aaron, [in tribu Dan.] i. in p̃fata sua vrbe atq; in familia, non tñ in tribu illa totali. Iste Ionathas fuit prę̃latus adolescens Leuita, qa & Moses fuit de tribu Leui. Eccè quòd nemo de progenitorum suorum sanctitate debet p̃sumere, aut incautè confidere, sed de humili atq; idonea illorũ sectatione potest sperare, cùm Ionathas ille nequissimus fuerit nepos sanctissimi Mosis, qui idololatriam tam infinitè exhorruit, cuius etiam fili⁹, nomine Gersan, creditur virtuosus fuisse. Sic itaq; posuerunt idolũ illud & sacerdotes sacrilegos sibi [vsq; ad diem captiuitatis suæ:] qua capti sunt per regẽ Assyriorũ Salmanasar, vt 4. Reg. 17. describitur. Sed quia subiungitur, [Mansitq; apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit domus] i. tabernaculum [Dei in Silo,] i. vrbe sic appellata, idcircò Hieronymus & alij qdam dicunt, q̃ dies captiuitatis isti⁹ nõ refertur ad tribũ Dan, sed ad domũ dñi, vsq; ad arcæ captiuitatem, quæ à Philistijm capta fuit, vt 1. Reg. 4. habetur. Tuncq; arca ex terra Philistinorũ remissa, trãslatũ fuit tabernaculũ Dei cũ arca de Silo in Cariathiarim, prout 1. Reg. 7. legitur. ¶Moraliter, per matrem Michæ, intelligũtur parentes, q sobolem suam docent superbiam, eamq; ad desiderandum & expetendum, diuitias & honores tanquã idola quædã inducunt. Per Micham verò, supbi & cupidi ac lasciui, quorum dij, venter, nummus & dignitas, sunt. Et sicut Dannitæ abstulerunt Michę suos deos, sic illi frequenter priuantur suis delicijs, diuitijs atque honoribus per potentiores. Docemur quoq; ex ista historia, quàm nociua sit populo pastoris carentia, itemq; absentia: quia & Salomon Prouerb. 11. fatetur: Vbi nõ est gubernator, corruet populus. Nam & lupi explorant pastoris absentiam. Postremò, per habitatores Lais opulentos & securè manentes, designãtur homines carnales, intimorati, & suæ negligentes salutis: qui nullo resistente, i. facilime superantur, falluntur, atq; ad sempiternam damnationem à Dannitis, i. inuisibilibus inimicis, trahuntur. Propter q̃ ait scriptura Eccl. 27. Si non in timore Dei tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua. Rursus per Micham qui impleuit manum vnius filiorum suorum, ita quòd factus est ei sacerdos, bene accipiuntur prælati, sacerdotes ac clerici, præsertim pluraliter, beneficiati, qui suis nepotibus, ne dicam & filijs, Ecclesiastica beneficia largiuntur siue procurant propinquitatis affectu, & de patrimonio Saluatoris, quasi propriam hæreditatem efficiunt. At verò per Leuitam sacerdotem, qui statim respondit Dannitis, Ite cum pace, Dominus respicit viam vestram: rectè signantur confessores, qui incautè faciliterq; absoluunt, dummodò valeant nummos acquirere: adulatores quoq; & somniatores, qui libentiùs placentia, quàm vera atq; salubria dant responsa. Per eundem demum Leuitam, qui fecit commutationẽm illam sacerdotij tam iniustam, prę̃figurati sunt sacerdotes, clerici & prælati, ambitiosi ac cupidi, qui iugiter ad maiora aspirant, & commodi sui affectu, beneficia aut dignitates suas commutant, qui erubescunt simplici Præbenda esse contenti. Iterum per Micham qui Leuitam conduxit, & per Leuitam, qui pro mercede sacerdotale exhibebat officium, aptè Simoniaci designantur. Per Dannitas verò, qui voluntate & potestate pro ratione & æquitate vsi sunt circa Micham, comminatione reprimentes eundem, raptores violenti, oppressoresque imbecilliorum intelliguntur, quibus omnibus æternalis damnatio debetur grauissima.

Exo. 2. 6.

Hyerony.

Philip. 3.

¶ *Expositio Cap. 19. Fuit quidam vir Leuites, habitans in latere montis Ephraim.*

Articulus 32.

SEcundus casus circa Iudicum tempore factus, hîc recitatur. [Fuit quidã vir Leuites habitãs in latere montis Ephraim] i. in vrbe sita in latere montis illius, ad tribũ Ephraim pertinentis. Leuitæ quippe per omnes tribus Israel erant dispersi, propter causas sæpè prætactas. [qui accepit vxorem de Bethleem Iuda.] Poterant nanq; alijs tribubus, potissimũm tribui Iuda, tanquã regali ac nobiliori, matrimonialiter sociari, quia ex hoc non sequebatur hæreditatum cõfusio. [Quæ reliquit eum, & reuersa est in domũ patris sui in Bethlehem, mãsitq; apud eũ quatuor mensibus.] Secundũ Lyram, in Hebræo habetur, Quæ fornicata est super eum: in quo tã-

gi videtur causa suæ recessionis à marito, qui eam ob suam fornicationem eiecit. Vel ipsa, viro suo ignorante, abijt cum adultero. Veruntamen credo Hyeronymum transtulisse sicut in Hebræo habetur, & quòd fortè verbum illud Hebræum sit ad vtrunque æquiuocũ: & aptius esse translatum hoc loco in hoc verbum, Reliquit, quàm trãsferretur in, fornicata est. Nam paulopòst sequitur: [Sequutusq; est eam vir suus, volens ei reconciliari atq; blandiri,] quod viri, vxoribus suis adulteris, non solent peragere, quanuìs interdum ad magnam aliorum instantiam recipiant eas ad veniam: imò si fuisset adultera, vir obligatus fuisset eam traducere. Veriùs ergò reor, quòd in scholastica fertur historia, vtpotè quòd mulier fuit viro suo irata propter aliquẽ viri excessum. Nec veri simile est, quòd cum adultero ausa fuisset redire in domum proprij patris. Iosephus autem ait, quòd fuit mulier speciosa, & vir eam valdè dilexit, non tamen similiter amabatur ab ea, idcircò ex passione amoris verebatur aliquid sinistrum de ea. Vndè frequenter inter eos lites oriebantur, qbus mulier grauata, redijt tandem ad suos parentes, quam sequutus est vir victus amore ipsius. [volens eam secum reducere, habens in comitatu puerũ] i. ministrum, [& duos asinos,] vnum pro sua euectione, alium pro euectione ministri, & vt in reditu vxor sua super asinum illum sederet, siue vt asini necessaria victui aut alia quæuis portarent in via. [Quæ suscepit eum,] i. mulier illa, viso suo marito, eũ benignè recepit, tanquam oblita iniuriæ sibi factæ, quia iam quatuor mensibus absens fuit marito. [& introduxit in domũ patris sui. Quod cùm audisset socer eius, eumq; vidisset, occurrit ei lætus, & amplexatus est hominem. Mansitq; gener] putà Leuites maritus filiæ viri ad quem venit, [in domo soceri tribus diebus, comedens cum eo & bibens familiariter. Die autem quarto de nocte,] i. valdè manè [consurgens, proficisci voluit] i. redire cum coniuge sua. [Quem tenuit socer, & ait ad eum: Gusta priùs pauxilum panis] i. aliquid cibi. [Surrexitq; adolescens die quinta, & venit contra Iebus, quę altero nomine vocabatur Hierusalem, ducens secum duos asinos onustos & concubinam.] Ex hoc euidenter elicitur, quòd concubina in scripturis veteris testamenti interdum pro legitima vxore accipitur, quia hæc mulier iam bis vocata est vxor viri istius: Sicq; Genesis 29. & 30. Bala & Zelpha interdum vocantur vxores, aliquando concubinæ ipsius Iacob. [Iamque aderant iuxta Iebus, & dies mutabantur in noctem:] id est, nox cœpit diei succedere. Nam paulò post meridiem exierunt Bethlehem, secundum quod socer dixit ad generum: [Considera quòd dies ad occasum decliuior fit,] id est, meridianam horam transierit. [& propinquat ad vesperam,] quia tunc sol descendere incipit. [Mane apud me etiam hodiè, & duc lætum diem, & cras proficisceris, vt vadas in domum tuam. [Dixitq; puer ad dominum suum: Veni, obsecro, declinemus ad vrbem Iebusæorum. Cui respondit dominus: Non ingrediar oppidum gentis alienæ.] Iebusæi quippe oderant Israelem. [sed transibo vsque Gabaa, & cùm illuc peruenero, manebimus in ea, aut certè in vrbe Rhama.] Circa hoc refert Lyra: Dicunt Hæbræi, quòd historia ista contigit tempore Othonielis antequàm filij Iudæ cœperunt Hierusalem, de qua captione legitur primo huius libri capitulo: Oppugnantes filij Iuda Hierusalem, cœperunt eam, & percusserunt in ore gladij tradentes cunctam incendio ciuitatem. Sed ista opinio videtur inepta, quia (vt patet ex primi expositione capituli) aliqui dicunt, quòd Iosue adhuc viuente, filij Iudæ obtinuerunt Hierusalem. Quod etiam Iosuæ 15. satis insinuari censetur. Etsi non sub Iosue, tamen ante præsidentiam Othonielis sortiti sunt eam, sicut ex primo capitulo comprobatur. Porrò, quod ista historia contigerit ante Iudicatum Othonielis, eisdem probatur rationibus, quibus probatum est, historiam Michæ non sub Othoniele accidisse. Iosephus quoque hoc idem testatur, & infrà ex litera ostendetur: Ideo dici potest, sicut & Iosuæ 15 scribitur, quod in Hierusalem simul habitabant Iebusæi cum Israelitis. Et plures fuerint ibi de gentibus alienis, quàm in Gabaa vrbe vel Rhama. [Transierunt ergo Iebus, & cœptum carpebant iter, occubuitque eis sol iuxta Gabaa] vrbem, [quæ est in tribu Beniamin. Quò cùm intrassent, sedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere volebat hospitio:] vel quia omnes erant malitiosi, vel pro maxima parte. Et si qui boni erant ibidèm, verebantur importunitatem pati ab impijs, si extraneos hospitarent, aut aliquid tale eos retraxit. [Et eccè apparuit homo senex reuertens de agro & opere suo vespere, qui & ipse de monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa. Homines autem regionis illius.] scilicet ciues Gabaa & vrbium vicinarum, [erant filij Iemini,] id est, insolentes & improbi. [Eleuatisque oculis, vidit senex,] qui scilicet venit de agro, [sedentem hominem] præfatum Leuitam [cum sarcinulis suis] id est. paruis sarcinis seu oneribus, [in platea ciuitatis, & dixit ad eum: Vndè venis, & quò vadis? Qui respondit ei: Profecti sumus de Bethlehem Iuda, & nunc vadimus ad domum Dei:] id est. ad tabernaculum Dei in Silo. Illuc enim volebat cum suis ex deuotione causa orationis accedere, & indè domum reuerti. [nullusque sub tectum suum nos vult recipere, habentes paleas & fœnum in asinorum pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ suæ vsus & pueri qui mecum est. Nulla re indigemus,] quam à ciuibus huius oppidi optemus, [nisi hospitio.] quin necessaria victui habemus nobiscum. Cui respondit

Hierony.

Pe. Co. hist. li. Iu ca. 23. Ios. li 6. an. iuda. ca. 13.

Ios. li. 5. iuda. an ca. 6

dit senex: Pax tecum sit. Ego præbebo omnia quæ necessaria sunt,] vltra ea quæ habes. [tamen quæso, ne in platea maneas.] Fuit enim senex ille de monte Ephraim, quemadmodùm & Leuita, & ita ampliùs condoluit ei. [Introduxitque eum in domum suam, & pabulum asinis præbuit, & postquam lauerunt pedes suos, recepit eos in conuiuium. Illis epulantibus, & post laborem itineris cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius] qui considerauerunt pulchritudinem fœminæ in platea, [filij Belial, id est, absque iugo,] quod translator adiecit, exponendo nomen hoc, Belial. Erant itaq; sine iugo, i. obseruatione legis diuinæ ac naturalis, intimorati, indomiti, inuerecundissimi. [& circundantes domum senis, fores pulsare cœperunt, clamantes ad dominum domus, & dicentes] hospiti: [Educ virum qui ingressus est domum tuam, vt abutamur eo.] sicut & Sodomitæ dixerunt ad Loth: [Egressusque est ad eos senex, & ait: Nolite fratres mei, nolite facere malum hoc.] Fratres eos vocat ratione conciuilitatis & habitationis, & de semine Israel omnes fuerunt. [quia ingressus est homo hospitium meum, & cessate ab hac stultitia. Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam:] i. vxorem, sicut expositum est, [educam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestram libidinem compleatis. Tantùm obsecro, ne scelus hoc contra naturam operemini in virum.] Ex hoc apparet, quòd volebant viro abuti. Iosephus tamen dicit oppositum, asserens quòd quærebant duntaxat vxorem ipsius: sed ideo loquebantur de viro, vt sic extorquerent ab eo vxorem suam, sed hospes id ignorauit. [Nolebant acquiescere sermonibus eius,] videlicet senis in toto: vel ita se habuerunt in apparatu, acsi non contentarentur, nisi eis vir traderetur. [Quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam,] i. coniugem, quæ concubina vocatur, non à concubitu fornicario, sed à concubitu simpliciter dicto. Nunc tamen in communi modo loquendi, concubina in malo accipitur, prout vocatur à concubitu secundum se intento, putà libidinoso. [& tradidit eis illudendam: qua cum tota nocte abusi essent,] vel quia illicitè aut etiam innaturaliter ea vtebantur, [dimiserunt eam manè. At mulier, recedentibus tenebris, venit ad ostium domus vbi manebat dominus suus,] putà maritus, qui dominus coniugis appellatur, quia vir caput est mulieris. Vndè & Sara Abraham dominum nuncupauit, quod & princeps apostolorum in sua canonica prima vxoribus in exemplum proponit, vt viros suos honorent. Posset tamen per dominū coniugis, hospes intelligi. Vnde & maritus dixerat seni: Habemus vinū & panes in meos & ancillæ tuæ vsus. [& corruit ibi. Manè facto, surrexit homo & aperuit ostium, vt cœptam expleret viam. Et eccè concubina eius iacebat ante ostium sparsis in limine manibus,] præ afflictione, fatigatione, verecundia, & mœrore. [Cui ille, putans eam quiescere, loquebatur: Surge, & ambulemus. Qua nihil respondente, intelligens quòd erat mortua, &c. reuersus in domum suam, arripuit gladium, & cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frusta concidens, misit in omnes terminos Israel.] Probabile est, quòd non misit ad tribum Beniamin, quia Gabaonitæ Beniamitæ fuerunt. Nec opus fuit mittere nuncium specialem ad tribū Leui, quæ erat per omnes tribus dispersa: quomodò ergo misit duodecim partes per duodecim nuncios ad duodecim terminos Israel? Respondetur, quòd pro tribu Leui, tribus Ioseph fuit in duas tribus diuisa. Et rursus, tribus Manassæ pro media parte habitauit vltra Iordanem, pro media citra, & ita ad eam missæ sunt duæ partes. [Quod cùm vidissent singuli,] i. factum istud per nuncios intellexissent, atque in signum veritatis partes diuisi corporis conspexissent, [conclamabant: Nunquam res talis facta est in Israel,] id est, tam abominabilis, innaturalis, crudelis, [ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Aegypto vsque in præsens tempus] Veruntamen adoratio vituli aurei, & declinatio Dannitarum ad idololatriam, videtur sceleratior fuisse re ista: sed fortè circa vnam personam non contigit antè facinus tantum, vel loquendo de peccato in proximum. [Ferte sententiam, & in commune decernite:] id est, concorditer iudicate, [quid facto opus sit,] id est, qualiter crimen istud sit vlciscendum. quasi dicant, Oportet nos conuenire in vnum, & super hoc habere consilium. Posset hic quæri, an senex suam filiam, & Leuites suam vxorem impiorum illorum exponendo seu offerendo libidini ad vitandum grauius crimen, videlicet vitium contra naturam, vel ne Leuita occíderetur ab illis, excusentur à culpa. Videtur quòd sic: quia ex quadam pietate & charitate hoc fecisse videntur, aut ex metu in virum constantem cadente. Oppositum verò probatur, quod vnus non debet committere veniale peccatum, vt alium à mortali præseruet. Nec ex timòre pœnæ, admittendum seu committendum est malum culpæ: multo minùs debet quis aliquam personam adulterio vel stupro exponere. Dicendum, quod si senex protulit verba illa cum proposito deliberato sic faciendi, non excusatur à toto, quamuis à tanto. Si vero locutus est verba hæc ex subreptione, aut solùm animo auertendi impios illos à suo conceptu, excusatur saltem à mortali. Leuita quoq; suam coniugem exponendo ex causis præfatis, non excusatur in toto.

Gen. 19.

Iose. lib. 5. an. Iu. ca. 6.

1. Cor. 6. Gen. 18. 1. Pet. 3.

¶ *Expositio Cap. 20. Egressi sunt itaque omnes filij Israel.* Art 23.

REorum iusta debellatio modò describitur: [Egressi itaq, sunt omnes filij Israel,] non simpliciter omnes, sed omnes de quibus in fine pcedentis capituli continetur. [& pariter cō

gregati,quasi vir vnus de Dan vsque Bersabee,]hoc est,de extremitatibus terræ promissiõis à
parte aquilonari,in qua erat tribus & vrbs Dan,vsque ad partem australem,in qua fuit ciuitas
Bersabee.[& terra Galaad,]i.tribus Israël vltra Iordanem in terra Galaad,& circumcircà mo-
rantes,aliquibus tamen demptis, vt infrà habetur. [ad dominum in Maspha] hoc est,in loco
aut oppido sic vocato.[& omnes anguli populorum,]id est,in extremis terminorum tribuum
Israël demorantes,[& cunctæ tribus Israël]veruntamen tribu Beniamin dempta,[in ecclesiam
populi Dei conuenerunt.]iam dictum est quod conuenerunt in Maspha:porrò domus seu ta-
bernaculum Dei,fuit adhuc in Silo:quô ergo nunc dicitur,ꝙ conuenerunt in ecclesiam popu
li Dei?Rñdetur,ꝙ ecclesia populi Dei vocatur hìc intransitiuè, ipse Dei populus congregatꝰ,
sicut & multitudo Christifidelium nunc appellatur ecclesia. Conuenerunt ergo in ecclesiam
populi Dei, quia partes populi seu particulares tribus & turmæ, confluxeruntad totum,imò
Esa.28. Actor.4. confluendo totum constituerũt.Possunt quoq; per angulos populorum,principes seu princi-
Ephes.2. pales in tribubus designari. Quemadmodùm em̃ latera concurrunt in angulo,sic communes
& vulgares connectuntur in supioribus suis. Vndè & Christus lapis angularis est appellatus,
*40. quia in ipso tanq̃ in angulo, coniuncti sunt per fidem & charitatem populi duo, videlicet Iu-
dæi atq; Gẽtiles.[*400.millia peditum pugnatorũ.]Hinc elici potest, ꝙ filij Israel magìs mul
tiplicati fuerunt in Aegypto,non obstante ibì eorum seruitute grauissima:deindè in solitudi-
ne,quam in terra ꝓmissionis hucusq;.Nempe si his 400.millibus addantur q defuerunt,vide-
Iudic.21. licet Beniamitæ & habitatores Iabes Galaad q deerant,vt infrà narratur, adhuc summa multũ
deficit à summa eorum,ad quam in prima numeratione,& itèm ab ea ad quam in secunda nu-
meratione ascenderũt.[Interrogatusq; Leuita maritus mulieris interfectæ,quô tamẽ scelus ꝑ
petratũ esset,]de qua re voluerunt certiùs informari,quìs iam illud audierint per nuncios eiꝰ.
Voluerunt quoq; agnoscere,an eius recitatio nuncijs concordaret,qm̃ factum principaliter
tetigit eum.[rñdit:Veni in Gabaa Beniamin cum vxore mea,illucq; diuerti.Et ecce hoĩes ci-
uitatis illius circundederunt nocte domum in qua manebam:]hoc est,quidam viri Belial post
solis occasum vallabant hospitium meum, [volentes me occidere] i.per concubitum contra
naturam vsq; ad mortẽ affligere,secundũ vnam expositionem in ꝓcedenti articulo tactam: vel
Iose lib.5. secundũ Iosephi opinionem,volebãt interficere virum,nisi eorum voluntati suam exponeret
an.Iu.ca.6. coniugẽ.Est aũt satis probabile,ꝙ fœmina illa fuit multùm decora, & ꝙ eius pulchritudinem
perceperunt prauissimi illi.[& vxorẽ meã incredibili libidinis furore vexãtes]i.immoderatè
& innaturaliter eam tractantes.Et rectè ait,Libidinis furore:quia tam irrefrenatissimus cõcu
piscentiæ ardor,meritò furor vocat̃,tanquam rationi ꝓrsus contrarius.[Denique mortua est.
Quam arreptam,in frusta conscidi,misiq; partes in oẽs terminos possessionis vestræ,quia nun-
q̃ tm̃ nefas & tam grande piaculum factum est in Israel.Adestis oẽs filij Israel.Decernite] hoc
est,iudicate secundum legis tenorem,[quid agere debeatis.]quia secundum legem teneban
tur hoc vindicare.[Stansq; omnis populus,& quasi vnius hominis voce respondit:] i. concor-
diter determinauerunt,non quòd omnes simul protulerint verba hęc, sed aliqui superiorum
& iudices,quorum sententiæ cæteri acclamabant.Credendum est quoque quòd Leuita per
testes probauit quæ dixit,præsertim per ministrum suum quem habuit secum,& per senem ho
spitem suum,& eius domesticos qui fortasis ob tantum flagitium egressi sunt Gabaa, atque
ad testificandum adducti sunt, [Non recedemus]i.non reuertemur [in tabernacula nostra,
nec suam quisquã intrabit domum:] donec fecerimus quæ sequuntur. [Sed hæc contra Ga-
baa in commune faciemus.Decem viri eligantur è centum ex omnibus tribubus Israel,& cen-
tum de mille,& mille de decem millibus,vt comportent exercitui cibaria,& possimus pugna-
re contra Gabaa Beniamin,& reddere ei pro scelere quod meretur.Conuenitq; vniuersus Isra
el]per synecdochen sumendo partem maiorem pro toto,[ad ciuitatem]Maspha,[quasi ho-
mo vnus,eadem mente vnoq; consilio]vt dictum est,[& miserunt nuncios ad omnem tribum
Beniamin,]s.ad diuersas vrbes ipsorum,[qui dicerent: Cur tantum nefas in vobis repertum
est?]i.in aliquibus de vestra progenie.Quasi dicant:Hoc vobis cedet in dedecus,nisi dissenti-
atis,& puniendos tradatis malefactores.ideo subditur:[Tradite homines de Gabaa qui hoc
flagitium perpetrãrunt,vt moriantur,& auferatur malum de Israel.Qui noluerunt fratrum su-
orum filiorum Israel audire mandatum,sed ex cunctis vrbibus quæ sortis suæ erant,conuene-
runt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contra vniuersum populum Israël dimicarent.]
Quod fuit oĩnò iniustũ,& ex carnali amore atq; elatione processit,non ex zelo iustitiæ,nec ex
charitate.[Inuentiq; sunt 25.millia de Beniamin educentium gladium, ꝑter habitatores Ga-
baa,qui 70.erant]ꝑter mulieres & paruulos[viri fortissimi,]hoc est,valdè fortes in corpore,
fortitudine virtutum carentes in anima,[ita sinistra,vt dextra ꝓliantes:]sicq; instar Ahud iu-
Iudic.3. dicis quasi ambidexteri erant.&[sic fundis iaciẽtes lapides ad certum,vt capillum quoq; pos-
sent percutere,& nequaq̃ in alteram partem ictus lapidis deferretur.] Hoc totũ hyperbolica
est locutio,in qua aliquid dicitur per excessum,ad insinuandum magnitudinẽ aut eminẽtiam
rei,

rei, quæ aliter tam conuenienter exprimi nequit: ideo in tali locutione non continetur mēdacium, quia & loquens scit quousq; credatur. Itaq; per verba inducta non aliud designatur, nisi quòd habitatores Gabaa erant fundibularij valdè periti, non aũt ꝙ iuxta verborum tenorem, potuerint tangere à remoto capillum, quem nec videre sic poterant, sicut & Pharao dixit ad Ioseph: Sine oris tui imperio nemo mouebit manum aut pedem in omni terra Aegypti. [Virorum quoq; Israel, absq; filijs Beniamin, inuenti sunt *quadraginta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam. Qui] s. filij Israel contra Beniamin congregati, [surgentes, venerunt in domum Dei, hoc est, in Silo.] Itaq; de Maspha venerunt in Silo, & in tabernaculum Dei causa orationis, atque vt ibi per summum sacerdotem consulerent dñm, sicut tunc moris erat. Vndè subiungitur: [Consulueruntq; dñm] per Phinees, qui per orationem & sacrificium petiit sibi reuelari quod quærebatur. [atq; dixerunt: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Beniamin?] Ex hoc probatur vera esse opinio Iosephi, affirmantis quod ista historia gesta sit ante Othoniel, nullo iudice præsidente. Si eñ Othoniel aut alius iudex tunc præfuisset, accepissent illum pro duce exercitus, nec super hoc dñm consuluissent. Nam & in cæteris bellis sub iudicibus gestis, ipsi iudices fuerunt duces exercitus. [Quibus respondit dñs,] per angelum: [Iudas sit dux vester.] Hoc potest intelligi vel de tribu illa, vel de viro aliquo principali in ea, vt s. tribus illa esset in exercitu prima ac principalis, vel ꝙ aliquis vir ex ea, esset princeps exercitus. [Statimq; filij Israel surgentes manè, castrametati sunt iuxta Gabaa. Et indè procedentes ad pugnam contra Beniamin, vrbem] Gabaa [expugnare cœperunt. Egressiq; filij Beniamin de Gabaa, occiderunt de filijs Israel 22. millia virorum. Rursum filij Israel & fortitudine & numero confidentes,] Ex hoc habetur, ꝙ tam in primo congressu quã in isto filij Israel cum immoderata audacia & quadam elatione, videlicet in sui exercitus multitudine, ac proprijs viribus magis, quam in dño confidentes, processerunt ad pugnam: ideo dñs permisit eos bis prosterni, vt humiliati, ad ipsum confugerent. [in eodē loco in quo priùs certârant, aciē direxerunt, ita tamen, vt priùs ascenderent] in Silo ad domum Dei, [& flerent coram domino vsq; ad noctem:] Veruntamen fletus ille non processit ex vera contritione & humilitate, sed magìs ex damni sui dolore, & suæ deiectionis rubore. [consulerentq; eum, & dicerent: *Debeo] ego popul' & exercitus tuus [vltrà procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres meos,] dicendo, Fratres meos, fatentur se non ex inuidia, sed zelo iustitiæ contra illos moueri, quasi iustitiam carni & sanguini præferentes. [an non? Quibus ille respondit: Ascēdite ad eos, & inite certamē. Cumq; filij Israel altera die contra filios Beniamin ad prælium processissent, eruperunt filij Beniamin de portis Gabaa, & occurrentes eis, tãta in illos cæde bacchati sunt, vt 10. & 8. millia virorum educentium gladium prosternerent.] Quo circa mirum videtur ꝙ succubuerunt, cùm tamen (Deo iubente) inissent certamen. Et cur dñs dixit eis, vt congrederentur, cùm eos agnosceret ruituros? Et respondēdum ꝙ ideo, quia iustã causam habebant. Expediebat quoq; eorum saluti, in prælio cadere, quia & ipse congressio morsq; illata, fuerunt eorum purgatio. Voluit item eorum fidem probare, & obedientiam coronare, imò nos omnes instruere, vt nequaquam frangatur spes nostra & fides in domino, etiam si aduersa contingant, quemadmodùm sanctus Iob 13. loquitur: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Hi elici potest, ꝙ interdũ in bellis succumbunt hinc qui iustam prælij habēt causam, quod propter eorum aliquas culpas solet accidere, & pro eorum salute. Porrò iniusti ad maiorem suam damnationem, temporalem sortiuntur prosperitatem, quia & ipsi fortassis aliquid habent boni, quod temporaliter muneretur. ¶ Deniq; præter causam prætactam, assignatur & alia rationabilis causa à Catholicis & Hæbreis, cur filij Israēl bis sunt victi, quia videlicet circa vindictam iniuriæ Dei fuerant negligentes, quia Dannitas, qui modico tempore ante hoc factum ad idololatriam corruerunt, non impugnauerunt, sicut in Deuter. fuit pceptum: & sicut tempore Iosuæ voluerunt nouem tribus pugnam inire contra tribum Ruben & Gad, ac mediam tribum Manassę, cùm putassent illos altare sacrilegum construxisse, cùm tamen ad vlciscendam iniuriam huius Leuitæ, fuerint satis proni. [Quamobrem omnes filij Israel] putà residui de eorum exercitu, [venerunt in domum Dei, & sedebant flentes coram domino,] ex vera contritione & humilitate, certi quòd propter aliqua sua peccata sic essent prostrati. [Ieiunaueruntque illo die vsque ad vesperam,] pro satisfactione diuinæ offensæ, [& obtulerunt ei holocausta,] ad diuinæ reuerentiam maiestatis, quam offenderunt, [& pacificas victimas] pro remissione suarum culparum ad pacificandum se domino, & vt victoriam obtinerent. Fuitque magnum quòd bis tam lamentabiliter pro causa iusta prostrati, imò & semel ad prælium ire iussi, nequaquam contra dominum murmurauerunt, imò nec contra Phinees sacerdotem, suspicando quòd eos deceperit referendo diuina responsa, aut confingendo, sed humiliter confugerunt ad Deum, eumq; orando, plorando, sacrificando, & ieiunando, imò & corde aliter pœnitendo placare conati sunt. [& super statu suo interrogauerunt:] hoc est, per sacerdotem petierunt sibi diuinitùs reuelari, quid eis esset agendum in tali articulo & euentu. [Eo

tem

Gene. 41.

*400

Iose. libr. 5. an. iu. ca. 6.

*debemus

3. q. 7. can. Qui sine peccato.

Deuter. 8. Iosu. 22.

3. q. 7. can. Qui sine

tempore ibì erat arca fœderis domini, & Phinees filius Eleazari filij Aaron propositus dom⁹.] id est, princeps & pontifex tabernaculi Dei. [Consuluerunt igitur dominum] per Phinees, per cuius manus & sacrificia obtulerunt, [atque dixerũt: Exire vltrà debemus ad pugnam contra filios Beniamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait dominus: Ascendite.] Vndè apparet, ꝙ vrbs Gabaa fuit altiùs sita, quàm campus in quo filij Israel erant. [Cras enim tradam eos in manus vestras. Proposuerũtq́; filij Israel insidias per circuitum vrbis Gabaa:] quatenùs viri illi in insidijs positi, intrarent atque incenderent vrbem, Beniamitis indè egressis ad pugnam contra reliquos Israelitas. Qualitar autem liceat vti insidijs in prælijs iustis, dictum est Iosu. 8. [& tertia vice, sicut semel & bis, contra] filios [Beniamin exercitum produxerunt. Sed & filij Beniamin audacter eruperunt de ciuitate, & fugientes aduersarios longiùs persequuti sunt,] hoc est, filios Israel, qui ex industria & condicto fugerunt, vt filios Beniamin ab vrbe sua protraherent. [ita vt vulnerarent ex eis, sicut primo die & secundo, & cederent per duas semitas vertentes terga, quarum vna ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa, atque prosternerent 30. circiter viros. Putauerunt enim eos solito more cedere. Qui fugam arte simulantes, inierunt consilium, vt abstraherent eos de ciuitate, & quasi fugientes, ad supradictas semitas perducerent. Omnes itaque filij Israel surgentes de sedibus suis &c.] hoc est, maior pars exercitus quæ se remotè à ciuitate absconderat, surgens de suis latibulis, cœpit Beniamitis resistere. Erat quippe exercitus filiorum Israel in tres partes diuisus, quarum vna & minor iacuit in insidijs circa vrbem. Alia pars & maior, accessit vrbem ad prouocandum & extrahendum filos Beniamin. Tertia & maxima pars fuit remotè latens, & ad illam protraxerunt filios Beniamin, filij Israel qui simulauerunt fugam. [Ingrauatumq́; est bellum contra filios Beniamin, & non intellexerunt quòd eo omni parte illis instaret interitus. Percussitq́; eos dominus,] hoc est, percussioni exposuit, [in conspectu filiorum Israel.] quibus dedit virtutem percutiendi Beniamitas. [Et interfecerunt ex eis in illo die 25. millia, & 100. viros, omnes bellatores & educentes gladium, &c. Remanserunt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere potuerũt & fugere in solitudinem, 600. viri. Sederuntq́; in petra Remmon,] hoc est, in loco petroso, munito in solitudine. [mensibus quatuor.] Et plãxerunt ibì suam calamitatem magno ploratu. [Regressi autem filij Israel, omnes reliquias ciuitatis] Gabaa, [à viris vsque ad iumenta gladio percusserunt.] An verò quod ait, Vsque ad iumenta, intelligendum sit inclusiuè, an potiùs exclusiuè, dubium esse potest. [cunctasque vrbes & viculos Beniamin vorax flamma consumpsit.] Occiderũt autem filij Israel etiam mulieres & paruulos ac paruulas in tota Beniamin tribu. ¶ Refert Lyra in Hæbræo haberi, quòd filij Beniamin præter habitatores Gabaa, erant 26. millia, & quod mille ex eis, fugerunt ad oppida sua ex quibus priùs venerunt in Gabaa, atque in oppidis illis à filijs Israel sint occisa. Sed hoc non videtur textui consonare, quo dictum est: Remanserunt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt, & fugere in solitudinem, 600. viri: nisi fortè quod ait, Et fugere in solitudinem, sit determinatio eius, quod dicitur, qui euadere potuerunt. Ex his patet tota huius capituli litera, quæ est prolixa.

¶ *Explanatio cap. 21. Iurauerant quoque filij Israel in Maspha &c.* Art. 34.

QValiter reparata sit trib⁹ Beniamin, q̃ penè extincta fuit, hic enarratur. [iurauerũt quoq; filij Israel in Maspha:] anteq̃ contra Beniamin pugnare cœperunt: [Nullus nostrûm dabit filijs Beniamin de filiabus suis vxorem.] Hoc iurauerunt in detestationem facinoris Beniamitarum, & puto ꝙ iurauerunt, postquam cognouerunt tribum Beniamin velle assistere Gabaonitis, q̃a ex tunc communicauerunt illis in crimine. [Veneruntq́; omnes in domum Dei in Silo &c. & flere cœperunt, dicentes: Quare dñe Deus Israel factum est hoc malum in populo tuo, vt hodiè vna trib⁹ auferretur ex nobis?] i. ex Israelitico populo. quasi dicant, Vtinam non contigisset. Veruntñ nondum fuit tribus Beniamin oĩnò occisa, sed videbatur breuiter pitura, q̃a non apparuit prima facie modus, qualiter posset per gñationẽ conseruari, eo ꝙ cæteræ tribus iurassent filias suas non sociare Beniamitis coniugio, nec poterant gẽtiles accipere ob legis ꝓhibitionem. [Altera aũt die diluculo consurgẽtes, extruxerũt altare] in tabernaculo dñi. Sed nonne iã erat ibì altare? Dicunt aliq̃ ꝙ illud in aliquibus reparauerũt, vel translatum fuit, ideo nouum fecerunt: vel eius relatio, atq; in pristino loco positio, vocatur eius extructio. [Et obtulerũt ibì] ꝑ manus sacerdotis [holocausta] pro gratiarũ actione de triumpho cõcesso, [& pacificas victimas] pro remissione culpæ, pace, & gratia conseruationis in bono statu. [& dixerunt: Quis non ascendit in exercitu dñi] q̃ Beniamitas occidit, [de vniuersis tribubus Israel?] Hoc inq̃sierunt, vt ea occasione ꝓuiderent residuis Beniamitis de nuptijs. Qui enim ibì non erant, non iurauerunt se non daturos filias suas filijs Beniamin, & item vt illos punirent. ideo subdit: [Grãdi eñi iuramẽto se cõstrinxerãt, cũ essent in Maspha, interfici] i. ꝙ interficerẽt [eos q̃ defuissẽt. Ductiq́; pœnitẽtia filij Israel sup fratre suo Bẽiamin, cœperũt dicere: Ablata est tribus vna de Israel. Vndè vxores accipiẽt? Oẽs eñi in cõmune iurauimus, nõ daturos nos his filias nostras. idcircò dixerunt: Quis est de vniuersis tribubus Israel, qui non ascendit ad dñm

Maſpha? Et ecce inuẽti ſunt habitatores Iabes Galaad] hoc eſt, vrbis ſitę in terra Galaad, [in illo exercitu non fuiſſe. Eodem quoq; tẽpore cùm eſſent in Silo, nullus ex eis ibi repertꝰ eſt. Miſerunt itaque decem millia viros robuſtiſsimos, & præceperunt eis: Ite & percutite habitatores Iabes Galaad in ore gladij, tam vxores quàm paruulos] Mirum videri poteſt, quòd tam in tota tribu Beniamin quàm in vrbe hac Galaad etiam fœminas ac paruulos peremerunt, cùm paruuli penitùs fuerint innocẽtes. Eſtq; probabile, quòd multæ fœminæ diſplicentiam habuerunt de crimine illo Gabaonitarum. Ad quod dici poteſt, quòd in maiorem tanti facinoris deteſtationem hoc factum ſit, & viri in ſuis vxoribus ac paruulis ſint puniti, cùm tamẽ viri in Beniamin ante mulierum ac paruulorum occiſionem, fuerint penè omnes perempti. Fuit quoque mors illa innocentibus maior corona, & fœminis quæ pœnituerunt, vel in mortali culpa non erant, purgatio. Sed & rigor diuinæ iuſtitiæ commendabatur in hoc. Vir quoque & mulier vna ſunt caro, & proles eſt aliquid ſuorum parentum. [Et hoc erit quod obſeruare debetis: Omne generis maſculini & mulieres quæ cognouerunt viros, interficite: virgines reſeruate.] Ante quàm inceperunt interficere eos qui in Iabes commorabantur, cum diligenti examine ſcrutabantur ꝓ poſſe, quæ virgines eſſent, & ſeparabant eas ſeorſum. Et ſatìs faciliter poterant inuenire, quæ nec maritatę nec diffamatę fuerunt. Vndè ſubiungitur: [Inuentęque ſunt de Iabes Galaad quadringentę virgines, quæ neſcierunt viri torum:] imò nec illegitimam copulam, [& adduxerunt eas ad caſtra in Silo in terram Chanaan. Miſeruntq;] filij Iſrael [nuncios ad filios Beniamin, qui erant in petra Remmon] hoc eſt, in loco ſaxeo illo valdè munito, [& præceperunt eis,] videlicet nuncijs, [vt ſuſciperent eos,] ſ. Beniamitas illos [cum pace] reducendo eos indè pacificè ad populum Dei in Silo: [Veneruntque filij Beniamin in illo tempore. Et datæ ſunt eis vxores de filiabus Iabes Galaad:] quadringentis videlicet viris, totidem ſponſæ. [Dixeruntque maiores natu,] qui in ſuis familijs præſidebant, quorum tamen nullus prę fuit toti plebi: [Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt vxores? &c. & ingenti ſtudio prouidendum eſt, ne vna tribus deleatur ex Iſrael &c.] Nónne ex quadringentis illis coniugijs poterat tribus Beniamin reparari? Poterat planè, ſed non ita citò. Ideo propter ducentos reſiduos vxorandos, non debebant filij Iſrael prę fatum ſuum frangere iuramentum, quamuìs quidam dicat oppoſitum. [Ceperuntque] hoc eſt, excogitauerunt, ſeu ab inuicèm acceperunt, [conſilium, atque dixerunt: Ecce ſolennitas domini eſt in Silo anniuerſaria] i. annua quædam feſtiuitas, [quæ] Silo [ſita eſt ad ſeptentrionem vrbis Bethel] non illius, quæ alio nomine vocatur Hieruſalem, [præceperuntq; maiores natu filijs Beniamin, atque dixerunt: Ite & latitate in vineis. Cumq; videritis filias Silo] i. filias ciuium vrbis nomine Silo, [ad ducendos choros,] i. choreas [ex more procedere] extra vrbem, [exite repentè de vineis, & rapite ex eis ſinguli ſingulas vxores] i. quilibet vnam puellam ad nubendum. Veruntamen raptus talis ſecundum legem non licuit, ſed neceſsitas & maiorum commiſsio excuſauit raptores in toto vel partìm. [Cumque venerint patres earum ac fratres, & aduerſum vos queri] i. conqueri [atque iurgari cœperint,] violentiam vobis obijciendo, [dicemus eis: Miſeremini eorum. Non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum:] i. iſti Beniamitæ non dicunt quod filias veſtras de iure acceperint, ſicut hi qui vincunt in prælio, rapiunt filias eorum quos ſuperant, & quantum ad hoc, non habent ſe præſumptuosè. [ſed rogantibus vt acciperent, non dediſtis:] i. filias veſtras noluiſtis dare his Beniamitis, cùm tñ rogarent ſibi de vxoribus prouideri. [Et à parte veſtra peccatum eſt] hoc eſt, vos ipſi eſtis in culpa, non ideo, quoniã filias veſtras non dediſtis filijs Beniamin, eas ſibi dari rogãtibus, eo ꝙ promiſiſtis vos non daturos filias illis, ſicut & nos natu maiores: ſed qm̃ filias veſtras permiſiſtis ſic chorizando vagari, ꝙ rapi taliter potuerunt. [Feceruntq; filij Beniamin vt ſibi fuerat imperatum, & iuxta numerum ſuum rapuerunt ſibi de his q̃ ducebant choros, vxores ſingulas. Abieruntq; in poſſeſsionem ſuam,] quam habuerunt latiſsimam, quia ſexcenti illi reſidui totam terram tribus Beniamin poterant poſsidere: idcircò fœminæ eis aſsignatæ, & parentes quarundam, faciliùs conſenſerunt filijs Beniamin ad ineundum connubia. [ædificantes vrbes, & habitantes in eis. Filij quoq; Iſrael reuerſi ſunt per tribꝰ & familias in tabernacula ſua. In diebus illis non erat rex in Iſrael, ſed vnuſquiſq; quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.] i. ſine refrenatione fecit quod voluit. Nullus aũt reſpiciens ad malũ operatur, vt D. Dionyſiꝰ conteſtatur, i. nullus optat aut facit malum ſub ratione mali, ſed ſolùm ſub ratione boni veri aut apparentis, cùm bonum ſit appetitus obiectum. Hinc Prouer. 21. habetur: Omnis viri via recta ſibi videtur. Et rurſus ibidem: Via ſtulti recta in oculis eius. Veruntamen non eſt putandum, ꝙ in diebus illis vnuſquiſq; in Iſrael fecit oĩnò ſine refrenatione omne quod voluit, aut quod ſibi bonum apparuit, quia & parentes ꝓhibuerunt ſobolem ſuam à multis malis, & domini ſuos miniſtros, in vrbibus quoque fuerunt ſpeciales rectores ac iudices: ideo diſtributio præfata, eſt accommoda pro generibus ſingulorum: vel per hyperbolen dictum eſt hoc, & quia in multis ſic fuit. ¶ Denique non ſolùm dum deeſt ſuperior aut prælatus, ſed item dum is qui præeſt, eſt penitùs negligens in corrigẽdis & corripiẽdis exceſsibus,

Gene. 2.

Dionyſius


bus,verbum hoc dici potest:In diebus illis non erat rex in Israël. Talis etenim præsidens, nomine & non re præsidens est,cui dicitur Zachar. II. O pastor & idolum. ¶Prætereà, quoniam clausula ista, In diebus illis &c.etiam posita est in descriptiptione casus ipsius Michæ & Danitarum, asserit Iosephus casum istum & illum circa eadem tempora contigisse. Moraliter ex horum trium capitulorum historia informamur, quanta mala nascantur ex carnali concupiscentia,& quam inestabiliter illa obtenebret & incorrigibilia faciat corda seducta : ideo prorsus vitanda est. ¶Porrò,per tribum Beniamin, quæ hominibus suæ prosapiæ opem & defensionem in malis exhibuit,intelliguntur,qui ex carnali amore aut commodo defendunt, excusant,& adiuuant suos propinquos,amicos, aut socios in peccatis,sicq; ipsorum inuoluuntur sceleribus,atque iustitiæ renituntur,tandemq; pereunt. Rursus ex prædictis instruimur, quod volentes corripere aut corrigere alios,debent hoc facere ordinatè,& in primis emendare seipsos,neque ex rancore,sed zelo iustitiæ vitia vindicare. Docemur quoque incauta nequaquam facere iuramenta,sed omnia agere cum cautela. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus. Amen.

Iud.17.18. Iose. lib.5. an.Iu.ca.6.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM RVTH, ENARRATIO.

PRAEFATIO.

Hieronymus.



[I]ESTE sancto Hieronymo, Hebræi librum Ruth dicunt ad librum Iudicum pertinere,quia in diebus vnius iudicis historia Ruth scribitur contigisse.Estq; liber iste quoddam illius voluminis complementum. Quocirca quæri potest, Cur potiùs intitulatur à Ruth, quàm à Booz vel Noemi. Respondendum, quòd ideo, quia in isto libello specialiter recitantur virtutes istius Ruth,& gratia Dei in ea ampliùs commendatur, atque per eam docetur impleta prophetia Esaiæ de Christo:dicentis : Emitte agnum domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion. in quibus verbis vel ipsa Ruth ob suam constantiam, firmitatemque animi, petra vocatur:vel per Petram deserti, intelligitur locus de quo extitit oriunda.

Esaiæ 26.

¶ELVCIDATIO CAP. I. IN DIEBVS VNIVS IVDICIS.

Articulus primus.

IN diebus vnius iudicis quãdo iudices præerant]Hoc non est intelligendum, quòd in dieb' vnius iudicis Israel præfuerunt plures iudices Israeli:sed quod ait, Quando, exprimit tempus indeterminatum. vt sit sensus : Quando,id est,quo tempore successiuè præerant iudices Præerant autem(vt dictum est)per modum directionis atque consilij magìs,quam per modũ iurisdictionis atque dominij. [Facta est fames in terra]Iudææ,id est,magna caristia siue sterilitas. An autem in sola Iudæa fuerit illa fames,an etiam in circuniacentibus terris, scriptura non exprimit. Tamen quia mox subditur,quòd quidam ex Bethleem transierunt ad habitandum in terra Moabitarum, que regio est Iudææ vicina, videtur vel quòd solùm, vel præcipuè fuit hæc fames in territorio Iudæorum. ¶Quæritur,quis fuerit iudex sub quo accidit ista historia. Ad hoc Lyra respondet:Magister in historijs & expositores aliqui dicunt, quòd iudex iste fuit Heli,qui cum hoc sibi sacerdotium vsurpauit,qui non fuit de stirpe Eleazar,sed Ithamar. Licet autem istud secundum sit verum,videlicet quòd Heli sacerdos & iudex, non fuit de Eleazar,sed de Ithamar, non tamen videtur verum quòd sibi vsurpauerit sacerdotium, quoniam 1.lib.Regum dominus ait ad eum : Loquens loquutus sum,quod domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo in sempiternum. Ergo sacerdotium illud habuit ex ordinatione diuina. Nec verum videtur quòd ista res sub Heli contigerit, quoniam à principio quo Heli cœpit populum iudicare, vsque ad principium regni Dauid, fluxerunt tantum 80.anni, videlicet 40.sub Heli, & totidẽ sub Samuele & Saul,vt ex 1. Regum habetur.Ergo infrà hos 80. annos fuit peregrinatio Elimelech, generatio Obeth ex Ruth,generatio quoque Iessæ ex Obeth,& generatio Dauid ex Iesse,imò & vita Dauid vsque ad regni sui exordium, in quo erat 30.annorum.Quod non videtur posse saluari, quoniam Noemi 10. annis mansit in terra Moab,qui additi 30.annis vitæ Dauid,in quibus cœpit regnare,faciũt annos 40.Iesse quoq; dum genuit ipsum Dauid,senex fuit:quia sex filios genuit ante eum,vt legitur 1.lib.Regum. Sicque habuit 39.annos ad minus,quando genuit Dauid. Hi aũt anni simul iuncti,faciunt 80. annos, si addatur & annus ille quo Noemi est reuersa, & Ruth ipsi Booz coniugio sociata & imprægnata. Et ita non remanet tempus aliquod vitæ Obeth, quousque generasse potuerit ipsum Iesse

Pe. Co.hist. li.Ruth. 24

1.Re 2. 1 Reg. 1 2.Reg.2. 1.Reg. 4. 8. 24. 1.Reg.2. 1.Reg.16.

Iesse. Hæc Lyra. ¶ Circa hæc dico, quod magister in historijs non dicit, ꝙ Heli sibi sacerdotiũ vsurpauit. Sic equidem ait: Post Samsonem iudicauit Israelem. Heli sacerdos, qui tñ nõ iudex, sed sacerdos à digniori officio agnominatus est, trãslato sacerdotio à filijs Eleazar. Hoc videlicet Heli primus de filijs Ithamar accepit sacerdotium. In diebus eius facta est fames in terra. Ecce in his verbis non videtur quod Heli sacerdotium vsurpauerit sibi. Veruntñ addit ibidem Magister: Eleazar & Ithamar fuerunt filij Aaron. De Eleazaro debuit esse sacerdos, de Ithamar autem Leuita: q̃ additio vera est, si per sacerdotem intelligatur summus sacerdos seu pontifex, per Leuitam sacerdos simplex: Non aũt, si intelligatur quòd de solo Eleazaro debuit esse quicunq; sacerdos, & de Ithamar Leuita, non sacerdos, cùm in Leuit. scriptũ sit, ꝙ Nadab & Abihu filij Aaron sacerdotes fuerunt, ipso Aaron pontificatũ gerente: ipsisq; Nadab & Abihu igne consumptis, pro eis sacerdotio functi sunt Eleazar & Ithamar, sicq; deinceps filij Ithamar fuerant sacerdotes. Et Phinees primogenitus Eleazari post patrem suum pontifex fuit. Sic & Heli iste pontifex fuit, pontificatu translato ad posteros Ithamar, quod durauit vsq; ad Sadoch pontificem, qui fuit de Eleazer, eiecto Abiathar, qui fuit de Ithamar. ¶ Insupèr 1. Paral. 24. describitur, quemadmodùm Dauid distribuit 24. ordines sacerdotum, quorum ordinum 16. erant de Eleazaro, 8. de Ithamar. Deinde dico, ꝙ improbatio illa Magistri in hist. s. ꝙ iudex ille nõ fuerit Heli, non videtur idonea. Non eñ dicit scriptura, quod Iesse fuit senex qñ genuit Dauid, sed qñ Dauid occidit Goliam, seu missus fuit ad Saul, imò antequam Dauid fuit primò missus ad Saul, talis fuit & tantæ ætatis, ꝙ vnus dixit de eo Sauli: Eccè vidi Dauid filiũ Isai, scientem psallere, & fortissimum robore, virum bellicosum & prudentem in verbis. ¶Ettereà refert & approbat Lyra opinionem Hebræorum, dicentium ꝙ iudex sub quo cõtigit historia ista, fuit Abessan, de quo dictum est Iudic 12. & ꝙ Abessan alio nomine dictus sit Booz, sicq; idem vir & iudex fuit Abessan & Booz, qui fuit ante Heli 46. annis, vt patet ex decursu li. Iudi. Sed ista opinio videtur inepta & textui huic contraria. Ait enim scriptura in libri huius exordio, In diebus vnius iudicis. Cùm aũt scriptura dicit aliqd contigisse in diebus alicuiꝰ regis aut iudicis, certum est ꝙ intelligat hoc de diebus, in qbus talis rex aut iudex, fuit iudex aut rex, nõ de cæteris eius diebꝰ. Abessan aũt non præfuit nec extitit iudex, nisi 7. annis, vt Iud. 12. legitur, Porrò Noemi fuit in terra Moab 10. annis. Si ergo Abessan & Booz idem vir fuit, in cuiꝰ p̃sidentia contigit fames illa, post cuius exordiũ Elimelech cum Noemi, profectꝰ est de Bethleem in terram Moabitarum, iam diu defunctus fuisset ante reditũ Noemi, nisi diceretur à suo Iudicatu depositus adhuc sanus. Quod nemo affirmat, nec in aliquo iudice Israel factum est. Si verò dicatur ꝙ Elimelech iter illud arripuit, anteq̃ Booz cœpit populum iudicare, potiùs esset dicẽdũ quod fames ista incepit tempore Iephtæ, qui 6. annis p̃fuit ante Abessan. Si autẽ dicatur, ꝙ fames aut peregrinatio illa ideo sub Abessan (q & Booz) asseritur facta, quia sub eo est terminata: pariformiter dici posset, ꝙ fames & peregrinatio illæ sint factæ sub Heli anteq̃ cœpit p̃esse, & sub cuius Iudicatu sint terminatæ, qa res à fine suo nomen sortitur: Sicq; satis multum habebitur de tempore pro vita Obeth, quousq; genuit Iesse, qm̃ Heli obijt dum 98. erat annorum, & 40. præfuit annis, vt 1. Reg. 4. habetur. Veruntamen non est verum, ꝙ res quamcunq; denoĩationem à fine accipiat, imò & aliquam sumit à suo principio. Et q̃uis denominetur à fine, non tñ dicitur facta in fine suo seu termino sui esse, sed in principio eius. Prętereà non oportet putare, ꝙ Iesse fuit ad minus 39. annorum dum genuit Dauid, imò Beniamin iunior ipso Ioseph tempore ingressionis suæ in Aegyptum, habuit ad minus filios 9. qñ nondum erat 37. annorum, vt Gene. 46. ostenditur. Melius ergo dicunt catholici, q̃ Hebræi. Itaq; in diebus vnius iudicis facta est fames in terra, q̃ quamuìs qñq; contingat ex naturalibus causis, tunc tñ p̃pter magna Iudæorum crimina creditur contigisse: quod non videtur posse saluari, si iudex ille fuit Abessen aut Iephthe, qui eum præcessit, aut Elon vel Abdon, qui post Abessan fuerunt: quia (vt patuit) sub illis non leguntur filij Israel recessisse à cultu Dei, vt Iud. 12. dictum est. Deniq; circa illud 1. Paral. 4. Et qui stare fecit solem, ait B. Hieronymus: Tempore Elimelech propter præuaricatores legis sol stetit, vt viso miraculo, conuerterentur ad dñm: quod qm̃ contempserunt, in tm̃ præualuit fames, quod q in tribu Iuda prior videbatur, cogẽte inopia, cum vxore & filijs patria pulsus, in peregrinatione cum filijs mortuus est. Hebræi tñ (vt fertur) p̃hibent eum peregrinatũ in Moab, non ex indigentia, sed ad vitandũ molestiam: qa cũ esset abundãs, multi indigentiũ cõfugiebãt ad ipsum, qbus inuitè sua cõmunicauit, ideo abijt. Et qa ex vitiosa causa recessit cum bonis suis mobilibus, iusto Dei iudicio depauperatus atq; defunctꝰ est cum filijs suis in terra non sua. Vndè & Noemi infrà testatur. Egressa sum plena: quod tñ ad aliũ sensum potest exponi. [Abijtq; homo de Bethlehem Iuda. vt pegrinaretur in regione Moabitide cum vxore sua ac duobus liberis, Ipse vocabatr Elimelech, & vxor eius Noemi, & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion Ephratæi, de Bethlehem Iuda. Ingressiq; regionem Moabitidẽ, morabanť ibi. Et mortuus est Elimelech maritus Noemi, remansitq; ipsa cum filijs. Qui acceperunt] si filij Noemi, [vxores Moabitidas, quarũ vna vocabatur Orpha, altera Ruth.] Circa hoc

Pet. Co hi. lib. Ruth cap. 24.

Idem.

Leuit. 10.

1. Reg. 17.

1. Reg. 16.

Iudic. 12.

Iosu. 10.

Hieronymus.

refert Lyra, Dicunt Hebræi & qdam catholici, ꝙ Ruth filia fuit Eglon regis Moabitarũ, ꝙ tamen reprobat Lyra, præsertim ꝙ non fuit filia regis Eglon, quem Ahud iudex Israel interfecit, quia ille iam mortuus fuit ampliùs quam per annos 200. Nec apparentiam habet, ꝙ rex Moab dederit filiam suam viro extraneo. Nihilominus dictum illud posset aliqualiter colorari, ex eo ꝙ scriptum est 1. Paral. 4 Securus & incedens, qui principes fuerunt in Moab. vbi scribit Hieronymus: Mahalon & Chelion filij Elimelech, hic securus & incedens dicuntur. Si ergo principes ibi erant, videntur ibi nobiliter vxorati. Iam quoq; pbabitum est, quod pater eorũ fuit de nobilioribus ciuibus Bethlehem. Vndè qui istud vellet defendere, dicere posset, ꝙ Eglon rex pater Ruth, fuit alter ab illo quem Ahud interfecit. Ego tamen non puto id verum esse, cum & Noemi & Ruth in magna paupertate de terra Moab reuersæ sint. Hieronymus quoque: In Hebræo, inquit, non principes, sed mariti dicuntur. [manserunt ibi 10. añis, & ambo mortui sunt] duo s. filij Noemi, [Mahalon videlicet & Chelion,] in terra Moab infra 10. annos peregrinationis illius. [Remansitque mulier orbata duobus liberis ac marito.] ideo fuit mœstissima, quia nec filij eius sobolem reliquerunt, propter quod spem posteritatis amisit. [Et surrexit vt in patriam pergeret] s. in Iudæam & Bethlehem, [cum vtraq; nuru sua] i. vxoribus filiorum suorum, [de regione Moabitide,] Et quod dicitur, cum vtraque nuru sua, potest determinare verbum illud, surrexit: vt sit sensus, quod duæ fœminæ illæ surrexerunt cum ea, vt per spatium deducerent eam: vel complexum illud, vt in patriam pergere: eritq; sensus, quod surrexit cum mulieribus illis, vt simul cum eis reuerteretur in terram suam. Sed *prima expositio verior reputatur, quia inter alia subiungitur: [& iam in via reuertendi posita in terram Iuda, dixit ad eas: Ite in domum matris vestræ.] i. qualibet vestrũm ad propriam redeat matrem. Non enim erant sorores. Atque per hoc quod dicitur, in domum matris, videtur quod patres earum obierant. [Faciat vobiscum dñs misericordiam, sicut fecistis cum mortuis.] i. cum vestris maritis adhuc viuentibus, nunc defunctis, ad quos habuistis vos piè & amorosè. Vel, cum mortuis, habendò vos charitatiuè & liberaliter circa sepulturam ipsorum, & ipsorum mortem vehementer deflendo. [& mecum. Det vobis inuenire requiem in domibus virorum quos sortituræ estis.] i. bonos ac pacificos vobis concedat maritos, quia & hoc magnũ est Dei donum. Quemadmodum enim Eccl. 26. scriptum est, Mulieris bonæ beatus vir, Numerus enim annorum illius duplex: ita veraciter perhibetur, Viri boni beata vxor, &c. Nam & bonus vir melius potest compescere peruersam vxorem, quam vxor bona durum & peruersum maritum. [& osculata est eas,] in signum magnę dilectionis, sicut in separatione amantium fieri solet. [Quæ eleuata voce flere cœperunt,] i. ex vehementi interiorum commotione cum singultu & vlulatu, ad quod propter cordis mollitiem pronæ sunt fœminæ, [& dicere: Tecum pergemus ad populum tuum.] Hoc intendebant, trahente eas amore socrus, quæ tam amicabiliter habuit se ad ipsas, ꝙ ab ea separari, fuisset ipsis molestum valdè. [Quibus illa respondit,] magis quærens illarum, ꝗ ꝓprium, commodum: [Reuertimini filiæ meæ. Cur venitis mecum? Num vltrà habebo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis?] i. sub illa spe non habetis mecum redire, quasi valeatis cum fratribus defunctorum inire connubium, qui iuxta morem nostræ legis suscitent semẽ fratribus suis defunctis, ꝙ & ante legem Mosis seruabatur, vt in Genesi ostenditur de Iuda & filijs eius circa Thamar. In Scholast. quoq; fertur hist. Apud Moabitas seruabatur lex de semine suscitando. [Reuertimini filię meæ & abite: iam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo coniugali. Etiam si possem hac nocte concipere & parere filios, si eos expectare velitis donec crescant, & annos pubertatis impleant, antè eritis vetulæ quam nubatis. Nolite quæso filiæ meę facere hoc, quia vestra angustia magis me premit:] i. grauiùs affligor ex consideratione vestræ tristitiæ ac necessitudinis, & ꝙ in sterilitatis opprobrio maneretis, mecum manẽdo [& egressa est manus dñi contra me.] i. Deus sua virtute me acriter visitauit per mortem mariti mei & filiorum meorum in iuuentute eorum, & anteqȝ genuerunt. [Eleuata igitur voce, rursum flere cœperunt. Orpha osculata est socrum, ac reuersa est,] acquiescens persuasioni illius. [Ruth adhęsit socrui suæ. Cui dixit Noemi. En reuersa est] i. redire iam cœpit [cognata tua] Forte enim fuit neptis illius Ruth, vel propter affinitatem sic nominat eam. [ad populum suum, & ad deos suos.] Non videtur hæc Noemi fuisse multum deuota & feruens, qm̃ nurum illam, s. Orpham, non admonuit (vt apparet) ad cultũ vnius veri Dei, imo nec ipsam Ruth, cum tñ tam diu essent ad inuicèm commoratæ & familiares, imò videtur ipsi Ruth dedisse consilium redeundi, sicut iam redijt Orpha. Nam addit, [vade cum ea. Quæ respondit: Ne aduerseris mihi, vt relinquam te & abeam.] Hæc Ruth fuit electa à Deo, ideo eam sic affecit, attraxit, & constantem effecit. Imò (vt magister in hist. recitat) Noemi dixit ad Ruth: Audi filia, Non est Deus noster sicut dij gentiũ, nec populus noster secundum ritum gentiũ viuit. Expedit tibi vt redeas ad populũ tuum & ad deos tuos. Et ait Ruth. [Quòcunq; enim perrexeris, pergã: & vbi moratu fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus:] quasi dicat: Parata sum sequi populi tui. [& Deus tuus, Deus meus.] i. Deo tuo volo seruire, non dijs Moabitarũ. & Præterea

Hieronymus.

for. *secunda.

Deut. 25.
Gen. 38.
Pet. Co. hi. libr. Ruth. cap. 24.

Pet. Co. hi. libr. Ruth. cap. 24.

(vt fertur) videns Noemi ipsam Ruth velle ad Iudaismum conuerti, probauit constantiam eius, ne pòst apostataret à lege assumpta, idcircò proposuit ei aliqua ardua legis, quéadmodùm religionem intrare optantibus, proponuntur ardua ordinis. Itaq; Noemi dixit ad Ruth: Hebræis & conuersis ad legem eorum, non licet exire & commorari extra terram eis à Deo concessam, nisi ex grandi necessitate. Ad quod Ruth respondit: Quocunque perrexeris, pergam, q. d. non alibì. Rursus Noemi ait: Non licet mulieribus Hebræis esse solas cũ viris, nisi cũ suis maritis. Rñdit Ruth: Vbi commorata fueris, & ego pariter commorabor, q. d. Non cupio esse sola cum viro. Iterum Noemi: Nos, inquit, tenemur ad onera legis, atq; ad vnius Dei cultum. Et Ruth ait: Populus tuus, populus meus, q. d. Volo ei conformari in obseruantijs legis. Deus tuus, Deus meus, quem solum decæterò colam. Denuò Noemi est locuta: Transgressoribus legis nostrę infliguntur duræ diuersæq; mortes, videlicet lapidatio, combustio, strangulatio, gladiatio. Rñditq; Ruth: [Quæ te terra morientem susceperit, in ea moriar, ibiq; accipiam locum sepulturæ.] tanquam dicat, In terra tua mori parata sum, iuxta meorum exigentiam meritorũ. [Hęc mihi faciat Deus & hæc addat] i. p̃racta aut cõsimilia aduersa mihi infligat Deus verus, per qué solũ decęterò iuro tẽpore opportuno, [si non sola mors me & te separauerit] loco, habitatione & religione. Hunc modum iurandi didicisse videtur Ruth ab Hebræis, hoc est, à suo marito aut socru. [Videns ergo Noemi, ꝙ obstinato] i. firmo & immobili [animo Ruth decreuisset secum pergere] ex inspiratione diuina, sicq; obstinatio sumitur hîc in bono. [aduersari noluit, nec ad suos vltrà reditum persuadere. Profectæq; sunt simul, & venerunt in Bethleem. Quibus vrbem ingressis, velox apud cũctos] ciues [fama percbuit] i. vnus alteri velociter insinuauit reditum Noemi, qa & anteà erat famosa, & oĩbus chara ac pulchra matrona. Ideo subditur: [Dicebantq; mulieres: Hęc est illa Noemi,] i. mulier illa olim ita notabilis. Et ita de eius reditione gaudebant, eius quoq; aduersitatibus condolebant, quasi dicant: Ecce iam quasi sola venit, quæ cum marito & filijs abijt. [Quibus] illa [ait,] aduersitatẽ suã, ostendens, & gaudẽtiũ lętitiã moderans: [Ne vocetis me Noemi, i. pulchrã.] Noemi quippe, pulchra interp̃tatur. q. d. Habeo nomen sine noĩs ꝓprietate, [sed vocate me Mara, i. amaram, qa amaritudine,] hoc est, tristitia & dolore [valdè repleuit me omnipotẽs:] cuius dispositione & voluntate defuncti sunt maritus meus & filij. [Egressa sum plena,] Secundũ eos qui dicunt eã abijsse cũ opulẽtia ob causam inductã, sensus est, ꝙ cum diuitijs & comitatu recessit: secundum alios sensus est, ꝙ cum marito & filijs abijt, quos sibi p̃ cunctis diuitijs chariores fuisse testata est, quéadmodum vxor Tobiæ ait: Sufficiebat nobis paupertas nostra, vt diuitias cõputarem⁹ hoc, ꝙ videbamus filiũ nostrũ. [& vacuã me reduxit dñs.] s. marito filijsq; orbatam, aut etiã depaupertatam. [Cur ergo vocatis me Noemi, quam dominus humiliauit, & afflixit omnipotens? Venit ergo Noemi &c. in Bethleem quando primùm hordea metebantur] i. tempore hordeaceæ messis. Tob. 5.

¶ *Spiritalis explanatio eiusdem cap.* 1. Art. 2.

SIcut in modica testa continetur nucleus dulcis, atq; in fauo mellis dulcedo, in malo quoq; granato granum medicinale: ita & in breui hoc libro Ruth. suauia Christi & ecclesiæ sacramenta inclusa sunt. Allegoricè ergo, per iudicem Israel, in cuius diebus facta est sterilitas in Iudæa, intelligitur collectio pontificum, qui Iudæi p̃erant in primo Christi aduentu atq; post resurrectionem ipsius, qui populum à Christi prædicatiõe, fide & cultu totis viribus auerterunt, in p̃magna bonæ conuersationis sterilitas, & spiritalis alimoniæ carẽtia, in populo illo Iudaico extiterunt. [Abijtq; homo de bethleem Iuda,] nomine Elimelech, quod interpretatur, dñs meus rex, i. Christus dñs & rex noster cum ecclesia ingressus est terras gentilium, quia post suã resurrectionẽ Iudæis in sua p̃fidia induratis, per primitiuæ ecclesiæ prędicatores, sanctos apostolos, & per ꝓphetarum oracula visitauit gentiles, & in eorum demoratus est cordibus. Cùm duobus filijs suis, per quos ordo prophetarum & chorus signatur apostolorum, seu ipsi apostoli & cæteri eorum cooperatores discipuli. Per Noemi demum, quæ pulchra interpretatur, ecclesia designatur, cui Cant, 5. dicitur: O pulcherrima mulierum. [Et mortuus est] ibi [Elimelech.] Christus nanq; in membris suis persequutiones sustinuit tyrannorum, & sibi fieri reputauit, quod suis infligebatur fidelibus, quibus per Zach. 2. loquutus est: Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei. Vndè & rursus fatetur Matt. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Specialiter verò mortuus fuit in corde eorum, qui per tormẽta & violentias corruerunt à fide. Remansitq; mulier orbata duobus liberis ac marito. [Quia & S. Apostoli cæteriq; discipuli pro Christo sunt martyrizati, sicut & olim prophetæ ab impijs sunt afflicti: sicq; eorũ præsentia ecclesia fuit priuata, quæ etiam in hac vita sponsi cælestis claro & beatifico priuatur consortio ac aspectu. Prætereà interdum contingit ecclesiam ad tempus relinqui, ita vt solitis consolationibus, supernorumq; charismatũ affluentijs destituatur, atq; grauissimis persequutionibus exponatur, in tm̃, vt cum Apostolo 2. Cor. 1. dicatur: Supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos viuere. Tunc ergo quasi orbatam se cęlesti merito cõqueritur. [Et surrexit vt in patriam pergeret cum vtraq; nuru sua.] Ecclesia nanq; quosdam gentiliũ io-

conuertibiles reperit, ideo eis relictis, vicissim conuersos ex Iudaismo in terra sancta reuisit, quemadmodùm Iacobus de Hispania in Iudæam reuersus est, & rursus prædicauit ibidèm, plurimosq; conuertit. Apostoli quoq; per aliquot annos cunctis temporibus in Hierusalem & ad primitiuam ibi ecclesiam redierunt, sicut hoc partim in Actibus edocetur. Aliquas quoq; ex gentibus conuersas personas, secum duxerunt. Veruntamen per hanc Noemi reditionem, præcipue figurabatur, quod fideles circa finem mundi prædicaturi sunt synagogæ, & conuersuri eandem. Porrò per hoc quod Noemi vtriq; nurui suæ reditum persuasit, datur intelligi quod ecclesia non statim recipit infideles aut etiam catechumenos ad baptisma, sed probat spiritus si
1.Ioan.4. ex Deo sint. Per idem intelligi potest, quòd quasdam personas ex gentilitate conuersas, ecclesia remisit & ad loca priora direxit ad prædicandum ibidèm, vt prolificarent & fructificarent in gentibus, qui in obstinatis Iudæis proficere non valebant, in quibus nec primitiua ecclesia quiuit multum facere fructum. Insupèr, sicut mulieres & ciues in Bethlehem de reditu Noemi admirati sunt & gauisi: sic Iacobus Hierosolymorum primus antistes & primitiua eius ecclesia, gloriabantur & admirabantur non parùm, quando Paulus & Barnabas, imò & alij quidam apostoli, præcipuiq; discipuli ex Iudaismo conuersi, venerunt ad ipsos, & narrauerunt qualiter fructificassent in gentibus, multaq; millia conuertissent, & diuinis coruscassent miraculis. Quibus cognitis, dixerunt Hierosolymitæ fideles: [Hæc est illa Noemi,] i. pulchra Christi sponsa. Illi verò dixerunt: [Ne vocetis me Noemi, i. pulchram, sed Mara, id est, amaram:] propter grauissimas quas ab infidelibus sustinuerunt persequutiones, & quia de pereuntium excæcatione & disperitione intensissimè doluerunt, & quia multi ex eis erant atrocissimè ab infidelibus interempti. Vndè quantùm ad hoc, quasi vacuos se redire arbitrabantur. Nunc quoq; ecclesia Christi multipliciter deformata, & pristina gratiæ ac virtutum atque diuinorum charismatum pulchritudine destituta, & tam ab inuisibilibus quam à visibilibus hostibus conculcata, querula ait voce: Ne vocetis me Noemi, sed amaram, quia amaritudinibus sum repleta. ¶ Moraliter quoq; in terra Israel, i. in ecclesia Christi fit fames, i. virtutum carentia, [in diebus vnius iudicis] i. indigni & scandalosè viuentis prælati aut principis, sub quo etiam aliqui boni patiuntur famem audiendi verbum Dei, qui informari cupiunt de necessarijs ad salutem: sed qui præsunt, non instruunt eos, imò subuertunt pro posse. Ideo boni tales peregrinantur in terram Moab. Quod etiam in bono potest intelligi, quoniam Moab interpretatur, ex patre. Sicq; terra Moab, est congregatio deuotorum & verè fidelium, qui ex Deo sunt nati, & venientibus ad se sermocinantur quæ Dei sunt, ita quod sibijpsi & prauis desiderijs salubriter moriuntur, sicut quibusdam scribit Apostolus Coloss.3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. At verò per Ruth, quæ socrui suæ inauertibiliter mansit adhærens, intelligitur quæcunq; fidelis anima, quæ nulla persuasione, aduersitate aut occasione recedere vult ab ec-
Lucæ 8. clesiastica vnitate. Per Orpham verò accipiuntur, qui ad tempus credunt, cōpunguntur, & bona efficiunt: sed tēpore aduersitatis tētationis aut etiam prosperitatis, labūtur. Docemur quoque ex ista historia ad intuendum ac assequendum fidelitatem, constantiam, cæterasq; virtutes electæ Ruth, quæ amore socrus suæ, imò potiùs impulsu spiritussancti, propriam terram & plebem reliquit, nuptias perfidorum contempsit, ad terram Israel, ad cultum ac populum veri Dei accessit, & Deo decætero seruiuit fideliter. Nulla ergo sensuali affectione, quorumcunq; propinquorum aut amicorum, nullo voluptatis amore, nullo proprij intuitu commodi separemur à Deo, nec præceptis ecclesiæ efficiamur rebelles, nec viam relinquamus iustitiæ, sed in Dei filiali ac spiritali timore & feruenti amore maneamus immobiles. Proximis quoq; simus fideles, & cum Noemi ita nos habeamus ad proximos, vt non sine fletu & vlulatu valeant à nobis diu ac longè auelli. ¶ Insupèr Ruth in multis est figura ecclesiæ ex gentilitate collectæ, quæ dijs suis, consanguineisq; relictis, soli coniuncta est saluatori. Sed & quamcunq; fidelem animam, specialiter religiosam personam, quæ mundum & mundana Christi amore relinquit, designat. Postremò, quicunq; fidelis priori deuotione, perfectiōe seu gratia spoliatus, seu à contēplationis decore, spiritaliq; cōuersatione ad carnalia deuolutus aut etiā exterioribus occupationibus detineri coactus, & per eas distractus, meritò cōqueri potest ac dicere: Ne vocetis me Noemi, sed amaram, quia amaritudine sum repletus: si tamen huiusmodi homo verè conteritur, & super dāno suæ aīæ lachrymatur, atq; ad prioris vitæ puritatem ac libertatem aspirat.

¶ *Elucidatio literalis cap.2. Erat autem viro Elimelech consanguineus.* Art.3.

QValiter Ruth ad notitiā mariti sibi à Deo gratiose prouisi peruenerit, nūc narratur. [Erat autem viro Elimelech] i. ipsius Elimelech, [consanguineus homo potēs] de semine Iuda, [& magnarum opum, nomine Booz:] qui non solùm in temporalibus, sed & in virtutibus extitit opulētus, quia suis benè vtebatur diuitijs. [Dixitq; Ruth Moabitis ad socrum suā: Si iubes, vadam in agrum & colligā spicas,] Eccè quàm humilis petitio licentiæ, & itèm quàm piū opus, videlicet colligere spicas, sed & quā iustum & non fraudulentum fuerit eius propositum, ostendit subdendo: [quę fugerint manus metentium,] non ergo proposuit aliquam spicā furtim tollere

trahere. Sed & verecundia bonæ Ruth insinuatur ex verbo quod addit,[vbicunq; elementis in me patrisfamiliâs reperero gratiam. Cui illa respondit: Vade filia mi.] Et hoc quoque fuit amorosum congruumq; responsum. Humilibus enim impendenda est beneuolentia omnis. Petenti quoque humiliter, affectuose est respondendum. Et si fieri expedit, piè acquiescendum.[Abijt ergo, & colligebat spicas post terga metentium. Accidit aũt vt ille ager] quem intrauit Ruth,[haberet dñm nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech.] Ager ille iam antea pertinebat ad Booz, fortè ex legitima successione. Non ergo intrante Ruth agrum illum, accidit istud, ꝙ s.ager ille habuit possessorem seu dñm nomine Booz, sed hoc accidit ꝙ Ruth agrum illum intrauit, & ꝙ ager ad Booz pertinens, visitabatur à Ruth, quod vtiq; ex diuina contigit præordinatione, ad consolationem ipsius Ruth. Deus etenim humiles multipliciter consolatur.[Et ecce ipse veniebat de Bethlehem, dixitq;] Booz, suos visitans operarios & messores:[Dñs vobiscum.] Hęc fuit salutatio bona, q.d. Dominus assit vobis per gratiam. Ex quo sumptum perhibetur, quod in celebratione sacerdos per hęc verba plebem salutat. [Qui responderunt ei: Benedicat tibi dñs.] Hæc fuit resalutatio valdè idonea & imprecatio boni præcipui. Intelligendum est nanque ꝙ spiritalia bona sibi inuicèm principaliter imprecabantur. de co. dist. 1. ca. Hoc quoque.
[Dixitq; Booz iuueni qui præerat messoribus] in eorum officio:[Cuius est puella hæc?] i. ad quam spectat personam, seu cuius est coniunx aut filia? Non enim agnouerat eam, & ipsa Ruth in apparatu, incessu, collectione spicarum, tam verecundè atq; humiliter se habebat, ꝙ Booz vir grandæuus & bonus, non ex libidine, sed consideratione tantæ probitatis, motus fuit ad istam interrogationem. Refert Lyra, quòd (secundum Hebræos) ipsa Ruth colligebat spicas iacẽtes sedendo, ne ipsa se inclinante, aliqua pars sui cruris discooperiretur. sed hoc fabulosum videtur. Talis nanq; collectio in sedendo, solet asscribi pigritiæ, & aptiùs poterat geniculando colligere, nec sic discooperiebatur. [Qui respondit: Hæc est Moabitis, quę venit cum Noemi de regione Moabitide, & rogauit vt spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia, & de mane vsq; nunc stat] i. perseuerat, [in agro, & ne ad momentum quidem domum reuersa est.] in quo patet, quàm laboriosa, perseuerans, & agilis fuit in labore pro sustentatione cõmuni suijpsius & suæ socrus. [Et ait Booz ad Ruth: Audi filia,] Booz ratione ætatis & authoritatis seu eminentiæ, imò & ex charitate & pietate nominat eam filiam:[ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco, sed iungere puellis meis:& vbi messuerint, sequere. Mandaui em̃ pueris] i. ministris [meis, vt nemo tibi molestꝰ sit,] Hoc ergo præcepit eis, auditis verbis p̃fati iuuenis, antequã dixit ista verba ad Ruth, quanuis scriptura non exprimat hoc, sed ex verbis istis hoc innuit.[Sed etiam si sitieris, vade ad sarcinulas] i. vasa seu repositoria ciborum ac potuum, & bibe aquas, quas pueri mei bibunt.[Quæ cadens in faciem suam, & adorans super terram] prostrata, ipsum Booz adoratione dulię, tanquam eminentem psonam, in quo eius declaratur humilitas,[dixit ad eum: Vndè hoc mihi, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem?] quasi dicat, Non promerui beneficia tanta à te. & tamen reuerà multo maiora promeruit. ideo sequitur:[Cui ille respondit: Nunciata sunt mihi omnia quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui.] Itaq; iam ex fama, quanuis non facie, agnouerat eam Booz.[& ꝙ reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum quem anteà nesciebas.] Superiùs tactum est, quod pater Ruth forsan iam erat defunctus: ideo per parẽtes, possunt intelligi mater eius & cognati anquiores. [Reddat tibi dominus pro opere tuo] tam virtuoso, i. præfatis bonis actibus tuis, id est, in præsenti det tibi prosperitatem & quandam remunerationem inchoatam, [& plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel] in futuro,[ad quem venisti] spiritali accessu per cordis conuersionem & Iudaismi susceptionem, seu etiam corporali aduentu, inquantum Deus in medio populi sui atque in tabernaculo suo, quod fuit in medio filiorum Israel, specialiter morabatur. [& sub cuiꝰ confugisti alas.] i. sub cuius pietate, ope, & potestate te constituisti, vt te tueatur ac saluet. Itaque alæ Dei, metaphoricè sunt misericordia eius & potestas.[Quæ ait:] quasi sufficienter regratiari non valens, nec de suis laudibus publicè à tanto viro prolatis se extollens, sed eius benignitati totum asscribens:[Inueni gratiam in oculis tuis Domine mi,] id est, tibi piè complacui, & piè me aspexisti, & indè beneficia mihi gratiosè impendis,[qui consolatus es me, & loquutus es ad cor ancillæ tuæ,] id est, affectuose me consolatus es intimè, & verba tua dulcissima penetrauerunt & lætificauerunt mea præcordia:[quæ non sum similis vnius puellarum tuarum.] i. nec infimæ tuæ ancillæ æqualis sum in bonitate & dignitate, cùm sim gentilium filia. Deniq; tanta gratitudo, prudentia, & humiliatio Ruth, prouocauerant ipsum Booz ad beneficia ampliora ei prestanda, sicut subiungitur:[Dixitq; Booz ad eam: Quando hora vescendi fuerit, veni huc,] videlicet ad operarios meos,[& comede panem,] id est, cum eis manduca de cibis meis,[& intinge buccellam tuam,] non vnam tamen, sed quot volueris, [in acetum] pro refrigerio. Acetum nanq; est refrigeratiuum. Idcircò in tanto caumate & labore necessarium fuit. [Sedit itaq; ad latus messorum,] ad comedendum, non tamen tam propè, ꝙ tetigit viros.

 ne

nec ex opposito sedit virorũ illorum, ne inspiceretur. [& congessit polentam sibi] i. materiã victus collegit, & indè cibum parauit, quasi totum cibum suum de mensa aliena sumere erubescens. [Comeditq; & saturata est:] i. sufficienter, non immoderáter aut gulosè, refecta. [& tulit reliquias] escarum suarum, quas prudenter reposuit, & suæ socrui conseruauit. Hanc polentã vocat Iosephus alphitam. [Atq; indè surrexit vt spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis, dicens: Etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam, &c.] In quibus verbis charitas, liberalitas, & misericordia Booz ad peregrinam fœminam, commẽdatur. [Collegit ergo in agro vsq; ad vesperam,] in quo patet eius instantia laboriosa. [& q̃ collegerat, virga cædens & excutiens,] s. cum baculo. [inuenit hordei quasi ephi mensuram] i. mensuram hordei, quæ mensura vocatur ephi. [i. tres modios.] Et hoc iuxta mensuram & modum loquendi regionis illius. Nomina quippe & quantitates mensurarum, quemadmodùm & nummorũ, iuxta diuersitatem locorum ac temporum variantur. Ideo ignoramus quantùm modiùs ille continuit. [Quos portans,] videlicet hordeum illud excussum seu hordeorum manipulos, [reuersa est in ciuitatem] Bethlehem, [& ostendit socrui suæ,] vt ei congratularetur. [Insupèr ꝓtulit & dedit ei de reliquijs cibi sui, quo saturata fuerat. Dixitq; ei socrus sua: Vbi hodiè collegisti? & vbi fecisti opus? Sit benedictus qui misertus est tui. Indicauitq; ei apud quem esset operata, & nomen viri dixit ei, ꝙ Booz vocaretur] vir in cuius agro collegerat. [Cui respondit Noemi: Benedictus sit à domino,] i. laudem & remunerationem à Deo recipiat: [quoniam eandem] in specie [gratiam, quam prebuerat viuis, seruauit & mortuis:] i. sicut beneficus fuit marito meo & filijs eis cum adhuc viuerent, ita nunc quoq; benefacit eisdem, non in eorum persona quantum ad temporalia ista, sed in persona tua, quæ fuisti coniunx vnius filiorum illorum, & etiam in mea persona, quæ eram vxor mariti illius. [Rursumq; Noemi: Propinquus] inquit [noster est homo] i. Booz iste, affinis est nobis, quia vir meus fuit cognatus ipsius, similiter tuus maritus. Per hoc Noemi auxit fiduciam Ruth, ad colligendum fiducialiter in agris Booz. At verò, per hoc quod Ruth tam citò excusisit manipulos suos, nec congregauit indè aceruum, videtur insinuari magna sua & socrus suæ paupertas. [Et Ruth: Hoc quoq;, inquit, pręcepit mihi, vt tam diu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterentur. Cui dixit socrus: Melius est filia mi, vt cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi. Iuncta est ergo puellis Booz, &c] in agro & mesione vsque ad finem messis.

¶ *De spirituali eiusdem cap. 2. intellectu.* Art. 4.

ALlegoricè per Ruth, ecclesia ex gentibus adunata: per Booz, Christ⁹: per Noemi, synagoga accipitur. Quemadmodùm aũt Ruth inseparabiliter se adiñxit socrui suæ, ita ecclesię gentilium synagogæ in Christũ credenti, obediuitq; ei promptissime. Itaq; sicut Ruth loquuta est socrui, [Si iubes, vadam in agrum, & colligam spicas:] sic ecclesia ista à conuersa Iudea sumpsit licentiam introeundi veteris test. scripturam, quæ est fertilissimus ager, quadruplicẽ gñans fructum, quadriformem videlicet sensum, in qua spicas, i. diuersas collegit sententias, [post terga metentium:] i. sequendo vestigia Apostolorum sanctorũ, q erant in agro isto messores ꝑcipui, dũ hordea metebantur, i. prophetarũ exponebatur oracula: & reponebant in horreis, qa in scripturis noui testamenti, in libris Euangeliorum & Epistolarum, in Apocalypsi & Actibus allegabantur & cõtentæ manebant. Quemadmodùm aũt ad hordei medullam, obtegumentorũ eius duritiam atq; tenaciam, difficulter ꝑtingitur: ita ad ꝓpheticorum intelligẽtiam voluminũ, ꝓpter eorum multiplicem inuolutionem, difficilimũ fuit pertingere absq; speciali spũssancti illuminatione. Itaq; huius agri dñs est Booz, i. saluator, qui est Deus scientiarũ dñs, in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ & sciẽtię absconditi, Hic paterfamiliâs clementissimus fuit ecclesiæ ex gentilitate conuersæ, eam cõsolando, reficiẽdo, laudãdo, eo quòd carnales suos affect⁹, & quicquid à Deo est auersiuum, propter Deum reliquerit, credẽtibusq; Iudæis adhæserit. Iussit quoq; huic eclesiæ, vt in pręfato suo agro ad libitum remaneret, colligeret. imò dedit ei metendi licentiam, i. alios conuertendi ac publicè prędicandi, atq; ad suę familię mensam posuit eam, sacramentum corporis sui ac sanguinis, alia quoque preciosissima fercula spiritualia exhibens ei, imò omnibus illis simul. ¶ Denique ista ecclesia tantam in se Christi benignitatem experta, prostrauit se ei humilimè ac deuotissimè gratias egit, & catellis se comparans, nec dignitati seruorum, qui scilicet ex Iudaismo crediderant, æquari se posse præsumens. Virga quoque excutiens quæ collegit, inuenit tres modios, id est, profectum suum in fide & moribus, iuxta doctrinam scripturæ benè examinans, cognouit se superbenedictæ Trinitatis notitiam attigisse, exercitia etiam incipientium, proficientium perfectorum scandisse, sed & virtutes & dona ac fructus spiritus obtinuisse, quæ omnia sibi desuper condonata, fideli synagogæ monstrauit: quæ admirata est vehementer de tantis beneficijs, ecclesię gentium distributis, benedixitque saluatorem, qui tam copiosissimè gentibus est misertus, & de oleastro fecit oliuam, imò tandem testatus est: Non inueni tantam fidem in Israël. ¶ Insupèr synagoga ista electa, pijssimè confortauit ecclesiam gentium in spe & charitate,

1. Reg. 2. Coloss. 2. Matt. 15. Rom. 11. Matt. 8.

te,dicens ad eam:Propinquus noster est homo iste. Christus nanq; verè effectus est noster propinquus,nostram assumendo naturam,q & eos qui erant sub lege naturę congregauit in vnam Ecclesiam sub tẽpore illo,quam quasi sororem Ecclesiæ sub Euangelica lege existentis,sibi ab exordio desponsauit. ¶ Moraliter docet nos ista historia,exẽplo Ruth nosipsos:in omnibꝰ humiliare,prælatis & superioribus,sapientioribus ac senioribus syncerissimè obedire, quod ad religiosos certum est maximè pertinere. Quòd si qs nosipsos,aut dona Dei in nobis laudauerit,nulla ex hoc elatione aut vanitate tangamur:imò tanto humiliùs Deo regratiemur,quanto maiora aut plura contulerit nobis charismata. Stemus quoq; in agro vsq; ad vesperam,i. in studio scripturę,exercitijsq; virtutum iugiter persistamus, à spirituali profectu nunquàm cessemus,ociositatem,nugas & verbositates,omnem etiam negligentiam maximè abhorrentes.

¶ *Explanatio cap. 3. Postquam autem reuersa est ad socrum suam,audiuit ob ea: Filia mi,&c.* Art. 5.

PRocessus quo Ruth deuenit ad magnum coniugium,modò describitur:[Postquàm autem reuersa est]Ruth de agro[ad socrum suam,] quod non est intelligendum de die secundo aut tertio quo collegit in agro,sed potiùs de die vltimo aut circiter,cùm in præcedentis cap. fine dicatur:Iuncta est puellis Booz,& tamdiu cum eis messuit,donec hordea & triticum in horreis conderentur. Itaq; postquàm hoc modo reuersa est ad socrũ suam,ad quam interim sæpiùs redijt, [audiuit ab ea]s.à socru sua,quæ dixit ad Ruth: Filia mea,quæram tibi requiem,] i. opulentum connubium & statum honestum, vt decęterò non indigeas talitęr laborare. [& prouidebo,vt benè sit tibi.]laborando ad hoc cum omni industria & diligentia mihi possibili,quia tam virtuosè te habes circa me. [Booz iste,cuius puellis in agro iuncta es, propinquus est noster,]prout præcedenti capitulo continetur,atq; expositum est, [&]in [hac nocte aream hordei ventilat.] Ventilare, est grana purgare,iactando ea ad ventum. Porrò aream hordei ventilare,est hordea in area seu horreo posita,ita mundare. Hoc autem fecit Booz per suos ministros,& fortè nocte illa ad ventilationem se disponebant. Vndè quidam exponunt sic, ventilat,id est,festum agit pro ventilatione. Quocirca in Scholastica fertur hist. Mos erat in Israel,quod in ventilatione areæ, dominus seu paterfamiliàs grande fecit conuiuium pueris suis atq; messoribus,& dormiebat in area,& quasi solennizans,ab amplexibus abstinebat. Idem fiebat in ouium tonsione. Si autem & post vindemiam,non legi. [Lauare ergo & vngere,]i. corpus tuum laua & vnge,[& induere cultioribus vestimentis,]vt sic ornata,magìs complaceas viro ad ineundũ connubium tecum,[ac descende in aream. Non te videat homo,] videlicet ipse Booz,immò nec alius, [donec esum potumq; finierit.] id est,ante finem cœnæ, non quòd posteà se præberet visibilem viro ante ingressum lecti, sed quia faciliter post cœnam potuit se celare,dummodò ante eam se occultaret. [Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat,veniesq;] ipso iam dormiente, [& discooperies pallium quo operitor à parte pedum,& proijcies te,] tamen silenter & cum modestia,[& ibi iacerbis. Ipse autem] cùm euigilauerit,teq; esse cognouerit,[dicet tibi,quid agere debeas] Videtur Noemi dando consilium istud, peccasse: quia tam nurum suam, quàm ipsum Booz, exposuit fornicationis periculo ante coniunctionem legitimam. Et modùs iste clandestinus, non erat consonus legi. Fuit quoque vir alter propinquior ei,quàm Booz: nec sufficit bonam habere intentionem, sed per media apta oportet ad eam procedere. Ruth tamen excusatur, quia non meliùs sciuit, nec fuit docta in lege. [Quæ respondit: Quicquid præceperis, faciam.] Veruntamen obedientia debet esse discreta, & super congruam ferri materiam. [Descenditque in aream,& fecit omnia quæ sibi imperauerat socrus sua. Cumq; comedisset Booz & bibisset,& factus esset hilarior,ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, venit] Ruth [abscondite,] quæ iam antè inter aceruos absconderat se, [& discooperto pallio,à pedibus eius se proiecit: [& eccè nocte iam media,expauit homo,] cùm euigilasset, [& conturbatus est.] quia nesciuit quid erat,& forsan suspicabatur esse aduersum quid,vt spiritum malum aut inimicum visibilem,[viditq; mulierem iacentem ad pedes suos.]Forsitan enim luna splendente considerauit hoc visu. Vel si caput mulieris tangendo percepit hoc,ponitur visus pro tactu,vel pro interiori notititia.[Et ait illi: Quæ es? Ille respondit:Ego sum Ruth ancilla tua. Expande pallium tuum super ancillam tuam,quia propinquus es]i. accipe me in tuam iure propinquitatis,vt suscites semen nepoti tuo defuncto. Si autem Ruth per verba hęc petebat amplexum, non excusaretur:nisi forsan per ignorantiam,cùm tamen ignorantia iuris non excuset, ad cuius notitiam quis tenetur. Quidam autem affirmant,quod per ista quærebat desponsationem quia tunc moris erat,quòd sponsalia contrahens,posuit vestimenti sui extremum super sponsam. Porrò magister in historijs ait,quod Booz indicauit huic Ruth in tali solennitate castitatem esse seruandam. Vndè apparet,quod ipsa copulam postulauit. Noemi quoque (vt dicitur)ideo fecit eam tali die & hora accedere, quatenùs Booz tunc pronior esset ad amplexum ipsius,tamen & Noemi poterat consuetudinem illam scire. [Et ille: Benedicta es,inqt,à domino filia.] Mirum quòd ex subitanea conturbatione nõ rephendit eam ex indignatione,quòd

ausa fuisset talia attentare. Sed videtur fuisse vir mitis, & cognita voce Ruth, quam syncerè dilexit, fuit placatus, imò & Deus spiritum eius mansuefecit, itaq; eam laudauit. [& priorem misecordiam posteriore superasti.] Priorem misericordiã hui⁹ Ruth, ipse Booz vocat, ꝙ ipsa Ruth tam amorosè & piè se habuit circa suum maritum in eius vita, morte & sepultura, & circa matrem illius. Posteriorem aũt eius misericordiam nominat, ꝙ optauit matrimonio sociari cognato mariti sui defuncti, non qualicunq;, sed viro grãdæuo, & quasi seni, ad suscitandum semẽ defuncto. Hinc subditur: [quia non es secuta iuuenes, pauperes siue diuites:] Q.d. Nõ ex libidine mota es, quod indè probatur, ꝙ non quæsisti alterum maritum adolescentem seu iuuenẽ pulchrum, cum quo poteras ampliùs delectari, sed me. [Noli ergo metuere] inordinato timore, [sed quicquid dixeris mihi,] hoc est, qcquid rationabiliter à me petieris, [faciam tibi] pro posse meo. [Scit enim omnis populus q habitat intra portas vrbis meæ] s. Bethlehem, quam dicit vrbem suam, qa natus (vt creditur) & commoratus fuit in ea, & vnus de principalioribus vrbis erat, aut præfuit ibì. [mulierem te esse virtutis:] i. virtuosam, quod probabiliter cognouerunt ex fama & inspectione & protestatione multorum, [Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte, & facto manè, si te voluerit propinquitatis iure retinere, benè res acta est. Sin autem ille] qui propinquior me est, i. magìs affinis tibi, qui & viro tuo cognatior fuit quàm ego, [noluerit te accipere, ego absq; vlla dubitatione te accipiam. Viuit dominus:] Eccè iuratio. His verbis Booz pandit se eam velle accipere in casu illo propter ipsius Ruth virtuositatem, & propter legis præceptum, ac desiderio prolis deputandæ marito defuncto. [Dormi vsq; manè. Dormiuit itaq; ad pedes eius vsq; ad noctis abscessum.] i. vsque ad horam propinquam diluculo, non tamen vsq; ad tenebrarũ recessum. nam subditur: [Surrexit itaq; antequam homines cognoscerent se mutuò. Et dixit Booz: Caue ne quis nouerit ꝙ huc veneris.] ne s. aliquis opinaretur aliquid mali gestum ibìdem: & qm̃ modus ille ponendi se ad pedes viri, seu occulte petendi coniugiũ, reprẹhensibilis videbatur. Completo autem inter eos connubio, res poterat publicari. Itaq; Booz prudenter prouidit famæ suæ ac Ruth. [Et rursum: Expande, inquit, pallium tuum, quo operiris, & tene vtraq; manu. Qua extendente & tenente, mensus est ei sex modios hordei.] Qui modij non fuerunt tam magni, quin sola Ruth potuit eos expeditè portare. [Quæ portãs, ingressa est ciuitatem, & venit ad socrum suam: Quæ dixit ei: Quid egisti filia? Narrauitq; ei] s. socrui suæ [omnia quæ sibi fecisset homo.] i. quam gratiosè fecisset sibi hic Booz in verbis & factis. [Et ait: Eccè sex modios hordei dedit mihi, & ait: Nolo vacuam te redire ad socrum tuam. Dixitq; Noemi: Expecta filia, donec videamus quem res exitum habeat. neq; enim cessabit homo, nisi compleuerit quod locutus est.

¶ *Spiritalis pertractatio eiusdem Cap. 3.* Art. 6.

SAnctissima illa ex Iudaismo conuersa synagoga, considerans quàm studiosè ac feruidè Ecclesia ex gentilitate collecta, occupasset se in scripturis, & multis ornata esset virtutibus, locuta est ei: Filia mea, quæram tibi requiem, & prouidebo vt benè sit tibi, i. ad vitam contemplatiuam quietissimam & pectoris pacem, perducere te conabor, vt decurso vitæ huius curriculo, ad æternales gloriæ nuptias perducaris [Booz iste, propinquus noster est.] hoc est, Christus in natura humana communicat nobis. [Et] in [hac nocte aream ventilat. [Quemadmodũ comparatione veteris testamenti, tempus Euangelicæ legis ac gratiæ, dies vocatur, dicente Apostolo ad Rom. 13. Nox prẹcessit, dies autem appropinquauit: sic tempus huius legis & gratiẹ nox appellatur, respectu status & vitæ beatorum in patria. Christus itaq; in hac nocte, hoc est, in tempore vitæ præsentis, in qua obscurè cognoscimus, atq; in tenebris & vmbra mortis sedemus, ventilat aream hordei, hoc est, Ecclesiam suam examinat, bonos à malis discernit, electos à reprobis diuidit, diuersitate meritorum & visitationis internæ. Nunc enim exercet huiusmodi iudicium discretionis, de quo perhibuit: Nunc iudicium est. In fine autem seculi, iudicium remunerationis & præmiorum facturus est, quod & particulariter facit in obitu singulorum. Nunc igitur modis præfatis ventilat aream suam, quoniam quosdam in Ecclesia & in seculo isto iustè reliquit & perire permittit, alios misericorditer vocat atq; finaliter saluat. Cõsulitur ergo Ecclesiæ, cuilibet quoq; fideli animæ: [Lauare,] à vitijs omnibus te purgando, iuxta illud Hier. 4. Leua à malitia cor tuum, vt salua fias. Et Esa. 1. Lauamini, mundi estote, [Vngere] charismatibus Spũsancti, hoc est, Deum intentissimè ora, vt donis & gratijs Spũsancti vngere te digneẽ, vt vnctio eius doceat te de omnibus. [& induere cultioribus vestimentis.] Vestimenta hæc cultiora, sunt præclariorès virtutes, & actus earũ eminentiores, seu & quæcunque virtutes, secundũ suum gradũ sublimiorem, Cultioribus ergo vestimentis induimur, dum non solũ bona & verè salubria, sed item meliora & viciniora saluti, assiduè operamur, apiceq; virtutum adipisci conamur. [Et ascende in aream] hoc est, taliter adornatus in anima, intra Ecclesiam: [Non te videat homo] i. opera tua fac cum intentione secreta, qua soli Deo cupias cõplacere. [donec esũm potumq; finierit,] hoc est, epulationem, qua in suorũ cordib⁹ cũ eisdem epulaẽ & cœnat, prout Apoca. 3. contestatur: Ego sto ante ostium, & pulso. si quis aperuerit mihi

Luc. 1. Ioan. 12. 1. Ioan. 2.

hi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Durãte igitur tali interno cõuiuio, abscondat se homo, se ab exterioribus elongando. [Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat.] Dormit Saluator in cordibus contemplatiuorum & omnium pfectorũ virorum, dum ipsi in eo obdormiunt per contemplationis *saporem, & omnium exteriorum relictionem, & ibi se inuicèm complectũtur brachijs charitatis. Debuit ergo Ecclesia gentium obseruare, qualiter Christus ita quieuit in cordibus sanctorum ex Iudaismo credentium. [Et discooperies pallium, quo operitur ex parte pedum.] Pallium Christi, est corpus ipsius. Vndè & Genesis 49. de ipso prædictum est: Lauans vino stolam suam, & sanguine vuæ pallium suũ. ¶ Porrò per pedes Christi, conuersatio eius humana & corporalis in mundo hoc habita, designatur. Discooperire igitur pallium Saluatoris ex parte pedum, est diligenter inspicere quæ ꝑ nobis corpus Chri sustinuit, & qualiter ipse inter homines vixit, vt sic eius vestigia imitemur. Quod in suis martyribus Ecclesia victoriosissimè adimpleuit. [Et proijcies te, ibiq; iacebis,] hoc est, humiliter domino te prosternes, & in humilitate offeres preces. [Ipse autem dicet tibi, quid agere debeas.] quia qui ita se applicuerit Dei filio incarnato, illuminabitur exuberanter celeriterq; ab eo. [Et ecce iam media nocte expauit homo,] hoc est, Christus per modum admirantis se habuit, videns in conuersis gentilibus tantum feruorem, humilitatem, perfectionem, in cuius rei typo de fide Centurionis legitur admiratus: [& conturbatus est,] per modum compatientis se habens. [viditq; mulierem iacentẽ ad pedes suos] De qua in libro Prouerbiorum legitur: Mulierem fortẽ quis inueniet? [& ait illi,] non ex ignorantia: [Quæ es?] tanquam dicat, Mirum quòd aliqua, talis est. Vndè Cantic. 6. fertur: Quæ est ista, quæ ascendit quasi aurora consurgens? [Illaq; respondit: Ego sum Ruth ancilla tua,] i. Ecclesia seu anima virtuosa. [Extẽde pallium tuum super famulam tuam,] i. merito passionis & sanguinis corporis tui me protege, & donis gratię me adimple. [quia propinquus es,] immo proximus nobis, & pro mea salute humanam assumisti naturam. Propter quod ait Apostolus ad Hebr. 2. Quia pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse communicauit eisdem. His auditis, dominus Iesus cõmendauit Ecclesiam, animamq; fidelem: [Benedictus es] inquiens [filia à domino, quia priorẽ misericordiam] quam proximis in corporalibus exhibuisti, [posteriore] misericordia [supasti,] tibi ipsi sic prouidendo, & vitia tua curando, seu spiritalia opera pietatis, proximis impendendo. [quia non es sequuta iuuenes,] i. carnalia oblectamẽta spreuisti, & spiritalem cum dño vnionem summè optasti: [Noli timere, quicquid dixeris mihi, hoc faciam: te in omnibus rationabiliter postulatis pie exaudiendo Omnis enim qui petit, accipit, [Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior.] Quis est iste alius qui propinquior nobis est, aut esse potest quàm Christus, nisi fortè prælatus nobiscum conuersans, qui communione conuersationis, identitate status, similitudine mortalitatis & culpæ, proximus nobis est, cum quo per charitatem vniri debemus, quo nos refutante aut deserente, Christus non deserit nos? [Surrexit itaq;] Ruth mane, quia Christo iubente, à sua prostratione erexit se, & cœpit contemplari diuina. ¶ Postremò, sicut Booz sex modios hordei pallio Ruth infudit: sic cordi Ecclesiæ Christus perfectionem impressit supernorum charismatum. Senario nanq; significatur perfectio. [Nolo te redire vacuam.] Sic dominus & saluator accedentem ad thronum gratiæ suæ, non permittit, quantùm in se est, sine fructu redire, quia ipse dat omnibus affluenter.

*saporem
Prouer. 31.
Lucæ 11.

¶ *Elucidatio literalis cap. 4. Asscendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi.*

Articulus septimus.

DEsponsatio huius Ruth hîc narratur. [Ascẽdit ergo Booz ad portam, & sedit ibi] cum iudicibus, q tunc in portis vrbium consueuerũt sedere, vt cunctis ad eos facilior pateret accessus. Erat autem & Booz vnus iudicum in vrbe Bethlehem, vt putatur. [Cumq; vidisset propinquum pręterire, de quo priùs sermo habitus est,] qui s. erat propinquior, [dixit ad eum: Declina paulisper, & sede hic, vocans eum nomine suo,] quod non exprimitur hîc, fortè propter indignitatem ipsius, quia in hac causa malè se habuit. [Qui diuertit, & sedit. Tollens autẽ Booz viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos: Sedete hic,] vt coram tot testibus negocium istud solenniùs fieret. [Quibus residentibus, locutus est ad propinquum: Patrem agri fratris nostri] i. consanguinei, [Elimelech vendidit Noemi, quæ reuersa est de regione Moabitide,] i. Noemi ista disposuit vendere, vel forsitan vendidit partem agri Elimelech sui olim mariti. Nempe, quod ait, vendidit, vtroq; modo accipi potest, vt infrà patebit. Est aũt consuetudo scripturæ, vt cognati inuicèm fratres vocentur. [Quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedentibus & maioribus natu de populo meo. Si vis possidere] agrum illum [iure propinquitatis, eme & posside:] quia hic dicitur, eme, videtur quod ager nondum venditus fuit à Noemi. Vel si venditus fuit, tunc quod dicit, eme, intelligendũ est de vẽditi agri redẽptione, quæ erat emptio quædam, pertinuitque ad ius propinquioris, vt Leuitici 25. habetur. [Sin autem displicet tibi, hoc ipsum indica mihi, vt sciam quid facere debeam. Nullus est enim propinquus, excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum] Hoc sonat, quasi Elimelech nõ habu-

Deut. 16.
Ruth. 3.

buisset propinquos nisi hos duos, quod nequaquam putandū est. Est igitur sensus: Nullus propinquus est, ad quē s. ꝓ pręsenti videatur pertinere emptio ista, nisi tu, q̄ in propinquitatis gradu es primus, & ego secundus. [Respōdit: Ego emam agrū. Cui dixit Booz: Qū emeris agrum de manu mulieris,] Si per mulierem intelligatur Noemi, sequi videtur, ꝙ agrum istum antè nō vendidit. Vndè quod superiùs dictum est, Agrum vendidit Noemi, exponendum est, vendere disposuit. [Ruth quoq; Moabitidē, q̄ vxor defuncti fuit, debes accipere cōiugē,] cùm sit ea dē ratio ac iussio legis de faciendo vtroq;. Vnde iuxta Iosephum, Booz dixit: Ergò nō ex media parte oportet te legum habere memoriam. Habeas necesse est cum agro relictam Maalon, [vt Iof.li.6.an. iuda.ca.4. suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua,] hoc est, filium gignas ex Ruth, q vocetur filius cognati tui defuncti, & ei in sua succedat hæreditate. Talis autem filius, vocabatur filius legalis defuncti, ne periret eius memoria, & naturalis filius eius q̄ genuit eum. Cui rn̄dit: Cedo iuri propinquitatis:] qa in ea parte qua ex pcepto legis cōmoditatē cōsequi poterat, voluit iure gaudere: non aūt in parte, qua poterat indè grauari, alienigenā pauperéq; ducēdo. [Neq; em̄ posteritatē familiæ meæ delere debeo,] i. non ita de beo vacare gn̄ationi ꝓlis, quæ ascribatur cognato meo iam mortuo, vt negligā insudare generationi filiorū qui mihijpsi attribuantur. Sicq; vir iste non erat charitatiuus, sed prauus, reputās velut supfluū, semen suscitare alteri seu defuncto. Fuitq; similis filio Iudæ, q videns sibi nō nasci filios, semen fudit in terrā, vt Gen. 38. habet. Vel: Non debeo posteritatē familiæ meæ delere, hoc est, non me debeo occupare circa educationē & ꝓuisionem prolis nasciturę ex fœmina ista, q̄ proles alteri deputetur, & per hoc negligere curā & ꝓuisionē propriæ sobolis. Aliqui verò exponunt sic: Non debeo posteritatē familiæ meæ delere, qa videlicet, si ex fœmina ista gignerem filios, filij illi nō essent inter filios Israël cōputandi, cùm Deut. 23. scriptū sit: Ammonites & Moabites nō intrabunt in Ecclesiam Dei in ęternum. Sed si hoc dicere intendebat, errauit: quia pceptū illud suscipit dispensationē in conuersis ad Iudaismum, & ꝓpter virtutē & fidelitatē Ammonitarū ac Moabitarū quorundam ad filios Israel, vt patet Iudith 14. de Achior principe Ammonitarū. Nec illud pceptū concernebat (vt dicitur) mulieres, sed viros: ideo nō respiciebat ꝓlem natā ex fœmina Ammonite vel Moabite, & ex viro Israelita. [Tu meo vtere priuilegio,] ꝙ mihi ex propinquitate cōpetit circa emptionem & matrimonium istud, [quo me libenter carere profiteor.] Videtur autem Exod. 34. vir iste aliqualiter excusabilis à legis transgressione, si ita fuit dispositus corde, quòd accepisset Ruth coniugem, si Booz eam renueret. [Hic autem mos antiquitùs erat in Israël inter propinquos,] videlicet à tempore quæ per Mosen data est lex, [vt si quando] i. aliquando [alter alteri suo iuri cedebat, vt esset firma concessio,] qua vnus concessit dedit suum ius alteri, [soluebat] hoc est, exuebat [homo calceamentum suum, & dabat propinquo suo] cui concessit ius suum. [Hoc erat testimonium cessionis in Israel,] i. per hoc factum significabatur, quod deponens calceamentum suum, expoliabatur suo iure, & alter inuestiebatur de eo. Verùm an istud fiebat in qualibet iuris cessione, vel solùm in cessione circa connubium, textus non exprimit. Et magis apparet istud secundum. Scriptum est enim Deut. 25. quod propinquo renuente accipere vxorem defuncti, mulier in faciem illius spuebat, eiusq; calceamentum soluebat. Quod obseruabatur, dum mulier virum illum conueniebat coram iudicibus, & ille non Deut. 25. acquieuit. ¶Porrò dum propinquus illum conueniebat, nec annuit, tunc ipsemet suum soluit calceamentum. Et ita erat in casu isto. [Dixit ergo propinquo suo Booz: Tolle calceamentum, Quòd statim soluit de pede suo. At ille] videlicet Booz, [maioribus natu & vniuerso populo: Testes, inquit, vos estis hodiè, quod possederim omnia quæ fuerunt Elimelech & Chelion & Mahalon,] hoc est, quod nunc habeo ius possidendi hæreditaria bona, quæ aliquando pertinebant ad Elimelech & filios eius, [tradente Noemi] illa mihi ad emendum & possidendum, siue ad redimendum quæ vendita erant. [& Ruth Moabitidem in coniugē sumpserim,] i. ad contrahendum cum ea me modò astrinxerim, [vt suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabulū eius de familia sua ac fratribus & populo deleatur.] Per pdicta em̄ nondu Genes. 29. 30. eam formaliter sumpsit in coniugem, quod & infrà innuitur. [Vos, inquam, huius rei testes estis. Respondit omnis populus &c. Nos testes sumus. Faciat dominus hanc mulierem quæ ingreditur domum tuam] hoc est, statim intrabit, [sicut Rachel & Liam] i. benedicat ei sicut benedixit Racheli & Liæ, quæ fuerunt principales vxores Iacob patriarchæ, imò & inter eas principalis quodammodo extitit Rachel, q̄ Iacob primò petijt, atq; formaliter cū ea primò cōtraxit. Vn̄ & nunc primò exprimitur, [q̄ ędificauerunt domū Israel] i. populū Israëliticū genuerunt p hoc, ꝙ Rachel peperit duos p̄riarchas, & Lia sex, à quib⁹ exortæ sunt octo trib⁹ in Israel. [vt sit exemplū virtutis in Ephrata,] i. tā virtuosa ꝙ alijs in exēplū proponatur virtutū in vrbe hac, quæ primò appellata est Ephrata. [& habeat celebre nomen in Bethlehem] i. famam solennē, iuxta illud Prou. 10. Memoria iusti cū laudibus, nomen aūt impiorū putrescet. [Fiatq; domus] id est, posteritas [tua sicut domus Phares, quem peperit Thamar Iudæ.] Talis (inquam) fiat tua posteritas [de semine quod dederit tibi dominus de hac puella.] Fuit em̄ Ruth adhuc iuuen-

iuuécula,q̃uis non virgo. Oĩa bona hæc imprecati sunt viri illi huic Booz,qa ipse multũ benignè,iustè,& humiliter habuit se,accipiendo istam pauperculã. Iustè,quãtum ad Deũ,ob cuius p̃ceptum hæc fecit: Benignè,quantũ ad defunctũ,cui semen suscitare ꝓposuit: Humiliter,quãtum ad coniugẽ istam,qua fuit excellẽtior valdè in multis. ¶ Deniq; imprecatio seu bñdictio ista fuit copiose impleta,qa in temporalibus ac spũalibus benedixit dñs huic Ruth,fecitq; eam exẽplarẽ & famosam non solũ in Bethleẽ,sed & vbiq; terrarũ,atq; ex semine eiꝰ,sicut ex semine Phares,orta est regia tribus,& tandẽ rex regũ dñs Iesus Christus. Tulit itaq; Booz Ruth, & accepit vxorẽ] post p̃inducta,secundũ formã tunc solitam,& forsan p verba de p̃senti.[Ingressusq; est ad eã,& dedit illi dñs vt conciperet]ex Booz,[& pareret filiũ.]q̃ recitatur hic ꝓ bñficio magno,qa de stirpe illa nasciturꝰ fuerat Chr̃s,& forsan supernaturaliter factũ est,q̃ ex sene illo concepit,q̃ ex marito adolescente anteà nequiuit concipe. Honorificũ quoq; fuit alienę & egenæ,ex tanto viro prolẽ habere. ¶ Deniq; sicut Salmon licitè sumpsit Raab ad Iudaismũ cõuersam in coniugẽ,ita hanc Booz.[Dixerũtq; mulieres ad Noemi: Benedictus dñs qui non est passus,]i.non permisit[vt deficeret *successio familiæ tuæ,& vocaretur nomẽ eius in Israel.] Hic supplendũ est aliquid,vt sit sensus: Benedictus dñs qui non est passus,vt deficeret posteritatis tuæ legalis successio,sed econtrariò fecit,vt vocaret̃ nomẽ eius in Israel,i.successio tua in memoria perseueret,& filij tui posteritas recolatur. [& habeas qui consoletur animã tuã,& enutriat senectutẽ]i.infantulũ istum ex nuru tua natum,in quo magnam consolationem habebis, tanq̃ in filio filij tui.[De nuru tua n. itꝰ est qui te diliget,]i.infans iste cùm ad ætatem adultam peruenerit,te amabit & tractabit vt propriam matrem seu auiam, si tam diu manseris viuens, [& multo tibi melior est vnicus filius iste,[quàm si septem haberes filios]hoc est, honorabilius tibi est secundũ æstimationẽ humanã,aut etiã verè,vnũ hoc modo habere filium de tãto viro quàm septem habere filios ex tuo olim marito,sicut & Helcana dixit ad annã: Nunquid non ego melior tibi sum,quàm si haberes decẽ filios? Et maximè verum fuit hoc verbum mulierũ ad Noemi,inquãtũ ex illo infante Christus fuerat nasciturus.[Susceptumq; Noemi puerum posuit in sinu suo,& nutricis ac gerulæ officio fungebatur]ex amore & gaudio. Iam enim & ipsa cœpit in domo Booz morari cum nuru sua,à qua separari nequibat.[Vicinæ aũt mulieres congratulantes ei & dicentes: Natus est filius Noemi,]i.huic Noemi natus est filius iste per nurum suam,inquãtum iste filius deputatur filio Noemi,& tam charus ac consolatorius est ei,quasi ipsamet eũ peperisset.[vocaueruntq; nomẽ eius Obeth,]de scitu & consensu Booz. Hic est pater Isai patris Dauid.]Imposueruntq; nomẽ puero in sua circũcisione. Porrò Obeth interpretatur seruiens:ideo puerũ sic vocabãt,quia dixerunt ꝓ ampliùs deseruiret ipsi Noemi, quàm si septẽ filios ꝓprios haberet.[Hæ sunt generationes Phares: Phares genuit Esrom, Esrom genuit *Aram,Arã genuit Aminadab, Aminadab genuit Naason,Naason genuit Salmon, Salmõ genuit Booz]¶ Circa hoc orit̃ difficultas,quõ Booz fuerit filius ipsius Salmon,q sub Mose & Iosuæ fuit,& terrã promissionis ingressus est,inter quẽ & tẽpus huius connubij fluxerunt penè trecẽti anni? Ad quã difficultatem amouendam,aliqui dicunt fuisse tres Booz sibi in generationis linea succedentes,qui sub vno nomine cõpræhenduntur,quoniã idem nomen sortiti sunt. Veruntamen solutio ista non habet aliquod fundamentum ex scriptura canonica, immo vbicunq; in scripturis noui aut veteris testamenti generatio ista describitur, de vnõ duntaxat Booz fit mentio: nec impossibile fuit,p̃sertim illis temporibus aliquẽ viuere annis trecẽtis, cũ & Sãctꝰ Iob post suã curationẽ vixerit ãñis cẽtũ quadraginta. Ad quẽ etiã Eliphaz dixit: Senes sunt inter nos multo vetustiores quàm patres tui. Imo secũdũ Chronica tẽpore Caroli regis, fuit qdam nomine Ioannes,q annis vixit quadringentis,propter quod Ioannes de Tẽpore vocabatur. Mardochæus quoq;,qui captus & trãslatꝰ fuit cũ Ioachim rege Iuda,& tẽpore Assueri regis adhuc erat robustus,probat̃ valdè diu vixisse. De hoc & super Matthæũ diffusius scripsi. [Booz genuit Obeth,Obeth genuit *Iesse,Iesse genuit Dauid regẽ.]in quo vaticiniũ Iacob de regia dignitate tribui Iudæ danda,cœpit impleri. Hinc quoq; elicitur, editũ esse hunc librum tempore Dauid,aut posteà,nec vltra Dauid genealogia ista ꝓtenditur aut descendit,cũ omnibus constet,Christum ex Dauid stirpe nasciturum fuisse, & iam genitum esse, Ideo demõstrato quod Dauid ex Ruth Moabitide descendit,satis innotuit, Christum (iuxta Esaiæ oraculum) ex ea descensurum. Ad quod declarandum,liber iste specialiter est conscriptus.

Ruth 4. Math 1. * successor 1. Reg. 1. * Ram, Rã Nume 1. 2. 7. 10. 1. Paral. 2. Iob 42. Iob 15. Hester 2. * Isai. Gen. 49. Esaiæ 11. & 55.

¶ *De spiritali eiusdem Cap 4 sensu.* Art 8.

ASscendit ergo Booz ad portã.] Per Booz (iuxta p̃habita) intelligit̃ Chr̃s,q ascẽdit ad portam,qñ de sacratissima virgine conceptus,ex eadem est natus. Deindè sedit in porta,qa vbiq; per discipulorũ suorũ p̃dicationẽ post suã passionẽ & ascensionẽ se reperibilem prębuit vndè de ipso sub noĩe sapiẽtię scriptũ est: Sapiẽtia foris p̃dicat,in plateis dat vocẽ suã, & in foribus portarũ ꝓfert verba sua. Et alibi: Sapiẽtia facile inuenit̃ ab his,q quęrũt illã: pręoccupat eos q se cõcupiscũt: q de luce vigilauerit ad illã,nõ laborabit. assidentem eñ illã foribus suis inueniet. Præterea,quia in portis iudices olim sedebant,potest per portam intelligi locus,quo Christus


Luc 1. 2. Matt. 28. Marc. 16. Prou 1. Sapi. 6.

Ma.6 23. Ioan.8. Christus populum Iudæorum edocuit,& scribas, pharisæos ac sacerdotes repræhẽdit ac iudicauit,sicut de eo Malach.3.fuit prædictum:Ipse quasi ignis conflans,& sedebit conflans & emundans quasi argentum,& purgabit filios Leui.[Cumq; vidisset propinquum præterire, de quo priùs sermo habitus est.]Iuxta prætacta,per istum propinquum intelligitur ordo seu vniuersitas prælatorum Ecclesiæ,vicariorumq́; Christi, quos omnes & singulos Christus diuino instinctu & per inspirationes angelicas,per scripturas quoq; & prædicatores hortatur, vt accipiant Ruth Moabitem eis affinem & proximam,i.ecclesias sibi commissas & gregem dominicum tanquam charissim sponsamã spiritaliter diligant,amplectantur,custodiant & fœcundẽt, 1.Cor.15. quatenùs fratri eorum defuncto , vtpotè ipsi Christo pro salute omnium crucifixo, suscitent semen ex suis ecclesijs,i.multos in Deo regenerent & conuertant, virtuosaq́; opera tanquam filios copiose producant.Sed proh dolor iam multi prælati hæc adimplere despiciunt, q relictis spiritalibus nuptijs ac diuinis affectibus,ad carnalia conuertuntur,& instar propinqui ipsius Booz,parati sunt emere agrum, Noemi,i.temporalia commoda sequi,& propria lucra reponere,nolentes ipsam Ruth desponsare,i.pastoralis officij debitũ ouibus sibi creditis exhibere,de quibus Ezech.34.dominus protestatur: Væ pastoribus q pascebant semetipsos. Lac cõmedebatis, & lana operiebamini, gregem aũt meum nõ pascebatis.Sed sicut Booz accepit Ruth,quam alius eo ꝓpinquior refutauit:sic Christus non relinquit Ecclesiam, nec deserit oues suas, Emit quoq; agrum, dum sanguinis sui precio comparauit sibi genus humanum,ac mundi promeruit principatum.Iterum sicut propinquus ille dixit ad Booz,Cedo iuri propinquitatis,tu vtere meo priuilegio:sic planè infideles & negligentes prælati ius suæ prælaturæ dimittunt,quantùm ad executionem salubrem, & Chr̃o suas committunt oues,non charitatiuè sed derisiuè re ipsa dicentes:Custodiat eas qui custodit Israel.Ideo Christus loquitur eis,singulisq́; eorum:Tolle calceamentum,i.præsidentię tuæ tegumento te fatere indignum , & illo te primò . ¶ Porrò hoc tegumentum est ipsa præsidendi potestas siue authoritas,qua tales se muniunt,& facta sua excusant,voluntate pro ratione vtentes,& quasi sibi licere putantes quicquid voluerint,illud Amos 6. dicentes:Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?In horum testimonium,Christus sibi assumit in testes decem viros de maioribus natu, senioresq́; Israel vniuersos,i.electos sapientia præmaturos,atq; in virtutibus clariores, qui inclitè impleuerunt decalogum , qui omnes cupiunt Ecclesiam fœcundari à Christo,sicut olim ab eo fœcundata est synagoga,quod & superplenè impletum est . ¶Postremò,sicut Obeth nato,mulieres duxerunt ad Noemi:Benedictus dominus &c, Et rursus: De nuru tua natus est qui te diliget,& multò melior tibi est quàm si septem haberes filios:ita Ecclesia ex gentibus congregata,& copiosissimè fœcundata à saluatore,gratias Deo egerunt,& congratulatę sunt primitiuæ Ecclesię ex Iudæis collectæ,fideles animæ,eo q Ecclesia illa gẽtiliũ ab ecclesia Iudæorũ cõuersa,tam copiosissimũ atq; sanctissimũ protulit fructũ,multis electis Iudæis ꝑstãtiorẽ. De qua gẽtilitatis fœcunditate, vehemẽtissimè est gauisa primitiua illa synagoga fidelis,q́ de suæ plebis excęcatione & sterilitate ineffabiliter mœsta fuit:ideo quicquid charitatis Ioan.10. & pietatis valebat,ecclesiæ ex gẽtibus congregatæ exhibuit,imò simul cũ ea facta est vna vniuersalis Ecclesia vnigeniti filij Dei spõsa charissima,sicut ipse ꝑdixit:Alias,inquiens, oues habeo,& illas oportet me adducere,& fiet vnum ouile & vnus pastor.Qui est dñs Iesus Christus cũ patre ęterno,& Spiritusancto paracleto,vnus super oĩa Deꝰ sublimis & benedictus,Amen.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM PRIMVM SAMVELIS, QVEM NOS PRIMVM REGVM DICIMVS, ENARRATIO.

¶In hoc agitur de gubernatione populi Israel per Iudices, de electione regis Saul, de regimine,gestis & morte ipsius.

PROOEMIVM.



Eges ex te egredientur, Gene.17. Deus qui vniuersorum finem considerat,cuncta quæ condidit,ad proprium dirigit finem . Quemadmodùm autem inter creata huius inferioris sensibilis mundi, dignior est homo:sic supersapientissimus eius creator excellentiori modo regit eundem,& eum à mundi rexit exordio. ¶Denique quo homo ad errorem & deuiationem existit procliuior, eo copiosiùs ei prouidit de gubernatore. Nempe cum omnis homo possit faciliter decipi & errare, non satis reputauit bonus & infallibilis ac prouidentissimus Deus regere hominem per hominem,sed angelica adiecit præsidia,supernorum & infallibiliũ spiritũ gubernatiuã directionẽ apposuit, nõ solũ hoibus subditis q regunt, sed

Iob 28. Sap.16.

& eorum rectoribus: imò non tantū singulis hominibus angelos singulos deputauit custodes, qui de infimo angelorum sunt choro, sed & singulis politijs singulos donauit custodes ac rectores angelicos, qui de tertio angelorum ordine esse creduntur. Propter quod Eccles.17, fertur: In vna quaque gente præposuit rectorem. Nec his contenta maiestas altissima, etiam per seipsam curat, regit, instruit, & accendit, ac perficit hominem. Nec sic alijs eum commisit, vt immemor sit ipsius, & diuinam ac propriam gubernationem tollat ab eo. præsertim cùm Iob 34. dicatur: Quem constituit omnipotens alium super terram? aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? Siquidem vt theologica edocet veritas, Solus Deus intùs iustificat, gratiam infundendo, & eius infusione peccata tollendo. Ipse per infusionem virtutes largitur, & sine actuali ipsius motione nil possumus promereri, sed ipse operatur in nobis velle & perficere pro sua bonitate, id est, ex propria pietate. ¶Insupèr finita prima mundi ætate, cùm homines post diluuium cœpissent densissimis Idololatriarum infidelitatibus obtenebrari, ac grauibus vitijs excæcari, volens benignissimus Deus humano generi tandem plenariè subuenire, mittendo à summo cælo verbum suum æternum, vnigenitum filium in hunc mundum per incarnationis mysterium, qui in assumpta natura inter homines videretur atquè cum eis conuersaretur, ac de omnibus ad veram salutem necessarijs prouideret eisdem: hæc, inquam, volens omnium dominus ac prouisor altissimus præordinato facere tempore, de idololatrarum societate eduxit electissimum quendam virum Abraham patriarcham, ex cuius posteritate & semine pater æternus vnigenitum suúm statuit Incarnandum. Propter quod virum illum, & eius posteritatem varijs donis ac gratijs decorauit, & inter cętera ipsi promisit, quod reges ex ipso existerent nascituri, vt filius regis cælestis, summi & omnipotentis, in terra quoq; ex regibus nasceretur, quos electo suo fideliq; populo Deus voluit prælidere. Itaq; de his regibus & eorum regiminibus ac populis tractat liber nunc exponendus, propter quod liber Regum vocatur. Sed quoniam tota sancta scriptura tractat principaliter de Deo gubernatore & saluatore, aptiùs dici potest, quod liber Iste tractat de Deo, vt principali rege & gubernatore, per reges Israël, Israëliticum populum gubernante, quem populum post Mosen & Iosue per Iudices gubernauit vsq; ad Samuelē inclusiuè, & vsq; ad Saul exclusiuè, deindè à Saul vsq; ad Sedechiam seu Babylonicam captiuitatem per reges. Post reditum verò à Babylone, per sacerdotes & pontifices vsq; ad Ioannem Hyrcanum, seu filium ei⁹ Aristobulum, qui cùm pontifex esset, etiam regium suo capiti diadema imposuit. Prætereà, quoniam gubernationi ac præsidentiæ Iudicum, immediatè successit gubernatiua præsidentia Regum, ideo in voluminis huius exordio aliqua de iudicibus Israel conscribuntur, putà de Heli & filijs eius, de Samuele quoq., filijsq; ipsius. Et ita introducitur modus per quem, imò & causa ob quam, reges in populo Dei pręesse cœperunt. Postremò, quáuis hic liber totalis, à catholicis in quatuor libros partiales diuidatur, ab Hebræis tamen solùm in duos diuiditur, quorum primum vocant Samuel, à suo authore, quia pro maiore parte à Samuele creditur scriptus, qui liber continet primum & secundum libros Regum: secundum nominant Malachim, i. Regum, à materia. Et sicut magister in hist. ait, Scriptus est liber iste chronicè sub singulis regibus, qui compactus est in vnum à Ieremia, quod patet ex hoc, quia idem finis est huius libri & Ieremiæ.

Phil. 2. Psal. 13. Sapi. 18. 1. Ioan. 3. Baruch. 3. Gen. 10. 15. Gen. 17. Iudic. 10. 1. Reg. 3. 11. Pet. Co. hi. libr 1. Reg. in prolo.

¶HIERONYMI IN LIBRVM REGVM PRAEFATIO.

Viginti & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoq; lingua & Chaldęorum testatur, quæ Hebręæ magna ex parte confinis est. Nam & ipsi 22. elementa habent eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Mosis totidem literis scriptitant, figuris tamen & apicibus discrepantes. Certumq; est, Esdram scribam, legisque doctorem, post captam Hierosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse, quibus nunc vtimur, cum ad illud vsq; tempus ijdem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In lib. quoque Numer. hæc eadem supputatio, sub Leuitarum ac sacerdotum censu mysticè ostenditur. Et nomen domini tetragrammatôn, in quibusdam Græcis voluminibus vsque hodiè antiquis expressum literis inuenimus. Sed & Psal. 36. & 110. & 111. & 118. & 144. quanquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Hieremiæ lamentationes & oratio eius, Solomonis quoq; in fine Prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet, eisdem alphabetis vel incisionibus supputantur. Porrò quinq; literæ duplices apud Hebræos sunt, caph, mem, nun, phe, zade. Aliter enim scribuntur per has principia, medietatesq; verborum, aliter fines. Vndè & quinq; à plerisq; libri duplices æstimantur, Samuel, Malachim, Dibrehaiomin, Esdras, Hieremias, cū Cinoth, i. lamentationibus suis. Quō igitur 22. elementa sunt, per quę scribimus hebraicè omne quod loquimur, & eorum initijs vox humana compræhenditur: ita 22. volumina supputantur, qbus quasi literis & exordijs, in Dei doctrina tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia. Primus apud eos liber vocat̄ Breschith, quē nos Genesim dicimus. Secūdus Ellesmoth, Prou. 31.

qui Exodus appellatur. Terti⁹ Vaijkra, i. Leuiticus, Quartus Vaiedabber, quē Numeros vocamus. Quintus Ellehadborim, qui Deuteronomium prænotatur. Hi sunt quinque libri Mosis, quos propriè Thora, id est, legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt, & incipiunt ab Iesu filio Nauę, qui apud illos Iosue ben Nun dicitur. Deindè subtexunt Sophtim, id est, Iudicum librum, & in eundem compingunt Ruth, quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia. Tertius sequitur, Samuel, quem nos Regnorum primū & secundū dicimus. Quartus Malachim, i. Regum, qui tertio & quarto regnorum volumine continetur. Meliusq́, multo est, Malachim i. Regum, quam Malachot, i. regnorum dicere. Non em̄ multarum gentiū regna describit, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim continetur. Quintus est Esaias. Sextus Hieremias, Septimus Ezechiel Octauus, liber duodecim prophetarum, qui apud illos vocatur There aser. Tertius ordo hagiographa possidet, Et primus liber incipit ab Iob, Secundus à Dauid, quem quinq; incisionibus & vno psalmorum volumine compræhendunt. Tertius est Salomon, tres libros habens, Prouerbia quæ illi parabolas, i. Misse appellant. Quartus Ecclesiasten, i. Coeleth. Quintus est Canticum Canticorum, quem titulo Sira Sirim appellant. Sextus est Daniel. Septimus Dibre haiomim, i. verba dierum, quod significantiùs χρονικὸν totius diuinæ historiæ possumus appellare, qui liber apud nos Paralipomenòn primus atq; secundus inscribitur. Octauus Esdras, qui & ipse similiter apud Gręcos & Latinos in duos libros diuisus est. Nonus Hester. Atque ita fiunt pariter veteris legis libri 22. id est, Mosis quinq; & prophetarum octo, hagiographorum nouem: quanquam nonnulli Ruth & Cinoth inter hagiographa scriptitent, & hos libros in suo putent numero supputandos, ac per hoc esse priscæ legis libros 24. quos sub numero 24. seniorum, Apocalypsis inducit, adorantes agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes, stantes coram quatuor animalibus oculatis antè & retrò, i. in pręteritum & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus: Sanctus, sanctus, sanctus dn̄s Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hic prologus scripturarum quasi galeatum principium, oībus libris quos dè Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest, vt scire valeamus, quicquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendū. Igitur sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor, non sunt in canone, Machabæorum primum lib. Hebraicum reperi, secundus Græcus est, quod ex ipsa quoq; phrasi probari potest. Quæ cùm ita se habeant, obsecro te lector, ne laborem meum repræhensionem existimes antiquorum in templo Dei offert vnusquisq; quod potest. Alij aurum, argentum & lapides preciosos: alij byssam & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum. Nobiscum benè agitur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra, magìs necessaria iudicat. Vndè & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species ecclesiæ præsentis futuræq; distinctio, pellibus tegitur & cilicijs, ardoremq; solis & iniuriam imbrium ea quæ viliora sunt, prohibent. Lege ergo primum Samuel & Malachim meum: meum, inquam, meum. Quicq̄d enim crebriùs vertendo & emendando soliciti ùs & didicimus & tenemus, nostrum est Et cùm intellexeris quod anteà nesciebas, vel interpretem me existimato, si gratus es: vel paraphrasten, si ingratus. Quanq̄ mihi omninò conscius non sim, mutasse me quippiam de Hebraica veritate. Certè si incredul⁹ es, lege Græcos codices & Latinos, & confer cum his opusculis quę nuper emendauimus, & vbicunq; discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magìs ac magis commodare debeas fidem: & si nostra firmauerit, puto quod eum non existimes coniectorem, vt in eodem loco mecum similiter diuinauerit. Sed & vos famulas Christi rogo, quæ domini discumbentis preciosissima fidei myrrha vngitis caput, quæ nequaquam saluatorem quæritis in sepulchro: quibus iam ad patrem Christus ascendit, vt contra latrantes canes qui aduersum me rabido ore desæuiunt, & circumeunt ciuitatem, atq; in eo se doctos arbitrantur, si alijs detrahāt,
Psal. 38. orationum vestrarū clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam, illius semper sententiæ recordabor: Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiā, cùm consisteret aduersum me peccator. Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis.

¶EXPOSITIO LITERALIS, CAP. I. FVIT VIR VNVS de Ramathaim Sophim. Articulus primus.



LOquuturus author libri huius de Samuele, & cur ac qualiter successit ipsi Heli in Iudicatu seu iudiciaria dignitate, incepit à patre Samuelis. [Fuit vir vnus de Ramathaim,] id est vrbe sic nuncupata, quæ fuit vrbs [Sophim] id est excelsorum seu speculationum, quia fuit vrbs sita in loco sublimi, & ita de ea vndique longè ac latè poterat quis videre ∴ Vel dicitur vrbs excelsorum & speculationum, quia (vt fertur) viri studiosi & speculatiui morabantur in ea. Itaque Ramathaim hoc loco est dictio vna & nomen ciuitatis, quæ in Matthæo vocatur Arimathia, atq; à Iosepho Ramatha vocatur. Rama nanq; interpretatur excelsum. [de monte Ephraim.] Mons Ephraim, interdū accipitur pro monte magno, seu loco mōtoso in tribu Ephraim sito.

Matth. 27.
Iose. l b. 5. an., Iu. c. 15.

ſito. Aliqñ verò accipitur pro terra ſeu prouincia circuniacente. Vndè 3. Re. 4. habetur, ꝙ Benhur fuit præfectus Salomonis in monte Ephraim, i. in vna parte ſeu regione totius Iſraëlitici regni, & ita ſecundum quoſdam nunc ſumitur. [& nomen eius Elcana,] quod nomen congruit ei. Nam Elcana interpretatur poſſeſsio Dei. Et vir iſtè fuit Deo intentus & eius poſſeſsio, quia ꝑ electionẽ & gratiã ad Deũ pertinuit, qui per Eſa. 43. proteſtatur: Omnem qui inuocat nomẽ meum, in gloriam meam creaui eum. [filius Ieroham filij Heliu, filij Thohu, filij Zuph, Ephrateus.] Dicunt quidam quòd nuncupatus ſit Ephratęus, quia in monte Ephraim habitauit. Alij ſcribunt ꝙ dicitur Ephratæus, quia ex parte matris natus fuit de Bethlehem ex tribu Iuda, quę Bethlehem alio nomine Ephrata dicitur, quod alij reprobãt, quoniam iuxta morem ſcripturę, filij non à matribus, ſed à patribus cognominantur. Quocirca dicẽdum videtur, quod etiam in ſcripturis filij ſępe à matribus cognominantur, ſecundum quod Iud. 11. legitur, quod Iephte fuit filius mulieris meretricis. In eodem lib. viri Sichem de Abimelech dixiſſe leguntur, Frater noſter eſt, videlicet ex parte matris ſuę, vt patet ibi ex textu: imò infrà patebit, ꝙ Ioab & fratres eius communiter nominantur filij Saruiæ, quæ fuit mater eorum, & rarò vel nunq̃ vocantur filij patris eorum. Deniq; per hoc quod antè iam dictum eſt, ipſum Elcana fuiſſe de monte Ephraim, ſatis inſinuatum videtur ꝙ Ephratæus extiterit, ſecundum quod Ephratæus dicitur à monte Ephraim. Idcircò ꝙ poſteà dicitur Ephratæus, ideo factum apparet, ne etiam ex parte matris putaretur fuiſſe, de monte illo, & vt ſciretur ex parte matris fuiſſe de tribu Iuda & oppido Bethlehem. Vndè & infrà frequenter deſcribuntur matres filiorum Iuda, & loca ſeu oppida matrum. Ideo cum magiſtro in hiſtorijs reor tenendum, ꝙ dicitur Ephratæus, i. Bethlehemita. Quòd aũt non fuerit de tribu Ephraim, oẽs fatentur, dicentes, ꝙ fuit Leuites deſcendẽs à Leui per Caath & Iſuar ac Chore. Sicq; ex parte patris fuit Chorita, nec fuit de ſtirpe Aaron, qm̃ Aaron fuit filius Amram, Amram verò frater Iſuar, de quo deſcendit Chore, vt 1. Par. 6. narratur. [Et habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen ſecundæ Phenenna:] non ex libidine, ſed quia (vt dicitur) prima ei9 vxor fuit Anna, quæ erat pulchra ac ſterilis, ideo ſterilitatem eius expertus, aliam ſuperacccepit. [Fueruntq; Phenennæ filij] i. Phenenna filios habuit ex Elcana, atque (vt dicunt Hebræi) decem habuit filios. [Annæ autem non erant liberi.] i. nullam habuit prolem. Et aſſcendebat vir ille de ciuitate ſua] Ramathaim [ſtatutis diebus,] i. temporibus ſeu feſtis in lege expreſsis & ordinatis ad hoc, quod in eis viri pergerent ad vrbem in qua erat templũ, ſeu tabernaculum Dei, hoc eſt, in ſolennitate paſchali, pentecoſtes & ſcenopegiæ ſeu tabernaculorum. Vel potiùs tam tempeſtiuè ante hæc feſta, ꝙ in ipſis erat in vrbe cultus diuini. Hinc ſubditur: [vt adoraret & ſacrificaret dño exercituum in Silo,] i. in tabernaculo ꝙ tunc erat in oppido nomine Silo. Die iſto legis præcepto, ſ. ter eundi ad domum Dei in anno habetur Exo. 23. Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram dño. Leuit. quoq; 23. Porrò cum habitantibus remotè à tabernaculo, frequenter diſpenſabatur, ita ꝙ non niſi in paſcha illuc pergere tenebantur. Vndè quibuſdam probabilius eſſe videtur, quod vir iſte non aſſcendit niſi in paſcha, qm̃ paulopòſt dicitur: [Sicq; faciebat per ſingulos annos, cùm redeunte tempore aſſcenderent in domum dñi: & ſic prouocabat eam.] Sed hoc ex verbis illis non ſequitur, imò magis apparet ex textu, ꝙ ter aſſcendit in anno: quia iam dictum eſt, Aſſcendit vir ille ſtatutis diebus. Præterea Ioſue tranſtulit arcam in Silo, & ciuitas illa ad tribum Ephraim pertinebat, vt Ioſ. 16. legitur. Elcana aũt morabatur in monte Ephraim, & ita non multùm remotè à Silo. [Erant aũt ibi] putà in Silo & in tabernaculo dñi, [duo filij Heli,] videlicet [Ophni & Phinees ſacerdotes dñi,] ſub pr̃e ſuo, qui pontifex fuit & iudex. [Venit ergo dies] opportuna, [& immolauit Elcana,] q̃uis Leuites extiterit, tñ non licuit ei ſacrificare, niſi per manus ſacerdotis. [Deditq; Phenennæ vxori ſuæ & cunctis filijs eius & filiabus partes:] i. vnicuiq; illorum aliquam partem de carnibus hoſtiæ immolatæ. Obtulerat enim hoſtiam pacificam, cuius adeps incendebatur ſuper altare, pectuſculum verò armuſq; dexter erant ſacerdotis ſacrificantis, reſiduum extitit offerentis: & de illo diuidebant offerentes his qui ſecum aſſcenderãt, præſertim domeſticis ſuis. De hoc in Leuitico & alibi pleniùs ſcriptum eſt. [Annæ autem dedit vnam partem] carnis oblatæ, [triſtis,] ꝙ ei plùs dare non potuit, vtpotè qm̃ prolem non habuit: [quia Annam diligebat,] ideò de eius ſterilitate, afflictione, opprobrio ampliùs triſtabatur. Nec dubium quin & Phenennam dilexit. Sed per iſtum modum loquendi innuitur, ꝙ Annam magis dilexit, non ſolùm coniugali, ſed & ſpiritali amore: nec ideo tm̃, qm̃ Anna pulchrior fuit, ſed & ideo maximè, quia erat tam virtuoſa. In Hebræo habetur, Dedit Annæ miſsionem vnam duplicem, i. vnum ferculum quod in menſa mittitur, ſeu partem vnam duas partes valentem. Seu (vt alij dicunt, & redit in idem) in Hebræo habetur, Dedi Annæ vnam partem pulchram, vel duplicem, quia Annam diligebat: ideo eam honorauit, liberaliter ei præſtando portionem tam elegantem. [Dominus autem concluſerat vuluam eius.] i. fœcunditatem ei non præſtitit, & erat ex naturali cauſa ſterilis, vt appáret. Vel dominus pia diſpenſatione abſtulit ei fœcunditatem ad tempus, vt interim ſua oratione & patientia mereretur ſuo tempore feli-

Gen. 48.

Iudic 9.

2. Reg. 2.

Pet. Co hi. li. 1. Re. c. 1.

Exod. 4.

Leuit. 3.

liciùs fœcundari. [Affligebat quoq; eam æmula eius,] i. inimica seu inuida, putà Phenenna. Raró quippe concordant vxores eiusdem mariti, præsertim dum maritus plùs diligit vnam, q̃ aliam. [& vehementer angebat,] i. ad magnam induxit angustiam, cùm tamen afflicto non sit addenda afflictio, & de his quæ insunt à natura, non mereamur laudari aut vituperari. [in tm̃, vt] ei [exprobraret] i. improperaret, [quod dominus conclusisset vuluam eius.] sicq; Phenenna de beneficijs suæ fœcunditatis intumuit atque inaniter gloriabatur, & Deo fuit ingrata, & iustam personam iniustè fecit mœrere. Propter quod collatis beneficijs meruit mox priuari. [Porrò illa flebat,] non ex impatientia, malitia, aut inordinato mœrore, sed desiderio p̃lis ad Dei obsequium educandæ, & quoniam moderatè contristabatur, quòd marito suo fru-
*capiebat ctum connubij proferre nequiuit. [& non *sumebat cibum,] vt moris est alijs, scilicet cum iucunditate & consueta mensura, & quod parum est, reputatur pro nihilo, iuxta quod Iob 22. legitur: Nudos, i. parùm vestitos, spoliasti vestibus. Vel nõ sumebat cibum, i. partem ei à viro suo collatam, tunc non comedit. Homines enim in magna tristitia positi, minùs afficiuntur ad cibum. Et sancta fœmina ista potiùs desiderauit compunctioni & orationi, quam comestioni insistere. [Dixit ergo] ei [Elcana vir suus: Anna, cur fles? & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum?] Bonus maritus condoluit contorali, cuius virtutes cognouit. Ideo consolabatur eam pro posse. q.d. Non decet te taliter contristari. [Nunquid non ego melior sum tibi quàm decem filij?] quod iuxta Hebræos intelligitur sic. Ego melior tibi sum propter dilectionem, fidelitatem & consolationem meam ad te, quàm decem filij Phenennæ sint ei. Sed meliùs videtur à catholicis sic exponi, Ego melior tibi sum, & magis gaudere debes de me,
Gen. 2. quàm si filios decem haberes. Maritus nanque & vxor sunt vna caro: & vir, coniugis suæ
Matth. 19. solatium est. Veruntamen huic expositioni quidam sic obijcit: Quia etsi Anna haberet decem filios, non propter hoc excluderetur aut minueretur amor Elcanæ ad ipsam, sed potius includeretur & augeretur: quæ reprobatio non concludit, quoniam etsi amor viri non fuisset per hoc exclusus aut minutus à coniuge sua, attamen amor ille propter annexam sterilitatem non produxit delectationem, quam produxisset, si fœcunditas fuisset adiuncta. Imò quo Anna plùs suum amauit maritum, eo plùs tristabatur, quòd ei non peperit fructum. [Surrexit autem Anna] à mensa, [postquàm comederat & biberat in Silo,] quo constat quod ad mariti sui consolationem & exhortationem parum quid sumpsit de cibo & potu. Surrexit autem vt iret ad fores tabernaculi ad orandum. [Et Heli sedente super sellam] i. sedem decentem [ante postes domus Dei,] quatenùs à quærẽtibus consiliũ faciliter inueniretur. [cùm esset Añ amaro animo,] i. in magna tristitia constituta ob causas prætactas, sicq; amaritudo non sumitur hic vt est vitium, sed pro amaritudine laudabili compunctionis aut contritionis siue mœroris, quia fortassis ob sua peccata putauit se fructu vteri esse priuatam. De hac amaritudine loqtur Ezechias: Eccè in pace amaritudo mea amarissima, De quo & Prou. 14. fertur: Cor quod nouit
Esai. 38. amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur alienus. [orauit ad dominum flens largiter,] i. copiosè ex abundantia suæ deuotionis, ideo oratio eius fuit potens & exaudibilis valdè, [& vouit votum, dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ,] id est, pietatis tuæ aspectu alleuiaueris cordis mei mœrorem, misericorditer succurrendo, [& recordatus meî fueris, nec oblitus ancillæ tuæ,] i. per piam exauditionem ostenderis te esse memorem mei, [dederisq́ue seruæ tuæ sexum virilem,] id est filium masculum. [dabo eũ domino omnibus diebus vitæ eius,] id est, offeram eum tibi, vt per totum tempus vitæ suæ consecratus sit tibi, [& nouacula non ascendet super caput eius:] i. Nazaræus erit, & iuxta ri-
Num. 6. tum Nazareorum, pili capitis sui nunquàm abradentur, prout in Numer. de Nazaræis præcipitur. Aliqui autem erant Nazaræi Dei, .i. Deo consecrati ad tempus, sicut ibidèm habetur: quidam perpetuò, sicut & Samson, vt Iudic. 13. legitur. De literalibus verò & spiritalibus causis
Ibidèm. rituum seu iussionum ad Nazaræos spectantium, in prætacto Numer. libro & alibi dictum est. Denique oratio ista Annæ, sicut & cæteræ preces, in quibus idem sensus sub alijs verbis fre-
Psal. 54. quenter repetitur, fuit feruens omninò & efficax, qualibus orationibus vtitur sæpè Psalmista, sicut dum ait: Exaudi Deꝰ orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. [Factum est autem cùm illa multiplicaret preces] i. orationem suam diu protraheret: [coram domino, in quo patet orationis eius instantia. Nec obest quod ait saluator Mat. 6. Orantes nolite multum loqui: quia hoc intelligitur de inutili & superflua verborum multiplicatione, non de diuturno orationis protractione, cùm scriptum sit apud Luc. 6. & 22. Erat Iesus pernoctans in oratione Dei, q & passione instante orauit prolixius. [vt Heli obseruaret os eius] i. consideraret an aliqd loqueretur. [Porrò Anna loquebatur in corde suo.] i. cum intima attentione intra se protulit verba suæ affectionis. [tantumq; labia illius mouebantur.] Per motum labiorum, non excluditur motus mentis ac dentium, quorum motio motum consequitur labiorum. Sed tantùm labia eius mota dicuntur, ad insinuandum quòd orauit tam silenter seu bassè, quòd verba eius audiri non poterant. Ideo subditur: [& vox eius penitꝰ

non audiebatur:]protulit tñ verba in ore,sed circa interiora ita erat atteta, q instrumeta vocalia à vocis exterioris formatione sonora remittebantur, & forsitan tam quiete orauit etiam ideo: ne verborum suorum strepitu,alium quempiam à suæ orationis aduertentia impediret. [Aestimauit ergo eam Heli temulétam]i.ebriam vino,[dixitq; ei:Vsquequò ebria eris?]Pertinuit qppe ad presulem ac iudicem populi ex suo officio,corripere reos.[Digere paulisper vinum quo maddes]i.vade & dormi ad tempus,vt quiescendo digestio potus fiat in te,nec humores os tuum sic impleant.[Respondens Anna:Nequaquam,inquit,dñe mi]ebria sum , nec digestione vini indigeo,[Nam mulier infelix nimis ego sum.]i.vaidè misera,loquédo de miserijs pœnæ,non culpæ,saltem mortem mortalis,hoc est,aduersitatibus sum repleta ex sterilitate,dolore,opprobrio,& insultationibus ac derisionibus emule mee Phenenne,ideo non delectat me vinum potare. Vndè subiungitur:[Vinum & omne quod inebriare potest,nô bibi,] hoc die,& aliàs nô nisi rarò ac sobriè[sed effudi animam meam in conspectu dñi]i.cordis mei effectus obtuli Deo,iuxta illud.Effundite coram illo corda vestra.[Ne repures ancillam tuam Psal. 61. quasi vnam de filiabus Belial:]i.noli me computare in numero mulierum gulosarum atq; rebellium,quæ sine iugo legis,& absq; freno disciplinę conuersantur & peccant.[quia ex multitudine doloris & mœroris mei loquuta sum vsq; in præsens.] i. huc vsq; oraui, seu alia quæq; loquuta sum ex vehemeti dolore de mea pręsenti sterilitate & mœrore persequutionis quam diu sustinui, Dolor equidem propriè est de malo prælenti:mœror seu tristitia,de malo præterito.[Tunc Heli]compatiens mulieri deuotæ in tantis afflictionibus constitutæ,[ait ei:Vade in pace.] i. tranquillitatem pectoris & quietem forinsecùs ab infestantibus habe pergendo, [& Deus Israel det tibi petitionem tuam quam rogasti eum,]Hebraica veritas habet,dabit tibi.Hoc etenim dixit Heli ex confidentia bona,quoniam vidit Annam tam ardenter & instanter orasse.Et qm sciuit Deum specialiter pronum exaudire constitutos in graui afflictione & aduersitate,quemadmodùm ait. Cum ipso sum in tribulatione.Et forsan ex repentino instin- Psal.90. ctu spûsancti dixit hoc Heli pro mulieris consolatione. Prælatiquippe diuersimodè tanguntur à spiritusancto ad loquendum atq; agendum propter subditorum salutem aut vtilitatem. Nam & Anna verbum illud , quasi ex ore Dei prolatum accepit , & credidit sic futurum. Ipse nempe omnipotens Deus tecit verbum illud sic sonare in auribus corporis eius ac cordis,i.eã mouit ad accipiendũ taliter verbum pfatum.[At illa dixit:Vtinam inueniat ancilla tua gratiã in oculis tuis.]i.cupio vt digneris mihi esse gratiosus & orans pro me.[& abijt mulier in viam suam,]redeundo à loco orationis ad suum maritum, [& comedit,vultusq; illius non sunt ampliùs in diuersa mutati.]i.apparatus seu dispositio faciei eius,mansit decæterò vniformis & benè se habens,eo q cor eius fuerat tranquillatum,ac firmiter consolatum ex certa spe suæ exauditionis.Ex varia etem dispositione cordis,facies & pcipuè oculi diuersimodè disponuntur & alterantur ac colorantur,iuxta quod ait scriptura.Cor hominis immutat faciem eius,siue in bonum,siue in malum. Hinc legitur:Ex visu cognoscitur vir,& ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Eccl.13. Quidam tñ callidi & versuti,nôrunt interiorem suam malitiam ficta vultus dispositione Eccl.19. abscondere.Porrò virtuosorum est,motus pasionum reprimere & frenare,imò & anticipare, ne in vultu aut visu appareant. Perfectorum verò ac sapientũ est,in vniformi cordis ac vultus dispositione persistere,quemadmodùm de beatissimo fertur Martino , quod nemo vnquam vidit eum iratum,tristem,ridentem, turbatum, aut dissolutum , imò semper quasi angelicum præferebat in facie apparatũ. Quidam hæc verba exponens: Passiones,inquit,irę & tristitiæ, quæ mutant faciem in diuersos colores,recesserunt ab Anna ex consolatione exteriori verborum Heli,& ex interiori consolatione gratiæ Dei. Circa quod dicendũ videtur, q virtuosa hæc mulier,etiam ante horum auditũ verborũ,non subiacuit passionibus iræ atq; tristitiæ,imò multùm mitis & patiens erat, qa nec æmulæ suæ dura rñdit aut restitit, nec viro suo contra illã conquesta videtur.Porrò Petrus Comestor hæc compendiosè exponens:Mulier,ait,ex pmissione sacerdotali abijt secura,vultusq; illius non sunt ampliùs in diuersa mutati, i.animus eius non est deinceps distractus in varietates dubitationis.[Et surrexerunt manè]Elcana eiusque comitiua, [& adorauerũt coram dño] in atrio tabernaculi, [reuersiq; sunt & venerunt in domum suam in Ramatha]vrbem suam,quæ antè vocatur Ramathaim.[Cognouit aũt Elcana vxorem suam Annam,]post reditum.Siquidem eundo ad téplũ seu tabernaculum Dei existendoq; in vrbe cultus diuini,tépore festi,& redeundo, continuerunt viri ac fœminæ vsq; ad reuersiõem in propria. Vndè & posteà iuerũt viri ac fœminæ separatìm.[& recordatus ei⁹ dñs,] i.supernaturaliter dedit ei virtutem concipiendi.[Et factum est post circulum dierum,concepit Anna]videlicet euolutis diebus suæ reditionis,cum cognosceretur à suo marito. Vel dicitur post circulum dierum concepisse,quantùm ad animationem fœtus in vtero,quę facta est, materia ad hoc satis parata & organizata,ad quod numerus certus dierum reqritur. [& peperit filium,vocauitq; nomen eius Samuel.]quod interpretatur postulatio Dei,seu postulatus à Deo.ideo ratio nominationis huius subiungitur,[eo q à dño postulasset eũ:]i.Deum orasset

Pet.Co:hi: li.1.Re:c.2:

pro puero isto sibi supernaturaliter dando.[Ascendit aũt vir eius Elcana,& oĩs domus eius]i. domestici,s.Phenenna cùm sobole sua, [vt immolaret hostiam solennem dño]pro gratiarũ actione,[votum suum]i.sacrificium quod Deo promisit,si puerum sibi concederet,seu oblationem votiuam siue spontaneam,de qbus hostijs dicitur:[Et Anna non ascendit]illa vice cum viro suo ad domum Dei in Silo.[Dixit enim viro suo:Non vadam,donec ablactetur infans,& ducam eum]ad tabernaculũ dñi,[& appareat ante conspectum dñi,]q in tabernaculo specialiter habitare asserebatur,[& maneat ibi iugiter]i.omni tẽpore opportuno. [Et ait Elcana vir suus:Fac ꝙ bonũ tibi videtur,& mane donec ablactes eũ, precorq; vt impleat dñs verbum suum.]Quõ intelligenda sunt illa?Nonne Anna tenebatur in die purificationis suæ puerum suum cum oblationibus ꝑsentare & offerre in domo Dei, iuxta quod dñs iusserat?Insuper quõ licuit deuotissimę Annæ abstinere à visitatione tabernaculi dñi, vsq; ad Samuelis ablactationem,cum cæteræ vxores cũ suis maritis ad minus in pascha accederent domũ Dei,sicut iam dictũ est de Phenenna cõiuge Elcanæ?Ampliùs,inconueniens fuisse videtur,vt Samuel bimus,i. duorũ annorũ existens,sit oblatus ad manendum iugiter in tabernaculo ad seruiẽdũ ibidem. Pueri equidem circa finem secundi anni solent amoueri à lacte. Ad primum horũ rñdendum videt̃,ꝙ vtiq; secundũ communẽ legẽ fieri debuit,prout in ꝑallegato li.Leuitici de purificãdis puerperis continetur.Sed qm̃ Samuel erat dño sic ꝓmissus & deputatus,ꝙ in eius cultu iugiter permaneret,apparet ꝙ mater eius ex inspiratione & dispensatione diuina infantulũ domi tenuerit, quousq; ablactaretur. Ex eadem quoq; ratione poterat interìm à visitatione tabernaculi abstinere.Ad tertium Magister in hist.ait:Quidam dicũt tres esse ablactationes.Primã,à lacte mamillæ,quæ fit 3.anno.Secundam,à lacte infantiæ,quæ fit 7.anno.Tertiam,à lacte pueritiæ, quę fit 12.sicq; remouetur puer,prima ablactatione à lacte nutricis,ab ipsa nutrice.Secũda ablactatione amouetur à pædagogo.Tertia,à tutore.Dicunt ergo qdam,puerum Samuelem adductum ad domum Dei post secũdam ablactationem,vt literis imbueretur. Vndè in sequentibus legitur,ꝙ per singulos annos mittebat ei mater sua tunicam paruam. Alij dicunt eum adductũ post tertiam ablactationem,quasi iam idoneum ad ministrandũ,quia mox subditur sequenti cap.Puer autem erat minister in conspectu dñi. Hæc in historijs. Alij verò dicunt: Duplex est ablactatio:vna est abstractio à lacte vberum,quæ fit circa principiũ 3.anni,vel circiter. Alia est ablactatio,qñ puer abstrahitur à lacte pueritiæ, dum s. incipit vti communibus cibis,quod fit circa 10.annum,de qua ablactatione loquitur iam scriptura,qm̃ ante 10. annum aut circiter pueri non sunt apti ad faciendũ aliquod officium in templo dñi,sed ex tunc possunt aliqua parua officia exercere,sicut accẽdere lampades,& paulatìm assuefieri ad maiora. Veruntñ his obuiare videtur,quod paulò pòst in textu euidenter subiungitur:[Mansit ergo mulier,& lactauit filium suum donec amoueret eum à lacte:]quod manifestè intelligendũ videtur de ablactione à lacte mamillæ,quod ipsamet Anna ꝓbuit filio suo. Deindè addit scriptura:[Et adduxit eum secũ,postq̃ ablactauerat.] Deniq; in historia de natiuitate virginis gloriosæ habet̃, ꝙ parentes ipsius eam,cõpleto ꝑ trienniũ ablactationis tempore,ad templũ cum oblationib⁹ adduxerũt, & in illa ætate dicit eã Epiphanius per 15.gradus tẽpli ascẽdisse tam expeditè, ac si fuisset ætatis perfectæ. Tunc quoq; parentes eius dimiserũt eam ibì cum virginib⁹ alijs. Hęc aũt historia in aurea Legẽda ascribitur S.Hieronymo,quĩs recitatiuè magìs quam assertiuè forsitan referat eam,& q̃tùm ad aliqua,dicatur apocrypha. Itaq; iuxta textum videtur dicendum, ꝙ statim pòst ablactationẽ à lacte materno,sit Samuel oblatus & relictus in tabernaculo,& ibì per tẽpus nutritus,deindè imbutus,sicq; adhuc puerulus exorsus sit ministrare. Nam & infrà habet̃:Puer aũt erat adhuc infantulus,quod de eo iam ibì adducto asseritur.Puer aũt decem duodecímve annorum,non videtur aptè infantulus dici. Est item ꝓbabile, ꝙ in tantæ electionis puero tam supernaturaliter dato,fuit ab infantiæ annis aliquid ingeniositatis, capacitatis & agilitatis supra vires naturæ,ita ꝙ in 5.aut 6.año poterat aliqua parua exercere obsequia. ¶Prætereà super id quod dictum est, Maneat ibì iugiter,scribit Lyra:In Hebræo habetur, vsq; in seculum, i. vsque ad 50.annum,quia vltrà non debebant Leuitæ seruire in templo,vt habetur:*Vndè & infrà legitur, quod Samuel factus iudex populi, ibat per singulos annos circumiens Bethel & Galgal & Maspha, & iudicabat Israel in supradictis locis. Hæc Lyræ verba videntur sonare, ac si Samuel mansisset in tabernaculo domini vsq; ad 50.annum:quod non est putandum,imò adhuc valdè iuuenis factus est iudex populi & propheta, & ibat de vrbe in vrbem atque ad bellum,prout suum requirebat officium. Cùm etenim Deo ordinante factus est iudex populi ex dispensatione diuina,perrexit à tabernaculo ad loca & oppida opportuna, & reuertebatur in Ramatha,vbi & domus ipsius erat, iudicauitque populum ibì,vt infrà fertur. Insupèr, quanuìs Leuitæ vltrà 50. annum non debebant seruire in templo, faciendo opera laboriosa siue maiora,vt habetur Num.4.attamen post quinquagesimum manserunt ministri templi vt antè,faciendo tamen obsequia alia,iuxta illud Numer.8.Cumque 50.annum ætatis impleuerint,seruire cessabunt,eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant

Marginal notes: Leuit.7. — Leuit.12. — Pet.Co.hi. li.1.Re.c.3. — *Nume.4. — 1.Reg 7. — Ibid.

ant quæ sibi fuerint commendata, opera autem ipsa non facient. Ex quibus ostenditur, ꝙ Samuel post quinquagesimum annum non fuit licentiatus à tabernaculo Dei recedere, ex hoc quòd Leuitæ non ministrabant in tẽplo modo præfato vltra 50. annum. [Et dixit Elcana: Precor vt impleat dn̄s verbum suum.] Quid necesse fuit hoc precari, quasi verus & sanctus Deus possit suum verbum non implere? Et rn̄dendum quod verba diuinæ promissionis intelligenda sunt sæpè sub implicita conditione, videlicet nisi homines suis excessibus mereantur oppositum: ideo Elcana hoc rogauit, vt verbum illud quod Heli dixit ad Annam, Dominus dabit tibi petitionem tuam, impleretur, vt s. Samuel sic Deo offerretur ac ministraret in tabernaculo, omniq; tempore vitæ suæ Nazareus Dei consisteret, vt Anna promiserat. [Et adduxit eũ,] s. Samuelẽ Anna, [in vitulis tribus] i. cum totidem vitulis, [& tribus modijs farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum domini in Silo.] Non adduxit omnia ista ad immolandum, sed vnum vitulum ad offerendum, alios duos ad dãdum domui Heli, vt puer gratiosiùs tractaretur, quem gubernationi sacerdotis commiserunt. Nam subditur: [& immolauerunt vitulũ] in sacrificium per manus sacerdotis, ipse videlicet Elcana & Anna. Similiter de tribus modijs farinæ, i. similæ & amphora vini, tantum dederunt pro libamine sacrificij sicut oportuit, atque residuum dederunt pontificis domui. [& obtulerũt puerum Heli. Et ait Anna: Obsecro mi domine.] supplendum est, vt patienter me audias, [viuit anima tua] domine, i. quàm verum est ꝙ anima tua viuit, tam verum est quod nunc dicam, videlicet, [Ego sum mulier illa, quæ steti coram te hic orans dominum pro puero isto. Oraui, & dedit mihi dominus petitionem meam, quam postulaui eum: idcircò & ego commodaui eum domino] i. Deo & eius obsequio deputaui, & quasi concessi magìs quàm dedi, cùm vniuersa sint Dei, & istum infantem sic commodaui, vt à domino obtineamus mercedem, tam puer quàm ego. [cunctis diebus quibus fuerit accommodatus domino] i. per omne tempus vitæ ipsius, quo; ipse in Dei cultu spontè permanserit. [Et adorauerunt ibì] in Silo in atrio tabernaculi [domimum] Elcana & Anna.

¶ *Spiritalis expositio eiusdem Cap. 1.* Art. 2.

HIc liber Regum inter scripturas canonicas est solennis, mysterijs plenus, moralibus documentis refertus, ad informationem regum & principum, imò & prælatorum omniũ, præcipuè valens. Itaq; allegoricè per Elcanam, q (vt habitum est præcedenti articulo) interpretatur possessio Dei, intelligitur Christus vnigenitus patris æterni, loquens: Dominus possedit me initio viarum suarum, atq; in Euangel. alloquens patrem: Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Hic fuit vir, etiam à suæ conceptionis & incarnationis exordio, non magnitudine corporis & ætate, sed omni perfectione sapientiæ ac virtutum, De quo prædixit: Mulier circũdabit, i. vtero habebit, feret, ac pariet virum. Nempe mulierem brachijs suis circumdare aut amplecti virum, non est nouum neq; mirum. De tali ergo circumdatione Hieremias non loquebatur, quippe q verbis istis immediatè p̄misit: Nouum faciet dn̄s super terram. Fuit quoq; Christ⁹ vir vnus, i. maximè singularis & vnicus, parem non habens, & summè indiuisus à se, ac diuisus seu distinctus ab alijs, & maximè vniformi modo se habens, vtpotè à luce sapientiæ ac virtutũ syncetitate & æquitate nunq̃ recedens: Fuit item de Ramathaim Sophim, i. de sublimitate altissimæ contemplationis, & ab altitudine cęli oriens nobis ex alto. Fuitq; Ephratęus, i. frugifer, seu maximè fructuosus, & omni gr̄a plen⁹, qui dixit. Quia q̃ placita sunt patri, facio semp. De quo ab Esaia erat prædictum: Si posuerit pro peccato animã suam, videbit semen longæuum, & voluntas dn̄i in manu eius dirigetur. Cui & pater ait: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ. Eccè quàm fructuosissimus fuit. [Et habuit duas vxores] i. synagogã primò fœcundam, q̃ exprimitur per Phenennam, & Ecclesiam ex gentibus congregatam, primò sterilem, sed fœcundissimam postmodùm. Et sicut Phenenna ex sua fœcunditate intumuit, & Annam contempsit, vexauit & persequuta est valdè, sic synagoga ex multitudine & magnitudine pręstitorum sibi desupèr charismatum superbiuit, & gentilitatem, imò & primitiuam Ecclesiam gentium, eos quoq; qui ex Iudaismo Ecclesiæ gentium se iunxerunt, multipliciter impugnauit, & ꝙ omni gratia Dei careret Ecclesia, improperauit eidem impia synagoga. [& ascendit vir ille de ciuitate sua.] sic & Christus statutis diebus venit Hierosolymã, intrauitq; templum, secundum naturam assumptã adorauit patrem, sacrificans ei sacrificium perfectissimæ orationis ac deuotissimæ laudis. [Deditq; Phenennæ partes.] Tunc enim nondũ conuersi erant gentiles, nisi paucissimi, sed Iudæorum multi tunc erant fideles, quibus gratiæ partes seu dona diuersa largitus est. Gẽtilitati aũt dedit permodicum, & eius sterilitati condoluit, q̃a secundũ p̄destinationẽ æternã, valdè specialiter eam amauit, [Dn̄s aũt concluserat vuluam] gentilitatis, i. mentẽ ipsius nondũ per dona gr̄æ fœcundauit. Porrò illa flebat, & non capiebat cibum.] Nam quidam gentilium aspirabant ad fidem & gratiam Saluatoris, & suam derelictionem deflebant. Vndè & quidam illorum dixerunt Philippo: Domine, volumus Iesum videre, quia nondum pabulo scripturarũ, consolatione interna, donis charismatum erãt refecti. Verũ saluator hãc gẽtilitatis desolationẽ citò consolari dignat⁹ est, & ei⁹ orationẽ impleuit, dãs ei co-

Marginal references: Prouerb. 8. | Ioan. 17. | Hierem. 31. | Hierem. 31. | Psal. 18. | Lucæ 1. | Ioan. 8. | Esaię 53. | Esaiæ 49. | Ioan. 7. 10. | Ioan. 12. | Galat. 4.

copiosissimũ fructũ, ita q̃ plures filij facti sunt desertæ, quàm eius quæ fuit libera, & habuit virum. Insuper sicut Heli putauit Annam intẽtissimè deprecantẽ, existere temulentã: sic principes sacerdotũ, conuersam gentilitatẽ ad dñm affectuosissimè ꝓclamantẽ, reputabant insanientem. Tandẽ tamen multa turba sacerdotũ legaliũ conuersa ad Chr̃m, confortauit & consolata fuit humilẽ gentilitatẽ ꝓmittens ei exauditionẽ & fœcundationẽ à dño: quo facto, tranquillitatẽ cõcepit in aĩa, & à Christo spõso est fœcundata. Cumq; filios genuisset ex aqua & Spũsancto, noluit eos Deo offerre, nisi ablactatos à lacte, sciens nullũ Deo acceptũ, nisi q carnaliũ delectationũ fœditatẽ & immoderantiã aspernatur, dicente Apostolo: Om̃is qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, Nec em̃ sapientia inuenitur in terra suauiter viuentiũ, sed potiùs in his q carnem suã crucifixerũt cũ vitijs & concupiscentijs. Ideo loqtur. Quẽ docebit dñs scientiã? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vbere. Facta igitur hac ablactatiõe, adduxit ecclesia filios suos ad arcem pfectionis, ad vitã contẽplatiuã, ad æternã salutẽ, [in tribus vitulis] i. per fidẽ, spem & charitatẽ. [& trib⁹ modis farinæ,] hoc est, in fide superdignissimæ Trinitatis, in qbus est deitas vna purissima, tanq̃ mundissima simila: & sicut tres modij sunt æquales, sic in tribus superbenedictis personis est vera & summa æqualitas. [& amphora vini,] i. cõsolatione & potatiõe spũali, ac sapore iustitiæ, seu communione sanguinis Christi. ¶Pręterea, tropologicè per Elcanã designatur pręlatus, quem oportet esse actiõe præcipuũ. vt verè sit vir vnus, viri nomine dignus, vniformis & stabilis, & cõtẽplatione p̃ cunctis suspensus: sicq; sit de Ramatha, i. celsitudine speculationis, ita vt oculo contẽplationis secreta mysteria, pterita, p̃sentia & futura, æternam & increatã veritatẽ, incircunscriptamq; bonitatem q̃at conspicere, & cũ summo ardore diligere. Qui habet duas vxores, vnam virtuosam & aliã vitiosam, i. aĩam subditi boni sibi commissam, similiter animã mali. In omni etem̃ grege reperiuntur communiter aliq aĩæ bonæ & aliquæ malæ. Et qui boni sunt, infestationem ab impijs patiuntur. Sunt etiã aliq animæ ad tẽpus deuotæ & fructuosę, quę tñ tempore procedente extollũtur incautè ac dilabuntur. Aliæ verò quæ diu spũaliter fuerant infœcundæ, ꝓueniunt à Spũsancto, & conuertũtur atq; fructificant. Ideo in hac vita omnia incerto cursu aguntur, & necessariũ est semper timere ac ꝓuidere, ne q stare videtur, labatur. Ideo monetur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. ¶Pręterea, qdam per duas vxores vitam actiuam & contemplatiuã intelligunt. Estq; necesse in primis assumere vitã actiuam, exercendo se in actibus virtutum moralium, in luctu & labore pœnitentię salutatis, in exterioribus misericordię operibus, & ita per vitam istam tanquam per ianuã ad vitam ingredi cõtemplatiuã. Quãuis autem vita actiua, instar Phenennæ, videatur contẽplatiua vita fructuosior esse, contemplatiua tamẽ secretior est atq; diuinior: imò interdum profert vnum meritorium actum, multis vitæ actiuæ operib⁹ præstantiorẽ. Deindè tempore opportuno sua feruentissima or̃one, incalescenti amore, syncero intuitu solet quinq; multis gratiã conuersionis mereri. Queadmodũ autem Phenenna Annã tanq̃ infœcundã improbè exꝓbrabat, sic quidã actiui contẽplatiuis tãquam ociosis & inutilibus obloqui solent. ¶Porrò Anna plorat, nec accipit cibũ, qm̃ anima cõtẽplatiua ex multis causis lachrymatur vbertim, putà ex puro ad Deum amore, & ex dulci cõplacentia gratiosæ præsentiæ eius, ex desiderio quoq; suę beatificæ visionis & plenæ fruitionis. Deindè suipsius & aliorũ deflet peccata, & propriũ imperfectum anxiè deflet, atq; cũ Anna ardentissimè orat, vt Deus p̃stare sibi dignetur fœcũditatẽ optatam, quã Deo semper cũ om̃i gratiarũ actione afferre ꝓponit fortissimè. Plorat demũ ex meditatione & cõpassione passionis dñicæ. Ideo fœcũdatur, cõsolatur & tranquillatur à dño intm̃, vt nec ꝓsperis extollatur, neq; aduersis deijciatur, nec vultus eius ampliès in diuersa mutentur. Vir hui⁹ animę, vno modo dici potest eius p̃latus bonus, q tali aĩæ vehemẽter congratulatur, & gratias refert Deo ꝓ ea. ¶Moraliter ex isto cap. edocemur, exẽplo Annę, patientiã in om̃i aduersitate habere, mãsuetudinẽ obseruare, nec cõtra iniuriantes contẽdere. Increpatiões etiam eas, quas forsitan nõ meruimus, æquanimiter tolerare, & correptores ipsos reuerenter affari ac deprecari vt orẽt ꝓ nobis. In omni quoq; angustia ad Deũ confugere confidenter, & coram eo cor nr̃m affundere orando instanter, & taliter exorare, cũ disciplina atq; silentio, ne sibilo oris & gestib⁹ indisciplinatis, aliorũ deuotionẽ impediamus, aut eorũ orationes interrumpamus: imò q taliter orrt, iram colligit magis q̃ veniam, secundũ Chrys. imò talis Deũ offendit & proximum, & sua ingetudine ac indiscretione grauiter lædit seipsum. Hinc & Rabanus loqtur: Forma orãdi nobis hic traditur, vt non in multiloquio, sed in compũctione & lachrymis dñm inuocemus, qm̃ sacrificiũ Deo sp̃us contribulatus. ¶Postremò, studeat quilibet nostrũ esse vir vnus. Nã vt disseruit Origenes: Quandiu peccatores sumus, indigni sumus titulo huius laudis. Peccator etem̃ nõ est vnus, sed mult⁹. Intueor equidẽ vultum illius, nunc irati, nunc mansueti, nũc lęti, nũc tristis, nũc trãquilli, nũc perturbati, & ita non est vnus, sed tot in eo personæ vidẽtur, quod mores, ideo ait scriptura: Sapiẽs in sapientia manet vt sol, stultus autem mutatur vt luna: imò vnusquisq; iustorum non solùm est vnus, sed & omnes competenter vnus dicuntur, quia ipsorum est cor vnum & anima vna.

¶Expo-

[Margin notes: Acto. 6. — Ioan. 3. — Hebr. 5. — Iob 28. — Galat. 5. — Esaię 28. — 1. Cor. 10. — Apocal. 2. — Psal. 61. — Threa. 2. — Chrysost. — Rabanus — Psal. 50. — Origenes. — Eccles. 27. — Actor. 4.]

¶Expositio literalis Cap.2.& cantici sanctæ Annæ: Exultauit cor meum in domino &c. Art.3.

PRopriũ est sanctorũ,de acceptis beneficijs Dei non inaniter erigi,sed magis humiliari, & Deo pijssimo ac liberal. grates referre:& quædam vtriusq; sexus personæ,speciale atq; pcipuum. quodcũq; beneficium Dei sortitæ,speciale etiam canticũ super hoc cecinerũt ac ediderunt,& illud reliquerunt in scriptis,vt non solùm proprijs in personis,sed insupèr corde & ore posterorum,Deũ laudarent:atq; ex consideratione diuinorũ effectuum,ipsum oĩm fontẽ bonorũ Deum excelsum & omipotentẽ in seipso extollerent, contemplarent & honorarent, Iudic 5. quemad modũ. Delbora,& hoc loco Anna,in Euan.quoq; gloriosissima virgo Deifera fecisse leguntur.Itaq; hoc spũ pphetiæ illustrata,nõ solũ circa se facta, & sibi iam exhibita intuens, Lucæ 1. sed & quædam sibi alijsq; futura prospiciens,grata & hilari voce prorũpit in laudem Dei,quæ laus seu grarum actio hic vocatur oratio,præsertim qa & gratiarum actio,pars ac spẽs orationis existit,secundũ illud. Obsecro primò oĩm fieri obsecrationes,orationes,postulationes, gratiarum actiões pro omnibus hoĩbus. Ait ergo:[Exultauit cor meum in dño:]i.tam vehementi iocunditate impletum est spũali, q redundauit in partem sensitiuam atq; in corpus,iuxta illud. 1.Tim.2. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. ¶Deniq; omnis delectatio ordinata & bona,est in Deo. Delectatio quippe consistit in actu, & ei annectitur,eumq; concomitatur & Psal.83. perficit,dummodò actus conueniens sit ac placens,vel saltẽ conueniens reputetur. Delectatio aũt ordinata & bona,nõ nisi in actu consistit virtutis,cuius actus ad debitũ finẽ refertur & congruenter exequitur. Dupliciter itaq; contingit gaudere seu delectari.aut exultare in Deo. Primò tanquàm in proprio & immediato obiecto,sicq; delectamur in Deo p fidẽ,spẽ,charitatem & contẽplationẽ,hoc est,in ipsum credendo,in ipsum sperãdo,eũ amando & contẽplãdo. Propter q dixit Apostolus:Deus spei vos repleat omni gaudio & pace,in credendo. Et rursus. Spe Rom.15. gaudentes. Sic quoque lætamur in Deo,ipsum orando,laudando, psallendo. Secundò, delectamur in Deo tanquam in obiecto mediato,seu tanq̃ in fine,inquantùm operationes virtutũ Rom.12. circa obiecta creata versantium, ordinamus ad Dei honorem, & eas secundum Deũ exequimur. ¶Prætereà,q̃uis gaudiũ seu delectatio magis ad vires appetitiuas,videlicet ad appetitum sensitiuũ ac voluntatem pertineat,nihilominus experiẽtia docet,q etiã in aliarũ potentiarum actibꝰ delectatio vera existat,sicut in intelligẽdo,recordãdo,gustando,tãgẽdo,& aliorũ exterum interiorumq; sensuũ actiõe. Delectatio etenĩ orit̃ ex vnione potẽtiæ cognoscitiuę,aut appetitiuæ cũ obiecto sibi cõueniẽte,ipsaq; delectatio est quasi qdã qetatio,tranqllatio,ac diffusio potẽtię in suo obiecto sibi cõueniẽti. Anna igit̃ ex cõtẽplatione dilectiõeq; Dei,& ex speculatione beneficiorũ ac operũ eius,toto corde(hoc est,intellectu ac voluntate)exhilarata: Exultauit,inquit,cor meũ in dño,i.intellectus seu ratio & voluntas animæ meę in Deo sunt gloriatæ,& gloriatio illa intellectualis,solet gaudiũ appellari:& propriè exultatio, quasi extra se saltatio,nuncupatur,qñ ex plenitudine sua redundat in inferiores animæ vires, atq; per signa relucet in corpore,præsertim in visu & vultu,imò aliqñ resultat intantũ,q facit hominem tripudiare,saltare ac plaudere,quẽadmodùm Dauid ante arcam viribus totis saltauit,& claudus ex vtero matris,à principe Apostolorum curatus,ambulauit exiliẽs,ac dñm laudãs. Nempe vt ait Philosophus, Quẽadmodũ sphæra superior suo impetu rapit & post se trahit sphæras inferio- 2 Reg.6. res,quas quotidiè circumuoluit ab oriente in occidentẽ,illis econtrariò motu proprio ab oc- Acto.3. cidente in orientẽ tendentibus:sic superior pars animæ,pſertim voluntas,inferiores vires, appetitũq; sensitiuũ sua in eas redundantia post se trahit ac rapit:quod in sublimiter contemplãtibus clarissimè demonstratur,quorum corpus & corporeæ vires ex vehemẽti occupatione intellectualium viriũ,circa diuina obiecta sopiũtur,& à suis actibus suspenduntur. [& exaltatũ est cornu meum in Deo meo.]Cũ dicat Psa.74. Dixi iniquis,nolite iniquè agere:& delinquẽtibus,nolite exaltare cornu:Et Amos 6.dicat: Væ qui dicitis:Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?Quid est quod sancta hæc fœmina protestatur, exaltatum est cornu meum?Sed aduertendum, quòd cornu in scripturis multipliciter sumitur:Vno modo pro regia potestate,sicut Dan.7.& Apoc.5.frequenter,vt cum apud Danielem legitur:Cõsiderabam cornua,& ecce cornu aliud paruulũ ortum est de medio eorum,& tria de cornibus primis euulsa sunt. Secundò accipitur cornu pro euidenti manifestatione,iuxta illud Lucæ 1. Erexit cornu salutis nobis. Tertiò,pro fortitudine corporali seu spirituali,vt cùm Deut. 33. in benedictione Ioseph asseritur: Cornua eius, cornua rhinocerotis, in ipsis ventilabit gentes. Quartò,prò inordinata & præsumptuosa erectione suiipsius, & hoc vocatur cornu superbiæ. Sicq; frequentiùs in scripturis & in communi modo loquendi accipitur. Quintò,pro forti virtuosa tendentia in aliquod agnum,quod vocatur cornu magnanimitatis. Hinc aliqui rectè dicũt,quod cornu in scripturis sumitur pro motu seu conatu mentis se extendentis in aliquid arduum: quod si fiat secundum rationis dictamen & diuinæ legis doctrinam,vocatur cornu virtutis:Sin autẽ,vocatur cornu elatiõis. Itaq; Anna ait:Exaltatũ est cornu meũ in Deo meo,i.

mo-

motus & actus spei meæ, per Dei auxilium, consequutus est optatum effectum: qm quod orando obtinere speraui, obtinui. Rursus: Exaltatum est cornu meū in Deo, i. fortitudo mihi gratiosè concessa, præualuit. [Dilatatū est os meum super inimicos meos,] i. aduersarios meos iustè irrisi, putà Phenennam & liberos eius, q me oderunt & afflixerunt, quāuis ego diligerem eos. Inuisibiles quoq; animæ meæ hostes, q me ad pusillanimitatē & immoderatam tristitiā trahere nitebant, derisi & vici. Vel dilatatū est os meū, i. latè apertū ad laudandū & glorificādum dñm Deum super inimicos meos, i. de iusta eorum deiectione. Vel super eos, i. plùs q̄ os eorū. [quia lætata sum in salutari tuo,] i. in salubri tuo auxilio, vel in teipso omniū summo salutari, de quo beatissima cecinit virgo Luc. 1. Exultauit spūs meus in Deo salutari meo. Vel in salutari tuo, i. in expectatione & fide saluatoris futuri, s. regis Mesiæ, de quo Iacob Gen. 49. Salutare tuum, inquit, expectabo dñe. Et Simeon iustus Lu. 2. Viderunt, ait, oculi mei salutare tuum. Deniq; merito huius fidei atq; lætitiæ spūalis pualuit Anna, & ex ipsa lætitia dilatauit modo pfato os suum. Ex his consolationibus & donis sibi concessis Anna se eleuat ad contemplandum & laudandum Deū in semetipso. [Non est sanctus vt est dñs;] qm ipse solus essentialiter & independenter sanctus est, & sanctitas infinita, cuius essentia est puritas prorsus interminata. De quo legitur in prima Ioannis epist. Deus lux est, & tenebræ non sunt in eo vllæ. Cæteri, sancti sunt p participationem & gratiā ac certam mensuram: [neq; enī est alius extra te.] i. pter te non est alius verus Deus, aut tibi æqualiter sanctus. Hinc Dñs contestatur: Ante me non est format⁹ Deus, & post me non erit. Et iterū: Nunqd est De⁹ absq; me? [& non est fortis sicut Deus noster,] videlicet Deus Israël, qui solus est verus atq; oīpotens Deus, cuius fortitudo est independens, imparticipata, & penitùs infinita, q̄ non potest in tot & tanta, quin posit in infinitiès plura atq; maiora, cui oīa non solùm sunt possibilia, sed & facilia, imò facilima & æquè facilia. ¶ Consequenter inuebitur contra psumptuosos & arrogantes. Ad literam quoq; loquitur contra Phenennam & sobolem eius, quę contra Annam intumuerunt. [Nolite multiplicare loqui sublimia] i. verba iactantiæ & pręsumptionis, [gloriantes] inaniter, non in dño, sed in vobis, quasi à vobis aliqd habeatis, nisi deficere & peccare. Ideo ait propheta Psa. 11. Disperdat dñs vniuersa labia dolosa & linguam magniloquā. [Recedāt vetera de ore vestro,] i. à verbis iniquis ac solitis, pungitiuis, derisorijs cōtra me sæpè prolatis, cessate, [quia Deus scientiarum dñs est,] i. ipse in seipso sapientissimus est, & dator ac dñs omnis sciētię: ideo omnia ei constant, & superborum verba vitiosa detestatur ac punit. [& ipsi pparantur cogitationes:] hoc est, ei ostenduntur ac innotescunt ad iudicandum, Q. d: Non solùm verborum, sed cogitationum quoque inspector & iudex est dñs. [Arcus fortium superatus est,] i. armatura & impugnatio præsumentium de proprijs viribus, succubuerunt, sicut & iacula Phenennæ & prolis eius ampliùs mihi inferri non poteruut. [& infirmi] i. propriam fragilitatem & infirmitatem seu defectuositatem humiliter recognoscentes, [accincti sunt robore,] i. gratia ac virtutibus desupèr confortati, iuxta quod Esa. 40. scriptum est: Qui dat lasso virtutem, & robur his qui non sunt, multiplicat. [Repleti priùs, pro panibus se locauerunt:] hoc est, qui aliquando erant abundantes ac diuites, ob suam ingratitudinem atq; superbiam, ad tantam sunt deuoluti inopiam, quòd pro necessarijs vitæ se locauerunt & seruierunt. [& famelici saturati sunt:] i. qui pauperes erant, sua humilitate meruerut ditari, sufficienterque refici. In quibus verbis Anna tangit Phenennam & pueros eius, à sua præsumptione deiectos, & pristina fœcunditate ac vbertate priuatos. [Donec sterilis peperit plurimos:] hoc est, ipsa hæc Anna quæ diu fuerat infœcunda, procreauit sobolem copiosam, videlicet tres filios & filias duas, vt infrà habetur: [& quæ multos habebat filios,] putà Phenenna, [infirmata est:] quia nascentibus filijs filiabùsve Annæ, filij Phenennæ moriebantur, vt fertur. Circa hoc in Scholastica narratur historia: Quod in Cantico legitur, Donec sterilis peperit plurimos &c. Hebræus pro plurimos, habet septem: & pro, infirmata est, habet, secta est, id est, separata: & tradit quòd singulis filijs Annæ nascentibus, singuli Phenennæ filij moriebantur: & quinque filijs Annæ, duos filios Samuelis connumerat, vt sint septem. Hæc ibi. In quibus verbis per quinque filios Annæ, intelliguntur tres filij eius, & filiæ duæ: ita quòd filius notat prolem, non sexum, vel indifferenter seu indistinctè sexum vtrunque, sicut cùm dicimus: Pater & filius sunt correlatiua. His addit Lyra: Quidam Hebræi dicunt, quòd quando Anna peperit puerum vnum, Phenenna sepeliebat duos de pueris suis. Ideo nato quarto puero Annæ, octo filij Phenennæ erant mortui: ideo Anna propinquante ad patrum quintum, timens Phenenna de morte duorum filiorum suorum superstitum, humiliter Annam rogauit, vt oraret pro vita & conseruatione filiorum suorum superstitum: quod Anna fecit, ideo duo filij illi Phenennæ, de cæterò reputati sunt filij Annæ, quoniam eius precibus sunt conseruati in vita, sicq; dicitur septem peperisse. Et isti Hebręi dicunt Phenennam decem filios habuisse. His adijcit Lyra: Istæ expositiones non habentur de textu, sed ab Hebræis ponunt ad verificādū hoc dictū, Peperit septē. Ideo veri⁹ videtur dicendū, quòd translatio nostra est melior, dicēs: Peperit plurimos. Nā dictio Hebraica, putà

Esaiæ 43.
Esaiæ 44.
Lucæ 1.
Hiere. 32.
1. Cor. 4.
Prou 6.
Pet. Co. hi. libr. 1. Reg. cap. 3.

Scibeah, hîc posita, æquoca est ad significādum septem, quam significationem sequuntur hîc Hebræi moderni: & ad designandum satietatē, & hanc significationē sequutus est noster trāslator, & forsitan tunc Hebręi hanc sequebantur. Secundum hoc ergo Anna peperit satietatē, hoc est, habuit pueros ad sufficientiam, quod expressit Hieronymus, dicendo, plurimos. Et hoc conuenientiùs fuit dicere, quàm si dixisset, satietatem vel satis, secundū quod idem dicit Hieronymus in epistola ad Pammachium, de optimo gn̄e interp̄tandi, ꝙ melior interpretatio nō semper transfert verbū ex verbo, sed interdū sensum ex sensu. Verū contra hæc scribit R. Paulus, dicēdo, ꝙ dictio ista Scibeah, in Hebræo non est propriè æquoca, prout hic ponit. Solum enim significat septem in ꝓpria significatione, licèt saturitatem designet secundū etymologiā, sed translatio nostra quę dicit plurimos, obtinet veritatē ex alia ratione. Nam in Hebręo septē q̄nq; significat plurimos, vt intelligatur numerus determinatus ꝓ indeterminato, vt Esa. 4 Appræhendent septem mulieres virū vnū. Sicq; translator noster hic transtulit nō sensum ex sensu, sed etiā verbū è verbo. Hæc Paulus, cuius verba longū est discutere, tn̄ quod Lyra ait, verius reor, p̄sertim cùm multa equoca sint, q̄uis propriè nō significent nisi vnū, hoc dempto, ꝙ dicit modernos, Hebręos hic dicere septem, quasi antiqui Hebręi ita non dixerint, quod tn̄ dicit opinatiuè magis q̄ assertiuè. Sciendū ergo quod etiā antiqui Hebræi ita dixerunt, siquidē Septuaginta sic transtulerunt: Sterilis peperit septē, & fœtosa in filijs infirmata est. Textus quoq; quo vtitur Origenes, sic cōtinet: Quoadusq; sterilis peperit plurimos. Prætactas aūt Hebræorū narrationes seu expositiones, Origenes reputat fabulas. Hoc tn̄ facit, ad innuendum ꝙ versiculus iste ad literam exponi non q̄at de Anna, quæ non peperit septem, sed quinq;. [Dominus mortificat & viuificat.] Hoc ad literā videtur Anna dixisse, quia filios Pheneñæ vidit in spū occidēdos à dn̄o, filijs suis in vitam progredientibus: sicq; [deducit ad inferos] animas defunctorū, sumēdo infernum siue pro loco damnatorū, siue pro limbo puerorum, siue pro limbo patrum, siue pro purgatorio. [& reducit] mortuos suscitando, vel eos q lœtaliter infirmantur, curando. Tales em̄ erāt quasi in via ad inferos. [Dn̄s pauperē facit & ditat.] Quosdam em̄ iusto iudicio priuat terrenis diuitijs, quosdam spūalibus opibus, quos à virtutum fastigio ruere finit, alios contrario modo ditat. [humiliat] superbos, [& subleuat] hūiles. Literaliter quoque insinuat Phenennam sobole diuitē, esse depauperatam per filiorum interitum, & sibi oppositum contigisse. [Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.] quia frequenter pauperes atq; ignobiles promouet ad principatum & regimen aliorum, quemadmodum Mosen oues pascentem toti Israelitico prætulit populo. Hinc Eccl. 10. scriptum est: Sedes ducū superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites eis. Hæc in seipso Nabuchodonosor expertus, fatetur: Post finem dierum altissimo benedixi, quia potestas eius potestas sempiterna, & omnes habitatores terræ apud ipsum in nihilum reputantur, iuxta voluntatem suam facit, tam in virtutibus cæli, quàm in habitatoribus terræ, & gradientes in superbia, potens est humiliare. Hinc rursus se in somno audisse fatetur: In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum est, donec cognoscant viuentes, quoniam dominatur excelsus in regno hominum, & cuicunq; voluerit dabit illud, & humilimum hominum cōstituet super eo. ¶ Deniq; sic Deus Ioseph de squalore ergastuli præfecit Aegypto, & tres pueros ex camino ignis fecit principes in prouincia Babylonis. Hinc subditur: [Domini enim sunt cardines terræ:] Cardines terræ, dicuntur eius extremitates, quę sunt Dei, sicut & totum terræ elementum, potestate & iure creationis, conseruationis, ac gubernationis. [& posuit super eos orbem:] Hoc ait, quoniam terra est quasi fundamentum & infimum elementorum, & secundum apparentiam videtur cælum seu orbis super extrema terræ locatus, iuxta estimationem illorum qui putabant cælum esse velut cameram ac semicirculum, iuxta quem modum Esaiæ 40. legitur: Qui expandit cælos sicut tabernaculum ad inhabitandum. Vbi Septuaginta transtulerunt, velut cameram. Vel sensus est, Posuit super eos orbem, hoc est, polum fecit cardinibus terræ eminentiorem. [Pedes sanctorum suorum seruabit,] hoc est, affectus & processus eorum manu tenebit ac diriget, iuxta illud Lucæ 1. Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. [& impij in tenebris conticescent,] hoc est, suo tempore confusi silebunt, nec euidenti veritati contradicere poterunt, præsertim in die iudicij, sicque obmutescent in tenebris culpæ ac infernalis miseriæ, quanuis in inferis eiulabunt. [quia non in fortitudine sua roborabitur vir,] id est, proprijs viribus nemo poterit Deo resistere, immò nec boni quid agere, aut virtuosus censeri. [Dominum formidabunt aduersarij eius:] Deus enim omnipotens ad libitum suum perterret, deijcit & condemnat omnem impiorum cateruam, præsumptionem, animositatem, audaciam. Et istud generaliter potissimè fiet in die iudicij, sicut Esaiæ 41. prædixit: Ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei. [& super ipsos in cælis tonabit.] quod & instante extremo iudicio fiet ineffabiliter acriùs, quàm super Aegyptios olim intonuit, quod fiet in cælo aereo. Tonabit quoq; super eos, sententiam horribiliter proferēdo. Hinc scriptum est: Tonabit Deus voce magnitudinis suę, post eum rugiet sonitus.

Tona-

Hierony.

R. Paulus

Origenes.

Exod. 2. 3. 6

Dani. 4.

Ibidem.

Gene. 41.

Dani. 3.

Exo. 7. 8. 9. 10. 11.

Iob. 37.

Tonabit voce sua mirabiliter, qui fecit magna & inscrutabilia. [Dñs iudicabit fines terræ.] hoc est, omne genus humanum, quod fit particulariter in mortibus singulorum, & vniuersaliter fiet in die nouissimo. Ideo ait ꝓpheta Psal. 9. Parauit in iudicio thronũ suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia. [& dabit imperiũ regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.] Tempore Annæ nondũ præfuit aliquis rex Israeli. Ideo istud de Chr͞o
Ioan. 5. verissimè explanatur, cui pater dedit omne iudicium, hoc est, iudiciariam potestatem, & executionem particularis ac generalis iudicij, iuxta illud Ioa. 5. Dedit ei potestatem & iudicium facere, quia filius hominis est. Itemq́; Pater omne iudicium dedit filio. Hác etem iudicij exe-
Ibidèm. Phil. 2. cutionem Christus sua humilitate, dijudicatione & passione promeruit. Exinaniuit nẽpe seipsum, factus obediens vsq; ad mortem, propter ꝙ & Deus exaltauit illum. ¶Porrò cornu Christi, i. potestatem & magnificẽtiam Christi filij sui. Deus pater multipliciter exaltauit ab exordio mundi, ꝑ mysteria & figuras, atq; oracula, ac vaticinia prophetarum ac patriarcharum, per quos primò in lege naturæ, deindè in lege scripta aduentum, excellentiam & efficientiam regis Messiæ ꝓdixit. Deindè instante tẽporis plenitudine, in ipsa salutifera & incomprehensibili verbi æterni incarnatione, Deus Trinitas contulit Chr͞o secundũ naturam assumptam, authoritatem, potestatẽ atq; dominium, non solùm super totum genus humanũ, sed & super omnem naturam creatam, vniuersamq́; creaturam. Sicq́; in ipsa incarnatione exaltauit cornu Christi
Ioann. 3. sui secundũ rei veritatem, non tñ secundum manifestationem & executionem. Hinc Christus
Lucæ 2. ante suam passionem dixit: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Statìm verò in ip-
Matth. 2. sa Christi ex virgine natiuitate, cœpit Deus pater cornu Christi exaltare per manifestationem,
Lucæ 2. per mirabilia, quæ in eius natiuitate ad ipsius declarationem fiebant: quia tunc stella apparuit
Ibidèm. Luc. 2. 4. Magis, Angelus quoq́, pastoribus, quib⁹ & Christi ortum ac magnificẽtiam patefecit. Multitu-
Matth. 27. do etiam cœlestis exercitus eadẽ cecinit hora, Templũ æternitatis collapsum est, Olei fons eru-
Acto. 2. 3. Actor. 4. pit. Deindè Christus inter hoſtes conuersando ac ꝓdicando, per verba atq; miracula suam cœpit excellẽtiam declarare & exequi: nõ tñ plenariè, quia adhuc fuit passibilis, & paulopòst crucifixus. Post resurrectionem verò & ascẽsionẽ, misso desuper Spũsancto, exorsus est eam sublimiùs exequi & monstrare per sanctos Apostolos, primitùs in Iudæa, deinceps vbiq; terrarũ: quòd & interim per diuersos sanctos est prosecutus. Porrò in generali & extremo iudicio oẽs aduersarij Christi, plenissimè subijcientur eidem. Hæc de literali huius cantici expositione
Ioathan filius Oziel Iudæorum doctor. sint dicta. ¶Prætereà, sicut hic refert Lyra, quidam magnus apud Heb. videlicet Ioathan filius Oziel, in translatione sua Chaldaica aliter canticũ istud exponit ad literam: quam expositionẽ Lyra satis prolixè prosequit̃, sed eam breuiùs quo potero tangam. Itaq; ait Ioathan ille, ꝙ propter mirabilia quæ Anna præuidit in spũ à filio suo Samuele fienda, quæ infrà habentur in
1. Paral. 2. textu dixit: Exultauit cor meum in domino, & q̃a præuidit quod Heman cum filijs suis natus
1 Reg. 5. 6. ex Samuele, futurus erat cantor in templo, adiecit, Exaltatum est cornu meum, i. gloria mea
4. Reg. 19. in Deo meo. Insupèr quia præuidit Philistæos propter arcam Dei plagandos & compellendos
Esaiæ 37. ad remittendum hanc, addidit: Dilatatum est os meum super inimicos meos, & quia præuidit
4. Re. 17. regem Assyriorum Sennacherib cum suis deijciẽdum, propter blasphemias suas in Deum, ait:
25. Non est sanctus vt est dominus &c. Præuidit quoq; qualiter Chaldæi erãt regnum Iuda & tem-
1. Mac. 1. 2. plum vastaturi, atq; ob hoc à Persis & Medis vastandi: ideo est locuta: Nolite multiplicare loqui sublimia, s. vos Chaldæi. Q. d. quia & vos in breui estis perdendi. Præcognouit etiam qualiter tempore Antiochi erant Græci Iudæos oppressuri, & per Machabæos vincendi. propter quod addit, Arcus fortium, putà Græcorum, superatus est, & infirmi, s. Machabei cum suis, qui primò fugerunt, accincti sunt robore. Præuidit itèm qualiter Iudæi erant sub Assuero rege per
Hester 3. 5. Hest. 6. 7. 8. Aman affligendi, atq; per Hester ac Mardocheum eruendi: idcircò apposuit: Repleti priùs, s. Aman & sui primò ditissimi, pro panibus se locauerunt: quia per Hester sunt penitùs suppeditati: & famelici saturati sunt, quia tunc filij Israel liberati, fuerunt ditati & copiosè refecti. Ad istam quoq; expositionem sequentia applicat: de q̃ expositione pertranseo, q̃m falso innititur fundamento, videlicet Messiam nondũ venisse. Est itèm satis incertum, an Anna precognouerit omnia ista: quæ si præcognouisset, probabile reor, quod de eis clariùs ac latiùs ꝓphetasset.

¶ *Spiritualis explanatio cantici huius.* Art. 4.

PEr Annam, quæ interpretatur gratia, designatur Ecclesia & quæcunq; fidelis persona. Itaq; Chr͞i ecclesia, videns oẽm plenitudinẽ gratiæ sibi à Deo collatam, & quicquid diuinorum charismatum olim fuit in synagoga, in se præclarissimè esse trãslatũ, cũ gratiarũ actiõe fatetur: [Exultauit cor meum in dño.] & quia regia potestas sacerdotiũq; legale Iudæis ablata sunt, & Ecclesiæ sublimiori modo concessa, subiungit: Et exaltatum est cornu meum, videlicet regnũ & sacerdotium, in Deo meo. Vndè sacratissimus princeps Apostolici agminis scribit fidelib⁹, Vos genus electũ, regale sacerdotiũ, gẽs sancta, populus acq̃sitionis. [Dilatatũ est os meũ sup
1. Pet. 2. inimicos meos] i. Iudæos fidei aduersarios iustè irrideo, potẽter deuici rõne, miraculis & allegationib⁹ scripturarũ veteris testamẽti multipliciter cõfutaui, similiter hæreticos vtriusq; testamen-

menti scripturis contriui,tyrannos quoq; & persecutores diuino auxilio supaui:& hoc,qa læ-
tata sum,ô dñe pater æterne,in salutari tuo,i.in fide & gratia Chri,p quem tot bona sum conse
cuta,q mihi,promisit:Dabo,inquit,vobis os & sapientiã,cui non poterunt resistere & cõtradi
cere oẽs aduersarij vestri.Ideo ô Iudæi cæteriq; increduli,[Nolite multiplicare]i.verba præ- Lucæ 21.
sumptuosa & vana,contra Ecclesiã gloriantes insipienter.sed [recedãt vetera de ore vestro]i.
pristina infidelitatis verba relinquite, literalem occidentẽ legis ac pphetarũ sensum abijcite,
doctrinam & expositionem infideliũ magistrorũ vestrorũ calcate. [qa Deus scientiarum dñs
est,]qui per Spm̃sanctum sanctos Apostolos plenissimè ac verissimè docuit intelligentiam le- 2.Cor.3.
gis ac prophetarũ,quemadmodum ante passionem suam Christus eis promisit,dicendo:Cùm
venerit ille Spirit⁹ veritatis,docebit vos omnẽ veritatem.[Arcus fortiũ superatus est] i. oĩs
armatura seu argumẽtatio Iudæorum & philosophorum,cęterorumq; perfidorũ,q olim vide- Ioan.16.
bantur potẽtes,& Ecclesiam diuersimodè inualerũt,soluta & victa est,[& infirmi accincti sunt
robore.]i.Apostoli & primi discipuli Christi,induti sunt omni virtute ex alto, & per eos gẽti-
les,olim omni spũali fortitudine gratiæ destituti,effecti sunt virtuosi ac victoriosi,quemadmo
dum Paulus apostolus ad Eph.6.scripsit eisdem:Confortamini in dño,& in potẽtia virtutis ei⁹
accipite armaturam Dei.[Repleti prius]puta Iudæi, qui olim multiplici opulentia sapiẽtię ac
virtutum,ac spũalibus ferculis abundabant.[pro panibus se se locauerunt:]quia priuati sunt
omnibus bonis illis,& qdam ex eis conuersi,à Christianis doctrinam vere salutis mendicaue-
runt,[donec sterilis peperit plurimos] i. conuersa gentilitas olim infœcunda,innumerabiles Ioann.3.
regenerauerit ex aqua & Spũsancto,atq; per Euangelicæ legis prædicationẽ parturijt, sicut ait
Apostolus:In Christo Iesu per Euangeliũ ego vos genui.[& quæ multos habebat filios,] i.sy- 1.Cor.4.
nagoga,in qua frequenter fuerunt multi electi,[infirmata est:] qa iam dudũ oĩnò succubuit,
& in extremã hanc captiuitatem redacta est.[Dñs mortificat]q per Titũ & Vespasianũ corpo-
raliter trucidauit Iudæos incredulos,quos & per inuisibiles hostes excæcari & indurari iustè Roman.9.
permisit.[& viuificat]per gratiam in pñti,& per gloriã in futuro vasa misericordiæ suæ, elec-
ctos ex gentibus.[Dñs pauperẽ facit]synagogã,[& ditat]Ecclesiã:[humiliat]Iudęos incredu-
los,[& subleuat]Christifideles.[Suscitat de puluere egenũ,& de stercore eleuat pauperem.vt
sedeat cum principibus,& soliũ gloriæ teneat.]Multos em̃ gentiles vitijs obtenebratos,& sor-
dibus carnalitatũ inuolutos,ad tantã diuinorũ charismatũ exuberantiã erexit atq; prouexit,q
inter Apostolicos viros dignè sunt cõnumerati,& aliorũ plati effecti,sessuriq; sũt inter eos,q- Matt.16.
bus Saluator spopõdit. Vos q secuti estis me,sedebitis sup thronos,iudicantes duodecim trib⁹
Israel. Ad istam expositionẽ sequentia queũt faciliter applicari. ¶Præterea exponi potest hoc
canticũ in persona cuiuslibet Christiani deuoti,pſertim religiosi. Vnusqsq;ergo fidelis dicere
potest:[Exultauit cor meũ in dño]i.considerando seu contẽplando infinitã bonitatẽ,omnipo
tentiam & sapientiam Dei,vniuersamq; perfectionem,excellentiã & beatitudinem eius, gaui
sus sum vehemẽter,& toto corde cõgratulatus sum tam incircũscriptibili perfectioni & glorię
creatoris,præsertim contẽplando superbeatissimę Trinitatis,Patris & Filij & Spũssancti,com-
municationem & emanationem adintrà:mutuã quoq; trium superuenerabiliũ personarũ con
templationẽ,dilectionem,complacentiã,fruitionẽ, consistentiãq; superfœlicissimã & ęternã.
Exultauit demum cor meum in dño,intuẽdo beneficia eius generalia ac specialia,naturalia &
supernaturalia,corporalia ac spiritalia,præsertim,quæ,quanta & qualia vnigenitus patris æter-
ni pro nostra salute assumpsit,fecit ac pertulit: considerando etiã diuina promissa, & qualiter
superoptimus & supersapientissimus & supermunificentissimus Deus Trinitatis seipsum &
suipsius claram,immediatam,facialem,deliciosissimã visionem,æternam ac beatificam frui-
tionem,inæstimabiliter prorsus dulcissimã,nobis præparauit in præmiũ. His igitur modis ex-
ultemus in dño,imò & in omni actu virtuoso ad Dei honorem exhibito gloriemur,iuxta illud
Psa.99.Seruite dño in lætitia.Et rursus:Gaudete in dño semper.nec solùm in actib⁹ bonis,sed Philip 4.
itèm in persecutionibus, aduersitatibus, correptionibus, & tentationibus, sicut ait apostolus
Iacobus:Omne gaudium existimate fratres cum in tentationes varias incideritis.Et Saluator: Iaco.1.
Gaudete,inquit,in illa hora,& exultate,qm̃ merces vestra copiosa est in cœlis. Qui aũt lætatur Matt 5.
cùm malefecerit,aut qa laudatur & honoratĩ ab alijs,aut qm̃ temporaliter prosperatur,aut quia Lucæ 6.
videt alios inter se discordare,cõtendere aut turbari,non iam in domino,sed poti⁹ in diabolo Prou.2.
gloriatur,& vanus & excors est.[Et exaltatũ est cornu meũ in Deo meo]i.virtus seu fortitudo
aiæ meæ in adiutorio altissimi,hostibus meæ salutis restitit,atq; pręualuit ac profecit. Hoc di- Psal.33.
cat ad gloriã omnipotentis,qui in quacunq; tentatione cernit se triumphasse,aut profecisse in
bonis,& gratus sit Deo,nequaquam extollẽs seipsum,& semper sit cautus & timoratus, ne ca-
dat. Absint semper à nobis diabolica cornua crudelitatis,animositatis, ambitionis. Circa hoc
loquitur Origenes:Sunt cornua quædam iustorum,qbus vtũtur bona agendo,aut rectè loquẽ
do, si utcùm dicunt ad dominum: In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Vndè & alibi Origenes. Psal 43.
dicitur:Exaltabuntur cornua iusti. Oportet ergo nos habere cornua ista, quæ iustis de crucis Psalm.74.

Christi apicibus cõferuntur, vt in his destruamus & eijciamus aduersarias potestates de aĩa no
Esa. 5. stra: qbus expulsis, plantet in nobis vinea, q̃ facta est dilecto in cornu in loco vberi. [Dilatatum est os meum super inimicos meos] Hoc dicat ad Dei honoré, qui recordatione & allegatione scripturæ aduersarios veritatis, p̃sertim inuisibiles ęmulos superauit, q hostibus boni cõmunis efficaciter fuerit reluctat⁹. [Quia lætata sum] ô dñe, ego creatura tua, [in salutari tuo,] de quo
Esa. 52. cecinit. Viderunt oẽs fines terræ salutare Dei nostri. In quo quę synceriter delectatur, exaudiri ac triũphare meretur, sicut ait scriptura: Qui orãt dñm in oblectatione, exaudientur. Et rursus:
Eccl. 35. Psal. 36. Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. [Non est sanct⁹ vt est dñs.] ideo oportet ei
Lucæ 1. in sanctitate & iustitia iugiter deseruire. Maledictusq; est q opus ei⁹ efficit negligenter. [Neq;
Hiere. 48. eñ est alius extra te.] Nam pater in filio, & filius in patre, pater quoq; ac filius in Spũsancto, &
Ioann. 14. Spũssanctus in patre ac filio. Nam singulæ personæ, in singulis verè & imperscrutabiliter ac cir cũincessibiliter sunt. [Et non est fortis sicut Deus noster,] q solus potest humanæ ac fragili creaturæ tm̃ conferre gratiæ robur, vt spiritibus illis callidissimis atq; nequissimis, & concupiscẽtijs proprijs ac vitijs vniuersis p̃ualeat, & in Deo sit stabilita, imò & si pro fidei conseruatione
Ioann. 14. exegerit ratio, etiam miracula operetur, sicut prædixit Saluator: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet. [Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes.] Hoc p̃sumptuosis, superbis, vaniloquis, ex charitate est opponendum, vt cessent à verbis iactantiæ, nec laudẽt neq; extollant seipsos, cũ & Apostolus ad Rom. 11. dicat: Noli altum sapere, sed time, Salomon quoque Prou. 27. Laudet te alienũ, & non os tuũ: extraneus, & non labia tua. Deniq; vnusq́sq; dicat viribus animæ suę, intellectui videlicet, cogitatiuę & imaginatiuę: Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes, i. ab omni cogitatione superba, ab adinuentionibus vanis, ab appræhensionibus phantasticis, à magnificatione proprij subiecti cauete, nec intra vos corã Deo proferre
Dionysius: seu loqui audete, quod coram hominibus loqui est rep̃hensibile. Ab altis quoq; materijs, & ab
Damascen. incomp̃hensibilium perscrutatione est tẽperandũ, vt non audeamus de supersubstantiali Deo
Origenes. Prouer. 25. aliquid fari præter tradita nobis in diuinis scripturis, vt diuinus Dionysius & Damascenus scripserunt. Nempe vt Salomon protestatur: Sicut qui comedit mel multum, non est ei bonum: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimitur à gloria. Hinc Origenes disseruit: Non dixit, Noli-
Eccles. 3. te loqui excelsa. Ergo licet mihi aliqua loqui excelsa. Multiplicare aũt loqui excelsa & ardua mihi non licet, cùm scriptum sit: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ p̃cepit tibi Deus, intellige semper. Quæ sunt ergo in quibus excelsa me loq oportet? Quã do de omĩpotentia Dei, de inuisibilitate & sempiternitate ei⁹ loquor, excelsa loquor: quando de vnigeniti eius coæternitate, cæterisq́; mysterijs p̃nuncio, excelsa loquor: qñ de Spũssancti magnificentia dissero, excelsa loquor. Post hanc Trinitatem oĩa sunt humilia & deiecta, cõpa-
1. Petr. 4. ratio necessitudinis eius. Hæc Origenes. [Recedant vetera de ore vestro] i. omnia verba inor-
Coloss. 4. dinata, vitiosa, illicita deinceps vitate. Si quis loquitur, quasi sermones Dei. Sermo vester semper in gratia sit sale conditus. Hinc ad Eph. 4. docetur: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed qui bonus est ad ædificationẽ, vt det gratiam audientĩ. [Arcus fortium superat⁹ est.] Hi qui fortes & magnos se arbitrant, iusto Dei iudicio permittuntur faciliter vinci omni vero tentationũ ac impetu passionũ, & multipliciter labi, siue dum ab alijs patiuntur aduersa, siue dũ laudantur & honorantur à proximis, quia radices humilitatis & fundamentũ timoris Dei nõ habẽt. Interdum quoq; contingit deuotos & virtuosos ex sua negligentia periculosáve securitate aut tentationũ impulsu paulatim euacuari & cadere. [Et infirmi accincti sunt robo-
1. Corin. 1. re.] humiles s. & qui se iugiter infirmos, defectuosos, vilesq́; iudicant. nam & infirma ac stulta mundi elegit Deus, [Repleti priùs,] i. qui donis gratiæ abundabant, [pro panib⁹ se locauerũt:] quando (vt tactum est) ad ruinam sunt deuoluti, & rursus per pœnitentiam conantur ad pristinam redire mensurã, seq́; humiliant, & illorũ orationibus, meritis ac doctrinis quærunt refi-
Matth. 5. Philip. 3. Psal. 138. ci ac iuuari, qbus aliquando in sp̃ualibus fuerant ditiores. [& famelici saturati sunt.] Benè famelici sunt, q esuriunt sitiuntq́; iustitiam, & famem habẽt audiendi verbum Dei, q saturari merentur & refici à Spũsancto. Hi sunt, qui quæ retrò sunt, obliuiscentes in anteriora extendunt seipsos, non arbitrantes se appræhendisse, sed assiduè proprium imperfectum pensantes, toto affectu studentin omni virtute prouidere, quotidianas suas defectuositates & culpas vberrimè deplorantes. Hæc itaq; contigerunt, [donec sterilis] i. anima priùs infructuosa [peperit plurimos] fructus virtutum. [& quæ multos habebat filios] i. quæ anteà erat bonis actibus fœcunda, [infirmata est,] gratiam amittendo: ideo nullus alium, quamuis iniquũ aut negligentem, incautè dijudicet aut contemnat: quia etsi hodiè illo fortassis est melior, cras forsan erit deterior. ideo ait Saluator Matt. 7. Nolite iudicare. Et Paulus Rom. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo dño stat aut cadit. Stabit autem. Potẽs enim est Deus statuere illum. [dominus mortificat] impios occidendo & condemnando, seu vitam gratię non præstando, aut gratiam delinquenti iustè tollendo. [& viuificat:] quia ab ipso est vita naturæ, vita gratiæ, & vita gloriæ, qui & impium per pœnitentiam piè viuificat. Mortificat quoq; salubriter, dandit

mor-

mortificationem viuificam, de qua Apostolus Col.3. Mortificate membra vestra quæ sunt sup terrã. Et iterum: Mortui em̃ estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Hæc mortificatio, est vitiorũ extinctio, suiipsius à vitijs refrenatio, membrorũ scandilizantium abscisio, Ibidem. i. eorũ ab omni vsu prauo coercitio, & maximè priuati amoris extirpatio integra, ita vt quis di Matt.18. cere queat: Viuo aũt iam non ego, viuit verò in me Christus, [deducit ad inferos,] sicut exposi tũ est, & etiam inspirando homini considerationem infernalis damnationis ac pœnæ æternæ sa Galat:2. lubrem, [& reducit,] dando vitæ correctionem, atq; leuando mentem ad cælestium intuitum gaudiorum. [Dñs pauperem facit, & ditat, humiliat,] dando homini veram & humilẽ suijpsius recognitionem, infundendo humilitatis virtutem, [& subleuat,] mentem de vitiorum profundo, de lacu miseriæ, de pusillanimitate, per spei fiduciam, & confessionem remediantem, [Suscitat de puluere egenum &c.] i. in infimis cogitationibus, inquinamentisq; carnis detentos, Psal.40. paulatìm perducit ad vitam spiritualem & sanctam, contemplationisq; apicem, ita vt tales inter viros heroicos reputentur, & digni sint alijs præsidere. [Pedes sanctorum suorum seruabit,] vt perseuerent ac progrediantur in regia via, & nec deflectant ad dexteram aut sinistram. Incessabiliter equidem indigent conseruatione diuina, qua sibi paulisper subtracta, mox corruunt. [& impij in tenebris conticescent.] Obnubilati etenim tenebris ignorantiæ & errorum Deu:5.17. passionum ac vitiorum, tacent & obmutescunt à laudibus Dei deuotis, ab orationibus feruidis, ab exhortatione idonea, à correptione fraterna, & ab vtilibus verbis. Et iuxta Apostolum, Esaiæ 30. 2. Timo.4. à veritate auertunt auditum, atq; ad fabulas conuertuntur.

¶ *Declaratio residuæ partis huius Cap.2* Art. 5.

HIc recitatur reprobatio Heli sacerdotis, pontificis ac iudicis Israelitarum, filiorumq; ei', [Et abijt Elcana in Ramatha in domum suam.] i. cum Anna redijt in propria. [Puer aũt Iosẽ.li.5.an. Samuel] qui ab innocẽtia & puritate, non à morum insolentia, puer vocatur: sed & ætate extitit iudai.ca.15 puer, moribus autem & sapientia fuit vir: imò vt Iosephus refert, duodecimo anno vitæ suæ orsus est vaticinari. [Puer autem erat minister] Leuitarum obsequio, [in conspectu dñi] q Samuelis ministerium approbauit, [ante faciem Heli sacerdotis. Porrò filij Heli] erant [filij Belial] i. indomiti & absq; iugo, [nescientes dominum.] Non enim sciebant dominũ practica & formata scientia, iuxta quod dominus ait per Hie.2. Tenentes legem, nescierunt me. Attamen dominum cognouerunt informi scientia, de qua ad Ro.1. asseritur: Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt. [neq; officium sacerdotum ad populum] hoc est, proprium officium non curabant agnoscere, nec illud sciebant formata scientia, quæ bonæ actioni est iuncta. [sed quicunque immolasset victimam,] i. animal immolatitium in hostiam pacificam, de qua præcipuè sermo, [veniebat puer sacerdotis,] i. minister alicuius filiorum Heli ex commissione domini sui, [dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem] i. ferreum instrumentum trium dentium, quo carnes ex caldaria extrahuntur, [in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam siue in cacabum: & omne quod leuabat fuscinula] id est quamcunq; partem carnis existentis in olla, [tollebat sacerdos sibi] de manu sui ministri, & fecit sibi illud lautiùs coqui. [Sic faciebat vniuerso Israeli venientium in Silo. Etiam antequam adolerent adipem,] i. antequàm offerentes exhiberent suo modo adipem sacerdotibus ad accendendum, vel antequàm ipsi sacerdotes hoc facerent. nam ad eorum spectabat officium, cremare adipes super altare holocaustorum, vt patet Leui.3. [veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti,] videlicet viro qui animal adduxit, vt per manus sacerdotis domino offerretur: [Da mihi carnem] de animali oblato, [vt coquam sacerdoti] seorsum iuxta desiderium eius. [Non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam:] quod fuit contra ritum & obseruantiam legis, secundum quam animali occiso & immolato, carnes eius coquebantur communiter, tam sacerdoti q̃ offerenti: & tunc vna, imò & melior pars, cessit in vsum ac esum sacerdotis, alia in vsum offerentis. Holocausta verò totaliter comburebantur: nec aliqua pars hostiæ immolatæ pro peccato, cessit in offerentiũ vsum: quę omnia patent in Leui. & ibi cum rõnibus suis exposita sunt. [Dicebatq; illi immolans: Incendatur primum iuxta morem hodiè] i. legis iussionem [adeps,] iuxta illud Leui.3: Omnis adeps domini erit iure perpetuo. Ideo ad Dei honorẽ Leuit.5.6: debuit adeps primò cremari. Vndè in animalium excoriatione adeps separabatur, & primò ac Leuit.7.9. cẽdebatur, [& tolle tibi quantũcunq; desiderat anima tua] i. de reliquo corpore animalis, p̃sertim cocto, accipe quantũ vis, etiam plùs quàm secundũ legem sacerdoti debetur, dũmodò nõ fiat p̃tacta iniuria Deo. [Qui respõdens, aiebat: Nequaq̃] sic faciam. [Nunc em̃ dabis] mihi car Leuitic.6. nem crũdã. [alioqn tollam vi.] Eccè quãta cõtumacia, incorrigibilitas & aspernatio Dei, imò & violẽtia manifesta. Ita intumuerunt & malè audaces fuerunt filij Heli & eorũ ministri, vidẽtes patrẽ suũ esse iudicẽ populi atq; pontificẽ, i. ciuiliter ac spiritaliter p̃sidẽtẽ. Porrò ministri illi fuerũt Leuitæ sacerdotibus seruiẽtes. [Erat em̃ peccatũ puerorũ] maximè filiorũ Heli & ministrorũ eorũ, [grãde nimis corã dño:] i. diuino iudicio, qa sacrilegi erãt in Deũ, & violẽti ac scãdalosi in proximũ, imò in totã cõmunitatẽ, [qa detrahebãt homines à sacrificio dñi] i. impedie

Iose. libr. 5. ant. iu. c. 15. bant eos à legitima immolatione, & propter abusum eorũ, multi omiserunt sacrificia debita ꝑsentare. Hinc Iosephus ait: Filij Heli contra homines iniuriosi, contra diuinitatem impij, nulli iniquitati parcebant. [Samuel aũt ministrabat ante faciem dñi, puer accinctus ephod lineo] i. tali linea veste, quali vti consueuerũt Leuitæ in suo officio, qua & minores sacerdotes poterãt vti. Et non erat ephod sacerdotale, i. pontificale, cuius superhumerale ephod appellabatur, vt Ex. 28. inductum est. Aliqui quoq; affirmant, ꝙ fuit ephod propheticum, qm̃ & prophetæ aliqui tali solebant veste vti. Quod aũt minores sacerdotes ea poterant vti, hinc demõstratur, qm̃ infrà habetur, ꝙ Doeg interfecit 85. viros indutos ephod. 1. Reg. 22. [Et tunicam paruã faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam solennem & votum suum.] Per tunicam, intelligi potest omnis vestitus Samuelis in illa ętate. [Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius, dixitq; ei: Reddat tibi dominus semẽ de muliere hac pro fœnore quod commodasti dño.] i. pro eo ꝙ hunc puerum Samuelẽ per modũ fœnoris Deo obtulisti. Fœnus em̃ cõmodatur, vt pro eo aliquid recipiatur. Sic parẽtes Samuelis eum domino obtulerunt, quatenùs inter cætera etiam per hoc mererentur ampliorẽ fœcunditatem adipisci à dño, quod & factum est, sicut subiungitur: [Et abierunt in locum suum. Visitauit ergo dñs Annam] dando ei fœcunditatem, [& concepit & peperit] successiuè [tres filios,] sic tamẽ, ꝙ vnus illorũ, fuit Samuel, vt communiter dicitũ. [& duas filias.] Deniq; ad tantam prolificationẽ videtur benedictio & oratio Heli pontificis cooperata. Nam & propter dignitatem tanti officij Deus tũc multa agebat. [Et magnificatus est puer Samuel apud dñm] i. in virum ꝑfectum corã Deo excreuit, proficiens sapiẽtia, ætate & gratia. [Heli aũt erat senex valdè, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli,] circa eorum sacrificia, [& quomodò dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad hostium tabernaculi] i. foris ad atrium excubabant, quia venerunt vt iuxta legis præceptum Leuit. 12. scriptum, post partum suum purificarentur & immolarent. Sicq; impij illi polluebant eas, quæ venerant vt purificarentur. Aliqui tamen dixerunt, ꝙ non dormiebant cum illis, sed sumpta pecunia, licentiauerunt eas ad dormiendum cum suis maritis infra dies purificationis: quod dictum, pro prima sui parte, videtur contrarium textui: pro secunda verò sua parte, credibile est, ex quo sacerdotes isti erant tã scelerati. [& dixit eis: Quare facitis res huiuscemodi quas ego audio, res pessimas ab omni populo?] i. multò peiores quàm sunt quę faciunt populares. Vel, pessimas ab omni populo, i. abstrahendo à sacrificijs populi, carnes crudas etiam ante adipis cremationẽ, & vxores abstrahendo à suis maritis per adulterium. [Nolite filij mei. Non em̃ est bona fama quam ego audio, vt transgredi faciatis populũ domini,] communitatem scandalizando, atq; à solitis sacrificijs (vt dictum est) auertendo, vxores quoq; ad scelera inducendo enormia. Si peccauerit vir in virum,] seu homo in hominem, [placari ei potest Deus,] per sacrificia & orõnes tam suas quàm sacerdotis, non tamen sine pœnitentia vera peccantis. [Si autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo?] q. d. irremissibile est, quod non est intelligendum, quasi sit simpliciter irremissibile, vel quasi non sint sacrificia instituta in lege pro peccatis in Deum commissis, præsertim cùm pro adoratione aurei vituli dominus iusserit certa sacrificia tam ab Aaron, quàm à populo immolari. Exod. 32. Sed illud dicitur ad insinuandum, quòd peccata in Deum commissa, loquendo in generali, sint multo enormiora & difficiliùs remissibilia, quàm peccata in proximum, secundum quem modum Eccle. 28. habetur: Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam? quis exorabit pro delictis illius? 1. Ioann. 5. Ioannes quoque in 1. sua canonica: Est, inquit, peccatum ad mortem: non dico vt pro illo roget quis. Matth. 12. Marci 3. Sic & saluator in Euangelio: Blasphemiæ, ait, spiritus non remittetur in hoc seculo neque in futuro. Porrò peccata in Deum, sunt propriè quæ sunt contra tria prima præcepta. Peccata in proximum, quæ sunt contra alia septem. Et quamuìs loquendo in genere, peccata in Deum, sint grauiora, nihilominùs in speciali, quædam peccata in proximum, grauiora sunt quibusdam peccatis in Deum: vt homicidium grauius est, quam violatio sabbati siue periurium. Exod. 20. nam & peccata in proximum, sunt contra Dei pręcepta. [Et non audierunt vocem patris sui] auribus cordis, id est, increpationi & iussioni sui patris non acquieuerunt, quia obdurati erant consuetudine vitiosa. [quia voluit dominus occidere eos.] si hoc ita est, videtur quòd excusabiles erant, & quòd Deo sit imputanda eorum perditio. Non enim poterant voluntati Dei resistere, neq; hanc immutare. Prætereà, teste Apostolo, 1. Timoth. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Propter quod in secunda sua canonica beatissimus archiapostolus contestatur: Non tardat dominus promissum, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. 2. Petr 3. Vndè Ezechie. 18. loquutus est: Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus, & non, vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Damascen. Verùm ad omnia ista, secundum Damascenum, est vna responsio, quòd s. Deus voluntate antecedente vult omnes saluari, impiosq; conuerti, videlicet cõsiderãdo eos vt homines sunt: non autem voluntate consequente, q̃a pensando quosdam vt reprobos & iniquos, vult eos damnari, & interdum temporaliter perimi. Hi ergo non obtemperauerunt suo patri, q̃a dominꝰ

voluit eos occidere, inquãtùm erant tam vitiosi, ppter quod gratiam, sine qua nemo conuerti tur, eis, iustè abstraxit. Veruntamen non fuerunt necessitati ad vitia, qa remansit in eis libertas arbitrij. Et si fecissent q erat in eis, nó fuissent à Deo relicti. Idcircò eorum dãnatio nó est Deo imputanda: & qm Deus pcognouit filios Heli per tẽporalem pœnam non conuertẽdos, voluit eos etiam morte infernali occidere. [Puer aũt Samuel pficiebat atq; crescebat, & placebat tam Deo quàm hoibus: quia per dona naturę & munera grẽ, fuit valdè amabilis, affabilis, humilis, charitatiuus, suauis & exemplaris in cunctis. Sic & de Mose scriptũ est Ec.45. Dilectus Deo & hoĩbus Moses, Sed obijci potest illud Psal.52. Qm Deus dissipauit ossa eorum qui hoibus placẽt. Et q ait Apostolus ad Gal. 1. Si hominibus placerẽ, Christi seruus nó essem. Et rñdendum, q scriptura hæc loquitur de hoibus bonis & virtuosis, aut saltem bonæ inclinationis, de quib9 rursus idem fatetur Apostolus 1. Co.10. Ego per oĩa omnibus placeo. Non aũt de peruersis & induratis hoĩbus, de quibus ait scriptura Pro.29. Abominantur impij virũ iustum. [Venit autẽ vir Dei ad Heli.] Quis fuerit iste vir Dei, nescitur: & qdam Iudęi de hoc diuersimodè fabulantur, Nã aliqui dicunt, q fuerit Phinees quem constat iamdudum obisse. Sed dixerũt quidã Hebræi, q fuit resuscitatus, vel idẽ in alio corpore, q omnia sunt incerta aut falsa. Alij dixerunt, q fuit Helias, quem constat tunc nondũ fuisse natũ, nisi q quidam stulti Hebręi affirmant etiam Eliam fuisse in alio corpore Phinees ipsum. Alij dixerunt, q fuit angelus in specie viri. Quidã verò q fuit Elcana pater Samuelis. sed iuxta literam veriùs reor, q fuit aliquis, pphera existens tunc tẽporis, q saltem hac vice tactus fuit gratia prophetali, sicut & Iu.6. legitur dñs misisse virũ prophetam ad filios Israel increpandos. Nec puto q vir iste fuerit Elcana: quia iam multa sunt nominatim de eo relata, cur ergo & istud opus pclariùs cæteris, non esset nominatim de eo cõscriptũ? [& ait ad eum: Nũquid non apertè reuelatus sum domui patris tui] imò manifestè apparui Aaron patri tuo & domesticis eius, [cũ esset in Aegypto, quod] secũdũ Hieronymũ fuit, quando dñs iussit Aaron vt iret in occursum Mosi, vt legitur Exo. 4. quod dñs per angelum credit Aaron pcepisse. Et quãuìs dñs forsitan non apparuit ita domui Aaron, tamẽ ipse Aaron poterat domui suæ significare apparitionem & iussionem sibi factas à dño, dicũtq; aliqui, q De9 tunc reuelauit ipsi Aaron, q futurus erat summus sacerdos. Hoc tñ in textu isto non exprimitur euidenter. quod verò subiungitur, [in domo Pharaonis:] exponi potest, qm terra habitationis Hebręorum, ad Pharaonem pertinuit. [& elegi eum ex omnibus tribubus Israel] mihi in sacerdotem, immò & in pontificem, præ cæteris vniuersis. Electio Dei æterna est, sed per exteriora quædam signa manifestatur interdum in tẽpore. Sicq; Exo.28. describitur, qñ & qualiter De9 reuelauit Mosi in monte Sinai, q applicaret ad se Aaron & filios eius, vt sacerdotio fungerentur, & Aaron pontificatu. Deindè Num.17. recitatur, qualiter idem ostenderit dñs p virgę Aaron floritionem. Iosephus verò ait quod etiã parentib9 Aaron & Mosis Deus in Aegypto reuelauit in somno quod generaturi essent filiũ, q filios Israel educeret de Aegypto. Tunc quoque reuelauit eis de sacerdotio & pontificio Aaron. [vt ascẽderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod] pontificale, s. superhumerale, [coram me, & dedi domui patris tui] i. sacerdotibus Aaronitis [oĩa de sacrificijs filiorũ Israel,] i. quasdam partes de sacrificijs vniuersis, præsertim pacificis seu salutaribus, q offerebantur p pace ad eũ siue ad hoĩes danda aut conseruãda, seu p salute data, danda, aut conseruãda: Et qñ fiebãt pro salute aut pace data, dicebantur sacrificia gratiarũ actionis. De his itaq; sacrificijs armus dexter & pectus cedebãt in vsum sacerdotis offerentis. Similiter pellis. Porrò adeps & duo renes atq; renunculi, adolebantur seu incẽdebantur dño super altare holocausti. In hostijs aũt p peccatis, plura ptinebãt ad sacerdotes, qa ex eis nil cessit in vsum offerentium ea p suis peccatis. Sed qñ pro totius populi peccato fiebat oblatio, totũ etiam pellis comburebatur. [Quare calce] i. aspernanter & insolenter, sicut quod calce repellit, [abiecistis victimam meã] i. sacrificia mihi offerenda nó permittendo vt legitimè immolentur, [& munera mea] i. hostias spontaneas quę vltra debitum ex deuotione offerũtur. Vel, munera mea, qa hæc ipsa quæ mihi offeruntur, sunt dona & bñficia mea vobis à me collata, quemadmodũ 1. Par.29. Dauid loqtur Deo. Tua sunt oĩa, & q de manu tua accepimus, dedimus tibi. [quæ pcepi vt offerrentur in templo] i. in atrio tabernaculi, in quo atrio stetit altare holocausti. Quãuìs enĩ immolarentur spontaneè, tñ locus fuit determinatus ex lege, [& magìs honorasti filios tuos, q me:] quia permisisti eos impunè mea violare præcepta in punctis prætactis, & partes sacrificiorum sacerdotibus deputatas, voluisti eis dari: ea verò quæ mihi offerenda erãt, nó fecisti mihi offerri. Quãuìs etenim Heli filios suos increpauit, non tñ ita districtè, vt tenebatur, seu vt enormitas criminũ eorũ exegit. Ideo Glossa ait ex verbis Hiero. Coercuit & corripuit eos, sed leuitate seu mansuetudine paternali, nó seueritate & authoritate pontificali. Ideo in iniqtate filiorũ suorũ dãnatus est, videlicet inquantũ ei iustè imputabant, qa nó restitit eis, nec increpauit & castigauit, vt debuit. Sicq; etiã pro ppria culpa punit9 est, qi neglexit debitũ sui implere officij. [vt comederetis primitias oĩs sacrificij Israel populi mei] i. pcipuas partes sacrificiorũ adhuc crudas assumeretis, faceretisq; eas vobis lau

tè &

Iose.li.3. an. iudai.ca.15
Leuitic 7.
Numer.18.
Deut.18.
Leuit.3.
Leuitic.22.
Leuitic.13.
Deu.12.
Hieronymus.

te & seorsum coqui contra legis preceptū, ꝙ filij Heli fecerunt iuxta pręhabita, & patri eorum imputatur, quia non debitè impediuit. [Propterea ait dñs Deus Israel: Loquens locutus sum, vt domus tua] i. tu ipse & filij tui, [& domus patris tui] i. cognatio Aaron, de cuius semine natꝰ es, [ministraret in conspectu meo,] sacerdotale & etiam pontificale officium exequendo in templo, [vsq; in sempiternum] i. per omne tempus veteris testamenti. Istud de summi sacerdotis officio potissimū dicitur. ¶ Queritur ergo, vbi vel qñ locutus sit dñs, ꝙ domꝰ Heli fungeretur sacerdotio summo. Et apparet quod nullibi. Præceperat em̄ dñs Ex. 28. & Nu. 20. vt Aaron pontifex, & post eum primogenitus eius Eleazar, sicq; deinceps, pontifices essent. Heli aũt nõ fuit de stirpe Eleazari, sed ipsius Ithamar. Respondendū, ꝙ in casu summū sacerdotium poterat & debebat deuolui ad filios Ithamar, & ita tunc factum est, & creditur id cõtigisse propter peccata posterorū Eleazari, q in executione pontificij sui valdè negligentes fuerũt. Ideo sicut hic legitur, dñs dixit ꝙ summū sacerdotium tranferret ab eis ad Heli filium Ithamar, & fortè per aliquem prophetam prænunciauit hoc tunc, quãuis scriptum non sit. Non em̄ omnia scripta sunt. [Nunc aũt dicitur dñs: Absit hoc à me.] i. exigente iustitia mea, nõ implebo illā promissioné, q̃ sub conditione fuit intelligenda, vtpotè nisi peccando enormiter, obicé poneretis, sicut
*honorificauerit: nunc posuistis. [Sed quicunque *glorificauerit me,] mihi cum debita fidelitate & reuerentia seruiendo, [glorificabo eum] præmio copioso. [Qui autem contemnunt me] i. sciéter & ex habitu prauo peccant, pſertim q incorrigibiles sunt, & suis abutuntur officijs, [erunt ignobiles:] i. confusibiliter disperibunt, & ipsa eorū iniquitas est ignobilitas maxima. Et interdum fit istud in vita præsenti, quãuis non semper: quia frequenter impij prosperantur & florent in seculo isto, iusti verò ecõtrariò aduersitatibus affliguntur. Dñs tñ ad literam loquebatur potissimū de sacerdotibus illis legalibus, q benè agédo, honorabant in vita præsenti, Deo sic disponéte. [Ecce dies veniunt, & præcidā brachiū tuum] i. potestatem & authoritatem pontificalem tollam à te ac posteris tuis. [& brachium domus patris tui] i. tuam cognationé à patre tuo seu auo aut proauo procreatam, auferā de hac vita in iuuentute eorum. Ideo subditur: [vt non sit senex in domo tua] i. in sobole tua atq; domesticis. Translatio ista pontificij à domo Heli ad posteri
3. Reg. 2. tatem Eleazari, facta est tempore Salomonis, qui Abiathar pontificem natum de Heli, eiecit à pontificio, & tradidit illud Sadoc ex Eleazaro nato, sicque summum sacerdotium fuit reductum ad priorem origenem. [Et videbis æmulum tuum in tēplo in vniuersis prospheris Israel:] quoniam sub Salomone fuit mira prosperitas in Israélitico populo, & ingens honor pontificis, & hoc Heli vidit, & inuidit, non personaliter, sed in sobole sua: quia Abiathar & filij eiꝰ de sua deiectione & ipsius Sadoch promotione dolebant, inuidiamque habebant nonnunquam, aut
1. Reg. 22. quidam eorum [& non erit senex in domo tua omnibus diebus.] Hoc verificatum est per interfectionem filiorum Heli in iuuentute eorum, per occisionem etiam sacerdotum quos Saul impiè trucidauit, qui magna ex parte fuerunt de Heli & Ithamar. [Veruntamen non auferam virum penitùs ex te ab altari meo] i. aliqui posterorum tuorum erunt in officio sacerdotum mi
3. Reg. 2. norum, in quo & Abiathar post suam deiectionem à pontificio mansit. [sed vt deficiant oculi tui & tabescat anima tua,] i. hoc ipsum quod aliqui posterorum tuorum erunt in sacerdotali officio, erit ad afflictionem & desolationem ipsorum, quantùm ad hoc quòd videbunt se ita humiliatos & subditos his, quibus patres eorum aliquando præfuerunt. [& magna pars do-
1. Re. 22. mus tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem venerit:] quod in sacerdotibus Nobe occisis à Saul videtur impletum. [Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filijs tuis Ophni & Phinees: In die vna morientur ambo.] i. per hoc scies vera esse quæ dixi, quod duo filij tui eodem die interficientur, q. d. de propinquo do tibi signum, quoniam te sene adhuc viuente, percipies eos ambos pariter interisse. [Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet] i. viuet, & suum implebit officium secundum meam voluntatem & intentionem. Loquitur autem Deus metaphoricè de se, quasi de homine, dicendo, Iuxta animā meam, cùm ipse in sua natura sit simplicissima mens. [& ędificabo ei domum fide-
Psal. 109. lem] i. bonam & stabilem posteritatem ei concedam. Quidā exponunt ista de Christo, qui est sacerdos in ęternum secundū ordinem Melchisedech, cuius posteritas fuerunt sancti Apostoli
3. Reg. 1. 2. & cæteri electi sacerdotes ac præsules euangelicæ legis. Cui expositioni non videtur consonare quod subditur: [& ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.] Ideo alij exponunt ista de Sadoc pontificè iusto, q coram Salomone est fideliter conuersatus plurimis annis. [Futurū est aũt vt quicunq; remanserit in dono tua, veniat vt oretur pro eo] i. templum seu atriū eius ingrediatur, non iam ad sacrificandum & orandūm pro alijs, vt moris ac iuris est sacerdotum, sed magis ad rogandum vt sacerdotes orent pro ipso, eisq; offerat aliquid, quatenùs deprecentur
Deu. 2. ꝓ ipso. ideo subdit: [& offerat nummū argenteū & tortā panis, dicatq;] alicui sacerdotum: [Dimitte me, obsecro, ad vnā partē sacerdotalē,] i. ad vescendū de aliqua portione hostiæ Deo oblatæ, ad esum sacerdotū spectãte, [vt comedā buccellā panis.] i. modicū quid manducē. Potest quoq; istud exponi de sacerdotibꝰ inferioribus ex Heli descédétibꝰ, q ad põtificé habebãt re

cur-

currere & aliquid ei offerre, vt oraret pro ipsis. ¶Prętereà quæritur, cur tanta vltio per tot generationes inflicta est posteris Heli propter peccatum ipsius, cùm alibi dñs sæpiùs protestatur, se visitaturum peccata patrum in filios vsq; in tertiam & quartam generationem. Rñdetur q̃ pœnæ corporales vitę pręsentis, sunt medicinales, & ordinantur à Deo in bonum animæ patientium eas: idcircò non aduersatur iustitię, q̃ proles pro peccato parẽtis talia sustinet. Hi etiam posteri aliundè culpabiles erant, propter quod maiora ꝑpeti meruerũt, nec eis debebatur dignitas pótificalis ex lege aut iure successionis. Nam & ipsum Abiathar eiecit Salomõ à pótificatu propter propriam ipsi⁹ Abiathar culpam, propter quam dixit ad ipsum, Filius mortis es. In talibus quoq; casib⁹ parentes puniuntur in pœnis & aduersitatib⁹ sobolis suę, Deo sic ordinante. Exod. 20. Numer. 14. 3. Reg. 2.

¶De mystico sensu residuæ partis huius 2. cap. Art. 6.

ET abijt Elcana in domum suam.] Cum Elcana iste vir Leuites & virtuosus, complesset in tabernaculo dñi suum obsequium, & Anna vxor ipsius, pariter redierunt in sua. Per quod significatur, q̃ sacerdotes, pastores, prælati & prædicatores verbi Dei, mox vt in ecclesijs, & circa subditos seu proximos suum compleuerunt officium, debeant euagationes & fabulationes vitare, atq; ad loca intrare secreta, vt ibi conscientiæ suæ domũ seu interiora cordis sui discutiant & emendent, Deoq; vacent, quatenùs orando & meditando, seq; deuotionaliter exercendo, obtineant illuminationem tam copiosam, & feruorem tam validum à spũsancto, q̃ rursus tempore opportuno queant alios magis idoneè informare, purificare, accendere. [Porrò filij Heli, filij Belial, nescientes dñm neq; officium sacerdotum ad populum.] Per impios illos sacerdotes, intimoratos, auaros adulteros, designantur nunc vniuersi sacerdotes & clerici, religiosi atq; canonici, qui ampliùs quærunt commoda sua & oblectamenta immunda promotionesq; proprias, quam Dei honorem & animarũ salutem: & ecclesiastica bona, oblationes fidelium, & quæ domino offeruntur, expendunt carnaliter aut superbè, & auaritiæ student, sicque sub professione, nomine & habitu spũalitatis, cor gerunt repletum vanitatib⁹ mundi aut vitijs carnis: idcircò sunt filij Belial, membra & serui diaboli, satellites dæmoniorum, quibus inæstimabilis ira propinquat, & intoleranda damnatio proxima est, quia peccata eorum sunt coram Deo grandia nimis, nam & populum Dei enormiter scandalizant, ac bonis ecclesiæ quæ consumunt, sunt prorsus indigni. Et quidam eorum sunt adeò intimorati ac vitiosi, quod ea quæ pro reparatione ecclesiæ ac necessarijs in diuino officio aut condecedenti ornatu basilicæ offeruntur, in suos redigunt vsus, ne dicam, in vsus scortorum & filiorum suorum. Quid dicturi sunt impij & infelicissimi isti, cùm diuino tribunali fuerint præsentati? Resipiscant ergo & erubescant, & dignos pœnitentię agant fructus, & Samuelis imitentur virtutes, qui ephod lineo fuit accinctus, per quod mortificatio carnis, puritas cordis, exemplaritas operis figurantur, quibus ministros ecclesiæ decorari oportet. Nempe vt asserit Glossa: Qui Deo ministrare desiderat, necesse est vt castè & sobriè viuat, præsertim cùm cunctis fidelibus iubeat Christus: Videte ne grauentur corda vestra crapula vel ebrietate. Sed proh dolor, multi cum filijs Heli quęrunt non solùm sufficientia, sed & superabundantia & delicatiora, & incontinentiæ præbent incitamenta. [Et tunicam paruam faciebat ei mater sua.] Tunica parua, est humilis vita, quam mater ecclesia parat ac docet filios suos, quatenùs opera sua, quantumlibet magna, in humilitate custodiant, paruipendant: & quicquid boni in eis est, Deo semper attribuant: sicq; iuxta Iudæ apostoli documentum, odiant eam q̃ carnalis est, maculatam tunicam. [Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius, dixitq;: Reddat tibi dominus semẽ de muliere hac ꝓ fœnore quod commodasti dño.] Sic boni pręlati, religiosorumq; patres, benedicere debent secularibus, qui sobolem suam offerunt Deo in locis deuotis, in quib⁹ dum proles oblata seu spontè ingressa, benè se habet, gaudium parit superioribus suis, quorum bñdictõne & oratione, imò & meritis ac precibus prolis laudabiliter conuersantis, Deus frequenter etiam in tẽporalibus benedicit parentib⁹, & eos mẽte fœcundat ac corpore. Verùm sunt aliq Deo ingrati ac infideles, q filios suos aut filias à religionis ingressu, spiritali ve conuersatione toto posse auertunt: & quod Deus eis gratiosè cõcessit, malitiosè abstrahunt Deo. Quod si aliquem ex fructu vteri sui habuerint mundo ineptũ, hunc deputant Deo, cui non viliora, sed ꝑstantiora sunt offerenda. [Et Heli audiuit vniuersa q̃ fecerunt filij sui vniuerso Israeli.] Per hunc Heli, q (q̃tùm ad se) videt̃ fuisse vir mitis & pi⁹, intelliguntur negligẽtes ꝑlati & patres, imò & vniuersi q circa impletionem ꝑcepti fraternæ correptionis, sunt remissi ac tardi, pręsertim qui subditos suos debitè increpare ac castigare non satagũt, propter quod oĩa subditorum vitia redundant in ipsos, & dãnantur ac puniuntur pro ipsis: ideo piculosum est ꝑsidere, & curam accipere animarũ. Atq; vt asserit Origenes, Bonum est non prosilire ad ecclesiasticas dignitates. Vndè & Chrysostom⁹: Quis est, inq̃t, qui cupit ꝑesse, nisi q non timet iudiciũ Dei? Eccè Heli filijs suis increpatoriè est loquutus: Quare facitis res huiuscemodi, res pessimas? Et tñ tanq̃ trãsgressor ꝑcepti paternę ac fraternæ correptionis, reprobatur à domino, improperatur q̃; ei q̃ magis honorauerit filios suos q̃ Deum. Constat ergo quòd iuxta grauitatẽ & scandalositatẽ culparum eorũ q peccant, di- 1. Tim. 2. Matth. 3. Tit. 2. Lucæ 21. Iudę 1. d. Matt 18. Origenes. Chrysost.

re & acriter sint à superioribus suis reprehendendi ac puniendi & reprimendi. Quid ergo damnationis imminet his, & quam detestabiles sunt coram altissimo, qui debitum suæ plationis & pceptum correptionis in subditis suis non implent, in tm, vt nec molliter quidem seu remisse corripiāt delinquentes, vel personarū sint acceptores, vnum palpando præ alio? O q̄ varijs modis communicant hi peccatis alienis. Insupèr, q̄ multi præsules & archidiaconi ac decani audiunt his diebus, qualiter filij, i. subditi eorum presbyteri, canonici, seu in sacris ordinibus constituti, dormiunt cum mulieribus coniugatis ac alijs, imò & sponso cælesti consecratis: nec tamen, vt tenentur, corripiunt, sed pœna pecuniaria contentātur, nec lucra quęrunt animarū, sed suarum impletionem bursarum. Aut quod sceleratissimum est, hæc ipsa facinora quæ in alijs corripere & corrigere obligantur, exercent etiam publicè, & magis quam subditi, & transgredi permittunt ac faciunt populum Dei. Hi maledicti non solùm priuantur diuinis promissis quæ bonis sacerdotibus ac prælatis idoneis facta sunt & parata: sed cum Heli incurrunt comminationes atq; punitiones multiplices ac pauēdas à iudice adorando, in cuius manus incidere est horrendum: qui glorificantes se, gloriosè exaltat: & eos à quibus contemnitur, qui filios suos aut proximos magis honorant, amant, aut timent, quam Deum, horribiliter confutabit. Accendamur igitur zelo iustitiæ & deitatis feruore in primis contra nosipsos, & contra vitia nostra & negligentias pprias, detestando, puniendo & vitando ea quotidiè cum debita seriositate: deindè aduersus peccata & vitia proximorum, potissimè subditorum & domesticorum nostrorum: & quos magis diligimus, reprehendamus instantiùs: nec ex timore offendendi homines, aut desiderio complacendi hominibus, omittat quis quæ Deus requirit. Alioquin iudicabitur plùs honorare homines, quàm hominum creatorem.

Heb: 10:

¶ *Expositio literalis cap. 3. Puer autem Samuel ministrabat domino coram Heli.* Art. 7.

RECitatur hic, qualiter præscripta increpatio & reprobatio Heli pontificis, etiam manifestata sit Samueli, & per Samuelem pontifici: promotio quoq; Samuelis ad gratiam prophetalem. [Puer autem Samuel ministrabat domino coram Heli, & sermo domini erat preciosus.] id est difficulter obtineri poterat diuina seu prophetalis responsio ad interrogata ac dubia. Pauci quoq; tunc erant qui populum salubriter informabant. [In diebus illis non erat visio manifesta:] quia etsi alicui fiebat reuelatio prophetica, sicut in præcedenti cap. dictum est de viro Dei misso ad Heli, hoc tunc raró & secretè fiebat. omne aūt rarum, est preciosum, dummodò sit appetibile. Circa hæc scribit Lyra: Propter malitiam filiorum Heli, & negligentiam patris eorum in corrigendo, cessauerunt reuelationes & responsiones domini. Veruntamē in Hebræo habetur: Sermo dn̄i erat prohibitus & obturatus. Contra quæ obijci potest, quia (vt dicunt Thomas & alij) quamuis interdum puniat Deus vnum pro peccato alteriùs in temporalibus, non tamen in spūalibus. Denique temporibus Manassæ, Amon, & filiorum Iosiæ, erat multo maior iniquitas sacerdotum, imò & populi, q̄ tempore isto Heli. Et tamen tunc erāt multi & magni prophetæ, & visiones apertæ, vt patebit infrà lib. 4. & 2. Par. atque frequenter in Hieremia, asseritq; Rabbi Paulus, dictionem illam Hebraicam, pro qua Hieronymus transtulit, preciosus, non significare nisi preciosum. Itaq; iuxta doctrinam Augustini libro de ciuitate Dei, videtur dicendum, quod apud æternam & infinitam sapientiam creatoris, inuariabiliter ac sapientissimè est decretum ac diffinitum, qn̄ & vbi ac qualiter miracula & cæteri miraculosi effectus contingant, Sic quoque de propheticis visionibus est tenendum. [Factum est ergo in die quadam, Heli iacebat in *loco suo,] i. in lecto seu thalamo iuxta tibernaculum ad dormiē dum, [& oculi eius caligauerant:] præ senectute, ex organi indispositione. Alioquin si organum visus in sene, esset dispositum sicut in iuuene, tam clarè videret senex vt iuuenis, vt ait Philosophus, [nec poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur.] Hoc aliqui sic exponunt, quod non poterat videre in die, qn̄ lucerna tabernaculi erat extincta. Alij sic: Non poterat videre ante diem, qn̄ lucerna extinguebatur. quæ expositiones obscuræ sunt, & extortæ videntur. Quidam ergo magis ad literam & clariùs sic exponunt, quod non valebat videre lucernam adhuc ardentem seu lucentem propter visus sui debilitatem, quemadmodùm vespertilio lucem diei pati non potest. Sed huic expositioni quoq; obijcitur, quod nemo tam debilem habet visum, nec ita cęcutiens est, quin clariùs videat lucernam ardentem quàm extinctam. Hinc secundum Magistrum in hist. Hebræi distingunt & punctuant ita: Non poterat videre: deindè subiungunt secundum Hebraicam veritatem, lucerna domini nondū extinguebatur: sicq; congruenter subiungitur, Samuel autem dormiebat. His concordat quod lib. de Hebraicis q̄stionibus dicitur. Et idem approbat Lyra, additq;: Translatio nostra videtur hoc loco corrupta per imperitiam correctorū, q duos versus coniunxerunt in vnum, sicut in alijs pluribus locis est factū: ideo consequenter posuerunt hic lucernam in accusatiuo, pro lucerna in noīatiuo. Vndè apparet, ꝙ veritas nostræ trāslationis à principio fuit hæc, Non poterat videre: ita q versus hic terminatur, Et sequitur: Lucerna domini ante quàm extingueretur, Samuel dormiebat: hoc ē, anteq̄ lucerna domini extinguebatur, putà in nocte, Samuel dormiebat. Veruntamen quia nō vi-

1. Reg. 8.

4. Re. 21: 4. Re. 23: 24 2. Paral. 33. 34.

R. Paulus Augustin9

*lectulo

Pet: Co: hi: li: 1 Re: c. 3. Hyerony.

videtur ꝙ talis corruptio posſit de facili generaliter fieri, reor dicendum, ꝙ textus ſicut iacet, poteſt conuenienter ſaluari: pro quo primò penſandum, ꝙ in tabernaculo erāt ſeptem lucernę ardentes de nocte, quarum quatuor extinguebantur de manè, quæ rurſus de veſpere accendebantur. Et iſtę lucernæ erant lampades valdè clarè lucentes, abſq; intermedio roſtro ſuper candelabrum poſitę, quæ olim in Exodum expoſita ſunt. ❡ Inſuper aduertendum, ꝙ dupliciter dicitur aliquis non poſſe videre lucernam ardentem ſeu lampadem. Primò, quia nequaquam perceptiuus eſt viſualium ſpecierum ſeu radiorum ipſius. Secundò, quia eam non poteſt inſpicere abſq; ſui viſus pœna ac læſione. Iuxta quem modum noctua nequit lumen ſolis videre. Dicendū ergo, ꝙ Heli ita fuit cæcutiens, ꝙ abſq; notabili viſus ſui tormento, nequibat lampades illas ardentes & lucentes aſpicere. Sicq; communiter dicitur, quod homo non poteſt ſolē in rota ſuæ claritatis intueri. Et ita non poterat Heli videre lucernam Dei, hoc eſt, lampades illas ardentes, intelligendo plurale per ſingulare, antequam extinguerētur: non ꝙ poſteà viderit eas: quē admodùm fertur apud Mat. 1. ꝙ Ioſeph non cognouit Mariam, donec peperit: non ꝙ poſtea eā cognouerit. Vel fortè extinctis lampadibus in ipſo crepuſculo vel aurora, meliùs & ſaniùs vidit eas, quam in tanti luminis conglomeratione atq; vigore. [Samuel aūt dormiebat in templo domini vbi erat arca Dei.] Per templū dn̄i, intelligitur hîc tabernaculum Moſis. Arca verò erat in ſancto ſanctorum, in quo nemo dormiuit, imò nec in exteriori tabernaculi parte. idcircò dicitur Samuel in templo dormiuiſſe, hoc eſt, in quadam appendicia eius, putà in thalamo iuxta tabernaculum, in quo thalamo ſolùs dormiuit Heli, nō tamen in lecto eodem. [Et vocauit dn̄s Samuel.] Hoc dominus fecit per miniſteriū angeli. qui (vt apparet) vocauit Samuelem dormientem, ita ꝙ ex illa vocatione euigilauit: ſicq; videtur fuiſſe vocatio exterior, ſicut & paulopòſt alloquebatur eum allocutione exteriori vocali, quanquam & interiori vocatione imaginaria potuerit eum vſq; ad expergefactionem vocaſſe. [Qui] Samuel [rn̄dens, ait: Eccè ego] paratus ſum ad tuum pceptum, [Et cucurrit ad Heli, & dixit: Eccè ego] præſto ſum. [Vocaſti enim me] nunc. Hoc Samuel æſtimauit: ideo dixit falſum materialiter, non aūt formaliter: imò formaliter dixit verum, qa ſic dixit, vt ſenſit. [Qui dixit: Non vocaui te fili] in hac hora. [Reuertere & dormi. Et abijt, & dormiuit. Et adiecit dn̄s rurſum vocare Samuel. Conſurgensq; Samuel, abijt ad Heli, & dixit: Eccè ego, quia vocaſti me. Qui rn̄dit: Non vocaui te fili mi. Reuertere & dormi.] In qbus promptiſsima Samuelis obedientia commendatur, quia intempeſtæ noctis ſilentio toties & tam celeriter ac patiēter ſurrexit & cucurrit ad Heli dn̄m ſuum, à quo ſe vocari putauit. Ex quo item elicitur, ꝙ non iacuerūt remotè abinuicèm. [Porrò Samuel necdum ſciebat dn̄m,] eo modo quo prophetæ, i. necdum cognouerat modū quo dn̄s conſueuit ꝓphetis apparere ac loq, vel præ iuuentute nondū habuit ſcientiam de Deo notabilē. [neq; reuelat⁹ fuerat ei ſermo dn̄i.] hoc eſt, allocutio prophetalis non fuit ei adhuc facta aut declarata, Dicit quoq; Ioſephus, quod 12. ſuo anno cœpit ꝓpheticas viſiones habere. [Et adiecit dn̄s, & vocauit adhuc Samuel tertiò. Qui conſurgens, abijt ad Heli, & ait: Eccè ego, qa vocaſti me. Intellexit ērgo Heli, quia vocaret dn̄s puerum.] Heli nanq; innocentiā eminentemq; gratiam Samuelis perpendit, ideo pſuppoſuit eum vocari à ſpū bono. [& ait ad Samuel. Vade & dormi: & ſi deinceps vocauerit te, dices: Loquere dn̄e, quia audit ſeruus tuus. Abijt ergo Samuel, & dormiuit in loco ſuo. Et vēnit dominus] i. angelus in Dei perſona apparēs, & loquens, [& ſtetit, & vocauit ſicut vocauerat ſecūdo.] i. priùs ſeu altera vice. Vel ſecūdò. i. bis expreſsit nomē Samuelis, ipſum vocando. Nā ſubditur: [Samuel Samuel,] quæ repetitio eſt ſignū dilectionis, vel excitatio attentionis. vel ſerioſitatis & magnitudinis rei iudiciū. ❡ Porrò, vt Ioſephus innuit, Dn̄s per Samuelē vocauit, ad pfigurandū tres dignitates ipſius: qa ex hac hora eſt factus ꝓpheta, poſteà iudex obtulit quoq; ſacrificiū vt ſacerdos, eo ꝙ paruulus eſſet Icaboth filius Phinees filij Heli. Verū tamen ſi pinducta rite pēſent, dominus Samuelē quater vocauit. [Et ait Samuel: Loquere dn̄e, qa audit ſeruus tuus] Circa hūc paſſum qdam ſcribit: Quemadmodū ars & natura ꝓcedunt de imperfecto ad perfectū, ſic reuelationes ſecundū ꝓceſſum temporis: qa prophetæ poſteriores ad tēpus Chriſti ꝓpinquantes, habuerunt clariores ꝓphetias de Chr̄o, q̄ prophetę priores. Ad ꝗ dico, ꝙ iſtud in qbuſdā ſic fuit, ſed non eſt regulariter verū, Non em̄ Aggęus, Naum, Abacuc Iohel, & ſimiles eis, fuerūt magìs illuminati de Myſterijs Chr̄i, quām Dauid & Eſaias, q diu antè fuerūt, ſed econuersò, cum dicat Hieronymus, ꝙ Eſaias vniuerſa Chr̄i atq; Eccleſiæ myſteria, ita ad liqdū ꝓſequutus eſt, vt potiùs Euangeliſta quā Propheta ſit iudicandus. [Et dixit dominꝰ ad Samuel: Eccè ego facio verbum in Iſrael,] i. citò faciam opus tam metuendū, & plagā ſeu vltionem tam grandē in Iſraelitico populo, [quod quicunq; audierit, tinniēt ambæ aures eius.] i. qcunq; fideliū illud perceperit ac benè ppēderit, vehemēter mirabiē ac pauebit, inſtar eius q audit ſonū tam ingentē, ꝙ aures ſuæ tinniūt indè. Hoc impletū fuit in arcæ captiuatione & filiorū Heli ac populi Iſrael magna ſtrage, ac cęteris quæ in ſeqnti ſcribuntur cap. [In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli omnia, quæ loquutus ſum ſuper domum eius: Incipiam & cōplebo. Prædixi enim ei,] ſ. Heli pontifici per virum Dei, vt præcedenti habetur cap. [quod iudicatur⁹ eſſem

Exod. 25.
Ibidem.
Ioſ. li. 5. an. iudai. ca. 15
Idem
Hyerony.
Reg. 4.
1. Reg. 2. t

& non nimis sæpè,nec nimis rarò,vt cuncta moderetur discretio.ideo super hunc locũ ait Hieronymus:Prædicatio si rara est,non sufficit:si assidua,vilescit. Prædicandum est itaq; sæpè,sed non nimis continuè,cùm dicat Apostolus Hebr.6. Terra super se venientem sæpè bibens imbrem,accipit benedictionem. Terra bibit imbrem,dum populus deuotè & auidè audit sermonem. ¶Porrò qui indiscreta assiduitate sermocinantur,figurantur per seminifluos qui erant secundum legem immundi.Ideo ait scriptura:In auribus insipientium ne loquaris,quia despicient doctrinam eloquij tui,Itemq;,Vbi non est auditus,non effundas sermonem.[In diebus illis non erat visio manifesta.] quia dum negligens præest, illuminatio deest subiectis. Ideo ait Salomon:Cùm impij sumpserint principatum,gemet populus.[Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant.] Per Heli intelliguntur prælati remissi, inutiles, mala consuetudine & vitijs inueterati, corde obtenebrati, qui videre non queunt lucernam, i.sapientiam patris incarnatam,seu verba legis diuinæ,quia non habent intellectum formatum ac benè dispositum. Etenim animalis homo non percipit ea quæ sunt Dei,nec sapit eis scriptura diuina,quam vocat lucernam qui ait Psa.118.Lucerna pedibus meis verbum tuum. Isti quoq; non possunt videre lucernam Dei,i.diuina præcepta attendere & implere recusant. Vndè Prouerb.6.habetur: Mandatum,lucerna est:& lex,lux:& via vitæ,increpatio disciplinæ. [Et vocauit dominus Samuelem,]Quemadmodùm dominus per iuuenem Samuelem redarguit senem Heli, ita quotidiè quosdam,qui vitam suam in negligentijs & vitijs transegerunt, corripit dominus per iuniores deuotos & feruidos. Quidam etiam in suæ conuersionis exordio tantis gratiæ donis replentur,tamq; strenuè ac instanter proficiunt,quod seniores pigros citò præcedunt, quibus specialis humilitas necessaria semper est,atq; solicitè obseruanda. ¶Postremò pensemus in textu huius cap. quàm promptè obediens,quam vigil & alacer, quam docilis ac dirigibilis fuerit Samuel in adolescentia sua,qui tam citò ac sæpè in ipsa nocte cucurrit ad Heli, & ei in cunctis mox paruit. Quòd si alicui fuerit aliquid specialis deuotionis, illuminationis aut visionis supernè concessum,nequaquàm incautè & sine legitima ratione id prodat,pensans quod loquitur Esaiæ 24.Secretum meum mihi,ne decęterò simili dono priuetur.

Hyerony.
Numer:5.
Prouer.23
Eccl.32.
Prouer:29.
1.Cor:2.

¶ *Elucidatio cap.4. Et factum est, in diebus illis conuenerunt Philistijm.* Art. 9.

ADimpletio diuinæ cōminationis,in duobus pcedentibus cap.positæ, hoc loco describitur.[Et factum est,in diebus illis conuenerunt Philistijm in pugnã]i.ad pugnandũ cōtra filios Israel,q à tēpore Samsonis cœperunt se opponere Philistęis,quibus ante 40.annos seruierant vt Iud.13.scriptum est. [Egressus est namq; Israel obuiàm Philistijm in prælium,& castrametatus est]Israel,i.filij Israel posuerunt acies suas atq; tentoria [iuxta lapidem adiutorij] i.in campo circa saxum grande,quod(vt infrà fertur)locatũ est lapis adiutorij, propter causam ibì descriptam.sicq; iuxta ordinem historiæ,istud dicitur per πρόληψιν, i.anticipationem, quantũ ad nomen loci istius:sed habendo respectum ad tēpus quo ista conscripta sunt,non est anticipatio,quia tunc locus ille sic appellabatur. [Porrò Philistijm venerunt in Aphec,] i.ad locum sic dictum,qui pertinebat ad vrbem nomine Iezrael.[& instruxerunt aciem]i.exercitum suum ordinauerunt[contra Israël.]Nam turba inordinatè locata in prælio, non est nisi victima hostium,secundum Vegetiũ lib.de re militari.[Inito aũt certamine,terga vertit Israel Philistæis, & cæsa sunt in illo certamine passim]i.communiter[per agros quasi 4.millia virorũ]ex Israel. Nam & populus Israel multipliciter erat culpabilis,& sacrificia debita malè persoluit. [Et reuersus est populus ad castra.]i.ad tentoria sua,quod tam de Israelitis,q̃ de Philistæis accipi potest.[Dixeruntq; maiores natu de Israel:]i.nobiliores & duces exercitus seu principes tribuũ, quibus incumbebat cura boni cōmunis:Quare percussit nos dñs hodie coram Philistijm? hoc est,cur pmisit nos suos cultores pcuti,& quosdam nostrûm occidi ab idololatris istis incircũcisis?Et in his verbis insinuauerunt,hostes suos nil potuisse,nisi potestate eis à Deo concessa,ꝙ oim bellorũ moderator sit dñs,dans triumphum qbus voluerit,propter causas suæ sapiētiæ notas.Sic ergo quasi admirando locuti sunt,Cur percussit nos dñs?Et habita inter se collatione, putauerũt,ꝙ propter absentiam arcæ id cōtigisset.Nam in desiccatione Iordanis & vastatione Hiericho,arca fuit ante populũ deportata,vt patet Iosu.3 Tñ in circuitione Hiericho, portabatur inter bellatores & vulgus.Hinc subdunt: [Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis domini]per Leuitas seu sacerdotes.Num.etenim 4.habetur,ꝙ portanda erat p Leuitas. Præfatis tñ Iosuæ capitulis 3.& 6.legitur portata per sacerdotes. [& veniat in medio nñi, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum.Misit ergo populus,]quosdam Leuitas & sacerdotes[in Silo,& tulerunt indè arcam fœderis domini exercituum,]quę dicebatur arca fœderis domini,quia in ea continebantur tabulæ testamenti, per quod dominus inijt pactum & fœdus percussit cum Israel. [sedentis super Cherubim:]describitur,quòd propiciatorium fuit sedes Dei in sancta sanctorum.Cur ergo dicitur Deus sedens super Cherubim,& non potiùs super propiciatoriũ? Respondetur ꝙ ideo,quia secundum vnam expositionem,quę per verba hęc confirmari videtur,propiciatoriũ illud erat q̃dam aurea mensa seu tabula super arcam leuata,& in suis extremi

1.Re:2.3.
Iudic,13:
1.Reg.7.
Vegetius
Iosu.5.
Ibidem.
Exod.25.
Exod.25.

tati-

tatibus sustentata per Cherubim duos, inter *q̃ media fuit tabula illa: propter quod & sup Cherubim fertur dñs sedens. Et quia ibidèm gloria dñi interdũ apparere solebat, ideo quoq; Psa. 79. cantatur: Qui sedes super Cherubim. Deniq; Cherubim plenitudo scientiæ interpretatur. Dicitur ergo dñs super Cherubim residere, qm̃ omniũ intellectualium substantiarum intellectum, capacitatem, scientiamq́; transcendit. [Erantq́; duo filij Heli cum arca fœderis domini Ophni & Phinees,] tanq̃ principales arcæ custodes, & Phinees primogenitus Heli fungebatur officio sui patris in multis, qui & filijs suis præcepit, ne sine arca redirent ad se. propter quod timuerunt & acriùs pugnauerunt, vt in Scholast. recitatur hist. [Cumq́; venisset arca fœderis dñi in castra, vociferatus est omnis Israel * voce grandi] præ gaudio, & ex spe præualendi propter dignitatem & reuerentiam arcæ præsentis, de cuius aduentu Deo regratiabantur. Et forsan ad incutiendum timorem aduersarijs, etiam sic clamabant, [& personuit terra, & audierunt Philistijm vocem clamoris, dixeruntq́;: Quænam est hæc vox clamoris magni] i. tam alti & gaudiosi [in castris Hebræorum? Et cognouerunt q arca domini venisset in castra.] Vndè hoc cognouerunt Philistæi? & quid ipsi sciuerunt loqui de arca? Respondendum quod inter Philistæos sępè habitauerunt quidam Hebræi, & aliqui Philistæi multa audierunt ab Hebræis de Deo & lege eorum, & de efficacia ac sanctimonia arcæ, idcircò suspicabantur arcam venisse. [Timueruntque Philistijm, dicentes: Venit Deus in castra,] i. Deus Hebræorum venit ad eos ad auxiliandum. [Et ingemuerunt, dicentes: Væ nobis. Non enim fuit tanta exultatio heri & nudiustertiùs, væ nobis. Quis nos seruabit] i. eripiet [de manu deorum sublimium istorum?] Cur pluraliter aiunt, deorum, cùm scire potuerint filios Israel vnum solum colere Deum? Dici potest, q vtebãtur plurali pro singulari. Vel opinabantur, filios Israel cum summo Deo suo etiam quosdam alios colere deos, sicut & sæpè fecerunt iniquè. [Hi sunt dij qui percusserunt Aegyptum omni plaga in deserto.] i. finali & consummata plaga percusserunt Aegyptios, eos mergendo in mari rubro, quod per partem deserti Aegypti currebat, vt Exo. 14. legitur. quasi dicant: Sicut Aegyptij victi sunt, ita & nos vincemur. Huic expositioni catholicorum, vt dicit quidam, non videtur consonare litera sequens, qua subditur: [Confortamini, & estote viri] i. viriles o [Philistijm, ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruierunt nobis.] Sed dicendum quod litera ista benè consonat pinductis. Non enim est inconueniens, q idem exercitus ex quibusdam considerationibus formidauit, deindè ex alijs causis & considerationibus se inuicē animauit & confortauit, sicut & idem homo primò veretur, deindè se consolatur: quēadmodùm etiã lib. 1. Machab. de exercitu Ionathæ fertur, q cognita cõprahensione Ionathæ, de qua maximè doluerũt & territi erant, hortati sunt semetipsos, & exierũt parati in plium. imò de isto sunt in scripturis multa exempla. Expositio quoq; Hebræorũ quam ponit, non videtur recitatione condigna. [Confortamini & bellatè. Puguauerunt ergo Philistijm, & cæsus est Israel, & fugit vnusq́q;] de exercitu Israel, q euadere potuit, [in tabernaculum suum. Et facta est plaga magna nimis, & ceciderunt de Israel 30. millia peditum, & arca Dei capta est, duo quoq; filij Heli mortui sunt. Currens aũt vir de tribu Beniamin ex acie,] quem (vt fertur) Hebræi dicunt fuisse Saul, dicentes, q abstulit tabulas testamenti de manu Goliad Gethæi, quas ille ex arca accepit, & reportauit eas in Silo. quod videtur ad Iudaicas fabulas pertinere, qa & Saul tunc adolescens fuit, nec potuisset humana potētia tabulas abstulisse illi giganti. Si aũt supernaturali virtute id egit, eadem potuisset & arcam Philistęis auferre. [venit in Silo in die illa, scissa veste & conspersus puluere caput. Cumq́; ille venisset, Heli sedebat super sellam] i. cathedram, [contra viam] q̃ duxit ad locum certaminis, [spectãs.] i. expectans secundũ quosdam, qa (vt dicunt Hebræi) iam cæcus fuit. Vel si adhuc erat cæcutiens, vidit illuc vtcunq;, cupiens scire exitum belli. [Erat enim cor eius pauẽs p arca dñi.] Nam ppter comminationes sibi factas, valdè expauit de exitu malo, psertim, quia audierat filios suos vna die casuros. [Vir aũt ille postq̃ ingressus est, nunciauit vrbi. Et vlulauit oĩs ciuitas. Et audiuit Heli sonitũ clamoris, dixitq́;: Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit, & venit, & nunciauit Heli. Heli aũt erat 90. & 8. annorum, & oculi eius caligauerãt, & videre non poterat, & dixit ad Heli: Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodiè. Cui ille ait: Quid factum est fili mi? Respondens aũt ille qui nunciabat, Fugit, inquit, Israel coram Philistijm, & ruina magna facta est in populo. Insupèr & duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees, & arca Dei capta est.] Specialissimè ergo timuit ne arca caperetur: quam cùm captam audisset, cecidit retrorsum. Audita autem morte filiorum suorum ac plebis, quieuit: sed arcæ compręhensione audita, præ tristitia corruit. Vndè videtur in eo affectus gratiæ & zelus Dei, pro tunc præualuisse affectioni naturæ, amoriq́; sobolis. Vndè subditur: [Cumq́; ille nominasset arcam domini, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus, mortuus est. Senex em̃ erat vir & grandæuus,] s. 98. annorum [& ipse iudicauit Israel 40. annis.] sicque videtur 58. annorum fuisse, qñ effectus est iudex. [Nurus autem eius &c.] Hic enarratur, qualiter vxor Phinees auditis tam mœstis rumoribus, subitò peperit, & pariẽdo mox expirauit. Primò tñ puerum natum vocauit Icabod, quod interpretatur, inglorius seu sine

Pet. Co. hi. li. 1 Re. c. 6.
*clamore
1. Mach. 12.
2. q. 4. c. Ecclesia:
1. Reg. 2.

ne honore. Vñ & causam nominationis adiecit, dicēs: [Trāslata est gloria de Israel.] hoc est, ipsa honorabilis res, scilicet arca vel gloriatio Israelis, extincta est, ablata sibi tā sancta re. Et eadem verba ꝑtulit ex parte mariti sui defuncti & fratris illius, q si vixissent, meritò dixissent hęc verba.

¶ *Spiritualis pertractatio eiusdem cap.4.* Artic. 10.

PER Philistæos, qui interpretantur, potione cadentes, intelliguntur inuisibiles inimici, aut etiam hoies impij, vitiorum superfluitate inebriati, qui inuident iustis, & contra eos ineunt pugnam tentationis, aut corporalis afflictionis, seu persecutionis, à quibus fideles propter sua peccata sæpè vincuntur in agris, i. in latitudine viæ ad perditionem ducentis. ¶ Prætereà p Israelitas, de sua ruina mirantes, atq; pro sua subuentione arcam domini afferentes, intelliguntur Christiani, qui instante tribulatione quacunq;, seu pestilentia, circunferunt Sacramentum atq; reliquias, non tamen emendant suam conuersationem & mores: ideo propter sua demerita non iuuantur, imò interdum grauiori peste cæduntur, & hoc iustissimo Dei iudicio, qui cor dium videns arcana, scit illos pro euasione & cessatione periculorum corporalium deprecari, non ex recta radice, hoc est, non ex charitate, neque syncera intentione, sed ex amore carnali, quo diligunt vitam præsentem ac prospèra eius. Sicq; oratio eorū fit in peccatum, & indignationem ꝑuocat deitatis, quoniam importunè & indiscretè orant pro his rebus, de quibus ignorant, an saluti eorum expediant: & ea quæ Deus requirit ab eis, & de necessitate sunt salutis, omittunt: quod totum præposterum est, & verè contrariū æquitati. Quemadmodū etiam ex clamore Israelitarum fuerunt Philistæi perterriti, sic dæmones ex cantu & pulsu, ex sacris & sacramentis ecclesiæ solent arceri & formidare: nihilominùs vitiosam Ecclesiasticorū vitam cernētes, qui Deū ore laudantes, cor suum longè ab ipso auertunt, hortantur se inuicē ad impugnandū fideles, præcipuè clerū, ex quibus heu prosternunt quotidiè millia multa, quos ad diuersa & grauia ducunt peccata. ¶ Prætereà, per hoc quòd Hebræi arcam suam & gloriam, ac tabulas testamenti, continentes decalogum, amiserunt, figuratū censetur, ꝙ exigentibus suis sceleribꝰ ꝑsertim in Christū commissis, priuandi erant omni gloria legis suæ, sapientia spirituali & scientia salutari, & ꝙ ipsa lex, quantū ad ꝓcepta moralia, cū libris prophetarū ac psalmis transferenda fuit ad Gentiles: quo facto, defecit sacerdotiū ac pontificium Iudæorum. Quod itèm ꝑfigurabatur per subitam mortem Heli pontificis, filiorūq; eius sacerdotum. Interitus quoq; synagogæ, per mortem nurus prefatæ, designabatur: quæ tū intereundo peperit filium, quia reliquæ ex synagoga saluatæ sunt, sicut per Hieremiam Deus prædixit: Cógregabo vos vnum de ciuitate & duos de cognatione. ¶ Postremò pensandū, quòd Heli & nurus eius qui vituperantur, tantū de arcæ compræhensione tristati sunt, quòd subitò expirauerunt. quo cōstat, quòd reprehendendi sunt Christiani quàmplurimi, qui de captione sancti sepulchri, & vastatione totius sanctæ terræ, & sacratissimorū locorum prophanatione, parua aut nulla afficiuntur mœstitia. Rursus, de corporali Israelitarum occisione vlulauerunt habitantes in Silo: sed de quotidiana peccantium morte spūali in anima, & de æterna pereuntium condemnutione, & præsertim de tam multiplici ac enormi dei inhonoratiōe & offensione omni penè momento, vix est qui lachrymā fundat. Vbi spiritualis dilectio? vbi zelus diuini honoris? Et tū propter has causas, semper causa est & ratio copiosa piè lugendi omni veraciter Christifideli, vt sanctus ait Basilius.

Psal. 108. Esaiæ 29. Matt.15. Marc.7. Roman.11. Hiere.3. Basilius.

¶ *Expositio capit. 5. Philistijm autem tulerunt arcam Dei.* Art.11.

MOdò describitur, qualiter Philistæi propter arcam plagati sunt, hoc est, propter scelera quæ commiserunt in Deum, & circa ipsius arcam. [Philistijm aūt tulerunt arcam Dei, & absportauerunt eam à lapide adiutorij in Azorum.] quæ fuit vna quinq; principalium vrbium terrę eorū, & fortè primò occurrit eis in reditu, ideo primò in eam tulerunt arcam. [Tuleruntque Philistijm arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon]: ad reuerentiam Dagon dei sui, ascribentes ei victoriam suam, [& statuerunt eam iuxta Dagon.] tanquam trophæum, i. spolium victoriæ. [Cumq; surrexissent diluculo Azotij altero die,] vt præ solito Dagon deum suum honorarent, cuius virtute arbitrabantur se tantum sortitos triumphum, [eccè Dagon iacebat pronus in terra ante arcam domini.] tanquàm eam adorans, vt Iosephus scribit, quòd Deus omnipotens fecit, ad reprimendum Philistinorum audaciam atque blasphemiam, dicentium se arcam cepisse virtute Dagon: cuius oppositum patuit per hoc, quòd Dagon iacuit sic prostratus ante arcam. [Et tulerunt] hoc est, acceperunt. [Dagon] sacerdotes ipsius, [& restituerunt eum in locum suum:] erubescentes de dei sui tanta deiectione, & manè ac clàm restituerunt eum, ne communitas hoc ipsum perciperet. [Rursumque manè die altero consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca domini:] Qualiter verum est hoc, cùm protinùs subiungatur; [Caput autem Dagon & duæ palmæ manuum eius, abscissæ erant super limen?] caput ergo & facies erant iam separatæ à corpore Dagon, non itaque iacuit super faciem suam. Respondetur, quod Dagon iacuit super faciem suam, i. super inferiorem superficiē suam, ac si vultum habuisset terræ hærentem: sed & caput iacuit, versa in terram facie eius. Et in his Deus euidentiùs demonstrauit omnipotentiam ac

Iose. lib. 6. ant. iu. c. 1.

iustitiam suam super deum & populum Philistinorum, nec poterat plaga ista celari vt prior, quia idolum reintegrari nequiuit. Et facta est ista punitio ministerio angeli, tamen incertum videtur, an ministerio angeli boni, an mali, quoniam tales plagæ ab vtrisq; factæ legũtur. [Porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius,] i. nullus ingredientium illud ex plebe eorum, [super limẽ Dagon,] i. super limen templi eius, [in Azoto vsq; in hodiernum diẽ,] quasi limen illud sanctificatum sit ex contactu Dagon super illud sic dimẽbrati, propter quod indi-
Genes. 32. gnos se reputabant super illud calcare. Sic & in Genesi habetur, quòd filij Israel non comedunt neruum, qui emarcuit in femore Iacob. [Aggrauata est autem manus domini super Azotios,] i. Deus omnipotentiam atq; iustitiam suam pœnaliùs adhuc monstrauit in habitatorib' Azoti, quia ex prætactis mirabilibus non fuerunt conuersi ab idololatria dei sui, quem tam confusibiliter à Deo Israel victum & plagatum viderunt. [& demolitus est] i. destruxit seu grauiter vulnerauit [eos.] sicut subiungitur. Veruntamen quod in aliquibus libris mox sequitur, istud videlicet, [Et ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & fa-
*magna cta est confusio mortis * magna in ciuitate,] non est in libris correctis, quia nec in Hebræo, sed ab aliquo Glossatore primò est additum per modum expositionis & Glossæ, atque à minùs peritis pòst textui additum & insertum, quod & in alijs locis scripturæ reperitur aliquando factum: Porrò sensus huius additionis, ex sequentis cap. expositione patebit. [Et percussit in secretiore parte natium,] vtpotè inferiorum partium, per quas egeruntur grossiora naturæ superflua, [Azotum & fines eius:] id est, habitatores vrbis illius, villarumque eius. [Videntes autem viri Azotij huiusmodi plagam,] quæ (secundum expositores concorditer) fuit dysenteria fœda ac vehemens & crudelis, & intestinorum inferiorum corruptio & putrefactio quædam, in tantùm, ꝙ vermibus scatebant & prominebant extrinsecùs, quam plagam per experientiam in se videbant, i. sentiebant, aut etiam aspexerunt ad apponendum remedium.
Psal. 77. ¶ Quæritur, quare hac plaga magis, quàm alia, sint percussi. Responderi potest, ꝙ ad humiliandum eorum blasphemiam, præsumptionem, turpissimamque superbiam. Vndè cantatur in psalmo: Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. [dixerunt: Non maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus eius.] i. vltio nobis propter eam inflicta, dura inquam [super nos & super Dagon deum nostrum.] Eccè quàm stulti & miseri, qui illum coluerunt pro deo, qui seipsum nequibat iuuare, nec suos cultores: nec conuerti voluerunt ad eum, cuius insuperabilem experiebantur potentiam, [Et mittentes, congregauerunt omnes satrapas Philistinorum ad se, & dixerunt: Quid faciemus de arca Dei Israel? Responderunt Gethæi: Circunducatur arca Dei Israel,] qa sperabant ꝙ in alijs vrbibus non fieret propter eã huiuscemodi plaga: vel experiri volebant, an propter arcam seu ob eius ꝑsentiam infligeret̃ eis illa punitio, ꝙ tñ Azotij fassi iam erant. [Et circũduxerunt arcã Dei Israel. Illis aũt circũducentibus eã, fiebat manus dñi Dei p singulas ciuitates interfectionis magnę nimis, & percutiebat viros vniuscuiusq; vrbis à paruo vsq; ad maiorẽ,] qui & præ fœminis erãt culpabiles. [& computrescebant prominentes extales eorũ:] i. extremę partes eorum per quas immunditiæ emittuntur. [Inieruntq; consilium Gethęi, & fecerunt sibi sedes pelliceas:] vtpotè mollissima sedilia, vt minùs affligerentur sedendo Siquidem illa pars sedis, super quã incumbebant parte qua sedemus, erat de pellibus forsitan ouiũ. [Miserunt ergo arcam dñi in Accaron. Cumq; venisset arca dñi Dei in Accarõ, exclamauerũt Accaronitæ, dicentes: Aduxerũt ad nos arcã Dei Israel, vt interficiat nos & populũ nostrum. Miserunt itaq; & congregauerunt omnes satrapas Philistinorum.] qui quinq; erant, iuxta numerum quinq; principalium vrbium [Qui dixerunt: Dimittite arcam Dei Israel, & reuertatur in locum suum.] id est ad populum Israel, vel ad Silo seu in tabernacullum domini, [& non interficiat nos] i. propter eius [illegible]ntiam non interficiamur [cum populo nostro.] Multi quippe ex plagis prætactis moriebantur. [Fiebat enĩ pauor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valdè manus dñi Dei. Viri quoq; qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiore parte natium, & ascendebat vlulatus vniuscuiusq; ciuitatis in cælum.] ¶ Quæri potest, cur isti idololatriæ non proiecerint
Prouer. 21. arcam illam in ignẽ: vel, cur non conciderint eam in frustra? Respondere quis poterit, quia (vt
Iob 12.
Prouer. 21. Salomon protestatur) non est sapientia, non est scientia, non est consilium contra dñm, qui immutat corda hominum, & quòcunq; voluerit, vertit ea. Ipse aũt noluit hoc habere. Vel vt aliqui opinantur, non audebant hoc facere, ne peiora eis acciderent. Ita que iuxta Glossam, iusto Dei iudicio communi plaga percussi sunt, quia culpa eorum fuit communis. ¶ Mysticè, per arcam intelligitur Christus seu eius humanitas. Per deiectionem ergo & detruncationem Dagon, ꝑfigurata est destructio idolorum vbiq; terrarum, ex spirituali adductione saluatoris per apostolorum prædicationem ad gentes. Per vulnerationem quoq; & interfectionem infidelium Allophylorum, designata est spũalis obcæcatio atq; perpetua damnatio eorũ, qui Christianã noluerunt recipere fidẽ. Per Philistinorũ verò percussionẽ in natibus, ꝓmonstratum censet̃

quodhi,

quod hi qui ex sua arrogantia & præsumptione manserunt increduli, meruerũt (vt ait Apostolus) dari in reprobũ sensum, atq; ignominiosas incidere passiones carnalitatis exteriùs prominentis, i. vsq; ad vitia contra naturam se extendentes. Postremò, per hoc, quod fecerunt arcam circũduci ad experiendum, an plagæ illæ fierent verè à Deo Israel, propter præsentiam arcæ: designata est curiositas, imò peruersitas & stulta subtilitas philosophorum & tyrannorum & aliorum obstinatorum, Porphirij, Iuliani, Auerrois, Celsi, & consimilium: qui videntes signa, prodigia atq; miracula sanctorum apostolorum & apostolicorum virorum, nisi sunt ea obscurare & annihilare, volentes ea reducere ad causas naturales occultas, vel ad magicas artes, siue ad diabolicas opes & cooperationes: qui omnes defecerunt, scrutantes scrutinia, & deceperunt in primis seipsos ac alios multos, quorum nomina scripta non erant in libro vitæ. Roman. 1. Psalm. 63. Apocal. 21

¶ *Declaratio cap. 6. Fuit ergo arca domini in regione Philistinorum septem mensibus.* Art. XII.

CApitulum hoc enarrat: qualiter arca Dei remissa sit, & de mirabilib⁹ Dei in hoc ope perpetratis. [Fuit ergo arca dñi in regione Philistinorum septẽ mensibus:] infra quos p̃fatis modis plagati sunt, & non cessantib⁹ plagis, [Et post hęc vocauerunt Philistijm] & communitas populi, [sacerdotes & diuinos] suos, tanq̃ cæteris prudentiores. Vocantur aũt diuini, qui sibi vsurpant quod Dei est, s. præcognitionẽ & annunciationem futurorum purè contingentiũ seu similium notitiam secretorum, de quibus interdum à dæmonibus instruuntur eo modo, quo dæmones talia scire queunt cõiecturaliter magis, quàm certitudinaliter, ex subtilitate ingenita & experientia longa. [dicẽtes: Quid faciemus de arca Dei? Indicate nobis, quomodò remittamus eam in locum suum. Qui dixerũt: Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuam:] i. inhonoratam. q. d. pro irreuerentia Deo Israel irrogata circa arcam ipsius, impendite ei honorem per oblationes & dona: aliter non poteritis eum placare. Hinc subditur: [sed quod debetis, reddite ei pro peccato] vobis relaxando, [& tunc curabimini, & scietis] per experientiam vestræ curationis, cùm iuxta nostram consultationem egeritis, [quare non recedat manus eius à vobis] i. cur interim effectus diuinę potentiæ, vtpote punitio vestra, non cessat. Nam hucusq; fuit inter Philistæos diuersa opinio de causa prædictæ plagationis. Nempe nonnulli dixerunt eam contigisse ex aeris infectione, alij ex corruptione fructuum terræ quidam à casu, nonnulli ob arcæ præsentiam. [Qui dixerunt: Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei?] i. quam satisfactionem, vt culpa nostra nobis dimittatur? Responderũtq; illi: Iuxta numerum prouinciarum Philistinorum,] i. principalium vrbium cum villis & attinẽtijs suis, quæ vrbes fuernat quinq;, [quinq; anos aureos & quinq; mures aureos facietis] formari per manus artificum, vt sint memoriale diuinæ potestatis & suæ vltionis in vobis. Veruntamen Iosephus dicit, quòd erant quinque simulacra hominum aurea. [quia plaga vna fuit omnibus vobis & satrapis vestris.] i. eadem vltio in specie: & ideo sicut fuit communis & par plaga, debet esse satisfactio vna ac generalis, vt pœna correspondeat culpæ. [Facietisq; similitudinem anorum vestrorum, & similitudines murium, qui] mures [demoliti sunt terram] Mures enim ebullierunt de terra, & fructus ipsius destruxerunt, imò & prominentes extrales ipsorum Philistinorum mordebant & corrodebant. [& dabitis Deo Israel gloriam,] i. potentiã atq; iustitiam eius protestabimini ista agendo, per quæ etiam fatebimini vos esse percussos ab ipso, eo quòd arcam eius ceperitis. [si fortè releuet] Deus [manum suam] i. plagas suas tollat [à vobis.] Iam antè dixerunt, & tunc curabimini: quare ergo dubitatiuè nunc dicunt, Si fortè? &c. Respondetur, quòd illud fuit verbum bonæ fiduciç, non certæ scientiæ. [& à dijs vestris & terra vestra.] Ex hoc videtur, quòd Philistæi non solùm coluerunt Dagon, & quòd Deus non solùm exercuit vltionem in Dagon, sed item in alijs Philistinorum dijs seu idolis, sicut & olim in dijs Aegyptiorum. [Quare aggrauatis corda vestra] per obstinationem & impœnitentiam & per arcæ detentionem, [sicut aggrauauit Aegyptus & Pharao cor suum?] i. Aegyptij qui populũ Israel dimittere diu recusauerunt, [Nónne postquàm percussus est, tũc dimisit eos, & abierunt? Nunc ergo arripite, & facite plaustrum nouum,] non vetus, ad reuerentiam arcæ, [& duas vaccas fœtas] i. vitulos iam habentes, [quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi. Tolletisq́ue arcam dñi, & ponetis in plaustro, & vasa aurea quæ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius, & dimittite eam, vt vadat. Et aspicietis. Et si quidẽ per viam finium suorum ascenderit cõtra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande: si aũt minimè, sciemus quia nequaquã manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo. Et tollentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad plaustrũ, vitulosq́; earũ concluserunt domi. Et posuerunt arcã Dei sup plaustrũ, & capsellam quæ habebat mures aureos & similitudinẽ anorum. Ibãt aũt in directu vaccę per viam quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebant̃ pergentes & mugiẽtes, & nõ declinabãt ad dexteram neq; ad sinistram, Sed & satrapæ Philistinorum sequebant̃ vsq; ad terminos Bethsames,] Textus planus est. Itaq; omnia ista cõsuluerunt sacerdotes & diuini ad agnoscendum pro certo, an plagæ illæ fuissent inflictę à Deo. Quòd eñ vaccæ insolitæ iugũ portare, & à suis Iose. lib 6. an. iu. ca. 1. Exo. 10. 11. Exo. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

fœtib⁹ separatæ, traherent currum per viam rectam, per quam antè nunquã iuerũt sine ductore seu auriga, fuit multipliciter supra naturã. Ideo fuit signum sufficiẽs, ꝙ tribulatio illa esset à Deo Israel propter arcam immissa. [Porrò Bethsamitæ metebant triticũ in valle,] quo cõstat, tẽpore messis hæc contigisse. Eratq; Bethsames vna sacerdotalium vrbium in sorte Beniamin.
Iosuę 15. Ideo autem fecerũt Philistæi vaccas trahere currum per viam ducentem ad vrbem istam, quia fortassis primitùs occurrebat egredientibus ab vrbe Philistijm, à qua arca cœpit remitti. Est
Iosuæ 19. quoq; & alia vrbs sic vocata in Nephthalim tribu. [Et eleuantes oculos, viderunt arcam, & gauisi sunt] Bethsamitæ, [cùm vidissent] arcam. [Et plaustrum venit in agrũ Iosuæ Bethsamitis,] i. ciuis præfatæ vrbis, [& stetit ibi.] quia vaccæ substiterunt ibidèm, quasi peracto suo officio, ex instinctu diuino. [Erat autem ibi lapis, & conciderunt ligna plaustri, vaccasq́ue imposuerunt super ea] i. super ligna plaustri conscissa in frusta, [holocaustum domino.] i. ad offerendum carnes vaccarum illarum Deo in holocaustum, quod ignis lignorum illorum vorauit. [Leuitæ autem deposuerunt arcam Dei] de plaustro, antequam plaustrũ concidebatur, [& capsellam quæ erat iuxta eã, in qua erãt vasa aurea,] i. præfata simulacra anorum ac murium, quæ (vt ex isto loco apparet) concaua erant, ita quòd aliquid poterant continere, propter quod (iuxta proprietatem Hebræi sermonis) vasa dicuntur, Etenim vasa vocant Hebræi, omnia quæ sunt alicuius rei contentiua, Quidam tamen per vasa aurea intelligunt vasa huiusmodi, in quibus (vt dicunt) positi erant ani, muresq́; aurei, quod non est idoneè dictum, quia in textu paulò antè habetur: Tolletis arcam & vasa aurea, quæ exoluistis ei pro delicto. [& posue-
Genes. 15. runt] arcam atq; capsellam [super lapidem grandem,] qui (secundum Iudæorum fabulas) fuit
Genes. 22. ara olim constructa ab Abraham, qui (vt in Genesi legitur) in pluribus locis ædificauit altaria. [Viri autem Bethsamitæ] scilicet sacerdotes vrbis illius sacerdotalis, [obtulerunt holocausta,] scilicet vaccas prædictas, aut etiam sacrificia alia. Nam subditur: [& immolauerunt victimas in illa die dño] pro gratiarum actione, ꝙ arcam tam miraculosè & gloriosè reduxit. Vndè & ligna plaustri ac vaccas, in quibus fecit Deus prodigia illa, conuerterunt in Dei honorẽ, i. in holocausti materiam & inflammationem, tanquam quæ Deo iam fuerunt quodammodò consecrata. [Et quinque satrapæ Philistinorum] cum famulis suis [viderunt,] ista & mirabilia memorata, [& reuersi sunt in Accaron in die illa,] certificati ex istis prodigijs, ꝙ eorum plaga fuit à Deo. Credendum quoque videtur, ꝙ Philistæi his gestis fuerunt sanati. [Hi sunt aũt ani aurei, quos reddiderũt Philistęi pro delicto suo.] Hic exprimuntur quinq; vrbes pcipuę, quarum quælibet dedit aureum anum vnum. [Azotus vnũ, Gaza vnum, Ascalõ vnum, Geth vnũ, Accarõ vnum.] De numero quoq; murium aureorum subiungitur: [Et mures aureos] exoluerunt [secundum numerum vrbium Philistijm quinq; prouinciarũ,] i. quinq; aureos mures, secundum quod quinq; erãt metropoles, [ab vrbe murata vsq; ad villam quæ erat absq; muro.]
Isidorus Hoc tripliciter explanatur. Primò, ꝙ erant tantùm quinq; vrbes Philistinorum, & ideo tantum
Petr. Con. quinq; mures aureos esse oblatos. Isidorus verò & magister in historijs dicunt oppositum, ad-
hist. lib. re- ijcientes, ꝙ erant quinq; præcipuæ vrbes, & aliæ minùs principales, quarum vna (vt infrà ha-
gum ca. 7.
I. Regum 7. betur) Siceleg fuit. Ideo dicunt, ꝙ vnaquæq; principalium ciuitatum illarum, obtulit tam aureum anum q̃ aureum murem. Cæteræ solùm aureos mures. Tertij dicunt, ꝙ solùm offerebantur quinque aurei ani & totidem mures, & ꝙ cæteræ vrbes seu villæ adiacentes, pro expensis contribuerunt. [& vsq; ad Abel magnum] i. lapidem magnum, de quo iam suprà dictum est, Hoc additur, ad monstrandum ꝙ vrbes & villæ Philistinorum, porrigebantur vsque ad lapidem illum ex vna parte. Abel autem interpretatur, luctus: ideo lapis seu locus ille vocatus est Abel, quoniam paulò pòst fuit ibidèm luctus ingens, propter eorum qui arcam viderunt, occisionẽ. Alij dicunt, per Abel magnum, intelligi oppidum Bethsames, quod secundum eos dictum est posteà Abel, ob luctum præfatum: quod non videtur, quia subiungitur, [super quem posuerunt arcam domini, qui erat vsque in illa die in agro Iosuę Bethsamitis:] in cuius agro non erat sita vrbs illa, sed lapis pręfatus. [Percussit autem dñs de viris Bethsamitis] quosdam, [eo quòd vidissent arcam dñi] nudam & discoopertam, secundum quod Philistæi eam remisisse creduntur: & sic arcam aspicere, prohibitum fuit, non solum vndecim tribubus, sed
Numer. 4. & Leuitis sub pœna mortis. [& percussit de populo septuaginta viros.] Hoc, vt recitat Lyra, etiam Hebræi exponunt sic, quod solùm septuaginta viri fuerunt percussi, qui erant tantæ reputationis, ꝙ equiparabantur septuaginta millibus de plebeijs, iuxta quem modum dicitur ad Dauid infrà secundò Regum: Tu vnus pro decem millibus computaris. Principales enĩ de populo percussi fuerũt, quia debebant populum ordinare & præcauere de prædictis offensis. Sed huic expositioni obuiare videtur series literæ, in qua apertissimè quasi de diuersis narratur, quod dñs percussit de populo septuaginta viros. [& quinquaginta millia plebis.] Pręterea ad sacerdotes & Leuitas præcipuè pertinebat, instruere populum de necessarijs ad salutem & spũalibus rebus. Si ergo principales ex populo, vt optimates & iudices, percussi fuissent, quia populũ nõ cõpescuerũt ab intuitu arcæ, videtur ꝙ sacerdotes & Leuitæ psertim pcussi fuissent
pro

pro illo vulgi peccato. Magister quoq; in historijs & alij expositores solennes aliter tenent, & literam sicut iacet exponunt. Itaq; aduertendum, quòd arcam dimiserunt satis diu sub dio, & magis diu q̃ licuit: propter quod populus Israel vndiq; copiosissimè concurrebat, & multi ex curiositate arcam intuebantur, contra illud Numerorũ: Alij nulla curiositate videant quę sunt in sanctuario, priusquàm inuoluantur: alioquin morientur. Quanuis aũt peccata subditorũ superioribus imputentur, non tamẽ sic, quin & ipsis subditis, qui & pro ꝓprijs puniuntur excessib⁹: nec ignorantia iuris diuini, quod quis scire tenetur, putà diuina pręcepta, excusat. Insuper Lyra scribit, quòd vna causa pcussionis populi fuit, quia holocaustũ indebitè offerebant, offerendo vaccas in holocaustũ, cùm tñ in Leuitico iusserit dñs, vt non nisi masculus offerretur in holocaustũ. Si autem illa fuisset causa percussionis prætactæ, videtur omninò, quòd sacerdotes qui hoc fecerũt, fuissent percussi. Idcircò iuxta prætacta magis apparet, quòd ex dispensatione seu inspiratione diuina obtulerunt vaccas illas in holocaustum, sicut & sacrificabant ibi in agro extra tabernaculum & altare. Nam vaccæ illæ per mirabilia Dei in eis ostẽsa, erãt Deo quodãmodo consecratæ, & ei tantummodò offerendę, nec sumptę erant ex pecoribus Israeliticæ plebis. [Luxitq; populus] residuus. [eo quòd percussit dñs plebem plaga magna.] Quę autem fuerit plaga illa, nescitur. [Et dixerunt viri Bethsamitę: Quis poterit stare in cõspectu dñi Dei sancti huius?] quasi dicant, tanta est districtio diuinæ iustitiæ, quod metuendũ est in eius pręsentia apparere, atq; difficile ei placere, & eius percussionem euadere, iuxta quem sensum scriptũ est in Iosuæ libro: Non poteritis seruire dño. Deus em̃ sanct⁹ & fortis æmulator est, & non ignoscet sceleribus vestris. [Et ad quem ascendet à nobis?] i. quis tãtæ virtutis inuenietur, qui dignus sit eã suscipere? [Miseruntq; nuncios ad habitatores Cariath Iarim,] quæ erat vrbs famosa & fortis, [dicẽtes: Reduxerunt Philistijm arcam dñi. Sed cur non remiserunt eam in Silo ad tabernaculũ domini? Forsitan intendebant ꝙ posteà illuc deduceretur. [descendite, & reducite eam ad vos.] ¶ Quęritur circa prædicta, quo spiritu sacerdotes & diuini Philistinorum, dederunt tam sanũ consiliũ de modo remittendi arcam ad populum Israel? Ad quod quidam respondẽt, ꝙ ex instigatione, reuelationeq; dęmonum, quos etiam dicunt diuinitùs compulsos ad dandum diuinis tale responsum, quemadmodũ sępè leguntur dęmones propalasse virtutes sanctorũ. Porrò sanctus Hieronym⁹ in quibusdam locis videtur sentire, ꝙ sicut Balaam, ita & isti ex spiritu Dei bono fuerũt inspirati ad ista dicenda. Nam prophetia & secretorum reuelatio, sunt dona gratiæ gratis datæ, quę bonis & malis communia sunt. ¶ Iterum quæritur, Cùm arca fuerit res prorsus inanimata, cur propter eius intuitũ tam grauiter cæsus est populus: Et respondendũ, quòd Deus sub pœna mortis ꝓhibuit nõ solùm aspectũ arcę nudę, sed & aliorum quę in tabernaculo erant, ad cõmendandum dignitatem sacerdotalis officij, & præsertim propter mysticas significationes spiritualesq; rationes, super librum Numerorũ expressas. Arca aũt fuit figura humanitatis Christi & sacramẽtũ altaris, quę nõ sunt nisi cum debita reuerentia aspicienda ¶ Rursus quæri potest, Cur Philistæi percussi non sunt, quia arcam viderunt nudam: Respondetur, quia non fuit eis prohibitum, quoniam lex eis data non fuit. Vndè ad Romanos ait. Apostolus: Scimus quia quæcũq; lex loquitur, his qui in lege sunt, loquitur. Etenim hi quibus lex data est, per legem iudicant.

Pet. Co. hi. sto. lib. 1. regum. ca. 7. — Numer. 4. — Iosuæ 24. — Leuitic. 1. — Hierony. Nu. 23, 24. — Num. 4. — Roman. 11.

¶ *De spiritali eiusdem cap. VI. intellectu.* Artic. 13.

PEr terram Philistinorum, designatur gentilitas: per arcã, Christus sapiẽtia patris. Fuit itaque Christus septem mensibus, id est, multo tempore euangelicæ legis in terra gentilium. Durante etenim persequutione ecclesiæ, fideles & infideles passim habitabãt commixtìm. Cumque perfidi, & tyranni Christum in suis membris irreuerenter tractarẽt atq; crudeliter persequerentur, fiebat frequenter, quòd impij illi à Deo subitaneis ac letalib⁹ plagis terribiliter cædebantur, ita quòd territi, à Christianorũ persequutione quandoq; ad temp⁹ cessabant, & arcam mittebant de loco ad locum, Christianos pellendo de vrbe in vrbem, quos tandem victi dimiserunt in pace: imò innumerabiles ex eis conuersi, munera Deo Christianorum immolauerunt. [Feceruntque similitudines anorum suorum] id est, inquinamenta & vitia sua per inhonestiora membra commissa, humiliter confitebantur. Denique ex isto, quòd Philistæi fecerunt & obtulerunt similitudines membrorum, in quibus erant plagati, & bestiarum per quas puniebantur: videtur mos inoleuisse, quòd hi qui cruciantur in manu, pede aut alio membro, offerant talium membrorum similitudines cereas, aureas siue argenteas omnipotenti. ¶ Ampliùs, per plaustrum nouum, in quo arca remissa est, intelligi potest cor spiritaliter innouatum seu reformatum, vel homo perfectus, qui exemplis suis, meritis & precibus alios secum defert ad regnum cæleste, Deum quoq; portat in se, ita vt ei valeat dici, quod Helisæus dixit Heliæ, & rex Israel Helisæo: Pater mi, currus Israel & auriga eius. Talia plaustra Christum portant de loco & populo vno ad alium, qui & ingratis ac induratis relictis, ad dociles reuertuntur: quod deuotissimis prædicatoribus ac prælatis potissimum competit, quibus multos lucrifacientibus competit illud in Psa. 47. Currus Dei decem milli-

1. Cor. 1. — 4. Reg. 2. — 4. Regu. 13.

millibus multiplex. Huic plaustro duæ vaccæ fœtæ iunguntur, quib9 nondum impositum fuit
Roman. 8. iugum: per quas intelliguntur fideles personæ, virtuosis actibus fœcundatæ, qui iugo iniquitatis ac dæmonum subijci renuerunt, & viris præfatis cooperantur in bonis, & ipsos trahunt ad diuersos hinc inde visitandos ac instruendos. Hæ personæ gradiuntur per rectam ac regiam viam, & omni sensuali affectu ad propinquos aut prolem relicto, naturali quoque amore charitati subiecto, euangelica implent consilia, parentes, sobolem, consanguineos, coniugem
Matth. 19. deserendo, quatenus Deo liberiori, stabiliori, puriorique mente intenti sint, de quibus in
Deut. 33. Deuteronomio legitur dictum figuraliter: Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum. Per-
Matth. 7. gunt itaque per viam quæ ducit Bethsames, hoc est, per arctam viam salutis quæ ducit ad do-
2. Corin. 5. mum, non manufactam, æternam in cælis, in qua sol intelligentiæ atque iustitiæ clarè & incessabiliter cernitur ac laudatur, iuxta illud psalmi: Beati qui habitant in domo tua domine, in
Psal. 83. secula seculorum laudabunt te. Siquidem Bethsames interpretatur, domus solis, mugiuntque pergendo, sua ac proximorum peccata plangendo, cum gemitu deprecando, ad patriam & vi-
Roman. 7. sionem Dei beatificam aspirando, iuxta illud beati Apostoli: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quo affectu cecinit & Propheta: Heu mihi quia incolatus me-
Psalm. 119. Psalm. 41. us prolongatus est. Et item: Sitiuit anima mea ad Deum fortem vnum. Hi itaque in capsella, hoc est, in conscientia humili vel pœnitentia salutari, custodiunt & reponunt bona quæ operantur. [Porrò Bethsamitæ metebant triticum in valle,] Per Bethsames designatur non solum
1. Corin. 3. triumphans ecclesia, in qua sol iustitiæ facie ad faciem lucet atque conspicitur, sed militans quoque ecclesia, in qua per gratiam & virtutes, per fidem & sapientiam contemplatur & colitur. Sicque Bethsamitæ non solum sunt ciues cælestis Hierusalem, sed & filij militantis ecclesiæ, qui in valle hac lachrymarum & humilitatis decliuitate triticum metunt, hoc est, virtutum opera & fructus spiritus intra se colligunt, vt diuites fiant in operibus bonis, qui oculos cordis eleuando, Christum dominum sibi gratiosè aduenientem intuentur, & super hoc gloriantur: qui plaustrum concidũt, in frusta, & vaccas desupèr ponunt in holocaustum, dum seipsos per contritionem & deuotionem totaliter diuino mancipant cultui, nihil sui relinquẽtes sibimetipsis, atq; ad idem agendum suos inducunt discipulos & subiectos. [Erat aũt ibi la-
Psalm. 17. pis magnus.] Per quem cordis constantia, aut fidei fundamentũ, aut dñs ipse, cui ait Psalmista,
2. Reg. 22. Dñs petra mea: potest intelligi, cui debet omne op9 bonum inniti atq; imponi, ne deijciatur,
Matthæi 7. quatenus qui bona exequimur, viro cõparemur sapienti, qui domum suam ædificauit supra petrã, ita vt nec venti aduersitatum, nec flumina tentationum, nec impetus passionum aut vitiorum potuerint eam deijcere. [Et quinq; satrapæ Philistinorum viderũt, & reuersi sunt die illa in Accaron.] Per quinque satrapas istos, ritè designantur filij seculi, nobiles & potentes secundum carnem, delectationibus quinq; sensuum dediti, qui etsi audiant verba Dei, videantque exempla iustorum, & miracula omnipotentis agnoscant, rarò tamen & pauci conuertun-
1. Corin. 1. tur ad dominũ. Propter quod ait Apostolus: Videte vocationem vestram fratres, quia non multi potentes, non multi nobiles, non multi sapientes secundum carnem sunt inter vos. [Percussit autem dominus de viris Bethsamitis, eo quod vidissent arcam domini.] Per hoc præfiguratũ cognoscitur, quòd hi qui sacramentum eucharistiæ irreuerenter intuentur aut sumũt, aut Christum præsumptuosè contemplari attentant, aut fidei secreta curiosè rimantur, percuti ac perirè merentur: quod in multis hæresiarchis, qui per septuaginta viros exprimuntur, & in illorum infelicibus discipulis, qui per quinquaginta millia figurati sunt, videmus impletum: qui olim fuerunt in ecclesia tanquam filij & ministri ac membra, sicut ait sanctus
1. Iohan. 2. Ioannes in prima sua canonica: In nobis erant, sed non erant ex nobis. Frequenter quoq; contingit quòd ecclesiastici viri notabiliter virtuosi, & in dño spiritaliter gloriati, repentè vana
Deuter. 4. gloria impugnentur ac polluantur, & quadam spiritali elatione labantur. Ideo castigantur à
Prouer. 4. domino in præsenti, ne pereant in futuro. Nam & impijssima & callidissima illa vulpecula inanis gloria, seu spiritalis superbia, in spiritalium charismatum affluentia periculosius insidiatur, irrepit & maculat: propter quod iugi & timorata cordis custodia opus est incessanter. [Luxitq; populus,] quia deuoti & charitatiui aliorum deplorant ruinam, & simul de proprio casu suspecti sunt. [dixeruntq; viri Bethsamitæ &c.] quia ex propriæ deiectionis experientia pensant, quàm difficile sit iugiter in via iustitiæ perseuerare, vndè & alios exhortantur ad spiritualem cautelam & ad perfectionis constantiam, à qua dolent se corruisse.

Expositio capituli septimi, Venerunt ergo viri Cariath Iarim, & reduxerunt arcam domini, &c. Articulus 14.

Reformatio Israelitici populi facta per Samuelem, & illorum ad meliorẽ statũ reductio, hic narratur. Nempe vt Salomon protestatur, cùm defecerit propheta, populus corruet.
Prouer. 11. Sic econtra, cùm propheta affuerit, populus surget, nisi fortè obstinatus, incorrigibilisq; consistat. [Venerunt ergo viri Cariath iarim] i. habitatores principalis vrbis illius, [& rèduxerũt ar-

cam

cam dñi.]Credendũ videtur,ꝙ sacerdotes seu Leuitæ,iuxta legis pceptum, portauerint eã in vectibus super humeros suos.[& intulerũt eam in domum *Abinadab]qui erat vir iustus & tã famosæ virtutis,ꝙ præ cæteris reputauerũt eum dignum psentia hospitationeq; arcæ, & fuit sacerdos[in Gabaa.]Istud quod dicitur hîc,ꝙ intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa, aliq dicunt non fuisse tunc factum,quos sequitur Lyra:Hoc,inquiens,non fuit factum statìm, sedper magnũ tẽpus pòst,qa per aliquod tẽpus arca fuit in Cariathiarim, & indè translata fuit in Maspha, & indè in Galgala,vt dicitur in libr. de Hebraicis quæst. & posteà translata fuit in Nobe,deindè in Gabaa,vt dicitur hîc.Sed istud non videtur textui consonare, qm̃ de eisdem viris & sub eodem contextu hîc legitur,Venerunt viri Chariathiarim,& reduxerunt arcã dñi, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: quod totum videtur hic dici de eadem arcæ translatione. Deniq; non apparet,ꝙ tot intermedijs translationibus omisis, scriptura ista loquatur de translatione arcę in oppidum Gabaa,post descriptionẽ translationis eius de Beth sames in Chariathiarim.Hi quoq; q eam reportauerũt in Chariathiarim,diu fuerũt defuncti, antequam arca fuit translata in oppidũ Gabaa:ideo de eis istud non verificatur. Potiùs igitur reor,ꝙ Gabaa non sit hoc loco nomen ciuitatis,de qua fuit Saul:sed iuxta interpretationem suam,designat excelsum seu collem,qa in loco eminenti cõstituerunt arcam ,ppter reuerentiã eius,iuxta quem modum in Euang.Mat.2.fertur: Vox in Rama (i.in excelso) audita est, ita ꝙ Rama non sumitur ibì pro vrbe,& istud cõcordat dictis Hieronymi & Magistri in hist.vt super Paral.pleniùs est ostensum.[Eleazarũ aũt filium eius sanctificauerunt,] i. instituerunt,[vt custodiret arcam dñi.]& fortè iuxta ritum legis in Leuitico scriptum,consecrauerunt eum in sacerdotem,si antè non fuit sic consecratùs.Vel si iam erat sacerdos, hortati sunt eum, vt per continẽtiam ab vxore ad tempus,per orationes & sacrificium,exhiberet se ad custodiendũ arcam idoneum.[Et factum est,ex qua die mansit arca in Cariathiarim, multiplicati sunt dies.] i.multis diebus seu potiùs annis putà 20.annis,mansit ibidèm. Vndè subiungitur:[Erat quippe iam annus vicesimus,]i.tot anni fluxerunt interim ꝙ arca fuit illo in loco. Videtur aũt Iosephus velle,quòd arca fuit ibì vsq; ad octauum annũ regni Saulis, in quo anno octauo ipse deportauit eam secum in castra,hoc est,ad locum certaminis,vt infrà tangitur.]Et requieuit omnis Israel post dominium.]i.infra hoc tempus ad dominũ sunt conuersi,& quieuerunt in eo, adhærentes ei fideliter.Cùm enim viderent,qualiter à Philistæis erant percussi propter sua & Heli filiorumq; eius facinora,& quàm grauiter Deus plagauerat Philistæos propter arcæ præsentiam,atq; quàm miraculosè arcam reduxit, compuncti sunt, & admonitionibus Samuelis obtemperàrunt.Vndè quod dictum est,Erat quippe iam annus vicesimus,quidam exponunt, quòd tot anni fluxerunt ex eo tempore,quo post mortem Heli cœpit Samuel instruere plebem. [Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum] per plenam contritionem,obedientiam,dilectionem,[auferte deos alienos de medio vestri,Baalim & Astaroth.]Si iuxta præhabita totus populus Israel per tot annos quieuit post dominum, quid necessaria fuit exhortatio ista?vel, qualiter apud se adhuc deos alienos habebant?Ad hoc videtur dicendum,quòd quanuìs cessauerunt idola colere,adhuc tamen apud se tenuerunt simulacra.Et forsan quidam eorum nondum ex toto ab idololatria recesserunt,Totum nanque frequenter sumit varias denominationes à diuersis partibus suis,ita quòd diuersa quasi de eodem toto prolata,ad diuersas eius partes sunt referenda. [& præparate corda vestra domino,] id est, ad gratiam ac virtutes seu ad earum incrementa disponite vos,faciendo quod in vobis est,& obicem auferendo.[& seruite ei soli]seruitute latriæ,quæ soli vero Deo debetur.[& eruet vos de manu Philistijm.Abstulerunt ergo Baalim,]id est,idola Baal comminuerunt,& cultum ipsius abiecerunt,[& Astaroth,]id est,idola huiusmodi falsi dei,[& seruierunt domino soli,Dixit autem Samuel: Congregate vniuersum Israel in Maspha.]Commisit em̃ quibusdam, qui ex parte ipsius discurrerent per totam terram Israel ad denunciandum,vt cuncti ad eum venirent viri ac principales de populo. Vel commisit istud principibus tribuum. [vt orem pro vobis ad dominum.] Nónne & alibi potuit orare pro populo,etiam non præsente?Poterat vtique. Voluit tamen orare pro communitate,ea præsente & dominum inuocante,quatenùs ex multarum præsentia facierum exaudibilior esset sua oratio.Ob aliam quoq; causam populum conuocauit,videlicet ad tractandum cum eis de bono communi,atque ad renouandum pactum inter Deum & populum.Denique ad illam vrbem,scilicet Maspha,populum conuocauit: vel propter conuenientiam loci, vel quoniam vrbs illa extitit celebris,quoniam Iosue frequenter fuerat ibì.[Et conuenerunt in Maspha,hauseruntq; aquam,]Fuit etenim consuetudo Iudæis,initum fœdus cum Deo vel homine,cõfirmare per aliquod signũ vel factũ sensibile, vt patet in Iosuæ lib. & alibì sæpè. Sic & hac vice renouato fœdere,quo obligauerũt se Deo seruire, in signũ & testimonium pacti huius,aquam hauserũt,[& effuderunt in conspectu dñi:]tanq̃ ipso facto dicentes: Sic sanguis noster fundat̃,& pereat vita nr̃a,si nõ seruauerim⁹ pactũ.Itẽ ad figurandũ, ꝙ sicut aqua effusa,

Numer. 3.
* Aminadab
Hierony.
1.Regu.9.
Hieremi.31.
Hierony.
Pet.Co hi.
li.1. Re.c.7.
Lucæ 1.
Iose. lib.6.
an.iu.ca.1.
1.Regu.14.
1.Regu.4.
1.Reg.5.6.
Iosuæ 24.

non redit,ita nec ipsi ad idololatriam reuerterentur. Vel aquam haustam fuderũt,ad designandum cordium suorum effusionem coram Deo per deuotam orationem,contritionem & planctum. Nam subditur:[Et ieiunauerunt in illa die]ad impetrandum remissionẽ culparũ, [atq; dixerunt:Tibi peccauimus dñe.]& ita humiliauerunt seipsos. Propter quod aliqui dicunt,ꝙ in signum humiliationis suijpsorum,aquam fuderunt, quasi dicentes:Instar aquæ huius effu-
Pet, Co.hi. li.1.Re.c.8. sę,viles atq; inutiles sumus.Quidam,quos Scholastica hist.sequitur,dicunt,ꝙ in aqua illa fue-
Numer.5. runt maledicta congesta,quemadmodùm in aqua sacrificij zelotypiæ:quam si bibisset idololatra,labia sua sibijnuicèm inseparabiliter iungebantur. Sicq; patuit infidelitas eius. Nõnulli dixerũt,ꝙ Samuel idolum quoddã comminuit,eiusq; puluerẽ misit in aquam illã:quã bibentes,discreti sunt idololatræ ab alijs,ita quod in barbis idololatrarũ apparuit signũ impietatis
Exod.32. eorum. Cui simile est,quod in Exodo Moses fertur fecisse. [Iudicauitq; Samuel filios Israel in Maspha.]causas eorum discernendo,lites discordiasq; sedando.[Et audierunt Philistijm, ꝙ congregati essent filij Israel in Maspha,& ascenderunt satrapæ Philistinorum. [cum suis ministris[ad Israel.]i.ad impugnandum filios Israel,quos contra se congregatos suspicabantur. [Quod cũ audissent filij Israel,timuerũt à facie Philistinorũ. Dixeruntq;]filij Israel[ad Samuelem:Ne cesses clamare]i.feruenter orare[pro nobis ad dñm Deũ nr̃m,vt saluet nos de manu Philistinorũ.]q de ꝓprijs meritis non ꝓsumimus,nec de viribus nostris cõfidimus,sed te esse Dei amicũ cognoscimꝰ.[Tulit aũt Samuel agnum lactentẽ vnum & obtulit illum holocaustũ
1.Regu.2. integrũ dño.]Pręhabitũ est,ꝙ Samuel erat Leuita,non Aaronita:qualiter ergo licuit ei sacrificare,nisi ex dispensatione diuina,& necessitate vrgente,atq; vt aliq dicunt,qm̃ Icaboth filiꝰ Phinees filij Heli adhuc paruulꝰ erat.[Et clamauit Samuel ad dñm pro Israel,& exaudiuit eũ dñs. Factum est aũt,cum Samuel offerret holocaustũ dño,Philistijm iniêre ꝑlium,cõtra Israel
Iose. lib.6. Intonuit aũt dñs fragore]i.sonitu vel tonitruo[magno in die illo sup Philistijm, & exterruit
an.iu ca.2. eos:]qa(vt Iosephus tradit,& in scholast.hist.recitatur)mota est terra,& pandebant,seu pate-
Pet.Cõ.hi. libr.1. Reg. cap.8. bãt hiatus per loca,& fulgure quidam interierunt.Iuxta quem modum Deus exterruit Sisarã & exercitum,vt recitat Iosephus.[& cęsi sunt à filijs Israel. Egressiq; filij Israel de Maspha,per
Iose. lib.5. secuti sunt Philistæos,& ꝑcusserunt eos vsq; ad locũ qui erat subter Bethchar] Cęteri verò fu-
an.iu.ca.9. gerunt,quos filij Israel insequentes percusserunt. In cuius tam gratiosi ac miraculosi triumphĩ memoriale ꝑpetuũ,fecit Samuel ꝙ subditur:[Tulit aũt]i.accepit[Samuel lapidẽ vnum]grandem,[& posuit eum inter Maspa & Sen,]hoc est, in terminis inter loca seu oppida sic vocata, in loco huius victoriæ.[& vocauit nomẽ loci illius,Lapis adiutorij]ꝓpter supernaturale Dei auxilium ibì impẽsum.[Dixitq;:Hucusq; auxiliatus est nobis dñs.]hoc est, vsq; ad tẽpus istud seu vsq; ad locum hunc.Sicq; locus ille vocatus est lapis adiutorij.i.ager aut cãpus continẽs lapidẽ significatiuum & memoratiuũ auxilij,ibi desupèr dati.[Et humiliati sunt Philistijm,nec apposuerunt vltrà vt venirent in terminos Israel. Facta est itaq; manus dñi sup Philistęos]hoc est,diuina potestas eos repressit,& debilitauit, ac refrenauit ab impugnatione Israelitarum, [cũctis diebꝰ Samuelis.]i.omĩ tẽpore quo pręfuit Israeli: qa sub Samuele dño seruierũt,& ita tam meritis Samuelis,q̃ proprijs,istam aduersariorũ suorum repressionẽ sortiti sunt. [& redditæ sunt vrbes quas tulerãt Philistijm ab Israel,Israeli,ab Accaron vsq; Geth & terminos suos. Liberauitq; Israel de manu Philistinorum. Eratq; pax]tẽporis[inter Israel & Amorrhæũ.] hoc est,reliqas Amorrhęorum q adhuc morabantur in terra promissionis: quia pro tunc non
1.Regu.8. resistebant Hebręis,imò(vt aliqui dicunt)seruiebant tũc eis sub tributo.[Iudicabat quoq; Samuel Israel]hoc est,Israeliticũ populum:[cunctis diebus vitæ suæ.] Contrarium huius apparet ex sequenti cap. quoniam eo viuente præfuit Saul rex. Et respondendum, quòd Saul regnante,Samuel adhuc erat magnus in populo,& iudicauit, hoc est, iudicia Dei docuit populũ,ac in multis direxit tam regem ad tempus,q̃ multos de populo,quandiu vixit.]Et ibat per singulos annos, circumiens Bethel, & Galgala & Maspha,& iudicabat Israhelem in supradictis locis,] i. tribus vrbibus illis tunc famosis. Dicuntq; aliqui, quod Bethel erat famosa,qm̃ Iacob vidit somnium ibì, vt Genes. 28. habetur: Galgala propter secundam circuncisionem ibì factam,vt dicitur Io.5.& propter Pascha celebratũ ibidèm:Maspha,propter frequentiã Io
1.Reg.12. suæ in eadem. Et iuxta hoc,per Bethel esset in hoc loco intelligenda Hierusalem. Fuit autem & alia Bethel. Nam & Hieroboam posuit vnum aureorum vitulorum in Bethel. Itaq; in tribꝰ solennitatibus hebdomadarijs,quarum s. quælibet durauit vna hebdomada, vtpote Paschæ, Pentecostes,& Scenopegiæ,ascendebat ad oppida illa,& iudicauit plebẽ in eis. Alijs diebus ascendit ad eum populus in Ramatha, vt iudicaretur & instrueretur ab eo. Vndè subiũgitur: [Reuertebaturq;]festis illis expletis[in Ramatha]in qua natus est.[Ibi em̃ erat domꝰ eius pa
1.Regu.1. terna & hæreditaria. Leuitæ nanq; & sacerdotes habuerunt loca ꝓpria ad manendum. [& ibi iudicauit Israelem,]Infrà Samuel ait ad populum:Si de manu cuiusquam munus accepi, q.d.
1.Reg.12 non accepi:ex quo videtur,quod proprijs expensis visitauit loca pręfata ad populum iudicandum & erudiendum,quo planè exemplo repræhenduntur, qui in visitationibus grauant visita-

sitatos expensis, & sumunt ab eis munuscula, quod in iure freqũter ac districtè etiam sub pœna excõmunicationis prohibetur. [Aedificauit etiã ibi] s. in Ramatha [altare dño.] In li. Iosuæ scribitur, qualiter nouem tribus volebant ascendere ad ꝓliandum cõtra duas ac mediã trib⁹, eo ꝙ iuxta Iordanem ædificassent altare. Deute. quoq; 12. dñs iussit, vt non nisi in vno loco sacrificia fierent. Quõ igitur licuit Samueli in Ramatha altare cõstruere? Et rñdendũ, ꝙ eadem authoritate & dispensatione, qua sacrificauit cum nõ esset sacerdos, vt tactum est. Nam & Gedeõ ac Helias, q nec Leuitæ erant, sacrificasse noscuntur. Porrò quod ex Deute. allegatum est, intelligendũ est, sicut ex textu ibidèm colligitur, pro tẽpore quo dñs vrbem diuini cult⁹ determinauit, & templum seu tabernaculum Dei cum arca in vrbe illa fuerat stabiliter collocatum. Iosu.22. Iudic.6. 3.Reg.18. Deuter.12.

¶*De mystico septimi huius cap. sensu.* Articulus 15.

VEnerunt viri Cariath Iarim, & reduxerunt arcam. [Per viros illos qui ciues erãt vrbis Israeliticæ plebis, intelliguntur conuersi ex Iudaismo, qui Christum per arcam designatũ, cum reuerentia fideliter susceperũt. Per Eleazarum verò, sacerdotes qui ex lege ad Euãgelium sunt conuersi, accipiuntur, de quibus S. Lucas ait Act. 6. Multa turba sacerdotum obediebat fidei. Et Es. 61. Vos sacerdotes dñi vocabimini. de quibus & Malach. 3. ait: Erunt dño offerentes sacrificia in iustitia. Per hoc demũ quod Eleazarus sacerdos sanctificatus est, quatenùs dignus esset arcam custodire: præfiguratum est, quam puros & sanctificatos esse oporteat sacerdotes nouæ legis, q̃ Christum vnigenitum patris consecrant, offerunt, tractant, & sumunt. [Requieuit oĩs Israël post dñm.] ita & nos, relicta inquietudine vitiorum, immoderatiõe passionum, solicitudine seculari, stabiliri & conquiescere studeamus in Deo. Ipse enim est finis noster, ad quẽ semper respicere & adspirare debemus, in quo solo vera & salutaris quies consistit, & in ipso per fidem, sapientiam & virtutes desigimur. Optimum etem est, gratia & virtute cor stabiliri. Impij aũt in circuitu ambulant, qm̃ rebus vanis, caducis, variabilibus, magis q̃ summo & incommutabili bono, inhęrent: & hęc ipsa inhęsio tam inordinata, peccatum est, & agitatio mentis. Nam sicut virtutes mentem in Deo stabiliunt & quietant, sic passiones & vitia inquietam, nutantem, gyrouagã reddunt eandem, sicut Thren. 1. habetur: Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Propter quod Iob 11. dicitur: Si iniquitatem abstuleris, stabilis eris, & non timebis. Hinc quoq; Eccle. 27. fertur: Homo sanctus in sapientia manet vt sol. Nam stultus sicut luna mutatur. Porrò stultus est omnis, qui dono sapientiæ caret, & vitijs passionibusq; succumbit, in quo puerilitatis vitium regnat: quoniam sicut pueri poma & pira præferunt auro & gemmis, sic talis carnalia & caduca præponit diuinis atq; æternis. Taliumq; stultorum, iuxta Salomonem, infinitus est nũmerus. [Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum, auferte deos alienos de medio vestrùm.] Hoc vnusquisq; pręlatus & prædicator dicere debet toti congregationi, & vnicuique cui præest aut prædicat. Oportet equidem toto corde conuerti ad dominum, quem toto corde iubemur diligere, & cui præ omnibus tenemur intellectu & voluntate integraliter adhærere, qui ait Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro. De his verò qui conuertuntur ad dominum non toto corde, scriptum est Oseæ 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Hi sunt, qui Deo & seculo volunt inhærere ac cõplacere. De his quoq;, qui solo ore conuertuntur ad dominum, ipse per Esa. 29. testatur: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Similiter de his, qui solo exteriori opere videntur conuerti ad Deum, scribit Apostolus 1. Corin. 13. Si tradidero in cibos pauperum oẽs facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, imò de quibusdam talibus ait Saluator Matth. 7. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces. Et sicut ibidèm, ꝓsequitur Christus, Vestimẽta ouium sunt, ieiunium, oratio, eleemosyna: quibus, i. quorum fictis imaginibus, seductores suam celant impietatem. ¶Insupèr deos alienos auferamus de medio nostri, hoc est, vnusquisq; de corde suo tollat ac iugiter pellat oẽm affectionem vitiosam ad creata ac peritura vana phantasmata, cogitationes peruersas, inutiles phantasias. Quòd enim quis ampliùs colit & amat, quàm Deum, hoc sibi impiè efficit deum seu vltimum finẽ. [& pręparate corda vestra domino,] hoc incessanter agamus, vitando occasiones peccandi, & exteriora virtutum adminicula amplectendo, examinando quoque conscientias nostras, & quicquid in nostris est viribus faciendo, Deiq; opem assiduè inuocando, & tunc dominus copiosè iuuabit, & quod suum est, gratiosè implebit, qui ait per Hiere. 30. Quis est iste qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi? Quasi dicat, talem protinùs mihi coniungam. [Et seruite ei soli.] Qui seruit hoĩbus propter Deum, soli Deo quodammodo seruit. Quod esse agendũ docet Apostolus ad Ephes. 6. Serui, inquiens, obedite dñis carnalibus in simplicitate cordis, sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hoĩbus placentes, sed vt serui Christi, seruientes sicut dño, & non hominibus. [Abstulerunt ergo &c.] Quemadmodum filij Israel Samueli in his protinùs obedierunt, sic subditi suis prælatis & prædicatoribus debent mox optempe-

Hebr. 13. Psal. 11. Eccles. 1. Deut. 6. Matth. 22. Marc. 12. Lucæ 10.

perare.[Dixit aũt Samuel: Cógregate vniuersum Israel in Maspha.] sic maiores prælati & põtifex summus deberent opportunis & præfixis temporibus, præsertim instantibus arduis causis, synodũ conuocare, ac deuotissimè celebrare.[hauseruntq; aquam, & effuderunt in conspectu dñi.] ita & nos aquam lachrymosæ contritionis ac deuotionis hauriamus precib⁹ ex fonte diuinæ & incircunscriptibilis pietatis, patrem misericordiarum feruidè deprecantes, vt huiusmodi contritionem & deuotionem nobis conferre dignetur, & effundamus sicut aquam cor nostrum in conspectu domini Dei nostri, aut precibus nostris abstinentiam, ieiunium & humilitatem semper iungamus, dicentes ex intimo corde: Tibi peccauimus dñe. [Et audierunt Philistijm q̃ cógregegati essent filij Israel.] Sic inuisibiles hostes ꝓcipuè impugnare non cessant congregationes deuotas, & quanto diligentiùs ad profectum virtuosum nos damus, tanto inuidiosiùs & insolentiùs instant. Tunc ergo deuoti clamẽt ad dñm, & superiorum suorum, pręsertim virorum virtuosorum, imò & beatorum in patria suffragia oratiõesq; postulẽt. [Tulit aũt Samuel agnum lactenté.] Sic deuotus pastor pro sibi commissis & recommendatis celebrare debet, & patri ęterno offerre vnigenitum suum, agnum q tollit peccata mundi. Quẽadmodùm aũt Samuele sacrificante & orante, intonuit dominus magno super Philistæos fragore, sic meritis orationũ & celebrationum deuotorum sacerdotum, atq; virtute sacramenti altaris quod offerunt, Deus fugat & conterit inuisibilium hostium turbam. Tonat quoq; altissimus, dum per os efficacium ꝑdicatorum loqtur populo suo, per quod spirituales hostes vertuntur in fugam, vt Rabanus ait. [Tulit aũt Samuel lapidem vnum.] Per hunc lapidem adiutorij, inter Israelitas Philistæosq; positum, intelligitur dñs & saluator, q est lapis angularis, petra refugij, & preciosissima gemma, ac robur & fons adiutorij nostri, qui inter electos & reꝓbos stat defensor. Vndè Septuaginta transtulerunt, inter Maspha nouam & veterem. Alia quoque quędam translatio continet, inter Maspha & Siceleg. quæ sunt vrbes Philistinorum. [Facta est itaq; manus dñi super Philistæos cunctis diebus Samuelis.] Sic presidentibus viris virtuosis ac sanctis, repellũtur à subditis contrariæ potestates. Nempe qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Quo constat, quantum bonum, & q̃ præfulgidum Dei donum sit, idoneus & pastor condignus. Ideo verè ait scriptura: Rex sapiens, populi stabilimentũ est. Itemq; Multitudo sapientum, sanitas est orbis terrarum. [& redditæ sunt vrbes.] Sic virtuosus pręlat⁹ animas à dęmonibus victas, Christo reducit, & congregationes deformatas reformat, atque ab Ecclesia malignantium in ecclesiam Deo militantium multos restituit ac deducit. [Eratq; pax inter Israel & Amorrhæum.] sic boni fideles cum peccatoribus, quantùm sine offensa Dei queunt, libenter pacem habere conentur, dicente Apostolo Roman. 12. Si fieri potest, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habete. Sit etiam in vnoquoq; nostrûm pax ordinata inter Israel & Amorrhæum, hoc est, inter spm̃ rationalem diuina contemplantem, & inter carnẽ, ita q̃ corpus in cunctis promptè obediat rationi, & ratio Deo. Absit aũt à nobis pax inordinata & pessima, qua spiritus acquiescit desiderijs carnis, & ratio concupiscentijs seruit, ita q̃ fatua famula dñæ principatur. Hæc est pax inquinata, quam cum Eua habuit Adam, qñ ad Euæ suggestionem comedit fructum prohibitum. [Iudicabat quoq; Samuel Israel cunctis diebus vitæ suæ.] Sic is qui præest, omni tempore præsidentiæ suę insatigabiliter debet suum implere officium, & subditos sine personarum acceptione iudicare, corripere, corrigere, informare, sicut 2. Timoth. 4. iubet Apostolus: Prædica verbum: insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia. Hoc est contra eos, qui dum senescunt, substituunt sibi vicarios, & solicitudinem pastoralem remittunt, cùm tanto plùs deberent esse pro commissis soliciti, quanto plùs appropinquant suo fini, atq; examini iudicis summi. [Et ibat per singulos annos circumiens.] Sic omninò, sic veri episcopi, archidiaconi, abbates, & cæteri visitatores omni tempore opportuno, & in iure determinato, debẽt subditos suos, cœnobia, collegia, parochias, charitatiuè ac strenuè visitare, vitia extirpare, collapsa & deformata totis viribus reformare, bonos confirmare in bonis, & prouocare ad meliorem, præcipua quoque loca diligentiùs custodire. Sicq; reuerti ad propria, ad prouidendum proprijs suis ouilibus, atque vt ibi promptè inueniantur à cunctis, qui eorum consilio aut iudicio egent.

Threñ. 2. — Hiere. 14. — Ioan. 1. — Rabanus — Esaiæ 28. — Actor. 4. — 1. Pet. 2. — Eccle. 10. — Sapien. 6. — Ibidem. — Genes. 3.

Expositio literalis cap. 8. Factum est autem cùm senuisset Samuel &c. Art. 16.

Historia huius narrat capituli, cur & qualiter Israeliticus populus petijt præfici sibi regem, cui⁹ postulationis duplex fuit causa, vt infrà habeẽ. [Factum est aũt cùm senuisset Samuel,] ita q̃ solito more nõ potuit exercere labores in visitãdo & oĩbus seruiẽdo, ac exteriora tractãdo, quod viris sanctis onerosum est valdè, qpp e qbus dulcissimũ atq; charissimũ est, vacare diuinis, & spũalibus occupari, Propter quod Augustinus vir sanctus dixit: Mallem quotidiè aliquid manibus opari, q̃ causas & lites vestras audire & expedire. [posuit filios suos iudices super Israel,] i. constituit eos plebis Israeliticę iudices, non reges aut principes. Hoc sanctus Samuel non fecit carnali affectu, sicut nunc multi promouent suos cognatos, ne dicam & filios, ad præbendas & ecclesiasticas dignitates: sed quoniam iudicauit eos ad iudiciale officiũ verè

Augustin. — 1. Reg. 15.

verè dignos:& forsan tunc digni erant,quis post suam promotionem corrupti sint corde,quêad modùm Saul.Principatus quippe ostêdit virû,& honores mutant in multis mores. Veruntñ nô recolo me legisse quod aliquis Iudicum ante Samuelem,vel viuens sine in extremis constitutus, posuerit aliquem filiorum suorû iudicem populi, Nam vt in prima secundæ asserit Thomas, & idem dicunt Alexander de Hales,alijq; communiter,& infrà patebit,Deus elegerat sibi filios Israel in populum peculiarem & prædilectum:ideo voluit per seipsum eis præficere iudices & rectores. Vndè de iudicibus communiter scriptum est, quod dñs suscitauit eis saluatorem seu iudicem.Hinc Moses nullum filiorum suorum instituit iudicem,sed petijt sibi reuelari à dño,quem vellet sibi succedere. Vndè videtur, quod Samuel ex diuino instinctu fecerit istud,& quod filij eius primo boni fuerunt.[Fuitq; nomen filij eius primogeniti Iohel,& nomen secundi Abia,iudicum in Bersaba.]Magister in hist. ait:Cùm senuisset Samuel, posuit filios suos Iohel & Abiam,alterum in Bethel,alterum in Bersaba,vt ibi sedentes,iudicarêt populum.Quó ergo hìc dicitur,Iudicum in Bersaba,quasi ambo fuerint iudices ibi?Ad quod videtur dicendum, quod scriptura breuitati hìc studens,per expresionem vnius loci,dat alterum locû intelligi,Vel fortè succesiuè sederunt ambo in Bersaba.Iterum quæri potest,quó Magister in historijs dicat vnum eorum positum fuisse in Bethel,cùm Iosephus dicat,in Bethlehem, quod etiam Rabanus sequitur,imò & Magister præfatus circa exordium libri huius. Ad quod dicendum,quod per Bethel,intelligit in Bethlehem.Vel vitio scriptorum,pro Bethlehem, scriptû est Bethel.[Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius:]hoc est,virtutes & opera virtuosa sui patris secuti non sunt,[sed declinauerunt]à recto itinere[post auaritiam,]illam sectando, quod iudicibus summè vitandum est. [acceperuntq; munera] intentione sinistra,[& peruerterunt iudicium.]hoc est,iniustè iudicauerunt scienter ad côplacendum his,à quibus munera acceperunt.Contra quod scriptum est Ex.23.Non accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes,& subuertunt verba iustorum.Porrò iudex debet esse quasi animata iustitia,& tanquã lex viua,vt nec amore,nec odio, nec cupiditate,nec timore,nec aliquo modo ab æquitate & veritate discedat.Et quocunq; modo contrarium fecerit, ad satisfactionem seu restitutionem tenetur his,quibus impiè iudicãdo damnum aut molestiam infert.[Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel,venerunt ad Samuelem in Ramatha,dixeruntq; ei] Samueli:[Eccè tu senuisti,& filij tui non ambulant in vijs tuis.] hoc est, rectitudinem iudiciorum operumq; tuorum non imitantur.[Constitue nobis regem,vt iudicet nos,sicut & vniuersæ habêt nationes.] i.cæteræ gentes communiter,vel quædam de oîbus.Si nobiliores isti,iuxta Euangelicę sapientię documenta,primò admonuissent iudices illos,vel patri eorum denunciassent,vt filios suos corriperet,consultiùs processissent.Nunc aût statim processerunt ad depositiones illorû.[Displicuitq; sermo in oculis]hoc est,in intellectu & ratione seu sapientia[Samuelis,eo quod dixissent,da nobis regem,vt iudicet nos.] & non potiùs,corrige filios tuos,vt iustè se habeât. Displicuit ergo illa petitio Samueli, non ex ambitione, sed æquitate & amore ad bonû cômune, quia sciebat populo potiùs expedire quod regeretur per iudices,& quoniam sciuit, quod Deus sibi retinuit regale atq; monarchicû regimen populi huius. ¶Insupèr displicuit Samueli,quod voluerunt gentibus conformari, instar gentiû regem habendo, quasi non regerentur excellentiori modo à Deo,quã gentes.Displicuit quoq; sancto viro suorum peruersitas filirum.[Et orauit Samuel ad dñm,vt ei reuelaret quid sibi esset agendum.[Dixit aût dñs ad Samuel: Audi vocem populi in oîbus quæ loquuntur tibi]de ista materia,i.præfice eis regem. Si peccauerunt regem petêdo,cur dominus iussit satisfieri eorum petitioni? Respondetur, quod Deus iusto iudicio istud permisit siue mandauit,in pœnam & humiliationem superbientium,& quoniam regem habere non erat malum in se,& quia ex adimpletione petitionis illorum,seu regum institutione, decreuerat multa bona elicere.Nam & per Iacob patriarcham prædixit reges ex tribu Iuda nascituros,Gene.49.Ad Abraham quoq;:Reges,inquit,egredientur ex te. Vndè quod dñs dixit, Audi vocem eorum:quasi iratus,locutus est.[Non enim te abieceruut,sed me.]i. non te solùm aut principaliter,sed me qui hucusq; fui eorum rex, & de vicario regiminis mei eis prouidi. iudices suscitando.Idcircò oportet patientiam te habere. Quanuìs aût Samuel filios suos instituit iudices,dicuntur tamen filij Israel uum abiecisse,quia eum in suis filijs abiecerunt, vel quia adhuc mansit iudex supremus in populo illo,ita quod ad eû fiebat in maioribus & dubijs causis recursus.Nam super illud,Cùm senuisset,loquitur Glossa:Aetate & curis grauatus,solênia non poterat celebrare iudicia.[ne regnem super eos.] per meipsum circa eos exercendo prouidentiam regiam.Nam secundum doctores,ipsi iudices non habebant super populum aliquid prælaticæ authoritatis aut iuris,nisi quod populus Israel in tribulationibus suis vtebatur illorum consilio aut prudentia, prout de hoc super librum Iudicum pleniùs recolo dictum. Sic igitur abiecerunt me & te,[iuxta oîa opera sua,quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Aegypto,vsq; ad diem hanc.]hoc est,sicut & ipsi & patres eorum frequenter se malè habuerût, à têpore egresionis eorum ex Aegyto vsq; in præsens,sic & in isto malè egerunt.Itaq; nô est intel ligen-

Marginal notes: Deuter.7. | Iudicu.3. | Deuter.18. | Pet.Co.hi. li.1.Re.c.9 | Iose. lib.6. a.Iu.cap.3. | Rabanus | Pet.Co.his li.1.Re.c.2. | Matth.18. | Genes.17.

ligendum, quod isti de quibus hæc dicebantur, fuerũt de Aegypto educti, nisi in lumbis patrũ suorum. Vel quod omnibus actibus suis interim peccauerunt, cùm & præcedenti cap. multa bona de istis conscripta sint. [Sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis] interdum, non semper, [sic faciunt etiam tibi.] hoc est, ingrati sunt tibi, & præsidentiam tuam abijciunt, sicut mihi fuerunt ingrati, & meam gubernationem dereliquerunt, subdentes se alienorum damnationi deorum. Eccè quàm piè & dignantissimè loquitur Deus maiestatis immẽsæ, ad labilem atq; ex se fragilem creaturam, se comparans homini. [Nunc ergo vocem eorum audi. Vñ contestare] i. cum protestatione certifica [eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus est super eos. Dixit itaq; Samuel oĩa verba domini ad populum, qui à se petierat regem, & ait] hoc Samuel populo: [Hoc erit ius regis q imperaturus est vobis, filios vestros tollet & ponet in curribus suis,] hoc est, faciet eos aurigas quadrigarum suarum, [facietq; sibi equites,] i. quosdã filiorum vestrorum faciet esse equites suos, [&] quosdam [pcursores quadrigarum suarum, & constituet sibi] ex eis [tribunos,] qui psunt mille viris, [& centuriones,] ita quod oportebit eos patère assiduis prœliorum periculis, sicq; dignitati eorum erũt annexa onera grauia. [& aratores agrorum, & messores segetum, & fabros armorum & curruũ suorum. Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias & focarias,] hoc est, vnguentorum paratrices & coctrices, [& panificas] i. panum factrices. [Agros quoq; vestros & vineas, & oliua optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras & vinearum redditus addecimabit:] hoc est, ad decimam accapiet, [vt det eunuchis] i. custodibus lecti sui aut puellarum, [& famulis suis. Seruos etiam vestros & ancillas & iuuenes optimos & asinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoq; vestros addecimabit, vosq; eritis ei serui.] ¶ Circa hæc arguit Thomas in prima secundæ, q̃stione 105. Sicut regnum est optimum regimen, ita tyrannis est pessima curruptio regiminis. sed dñs regem instituendo, instituit ius tyrannicum. Dicitur eñi 1. Reg: Hoc erit ius regis q imperaturus est vobis, Filios vestros tollet. Ad idem doctor respondet: Ius illud non determinatur regi ex institutione diuina, sed magis pnunciatur ibì vsurpatio regum, qui sibi constituunt ius iniquum, in tyrannidem degenerantes, & subditos deprædantes, quod patet per hoc, quod in fine subiungitur, Vosq; eritis ei serui. quod propriè ad tyrannidem pertinet, quia tyranni suis subditis principantur vt seruis. Vndè ista dicebat Samuel ad deterrendum eos, ne peterent regem. Nam sequitur: Noluit autem populus audire vocem Samuelis. Veruntamen potest contingere, quod etiã bonus rex absq; tyrannide filios subditorum tollat, & constituat tribunos & centuriones, & multa à subditis suis accipiat ad procurandum bonum commune. Hæc Thomas. Hinc dicunt & alij, quod quædam sunt de iure regis in necessitate constituti, quæ non sunt de iure eius extra casum necessitatis, imò tunc ad tyrannidem pertinerent. Prædicta ergo omnia possunt in necessitate ad ius regis spectare, quia in tali casu sunt regis seu principis ad vtendum, & disponendum de eis secundum exigentiam boni communis. Si verò rex aut princeps modo prætacto vtatur bonis ac sobole subditorum, extra necessitatis articulum, putà ad proprium commodum, tyrannicum est. ¶ Insupèr aduertendum, quod duplex est dñatio: Vna videlicet naturalis & ordinata, qua quis alijs preest ad illorum profectum & vtilitatem, q̃ dominatio etiam quædam seruitus appellatur, inquantùm ad inferiorum commodum, non ad emolumentum proprium, ordinatur, Hæc tamẽ est seruitus administrationis & prælationis ac dignitatis, secundum quam summus prælatus ecclesiæ, vocat se seruum seruorum. Alia est dominatio innaturalis, inordinata, & quodammodò violenta, qua quis alijs præsidet solùm ad commodum suum, quæ est tyrannis. Veruntamẽ inter has duas est dñatio quædam media, quæ q̃uis ordinetur ad commodum dñantis, tñ hoc ipsum fit sine iniuria seruientis, imò cum vtilitate & mercedè ipsius. Itaq; etiam subditi regis virtuosi, sunt serui ipsius seruitute ordinatæ subiectionis, & etiam casti timoris atq; spontaneæ voluntatis. [Et clamabitis in die illa à facie regis vestri, quem elegistis vobis,] hoc est, à rege tali liberari petetis, propter pressuras & præfatas iniurias quas inferet vobis, [& non exaudiet vos dominus in die illa] in prætacta petitione, quia inobedientiam vestram puniet, [quia petistis vobis regem. Noluit aũt populus audire vocem Samuelis,] i. admonitioni qua hortatus est eos, vt cessarent petere regem, acquescere noluerunt. [sed dixerunt: Nequaquàm] i. nullo modo succedet nobis tam malè cum rege, vt comminaris. Vel nequaquam obtemperabimus tibi in hac tua persuasione. Vel, nequaquam clamabimus à facie regis nostri, nec omittet dñs nos exaudire, eo quod petierimus regem. [Rex eñ erit super nos, & erimus nos quoq; sicut omnes gentes.] q. d. inferiores & viliores esse videmur cæteris gentibus, qm̃ non habemus regem seu principem tantæ dignitatis, vt illæ, sed solùm iudicem & rectorem consiliatiuum. [& iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiuit Samuel oĩa verba populi, & locut⁹ est ea in aurib⁹ dñi. Dixit aũt dñs ad Samuelem: Audi vocem eorum, & cõstitue sup eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel: Vadat vnusqsque in ciuitatẽ suã.] hoc est, ad propria reuertamini, patientiamq; habete, quousq; dñs mihi reuelet quẽ ipse velit vobis regem creari. Quamuis eñ Deus à principio non instituit eis regem, attamen circa regẽ instituẽdum

dum duo instituit. Primùm, vt in eius electione expectarét iudicium Dei, iuxta illud Deut. 17. Eum constitues regé, quem dñs Deus elegerit. Secundû fuit, vt non facerent sibi regem alterius gentis, Propter quod subditur ibi Deu. 17. De medio fratrum tuorû. ¶ Moraliter docemur ex isto cap. quã detestanda sit in iudicibus oĩs auaritia, & quanta ex ea sequantur peccata: quia vt ait Gloss., pro munere facit iustitiã opprimi, & ad epulas ac preciosa conuiuia ab alijs pręparata inducit, imò gignit dolos, mendacia, periuria, inuiscerositatem, testimonia falsa, innocentium oppresionem, & innumerabilia mala. Patet quoque ex dictis, quam periculosum & malum existat in subditis, immansio proprij sensus, nec superioris sui sanis obtemperare consilijs. Itèm, ꝙ serui Dei non debent velle assimilari filijs & amatoribus seculi. Et rursus ex ꝓhabitis innotescit, ꝙ Deus interdum exaudit petitiones malorum in pœnam eorum, exaudiens eos ad votum, non ad salutẽ. Idcircò in his, de quibus sumus incerti, an sint ꝓ nostra salute, debemus sic dominum inuocare, vt ejus moderamini sapientissimo atq; pijssimo committamus ipsam precum nostrarum exauditionem, inquantùm expediat nostræ saluti exauditio ipsa: & hoc est cum conditione saltem implicita exorare. ¶ Circa capitulû hoc q̃ritur, an populus Israel peccauit postulando regem. & apparet ꝙ non, q̃a secundû philosophum tertio Politicorû, regimẽ monarchicû seu regale, quo vnus toti multitudini principatur, est optimum: ergo hoc petere, non est culpa. Insupèr dñs dedit formã & modum petendi regem, dicẽdo: Cùm ingressus fueris terram, & dixeris, Cõstituã super me regem, eum constitues quem dñs elegerit. Oppositum tñ huius patet ex dictis, atq; ex eo quod infrà habetur: Scietis q̃a grande malû feceritis in conspectu dñi, petentes super vos regem. Ad hanc questionem Lyra ex verbis S. Thomę rñdet. Filij Israel peccauerunt regem petendo, qm̃ Deus elegit sibi filios Israel in populum peculiarem & specialem, ideo voluit esse immediatus rex plebis illius, ꝓpter quod legem dedit ei in monte Sinai per seipsum, i. per angelû in persona ipsius loquẽtem, & non per hominem mediatorem. Hinc voluit hoĩes gubernatores populi illius institui à se immediato, tanq̃ vicarios suos, non tanq̃ reges & dños, vt patet de Mose & Iosue, & de iudicibus sequentibus, de q̃bus Iud. 3. legitur: Suscitauit dñs illum aut illum: & ideo filij Israel fecerunt contra ordinationem Dei, petendo super se regem hoĩem mortalem. Dicendum ergo ad primû obiectum, ꝙ si gubernatio regis est optima, ergo optimum est habere Deum regem immediatè. Ad aliud rñdendû, ꝙ verba illa Dei de rege constituendo, fuerunt permissio, non concessio ꝓpriè dicta. Sed cõtra hęc scribit Rabbi Paulus, dicendo: Institutio regis in aliquo populo, nõ tollit immediatam gubernationẽ Dei ab eis. Stat em̃ ꝙ Deus sit immediatus rex alicuius populi, ipsum in principalibꝰ per se regendo, & tñ populus ille habeat regem hoĩem, vt patet de populo Chrĩano. ¶ Deniq; populus Christianus nõ est minus peculiaris & specialis populus Dei, q̃ olim populus Hebræorum: sed longè plus, iuxta illud 1. Pe. 2. Vos aût genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. Et tñ populus Christianus gubernatur per hoĩes reges. ¶ Insupèr Deus dedit populo Christiano legem, non per angelum in sua persona apparentem, sed per seipsum in humanitate assumpta: ergo magis est peculiaris populus Dei, q populus Israel. Et tamen competit sibi regi per reges. Amplius, si filij Israel peccauerunt regem petendo, ergo perseuerassent semper in illo peccato, durante regimine regio. Propter has rationes Paulus dicit, ꝙ populus Israel non peccauit, regem petendo, sed quia petierunt regẽ aliter, q̃ eis fuit concessum. Nam petierunt regem qui eis ꝑesset cum plenaria potestate, ita ꝙ esset absolutus à legibus. Non em̃ solùm postulabant esse sub rege modo eis concesso à Deo, videlicet q eis ꝑesset secundû Dei ꝑcepta, sed vt rex iudicaret eos eo modo, quo reges gentilium cõmuniter iudicabãt eos absq; limitatione potestatis, & absq; refrenatione appetitus. Ista rñsio Rabbi Pauli, nullius videtur valoris. Nulla em̃ gens in mûdo tam fatua fuit aut est, quæ cupiat talem habere regem, q regat eos absq; limitatione potestatis, & absq; refrenatione appetitus, cum hoc sit tyrannicè gubernari, imò Romani & alij multi gentiles interfecerunt aut eiecerunt reges suos se ita habentes. Dicendû ergo, ꝙ populus Israel peccauit regem petendo. Nam & super illud Deu. 7. Eum cõstitues &c. loquitur Augustinus: Cur populus Israel Deo displicuit regem petendo, cum hoc fuerit eis permissum: Sed intelligendû est, non hoc fuisse secundû voluntatem Dei q id fieri non præcepit, sed desiderantibus permisit. Glossa etiam super illud, Constitues, ait: Permittit, non committit. ¶ Prætereà infrà Samuel ait: Videntes ꝙ Nahas rex filiorum Ammon venisset contra vos, dixistis: Nequaquã, sed rex imperabit nobis, cùm dñs Deus vester regnaret in vobis. deinde ait, Inuocabo dñm, & dabit voces & pluuias, & videbitis, q̃a grande malum feceritis, petentes super vos regem. Quo facto, populus dixit: Ora pro seruis tuis. Addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum, vt peteremus nobis regem, q̃bus Samuel dixit: Vos fecistis vniuersum malum hoc. Eccè apertissimè docet scriptura, ꝙ peccauerunt, regem petendo. Núc ergo ad instantias rñdendum, ad quas dicendum, ꝙ tempore Mosaicæ legis cæteræ gentes cõmuniter ad idololatriam declinabant, imò & summi Dei ꝓuidentiam negauerunt. Ideo Deꝰ voluit in regimine Iudæorum suam prouidẽtiam multipliciter demõstrare, exercendo in eis

Deut. 17.
1. Reg 12.
Deut. 7.
Exo. 24.
Exo 3. 4.
Nume 27.
Iosuæ 1.
Deuter. 17.
R. Paulus.
Augustin.
1. Reg 12.

regiam gubernationem per se & iudices suscitando, qui authoritatem prælaticā non habebāt in populo(vt communiter)secūdum doctores catholicos.Insupèr voluit eis mōstrare,quis sie
for.* oīnò ret rex eorum,qn̄*imò requirererēt regē:& hoc modo immediatè regi à Deo,nō stat cū regimine regis mortalis. Ad aliud rn̄dendum,ꝙ populus Chrīanus non est populus vnius tn̄modò nationis,sed iuxta prophetarum oracula,oēs tribus,linguas & gentes includit,& ꝑ pdicationē Euangelicę legis,vniuersis nationib⁹ multipliciter patefacta est veritas vnius summi Dei,& generalis atq; distincta ac plena prouidētia eius. Idcircò q̄uis populus Christian⁹,ad quē & Apostoli,ac primitiua ecclesia ex Iudaismo conuersa,est pertinēs,sit maximè peculiaris plebs Dei: non tn̄ pręfata ratio habuit locum in eo,ꝙ immediatè absq; regali humano regimine gubernaretur. Et per hoc patet ad tertiam obiectionem responsio. Ad quartum dicēdū,ꝙ q̄uis filij Israel peccauerunt,regem petendo,tn̄ nec ipsi,nec eorum posteri peccauerūt,illum suscipiēdo in regem,quem De⁹ perhibuit se elegisse in regem ipsorum,putà Saulē,Dauid,& posteros eius.

¶ *Expositio literalis cap. 9. Et erat vir de Beniamin, nomine Cis.* Arti. 17.

INstitutio primi regis Israel,hoc loco describitur.[Et erat vir de Beniamin] id est,de tribus Beniamin natus.[nomine Cis,filius Abiel.]Primi lib.Paral.5.cap.habetur,Ner genuit Cis,
*Bareth, filij & Cis genuit Saul,quomodò ergo Cis vocatur filius Abiel? Ad hoc in libr. præallegato Paralip.est responsum. filij Seror,filius Bechorath,filij*Aphiah,filij viri Iemini.]Aiunt quidam ꝙ Iemini fuit vir quidem vilissimus in tribu Beniamin,qui posteris suis sæpè legitur improperatus,nam & Saul infrà se humiliando,& quasi indignum ad regnandum probādo: Nunquid
1.Regu.9. non,inquit,filius Iemini ego sum,& cognatio mea nouissima inter oēs familias de tribu Ben-
Iose.lib. 6. iamin? Veruntn̄ Iosephus protestatur, ꝙ Cis fuit vir potens ac nobilis,& Saul strenuus. Hinc
an.iu.ca.4. alij dicunt, ꝙ Beniamin & filius Iemini,idem significent, qm̄ Ben est idem quod filius, & Ia-
1.Regu.9. min idem quod Iemini,quod interpretatur dextera. Sed huic responsioni obuiare videtur, quod ait,Nunquid non filius Iemini ego sum? Nempe si idem significant Beniamin & filius Iemini,tunc idem est dicere,Nunquid non filius Iemini ego sum,&, Nunquid non Beniamin ego sum? Nisi forsan dicatur,ꝙ Iemini hic sumatur pro Beniamin,vt sit sensus,filius Iemini, i. Beniamita seu de semine Beniamin ego sum.[fortis robore.] i. ipse Cis fuit robustus,& forsitan non solum corpore, sed & cordè,vtpotè virtuosus. [Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus.]Posset quis dicere:Si electus,ergo & prædestinatus. Sed electus,in scripturis frequenter aliter q̄ pro prædestinato accipitur,vt Psal.104. Non communicabo cum electis eorum. Et Psal.77. Electos Israel impediuit. Fuit ergo electus, i. vir elegans & magnæ prærogatiuæ in naturalibus,& bonus moraliter.[& non erat vir de Israel melior illo,]i. conuenientior eo ad officium regis, qm̄ fuit magnus, robustus,pulcher & virtuosus, vt quidam exponunt. Veruntn̄ per hæc verba videtur specialiter insinuari præcipua excellentia ipsius Saul in omni virtute,seu magna valdè virtuositas eius, propter quam nemo in populo Israel fuit dignior eo ad regnum. Qui eīm melior, qui perfectior, qui sapientior in omni populo, eligendus est ad præsidendum,secundum Origenem. Et quamuìs in foro contentioso sufficiat eli-
Origenes gere bonum & sufficientem,tn̄ in foro conscientiæ necesse est eligere meliorem,seu eum quē conscientia iudicat optimum atque dignissimum ad primatum. [Ab humero & sursum eminebat super oēm populum]i. valdè elegantis erat staturæ,quod competit principi. Sicq; de eminentia in naturalibus atq; gratuitis commendatur.[Perierant aūt asinæ Cis patris Saul.]i. perditæ seu amissę erant ad tempus,& perditæ putabantur. [Et dixit Cis ad Saul filium suum: Tolle tecum vnum de pueris,] i. de ministris,[& consurgens, vade & quære asinas,] propter viæ solatium,vel propter negocij expeditionem,aut propter ipsius Saul honorabilitatem voluit pater suus vt non iret solus,sed cum ministro. [Qui cùm pertransissent montem Ephraim & per terram Salisa, & non inuenissent, transierunt etiam per terram Salim,] de qua apud Ioannem scriptum est: Erat Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim,id est,locum seu oppidum sic vocatum. [& non erant,sed & per terram Iemini,] Hic per Iemini designatur vir quidam notabilis & famosus, vt videtur. [& minime repererunt. Cùm aūt venisset in terram Zuph,] Per hunc Zuph quidam intelligunt atauum Samuelis,de quo Zuph in exordio huius libri habetur. Sed cùm Zuph ille fuerit Leuites,iuxta præhabita,non videtur terram habuisse hæreditariæ possessionis: nisi fortè dicatur terra Zuph ratione originis, vel quia ad alenda pecora sua habuit eam. [& non inuenissent, dixit Saul ad puerum qui erat cum eo:& reuertamur, ne fortè dimiserit pater meus asinas,& solicitus sit pro nobis.]i. ne forte tam anxius sit propter nos,timendo de nostro periculo, quod desierit solicitari ꝓ asinabus. Sciebat etenī Saul, se esse valdè dilectum,imò charissimū patri suo:tn̄ ex humilitate connumerat sibi suum ministrum,dicendo,& solicitu sit pro nobis. In hoc quoq; apparet bonitas Saul, imò & prudentia eius, quod patris sui dolorē verisimiliter ęstimauit,& eidem condoluit. [Qui]puer[ait ei:
1.q.1.ca. Iu dices, Eccè vir Dei est in ciuitate hac]putà in Ramatha,cui propinqui sumus,[vir nobilis]quia erat iudex populi,& propheta,& omnium nobilitate virtutum ornat⁹.[omne quod loquitur,sine

am-

ambiguitate venit.] i. quicquid futurú prædicit, certiſsimè adimpletur, loquẽdo de ꝓphetia. [Núc ergo eamus illuc, si fortè indicet] i. quia forsitan indicabit, [nobis de via nostra, propter quam venimus.] i. de negocio viæ nostræ, s. de asinabus quas quærimus. Mirum, ꝙ Saul ista nõ sciuit, aut non considerauit, videlicet Samuelem esse prophetam, & habitare in Ramatha, & venientibus ad se dare responsa. Puto autem ꝙ habitualiter sciuerit ista. [Dixitq́; Saul ad puerum suum: Eccè ibimus. Quid feremus ad virum Dei: Panis defecit in sitarchijs nostris,] id est. viaticum quod nobiscum accepimus in peris, saccis seu repositorijs nostris, iam penè consumptum est, [& sportulam non habemus] i. munusculum in sportella, seu argentum in pera parua, [vt demus homini Dei. nec quicq̃ aliud. [Vndè secundum Lyram, in Hebræo habetur, encænium: sed potiùs reor, nomen illud Hebraicum ad vtrunq; esse æquiuocum. [Rursum puer respondit Sauli, & ait: Eccè inuenta est manu mea quarta pars stateris argenti.] i. manum meam mittendo in bursam meam: extraxi nummú qui valet quartam partem stateris argenti. Stater aũt est medietas vnciæ, valens (vt dicitur) quinq; nummos vsuales. Et idem dicuntur siclus & stater. [demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram,] i. quid agere debeamus, & qualiter habeat se materia, propter quam arripuimus iter hoc. ¶ Præterea, si Saul & puer ei⁹ intendebant, pecuniam dare prophetæ ꝓ spũali actu seu prophetica denunciatione veritatis, tanq̃ precium rei, fuisset illicitum, quia Simoniacum est. Si aũt tanq̃ victus stipendium, vel ex vrbanitate & tanquam liberale munusculum, ne vacui coram propheta starent, vel quasi beneuolentiæ suę indicium ad prouocandum prophetam ad insinuandum quod scire optabant, seu ad captandum eius beneuolentiam, sicut religiosis aliquid datur, vt orent pro dante, non fuisset illicitum dare neq; accipere. Verùm, vt Iosephus scribit, errauit Saul, putans prophetã munera accepturum: tñ nec Samuel legitur accepisse, nec Saul obtulisse. atq; vt ait Hieronymus, Si accepit stipes, fuit vitæ, non prophetiæ precium. Demum quod seqtur, Olim in Israel, vsq; ad id, Et dixit Saul, non sunt verba pueri Saul, sed authoris libri istius, secũdum Hebręos: Veruntñ secundum Bedam, non sunt verba historiographi, i. scriptoris seu authoris libri, sed Esdræ, qui reparando hunc librum, sicut & cæteras veteris test. scripturas à Chaldæis combustas, interposuit verba ista, [Olim in Israel sic loquebatur vnusquisq; vadens consulere Deú,] & pergens ad inquirendum consilium de agendis, siue oraculum aut responsum à Deo per ꝓphetam, per cuius os spũs dñi loquebatur, iuxta quod in 2. Petri canonica asserit: Non voluntate humana allata est aliqñ scriptura, sed spũsancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei hoĩes [Venite, & eamus ad Videntẽ.] i. prophetam. Interdum tñ aliqui erũt vel soli vel secretè ad ꝓphetam, & tunc nõ dixerunt hæc verba ad aliũ. [Qui em̃ propheta dicitur hodiè,] i. tẽpore isto [vocabatur olim Videns.] Eidem etem̃ rei imponuntur & competunt diuersa nomina secundum diuersas proprietates & actiones, entitates seu habitudines eius. Dicebanť ergo prophetæ, ab actu & excellentia interioris visionis, qa ex supernaturali reuelatione cognouerunt & mentaliter ꝓuiderunt multa secreta atq; futura: & ijdem prophetæ vocati sunt à denunciatione talium quæ sic viderunt, videlicet à profando, i. à loquendo & denunciando procul posita, i. futura seu ab aliorum cognitione remota. [Et dixit Saul ad puerum suum: Optimus sermo tuus.] Iam antè dixit ad suum ministrum, Eccè ibimus. Nunc verò, optimus sermo tuus. Ex q⁹bus consideratur bonitas, docilitas, humilitas & affabilitas eius. Dicunt autem Hebræi, puerú istũ fuisse Doeg Idumęum, qui posteà fuit potentiſsimus pastorum Saul, ita ꝙ Saul posteà taliter eum promouit, quia hac via secum perrexit, qñ in regem est vnctus, & duxit eum ad Samuelem. [Veni, eamus. Et ierunt in ciuitatem, in qua erat vir Dei. Cumq́ue ascenderent cliuum ciuitatis,] i. montosum ascensum siue flexuosum vrbis Ramathæ, [inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis] puellis: [Num hîc est: Videns?] hoc est, est ne propheta in vrbe hac? [Quæ respondentes, dixerunt illis, Hic est. Eccè antè te est,] i. parum distas ab eo, qa in oppido est in loco altiori, q̃ sit locus, in quo nunc stas. [Festina nunc. Hodiè em̃ venit in ciuitatem, qa sacrificium est hodiè populi in excelso.] hoc est. ipse ex parte populi offeret hodiè hostiam pacificam in loco sublimi, cuius hostiæ vna pars ad sacerdotem pertinuit sacrificantem, aliæ partes ad offerentes spectabant, & edebantur ab eis. Hieronymus videtur sentire, ꝙ sacrificium hîc sumatur pro prandio quod parauerat Samuel in Calendis, i. exordio mensis. Sed prætacta expositio verior reputatur. Qualiter aũt licuerit Samueli, qui non fuit sacerdos, sacrificare, & qualiter in excelsis offerri licebat, ꝓhabitum est, [Ingredientes vrbem, statìm inuenietis eum anteq̃ ascendat excelsum ad vescendum. Neq; em̃ comessurus] i. comesturus [est populus] à Samuele inuitatus, [donec ille veniat, quia ipse benedicet hostię,] i. cibo proponendo pransuris, qui fuit oblatus in pacificam hostiam, [& deinceps comedent qui vocati sunt, Nunc ergo contendite, quia hodiè reperietis eum.] Puellę istæ primò singulariter loquutæ sunt ad Saul, Eccè ante te. festina nunc: iam verò pluraliter loquuntur ei & eius ministro. Loquebantur enim singulariter Sauli, vt principali, & fortè ipse interrogauit puellas

Iose. lib 6. an. Iu. ca. 4
Hierony.
Beda
2. Petr. 1.
1. Reg. 22.
Leuitici 7.
Hieron.
1. Reg. 7.

ellas, deinde cernentes quàm familiariter ac socialiter habuit se ad suũ ministrũ, loquutę sunt pluraliter simul ambobus. Fueruntq; puellæ istæ satis diffusæ in verbis more fœmineo, multo plura dicentes, q̃ erant interrogatę, & velut instruentes viros ignotos. Etem̃ tanquã contribules tanti prophetæ, pandebant aut etiam iactitabant se scire ritus & consuetudines vatis sancti. Quidã verò affirmant, ꝙ admirantes decorem & elegantem staturam Saulis, ac delectatę pulchritudine eius, cupiebant eum diutiùs intueri: ideo detinebant eum in verbis. [Et ascenderunt in ciuitatem. Cumq; illi] Saul & puer eius [ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam illis] non casualiter, sed ex proposito, cuius causa subiungitur:] vt ascenderet in excelsum. Dñs aũt reuelauerat auriculam Samuelis,]i. secretè manifestauerat Samueli, sicut q aliqd intimat alteri in aure. [ante vnam diem, antequam veniret Saul,]i. die immediatè ꝑcedente, eadem hora qua contigit obuiatio ista, seu egressus Samuelis ad obuiãdũ Sauli, [dicens: Hac ipsa quæ nunc est hora, cras mittam ad te virũ de terra]i. de sorte & tribu [Beniamin, & vnges eum ducem]i. regem [super populũ meum Israel, & saluabit populũ meum de manu Philistinorum,]q tunc erant populo Israel magìs infesti. Deus aũt sæpè plùs tribuit, quam ꝓmittit, sicut ad liberalissimum dñm pertinet. Vndè & posteà saluauit populũ suũ per Saul, non solũ de manu Philistinorũ, sed & aliorũ multorũ, & specialiter paulò pòst de manu Nahas regis filiorũ Ammon. ¶ Quo circa q̃stio oritur, cùm infrà Samuel dicit filijs Israel, Vidẽtes ꝙ Nahas venisset aduersum vos, dixistis: Nequaquam, sed rex imperabit nobis, ita ꝙ aduẽtꝰ regis illius fuit filijs Israel occasio regem petendi, cur dñs non dixit, saluabit populum meum de manu Ammonitarũ? Ad quod dici potest, ꝙ Ammonitę nõ erant tã duri ac potẽtes, vt Phillstæi: ideo data ꝓmissiõe de Philistinorũ refrenatiõe, satìs dabat̃ intelligi deiectio Ammonitarũ, Saluauit aũt Saul filios Israel de manu Philistinorũ frequenter & pro magna parte. Non tñ semp neq; totaliter, imò tandẽ occisus fuit ab eis. Vndè ꝙ dñs ait Saluabit &c. potest intelligi, ꝙ penitùs superasset Philistæos, nisi peccãdo meruisset succũbere. Siqdem huiusmodi ꝓmissiones intelligunt̃ sub conditione, nisi videlicet obex ponatur. [qa respexi populũ meum] oculo pietatis ad succurrendum, quod mirum videtur, cùm dñs quasi indignatus dederit regẽ. Vndè videtur, ꝙ rege dato, & se quasi repulso à regis ꝓsidentia, magìs debuerit eos relinq̃re, quam antè, ꝙ quamuìs iustũ fuisset, tñ pijssimus dñs reddidit bona ꝓ malis. Ad quod etiã quorundã bonorũ deuotę preces cooperabant̃. Propter ꝙ subdit̃: [Venit enim clamor eorum ad me,]i. feruens oratio horum mihi accepta est. Vel clamor eorum, i. gemitus afflictionis & oppressionis eorum, q est vnum de quatuor quæ coram Deo vltionem efflagitãt, iuxta illud:

Clamitat ante Deum vox sanguinis, & Sodomorum,
Vox oppressorum, merces detenta laborum.

Hinc ait & Exo.3. dñs: Clamor filiorũ Israel venit ad me: [Cũq; aspexisset Samuel Saulẽ, dñs dixit ei:] videlicet Samueli per reuelationem seu allocutionem internam, factam per angelũ, quia per angelos factæ sunt reuelationes ꝓpheticæ, vt diuinus Dionysius docet. Eccè vir quẽ dixeram tibi,]est iste qui tibi propinquat, teq; affabitur, [Iste dñabitur populo meo.]Est q̃dã dñatio ordinata & recta, qua superior imperat subditis, iuxta legis diuinæ tenorem, ad subditorum vtilitatem. Sicq; Saul dñatus est populo, quamdiu benè se habuit. Sic Moses apppellatus est dñs à filijs Israel, imò & ab Aaron fratre ac subdito suo. Alia est dñatio fastus & vsurpata, qua quis alteri præest ac imperat iniustè secundũ propriæ libitum voluntatis. Sicq;, pro maioris temporis parte dominatus est Saul populo, cui frequenter impiè iussit secum procedere contra Dauid. Secundum Lyram, in Hebræo habetur, Iste retinebit populũ meum: qa ad regẽ pertinet populũ retinere, ne in bellis præcipitanter se ingerant, & etiam tempore pacis, ne iniustè contra proximos agant. Veruntñ potiùs puto, ꝙ verbum illud Hebręum, vtrunq; significet, & ita in Hebręo non magìs habetur, retinebit, quam dñabitur: aptiusq; translatum est, dñabitur, quam si transferret̃, retinebit: qm̃ filij Israel petierant regẽ qui eis imperaret: & dominari cõmuniter ascribitur regibus. Saul quoq; permodico tempore retinuit populũ, ne iniustè cõtra proximos ageret: qa biennio, vt legitur, præfuit benè, diu aũt induxit populũ suum ad ꝑsequẽdũ Dauid & cuneum eius. [Accessit aũt Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait. Indica mihi, oro, vbi est domus Vidẽtis.] Eccè quã humile verbum. Istud aũt cõtigisse videtur in porta, per quam Samuel exijt vrbem versus excelsum, in quo fuerat oblaturus: quia iam dictum est, Cumq; illi, s. Saul & puer eiꝰ, ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiàm illis, vt ascenderet in excelsum. [Respondit Samuel Sauli, dicens: Ego sum Videns.] non iactanter hoc dixit, sed veritatis amore, & quoniam publicum fuit, atq; ex Dei præcepto tenebatur ei dicere & facere quæ sequunt̃. Sacratissimus verò Ioannes Bap. interrogatus, Propheta es tu? alio intuitu dixit, non. [Ascende ante me in excelsum, vt comedas hodiè mecũ.] Quare non dixit, Sequere me, vel, Perge mecum in excelsum, sed, ascende ante me? An ad præfigurandum, ꝙ Saul erat sibi & alijs præficiendus in regem? Samuel quoq; erat senex, nec potuit per iter illud montosum celeriter scandere. [& dimittã te manè. Et omnia q̃ sunt in corde tuo,

Margin notes: I.Reg.11. (beside "buit, quam ꝓmittit"); 1.Reg.31. (beside "monitarũ"); 1.Regu.8. (beside "intelligi"); Dionysius. (beside "quia per angelos"); Exo.32. (beside "torum vtilitatem"); 1.Regu.22. 23.24.26. (beside "ioris temporis" / "contra Dauid"); Ioann.1 (beside "tenebatur ei dicere").

tuo, indicabo tibi.] ꝙ non dixerit hoc de asinarum inuentione, constat ex verbis sequentibus, qa de illis tanq̃ de alia re, mox subdit: [Et de asinis quas nudiustertiùs ꝑdidisti, ne solicit⁹ sis, qa inuentæ sunt.] Itaq; sicut Magister in hist. refert, est sensus. Om̃ia quæ sunt in corde tuo, i. ea quę tibi ꝓcipuam faciũt admirationem & dubitationem, indicabo, i. exponam tibi. Quemadmodùm eñ in Scholast. fertur hist. dicunt Hebræi Saulem vidisse per somnium, se collocatum in vertice palmæ, quod Samuel sibi exposuit, dum vnxit eum in regem. Nam hoc ꝓfigurauit visio collationis illius in summitate arboris palmæ. [& cuius erunt optima quæq; in Israel?] i. ad quem pertinebunt maximæ dignitates atq; ꝓcipuæ opes Israeliticæ plebis? Nonne tibi & omni domui patris tui?] i. tibi & tuis consanguineis ac soboli tuæ deputabũtur ac cõferentur. Nam regia dignitas data est Sauli & filio eius Isboseth ad temp⁹ post eũ. Saul quoq; suos cognatos promouit ad diuersa officia. Ideo ait Glossa: Vno de familia sublimato oĩbus suis ꝓdest. ¶ Deniq; etiam per hæc verba Samuel dedit Sauli intelligere visionem præfatam, quam & Saul ex verbis his intellexit, vtpotè ꝙ sublimandus esset in principem populi. Nam sequtur: [Rñdens aũt Saul, ait: Nunqd nõ filius Iemini ego sum?] Hoc iam in isto articulo expositum est. [de minima tribu Israel.] i. de tribu Beniamin, quæ tũc erat paucissima numero, qm̃ tẽpore Iudicum fuit quasi extincta propter crimen in vxorem Leuitæ commissum, vt in Iudicũ historia legitur. Vel ideo ait, de minima tribu, qm̃ Beniamin fuit iunior inter filios Iacob. Iuniores autem solent vocari minores, sicut & Iacobus, frater Simonis & Iudæ, dicitur minor. qa vocatione posterior respectu Iacobi fratris Ioannis: Propter quod Ioseph dixit de Beniamin: Iste est frater vester paruulus? Vbi alia trãslatio habet, minimus. Et tamen Beniamin erat tunc singulis fratribus suis sobole maior, vtpotè decẽ filios habens. [& cognatio mea nouissima] i. extrema seu infima est. [inter oẽs familias] natas [de tribu Beniamin.] Iuxta hunc modũ Gedeon quoq; ait: Eccè familia mea infima est in Manasse, & ego minim⁹ in domo patris mei. Tales aũt locutiones ex humilitate & vrbanitate prolatæ, faciliter verificantur: qa ꝙ altero maius est vno respectu, alia cõsideratione potest eo minus cõsistere. Sic quippe & Paulus: Ego, inqt, sum minimus apostolorũ, q non sum dignus vocari apostolus. Item, Venit Iesus peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Rursus, ꝙ dicitur minima seu nouissima, potest exponi valdè parua. [Quare ergo loquutus es mihi sermõnẽ istũ?] videlicet, cuius erunt optima quæq.? q.d. non videtur credibile, ꝙ tam ignobilis sit taliter sublimandus. [Assumẽs itaq; Samuel Saulem & puerum eius,] hoc fuit sacrificio iam completo, [introduxit eos in triclinium.] Per triclinium, secundũ Glossam, intelligitur cœnaculũ sic nuncupatum à triplici ordine lectulorũ seu mensarũ ipsorũ discumbentium in eisdem. Nam olim super lectos sedendo edebãt. [& dedit eis locum in capite eorũ qui fuerant inuitati.] i. in loco supremo illorum propter futurã Saulis dignitatem, & qa electus erat ad eam à dño. [Erãt eñ quasi triginta viri. Dixitq; Samuel coquo: Da partem quã dedi tibi, & pręcepi vt reponeres seorsum apud te. Leuauit aũt coquus armũ, & posuit ante Saul.] Sicq; partẽ regalẽ posuit ante futurũ regẽ. [Dixitq; Samuel: Eccè quod remãsit,] i. quod residuũ fuit de hostia immolata, cęteris partib⁹ eius deputatis ꝓ aliorũ hic inuitatorũ refectione. Nã cęteras oblatæ carnis partes, Samuel ꝓ aliorum deputauerat esu, & armũ ꝓ Saul. ideo subditur: [pone ante te, & comede: qa de industria seruatũ est tibi,] qñ aliæ partes determinatę fuerũt ꝓ alijs, [qñ populũ vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa. [Et descenderũt de excelso] iuxta quod fuit triclinium, [in oppidũ] Ramatha, prãdio facto extra vrbem. [Et loquutus est.] Samuel [cum Saule in solario] domus Samuelis. Ibi eñ loquutus est Samuel de ptinentibus ad salutẽ cũ Saul, admonendo eũ ad meliora. [Strauitq; Saul in solario, & dormiuit. Cumq; manè surrexissent, & iam dies lucesceret, vocauit Samuel Saulẽ in solario, dicens: Surge, & dimittam te. Et surrexit Saul. Egressiq; sunt ambo, ipse videlicet] s. Saul, [& Samuel] domũ Samuelis, & sequut⁹ est eos puer Saulis, Cũq; descenderent in extremã partẽ ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero vt antecedat nos, & transeat. [ne audiat verba mea, nec videat quod facturus sum tibi. Hoc videtur dixisse in oppido. [Tu aũt subsiste paulisper,] hoc extra oppidũ creditur protulisse in loco quo vnxit Saulem. [vt indicẽ tibi verbum domini.] i. tibi denunciem q̃ Deus iussit tibi dici & fieri per me.

Pet. Cõ. hist. li. 1. Re. ca. 10.

Iud. 20. 21. Gen. 35. Gene. 43.

Iudic. 6.

1. Cor. 15. 1. Timot. 1.

¶ *De Spirituali huius cap. 9. sensu.* Art. 18.

PEr Cis, designatur qcunq; ꝓlatus: Per filium Cis Saulem, subditus virtuosus, quem De⁹ pater per Samuelem, i. per Christum præficit gregi suo, regem (i. ꝓlatũ) petenti. Qui eñ inter subditos cæteris eminet sapientia & virtute, dignus est prælatione. Tali a Sauli ꝑcipiẽ q̃rere asinas ꝑditas, i. rudes animas deuiantes per loca diuersa, i. hinc indè per vitiorũ abrupta: quas cũ inuenire nequiuerit, debet ad Christum confugere, vt eius directiõe iuuetur. sicq; Christ⁹ talem pro aliorum salute solicitum, inuitat ad vescẽdũ secum in mensa sapientiæ, & reficit eum quadruplici intellectu scripturæ, panditq; ei qualiter inuẽtæ sint, inueniri've possint aĩæ oberrantes, quæ interdum per alios bonos, & non per pastores proprios, cõuertũtur. Deniq; Christus est in ciuitate, i. in militante ac triumphante ecclesia, & q ad ipsum vult pergere, debet ali

quid ei deferre, cùm scriptũ sit: Non apparebis in cóspectu Dei tui vacu᷒. Debet ergo ei offerre orationẽ, laudem, aũt grãrum actionem vel debitam seruitutẽ. Porrò per puellas egredientes ad hauriendũ aquas, rectè intelligunt animæ innocentes, personęve simplices, quæ p desideria pia & opera bona accedunt ad thronum gratiæ cõfidenter, ad fontem sapientiæ verbum Dei in excelsis, vt aquam sapientię ex Euangelicis libris, tanquam ex fontibus saluatoris, atq; ex pdicantium sermonibus, ex Euangelicis quoq; hauriant sacramentis, quæ & grãm sibi cõmunicatam, alijs charitatiuè impartiunt, & qualiter Christus valeat inueniri, pro posse ostendunt. Nam dicunt, [Hîc est] Christus. Etem̃ vbiq; est præsens, qui & suis ꝓmisit: Eccè ego vobiscum sum cunctis diebus. [Eccè ante te.] Non em̃ longè est ab vnoquoq; nostrûm, imò preoccupat eos qui se cõcupiscũt, & in vijs ostendit se eis hilariter. Siquidem facienti quod in se est, Deus gratiosè mox adest, dat em̃ oĩbus affluenter, qui in veritate eum accedunt ac deprecantur. Multoties etiam præuenit non q̃rentes. [festina nunc.] Nemo quippe, vt S. ait Ambrosius, cum desidia dignè quęrit Christum: & incomparabile illud infinitumq; bonum cum pigritia & negligentia quærere, est paruipendere illud. idcircò ait per Esa. 21. Si quæritis, quærite: conuertimini & venite. Si quæritis, inquit, i. si Deum per gratiam adipisci cupitis & studetis, quærite eum condignè, vtpotè toto corde & tota tribulatione animæ vestræ. Ideo ait: Conuertimini ad me in toto corde vestro. [Hodiè enim venit in ciuitatem.] dñs & saluator quotidiè intrat Ecclesiam per sacramentalem præsentiam, per gratiosam inhabitationem, per multiplicem actionem, sicut fatetur Ioa. 5. Pater meus vsq; modò operatur, & ego operor, [quia sacrificium est hodiè populo in excelso.] Populus Christianus per manus sacerdotum suorum quotidiè offert atq; sacrificat patri æterno vnigenitum filium eius in sublimitate catholicæ veritatis, & in deuotionis sanctę excelso, contemplationisq; arce. [Ingredientes vrbem, statìm inuenietis eum.] Qui enim incorporatur ecclesiæ mox vnitur Chr̃o: & ciuitatem hanc per fidem & charitatem intranti, protinùs dicitur qd eum oporteat facere. [Nunc ergo conscèdite.] Hoc est quod monet Apostolus: Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: i. diuina, cælestia & æterna contemplamini & amate, quorum intuitu & amore cuncta sensibilia atque carnalia pro nihilo habetote.

Exo. 23. 43. Eccle. 15. Esa 12. Hierc. 24. Matt. 28. Act 17. Sap. 6. Iaco. 1. Ambrosi9. Deuter. 4. Esa. 21. Act. 9. Col. 3.

¶ Expositio cap. 10. Tulit autem Samuel lenticulam olei. Art. 19.

VNctio Saulis in regem facta secretè, & publicatio eius, hîc describuntur. [Tulit aũt] i. in manu sua accepit & secũ portauit, [Samuel lenticulã olei,] quo reges atq; pontifices vngebantur in lege, dicebaturq; oleum vnctionis, de quo dictum est Leuit. 8. Porrò secundum Magistrum in hist. Lenticula est vas quadrangulum fictile, habens foramẽ in latere. Alij scribunt, ꝙ fuit vas aureum siue argenteum, in quo ponebatur oleum memoratum. Ait nanq; Isidorus: Lenticula est vas olearium, ex argento aut ære factum, à liniendo vocatum, quia exindè reges & sacerdotes liniebantur. [& effudit super caput eius] in signum interioris vnctionis qua cor eius regia authoritate perfundebatur. [& ait: Eccè vnxit te dñs super hæreditatem suam in principem] i. per vnctionem istam statuit te regem super Israeliticum populum, qui est plebs Dei hæreditaria peculiaris. Vndè per Esa. 19. loquitur dñs: Bñdictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearũ Assyrio, hæreditas autem mea Israel. [& deosculatus est eum,] in signum dilectionis præcipuæ, quia electus fuit à Deo in regem & saluatorem plebis suæ ab impugnatoribus eius. In signum quoq; ꝙ non inuidit, imò & fauit promotioni suæ, cum tñ per eam ipse Samuel ac filij sui deijcerentur à principatu, in quo patet virtuositas Samuelis. [&] tu [liberabis populum eius de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum, quia vnxit te dñs in principem:] totum hoc nec de textu est, nec in Hebręo habetur, sed ab aliquo veterum commentatorũ fuit pro Glossa adiectũ, postmodumq; ex scriptorum imperitia literæ est insertum [Cumq; abieris hodiè à me,] Hîc dantur Sauli signa veritatis ꝓfatæ ꝓnũciationis propheticæ, vel qa aliqualiter dubitabat ex consideratione sui humilis status, vel vt fides eius certior redderetur, [inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin in meridie.] Rachel iuxta Bethlehem, in sorte & terra tribus Iudæ, sepulta est, vt legitur Gene. 35. Si ergo viri isti in termino tribus Iudę inuẽti sunt, quõ in finibus Beniamin sunt reperti? R̃ndetur ꝙ sepulchrum Rachel situm fuit in extremis finibus Iuda, quod fuit in confinio Beniamin, qm̃ tribus istæ erant cótiguæ, erantq; ijdem fines ambarum. Quidã tñ exponũt sic: Inuenies duos viros, supple nunc existẽtes iuxta sepulchrum Rachelis, q erunt in finibus Bẽiamin dũ eos reperies, [saliẽtes magnas foueas,] i. præ gaudio magno trãsilientes fossata, vel causa exercitij id agẽtes. secundũ quosdã, Hebræus habet, ad claras foueas, quod secundũ eos potest esse ꝓprium nomen, quẽadmodũ Claraualllis. Veruntñ magis periti asserunt istud, videlicet, salientes mag᷒ foueas, in Hebræo non haberi [dicẽtq; tibi: Inuentę sunt asinę, ad quas ieras perq̃rendas, & intermissis pater tuus asinis, solicitus est pro vobis, & dicit: Quid faciam de filio meo?] quasi dicat, tam mœstus sum, eò ꝙ tempore ęstimato non redijt, vt ignorẽ, quid agere debeam. quo constat, q̃ validè eum dilexit, nõ solùm vt filium, sed & qa tam

Pe. co hist. 1. re. ca 10. Isidorus 1. q 1. ca. sacramenta.

tam elegans fuit in naturalib⁹ & supernaturalibus donis. Sequitur signum secundũ: [Cumq; abieris indè, & vltrà transieris, & veneris ad quercum Thabor.] Dicunt nonnulli, ꝙ Thabor sit hîc nomen viri, non montis, ita ꝙ quercus illa à viro illo cognomẽ sortita est ab euentu, sicut in Genesi dicitur, quercus fletus vbi sepulta est Delbora. [inuenient te ibi tres viri ascẽdentes ad Deum in Bethel, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini.] i. ad offerendum atq; orandum in excelso vrbis sic dictæ, in quo loco dicebatur Deus esse sicut in cæteris locis diuini cultus. Sicq; ascendendo ad locum illum, dicebantur ad Deum ascendere, cùm tñ ad incircunscriptibilem, infinitumq; Deum vbiq; præsentẽ, motib⁹ corporis nõ accedatur. [Cumq; te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum.] Sequitur tertium signũ. [Post hæc venies in collem dñi,] i. in collem quo morabantur prophetæ, secundum Glossam. Quidam verò per collem hunc dñi, intellexerũt collem Cariath Iarim, in quo extitit arca Dei: quod alij reprobãt, quia indè iam erat translata per Samuelem in Maspha, quod nihilominùs faciliter solueretur, qm̃ multa retinent nomina sua antiqua, quanuis prima appellationis cessauerit causa, sicut in Euangelio dicitur Simon leprosus. [vbi est statio Philistinorum.] quia in loco illo aliqñ castrametati sunt Philistæi: siue vt alij opinantur, per stationem Philistinorum designatur locus munitus seu castrum, in quo Philistæi constituerant quosdam ex suis homines bellicosos ad refrenandum Hebræos, quemadmodum primo libro Machabæorum multotiès fertur, ꝙ in arce Hierusalem alienigenæ positi erant. Vndè infrà quoq; narratur, ꝙ Ionathas percussit stationẽ Philistinorum quæ erat in Gabaa. [Et cum ingressus fueris ibi vrbem, obuiàm habebis gregem ꝓphetarũ descẽdentiũ de excelso:] præfato dñi colle in quo cõmorabantur, [& ante eos] obuiàm habebis [psalterium & tympanũ & tibiam & citharam:] i. quosdã in his musicis instrumentis ludentes atq; psallentes, & hoc ex spiritali iucunditate. Ad prouocandũ quoq; spiritalem feruorem & alacritatẽ, aut etiam propheticam reuelationẽ, prout infrà libro quarto legitur Helisæus dixisse: Adducite mihi psaltem. Diuersæ equidem melodiæ diuersas in homine excitant affectiones. Nam quædam planctũ, quædã gignunt lætitiam, imò & deuotionẽ, eleuationemq; mentis ad contemplandũ sublimia. [ipsosq; ꝓphetantes. Et insiliet in te spiritus dñi.] i. spũs sanctus repentè ac promptè descẽdet in te per quosdã suos effectus, multiplicationẽq; gratiæ ac donorum, ideo subditur: [& prophetabis cum eis, & mutaberis in virũ alium:] i. solito deuotior ac spiritalior eris. Magister in historijs recitat, ꝙ Samuel primus instituit conuent⁹ religiosorũ iugiter psallentiũ dño, & dicebãtur cõuentus eorũ cuneus, quasi counions, vel counitus, dicebãturq; prophetare, i. Deum iugiter laudare, & fortè quidã ex eis aliqñ prophetabãt. Hæc ibi. ¶ Prætereà tripliciter dicitur aliquis ꝓphetare. Primò, prænunciando futura purè contingentia ex reuelatione diuina, à quo actu propriè, imò & in cõmuni modo loquendi appellãtur prophetæ. Secundò, quia scripturas exponit, sicq; loquitur Paulus: Prophetæ duo aut tres dicant. Tertiò, quia spiritalia cantica seu psalmos decantat seu Deum collaudat. Potest addi & quartus modus, quo falsi prophetæ interdum prophetæ dicuntur, sicut in Hieremia Ananias propheta, cæteriq; prophetæ qui apprehenderũt Hieremiam prophetam, dicentes: Iudicium mortis est huic viro. Itaque in illo cuneo prophetarum, erant tribus prætactis modis prophetæ, vt creditur: imò fuerunt ibi nonnulli, quorum vnusquisq; vaticinabatur futura, & scripturas exposuit minùs peritis, & psallebat cum alijs. [Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, i. ista quæ tibi prędixi, quæ naturaliter pro certo præsciri non poterant, cùm merè contingentia fuerint, qnanuis respectu diuinæ prouidentiæ certa. [fac quæcunq; inuenerit manus tua.] i. quicquid rationabiliter agendum tibi occurrerit: & iste est modus loquendi, ad insinuandum ꝙ dirigeretur à Deo, ideo subditur: [quia dñs tecum est] per gratiam specialem. Et descendes ante me in Galgala.] Sicut Andreas expositor dicit, Samuel per hæc verba docuit Saulem, quid sibi agendum esset in arduis causis, nõ statìm ꝓst præinducta, sed postquã esset à populo susceptus in regem, vt s. in arduis casibus imminentibus nil attentaret agere sine præsentia directioneq; Samuelis, qui pro Saule dñm sacrificijs, orationibusq; placaret, si opus esset dñm quoq; consuleret. Itaq; ait: Descendes ante me in Galgala, qm̃ locus ille famosus & aptus est ad sacrificandum & orandũ pro te. [Ego quippe descendam ad te,] dum te ibi esse cognouero, [vt offeras] per manum meam, [oblationem] pro peccato seu holocaustum, [& immoles pacificas victimas,] i. ego pro te offeram ista, nec recedes quousq; venero. ideo subditur: [Septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendã tibi qd facias:] instruendo te de agendis, vt sine propheta & sacerdote nil agas. Veruntamẽ istud complexum, septem diebus, referunt & coniungũt quidam ad verbũ hoc, offeras, vt sit sensus, ꝙ septem diebus sacrificaret pro eo quotidiè semel, queãdmodũ in consecratione pontificum fieri iussit dominus. Verùm Andreas hoc reprobat, eo ꝙ nullibi in scripturis legatur, ꝙ in unctione noui regis deberet talis sacrificatio fieri tot diebus: nec legitur facta pro aliquo rege, nec sequenti capitulo, in quo legitur de innouatione regni Saulis, fit aliqua mentio de

Gene. 35.
Matth. 26. Marc. 16.
1. Macha. 1. 6. 9. 13.
1. Reg. 14.
4. Reg. 3.
Pet. Co. hi sto. lib. 1. Reg. ca. 10
1. Corin. 14
Hierem. 18.
Exod. 29.
1. Reg. 11.

rus esset illuc. Responditq; dñs: Ecce absconditus est domi.] Dicunt aliqui, ꝙ Saul sciens se q̃ri, mansit in domo sua in Gabaa. Alij probabiliùs asserunt, ꝙ venit cum alijs vsq; in Maspha iuxta Samuelis edictum, & ne de singularitate vel inobedientia notaretur: sed in hospitio suo in Maspha se occultauit ex humilitate & pudore, reputans se indignum regali fastigio & honore. Cui assertioni videtur consonare quod subditur: [Cucurrerunt itaq;, & tulerunt eum indè.] Si autem fuisset adhuc in Gabaa, tædiosa interuenisset mora antequam fuisset adductus, nec tam celeriter potuisset afferri. [stetitq; in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum. Et ait Samuel ad omnem populum: Certè videtis quem elegit dñs:] vt sit rex, quia tam excellens statura consona fuit regiæ dignitati, & quia fuit vir fortis, pulcher ac strenuus, imò quod amplius est, virtuosus & optimus, Samuele excepto. Hæc Samuel dixit, ne tribus nobiliores ægrè ferrent promotionem Saulis. [q̃m non est similis illi in om̃i populo. Et clamauit oĩs populus,] i. q̃dam de oĩbus tribubꝰ, seu maior pars populi, vel prima facie omnes propter nouitatem rei conclamabant, [& ait: Viuat rex] diu & prosperè. [Locutus est aũt Samuel ad populum legem regni,] i. iura regis exposuit plebi, quid s. regi teuerentur, & qualiter rex ac populus decæterò adinuicèm se haberent, [& scripsit] in libro, fortè antequàm ibi aduenit, [& reposuit coram dño:] putà in tabernaculo arcæ. [Et dimisit Samuel omnem populum singulos in domum suam. Sed & Saul abijt in domum suam in Gabaa. Et abijt cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda:] id est, viri boni qui consenserunt electioni diuinæ, & verbis Samuelis credebant, certi ꝙ Deus per quemcunq; sibi placentem posset populum suum saluare. [Filij verò Belial] quorũ indomita erat malitia, qui suã superbiam iugo legis diuinæ nõ refrenabant, [dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Tanq̃ dicant: Non est aptus pro rege cũ sit simplex, nec satis exercitatus in bellicis rebꝰ. [Et despexerunt eum] tanquã de tribu natum ignobiliori seu minori, & forsitan isti superbi fuerunt de nobilioribus tribubus oriundi. [& non attulerunt ei munera:] ꝓut tunc fuerat consuetudo principibus & regibꝰ nouiter institutis dare encęnia, quod nunc vsq; apud quosdam est moris. [Ille verò dissimulabat se audire.] quod fuit prudentiæ. Cõmisit nanq; dispositioni ꝓuidentiæ Dei conseruationem suæ institutionis, nec voluit regnũ suũ à turbatione, lite & sanguine inchoate. ¶ Denique si ostendisset se verba illa audire, nec vindicasset, pusillanimis videretur. Si verò vlcisceretur, ferocitati & arrogantiæ ascriptum fuisset: ideo debet vnusquisq; suę præsidentiæ principatum à pietate, modestia, & patientia inchoare. Roboratur nanq; clementia thronus regis Proue. 20.

1. Reg. 9.

¶ *De Spirituali huius decimi capituli sensu.* Artic. XX.

SIcut præhabitum est, per Samuelem intelligitur Christus, qui suos vicarios spiritualiter vngit, gratiarum charismata eorum cordibus influendo, per quæ ad suorum executionem officiorum sunt idonei, nisi obicem ponant. Itaq; per lẽticulam olei, ecclesiastica possunt sacramenta designari, quæ gratiæ sunt vasa, ex quibus fideles multiplicem hauriunt gratiæ largitatem. Rursus lenticula olei, potest intelligi ipsa omnipotentia & munificentia Dei, in qua omnia virtualiter & superefflúentissimè continentur, de qua & copiosissime effũnduntur. [& deosculatus est eum:] per quod designatur, quàm specialiter amet saluator suos vicarios, aliorum efficaces pastores, per quorum diligentiam & conatum passio sua fructificat, Deus pater honoratur, & animæ, propter quas ipse filius Dei factus est homo ac crucifixus, saluantur. [& ait: Eccè vnxit te dñs super hæreditatem suam in principem.] Hæreditas Dei est populus Christianus, quem oĩm dñs emit & redemit precio magno, q per inspirationem interi nam siue per superiorem prælatũ loquitur vicario suo nouiter instituto in prælationis officio: Eccè vnxit te dominus super hæreditatem suam in principem, hoc est, attende tui dignitatem officij, & satisfac ei, vt oratione cordis, prædicatione oris, exemplo virtuosæ prædicationis pascas gregem tuum tibi commissum. Vndè Apostolus Colossensibus scribens: Archippo, inquit, dicite: Vide, ministerium tuum quòd accepisti in dño, vt illud impleas. [Inuentæ sunt asinæ.] diligente pastore suos vndiq; visitante, & reducere cupiente errantes, interdum denunciatur à bonis hominibus, quod etiam hi quos nondũ personaliter adijt aut instruxit, conuersi sunt: quod Deus interdũ agit exemplis, meritis & precibus soliciti ac deuoti pastoris. [& intermissis pater tuus asinis, solicitus est pro te.] Quanuis em̃ officium prælationis sit sanctum, nihilominùs est valde periculosum. Fit aliquando, vt qui alios cupit conuertere, peruertatur ab alijs, & paulatìm refrigescat à charitatis suæ feruore, ita vt illud Apocalypseos ei dicatur à domino: Habeo aduersum te, quòd charitatẽ tuam primam reliquisti. [post hęc venies in collem dñi.] Per collem Dei, contemplationis gratia seu virtutũ perfectio designatur, ad quã à spiritu sancto perducitur, qui aliorum regimine fideliter occupať, & in vitæ actiuæ exercitijs se charitatiuè exercet. In hoc colle [est statio Philistinorum:] quoniam inuisibiles hostes acriter contra tales præliari non cessant. Nam & angelus satanæ Paulum colaphizauit. [ibì obuium habebis cuneum prophetarum.] quia in vita contemplatiua occurrunt homini psalmi & cantica ac vaticinia patrum ac vatum, in quorum decãtatione, intelligentia, meditatiõe multi-

1. Cor. 6.

Colosse. 4.

Matth. 24.

Apoca. 2.

2. Corr. 11.

multipliciter oblectatur, ita quòd insilit in se spiritus sanctus, & vaticinatur cum illis Deú laudando, futuraq; contemplando, & mystica ex diuina illuminatione intelligendo: sicq; mutatur in alterum virum, quia diuinus & spiritualis prorsusq; theoricus efficitur, & hominé in homine exuens, super se eleuatur, ita vt cum Hieremia queat fateri: Factus est sermo Dei in corde meo quasi ignis æstuans, & defeci, ferre non sustinens. [Quãdo ergo euenerint omnia hæc signa tibi, fac quæcunque inuenerit manus tua.] quia dum homo tantis gratiæ charismatibus adimpletur, securè à spiritu sancto dirigitur, & agere potest quodcunq; ratio seu conscientia sua esse agendum dictauerit. Tunc tamen descendere debet in Galgala, hoc est, ad religiosa secretaq; loca, in quibus sacrificium laudis, thymiama orationis, & obseruantiam mandatorũ immolet Deo, & Christum ibidèm præstoletur septem diebus, omni videlicet tempore opportuno, vt de agendis illustretur ac doceatur ab ipso. Sicque ibidèm in abscondito hauriat, quod postmodùm ouibus publicè communicet & propinet, iuxta quod ait scriptura: Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. ¶ Præterea, viro quocunque seculari, tam spirituali & contemplatiuo effecto, multi mirantur, & dicere queunt: Num & Saul inter prophetas? Instruamur demum ex isto capitulo, ad imitandum primam illam Saulis humilitatem, prudentiam, atq; modestiam, qui sciens se electum & vnctum in regem, abscondit se, reputans se indignum. Væ igitur eis, qui cùm adhuc passionibus suis sordescant, & vanitatę repleantur, ingerunt se ad præsidendũ, & ad prælationem cæca & indurata mente aspirant. Rursus exemplo Saulis adhuc pij ac humilis, discamus proprias laudes, etiam si magnum quid in nobis extiterit, humiliter reticere, iactantiam omnem vitare, & quæ in secreto accepimus, inuiolabiliter ac prudenter celare, cum Ecclesiasticus affirmet: Qui denudat arcana amici, perdit fidem. denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. Propria quoq; mysteria & secreta nequaquam incautè pãdamus, cùm scriptum sit: Omni homini cor tuũ ne reueles, ne postea conuicietur tibi. Sunt aũt qui celare nil nõrunt, nec propria, nec aliorũ occulta, etiam si ea receperunt in fide, cũ tñ ea sine mortali culpa non valeant ꝓdere, quibꝰ illud Ecclesiastici poterit dici: Sicut sagitta infixa femori canis, sic verbum in corde viri. [Dixit Samuel ad populũ: Vos hodiè proiecistis dñm, qui solus saluauit vos.] Hoc dici potest peruersis subditis, qui de bono & humili, simpliciq; prælato nõ contentantur, sed eum & Christum in eo conantur abijcere, aut repellunt prudentiorem, aut nobiliorẽ secundũ carnem petentes, imò de omnibus q bonum suum à se remouere quærunt pastorẽ, hoc verificatur, qui valdè insipienter agũt, Deo ingrati sunt, atq; enormiter peccant, & frequenter acquirunt peiorem aut minùs sufficiẽtem. [Abijt cũ eo pars exercitus.] Per illos diuinitùs tactos, q iuerunt cũ Saul, eiq; munera attulerunt figurati sunt boni & timorati subiecti, qui corde & opere suo àdhærent superiori, imò & corpore tempore opportuno, ac debita ei obedientiam reuerentiamq; impendunt. Porrò per filios Belial, qui Saul electum à Deo in regem aspernabantur, nec ei detulerunt encænia, designantur subditi, intimorati, superbi, rebelles, non pensantes illud Apostoli: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enĩ potestas, nisi à Deo: quę aũt à Deo sunt, ordinata sunt. Itaq; q resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. [Ille verò dissimulabat se audire.] Sic & nos discamus improborũ hoim insolentias, improperia, iniurationes surda aure transire, quẽadmodùm scriptũ est: Qui inquirebant mala mihi, loquuti sunt vanitates. Ego aũt tanquam surdus non audiebã, & sicut mutꝰ nõ aperiens os suũ. ¶ Postremò etiam is q præest. subditorũ suorũ improbitates, & præsertim ꝓpriam iniuriam debet quandoq; dissimulare, qñ videlicet opportunè emẽdare non potest. Sed prohdolor, multi sunt qui Dei iniurias & offensas dissimulant: propriam verò iniuriam, quanuìs permodicam, protinùs vlciscuntur, cùm tamen dicat Chrysostomus: Propriam iniuriam æquanimiter tolerare debemus, Dei verò iniuriam nec vsq; ad aures dissimulare.

Hiere.10.
Psal.144.
Eccl.27.
Prouer.25.
Eccles.19.
Roman.13.
Psalm.37.

¶ *Explanatio capituli XI. Ascendit vero Nahas Ammonites, & pugnare cœpit.* Art. XXI.

PRima Saulis victoria hic narratur, per q̃ dñs patefecit ipsum ex diuina ordinatione regem fuisse effectũ. Præmittitur aũt in aliquibus libris, Et factum est quasi post mensem: ꝙ non est de textu, cùm nec in Hebræo contentum sit. [Ascendit autem Nahas Ammonites,] i. rex Ammonitarũ, [& pugnare cœpit aduersus Iabes Galaad.] Iabes, nomen est ciuitatis situatę vltra Iordanem in terra Galaad, in sorte mediæ tribus Manassæ. Galaad quoq; quandoq; est ꝓprium nomen viri, quandoq; montis, interdum territorij, aliquando ciuitatis, quemadmodũ super librum Numerorum & alibì est ostensum. Itaq; Nahas cum suo exercitu vrbem nomine Iabes obsedit & impugnauit, & forsan ex eodem motiuo, quo rex filiorum Ammon, terram filiorum Israel trans Iordanem tempore Iephthæ inuasit, affirmãs eam sibi iniustè ablatam à populo Iudæorũ, quando de Aegypto egressi sunt. [dixeruntq; omnes viri] i. habitatores [Iabes ad Nahas: Habeto nos fœderatos,] i. pacis pactum ini nobiscum, [& seruiemus tibi,] annuum dando tributum. Videbant enim se non posse regi huic resistere, nec erat eorum spes stabilita in Deo. [Et respondit ad eos Nahas Ammonites: In hoc feriam vobiscũ fœdꝰ, vt eruã] per ma-

Iudic.21.
Nume.32.
Deuter.3.
Iosuæ 13.
Iudic.11.

nu-

nus & ferra seruorum meorum, [omniũ vestrũm oculos dextros:] quatenùs illis erutis, sitis de cæterò inepti ad prælia, in quibus oculi sinistri scutis teguntur, [ponamq; vos approbrium in vniuerso Israël:] i. in toto Israëlitico populo faciam vos aspernabiles & abominandos, seu cũ-ctis formidabiles, ita ꝙ visa plaga vestra terrebuntur, quatenùs non præsumant mihi resistere. Quanuis eñ vtroq; oculo excæcari, maius fuisset damnum, tñ dextero priuari, fuisset maius op probrium. [Et dixerunt ad eũ seniores Iabes: Concede nobis septem dies] induciarum & dila tionis, [vt] interim [mittamus nuncios ad vniuersos terminos Israel] i. ad singulas tribus, [& si non fuerit] rex aut populus, [qui defendat nos] à tua impugnatione, [egrediemur ad te] ad faciendum seu sustinendum quod iusseris. [Venerũt ergo nuncij in Gabaa Saulis,] in qua na-tus fuit & morabatur. Concessit quippe rex ille quod petierunt, non ex pietate, sed animosita te, quasi auxilia virorum Iabes contemnens, vt Iosephus loquitur. [& loquuti sunt verba hęc] Nahas comminatoria, [audiente populo. Eleuauit omnis populus vocem suam, & fleuit] ex compassione fratrum suorum in tãtis angustijs positorum, & quia viderũt populum Israel ita contemni, vel quia demeruerũt sic tribulari. [& ecce Saul veniebat, sequens boues de agro.] Dicunt quidam ꝙ casu venit post boues. Alij, quòd egressus erat in agrum ad exercitandum se in sagittando vel gratia spatiandi, sicq; reuersus sit hora qua boues reducebantur. Porrò Io sephus protestatur, ꝙ venit de agricultura. Non eñ propter regnũ dimisit adhuc prius officiũ, vel forsan ex humilitate hoc egit, & inter alios qui boues suos ac pecora reducebant, familia-riter iuit ac conferebat. [& ait: Quid habet populus quod plorat? Et narrauerunt ei] præfati nuncij, vel etiam ciues Gabaa, [verba virorum Iabes.] siquidem nuncij fuerunt specialiter missi ad Saul. [Et insiluit spiritus domini in Saul, cùm audisset verba hæc:] hoc est, ex instin-ctu & operatione spiritus sancti, seu voluntatis diuinæ ad magnanimitatem, audaciam, & iram per zelum motus est vehementer ac subitò, non obstante sua humilitate. Etenim simul stat, quod aliquis ex consideratione propriæ paruitatis, vtilitatis, ac defectuositatis sit humlis, atq; ex consideratione diuini subsidij seu aliarum rerum quæ ad magnanimitatem inducunt, exi-stat magnanimus. [Et iratus est furor eius nimis,] i. ipse valdè ad iram per zelum est concitat⁹, ægerrimè ferens ꝙ rex idololatra populum Dei sic spreuit ac tribulauit, quia in hoc Deum cõ tempsit, cuius inhonorationem Saul ęgriùs tulit, ac magis optauit vlcisci. [Et assumens v-trunq; bouem, conscidit in frusta:] i. duos ex bobus suis per se vel per ministros frustatim di-uisit. [misitq; in omnes terminos Israel per manum nunciorum] propriorum, vel & eorũ qui erant missi à Iabitis, [dicens: Quicunq;] aptus ad bellũ [non exierit, secutusq; fuerit Saul & Sa muelem, sic fiet bobus eius] hoc est, pecoribus suis priuabitur. Nominauit aũt se ante Samue-lem, quia volebat recognosci ac timeri vt rex. In regũ quoq; dictis rex debet ꝑponi, sed & Saul iam maior seu dignior, quanuis non sanctior fuit Samuele: qm̃ dignitas penes pręlationem ꝑ-sidẽtiamq; pensatur, bonitas verò seu sanctitas penes virtutem. Comminabatur aũt in primis Saul pecorum ablationem, non hoĩm trucidationem, vt temperatè inciperet suam exercere iu risdictionẽ [Inuasit ergo timor domini] i. timor incussus à Deo, vel timor bon⁹ Deo placens, cui placet vt populus timeat suos superiores Dei vicarios, [populũ, & egressi sunt quasi vir v-nus:] i. omnes concorditer, [& recensuit eos] i. numerauit [in Bezec] i. iuxta vrbem sic dictam, in qua (vt in Iudicum libro legitur) Adonibesech imperauit. Recensuit autem nõ ex elatione, vt Dauid, sed vt meliùs sciret, qualiter & in quot partes diuideret tñ exercitum. [Fueruntque filiorum Israel trecenta millia, virorum autem Iuda triginta millia] Viri aũt Iuda numeraban-tur seorsum, tanq̃ præcipuè bellicosi, fortes ac nobiles. ¶ Sed mirum videtur, ꝙ filij Israel non erant multo plures, cũ in vtraq, numeratione facta per Mosen in deserto, fuerint quasi in du-plo plures. Veruntamen satis probabile est, ꝙ infra tam paucos dies vniuersi viri Israel non po terant conuenire. Rursus putandum, ꝙ hi qui secundum legem erant remouendi à ꝓlio, remo uebantur, præsertim cùm Samuel fuerit præsens. [Et dixerũt] Saul, Samuel, cæteriq; maiores. [nuncijs qui venerant: Sic dicetis viris qui sunt in Iabes Galaad: Cras] hoc est, de proximo, vt-potè tam citò sicut venire poterimus, [erit vobis salus] i. auxilium liberationis ab hostibus, [cùm incaluerit] i. calorem in inferioribus causando ascenderit [sol] Proposuerunt enim val dè manè super hostes irruere, vt infrà insinuatur. At verò in schol. fertur histor. quòd Saul in Gabaa promisit Iabitis se tertia die venturum in auxilium eis, & quosdam ex nuncijs retinuit secum qui ducerent eũ. Videtur tñ quòd in populo erant satis multi qui viam nouerunt. [Ve-nerunt ergo nuncij, & annunciauerunt viris Iabes,] quæ Saul & Samuel ac cetęri eis demanda uerunt. Estque credibile, quòd Samuel ex diuina reuelatione cognouit, quòd Saul cum suis triumpharet. [Qui lætati sunt] de instanti subsidio, [& dixerunt] Ammonitis ironicè, & vt de-ciperent ipsos: [Manè exibimus ad vos,] tanquam victi, [& facietis nobis omne quod placue-rit vobis] Quasi dicant: Non est qui adiuuet nos. Hoc dixerunt die immediatè præcedente aduẽtum Saul. [Et factum est cum venisset dies crastinus] i. die immediatè sequẽte, postquam viri Iabes dixerunt Ammonitis, Manè exibim⁹ ad vos: [constituit Saul populum,] hoc est, ex-erci-

Iose. lib. 6. an. iu. ca. 5.

Iosephus vbi suprà.

Iudic. 1.
2. Reg. 24.

Num. 1. 26.
Deute. 20.

Pet Co. hi. li. 1. Re. c. 11.

ercitum suum diuisit [in tres partes. Et ingressus est media castra] Ammonitarũ, [in vigilia matutina, & percusit Ammon vsq; dum incalesceret dies.] Ex tribus etenim locis irruit super improuisos, & de sua victoria quasi tutos, & ita occidit eos à primo diluculo vsq; ad altum diem. [Reliqui autem dispersi sunt, ita vt non relinquerentur ex eis duo pariter. Et ait populus ad Samuelem,] cuius ordinationem voluerunt laudare: [Quis est iste] vir aut cœtus virorum, [qui dixit, Saul non regnabit super nos?] Hoc enim formaliter aut æquiualenter dixerunt,
1. Reg. 10. qui præcedenti capitulo dixisse leguntur: Num saluare nos poterit iste? [Date viros,] id est, tu & Saul tradite illos manibus nostris, [& interficiemus illos] tanquam rebelles. [Et ait Saul: Non occidetur quisquam in die hac,] cùm ista sit dies iocunditatis & laudis, quem diem nolumus sanguinis effusione, & multorum mœrore obnubilare, ideo subditur: [quia hodiè fecit dominus salutem in Israel] i. victoriam contulit nobis, ideo sicut misericordiam consecuti sumus à dño, sic debemus misericordiam facere proximis nostris, & gratiarum actioni sacrificijsq; insistere. [Dixit aũt Samuel ad populum: Venite, eamus in Galgala, & innouemus ibì regnum] i. regiam vnctionem & authoritatem regalem Saulis confirmemus in vrbe illa, vt de communi oĩm consensu suscipiatur pro rege, nullo contradicente. hoc locutus est Samuel, quã vidit omnes iam vnanimiter inclinatos ad hoc, & cõsentire in p̃sidentiã Saulis. [Et prexit oĩs populus in Galgala, & fecerunt ibì regem Saul corã dño in Galgala] i. confirmauerunt eum in regno, subijciendo se spontè iurisdictioni ipsius. [Et immolauerunt ibì victimas corã dño pacificas.] i. p manus Samuelis, vel aliorum sacerdotũ obtulerunt ibì hostias p pace habita & cõseruãda, atq; p grãrũ actiõe cõcesso triũpho. [Et lætatus est ibì Saul, & cũcti viri Israel nimis.]

¶ *Spiritualizatio eiusdem vndecimi cap.* Artic. 22.

CVm filij Israel regem obtinuissent virum iustum & bonũ, & Samuel tam regem, quàm populũ informasset, qualiter inuicem se haberent, ac domino deseruirent, statim contra eos ascendit rex Ammonitarum: ita diabolus videns ecclesię seu cuicunq; congregationi esse de bono pastore prouisum, & prælatum cũ credito sibi grege Deo concorditer deseruire, nititur eos inuadere, perturbare, & discordes efficere. Cui interdum respondent fideles: [habeto nos fœderatos,] id est, desine nos tentare de mortalibus vitijs, ne penitùs separemur à Deo, [&
Roma. 7. seruiemus tibi:] in venialibus culpis, quas & si singulas, non tamen omnes vitare valem?, sicq;
Prouе. 24. carne seruimus legi peccati, propter quod aliquid in nobis habet princeps mundi, & septies cadimus omni die. ad quod diabolus respondet fidelibus: [In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros] id est, oculos interiores, quibus conspicitis spiritalia & diuina, obtenebrem, quatenùs nihil salubriter cognoscatis, & quicquid salutis est paruipendatis, oculos verò sinistros, quibus carnalia & caduca, vana & mundana consideratis ac sortiri conamini, vobis dimittam, [ponamq; vos opprobrium in vniuerso Israel.] i. in tota militante ecclesia, quæ contemplatur æterna. His cognitis, pensantes Christifideles, quòd inuisibilis hostis non aliud quærat, quàm damnationem ipsorum perpetuam, ad totiùs ecclesiæ suffragia conuertuntur, & vndique petunt orari pro se. Denique istis auditis, verus prælatus & feruidus pastor contra inuisibiles aduersarios inflammatur, & vniuersos sibi commissos hortatur, vt pro afflictis, tentatis & lapsis concorditer deprecentur. Habet quoque tres ordines subditorum, quoniam aliqui sunt incipientes, quidam proficientes, nonnulli perfecti quibus omnibus iuxta dona sibi collata laborantibus, & suum præsidentem iuuantibus, inuisibiles hostes vincuntur, dum fulgor gratiæ menti infunditur, ita quòd in corde dielcit, & sol iustitiæ Christus charitatis calorem producit in ipso. Eccè quid ad verum spectet pastorem, vt s. totis præcordijs de subditorum suorum spiritali detrimento, læsione, pressura tristetur, & contra aduersarios animarum armetur, indignetur, succurrat cum omni plebe sibi subiecta, nec cesset, quousque sortiatur triumphum. Rursus tres in ecclesia sunt ordines, religiosi, militares, vulgares. Item actiui, contemplatiui, & ex vtraq; commixti. Iterum, sicut Gabaonitæ leuauerunt vocem suam, & plorauerunt auditis angustijs proximorum suorum, vtpotè Iabitarum: sic vnaquæque deuota congregatio seu persona lugere debet ex animo, dum alicuius deuotæ congregationis aut suppositi deformationem aut deiectionem perceperit, pro cuius reformatione cum omni feruore debet conari: obtenta demum victoria, offerendæ sunt Deo pacificæ hostiæ, sacrificia s. laudis & gratiarum actionis, vt totus triumphus, profectus, & quicquid perfectionis fuerit quis sortitus, totum omnipotenti datori ac adiutori syncerissimè ascribatur. ¶ Postremò, exemplo Saulis discant reges & principes esse ad misericordiam proni, & pœnitentibus indulgere, atq; in die sui honoris, prosperitatis & triumphi, non superbire nec mali-
Cicero gnari, quod totum vnicuiq; Christiano sectandũ est. Hinc Tullius in laudibus Iulij ait: Nulla
Pompeius. te virtus gratiosiorem exhibet, quàm tua clementia. Inclytus quoq; Pompeius: Præclarissimũ, inquit, victoriæ genus est, posse vlcisci & nolle. Hinc rex apum, disponente authore naturæ, caret aculeo.

¶ *Declaratio capituli XII. Dixit autem Samuel ad vniuersum Israel.* Art. 23.

In

IN fine præcedentis capitulo scriptum est, qualiter Saul & populus eius in Galgala lętati sint nimis. Volens itaque Samuel gloriationē illorum moderari, & reuocare ipsos à præsumptione, ne s. præsumerent se benè egisse regem petendo, ostendit eisdem verbis atque prodigijs, ꝙ regem petendo peccauerint. [Dixit autem Samuel ad vniuersum Israel] ibi congregatum cum Saul: [Eccè audiui vocem vestram] i. postulationem vestram impleui, [iuxta omnia quæ loquuti estis ad me, & constitui super vos regem: [eum vngendo ac vobis monstrando, quem Deus elegit & fieri iussit regem. [Et nunc rex graditur ante vos, ego autem senui & incanui.] i. canus effectus sum ex senectute, & tamen, vt infrà patebit, Samuel multis annis vixit post hęc. [Porrò filij mei vobiscum sunt.] tanq̄ parati ad obsequium regis & communitatis, vel vt exigatis ab eis, si aliquid habent à me, quod alicui vestrum iniuste abstulerim. [itaque conuersatus * vobiscū ab adolescentia mea vsque ad diem hanc,] quia adhuc adolescens existens, cœpit populū iudicare. [Ecce præsto sum] i. præsens & paratus ad respōdendum. [Loquimini de me coram domino, & coram Christo eius] videlicet Saule rege inuncto. [vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinū,] i. iustam contra me querelā proponite corā Deo & rege, si alicui subtraxi bouem aut asinū aut simile ęquam [si quempiā calumniatus sum, si oppressi aliquem,] i. facto aut verbo, aut iniquo iudicio irrogaui alicui iniuriā. [si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnā illud hodiè.] i. fatebor nunc donum illud esse iniustè acceptū & contemnendū, & tanquā vile abijciam, [restituamq́; vobis. & dixerunt: Non es calumniatus nos, neq; oppressisti, neq; tulisti] i. non accepisti [de manu alicuius qppiam] muneris pro exercendo aut peruertendo iudicio, imò nec aliquo repræhēsibili modo. [dixitq́; ad eos: Testis est dominus aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, q̄ non inueneritis in manu mea qppiam.] i. tam Deus q̄ rex iste Dei vicari⁹ testes sunt, ꝙ psonaliter fassi estis nō inuenisse vos aliqd repręhēsibilitatis aut violētię in omi cōuersatiōe mea aut officiō meo, & hoc ipsum testimoniū valet ad vestrā repręhēsionē, ꝙ s. iniuste repulistis me à principatu iudicij. [Et dixerūt: Testis. Et ait Samuel ad populū: Dn̄s q fecit Mosen & Aaron] eorū substātiā pducēdo, & eos filijs Israel pficiēdo, [& eduxit patres nostros de terra Aegypti,] supple, adest & est testis horū, q per Hiere. 29. locutus est: Ego sum iudex & testis. de quo Iob 16. Eccè eñ in cęlo est testis meus, & cōscius meus in excelso. Dicit aūt Deus testis actuū humanorū, non ꝙ ipse corā superiori iudice testimonium ferat, sed q̄ omnia ei cōstant, & ipse tempore opportūo, tam iudex erit quam testis. ¶ Sed querit̄, cur Samuel se ita cōmendauerit, cùm Prouerb. 27. scriptum sit: Laudet te alien⁹, & nō os tuum. Et Eccl. 7. Non te iustifices ante Deum. Vndè S. Iob ꝓfitetur: Si iustificare me voluero, os meū cōdemnabit me. Et r̄ndendū, ꝙ Samuel populū increpaturus, primò ex rationabili causa expurgat se coram Deo & rege, ne posteà inculparetur iniustè, atq; ad innuendum, ꝙ purus & inculpabilis esse debet, q accusaturus seu iudicaturus est alios. Et item ad Dei honorem, aliorumque ędificationem hoc egit. Et propter has ac alias quasdam causas, leguntur viri sancti interdum suas cōmemorasse iustitias, non ob propriam laudem, aut præsentis vitæ honorem, nec sic, quasi à venialibus culpis immunes fuerint, & hoc ptendunt authoritates inductæ. ¶ Prætereà, ad literam patet ex præinductis magna valdè S. Samuelis iustitia atque perfectio, qui in tanti regimine populi infra tot annos irrepræhensibiliter vixit ac præfuit, & proprijs suis expensis iudiciale expleuit officium visitationisque actum, nec vnquam quæsiuit proprium cōmodum aut honorē, quod toti in cūctis iudicibus est valdè pensandum ac imitandū. Hinc quoque Eccl. 46. asseritur: Dilect⁹ à Deo suo Samuel, testimoniū præbuit in conspectu dn̄i & Christi: pecunias & vsque ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit illum homo. [Nunc ergo state, vt iudicio contendam aduersum vos coram dn̄o.] hoc est, vt ꝓbem vos reos, atq; ingratos beneficijs Dei, sicut in foro cōtentioso solet causa probari. [& ꝓbem hoc de omibus misericordijs dn̄i,] i. gratiosis beneficijs Dei, [quos fecit dominus vobiscū, & cum patrib⁹ vestris, quō Iacob ingressus est Aegyptum, & clamauerunt patres vestri ad dn̄m, & misit Mosen & Aaron, & eduxit patres vestros de Aegypto, & collocauit eos in hoc loco. Qui obliti sunt dn̄i Dei sui,] idola colēdo, [& tradidit eos] puniēdo: [in manus Sisaræ magistri militię Hazor,] i. Iabin regis vrbis nomine Hazor, vt scribitur Iudic. 4. [& in manu Philistinorū & manu regis Moab] ac gētium aliarum, sicut in lib. Iudic. diffusè scriptum est: [& pugnauerūt aduersum eos. Posteà aūt clamauerunt ad dn̄m, & dixerūt: Peccauimus, quia dereliquimus dn̄m, & seruiuimus Baalim & Astaroth. Nūc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorū & seruiemus tibi. & misit domin⁹ [Hieroboal] hoc est, Gedeonem [& Bedā] i. Samsonem, qui fuit de tribu Dan, [& * Barach, & Iepthe, & Samuel:] sicq; loquit̄ de se. quasi de alio. Misit quoq; dn̄s alios iudices, s. Othoniel, Ahud, Samgar, Iair, &c. vt in lib. Iudicum recitatur. [& eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum,] q̄n conuersi clamastis ad dn̄m, vexatione dante vobis intellectum. [& habitastis confidēter] quandiu Deo obedientes fuistis, & de iudicum directione eratis contēti. [* Vidistis autē quòd Naas rex filiorū Ammō, venisset aduersum vos, dixistis mihi: Nequaquā

1. Reg. 11.
1. Reg. 25.
* corā vobis.
Exo. 3. 4.
Exo. 12.
Iud. 13. 6. 7. 14. 3.
* Bedan
Esa. 28.
* Videntes

quaquã, sed rex imperabit nobis, cùm domin⁹ De⁹ vester regnaret in vobis.] hoc est, immediatus rex vester fuit, ita ꝙ sub eo non habuistis hoiem ꝑsidentem, nisi iudices. Præcedenti cap° (1.Reg.8.11.) patuit, qualiter Nahas rex cum populo suo à Saule rege & populo Israel victus est. Quô ergo nunc dicitur, ꝙ filij Israel petierunt regem, videntes ꝙ Nahas contra eos venit, quasi petitio regis secuta sit aduentum Nahas contra Israelitas? Ad hoc ex Iosepho respôdet, ꝙ ante vnctionem Saulis petitionemq́ue regis, Nahas multos vastauit ex filijs Israel trans Iordanem, quod (Iose. lib.6. au. iu.ca.5.) fuit vna causa ex qua moti sunt petere regem. Deindè post mensem inunctionis Saulis venit Nahas rex contra Iabes. [Nunc ergo ꝓsto est rex vester, quem elegistis & petistis.] quô verum est hoc? Nô eñ videntur filij Israel elegisse Saulem in regem, sed dominus eum ad hoc elegit ac designauit, non præcedente populi electione. Respondetur, quod dicuntur eum elegisse, hoc est, vnanimiter acceptasse in regem magisq̃ alium. [Ecce dedit vobis dñs regem, si timueritis dominũ,] filiali aut saltẽ initiali timore, [& seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os domini.] i. sapientiam eius non prouocaueritis ad indignationem & vltionem aduersus eos, [eritis & vos & rex vester, sequentes dñm Deum vestrum,] hoc est, Deo veraciter adhærentes, cui non adhærent in veritate, nisi qui ei obediunt. [Si aût non audieritis vocem domini, sed exasperaueritis sermonem eius, i. eloquia & præcepta Dei amare seu asperè acceperitis, non charitatiuè ac dulciter, [erit manus domini super vos, & super patres vestros:] hoc est, tam vos quam patres vestri qui vos ad mala inducunt, seu à vitijs non refrenãt pro posse, incurretis debitas pœnas Dei: vel super patres vestros defunctos côdemnatos, quorum damnatio seu tormentum augebitur ex iniquitatibus & condemnationibus vestris, inquantùm præbuerunt & reliquerunt vobis occasionem, & exemplum peccandi, & pœna vnius damnati redundat in alium. Quidam exponunt sic: Erit manus Dei super vos & super patres vestros, i. ita erit super vos in posterum, sicq́; puniemini, sicut iam antè fuit & sicut puniti fuerunt patres vestri transgressores. ¶ Consequenter per miraculum probat Samuel suorum veritatem verborum: [Sed & nunc state, & videte rem istam grandẽ, quam facturus est dñs in côspectu vestro. Nunqd non messis tritici est hodie?] hoc est, imò iam est temp⁹ triticeæ messis. [Inuocabo dñm, & dabit voces & pluuias.] i. subitò & super naturam tonabunt tonitrua, micabuntq́; fulgura, & imber copiosus descẽdet, cùm tñ iam sit aura serena, nec naturales causę ꝑcesserunt. [& scietis & videbitis, quia grande malũ feceritis vobis in côspectu dñi, petẽtes super vos regem. Exclamauit] i. feruenter orauit [Samuel ad dñm, & dedit dñs voces & pluuias in die illa.] imò & grandinẽ, vt in Scholast. narratur hist. [Et timuit oĩs populus nimis dñm (Pet. Co.hi. libr 1. Re. gum. ca.1.) & Samuelẽ,] liquidẽ propter tam vehementẽ, miraculosam, insolitam tẽpestatem horrore ꝑcussi sunt, ꝑsertim qa culpabiles erant, & lædi seu perimi formidabant. [Et dixit vniuersus populus ad Samuelem: Ora pro seruis tuis ad dñm Deum tuum, vt non moriamur] hac tempestate. [Addidimus eñ vniuersis peccatis nostris malum, vt peteremus nobis regem.] i. cęteris peccatis nostris adiecimus vitium istud, videlicet regis postulationem. [Dixit aût Samuel ad populum: Nolite timere] ꝙ nunc moriemini ex hac tempestate, nec timeatis timore ex diffidentia ꝓcedente aut desperationem causante, nec solo seruili timore, & oẽm carnalem, secularem, inordinatum timorem abijcite. Sic côsolatus est Samuel illos, qm̃ vidit ꝙ pœniterẽt, & inordinatè timerent. [Vos fecistis vniuersum malum hoc. Veruntñ nolite recedere à tergo domini.] i. non cessetis Deũ seq per adhęsionem fidelem & obedientiam perseuerantẽ. Loqtur aût de incircunscriptibili & simplicissimo Deo metaphoricè more humano. [sed seruite dño in omni corde vestro, & nolite declinare post vana] i. omnem idololatriam, superstitionẽ & magicam artem, ac cæteras vanitates à vobis repellite, [quæ non proderunt vobis, neq; eruent vos, quia vana sunt, & nô derelinquet domin⁹ populũ suũ propter nomen suum magnum] i. propter suiipsius pijssimam maiestatem, & ꝓpter excellẽtiæ suę famam dilatandã & conseruandã propiciabitur vobis, quẽadmodùm per Eze. 36. testatur: Non ꝓpter vos ego faciam, notum sit vobis, sed ꝓpter nomen sctm̃ meum. Vndè Esa. 48. fatetur: Propter me ego faciam, vt non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo. Hinc Iosue orans pro populo, loquutus est domino: Quid facies nomini tuo magno? Deniq; non relinquit Deus hoiem, nisi priùs relinquat (Iosu 7.) ab eo: & quantũ in se est, nullum permittit perire. [qa iurauit dominus vos sibi facere populũ,] i. per seipsum testatus est, ꝙ per dona gratię suæ faciet vos sibi deuotos, nisi obicem peccãdo ponatis. Hinc scriptum est Deu. 4. Eduxit vos dñs de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populũ hęreditariũ. Et rursus ibidèm loquit̃ Moses Israelitico populo: Nô dimittet te, nec omnino delebit, neq; obliuiscetur pacti in quo iurauit patribus tuis. [Absit aût à me hoc pc̃m in dño, vt cessem orare pro vobis.] Nempe ex quo pœnituerũt, atq; humiliter petierũt orari pro se, peccasset vtiq; Samuel, si ꝓpter ꝑteritam eorũ improbitatẽ, iniuriamq́; sibi ab ipsis illatam, renuisset orare pro ipsis, nec iam erant inimici ipsius. In hoc tñ Samuel specialiter cômendat, (1.Reg. 15.) ꝙ tam fideliter orauit pro his, à qbus eiectus erat ex principatu: imò vt infrà habetur, orauit quoq; pro Saule sibi inimicante, ideo efficaciam orationum Samuelis dominus tangit apud

Hi-

Hieremiã dicẽs:Si steterint Moses & Samuel coram me,nõ est anima mea ad populũ istũ, [& Hierem. 15
docebo vos viam bonam & rectam:]i.salutaria documenta,vitiorũ obliqtate carentia,p quorum obseruationẽ ptingere poteritis ad verã felicitatẽ. Deindè via ista docetur: [Igit timete dñm.]filiali timore,q est fuga mali culpæ.Sic qppe Deũ timere,est timere separari ab eo,& abominari pctã,inquantũ sunt Dei offensiua,& separatiua ab illo q summè diligit,quemadmodũ bonus filius timet patris sui offensam.[& seruite illi]seruitute latriæ,[in veritate]vitæ,iustitiæ & doctrinæ.[& in toto corde vestro]absq; simulatione & admixtione hypocrisis. [Vidistis eñi magnifica quæ in vobis gesserit dñs.]i.mirabilia opera & præclara beneficia eius,qbus grati esse debetis.[Quod si perseueraueritis in malitia,& vos & rex vester pariter pibitis.

¶De mystica intelligentia cap.huius 12. Art. 24.

EXordium cap.huius docet v[ni]uersos qui psunt & iudicant alios, q̃ iuste & irrepræhẽsibiliter debeant conuersari corã & sibi cõmisis,ne dispergãt & perdãt quos reducere & saluare tenentur.Prętereà si vnicuiq; est dãnabile,scandalizare vnum pusillum:quanto magìs q eis q̃ præsunt,ineffabiliter est damnosum,scandalizare gregem eis cõmissum?Cùm ergo qui præsunt,non solùm ex charitate,sed etiam ex debito iustitiæ & obligatione sui officij teneant fraternæ correptionis pceptũ in subditis suis implere:tales,hoc est,tam virtuosos & exẽplares se studeant exhibere,vt digni existant id facere,ne eis dicatur illud Lu.4.Medice,cura teipsum. Et illud Apostoli Ro.2.Qui alium doces,teipsum non doces.Væ ergo pastoribus & prædicatoribus verbi Dei,q in officijs suis potiùs quęrunt propria cõmoda & honorem, quam oĩpotentis honorificentiã & aĩarum salutem,quibus per Ezec.34.dñs comminatur:Væ pastoribus qui pascebant semetipsos.Lac comedebatis,& lana operiebamini,gregem aũt meum non pauistis.De tali pręlato seu prędicatore Za.6.habetur:Brachium eius ariditate siccabitur,& oculus dexter eius obtenebrescens obscurabitur.O pastor & idolum,derelinquẽs gregem. Itaq; is qui pest,nullũ calumnietur aut opprimat,& psonarum acceptor nequaquam efficiatur.Tẽpore quoq; visitationis libenter exponet se accusationi subditorum suorum & emendationi Visitatorum,nõ contemnens subire iudicium cum seruo & subdito suo.Iudex aũt oẽm prorsus cupiditatem deuitet.Insupèr sicut Samuel hic,ita & Moses loquut⁹ est Deo:Tu scis quod nec asellũ qdem vnquam acceperim ab eis,nec afflixerim quenquam illorũ.Sed & vas electionis suis ait discipulis:Argentũ & aurum & vestem nullius cõcupiui,ipsi scitis.Sed heu iam videtur impletum quod asserit Es.1.Oñes diligunt munera,sequuntur retributionem. [Nunc ergo state,vt iudicio contendã aduersum vos.]Queãdmodũ S.Samuel volẽs populum dignè corripere,recitauit eis in primis beneficia creatoris collata eis,eorumq; patribus,deindè eorum ingratitudines & excessus:sic pastor seu prędicator debet fidelibus frequẽter proponere beneficia saluatoris,quę,quanta & qualia fecit,assumpsit & tolerauit pro nobis, & quotiès ac quam multùm misertus est nostri,quanta boña fecit Ecclesiæ suę.Deindè debet pferre ingratitudines,peruersitates,recidiuationesq; populi,quatenús opposita inuicèm comparata,clariùs pateant & salubriùs aduertantur.Quemadmòdum autem in veteri test.misit domin⁹ viros electos,videlicet iudices,reges,prophetas,per quos plebi multipliciter succurrebat,ita in nouo test.misit innumerabiles,pclarissimos ac sanctiss.viros,martyres,cõfessores,psules,abbates,pdicatores,qui pdicando egregiè,viuendo sanctissimè,ac miranda operando pdigia,purgauerunt,illuminauerunt & reformauerunt Ecclesiam.[Nunqd non messis tritici est hodie?] i.tẽp⁹ conuertẽdi & colligendi hoĩes in horreũ Dei,i.in ecclesiam,put in Euãgelio veritas cõtestatur:Leuate,inqens,oculos & videte regiones,qa iam albæ sunt ad messem.Et item: Messis quidẽ multa,operarij autem pauci.[Inuocabo dñm,& dabit,voces]i.comminationum seu sublimiũ doctrinarũ tonitrua,[& pluuias]grãrum cælestium,qbus semen verbi Dei in mente fœcundatur,crescit in opus,& fructificat p exemplũ.[Nolite recedere à tergo dñi.]hoc est q admonet Christus:Qui vult venire post me,abneget semetipsum,& tollat crucem suam quotidiè,& sequatur me.Siqdem Christus passus est pro nobis,vobis relinquẽs exemplum, vt sequamini vestigia eius.[Et nolite declinare post vana,]qrendo carnales delicias,terrenas diuitias,temporales honores,risus,iocos,ludos,spectacula aut choreas, ne illud Hieremię dñs vobis improperet:Elongauerũt à me,& ambulauerũt post vanitatem,& vani facti sunt. Verũ vt ait Ps.39.Beatus vir cuius est nomen dñi,spes eius,& non respexit in vanitates & insanias falsas.[Absit à me hoc peccatum in domino,vt cessem orare pro vobis.]Quanuìs hoc dicere debeat qlibet Christianus,cùm dicat Saluator Mat.5.Orate p persequentibus & calumniantib⁹ vos,maximè tñ platus & pdicator,qui quantumcunq; à proximis aut subditis offendatur, nihilominùs orare debet pro ipsis,imò tanto plùs compati & subuenire,quanto plùs illos viderit insanire instar indulgentissimi patris,q quanto plùs à phrenetico filio suo inuaditur, tanto ampliùs miserans miseretur,totisq; viribus insanienti auxiliatur.Hinc filius Dei cruci affixus,pro crucifixoribus & blasphematoribus suis orauit:& Stephanus pro lapidantibus se intercesit,imò Moses & Paulus deleri de libro vitę,anathemaq; fieri à Christo depcabãtur,nisi

Matth.18.
Leuitic.19.
Nume. 16.
Actor.20.
Ioann. 4.
Matth. 9.
Lucæ 10.
Lucæ 9.
1.Petr.2.
Hierem. 2.
Esaiæ 53.
Luc 23.
Actor.7.
Exodi 32.
Rom. 9.

pro errantibus exaudirentur. Postremò, quamuis omnis Christifidelis, maximè tamē prælatus implere debet, quod ait Apostolus Roma.12. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

¶ Elucidatio cap.13. Filius vnius anni erat Saul, cùm regnare cœpisset. Art. 25.

TRansgresio & reprobatio Saulis hîc recitatur. [Filius vnius anni erat Saul, cùm regnare cœpisset.] Hoc duobus modis exponitur: Primo, vt nomen hoc Saul, sit nominatiui casus: eritq; sensus, quod Saul in exordio regni sui fuit vnius anni, nō quo ad temporis fluxum, sed quantùm ad cordis synceritatem, vtpotè humilis tanquam paruulus, prout ait Saluator Mat.18. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Fuit itaq; vnius anni, i. purus & innocens, tanquā puerulus anni vnius. Cùm enim omnipotēs Deus promouet hominem ad aliquam dignitatem aut præsidentiā siue officium, efficit eum dignum ad illa per gratiarū charismata, nisi homo ponat obstaculū: nec Deus directè promouere solet indignos, sed permisiuè. Deniq; quò præsidentia altior est, eo præsidens maioris debet esse perfectionis: ideo regē decet esse virtuosisimū ac diuinum. Secundo exponitur, prout Saul est datiui casus, vt sit sensus, ꝙ ipsi Saul erat filius, i. filiū habuit anni vnius, videli-
2.Reg 2. cet ipsum Isboseth, cùm ipse Saul regnare cœpit, & duob⁹ annis regnauit ipse Isboseth. Contra quod instatur, quia (vt infrà habetur) Isboseth, qui mox post mortē Saul cœpit regnare, fuit 40. annorū in sui exordio regni, Saul aūt 20. annis regnauit. Deniq; scriptura non intēdit hîc explicare ætatē aut tempus regnationis filij Saulis, sed Saulis regis. Quidā demum exponūt sic, Filius vnius anni, i. viginti vnius annorū erat Saul cùm regnare cœpit, quia (vt Num.1. habetur) à 20. annis & suprà eligebantur ad prælia. sicq; fuit vnius anni, i. vnū habuit vltra 20. quod stare non valet, quia (vt tactū est) filius Saul prætatus erat quadragenarius cùm regnare exorsus est, & Saul p̄fuit annis 20. Veruntamen cōtra hoc obijci potest, quod Actu.13. legitur:
Beda Dedit eis Deus Saul filiū Cis annis 40. Ad quod Beda ibidē, alijq; concorditer dicunt, ꝙ ibi in annis illis Saul, includuntur 20. anni, quibus p̄fuit Samuel. Aliter non videtur, qualiter accipi posset cōputatio annorum ab exitu de Aegypto, vsq; ad tēpus quo Salomon cœpit tem-
Iose lib.6. plum ædificare, vt infrà 3. Reg.4 5. & 6. habebitur. Idē affirmat & Iosephus. Nihilominùs con
an.iu ca.6. tra hæc argui potest, quomodo iuxta præhabita, Samuel adhuc adolescens cœpit esse populi
1.Reg.3.4.7 iudex, statim post obitū Heli. Fuit aūt senex in exordio regni Saul, vt præcedenti habetur cap.
2 Reg.12. ergo diutiùs præfuit q̄ annis 20. [& 2. annis regnauit] ipse Saul [super Israel,] quia 2. annis præfuit virtuosè, deindè tyrannicè. Circa hoc scribit quidam: Potest dici, quia post 2. annos regni Saulis ipse Dauid in regē à Samuele est vnctus, & extunc Saul nō regnauit de iure, sed tamen vsurpatiuè: ideo sequentes anni regni ipsius, hîc resecantur. Sed contra hoc, vtpote ꝙ Saul extunc non regnauit de iure, obijcitur, quia adhuc, imò vsq; ad finē vitæ suæ, retinuit sibi ius re-
2.Reg 1. gale seu regiā potestatem & authoritatē. Propter quod Dauid occidi iusit adolescētem, qui
1.Reg 24. 26. se Saulem occidisse perhibuit, Dauidq; sæpius dixit: Quis extendet manus suas in Christum domini, & innocens erit? Vnde & pectus suū percusit, eo ꝙ chlamydē abscidisset illius. Itaq;
1.Reg.24. Saul adhuc permansit verus ac legitimus rex Israel, habendo respectū ad eius authoritatē & regiam potestatē: sed quantum ad potestatis suæ abusum, fuit tyrannus. Talibus aūt principibus ac prælatis, quantum ad ea quæ ad ipsorū officia pertinent, tenentur subditi obedire, tanquam veris superiorib⁹, prout super secundū sententiarum distinctione vltima Thomas declarat. [Et elegit sibi Saul tria millia de Israel] i. tria millia virorū Hebræorū, quos reputauit ad præliandū fortiores & audaciores: atq; (vt aliqui opinantur) hoc fecit, cùm regnasset p annum vnum & duos, i. post tres annos. Tamen de illis tribus millibus dedit mille sub manu Ionathæ filij sui primogeniti ac strenuioris. Vnde subiungitur: [Et erant cum Saul duo millia in Machmas & in monte Bethel] i. in locis seu vrbibus illis, per quarum terminos magis poterat Philistæis patere ingressus ad Israel. ideo Saul ibi opposuit se. [Mille aūt] viri erant [cum Io-
Pet. Con. natha in Gabaa Beniamin.] i. vrbe illa in sorte Beniamin sita, quæ (secundū Magistrum in hi-
hist lib 1. storijs) fuit ciuitas Phinees filij Eleazari, i. vrbs sibi deputata ad habitandū, & in illa Eleazar
Reg. c.12. fertur sepultus. Veruntamen in Iosuæ lib. legitur, Eleazar mortuus est, & sepelierunt eum in Gabaa, q̄ data est ei in monte Ephraim, in quo monte non videtur sita fuisse Gabaath seu Gabaa Beniamin. [Porrò cæterū populū remisit, vnumquenq; in tabernacula sua. Et pcusit Ionathas stationē Philistinorū, q̄ erat in Gabaa.] Philistæi tanq̄ dominantes filijs Israel, construxerunt seu habuerūt in terra ipsorū loca munita seu fortalitia, in quib⁹ posuerunt bellatores, qui populū Israel seruarēt sub iugo Philistijm. Est itaq; sensus, ꝙ Ionathas in vrbe Gabaa tale castrū obtinuit, & Philistæos inibi constitutos occidit: [Quod cùm audissent Philistijm, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi.] Saul p certo cōtecit, ꝙ Philistæi cognito eo quod fecerat Ionathas, ex indignatione mox conuenirēt ad impugnandū Israeliticū populū. ideo voluit super hoc suum populū auisare, vt se obseruarent. Hinc misit nuncios qui præmisso buccinæ sonitu, annunciauerūt hæc ipsa. Hinc subditur, [& vniuersus Israel audiuit huiuscemodi famam, percusit Saul stationē Philistinorū,] iuxta sensum præhabitum. Quod

enim

enim Ionathas egerat, rex terræ, videlicet Saul, iudicabatur fecisse, sicut victoria militũ asscribitur principi. [Et erexit se Israel aduersus Philistijm,] Suprà scriptũ est: Humiliati sunt Philistijm, nec apposuerunt vltrà vt venirẽt in terminos Israel, quod factũ est tempore Samuelis: quomodo ergo statio Philistinorũ fuit adhuc in terra Israel, Saul regnante? Iterum dictũ est ibi, Facta est manus dñi super Philistæos cunctis dieb' Samuelis: ergo iam ante imperiũ Saul, erexit se Israel cõtra Philistijm. Ad primum respondetur, quod ad certũ tempus non introierunt terram Israelitarũ, vel non cum tanta potentia sicut antè, vel dato, q vltrà non introierũt Samuele populũ iudicante: tamen filijs eius p̃sidentibus malè, iudicantibusq; iniustè, potuerunt forsitan intrare. Dato quoq; q non introierunt, attamen potuerunt ibi in munitionibus relinquere eos quos ante posuerunt ibidẽ. Ad aliud respondetur, q Samuele p̃sidente, multũ refrenata fuit potestas Philistinorũ super filios Israel, non tamen in toto ablata, sicq; sub Saul [erexit se] popul' [Israel aduersus Philistijm] magis q̃ antè. [Clamauit ergo popul' post Saul in Galgala,] ex timore Philistinorũ Saulem exhortando, vt p̃uideret sibi ac regno suo contra Philistinorũ inuasionem. [Et Philistijm congregati sunt ad p̃liandum contra Israel 30. millia curruum.] Mirum q tot currus habebant, cùm de Pharaone legatur Exo. 14. q tulit secũ 600. currus electos, qñ videlicet insequutus est filios Israel. Hinc aliqui dicunt, q ponatur hîc cõtinens pro cõtento, videlicet numerus curuũ pro numero bellatorum, q erant in curribus & pugnabant ex eis, vt erat tunc moris. [& sex millia equitũ.] Aliqui textus habent, 600. millia equitũ. sed melius dicitur, sex millia. [& reliquũ vulgus, sicut arena, q̃ est in littore maris plurima.] i. innumerabile instar arenæ, quod tñ hyperbolicum verbũ est. [Et ascendẽtes, castrametati sunt in Machmas ad orientẽ Bethauen. Quod cùm vidissent viri Israel se in arcto positos,] i. in grandi periculo vel in loco angusto. [(afflictus erã est populus)] s. viri p̃fati de Israel, qui timore, lassitudine seu alijs modis erant tribulati, [absconderunt se in speluncis & in abditis, in petris quoq; & in antris, & in cisternis. Hebræi aũt transierunt Iordanẽ * terram Gad & Galaad] i. transmigrantes Iordanẽ, ingressi sunt terrã duarum ac mediæ tribuũ. Hoc sonat, ac si Hebræi non fuissent Israelitæ. Ad quod in scholastica respondetur hist. Quidam erant in Israel, sic appropriato vocabulo dicti, qui præ timore creduntur in castra Philistijm descendisse ad obsequendũ illis. Vel (vt aliqui scribũt) ideo dicebantur Hebræi, qa freqũeter transibant Iordanẽ. Nam Heber interpretatur victor seu transiens. Inde Hebræi, quasi transeuntes. Veruntamen hi Hebræi videntur potiùs à Philistæis fugisse, q̃ ad ipsos cõfugisse: qa Iordanis erat à plaga orientali, respectu terræ promissionis: terra aũt Philistinorũ, à parte occidentali. [Cumq; esset Saul adhuc in Galgala, vniuersus populus perterritus est qui sequebatur eum:] quoniã erant paucissimi comparatione exercitus Philistinorũ, nec plenè cõfidebant in dño. [Et expectauit 7. diebus Samuelem iuxta placitũ.] i. prout Samuel ei iniunxerat. Vnde scriptum est suprà, quemadmodũ Samuel dixit Sauli in prima sua inunctione: Descendens antè me in Galgala. Ego quippe descendã ad te, vt offeras oblationẽ, & immoles victimas pacificas. 7. diebus expectabis me. quod ibi tripliciter fuit expositum, & iuxta expositionem illam triformem, potest & istud tripliciter exponi. Primò, q expectauit Samuelẽ 7. diebus oblationis fiendæ quotidiè per tot dies pro sua vnctione in regem: quæ expositio non videtur cõueniens, qm̃ Saul iam fuit in regem bis vnctus, ideo non apparet q vsque ad tempus istud fuerit oblatio illa dilata. Secundò à quibusdã exponitur, q expectauit iuxta placitum Samuelem, quatenus Samuel sacrificaret & consuleret Deum pro ipso Saule. Debuit autem Samuelẽ expectasse per 7. integros dies, & non expectauit eum hac vice, nisi per sex dies, qm̃ diem quo significauit Samueli vt veniret ad se, inter septem dies expectationis annumerauit, cùm tamẽ post diem illum debuerit septem præstolari diebus Samuelis aduentum. Sed huic expositioni videtur contradicere litera, asserens q Saul 7. diebus expectauit Samuelem. Tertiò ergo exponitur, q non expectauit plenariè per 7. dies, imò 7. die ante occasum per aliquot horas vsurpauit sacrificare, quod per Samuelem fieri debuit: sicq; peccauit in hoc, q nõ expectauit 7. integros dies: & item q sacerdotale assumpsit officium, sicut Ozias rex Israel, quibus duobus excessibus adiecit & tertiũ, excusando seipsum. [Et nõ venit Samuel in Galgala] tam citò, vt Saul putauit eum venturũ. Venit tamen 7. die, vt infrà habetur. [Dilapsusq; populus ab eo] i. populus Israel, qui fuit cum Saul, recessit ex timore ab eo. [Ait ergo Saul: Afferte mihi holocausta & pacifica] i. materias seu pecora quæ offerã Deo in holocausta, vt remittat nobis nostra peccata, & tale sacrificium totaliter incẽdebatur, præsertim dum offerebatur pro peccatis multitudinis, vt Leuit. 4. habetur, ideo holocaustum vocatum. Et item quæ offeram in hostiam pacificam, i. pro pace atq; victoria obtinendis. [Et obtulit holocaustum. Cumq; cõplesset offerens holocaustũ,] i. hostiã holocaustomatis iam obtulisset rex Saul, quod non erat sui officij, [ecce Samuel veniebat] satis tempestiue ad offerendũ. Legalia nanq; sacrificia licite immolabantur vsq; ad horã, in qua sacrificium iuge vespertinũ offerebatur, post quod illo die aliud sacrificium non offerebatur, qm̃ illud erat cõsummatio omniũ sacrificiorũ diei. [Et

1. Reg. 7.
Ibid.
* in terram
Pet. Com. hist. li. Reg. c. 12.
1. Reg. 10.
2. Par. 26.
Num. 28.

egressus est Saul obuiam ei, vt salutaret eum.] Honorauit enī Samuelē propter eius senectutē & sanctitatem, prophetalemq; grām: & qm̄ iam antè iudex fuerat populi, & suis orationibus ac meritis multa bona à Deo obtinuit populo: sed & hac vice sperauit iuuari per Samuelem. [Loquutusq; est ad eū Samuel: Quid fecisti?] quasi dicat, grauiter iam peccasti, & mirū ꝙ ita egisti. [Rn̄dit Saul: Quia vidi ꝙ dilaberef populus à me, & tu non veneras iuxta placitos dies, porrò Philistijm congregati fuerant in Machmas, dixi: Nunc descendent Philistijm ad me in Galgala, & faciē dn̄i non placaui,] satisfaciendo ꝓ peccatis meis ac populi mei. [necessitate cōpulsus, obtuli holocaustum dn̄o.] Saul mendosè se excusauit, quia nō erat necessitas vera, absoluta, sufficiēs: talisq; vsurpata oblatio, fuit magis offensiua Dei, q̄ placatiua. [Dixitq; Samuel ad Saul: Stultè egisti,] qa contra mandata Dei, [nec custodisti mandata dn̄i Dei tui, quę p̄cepi tibi] ex parte Dei, vt s. expectares me 7. dieb⁹ totalibus, nec ꝓprijs manib⁹ sacrificares. [Quod si nō fecisses, iam nunc p̄parasset dn̄s regnum tuū super Israel in sempiternū:] i. si istos excessus non cōmisisses, nec postea similes, dn̄s firmasset p̄sidentiam tuam regiā super Israeliticā plebem, per omne tēpus vet. test. quantū est ex parte tui, seu respectū habendo ad merita tua. Veruntn̄ ꝓuidentia Dei oīa pariter intuens, & vniuersa cōplectens, nec fallitur nec mutatur. Qualiter aūt huiusmodi p̄nunciationes, ꝓmissiones, seu cōminationes inuariabilis Dei, sint intelligēdæ sub cōditione, & mutationi subiectæ per respectū ad ordinē ꝓximarū cōtingentiū naturaliumq; causarū, cùm tn̄ prorsus incōmutabilis sit in seipsa p̄ordinatio, p̄scientia ac ꝓuidentia Dei, frequenter dictū est alibi, & primo sententiarū determinatur. Deniq; sicut
Augustinus. asserit Augustinus, Deus instituit Saul in regnū, non ad permanendū, imò tribui Iudæ p̄ordinauit tribuere regnū: sed totum hoc, vtpote Saulē esse p̄uaricaturum ac remouendū, & tribum
Gregorius. Iudę in principatu mansurā, fuit infallibiliter in p̄scientia Dei. Hinc ait Gregorius: Deus non mutat decretū, quamuis mutet sententiā, non illā q̄ exprimit æternam p̄ordinationē, sed eam q̄ temporalē exprimit dispositionē. [Sed nequaquā regnū tuum vltrà cōsurget.] i. nullus filio
1. Reg. 2. 4. rum tuorū succedet tibi in regno super totū Israeliticū populū. Nam & filius Saul q ei successit, nō nisi duob⁹ regnauit annis. Non tamē super Iudā, nec sup cæteras tribus pacificè. [Quæ-
* iuxta siuit sibi dn̄s virum * secundū cor suū,] non quasi à casu aut ex incertitudine dn̄s aliquē q̄rit, quamuis sic faciat aliqd q̄ri, sed per modū q̄rentis se habet, dum oīm corda considerat, & vnū præ alio ad aliqd sibi assumit, eligit seu acceptat, quē tn̄ ipse per dona gratiæ suæ efficit talem, & ab ęterno sic ordinauit. Loquebaf quoq; Samuel more ꝓphetico de futuro p modum p̄teriti, ꝓpter certitudinē ꝓphetię. vt sit sensus, Quæsiuit sibi dn̄s virum secundū cor suū, i. decreuit sibi assumere in regē virum virtuosum, diuinæ voluntati conformē & b̄nplacentē. [& p̄ce-
* esset pit ei,] i. p̄cipiet [dn̄s vt * sit dux super populū suū,] vir iste est Dauid, q dum ista dicebantur, erat puer. [eo ꝙ non seruaueris q̄ p̄cepit dn̄s. Surrexit aūt Samuel,] Ex quo elicitur, ꝙ post increpationē p̄tactā mansit ad tēpus cum Saul in Galgala, [& ascēdit de Galgalis in Gabaa Beniamin.] Illuc nanq; perrexerunt & filij Israel cū Samuele, vel citò post eum aduersus Philistijm, ideo ꝓ confortatione populi Israel iuit ad Gabaa. [Et reliq populi] Israel, qui non iuerunt cum Samuele, [ascenderunt post Saul,] eum sequendo, [obuiā populo] Philistinorum,
* de [qui] Philistæi [expugnabāt eos,] videlicet Israelitas, [venientes * ex Galgala in Gabaa] i. ad vrbē sic dictā [in colle Beniamin,] in quo cōtigit expugnatio illa. [Et recensuit] i. numerauit [Saul populum] s. filios Israel, [qui inuenti fuerant cum eo,] & erant cæteris (vt videtur) constantiores, qm̄ illis fugiētibus, seq; abscōdentibus, manserunt cum rege ad p̄liandum, [quasi
Iudic. 7. 600. viros.] sic cum Gedeone nō manserunt, nisi 300. viri, & cum Iuda Machabæo 800. [Et
1. Malach. 5 Saul & Ionathas filius eius, populusq; qui inuētus fuerat cū eis, erat in Gabaa Beniamin. Porrò Philistijm consederāt in Machmas. Et egressi sunt ad p̄dandū] i. ad spoliandū bona Iudeorum, [de castris Philistinorū tres cunei.] & tn̄ nullum cuneorū illorum audebāt inuadere filij Israel, timore prostrati & inermes. Ideo quoq; fecerunt tres cuneos, vt magis nocerēt, & quia resistentiā non timebant. [Vnus cuneus pergebat contra viam Ephraim ad terrā Saul. Porrò alius ingrediebatur per viam Bethoron. Tertius aūt verterat se ad iter termini in terrā Sabaa imminentis valli Seboim contra desertum. Porrò faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel.] cuius subiungitur ratio: [Cauerāt enim Philistijm, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam.] i. idcircò non permiserunt inter Hebræos commorari aliquem fabrum, ne faceret eis ensem aut lanceam. Ex quo constat, ꝙ filij Israel erant adhuc multum grauati iugo dominij Philistinorum. Ideo autem fertur in textu, faber ferrarius, quia sunt quidā fabri lignarij, i. carpentatores, sicut in Euang. legitur Ioseph fuisse faber, Matt. 13. & Marc. 6. [Descendebat ergo omnis Israel ad Philistijm,] s. in terrā Philistinorum, qn̄ pacem habuerūt cum illis, [vt exacueret] i. per fabros Philistinorum acui faceret, [vnusquisq; vomerem suum, & ligonem, & securim, & tridentē, & sarculum. Retusæ itaq; erant acies vomerum & ligonū & tridentium & securium] i. cessante pace, & lite durante, ex defectu præfatæ exacutionis acumen ferri instrumentorū istorum erat reductū & hebetatum [vsq; ad stimulum corrigendū:] i. inclusiuè

clusiuè vsq; ad reformandũ seu exacuendũ instrumentũ, quo boues arãtes punguntur ad laborãdũ, seu aliũ quẽcunq; aculeũ.[Cumq; venisset dies ꝑlij]inter Hebræos & Philistæos,[nõ est inuẽtus]i. non fuit[ensis * aut lancea in manu totius populi, qui erat cũ Saul & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius.] quod ait, excepto, refertur ad illud, totius populi, non ad illud, q sequebatur Saul, q seipsum nõ sequebatur. Sed cõtra hæc argui potest, qm̃ filij Israel iã antè interfecerunt filios Ammõ, quod sine armis & gladijs facere nõ valebãt, imò & occisorũ illorũ arma diripuisse vidẽtur, sicq; abundasse armis. Ad hoc Iosephus ait, ꝙ Philistijm abstulerunt arma duntaxat illis q erant in Gabaa iuxta eos, & hi soli manserunt cũ Saul & Ionatha, cæteris in fugã versis atq; latẽtibus. Porrò in ꝑlio cõtra Ammonitas vniuersæ tribus fuerunt, inter quas multi gladios habuerũt & lanceas.[Egressa est aũt statio Philistijm, vt trãscenderet in Machmas.] Iam in textu ꝓhabitũ est, ꝙ Philistijm cõsederant in Machmas, quomodo igitur egressa est statio eorũ vt transcenderet in Machmas? Et respondendum ꝙ statio Philistinorum tunc existens in Machmas, egressa est inde, vt transcenderet versus Saul. Vel, egressa est, vt transcenderet in Machmas, i. in illo loco inciperet transcendere ad alium locum. * &. 1. Reg. in Iose. lib. 6. an. iu. ca. 6.

¶ De spirituali huius Cap. 13. intelligentia. Arti. 26.

Filius vnius anni erat Saul cùm regnare cœpisset] Per Saul in exordio sui regni instar infantuli humilẽ, innocentem & mitẽ, & modico tẽpore iustè regnantẽ, deinde superbum, ferocem, & tyrannizantẽ, intelligitur quicunq; ꝑlatus, princeps seu præsidens, qui in præsidentiæ suæ initio pius, iustus & innocẽs est: deinde honores mutant in eo mores, ita ꝙ asper & arrogans redditur, pręsidetq; iniustè tanq̃ tyrannus, quærẽs plus ꝓpria cõmoda & honores, quam bonum cõmune & subditorum salutẽ. Et istud est insipientia maxima & excæcatio detestanda, cùm vnumquenq; oporteat esse tanto solicitiorẽ & timoratiorem corã altissimo, quanto pro pluribus daturus est rationem, & quo maiora desuper sortitus est dona, quo in altiori est gradu, & quo durius sibi iudicium imminet. Hęc igitur pensent qui præsunt, & ex honoribus sibi impensis potiùs affligentur, q̃ gloriabuntur vel extollentur. [Et elegit sibi Saul tria millia.] In hoc Saul gerit Christi personã, & possunt per tria millia designari vniuersi prædestinati, qui in statu sunt triplici, videlicet animaliũ, rationalium, & spiritualiũ. Nam & quidã sunt serui fideles, alij autẽ interni amici, cæteri verò occulti filij: quidã sunt in via purgatiua, alij in via illuminatiua, cæteri in via perfecti. Rursus p tria millia figurantur vniuersi, tribus virtutibus theologicis decorati, & superbenedictę Trinitatis cultores, qui contra inuisibiles aduersarios præliantur. Per cæteros qui remittuntur ad propria, denotantur, qui à catholicæ fidei synceritate elongãt se. Insuper sicut Saul secum detinuit duo millia, & mille suo filio assignauit, sic superiores prælati debent seipsos in primis vallare fortissimis auxiliarijs multis, q sint cõsiliarij iusti, pręd icatores idonei, pastores deuoti. Tales quoq; esse oportet archidiaconos, præpositos & decanos, quibus omnibus in iure certa & ardua dantur præcepta. Quòd si contigerit superiorẽ prælatum, archiepiscopum siue episcopũ, tentari, nutare, deficere, debet horum orationib⁹, exhortationibusq́, fulciri ac erigi, imò & modestè redargui. Præterea debet ꝑlatus talis superior quosdã ex his auxiliarijs suis, communicare & associare suffraganeo suo, antistiti seu ꝑlato inferiori, quatenus taliũ subuentione & cooperatu, vniuersum sibi creditũ gregẽ dignè gubernet, sicq; instar Ionathæ percutiat stationẽ Philistinorũ, i. dæmones tentatores gregis sibi subiecti, orando, efficaciter pręd icando, iustè exemplariterq; viuendo deijciat.[Quod cum audissent Philistijm, Saul cecinit buccina.] Quemadmodũ Philistæi audita suorũ strage, se collegerunt ad impugnandũ acerrimè filios Israel, sic inuisibiles hostes, victis quibusdã ex suis, vehementius insaniunt & insurgunt cõtra fideles victores. Ideo debet ꝑlatus buccina prædicationis suos super hoc auisare, eosq; informare de modo & cõstantia fortiter resistẽdi.[Cùm vidissent filij Israel se in arcto positos, absconderũt se.] Sic aliqui Christiani cernẽtes se vndiq; à diabolo, mundo & carne tentari, pusillanimes fiunt, & q̃runt tentationũ certamen euadere. Quidã verò succumbunt, tentatoribus cõsentientes. Nõnulli quoq; in foramine petrę in fossa humo, i. in Christi vulneribus & in dñicæ passionis memoria salubriter se occultãt, & in ꝓprię humiliationis ꝓfundo se celãt, atq; intantũ paruipendũt, & quasi nihil se reputãt, ꝙ à dęmonibus nequeũt tangi.[Et expectauit Saul septẽ diebus Samuelẽ.] Per septẽ dies, vniuersum hoc tẽpus septẽ diebus decurrens, exprimitur. Prælatus igitur indesinenter gratiosam Christi subuentionẽ ac præsentiã debet fiducialiter ꝑstolari, nec præstolando deficere, nec sibi illicita vsurpare.[Egressi sunt de castris Philistijm ad ꝑdandũ tres cunei.] Per hos tres cuneos, intelliguntur tyrãni & hæretici atq; hypocritæ, seu infideles Iudæi, gentiles ꝑfidi, & superbi philosophi, itẽ spũs maligni, sup biæ, fornicatiõis & auaritiæ, à qbus omnib⁹ boni fideles multipliciter impugnati fuerũt.[Porrò faber ferrarius nõ inueniebatur in Israel.]Per fabros istos intelligũtur virtuosi ꝑlati, doctores cõdigni, ꝑdicatoresq; sancti, q spiritalia arma fidelib⁹ ꝑparãt, & gladiũ spũs quod est verbũ Dei, ac lãceã militarẽ, videlicet charitatis feruorẽ, seu discretiõis acumẽ, oĩa penetrãtẽ & aduersariorũ interiora pungẽtẽ. Cauẽt Ephe. 6.

autem Philistijm, i. dæmones & omnes sanctæ fidei inimici machinantur & studens tales fabros auferre ecclesiæ, sicut iam (proh dolor) pro maxima parte ei ablati sunt, intantum, quod fideles quam plures ad Philistijm pergunt, vt sua acuant ferramēta: quia vera & spirituali sapientia derelicta, ad philosophica documēta, ad prudentiā seculi, imò ad mundanas versutias se cōuertūt,
Hiere.4. atq; in talibus suā acuunt mentē, suntq; sapiētes vt faciāt mala, obtusi verò, imò & cæci, in pertinentibus ad salutē. Postremò, per hoc quod prælio imminēte nō sunt inuenti ensis & lancea, nisi
Roma 12. in manib⁹ Saul & Ionathę, præfigurabatur, quod prælati & eorū vicarij debeāt tantæ esse perfectionis, quod quantūcunq; subditi spiritalibus armis priuētur, & passionū immoderātijs agitētur, ipsi tñ in
Leuit.19. omni virtute, in rationis splēdore, in luce sapiētię perseuerēt firmissimè, & mala vincāt in bono, suaq; bonitate ac probitate aliorū defectuositates reprimant & reforment, quoniā ipsi sunt velut mensura & regula subditorum: mensurā verò & regulam, oportet existere vniformem.

¶Elucidatio. Cap.14. Et accidit quadam die. Arti. 27.

HIc recitatur qualiter Deus miraculosam victoriā Iudæis cōtulerit super Philistijm. [Et accidit quadā die vt Ionathas filius Saul diceret ad adolescentē armigerū suum: Veni, & transeamus ad stationē Philistinorū, quæ est trans locum illū. Patri aūt suo hoc ipsum non indicauit,] quia videbatur opus prorsus periculosum. Ideo Ionathas conijciebat quod pater suus, à quo tenerrimè amabatur, non sineret quod se periculo tanto exponeret. [Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malogranata, quę erat in agro Gabaa, & erat cum eo populus quasi sexcentorū virorū. Et Achias] sacerdos, [filius Achitob fratris Icabod filij Phinees, qui] Phi-
1.Reg 2.4. nees [ortus fuerat ex Heli sacerdote domini in Silo,] prout de his dictū est suprà, [portabat ephod] i. vestimentum ac ornamentum illud sacerdotale, quo pontifex vtebatur, cui etiā vesti iungebatur rationale iudicij quod detulit secum, quatenus in his consuleret dominum coram arca ibi, tunc existēte, si necessariū videretur. [Sed & populus ignorabat quo isset Ionathas:] quia nec populo suum notificauit propositum, ne quispiā manifestaret illud patri suo. [Erant autē inter ascensus, per quos nitebatur Ionathas transire ad stationē Philistinorum, eminentes petræ ex vtraq; parte,] & ita inter eas extitit vallis prærupta, [& quasi in modum dentium scopuli hincinde prærupti.] i. eminentia saxa acuta superius quasi dentata. [Nomen vni Bozes, & nomen alteri Semne. Vnus scopulus prominens ad aquilonem ex aduerso Machmas, & alter ad meridem contra Gabaa. Dixit aūt Ionathas ad adolescentem armigerū suum: Veni, transeamus ad stationem incircuncisorum horum,] i. infideliū Philistinorum, quos zelo
Psal.14. iustitiæ ex magnanimitate Ionathas spreuit inquantū huiusmodi, iuxta illud Psal. Ad nihilū deductus est in conspectu eius malignus. [si fortè faciat dominus pro nobis,] quod ait, si fortè, non dicit quasi volens tentando experiri an dñs eos iuuaret, sed ex confidētia diuini auxilii, cui tamen confidentiæ inest incertitudo ex cōsideratione propriæ culpæ, per quam redditur homo frequenter indignus diuino subsidio. Idcirco ad excludendum præsumptionē loqu-
Iosuæ 15. tus est, si fortè. secundum quem modum Caleph ait: Da mihi montē istum, si fortè sit dñs mecum, & potuero delere eos sicut promisit mihi. [quia non est dño difficile saluare vel in multis vel in paucis.] i. omnipotenti Deo, cuius fortitudo est infinita, eiq; perfacile est conferre
2.Par.14. victoriam populo per paucos bellatores, & per multos. Vnde etiam secundo Paral. libro Asa rex ait: Domine, non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus. [Dixitq; ei armiger suus: Fac omnia quæ placent animo tuo. Perge, quo cupis, & ero tecū vbicunque volueris.] quo innotescit confidentia, magnanimitas, audacia huius armigeri quem Ionathas sibi elegit, quia cōsiderauit virilitatem animi eius & corporis robur. [& ait Ionathas: Ecce nos transimus ad viros istos. Cumq; apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, manete, donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro,] tanquam parati expectare eorum accessum. [nec ascendamus ad eos. Si aūt dixerint, Ascēdite ad nos, ascendamus ad eos, quia tradidit] hoc est, dare decreuit [eos dñs in manibus nostris. Hoc erit nobis signum] dandæ victoriæ, & forsan reuelatū hoc fuerat Ionathæ, vel ex occulto Dei instinctu hoc protulit: imò secundum
Iose.lib.6. Iosephū, Ionathas dominū feruide exorauit pro triumpho, & sic dominus præstitit ei signum
an.iu.ca.6. prætactum. Deniq; obuiam ire aduersarijs, maioris videtur esse audacię ac virtutis, quàm eorum præstolari accessum ad se. [Apparuit igitur vterq; stationi Philistinorū. Dixeruntq; Philistijm: En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus absconditi fuerāt. Et loquuti sunt viri de statione ad Ionathā, & ad armigerū eius. Dixeruntq; Ascendite ad nos, & ostendemus vobis rē.] hoc est, expediemus vos cito, & inuenietis quos quæritis preparatos. Vel, Ostendemus vobis rem amissam quā quæritis. Ionathas quippe & armiger eius pergebāt hincinde pro via aptiore inuenienda, quasi quæsissent quid perditum. Ideo Philistęi sic responderunt ironice. [Et ait Ionathas ad armigerū suum: Ascendamus: Sequere me. Tradidit enim eos dominus in manus Israel. Ascendit Ionathas reptās] id est, trahens se per viam ascensionis tortuosam, non tritam. [manibus & pedibus, & armiger eius post eum. Itaq; cùm vidissent faciē Ionathę, alij cadebāt ante Ionathan] hoc est, ipse Ionathas quosdā Philistæorum prostrauit virtute diuina

ulna ipsum confortante, & Philistæorum robur ac animũ infirmante. [alios armiger ei⁹ post eum interficiebat] eodem modo, [sequẽs eũ.] In scholastica verò historia fertur, ꝙ de⁹ exterruit illos. Porrò Iosephus scribit, ꝙ nebula spissa repentè surrexit de terra Philistæorũ, visum ita offuscans, ꝙ nec seipsos adinuicèm, nec Ionathan ac eius armigerum cognoscebant. Aliqui opinantur ꝙ Deus percussit illos acrisia, qua aliquid confusè cognoscitur, non distinctè, sicut Sodomitæ erant percussi in foribus Loth, & Syri ad instantiam Helisæi. [& facta est plaga prima *quam percussit] hoc est, percutiendo inflixit [Ionathas & armiger eius qua viginti virorum] Philistinorum [in media parte iugeris, quam par boum in die arare consueuit.] In fine præcedentis cap. dictum est, ꝙ non fuit inuentus ensis aut lancea, nisi in manu Saul & Ionathæ. Quid ergo gestauit in manu armiger Ionathę? Dici potest ꝙ fustem aut clauam, & forsan alicui occisorum abstulit gladium. [Et factum est miraculum in castris per agros] Philistinorum, quia miraculosè fuerunt percussi acrisia seu nebula, imò & interiori virium eneruatione atque formidine. [Sed & omnis populus stationis eorum qui ierant ad prædandum, obstupuit.] i. tres cunei Philistinorum, de quibus in præcedenti habetur cap. visa strage suorum, præ admiratione & timore defecerunt. [Et conturbata sunt castra,] hoc est, Philistæi in suis tentorijs sunt cõfusi, & recessit ab eis mens atq; consilium. [& accidit quasi miraculũ à Deo.] Quasi, dicit hîc veritatem, non similitudinem tantùm, sicut & apud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre. Verè nãq; fuit miraculum, quod ita prostrati sunt. Quocirca quidam reprobat prętactam Iosephi positionem de nebula: quia (vt ait) si contigisset per nebulam, non fuisset miraculum, quoniam nebula repentè & frequenter consurgit. Nebula quoq; illa ita obnubilasset visum Ionathæ & sui armigeri, sicut Philistinorum. sed reprobatio ista, parui vigoris est. Quamuis enim nebula ex naturali causa consurgat, tunc tamen quantùm ad modum quo consurrexit, fuit miraculum, quemadmodùm suprà habitum est de vocibus & pluuijs ad preces Samuelis cõcessis, quoniam nebula illa supernaturaliter data est ad infidelium deiectionem, non decuit, vt filios Israel obscuraret. [Et respexerunt speculatores Saul qui erant in Gabaa Beniamin,] sedentes in alto ad inspiciendum longè ac latè quid fieret, [& eccè multitudo prostrata, & huc illucq; diffugiens:) qui prostrati erant, non fugerunt hinc indè, sed ex toto Philistinorum exercitu multi iam erant occisi, alij perturbati, huc illucque fugerunt, & seinuicèm peremerunt, quia non cognouerunt se mutuò. Tres etiam cunei Philistijm redeuntes ad suos in castra, impugnauerunt eosdem, quemadmodum Iudic. 7. legitur de Madianitis, quod fugientes & vndique discurrentes, mutua se cæde truncabant. [& ait Saul populo, qui erat cum eo: Requirite & videte quis abierit ex nobis.] hoc dixit postquam speculatores nunciauerunt ei prædicta. Húc enim Saul optauit scire per quos facta erat strages illa Philistinorum. [Cumq; requisissent, repertum est nõ adesse Ionathan & armigerũ eius. Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam dñi.] hoc est, arcam assume, vt coram ea consulas ac inuoces dominum, quatenùs nobis reuelet, quid agere debeamus. [Erat enim ibi arca dñi in die illa cum filijs Israel. Cumq; loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus ortus est in castris Philistinorum: Crescebatq; paulatim & clariùs resonabat,] q̃a seinuicim inuaserunt, [Et ait Saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuam.] i. retrahe eam, ab receptis cessando. Iam enim extenderat manus ad applicandum sibi arcam, atque ad exorandum, & dum dominus tardaret dare responsum, cupiens Saul hostes inuadare, & filio suo succurrere, dixit sacerdoti verba prætacta. [Conclamauit ergo Saul & omnis populus qui erat cum eo,] exhortantes se inuicèm ad persequendum Philistijm, [& venerunt vsque ad locum certaminis. Et eccè versus fuerat gladius vniuscuiusque ad proximum suum, & cædes magna nimìs. Sed & Hebræi qui fuerant cum Philistijm heri & nudiustertiùs, ascenderantq; cum eis in castris, [qui ex timore confugerunt ad Philistæos, reuersi sunt] ad assistendum Saul, [vt essent cum Israel, & his q̃ erant cum Saul & Ionatha. Omnes quoq; Israelitæ q̃ se absconderãnt in monte Ephraim, audientes ꝙ fuissent Philistæi, sociauerunt se cum eis in prælio. Et erant cum Saul quasi 10. millia, virorũ,] cum quo pauloantè non erant, nisi 600. vt patet cap. præcedẽti. Tamen hic versus fertur non esse de textu. [saluauit dñs Deus in die illa. Pugna aũt puenit vsq; ad Bethauẽ.] quia vsq; ad vrbem illam insecutus est Saul hostes. [Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa. Adiurauit aũt Saul populum] Israel, [dicens: Maledictus vir qui comederit panem vsq; ad vesperam.] hoc est, Hoc iuro, ꝙ morte dignus erit, & occìdetur, q̃cunq; ex meo exercitu comederit aliquid. [donec vlciscar me de inimicis meis,] i. Philistæos fugientes occìdam. Timuit eñ quod, populo circa refectionem intento, illi aufugerent. Vidit quoq; populũ ad manducandũ inclinatum de præda fugientiũ Philistinorũ. [Et non manducauit vniuersus populus panẽ,] hoc est, nullus de exercitu Saul ausus fuit quicq̃ comedere ante horã p̃fixam. [Omnisq; terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri Ingressus est itaque populus] Saul [saltum] hoc est, syluam seu nemus, [& apparuit fluens mel, nullusque applicuit manum ad os suum, [i. nemo eorum q̃ adiurationem Saulis audiuit, ausus fuit ali-

Pet. Co. hi. sto. lib. 1. Re. cap. 5.
Iose. lib. 6. an. Iu. ca. 6.
Gene 19.
4 Reg. 6.
*qua
1. Reg 13.
ibid.
Iose. lib. 6. an. Iu. ca. 6.
1. Reg 13.

Pe. Co hi- aliquid de melle illo imponere ori suo.[Timebat enim populus iuramentū.] Dicit autem Ma-
stor. libr 1. gister in historijs: Fert quòd tanta copia mellis ibi sit in cannis arborum & cauernis petrarum
Reg. cap. 3. & abditis terræ, quòd plures reperiantur faui super terram decidentes.[Porrò Ionathas non audierat, cùm adiuraret pater eius populum. Extenditq; summitatem virgæ quam habebat in manu & intinxit in fauum mellis. Et conuertit manum suam ad os suum, & illuminati
Iose. lib. 6. sunt oculi eius.] hoc est, exhilarati & meliùs colorati ex aliquali virium reparatione, qui ex
an. iu c. 7. lassitudine famis & belli calore depressi & reuerberati, ac discolorati fuerunt, sicut & facies eius. Asserit Iosephus Ionathan inuenisse apum cubilia in quercu, quæ in sorte Ephraim fuit. [Respondensq;] hoc est, ad verbum factum Ionathæ proportionabiliter loquens: [vnus de populo ait: Iureiurando constrinxit pater tuus populum, dicens: Maledict⁹ vir qui comederit panem hodiè.] hoc est, ante vesperam, putà hoc die artificiali. Defecerat autem populus, Dixitque Ionathas: Turbauit pater meus terram] in est incauta illa obligatione nocuit populo, & inquietauit eundum.[Vidistis ipsi quòd illuminati sunt oculi mei, eo quòd gustauerim paululum de melle isto: quanto magis, si comedisset populus de præda inimicorū suorum, quam repperit? Nónne maior plaga facta fuisse Philistijm?] quasi dicat, vtique. Si enim stando celeriter aliquid comedissent, & bibissent, confortato stomacho, velociùs insecuti fuissent aduersarios suos. [Percusserunt ergo Philisteos in die illa à Machmas vsque in Aialon. defatigatus est autem populus nimìs] ex itinere, labore, cursu, ieiunio, [& versus ad prædā,] hoc est, pecora ac cætera quæ Philistæi reliquerunt in campis seu alibì, appræhendens, [tulit oues & boues & vitulos, & mactauerunt in terra:] hoc est, ex festinatione & vehementia famis, occiderūt pecora illa, vbicunq; ea ceperunt indifferenter, & non in loco eleuato seu saxo eminenti, vnde sanguis potuisset effluere. Ideo sequitur: [Comeditq; populus cum sanguine] carnes illas, non satìs purgatas a suo cruore. Comederunt quoque cum sanguine, id est,
Deute. 20. illicité & contra legem, secundam quam debuerunt primò sacrificia Deo offerre de hostium præda.[Nunciauerunt autem Sauli, tanquam regi, cui attinebat reos corripere, cui etiam iminebat periculum ex populi transgressione, [dicentes, quòd populus peccasset domino,] hoc est, ad irreuerentiam Dei, [comedens cum sanguine.] id est, carnes ex quibus sanguis nō
Deute. 12. fuit sufficienter eliquatus, cúm tamen in Deuteromomio dominus dicat: Comedes absque esu duntaxat sanguinis, quem quasi aquam super terram effundes. [Qui ait: Præuaricati estis, voluite ad me iam nunc saxum grande,] super quod animalia occidantur.[Et dixit Saul] satellitibus suis: Dispergimini in vulgus,]hoc est hincindè inter vulgares sparsim discurrite. [& dicite eis, vt adducat ad me vnusquisq; bouem suū & arietem,]hoc est, quòd quicunq; habuerit bouem, aut aliud animal mundū esibile, & voluerit illud occidere, perducat illud ad me. [& occidite super istud] saxum eleuatum, ex quo sanguis valeat eliquari, [& vescimini,] & illud iussit fieri coram se, ne faceret quis occultè. Forsan hìc ponitur singulare pro plurali, videlicet saxum pro saxis, cùm non videatur probabile, quòd in tanta famis inedia suffecerit tot millibus hominum vnum saxum ad mactandum super illud pecora manducanda, [& non peccabitis domino, comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus vnusquique bouem in manu sua vsque ad noctem, & occiderunt ibi. Aedificauit autem Saul altare domino] hoc est, aram construi fecit, super quam Deo fierit oblatio gratiarum actionis pro concesso triumpho. [Tuncque primum cœpit ædificare altare domino.]Ex quo elicitur, quòd antè obtulit sacrificium super altare anteà constructum ab alijs. Vel si & anteà construxit altare, istud tamen diciturprimò [ædificasse, quoniam in alijs oblationibus factum eius displicuit Deo. Qualiter autem licuit tunc alibì immolari, quam tabernaculo domini, & super altare atrij, tactum est sæpè.[& dixit Saul: Irruamus super Philistæos nocte, & vastemus eos vsque dum illucescat manè, nec relinquamus ex eis virum. Dixitque populus: Omne quod bonum tibi videtur iu oculis tuis, fac. Et ait sacerdos] præfatus Achias: [Accedamus huc ad Deum.] i. à Deo quæramus consilium. [Et consuluit Saul dominū]per sacerdotem. Ad pōtificem aūt præcipuè pertinebat consulere dn̄m, i. per orationes & oblationes à Deo consiliū
Num. 27. quærere de agendis. Nam & per Mosen dominus dixit, quod Eleazar pro Iosue consuleret dn̄m,[dicens: Num persequar Philistijm? Si trades eos in manus Israel? Et nō rēspōdit ei domin⁹ in die illa.] Iam habitū est, ꝙ Saul dixit, Irruam⁹ super Philistæos nocte: moxq; sacerdos subiunxit, Accedam⁹ huc ad Deum, & ꝓtinùs Saul cōsuluit dominū. Quomodò ergo nunc addit, Non respondit ei in die illa? Respondetur, ꝙ dies hic sumitur pro die naturali, q̄ noctem includit. Deinde dicendū, ꝙ nec nocte illa, nec die sequenti responsum à Deo sortitus est. [Dixitq; Saul] suis officiatis: [Applicate huc vniuersos angulos populi:] per angulos populi, quidam intelligūt principes, qui sunt quasi lapides angulares, qm̄ sicut in lapide tali
Esaiæ 28. concurrūt parietes, ita populares confluūt & concurrunt ac vniūtur in principe suo. Vndè &
Actor. 4. Christus dicitur lapis angularis, quia in ipso conuenerunt & fide vniti sunt Iudæi atq; Genti-
1. Petr. 2. les, Alij pangulos populi, intelligūt eius extremitates, & contēta in eis, vt sit sensus: Applicate

huc

huc vniuersos angulos populi,]i.vniuersum populum ab extremitatibus suis,[& scitote & videte]per misſioné sortis,[per qué acciderit peccatum hoc,]propter cuius demeritú negatur nobis responsio dñi[hodiè.]Præsupposuit Saul,quòd nó nisi propter peccatú alicuius de populo suo, Deus responsum renueret aut differret.Siquidé tempore illo communiter dabâtur diuina responsa,præsertim pontifici dominum consulenti:nihilominùs potuit Deus omnipotens liberrimè agens,etiam ex alia causa negare & differre responsa.[Viuit dominus saluator Israel,quia si per Ionathan filium meum factú est,absq; retractatione morietur:] Q.d.per viuentem dominum iuro,quòd is qui suo peccato causa est negationis diuinę respóſionis, iam occidetur absq; reuocatione prioris sententiæ meæ, qua dixi:Maledictus homo &c. quantumcunq, ille fuerit mihi charus & vtilis,in tantùm,quòd nec charisſimo filio meo Ionathæ parcerem. Hoc Saul iurasse videtur zelo quodam iustitiæ, præsertim quia(vt sibi apparuit) ille per suam culpam nocuit communitati,& inobediens fuit regi, & ipse Saul fuit Iudex totius populi sui,voluitq; culpam absq; personarum acceptione vlcisci. [Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad vniuersum Israel : Separamini vos in partem vnam,& ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera.Respunditq; populus Israel ad Saul:Quod bonum tibi videtur in oculis tuis, fac. Et Saul ad dominum Deum Israel: Domine Deus, da iudicium] seu indicium,hoc est, per sortis directionem ostende:[quid est] id est, cur accidit, & quid istud significat, [quòd non responderis seruo tuo] videlicet mihi[hodiè?Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hæc,da ostensionem: Aut si hæc iniquitas est in populo tuo,da sanctitatem:] hoc est, fac peccatum hoc expurgari per pœnam, vt purificemur à tanti transgressoris consortio. Veruntamen istud, da sanctitatem,non est de textu, cùm non habeatur in Hebræo. [Et deprehensus est Ionathas & Saul, populus autem exiuit.] id est, immunis apparuit ab hac culpa, quia super nullum de populo stante seorsum sors corruit. [Et ait Saul:Mittite sortem inter me & Ionathan filium meum. Et captus est Ionathas.]hoc est, deprehensus est sorte.[Dixit autem Saul ad Ionathan:Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas,& ait:Gustans gustaui in summitate virgæ:quæ erat in manu mea,paululum mellis: & eccè ego morior:]id est,paratus sum mori, secundum Iosephú, vel mortem euadere nequeo.[Et ait Saul:Hæc faciat mihi Deus,& hæc addat,quia morte morieris Ionatha.]iste fuit modus loquendi apud Hebræos,& est sensus:Nisi impleuero quod iuraui seu dixi,inferat mihi dñs pœnam huius peccati,imò & ampliorem,seu pœnis aliarum culparú mearum eam apponat. Et ita istud fuit quasi iuramétú execratióis,sicut & illud quod ait Apostolus:Ego testé inuoco Deum in animam meá.[Dixitq; populꝰ ad Saul:]quasi admirãdo de tali rigore patris in filium tam eleganté atq; amabilem,& toti regno tam vtilem:[Ergó ne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel?]Quod inquirendo negant esse agédum.[Hoc nefas est.]Quasi dicant:Non decet,nec licet.[Viuit dñs si ceciderit]hoc est,non cadet [capillus de capite eius in terram:] i.nullam penitùs læsionem permittimus ei infligi pro causa hac, [quia cum Deo operatus est hodiè,]hoc est,per Dei auxilium præualuit hostibus,& saluauit nos de manu Philistijm.[Liberauit ergo populus Ionathan,vt non moreretur. Recesſitq; Saul, nec persequutus est Philistijm. Porrò Philistijm abierunt in loca sua. At Saul confirmato regno] hoc est,principatu suo[super Israel,pugnabat per circuitum aduersus omnes inimicos eius, contra Moab & filios Ammon,& Edom,& reges Soba,& Philistæos,& quòcunq; se verterat, superabat] aduersarios suos frequenter & diu, quamuis tandem ab hostibus victus sit. Secundum Lyram,In Hebræo habetur: Quocunq; se verterat, impiè agebat, vel impius fiebat, sed veriùs creditur,quod Rabbi Paulus affirmat: Dictio, inquiens, Hæbraica hic posita,æquiuoca est. Vno modo significat,superabat:alio modo,impiè agebat. Vndè nostra translatio vera est,concordans cum litera pręcedenti,qua dictum est,Pugnabat aduersus omnes inimicos eius:cum litera quoq; sequenti,qua dicitur:Et eruit Israel de manu vastatorum eius [Congregatoq; exercitu,percusſit Amalech,& eruit Israel de manu vastatorum eius. Fuerunt autem filij Saul,Ionathas & Iesui & Melchisua.]Cur non exprimitur hic Isboseth filius Saul? Respondetur, quia non erat virilis, neq; magnanimus aut militans, sed pusillanimis & ineptus ad bellicos gestus. Vndè nec bello interfuit,in quo pater suus ac fratres interierunt: [Et nomina duarum filiarum eius,nomen primogenitæ,Merob,& nomen minoris Michol,& nomen vxoris Saul Achinoem,filia Achimaas. Et nomen principis militiæ eius, Abner,filius Ner patruelis Saul. Porrò Cis fuerat pater Saul,& Ner pater Abner,filius Abiel. Erat aút bellum potens]ipsius Saul ac populi sui(aduersus Philistæos omnibus diebus)regni (Saul,)i.frequenter omni tépore quo regnauit,ita quod totú à parte denominatur.Philistæi equidem erant valdè bellicosi,duri,multi & fortes,& dominus eos reliquit,vt in ipsis experiret Israelem vtrum audiret mandata dñi,an nó,vt legitur in libro Iudicum.(Nam quemcúq; viderat Saul virum forté & aptú ad præliú)ex populo Israel,(sociabat eú sibi.)i. exercitui suo eú coniúxit, si potuit. Et benè ait,forté & aptú ad pliuм. Quidam eñ sunt corpore fortes,inepti tñ ad bella quo-

Iose. libr. 6. an. iud. cap. 7.

2. Corin.1.

1. Reg. 31.

R. Paulus.

Iudic.31.

quoniam timidi, pusillanimes, aut obtusi. Oportet enim vt bellatores, sint etiam animo fortes, ne pericula mortis immoderatè formidét. In bellis quoq; plùs prodest prudentia, q̃ corporeæ vires. ¶ Circa præhabita quæritur, an Saul peccauit adiurando populum & dicens: Maledictus vir qui comederit panem donec vlciscar me de inimicis meis. Apparet quod non, quia Philistæi erant tyranni, & lætales aduersarij plebis Dei, sicq; Saul amore Reipub. & zelo iustitiæ voluit eos occidere, atq; ex eadem radice iurauit illud. ¶ Porrò Ionathas deprehensus est sorte, tanq̃ culpabilis, & ob eius transgressionem, qua patris sui violauit præceptum, negauit Deus responsum. In oppositum argui potest, quoniam sicut sunt tres comites voti, ita & iuramenti,
Hierem. 4. videlicet discretio, iustitia, veritas, quemadmodum super illud Hieremiæ: Iurabis viuit dñs,
Hierony. in veritate & iustitia & iudicio, scribit Hieronymus: Præfato autem iuramento Saulis, videtur defuisse discretio, quia nec casum necessitatis intendebat excipere, vt apparet, eo quod paulo pòst voluerit Ionathan occidere, qui ex quadam necessitate parùm manducauit de melle. In super Ionathas videtur patris sui præceptum rationabiliter reprobasse, dicendo: Turbauit pater meus terram &c. sicut expositum est. Ad istud quidam respondent, quod indiscretè culpabiliterq; iurauit. Quòd item peccauit, volendo occidere Ionathan, qui patris sui præceptum nó audiuit, nec sciuit, & ex necessitate contra id egit. Et addunt, quod sors super Ionathan venit, ad ostendendum innocentiam eius, non culpam, vt s. deprehensus, se coram omnibus excusaret. Afferunt quoq; quod Deus negauit responsum, nó propter Ionathæ culpam, sed ob causam aliam sibi notam. Verùm ista responsio nó videtur textui consona. Cùm etení Deus nó responderet Saul, intentè orauit, vt dominus manifestaret, ob cuius culpã non dedit respósum, atq; ad hoc agnoscendum sorté mitti præcepit, quæ inter tot millia cecidit super Ionathan. Sortes aũt in veteri testamento potissimè temperabantur à domino, vt Salomon contestatur: ideo Iona
Prouer. 16. thas videtur fuisse culpabilis, præsertim cùm dicat scriptura, quòd captus est Ionathas. Nec alia causa negationis diuini responsi videtur in textu insinuari, nisi huiusmodi culpa. Ionathas
Iose. lib 6. ah. iu. ca 7. quoq; depræhensus, non se excusauit à culpa, sed facto suo simpliciter recitato, adiecit: En ego morior, i. paratus sum mori, secundum Iosephũ. Itaq; dici potest, quod in bello necesse est plurima sustinere, ꝑpter liberationẽ & defensionẽ Reipub. & frequẽter cótingit, quod per integrũ diẽ prælium durat, sicq; iuramentũ Saul nó videtur omnimodè discretione caruisse. Nam & si populus suus cœpisset comedere, non ita faciliter ac celeriter potuissent auelli à refectione. Deniq; iuxta hæc videtur Ionathas quoq; peccasse, patris sui præceptum reprobando tam absolutè, cum dixit: Turbauit pater meus terram. Cùm verò obijcitur, quod ignorauit Patris sui præceptum seu iuramentum, respondere quis potest, quod ignorantia illa eum nó excusauit in toto, qa fortasis nó debuit se ita ab exercitu patris sui abstrahere, patre suo id ignoráte, nisi ex speciali diuino fecerit hoc instinctu. Oportet enim vt in bellicis rebus magna vigeat disciplina & obedientia. Vndè in gestis legitur Romanorũ, quod Torquatus princeps ꝓpriũ filiũ interfecit, eo quod se absente & nesciente cómiserit bellũ, cùm tamẽ obtinuit triumphũ, quod etiam Thomas in libro de regimine regum allegat. ¶ Prætereà circa hoc quæritur, An populus benè fecit Ionathan liberando: videtur quod non, quia culpabilis fuit. Ad quod arbitror respódendum, quod in hoc benè egerunt. Ionathas nanq; & si nó à toto, tamẽ à tanto excusabilis fuit, & propter commune bonum præceptum seu iuramentũ patris sui rationabiliter in ipso Ionatha dispensationem admisit, quoniã euidens fuit vtilitas, tam idoneum virũ in tali casu à morte eripere.

¶ De spiritali eiusdem capituli decimiquarti intellectu. Arti. XXVIII.

ACcidit vt diceret Ionathas ad adolescentem armigerum suum: Veni, transeamus ad stationem Philistinorum.] Ionathas iuxta præhabita inferiores prælatos & prędicatores præfigurauit, per cuius armigerum adolescentem egressi sunt talium ꝑlatorum & doctorum cooperatores, vicarij atq; discipuli, qui pergunt ad stationem Philistinorum, quando ad secularium & carnalium societates hominum properant, vt eorum vitijs expugnatis, dæmonibus quoque quorum vasa erant, depulsis, reducant ipsos ad dominum. Vnde saluator dixit di
Matth. 12. scipulis: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ. [Hoc ipsum patri suo nó indicauit,]
Lucæ 10. opera quippe supererogationis, secretè fieri solent. [sed populus ignorabat, quò isset Ionathas.] quia pusilli & impfecti nó sciunt interna exercitia, incrementaq; spiritalia perfectorũ. [Erant aũt inter ascensus &c.] per tortuositates & difficultates illas itineris Ionathæ atq; ar
Mathæi 3. migeri eius, figurabatur, quod arcta sit via salutis, & semita ptingendi ad spiritualem victoriam vitiorum ac dæmonum ardua, quã tamen oportet incedere volentem saluari, potissimè eos q alijs sermocinantur aut præsunt, & illos secũ saluare nituntur: ita occurrunt eis scopuli instar dentiũ prærupti, i. aduersitates acutæ. [& petræ eminentes ex vtraque parte.] id est gratiosa
2. Corin 6. subsidia Dei, & vtriusque testamenti scripturæ, Exempla quoq; sanctorum nouę ac veteris le
4. Reg 6. gis, vt sint muniti parma iustitia, à dextris & à sinistris: Nã & plures nobiscũ sunt, q̃ cótra nos. [Transeamus ad stationes incircuncisorũ istorum, si fortè faciat dominus pro nobis,' quia nó est dño difficile saluare vel in multis, vel in paucis.] Incircũcisi corde, sunt oẽs qui irreformati
sunt

sunt mente, qui pasſionum ſuarum immoderantias non refrenant, ad quorũ informationẽ & cõuerſionem virtuoſi prælati & p̄dicatores cõfidenter accedunt, nõ obſtante difficultate negocij, quã omnipotẽtis auxilio innituntur, q ita poteſt per paucos cõuertere multos, ſicut per plurimos. Magnanimes igitur ſint in Deo, pleni ſpe feruẽti ac humili, penſantes illud Apoſtoli: Omnia poſſum in eo qui me confortat. Et illud: Deus cõteret ſatanam ſub pedibus veſtris velociter. ¶Porrò nõnulli ſunt puſillanimes, nec plenè cõfidunt in dño, ideo viã pœnitentiæ & ſalutis ſeu religionẽ verentur arripere, ꝑpter rei difficultatẽ, non reſpirãtes in omnipotente, q paratiſsimus eſt auxiliari, nec vllum in ſe ſperantẽ relinqt. [Dixerunt Philiſtijm: En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus abſconditi erant.] Per Philiſtæos duriſsimos fidelis populi inimicos, intelliguntur obſtinati in vitijs; hæretici quoq; & ſchiſmatici ac tyranni, & cæteri perfidi, q domeſticos fidei aſpernantur & catholicorũ doctrinas, diſputationes ac inuaſiones contumaciter paruipendunt, & tamen p Dei auxiliũ miraculosè vincuntur. Deniq; inuiſibiles hoſtes ſpernunt nos, tanq̃ mures. Et ſicut mures capiuntur muſcipula, pedibusq́ue catorũ, ſic dæmones ſuarũ tentationũ aſtutijs nos inuoluunt, & virium ſuarũ crudelitatibus capiunt, & occidunt. Et ſicut catus ludit cum mure ferociter, ſic dæmones ludunt nobiſcũ ſæuiſsimè, dum per delectationes & ludicra nos pertrahunt ad inferna. [Et reſpexerunt ſpeculatores Saul.] quia præfatũ triumphum fideliũ conſiderant boni paſtores ac prædicatores feruentes, & eum cum gaudio annunciãt ſuo ſuperiori: quo cognito, ille cum ſuis inflãmatur ad ſuccurrendũ tam fructuosè præſidentibus aut ſermocinãtibus, & applicat ſibi arcã, i. ex ſacra ſcriptura ſumit conſiliũ & doctrinã, qualiter ſit ꝓcedendũ, ſicq́; venit ad locum certaminis, in quo cõtra aciem vitiorũ prçliari oportet. [Et ecce verſus fuerat gladius vniuſcuiuſq; ad ꝓximum ſuum, & cædes magna nimis.] Iſtud aſsiduè lamentabiliterq́; impletur, dum vnuſquiſq; animã ꝓximi ſui venatur ad mortẽ, & homines ſe inuicẽ ſcandalizant, & vitiosè inflammant ad cõcupiſcendũ verbis & factis, geſtu, inceſſu, ornatibus, imò & omiſsionibꝰ, ſicq́; quotidiè innumerabiles pereunt. [Sed & Hebræi q fuerunt cum Philiſtijm, reuerſi ſunt, vt eſſent cum Iſrael.] Multi etenim aliorũ exemplo cõuertuntur ad dñm, relicta ſocietate iniqua: & qui aliquando timuerunt ſpũalia aggredi bella, ex aliorũ ꝓfectu & pſeuerãtia animant̃, aggrediunturq́; ardua virtutũ molimina. [Adiurauit aũt Saul populũ, dicens: Maledictus vir q comederit panẽ vſq; ad veſperã, donec vlciſcar de inimicis meis.] Sic p̄latus ſeu p̄dicator populũ debet inducere ad abſtinentiã atq; ieiunia, vt p ea inuiſibiles ſuperet hoſtes, & tanto ſtudioſiùs inſiſtat, ac ſuos inſiſtere faciat virtutibꝰ, quanto acriùs à dçmonibus fuerãt impugnati aut lçſi. Nã & de peſsimis quibuſdã ſpiritibus Chriſtus teſtat̃: Hoc genus dæmoniorũ in nullo poteſt exire, niſi in oratiõe & ieiunio. Cumq́; populus ſic abſtinet & ieiunat, occurrit & rep̄ſentatur ei mel copioſum, qa tunc dæmones ꝓponunt eis delectabilia mundi & carnis, à quibus interdum etiã boni, inſtar Ionathæ, alliciũtur & ſeducũtur, nec informationi & increpationi mox acquieſcunt: imò interdum eis apparet, ꝙ illuminẽtur oculi eorũ ex talibus, dicẽtes: Qui nõ eſt expertus, qd ſcit? Et, Vbi abundauit iniquitas, abũdat & grã. Illuminãtur etiã ex talibus eo modo, quo oculi primorũ parentũ aperti ſunt in eſu vetiti fructus: quia ex ſua tranſgreſsione experimẽtaliter diſcũt & ſentiũt, q̃ malũ & damnoſum ſit ipſis, diuina violaſſe p̄cepta. [Defatigatus eſt aũt populus nimis &c.] Sic frequenter cõtingit, ꝙ fideles ieiunijs & ſpiritalibꝰ actibus fatigati, excedũt in refectiõe & repauſatione carnali, & manducãt cum ſanguine. ¶Inſuper, per hoc ꝙ Saul ꝓprio filio noluit parcere, p̄lati ac iudices inſtruũtur ſine perſonarũ acceptione iuſtitiã exercere. Per hoc verò quod Ionathas ꝓpter alia ſua laudabilia opera liberatus fuit à populo, edocetur, ꝙ bonis hominibus nõ ex malitia lapſis, aut ſemel deceptis, ſit ſpecialiter condolendũ, & quantũ cõgrue poterit fieri, ignoſcendũ. Nam & Deus multis parcit, gratiamq́; largitur ꝓpter eorũ p̄cedentia merita, quãuis ad tẽpus mortificata, ſeu ꝓpter eorũ occulta opa ex ſuo genere bona. [At Saul confirmato regno ſuo ſup Iſrael, pugnabat per circuitũ aduerſus oẽs inimicos eius.] Sic quilibet præſidens Chriſtianus, debet eſſe omni virtute armatus, & p̄liari cõtra vniuerſos nequiſsimos ſpiritus, à quibus vel ipſe vel hi, quibus præſidet, impugnantur: vtpotè virtute humilitatis, contra ſuperbiæ ſpiritũ: virtute caſtitatis ac ſobrietatis, contra ſpiritũ gulæ & fornicationis: virtute liberalitatis, contra ſpiritũ cupiditatis. Sicq́; de alijs. [Erat aũt bellũ potẽs aduerſus Philiſtæos omnibus diebus Saul.] Sic bono præſidente prçlato, aut ſtrenuo imperatore Remp. gubernante, acerrimũ geritur bellũ contra viſibiles aut inuiſibiles ſanctæ fidei inimicos. [Nã quemcunq; viderat Saul virum fortẽ & aptũ ad prælium, ſociabat eum ſibi.] Hoc ad literã regibus atq; principibus eſt ſectandũ. Spiritaliter quoq; epiſcopi & cæteri maiores p̄lati, ſuis collegijs ac familijs & numero ſui cleri debent gratis ac ſapienter adiungere literatas & virtuoſas perſonas, quibus duntaxat cõferre debent præbendas, dignitates, & parochiales eccleſias, quorũ cooperatione, cõſilio, opere, prudẽtia & virtute cunctis valeant hoſtibus præualere. Quidã verò inſtar Pharaonis maſculos necant, fœminasq́; reſeruant: quia indoctos ꝓmouent & carnales, deuotos verò & ſapiẽtes refutant.

Philip. 4. Roman. 6. Eccl. 2. Michæ. 7. Marc. 9. Eccl. 34. Roman. 5. Gene. 3. Deuter. 5. Exod. 1. 2.

¶Expositio capituli XV. Et dixit Samuel ad Saul. Arti. XXIX.

1.Reg.9. RECitatur híc, qualiter Saul expugnauit Amalechitas, & quomodo circa hoc dire peccauit,[Et dixit Samuel ad Saul:Me misit dñs] i.direxit,[vt vngeré te regem super populũ eius Israel.]Ideo mihi credere & acquiescere debes. Suprà legitur dñs dixisse ad Samuelem: Mittá ad te virum de terra Beniamin, & vnges eum ducẽ super populũ meum Israel. Si ergo dñs misit Saulem ad Samuelẽ, vt Samuel vngeret illum: quomodo misit Samuelẽ ad Saul pro causa illa? Et respõdendum, ꝙ missio qua dicitur dñs mittere vates suos seu alios ad aliquid, non est semper intelligenda de missione locali, sed sæpè potiùs de directione mentali. Vnde
3.Reg.14. infrà tertio lib. ✶Achias propheta senex & cæcus sedens in domo sua,dixit vxori Hieroboam
Abdiæ 1. venienti ad se: Ego missus sum ad te durus nuncius. Sic & Abdias in exordio suæ visionis loquitur de seipso: Legatũ ad gentes misit dñs.[Nunc ergo audi vocẽ domini:] hoc est, præceptum quod tibi per me præcipit dñs, & noli circa istud inobediẽs fieri, sicut iam circa alia excessisti.[Hæc dicit dominus exercituũ: Recensui quæcunq; fecit Amalech Israeli,quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto]i.recordatus sum malorũ pœnalium,q̃ rex & populus Amalechitarũ intulerunt filijs Israel in deserto egressis de Aegypto, quemadmodum
Exod.17. scriptũ est in Exodo:Venit Amalech & pugnauit cõtra Israel in Raphidim,quod in Deutero-
Deut.25. nomio pleniùs recitatur,domino ibi iubente:Meméto q̃ fecerit tibi Amalech in via, & extremos agminis tui, qui lassi residebãt,ceciderit,qñ tu eras fame & labore confectus. Deniq; qñ Deus peccata nostra vlciscitur,dicitur ea recensere,seu ad memoriã reuocare:sed dum ea dimittit,vltionémve differt,dicitur ea quodãmodo obliuisci.[Nũc ergo vade,& percute Amalech & demolire]i.destrue[vniuersa eius.]videlicet vrbes & habitacula.[Nõ parcas ei,]nec regi nec populo,[nec cõcupiscas ex reb⁹ ipsius aliquid,sed interfice] per te & tuos ministros [à viro vsq; ad mulierẽ,& paruulũ atq; lactantẽ] Inclusiuè, i.vniuersos viros,& mulieres,atq; infantes, [bouẽ & ouẽ, camelum & asinũ.] i.vniuersa pecora eorundẽ. ¶Circa hoc quæritur, qualiter istud cõueniebat diuinę iustitiæ,ꝙ propter peccata parentũ tamdiu defunctorũ,iussit occidi posteritatẽ eorum,præsertim fœminas & puellas ac paruulos,imò & pecora,cùm infantes & iumẽta fuerint ꝓrsus innoxia. Respondetur, ꝙ propter peccata parentum enormia Deus frequẽter percussit illorũ posteritatẽ,inquantum posteri secundum carnẽ descenderũt ab illis, & erãt aliquid suorũ parentũ, ita ꝙ parẽtes puniebãtur in eis,& quia suorũ parentum sequebantur excessus,cõsenseruntq́; eis,atq; in detestationẽ paternorum facinorum.Propter quod paruuli quoq, & pecora trucidabantur.Nec in hoc paruulis præiudicabatur,qui & propter originale peccatum erãt mortis debitores,& expediebat eis tunc mori:quia si ad ætatem peruenissent adultã,patrum suorũ secuti fuissent facinora,æternaliterq́; perissent.Et ne in virili ætate efficerentur populo Dei nimis molesti.At verò pecora ꝓpter homines facta sunt: ideo de eis est disponendum secundum merita vel demerita,seu cõgruentiã hominũ,quia de me-
Pet.Co.hi. dijs secundum exigentiã finis disponitur.Refert quoq; magister in historijs:Sunt qui dicunt,
sto.lib.1. Amalechitas fuisse maleficos ac habuisse peritiã se vertẽdi in pecudes: ideo,ne sub forma illa
Re.cap.14. euaderẽt,dñm præcepisse,vt pecora quoq; perirẽt. Hoc idẽ Rabbi Salomon asserit,vt recitat
R.Salom. Augusti-nus. Lyra,quod tamen dicit esse fictitiũ.Nihilominus August.lib.de ciuitate Dei,multa narrat de huiusmodi transformatis, certumq́; est multos gentilium fuisse intentos huiusmodi magicis artibus.[Præcepit itaq; Saul populo,] hoc est, Saul per literas aut nuncios populo Israelitico iussit ad certum locum cõfluere,& esse paratum ad pugnã.Siquidẽ verba Dei ꝑ Samuelẽ sibi denunciata,eis significauit.[& recẽsuit eos]i.numerauit & ordinauit,seu cõuenienter disposuit[quasi agnos] hoc est,ad libitum suum,ita ꝙ obediebant sibi, & sub eius regimine ibant, quemadmodum agni sub virga pastoris,[ducenta millia peditum,& decẽ millia virorum Iuda.] Viri de tribu Iuda cõmuniter numerantur seorsum, tanq̃ potentiores, nobiliores,& am-
1.Reg.11. pliùs bellicosi.Non est autem putandum,ꝙ in tribu Iuda non fuerint,ꝓ tunc, nisi decẽ millia virorum,& in cæteris tribubus nõ nisi ducẽta millia, cum in bello contra Nahas regẽ Ammonitarum,fuerint triginta millia virorum Iuda,& trecenta millia de tribubus alijs,vt suprà: sed Saul hac vice cum præfato numero cõtentus fuit,pręsertim cùm ex diuina ꝓmissione esset de victoria certus.[Cumq́; venisset Saul vsq; ad ciuitatẽ Amalech.] In regno Amalechitarũ fuerunt plurimæ ciuitates : idcircò per ciuitatem Amalech hic intelligitur vel metropolis regni, vel vrbs prima in via occurrẽs,vel per singulare designatur plurale.[tetendit insidias in torrẽte. Dixitq́; Saul Cinęo:]i.posteris natis ex Iethro,qui alio nomine cognominatus est Raguel,
Exod.2. & Cin,cuius filia fuit Mosis vxor,vt in libro Exodi habetur,ex cuius videlicet Raguelis semine natus est Rechab.[Abite] corda, [recedite]corpore,[atq; discedite] cum proposito non redeundi,[ab Amalech,ne fortè inuoluãte cum eo.] i. ne aliqui de populo meo imꝓuise aut casualiter noceãt vobis cũ cęteris habitatoribus terrę huius.Cum pluraliter pręmisisset,abite, cur singulariter subdit,te,nisi forsan ad aliquẽ eminentiorẽ inter Cinæos id specialiter dixerit:[Tu enĩ]i.pater tuus Iethro,seu Obab frater vxoris Mosis:quẽ tamen Obab quidã dicunt

fuisse

fuisse ipsum Iethro, quibus obuiare videtur illud Num. Dixit Moses Obab filio Raguel &c. Num. 20.
[misericordiã cum omnibus filijs Israel, cùm ascenderẽt de Aegypto:] qm̃ Iethro salubre cõsilium pstitit Mosi, vt in Exodo describitur. Obab verò ductor fuit filiorum Israel in deserto, vt in Num. scriptũ est. [Et recessit Cinæus de medio Amalech.] sicq; deinceps habitauerunt Exod. 18. Num. 10.
Cinæi inter filios Israel. [Percussitq; Saul Amalech ab Heuila donec venit ad Sur, quę est e regione Aegypti:] i. ab vna extremitate regni ad aliã, quemadmodũ in Deuteronomio iusserat Deut. 25.
Moses, dicens: Cùm dñs dederit tibi requiẽ, delebis nomen Amalech de sub cælo. [Et appræhendit Agag regem Amalech viuũ:] quem & viuentẽ secum duxit ad ꝓpria ad ostensionẽ suę victoriæ, quod fuit superbię: vel vt multa extorqueret à rege capto ꝓ ipsius dimissione, quod fuit auaritiæ. Veruntamen Iosephus velle videtur, ꝙ Saul pepercit & misertus fuit ipsi Agag Iose. lib. 6.
ꝓpter pulchritudinẽ eius. [Omne aũt vulgus] imò & nobiles [interfecit in ore gladij.] i. acumine ensis. an. iu. ca. 8.
[Et pepercit Saul & populus, Agag & optimis gregibus ouium & armentorũ, vestibus & arietibus, & vniuersis q̃ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. Quicquid verò vile fuit & reprobũ, hoc demoliti sunt. Factũ est aũt verbũ dñi] i. dñs per angelũ dixit [ad Samuelem, dicens: Pœnitet me ꝙ constituerim Saul regem,] i. per modũ pœnitentis me habeo circa hoc, reprobando q̃ antè approbaui ac ꝓmoui ad regnũ. Constat aũt ꝙ in inuariabili, supersapientissimo & incõpræhensibili Deo, non cadat dolor seu pœnitentia, sed more humano loquitur Deus hominibus. [qa dereliquit me] per mentis suæ auersionẽ à me, p inobedientiã, arrogantiã & cupiditatem. [& verba mea opere nõ impleuit. Contristatusq; est Samuel, & clamauit] Samuel [ad dñm tota nocte.] Vnde apparet, ꝙ in ipsa nocte facta sit ei alloquutio ista. Non dicitur hîc, ꝙ clamauit ad dñm pro Saul. Ideo aliqui dicunt, ꝙ sciẽs Samuel Saulẽ reprobatum, clamauit, i. feruenter orauit ꝓ regno & populo. Nihilominùs dicendũ, ꝙ etiã clamauit ꝓ Saule, vt infrà in isto patet cap. Orauit ergo vt dñs ignosceret Sauli. Circa quod aliq dicunt, ꝙ Samuel forsitan ignorauit, an ptacta verba, videlicet, Pœnitet me, dñs dixerit diffinitiue, an cõminatoriè. quibus obuiare videtur, quod suprà Samuel dixit ad Saul: Nequaq̃ vltrà regnũ tuum cõsurget. Quæsiuit sibi dñs virum secundũ cor suũ, & pcepit ei vt esset dux super 1. Reg. 13.
populum suũ, quod ꝓpter certitudinẽ ꝓphetiæ Samuel pdixit de Dauid futurũ per modum pteriti, sicut ibidem expositum est. [Cumq; de nocte surrexisset Samuel vt iret ad Saul manè, nunciatũ est Samueli, quòd venisset Saul in Carmelũ.] i. ad montẽ illum sublimẽ, [& erexisset sibi fornicẽ triumphalem,] sequens in hoc arrogantiã gentium, i. arcũ de myrtis, & palmis seu oliuis in signũ adeptæ victorię, sicq; in mõte illo inuenit materiã fornicis huius. Et in isto patet superbia Saul, qui ad iactantiã suam hoc fecit, cùm illam victoriam debuerit humiliter Deo asscribere. [& reuersus transisset, descendissetq; in Galgala: Venit ergo Samuel ad Saul] in Galgala, [& Saul offerebat holocaustũ dño] per manus sacerdotis pro gratiarũ actione de cõcesso triumpho secundum legẽ, quamuis non fecerit hoc ex pura & debita humilitate. [de initijs pdarum, q̃ attulerat de Amalech] i. de primitijs spoliorũ, seu optimis spolijs acquisitis ab Amalechitis. [Et cùm venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul: Benedictus tu dño] i. ad gloriam Dei, [impleui verbũ] i. pceptũ [domini] de occidendis Amalechitis. [Dixitq; Samuel,] probando falsitatẽ sermonis Saulis: [Et q̃ est hæc vox gregum,] s. boum & ouiũ, [q̃ resonat in auribus meis, & armentorum quam audio?] quasi dicat, per experientiã innotescit, quod non implesti Dei pceptum qui pecora & omnia Amalechitarũ iussit occidi. [Ait Saul:] se excusando, & populũ accusando, imò & excusando partim eundẽ: [De Amalech adduxerunt ea. Pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarentur dño Deo tuo: reliqua verò occidimus. Ait autẽ Samuel ad Saul: Sine me,] i. pacificè audi me, [& indicabo tibi q̃ loquutus sit dominus ad me nocte. Dixitq; ei: Loquere. Et ait Samuel: Nonne cùm paruulus esses in oculis tuis,] i. vilis & modicus ꝓpria reputatione, [caput in tribubus Israel factus es?] i. rex duodecim tribuũ Israel. Ideo sicut per humilitatẽ meruisti sic ꝓmoueri, ita per arrogantiam tuã iam meruisti regno priuari, [Vnxitq; te in regẽ super Israel, & misit te dñs in viam, & ait: Vade, & interfice peccatores Amalech, & pugnabis contra eos vsq; ad internecionẽ eorũ. Quare ergo non audisti vocẽ domini, sed versus ad pdam es, & fecisti malũ in oculis domini? Et ait Saul ad Samuelẽ,] se pertinaciter excusando, [Imò audiui vocem domini, & ambulaui in via per quã misit me dominus, & adduxi Agag Amalech] In hoc Saul seipsum accusat, qm̃ dominus iussit ipsum Agag vnà cum populo suo interfici. [& Amalech interfeci. Tulit aũt de pda populus oues & boues.] Hîc rursus imponit populo, quod ipse fieri iussit aut saltẽ permisit, quod tñ debuit ꝓhibere. [& primitias eorũ q̃ cæsa sunt, vt immolent domino Deo suo in Galgalis.] veruntñ illa non fuit principalis totáve causa, imò ex cupiditate magis q̃ ex deuotione fecerũt hoc. [Et ait Samuel: Nunqd vult dñs holocausta & victimas, & nõ potiùs vt obediatur voci dñi?] quasi dicat, vtiq;: psertim, qm̃ sacrificia illa legalia nõ erãt per se accepta, sed ex obeditione, charitate & deuotione offerentium ea: ideo quando cõtra obedientiã offerebantur, prorsus displicuerunt, sicut in casu isto. Obedientia autem per se placet, per quam ho-

mo seipsum & propriã voluntatẽ offert ac subijcit Deo: quod maius fuit, q̃ pecora, alienamq́; carnẽ Deo sacrificare. Et intelligitur istud de obedientia, seu potiùs actu ipsius interiori, put obedientia est virtus specialis, respiciẽs præceptum superioris sub ppria ratione pcepti. Alio modo obediẽtia est virtus generalis, dum sumitur pro adimpletione cuiuscunq; pcepti. [Melior enim est obedientia quã victimæ,] pſertim obedientia, qua propria mens subditur Deo. [& auscultare] mandata superiorũ cum próptitudine cordis, [magis] bonũ est, [quàm offerre adipem arietum. [& rectè exprimit specialiter adipem, quia pcipuè offerebatur, iuxta illud
Leuit. 1. Leuitici: Omnis adeps Domini est iure perpetuo. [quoniã quasi peccatũ ariolandi est, repugnare:] i. præcepto superioris resistere & reniti, propriã inobedientiã palliando, seu alio modo, tam graue est crimen vt ariolari, quod est genus superstitiõis seu species magicæ artis. [& quasi scelus idololatriæ] est, [nolle acquiescere.] i. ex proposito & certa malitia esse inobedi-
Roman. 1. entẽ. Quemadmodum enim ariolator atq; idololatra, seruiũt creaturæ magis quàm creatori: ita qui sic inobediens est, magis audit, colit, honorat voluntatẽ propriam, quàm diuinã. Hoc testimonium, sicut in statutis Ordinis Carthusiensis asseritur, sufficientem habet obedientiæ
Roman. 13. laudem, sufficientẽ quoq; inobedientiæ vituperationẽ. Hinc loquitur Paulus: Qui potestati
Eccles. 4. resistit, Dei ordinationi resistit. Salomon quoq; Melior, inquit, est obediẽtia, quàm victimę.
Prouer. 21. Itemq́; : Vir obediens loquitur victorias. Deniq; verbis his Samuelis pulchrè consonat illud
Michc. 6. Michcę: Nunquid placari potest dominus in millibus arietũ, aut in multis millibus hircorum pinguiũ? Indicabo tibi homo quid sit bonũ, aut quid dominus requirat à te: Vtiq; facere iudicium, & solicitum ambulare cum Deo. [Pro eo ergo q abiecisti sermonem dñi,] i. Dei pceptum transgressus es, & illud de corde tuo repulisti, [abiecit te dominus] i. decreuit abijcere, & certissimè abijciet in sobole tua, [ne sis rex.] Nempe cum pœna debeat culpæ correspódere, iustum est, vt qui Deum inhonorat, & eius paruipendit pcepta, deprimatur & vilipendatur
1. Reg. 2. ab eo, iuxta quod suprà dixit: Quicunq; glorificauerit me, glorificabo eum: qui aũt contemnunt me, erunt ignobiles. [Dixitq́; Saul ad Samuelem: Peccaui, quia prçuaricatus sum sermonem domini & verba tua:] q̃ erant verba Dei. Saul ambitiosus, audita suæ depositionis sentẽtia, territus fuit, & cœpit se humiliare potiùs fictè, & ex seruili timore suæ tẽporalis confusionis, q̃ ex vera charitate, humilitate, cõtritioneq; cordis, & forsan suspicabatur ac metuebat, q Samuel ex Dei pcepto mox aliũ constitueret regẽ. [timẽs populum,] qui timor ex praua processit radice, siquidẽ quia superbus fuit, & amator propriæ laudis, ac humani fauoris, formidauit populo displicere, ne minùs solito honoraretur & cõmendaretur à plebe. [& obediẽs] i. acquiescens, [voci] i. suggestioni [eorum, persuadentium mihi q meliora & preciosiora reseruarentur. [Sed nunc quæso porta peccatum meum] i. condole mihi, & culpã meam piè suffer & satisfac pro eadẽ. [& reuertere mecum, vt adorem dominum,] quatenus ex tua præsentia exaudibilior fiat oratio mea, te per tuam orationẽ supplẽte meum defectũ. [& ait Samuel ad Saul: Non reuertar tecũ. [Hoc dixit Samuel, quia pro tunc ita intendebat, quamuis paulopòst ad magnã Saulis instantiã mutauit propositum, ideo non mentiebatur formaliter. Vel di-
Ioan. 7. cere voluit, q non rediret cum ipso pro tunc. Cui simile est, quod apud Ioannem ait saluator, Ego non ascendam ad diem festũ hunc: & tamen paulo pòst ascendit ad eum. Vel, non ascendam tecum, vt orem pro te, eo modo quo optas, vt s. Deus ita ignoscat tibi, q in regno permaneas in sobole tua, qm̃ Samuel sciuit Deum oppositũ diffiniuisse. Et huic expositioni cócordat quod subditur: [quia proiecisti sermonem domini, & proiecit te dominus ne sis rex super Israel. Et cõuersus est Samuel vt abiret. Ille aũt] videlicet Saul, [appræhendit summitatẽ pallij eius,] vtpotè Samuelis, qui verterat se ad recedendum, vt retraheret eum. [quę & scissa est] ex vi retractionis. [Et ait Samuel ad eum: Scidit] i. hac scissione pallij mei præfigurauit, [dominus] scindẽdum esse [regnum Israel à te hodiè:] hoc, inquam, hodiè præsignauit, [& tradidit] i. tradet seu tradere diffiniuit [illud proximo tuo meliori te,] s. ipsi Dauid, qui vel tunc erat, aut futurus fuit virtuosior Saule. [Porrò triumphator in Israel] i. Deus omnipotẽs, cuius virtute & gratia cõceditur victoria Israeli, & cui omnis ascribenda est victoria, cùm tamen tu victoriam à Deo concessam, tibi, plùs quàm licet, asscripseris. [non parcet,] i. præfatã pœnam non relaxabit, qa immobiliter statuit, q in tua successione regalis principatus non pmanebit. Vel, non parcet, quia non permittit peccatũ omnino inultũ transire, qui nullũ bonũ dimittit
Iob. 24. irremuneratũ, nullumq́; malũ impunitum, secundũ illud Iob: Deus inultum abire nõ patitur. Nihilominùs verè pœnitentibus culpam dimittit, imò & pœnã æternã quam meruerũt, com-
Sapien. 12. mutat in temporalẽ. Hinc in libro Sapientiæ dicitur Deo: Ob hoc quòd omniũ dominus es, omnibus te parcere facis, quod etiã ideo dictum est, qm̃ Deus citra condignum punit, tam in purgatorio, q̃ in inferno. [& pœnitudine nõ flectetur:] quia in incõmutabili Deo non potest consistere pœnitudo, dolor seu pœnitẽtia (pprie dicta) de sentẽtia ab ipso plata. Nec etiã fle-
Genes. 6. ctitur pœnitudine nostra, ita vt in seipso mutetur vel reuocet q diffiniuit, quãuis in Genesi legatur, q tactus dolore cordis intrinsecùs, dixit: Pœnitet me fecisse hominẽ, quod metapho-
rice

ricè intelligendum est, sicut & multa similia. Porrò super eos qui non habent cōtritionem ex corde, sicut nec Saul hac vice, non parcit nec flectitur dominus, iuxta illud Deuteronomij: Reddit odientibus se statim, ita vt disperdat illos, & vltrà non differat, protinùs eis restituens quod merētur. [Neq; enim homo est] in propria natura, [vt agat pœnitentiã,] sed est inuariabile & supersimplicissimum ens, qui per Malachiã protestatur: Ego dominus, & non mutor. Hinc in Numerorum libro Balaham ait: Non est Deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Deniq; cùm Deus sit sapientiæ infinitę, omnia æternaliter perfectissimè intuens, non potest in eum cadere pœnitentia de eo quod dixit aut fecit. [At ille ait: Peccaui. Sed nunc honora me coram senioribus populi mei & coram Israel.] si ex condigna & profunda humilitate dixisset, Peccaui, non tam solicitus fuisset de sua honoratione: imò pro publico peccato, coram omnibus publicè se humiliasset, honoreq; regio se recognouisset indignum. [& reuertere mecũ,] comitando & sequendo me tanquam regē, [vt adorem dñm Deum tuũ. Reuersus ergo Samuel, sequutus est Saulem:] propter regiã dignitatem condescendēs ac deferens ei, tanquam vicario regis altissimi. At verò super illud, Scidit dñs regnum à te, narrant quidam Iudæi, ꝙ Samuel cōtulit Sauli signum tunc, dicens: Ille regnabit pro te, qui abscindęt oram chlamydis tuæ. Vnde cùm Dauid fecisset hoc, loquutus est Saul ad eũ: Nunc scio ꝙ certissimè regnaturus sis. [Et adorauit Saul dominũ.] Samuel quoq; rogauit pro ipso. [Dixitq; Samuel: Adducite ad me Agag regē Amalech. Et oblatus] i. adductus [est ei Agag pinguissimus, tremens] ex formidine mortis, q̃ omnium terribiliũ terribilissimum est. [& dixit Agag: Siccine separat amara mors?] Hoc quidã exponunt tanquã dictum à Samuele, vt sit sensus, ꝙ Samuel dixit Agag, i. ipsi Agag regi, Siccine, i. sic ne separat amara mors? i. timor mortis amaræ sensum & animũ tuum à te, qui ꝑ mortis horrore es quasi alienatus à sensu & impos mētis. Secundò exponitur, tanquam dictũ ab Agag, qui cernens se occidendũ, ex desolatione & admiratione tanti infortunij sui loquutus est, Siccine separat amara mors? i. sicne diuidit mors acerba viuentem à societate & loco viuorũ? quasi dicat, vtiq;. [Et ait Samuel: Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus,] i. sicut tu multos iuuenes occidisti, per quod matres eorũ priuasti filiorum suorum solatio. Quidam tamē exponunt hoc de Agag in persona regis Amalechitarũ, qui tempore Mosis quosdã filiorum Israel in deserto occidit, & matres eorundē filijs suis priuauit. [sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua.] i. tu quoq; nũc interficieris: quo facto, mater tua absq; filijs erit. Dicunt aũt nonnulli, quòd mater huius Agag iam inter alios Amalechitas fuit occisa. sicq; per verba ista insinuatur, ꝙ nullus ex filijs illius esset superstes, ipso Agag occiso: quia etsi habuit alios, iam fuerunt occisi. [Et in frusta cōscidit eum Samuel coram domino in Galgalis.] Non simpliciter conscidit eum in frusta, sed coram domino fecit hoc, i. virtuosè & zelo iustitiæ, non ex crudelitate aut amore inordinatę vindictę. Nam sicut fecerat Agag, sic factum est ei [Abijt autem Samuel in Ramatha, Saul verò ascēdit in domum suam in Gabaa & non vidit Samuel vltrà Saul vsq; ad diem mortis suæ.] quod ait, vsq; ad diem mortis suæ, referri potest tam ad mortē Samuelis, q̃ Saulis. Potest quoq; intelligi vel inclusiuè, vel exclusiuè: sed quocunq; horum intelligatur modorũ, non videtur posse verificari, cùm infrà scriptum sit, quòd Saul cum cæteris prophetauit coram Samuele. Ad quod respondetur, ꝙ Samuel vidit tunc Saulem non in regio apparatu, sed prophetica dispositione. Insuper Saul morti vicinus, vidit Samuelem suscitatum ad horam. Si tamen verè in sua persona apparuit, & Samuel Saulē vidit. Alij quoq; dicunt, quòd Saul cum cæteris venit ad Samuelem in extremis laborantē, cùm infrà scriptum sit: Mortuus est aũt Samuel, & congregatus est ad eum vniuersus Israel. sed istud non videtur verum, quia cōgregatio illa potiùs facta est ad sepeliendũ honorificè Samuelē. Potest etiã dici, quia quod modicũ est, pro nihilo reputatur. Vnde si posteà vidit eum, hoc fuit quasi in transcursu seu incidentaliter & sine affatu. [Veruntñ lugebat Samuel Saul, qm̃ dñm pœnitebat, ꝙ cōstituisset regem Saul super Israel.] i. peccata Saulis defleuit & ipsum ꝓpter sua peccata, per q̃ meruit ita reprobari à dño: & ita quē increpauit in publico, deplorauit in abdito: quo constat, quod ex charitate prodijt increpatio illa.

Deut. 7. Malac. 3. Nume. 23. 1. Reg. 24. Exod. 17. 1. Reg. 19. 1. Reg. 28. 1. Reg. 25.

De tropologia eiusdem Cap. 15. Arti. 30.

PEr Amalech designantur dæmones & tyranni, hæretici & omnes iniqui, qui impugnant filios Israel ex Aegypto egressos, in deserto ac solitudine existētes, i. electos & bonos vitia seculi relinquentes, seu religionē ingressos, qui in deserto, i. in abstractione & secreto pœnitentiæ ascendunt ad terrã æternę hæreditatis seu cælestis ꝓmissionis, de qua dicitur: Credo videre bona domini in terra viuentiũ. Præcepit ergo dominus principibus & ꝓlatis, vt talibus Amalechitis inferant pugnã, & quicquid vitiositatis in ipsis est, demoliantur, atq; ipsorũ confutent errores, persequutionesq; superent, & tentamenta elidant: imò q̃ preciosa reputantur ab illis, penitùs aspernētur, videlicet prospera mundi, honores, opes, delicias, nec vllo modo cum ipsis cōmunicent in peccatis. Itaq; Saul, id est, principes & ꝓlati, imò & cuncti verè Christifideles contra illos tendunt insidias in torrente, id est, in profluuio lachrymarũ, in aqua sa-

Psal. 26.

pientiæ salutaris, in consideratione dominicæ passionis, quia per hæc separāt acies vitiorum, satanamq; prosternunt, & suę salutis aduersarios vincunt. Dicunt quoq; Cinæo, vt ab Amalechitis discedat. Nam inter iniquos commorantur communiter aliqui boni, quibus est persuadendum, vt à periculosa se retrahant societate, & ad minus mente elongentur ab illis, ne cum

Psal. 17. peruersis peruertantur. At verò per hoc, quòd Saul pepercit Agag regi, & melioribus Amalechitarum pecoribus, & rebus eorum preciosis: datur intelligi, quòd hi qui alijs præsunt, frequenter periclitantur, dum ad ea q̄ mundi sunt, immoderatè afficiuntur, atq; hominibus placere desiderant, & ꝓpria commoda q̄runt, imò magnatibus adulantur: sicq; vel amore vel timore aut cupiditate seu desiderio proprię laudis, omittūt fraternę correptionis implere pręceptum, & huic seculo conformantur. Hinc tales p̄latos ac principes reprobat dominus, eo ꝙ nō sint ei plenè fideles, & pœnitet eum ꝙ ipsos in officijs p̄laturæ locauerit. Ipsi verò frequenter arbitrantur se iustos, & si corripiantur, mox se excusant & indignantur, aliosq́, inculpant. Malunt tñ se superficialiter humiliare, q̄ de stationibus suis expelli. Prætereà vnicuiq; qui in promotionis suæ primordio fuit humilis, ꝓcedenteq; tēpore videns se quasi radicatū in præsidentia, assumit sibi arrogantiæ cornua, dici potest: Nónne cùm paruulus esses in oculis tuis,

Ecclef.10. caput in Israel factus es? Nunc aūt, quia extollis te, reprobari à domino promereris. Vnde in Ecclesiastico legitur: Sedes ducū superborū destruxit dominus, & sedere fecit mites pro eis. Insuper docemur ex isto capitulo, quantæ excellentiæ sit virtus obediētiæ, quę & in religiosis potissimè commendatur. Imò quemadmodū vniuersi qui præsunt, volunt sibi à suis subditis obtemperari: sic ipsi in primis cum omni reuerentia ac diligentia diuinis obediant iussis, & sibi commissos ad idem inducant, quos & à transgressionibus districtè cohibeant, ne inuoluantur eorum excessibus, nec irrationabilibus vulgi suggestionibus acquiescant.

¶Elucidatio capituli 16. Dixit dominus ad Samuelem. Art. 31.

Reprobatione Saulis recitata, nunc describitur substitutio electi regis pro illo. [Dixitq; dñs ad Samuelē: Vsquequò tu luges Saul,] i. reprobationē eius à regni dominio defles, cōpatiendo amotioni ipsius, [cùm ego ꝓiecerim eū, ne regnet super Israel? Imple cornu tuū oleo] tali, quali inungi solētreges atq; pontifices, vt dictū est plenius in expositione superiorum. [& veni] ad me spiritali accessu per promptitudinē cordis, [vt mittā te ad Isai Bethlehe-

1.Reg.10. mitem.] hoc est, ciuē & habitatorem oppidi Bethlehē. Superiùs dictū est, ꝙ Samuel vnxit Saulem oleo lenticulæ, q̄ est vas fictile, quod mysticè factū videtur, ad præfigurandū instabilitatē

Ibidem. & fragilitatem regni Saul. Dauid verò vngi iubetur oleo cornu, ad præsignandū regni sui soliditatem, quoniam cornu vas solidū est. Oleum tamen fuit eiusdē speciei, quia in vtrisq; fuit eadem specie dignitas regia. [Prouidi enim in filijs eius mihi regē. Et ait Samuel: Quomodo vadam?] quasi dicat, periculosum est mihi hanc exequi iussionē, nisi tu prouideris, & cōgruentem mihi ostenderis modū. [Audiet enim Saul] ꝙ alium vnxerim regē, [& interficiet me:] nisi tu protexeris me. Hoc Samuel dixit, non diffidenter aut temerè asserendo, aut mortē superfluè formidando, sed prudenter conijciendo, quia probabile erat secundū humanā considerationem, quòd sic eueniret. [& ait dominus: Vitulum de armēto tolles in manu tua,] i. tecum duces, [& dices: Ad immolandum domino veni.] hoc ita erat. Fuit tamen & alia causa principalior, quam cautè subticuit. Veritas quippe interdum rationabiliter occultatur, quanuis falsitas nunquam sine culpa proferatur. [Et vocabis Isai ad victimam,] vt ipse & filij eius intersint oblationi, [& ego ostendam tibi quid facias, & vnges quemcunq; monstrauero tibi. Fecit ergo Samuel sicut loquutus est ei dominus. Venitq; in Bethlehem. Et admirati sunt seniores ciuitatis] Bethlehem, de hoc quod Samuel venit ad eos, [occurrētes ei] cum reuerentia. Mirabantur autem, tum quoniam solitariè venit, aut cum paucissimis, tum quoniam rarò venerat illuc. Siquidē sanctus & senex propheta non consueuit quòquam pergere, nisi ex ardua causa. [Dixeruntq;: Pacificúsne est ingressus tuus?] Hoc interrogauerūt, timentes ne eum suscipiendo, offenderēt regē quem sciebāt non benè stare cū Samuele. Vel metuebāt ꝙ missus esset à Deo vel à rege, ad increpandū vel ad denunciandū aduersa. [Et ait; Pacificus.] quasi

Num.8. dicat: Non imminet vobis periculū ex meo aduētu. [Ad immolandū dño veni. Sanctificamini,] i. ad deuotionē specialem vos præparate per orationes, vestiū lotiones, continentiā à cōiugibus, aut simili modo consueto in lege. [& venite mecum, vt immolē] in excelso, quod licuit Samueli, quanuis sacerdos non fuerit, sed Leuita, ex dispensatione diuina. [Sanctificauit ergo] Samuel [Isai & filios eius,] aspergēdo eos aqua lustrationis, & orando pro ipsis, exhortando eos ad deuotionem. [& vocauit eos ad sacrificium,] quod & pro ipsis specialiter immolauit. [Cumq; ingressi essent,] Isai & filij eius coram altari, vt quidam exponunt, vel potiùs locum secretum in domo Isai, vt ibi fieret vnctio regis occultè, [vidit] Samuel ipsum [Eliab, & ait: Num coram domino est Christus eius?] i. nónne iste corā Deo mihi adductus, est electus à Deo in regē? Hoc enim Samuel æstimauit, quoniā Eliab fuit primogenitus Isai, & elegan-

1.Reg.10. tior cæteris in statura. Ideo sicut de Saul proceræ staturæ dixerat populo, Certè videtis quem

elegit

elegit dñs, qa non est similis eius: ita putauit de Eliab. [& dixit dñs ad Samuelē,] Qualiter dixit dñs Samueli verba sequētia in aliorū præsentia? Non dubiū qn per angelū, sed an angelus foris apparuit Samueli, & verba extrà sonantia ꝓtulit, an potiùs intra ipsum loquebatur in visione imaginaria seu intellectuali, non est adeò certum. Credibile tñ est, ꝙ intrà loquebatur ad aures eius mentales, quo dato, tenendū est, quod etiam Samuel prætacta verba dixit. i. intra se cogitauit, & interiori eius interrogationi angelus in persona Dei apparens & loquens rñdit. [Ne respipiscas vultum eius, neq; altitudinē staturę eius.] i. nō sic reputes apparatum suæ faciei virilem, & sublimem suæ personæ staturam, vt inde arbitreris eum electum in regem. [qm abieci eum,] i. decreui eum ab hac eminentia regia repellendū, & forsan ꝓ tunc fuit vitiosus, imò ex sequenti cap. elucescit, ꝙ satis elatus erat & iracundus, sicut patebit. Magister tñ in hist. ait: Videns Eliab primogenitum ꝓcerum & optimum, existimauit futurum regem. sed optimus, accipitur ibi ꝓ eleganti. [Nec iuxta intuitū hoīs ego iudico.] i. sententiā de dignitate aut indignitate, bonitate aut prauitate rerum, ꝓsertim rationalium creaturarū, non ꝓfero secundū exteriorem earum dispositionem. [Homo em̄ videt ea quæ párent,] i. apparent forinsecus, quę primò appręhendit per sensum exteriorem, deindè per sensum cōmunem & vim imaginatiuā, deinceps per cogitatiuam, & tandem per vim intellectiuam: sicq; ex cognitione exteriorum, procedit ad interiorum notitiam, in quo processu frequenter decipitur, præsertim quia mens libera est, & auxiliante gratia Dei, potest refrenare ea, ad quæ inclinat natura, & quæ indicant exteriora. Aliqui etiam assumunt sibi forinsecùs per industriam aut versutiā signa, quorum signata longè sunt ab interioribus eorundem, quemadmodum Ioab, cum amicitiæ apparatu inimicitialiter dixit ad Amasam: Salue mi frater. Ideo scriptum est: Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. [Dominus autem intuetur cor.] i. cogitationum & affectionum secreta, qui Apoc. 2. fatetur: Scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutans corda & renes. Hinc ait saluator Ioan. 7. Nolite iudicare secūdum faciem. Prouer. quoq; 24. habetur: Qui inspector est cordis, ipse intelliget, & seruatorem animæ tuæ nihil fallet. [& vocauit Isai Aminadab] filium suum secundò genitum, [& adduxit eum coram Samuel, q dixit: Nec hunc elegit Dominus] ad regnandum. Hoc Samuel ex reuelatione cognouit, sicut de cæteris nō electis ad regnū. [Adduxit aūt Isai Samma, de quo ait: Etiā hūc non elegit dñs. Adduxit itaq; Isai 7. filios suos corā Samuel.] Si Isai adduxit 7. filios suos coram Samuele, excepto Dauid, ergo habuit filios 8. cùm tñ 1. Paral. 2. nō nisi 7. filios habuisse legatur. Respondetur, ꝙ hîc inter filios Isai cōputatur Nathan, seu (vt alij dicūt) Ionathan filius Samaa filij Iessæ, quē filiū Samaa adoptauerat sibi ipse Isai in filiū, & eū inter ꝓprios filios enutriuit. [Et ait Samuel ad Isai: Nō elegit dñs ex istis. Dixitq; Samuel ad Isai: Nunqd iam cōpleti sunt filij?] i. plenariè corā me ꝓsentati. [Qui respondit: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. Et ait Samuel ad Isai: Mitte & adduc eū. Nec em̄ discumbemus] i. nō ponemus nos ad edendum, [priusquam huc ille veniat.] sciebat equidem illum electum esse in regem, & voluit eum ieiuno stomacho vngere, & ante refectionem præceptum Dei implere. [Misit ergo & adduxit eum. Erat aūt rufus] i. rubicundus, [& pulcher aspectu, decoraq; facie.] fuit equidē elegantis complexionis atq; egregiæ indolis, & per elegantiam naturalium eminenter dispositus ad bonitatem eximiam gratuitorum. [& ait dñs] Samueli: [Surge,] expectando nanq; aduentum Dauid, sedebat: & vnctio illa fieri debuit, cum deuotione & reuerentia, stando. [& vnge eū, ipse est em̄. Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius. Et directus est spūs dñi à die illa in Dauid, & deinceps]. i. ab illa hora infusus est ei spūssanctus, quātùm ad gratiæ incrementum, & quo ad specialia quædam bona. Hieronymus verò & Iosephus dicunt, quod spūs ꝓphetiæ cœpit ex hac hora esse in Dauid. Quidā verò specialiter istud exponunt de gratia fortitudinis, qua hucusq; Saul præualuit hostibus, & deinceps cœpit esse in Dauid. Potius autē reor esse intelligendum de infusione spiritussancti, q̄tùm ad bona seu incrementa gratiæ gratum faciētis, & gratiæ gratis datæ, p quæ Dauid de die in diem magis aptus reddebatur ad regnandum. Nō em̄ vnctus fuit in Regē, quatenus mox regnaret, sed vt tempore opportuno rex esset, Nec adhuc habuit iurisdictionem regalem ad populum [Surgens autē Samuel, abijt in Ramatha. Spiritus autē domini recessit à Saul] i. De' dona q̄dam spūs sancti subtraxit Sauli, cui iā antè ablata erāt charismata gratiæ gratificantis, sed ex nunc priuatus fuit etiā gratia naturalis discretionis atq; constantiæ. [& exagitabat eum spūs nequā à dño.] i. diabolus permissione diuina & iusto Dei iudicio inquietauit & vexauit Saulē.] Dixerunq; serui Saul ad eū: Eccè spūs dñi malus.] putà diabolus, quantum ad suā naturā à Deo creatus, & diuinæ iustitiæ subseruiens, malus verò ex propria voluntate. Itaq; spiritus Dei ratione creationis, & acceptę potestatis, malus verò per potestatis abusum & corruptam in cunctis intentionem. [exagitat te. Iubeat dominus noster rex, & serui tui qui coram te sunt, quærent hominem scientem benè psallere cithara, vt quando arripuerit te spiritus domini malus, psallat manu sua, & leuius feras. Et ait Saul ad seruos suos: Prouidete ergo mihi aliquē bene psallētem, & adducite eum

1. Reg. 17.
Pet. Com. hist. lib. 1. Reg. ca. 5.
2. Reg. 20.
Eccle. 19.
Hierony.
Iose. lib. 6. an. Iu. c. 10.

ad me & rñdeus vnus de Pueris] i. ministris, [ait: Eccè vidi filiū Isai Bethlehemitē scientem psallere,] i. in cithara melodizare, [& fortissimū robore virū, bellicosum, & prudentē in verbis, & virum pulchrū, & dñs est cū eo.] In verbis his Dauid multipliciter commendatur, tam ab excellentia naturalium, q̃ à donis gratuitis, videlicet à fortitudine corporis, ab audacia seu magnanimitate cordis, à prudentia in sermone & à pulchritudine, corporali, A donis quoq; gratuitis, cùm dicitur, & dñs est cum eo. Circa hæc recitat Lyra: Dicunt Hebræi, ꝙ puer hæc recitans, fuit Doeg principalis inter famulos Saul, qui iam concepit odiū cõtra Dauid, & eum sic cõmendauit, quatenus Saul in sua vesania ipsum sibi adductū occideret. Vndè in cõmendatione Dauid aliqd addidit, quod non videtur verū, dicendo, & virum bellicosum, quia adhuc iuuenis erat, Propter quod Saul posteà dixit ei: Non vales resistire Philistęo isti, quia puer es. sed istud videtur ad fabulas pertinere Iudaicas, cùm quotidie multi coram Saul assisterent quos non inuasit. Nec pro tunc verisimile fuit, ꝙ illum specialiter trucidaret, à quo specialiter refocillationē & liberationem accepit. Argumentū quoq; ꝑtactū nõ videtur idoneum, qm̃ in scripturis iuuenes sæpè viri vocantur, quemadmodùm infrà lib 2. decem armigeri Ioab iuuenes appellantur, de qbus constat, ꝙ vltra 20. annum erant. Viri aūt secundū veteris test. scripturas vocãtur, qui 20. annum sortiti sunt. Deniq; paulopòst in isto fertur cap. ꝙ Saul dilexit ipsum Dauid nimìs, & factus est armiger eius. Dicebatur aūt Dauid vir bellicosus, loquendo de prælijs iustis, quæ præcipuè ordinantur, ad bonum reip. ad quæ zelo iustitiæ fuit bonus & strenuus in eisdem. Veruntñ de isto nil assero, quia & S. Hieronymus ꝑtactam opinionē Hebræorum approbare videtur, nisi forsan recitatiuè loquatur. Potiùs tñ reor, ꝙ puer iste fuit amator ipsius Dauid, & promotor ipsius ex corde. [Misit ergo Saul nuncios ad Isai, dicens: Mitte ad me Dauid filiū tuū qui est in pascuis. [Tulit itaq; Isai asinum plenum] i. benè oneratū [panibus, qbus fecit illum asinū onerari, [& lagenam vini, & hœdū de capris, & misit per manum Dauid filij sui Sauli:] ne in cõspectu regis vacuꝰ appareret, & illa erãt quasi iocalia siue encænia. [Et venit Dauid ad Saul, & stetit corã eo. At ille dilexit eū nimís, & factꝰ est armiger eius. Misitq; Saul ad Isai, dicēs: Stet Dauid in cõspectu meo. Inuenit em̃ gratiã in oculis meis. Igitur qñcunq; spūs Dei malus arripiebãt Saul,] q per tēporū interualla vexabatur velut phreneticꝰ, [Dauid tollebat citharã,] i. in manu eã accepit. [& pcutiebat manu sua] citharæ chordas. [& refocillabat Saul, & leuiùs ferebat. Recedebat em̃ ab eo spūs malus.] ¶ Circa hoc quæritur, an virtute citharizationis aut symphoniæ fugentur dæmonia, & obsessi refocillentur. Videtur ꝙ imò, quia (vt apparet) Glossa hoc sentit, allegãdo Boethiū, recitantē ꝙ qdã philosophus tactu citharæ fugauit ab obsesso quodã dæmoniū. Magister quoq; in hist. ait hîc: Tradūt mathematici, ꝙ multi dæmones harmoniã ferre nõ possunt, & qñq; nulli Insupèr in li. Tobiæ Raphael ꝓtestatur, ꝙ iecur seu cor piscis quē deiecit Tobias, fumo suo expellit om̃e dæmonū genus à viro seu fœmina. Et circa hoc in scholast. ser. hist. Nec super hoc mirari debemus, cū fumus cu iusdã arboris adustæ, eandē vim habere perhibeatur. Præterea in lib. Cõfessionū loqtur Aug. Om̃is affectus, spūs & natura, ꝓprios habēt motus seu modos in cautu, quorū occulta familiaritate excitantur. Melodia igitur, q̃ naturali virtute alterat passiones animæ, sic immutare potest hoīs dispositionē, ꝙ dispositio illa passiua, qua disponitur ad recipiendã demonis vexationē, tolletur, sicq; cessabit in hoīe talis afflictio. Amplius, Ioseph. lib. de Iudaico bello narrat fuisse in exercitu Titi, obsidētis vrbē Hierusalē, virū quendã qui per lapidē annulo inclusum, expellebat dæmonia ab obsessis. Postremò, ad idem videtur sacra scriptura cõferre, hoc loco afferens manifestè, quod ad sonitum citharæ recessit dæmon à Saule. In oppositum tamen arguitur, quia cùm dęmones sint incorporales & spiritales substantiæ, non sunt susceptiuæ immutationis ab obiectis sensibilibus atq; corporeis. Iterum de diabolo scriptum est, quod non sit potestas super terram quæ comparetur ei. Non ergo potest refrenari aut expelli virtute sonorū aut consimiliū naturaliū rerū. Glossa quoq; ex verbis Isidori ait: Non ꝓpter citharæ sonum recessit diabolus, sed ꝓpter citharæ mysteriū, qm̃ crucem Christi significat. In cithara quippe est lignum, & chorda superextensa: & lignum exprimit crucem, chorda carnem saluatoris in cruce distentam: cuius rei significatio, virtus & appræhensio terruerunt diabolū. His rationibus consentiunt multi, dicentes, quod si demones essent animalia, corpore aerea, aīo passiua, mente rõnalia, tempore perpetua: vt dixerunt Platonici, dici posset quòd ex melodia, fumo & consimilibus immutarentur & fugarentur: sed cum sint immateriales, sensibilia & corporalia nõ possunt in eos imprimere. Sed obijci potest, ꝙ in gemmis sunt miræ & occultissimæ vires imprimētes in aīam rõnalē, & disponētes eã ad sciētiã & virtutes. Deniq; q̃uis sensibilia directè nõ ĩprimãt in substãtias spiritales, tñ dū applicãtur ad agēdū aliqd circa eas, ipsę substãtię tales separatę cognoscūt vires illorū, ex quarū apphensiõe, & secreta ac cælesti virtute, causantur in eis diuersi effectus. Certū est enim, in rebus naturalibus & materialibus esse q̃plures, vires actionū primarū qualitatū omīnò supgrediētes, quas ex secretis influētijs atq; respectibꝰ cęlestiū corporū sortiūt, intãtū ꝙ vires illę sunt quodãmodò spiritales, ꝓut Guilhel-

1. Reg. 17.
2. Reg. 18.
Num. 1.
Hieronym.
Boethius
Pet. Com. hist. lib. 1. Reg. ca. 15.
Pet. Com. hist. lib. Tob. cap. 1.
Augustinus
Iob. 41.
Isidorus.

helmus Parisiensis in libro de vniuerso, Alkindius quoque astrologus libro de radijs stellicis docent. Insuper rationabiliter dicitur, ꝙ cùm melodiæ habeāt vim lætificatiuam in multis, & multùm sibi alliciant audiētis attentionē, possunt in arreptitijs & obsessis causare dispositiones & affectiones, per quas minùs subijciātur impressionibus dæmonū, & eorum vexationes minùs aduertant. Præstereà sicut ait Petrus Comestor: Physici dicunt, ꝙ harmonia lætū efficit lætiorē, & tristem tristiorē. Verùm ex hoc sequi videtur, ꝙ Saul ex sua vexatione mœstus, ex citharizatione fuisset mœstior factus. Ad quod respondetur, ꝙ dictum illud Physicorū, intelligendū sit de læto & tristi ex complexione, non de tristi ex superinducta vexatione. ¶ Postremò, moraliter docemur ex isto cap. quòd iusti debeant alios moderatè deflere, non nimis intensè aut diuturnè, pſertim propter mala pœnalia, temporaliáve aduersa, imò diuino iudicio debent se sapienter cōformare, certi quia quem Deus spernit, nemo corrigere potest. Rursus patet ex isto cap. quod ea quę alios possunt inflāmare ad iram, superbiā & persecutiones iustorum, cautè celanda sint. Ex hoc demum, quod Samuel dixit, Sanctificamini, & venite mecum vt immolem: innotescit, quantum se debeāt ad deuotionē ac cordis munditiā præparare, qui celebrationi cupiūt interesse, potissimè qui volunt communicare. Simili modo ex hoc quod dn̄s dixit ad Samuelē, Ne respicias vultum eius, neq; altitudinē staturæ eius, instruimur non multū ad naturalia dona attendere, sed ad gratiarū charismata: & eos magis diligere, qui virtuosiores esse cēsentur, neq; ob naturaliū elegātiā alicui inordinatè aut sensualiter affici. Ampliùs, ꝑ Saulē dæmone tribulatū, designatur quicunq; iniquus, à quo discessit spiritus S. Propter quod suis passionib⁹ ac vitijs tanquā dæmonibus agitatur. Per Dauid verò citharistā, notatur quicunq; homo deuot⁹, cui dn̄s linguā cōtulit eruditā, ita quod verbis bonis, verbis cōsolatorijs, informatorijsq; abundat, per q̄ tentatos & passionatos ad releuamen & tranquillitatē ꝑducit, implēs illud Apostoli: Si ꝓoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos q spiritales estis, huiusmodi instruite in spū lenitatis. Itēq;: Corripite inquietos, cōsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad oēs. Qui hoc agit, dæmonia multa saluberrimè fugat.

Pet. Com. hist. lib. 1. Reg. ca. 15.
Eccles. 7.
Galat. 6.
1. Thess. 5.

¶ Elucidatio cap. 17. Congregantes aūt Philistijm agmina sua. Art. 32.

DEscribitur hîc ꝑclara victoria Dauid de Philistæo. [Congregantes aūt Philistijm,] i. rex & quinq; satrapæ Philistinorū, [agmina sua] ad faciendū vnum totalē exercitū ex particularibus agminibus suis, quibus seorsum ꝑerant satrapæ, [in ꝑlium conuenerūt in * Socho Iudæ,] i. iuxta vrbē nomine Socho, pertinentē ad tribū Iuda. Fuit aūt & alia vrbs sic dicta vltra Iordanem, de qua Iudic. 8. narratur, dixit Gedeon ad viros Socho. [& castrametati sunt inter Socho & Azeka,] i. inter oppida sic vocata. Estq; Azeka vrbs, vsq; ad quam Iosue percussit exercitus quinq; regū. [in finibus Dommim.] Dommim q̄nq; est nomen ciuitatis in sorte Iudę, quandoq; deserti inter Hierusalem & Hiericho situati. [Porrò Saul & filij Israel congregati venerunt in vallem Terebynthi] in qua s. valle stetit terebynthus, sub qua Iacob infodit, abscondítq; idola domesticorū suorum, vt legitur Gene. 35. [& direxerunt aciē ad pugnandum cōtra Philistijm. Et Philistijm stabant super montē ex parte hac, & Israel stabat super montē] alium oppositum [ex parte altera, vallisq; erat inter eos: & stetit vtraq; turba in monte, quatenus ex loco illo eminenti impugnaret aduersarios contra se venientes per vallem, ita ꝙ montis ꝓsidium habuisset, per quod faciliùs oppressisset cōtra se ascendentes. [Et egressus est vir spurius de castris Philistinorū nomine Goliath de Geth] vrbe Philistijm. Circa hoc in Scholastica fertur historia: Iste dictus est spurius, quoniā natus est de patre ignobili, i. gentili & nobili matre Iudæa. Spurius quippe & hybrida dicitur ignobilis ex patre, quemadmodū manzer & nothus ex matre. Alij dicūt, ꝙ manzer appellatur natus de scorto, spurius de cōcubina, nothus de adultera. [altitudinis sex cubitorū & palmi.] Palmus dicitur sexta pars cubiti. Cubitus verò cōtinet pedem vsualem cum medio, quamuis aliqui dicant, ꝙ duos contineat pedes. Porrò, qualiter secundū geometricam artē vnus cubitus cōtineat sex cubitos nostros, expositum est super Gene. 6. Itaq; Goliath iste fuit de semine giganteo & giganteæ staturæ. [& cassis ærea] i. ferrea erat [super caput eius.] Nā æs pro omni metallo accipitur. Nec cassis fieri solet de ære propriè sumpto, sed de ferro. [& lorica hamata induebatur.] i. lorica ferreis laminis cooperta, quatenus imperforabilior esset, nec per eius foramina pertransiret ensis, sagitta aut spiculum. Hamus aūt est ferreum instrumentū, quo pisces capiūtur, & macula seu lamina loricæ: inde hamatum, de hamo factum. [Porrò pondus loricæ eius, quinq; millia siclorū æris erat, & ocreas æreas habebat in crurib⁹, & clypeus æreus tegebat humeros eius.] Clypeus ille (secundum quosdam) fuit ferrea lamina, descendens à casside vsq; ad scapulas, & inter eas in acutū procedens ad muniendū collum, connexionemq; armorū capitis & corporis. [Hastile aūt] i. stipes [hastæ eius, erat quasi liciatorium texentium.] ex quo patet soliditas, fortitudo, complanatio, mobilitas hastę illius. Est autem liciatoriū, lignū circa quod licia inuoluuntur. [Ipsum aūt ferrum hastæ eius, sexcentos siclos habebat ferri.] i. tantæ molis, tantiq; ponderis fuit. [Et armiger eius antecedebat eum. Stansq; clamabat aduersum phalangas] i. turbas seu

* Sochoth.
Iosu. 15.
Iosu. 10.
Pet. Com. hist. lib. 1. Reg. ca. 6.

agmi-

agmina[Israel,] Quanuis enim ex toto populo constabat vnus totaliter exercitus, distinguebatur tamen ille exercitus per tribus & cuneos. [& dicebat eis: Quare venistis parati ad prælium?] Quasi dicat, qualiter audetis vos opponere nobis? seu quare vultis generale certamen cōmittere, cùm per duellū possit cōtrouersia inter nos terminari. [Nunquid non ego sum Philistæus? tanquam dicat, vtiq; ego de præclara hac natione & plebe sum Philistinorū, & gigas ac pugil eorū. [& vos] estis [serui Saul?] ideo non deberetis contra nos conuenire, qui iam diu dñati fuimus vestri. [Eligite ex vobis virum, & descendat] de mōte in quo statis aduersum me, [ad singulare certamē] in valle hac. [Si quiuerit pugnare mecū, & percusserit me, erimus vobis serui: Si autem ego præualuero, & percussero eum, vos serui eritis, & seruietis nobis. Et ait Philistæus: Ego exprobraui agminibus Israel hodie.] i. opprobriosè & contēptibiliter locutus sum eis, imponēdo ipsis, quod sint serui Philistinorū: quod tanto confusibilius eis est, quanto plus de propinquo hoc irrogatū est ipsis. [Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul & oēs Israelitæ sermones Philistęi huiuscemodi,] i. tam audacia & animosa verba ipsius, seu verba ipsius Goliæ tam proceri & fortis, [stupebāt] de altitudine suæ staturæ, [& metuebant nimis.] propter fortitudinē, audaciā, ferocitatē, & armaturā ipsius, nec quisquam præ timore au-
1.Reg.16. debat contra illum duellū assumere. [Dauid aūt erat filius viri Ephratæi] i. de Ephrata, quæ alio nomine vocata est Bethlehem, [de quo suprà dictū est, de Bethlehē Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios:] cōputato filio filij sui, vt in præcedentis cap. expositione est tactū. [& erat vir in diebus Saul senex] ætate & morum maturitate, sagacitateq; animi, [& grandæuus] i. magnæ reputationis & probitatis [inter viros. Abierunt aūt tres filij eius maiores post Saul in prælium. Et nomina trium filiorū eius qui perrexerūt ad bellū, Eliab primogenitus, & secundus Aminadab, tertius quoq; Samma. Dauid aūt erat minimus] i. vltimus natu, maximus tamen virtu-
Ibid. te. [Tribus ergo maioribus sequutis Saulē, abijt Dauid, & reuersus est à Saul vt pasceret gregem patris sui in Bethlehem.] Præcedenti cap. dictū est, quod iam ante hæc Dauid factus est armiger Saul. Cur ergo non prodijt secū ad prælium? Rñdetur, quod Saul hac vice pepercit ei de hoc, propter adolescentiā eius, & quia nondū expertus fuerat eius potentiam in bellicis gestis. In hoc quoq; patuit humilitas Dauid, quod post tantā sui apud regē promotionem, acquieuit rursus pecora custodire. [Procedebat ergo Philistæus manè & vesperè, hoc est, quotidiè bis processit modo prætacto ad exprobrādum populo Israel, semel mane, & semel de vespere. [& stabat 40. diebus.] Tot enim diebus vterq; exercitus pro maiori sui parte mansit in monte, stans & expectans, vt pars sua aduersa primo in vallem descenderet, & sic eam facilius superaret. Philistęus quoq; quotidie opportunis horis stetit cum suis. [Dixit aūt Isai ad Dauid filiū suum: Accipe fratribus tui ephi polentæ] Polenta est grana tritici tosta, & manibus cōfricata, instar grani pilo tusi. Aliqui tamen dicunt, quod polenta sit pulmentū de farina purgatissima factum. Vnde legitur Iosu. 5. Comederunt de fructibus terræ, & polentā eiusdē anni. ¶ Porrò ephi, mensura est triū modiorum, iuxta modū illius loci ac tēporis. Est itaq; sensus, Accipe polentā trium modiorum, vt portes eam fratribus tuis. [& decē panes istos, & curre in castra] hoc est, festinānter vade in tentoria seu in agmina Israel, [ad fratres tuos] tres seniores, [& decē formellas casei has deferes ad tribunum, i. hos decem caseos paruos atq; recentes dabis principi, sub quo militāt fratres tui, vt se habeat fauorabiliter circa ipsos, pręcauendo pro posse eorū pericula. Præcepit
Iose lib.6. etiam Isai filio suo Dauid, secundum Iosephum, vt tolleret secum pignora fratrum, i. libellos
an. Iu. c.11. repudij, de quibus in Deuteronomio, quia pergentibus ad pugnandum, erat cōsuetudo dare
Deut. 25. vxoribus libellum repudij, vt si infra annos tres non redirēt, liceret vxoribus nubere alijs viris. [Et fratres tuos visitabis, si rectè agant, & cum quibus ordinati sunt, disce. Saul aūt & illi] videlicet fratres Dauid [& omnes filij Israel, in valle Terebynthi pugnabant aduersum Philistijm.] Iam habitū est, quod vterq; exercitus stetit in monte, nec generale prælium cōmiserunt hucusq;. Quomodo ergo Saul cum omnibus suis pugnauit in valle Terebynthi cōtra Philistijm? Rñdetur quod quotidiè aliqui egrediebantur bellantes, sicq; totū à parte denominatur, vel pugnabant, i. ad præliandum se disponebāt, & inuicē nocumenta aliqua inferebāt. [Surrexit itaq; manè Dauid, & cōmendauit gregē custodi, & onustus abijt, sicut præceperat ei Isai, & venit ad locū Magala:] i. sic nominatum, sicq; Magala est proprium nomen loci. Vel vt aliqui dicunt, est nomen cōmune, significās circulū seu fossatum, quia per gyrum exercitus expedit fieri aliquā fossam, qua contra aduersariorum repentinam & improuisam impugnationem muniatur, & aliquo modo tutetur. [& ad exercitū, qui egressus ad pugnam, vociferatus erat in certamine:] quemadmodū in congressibus solet vociferatio exhortationis ad prælium fieri. Ex quo constat, quod singulis diebus quidam hincinde egrediebantur ad pugnam. [Direxerat enim aciem Israel. sed & Philistijm exaduerso fuerant præparati. Derelinquens ergo Dauid vasa] i. instrumenta seu modios polentæ & consimilia, s. panes & caseos, [quæ attulerat] derelinquens, inquam, [sub manu custodis ad sarcinas,] quia cōmisit ea alicui custodiēda in loco vbi talia custodiebantur, [cucurrit ad locum certaminis,] qui vltra castra fuerat, [& interrogabat si] i. an

omnia

[omnia rectè agerētur erga fratres suos. Cumq; adhuc ille loqueretur eis] s. fratribus suis inuentis, vel eis quos interrogauit, [apparuit vir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philistæus de Geth, de castris Philistinorū. Et loquēte eo] vtpotè Goliath, [hæc eadē verba,] qbus antè exprobrauit filijs Israel, [audiuit Dauid] exprobratorē illum tam arrogantē. [Oēs autē Israelitæ cùm vidissent virū, fugerunt à facie eius, timētes eum valde,] i. nullus eorū audebat cōtra illū procedere, & vnusquisq; se elongauit ab illo pro posse. [& dixit vnusquispiā] i. quidam seu quicunq; [de] populo [Israel: Num vidisti virum hunc qui ascendit? Ad explorandū enī Israel ascendit. Virum ergo qui percusserit eum,] i. Goliā istū occiderit, [ditabit rex] Saul [diuitijs magnis, & filiā suā dabit ei] vxorē, [& domū eius faciet absq; tributo in Israel.] Hoc iam ꝓmulgatū fuit ex imperio regis, anteq̄ Dauid aduenerat, vt fortiores ex Israel animarentur spe præmij tanti ad dimicandū aduersus Goliam. [& ait Dauid ad viros qui stabāt secum, dicens: Quid dabitur viro qui percusserit Philistæū hunc, & tulerit opprobriū de Israel?] i. populum Israeliticum per suum triumphum liberauerit ab improperijs & irrisionibus Philistæi istius. [Quis est enī hic Philistæus incircuncisus, qui exprobrauit acies Dei viuētis?] Ista ꝓtulit Dauid zelo fidei & æmulatione iustitię, atq; amore boni communis, & tanq̄ rex motus est, contemnēs impiū illum corde magnanimo, quemadmodū scriptum est: Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus. ac si dicat: Infidelis iste idololatra, nimis vilis & detestabilis est ad iniuriandū sic plebi fideli verum Deum colenti, cuius iniuria in Deum redundat. Deniq; Dauid tam diligēter inquisiuit de mercede victori Goliæ ꝑstanda, non ꝙ intuitu terrenæ remunerationis aut amore temporalis honoris, principaliter incitabatur ad pugnandum cōtra Goliam, sed zelo diuini honoris ac boni cōmunis: secundario aūt & concomitanter amore præfatę remunerationis, ꝑsertim quia à Deo etiā mouebatur ad hoc. [Referebat aūt ei populus eundem sermonē, dicens: Hęc dabuntur viro qui percusserit eū. Quod cùm audisset Eliab frater eius maior,] videlicet primogenitus, [loquēte eo cum alijs, iratus est cōtra Dauid] formidans ꝙ Dauid iuuenili audacia arriperet cōtra Goliā conflictū & caderet, & ita ex fraterno amore ita illa manauit. [& ait: Quare venisti? & quare dereliqsti pauculas illas oues in deserto?] quasi dicat, vtilius tibi esset, ꝙ non venisses, ad quem potius pertinet pauculas pascere oues, q̄ contra gigantē duellum assumere. [Ego noui superbiā tuam,] qua aspiras ad cōiugiū filiæ regis. Vnde aliqui dicunt, ꝙ Eliab æstimauit ipsum Dauid ex arrogantia motū, eo ꝙ præ cæteris vnctus fuit in regē, [& nequitiā cordis tui, quia vt videres ꝓlium, descendisti.] i. tam malitiosum & nequam te esse cognosco, ꝙ gloriaris in sanguinis effusione, & in bellis secundum se. propter quod & nunc venisti, vt videas talia. [& dixit Dauid: Quid feci? Nunquid nō verbum est?] Dauid prudēs & mansuetus adolescens, increpationē acerrimā fratris sui senioris æquanimiter tulit, & cōmotionē illius cum quadā vrbanitate & iucunditate dissimulauit ac pertransiuit, dicendo: Quid feci? Nunquid non verbum est? ac si dicat, quo excessu merui tantā correptionē? An non licet mihi modicè loqui, & interlocutoriè interrogare, nec adhuc aliud feci nisi ꝙ inquisiui de facto: & interrogatio ista verbū est, nō res aut bellum. Cur ergo tm̄ irasceris super hoc? [Et declinauit paululum ab eo ad aliū. Dixitq; eundem sermonem. Et respondit ei populus eundē sermonē sicut priùs. Audita sunt aūt verba q̄ loquutus est Dauid, & annunciata] sunt verba Dauid [in cōspectu Saul] quibꝰ auditis, Saul iussit sibi adduci Dauid. [Ad quem cùm fuisset adductus, loquutus est ei:] s. Sauli [Non concidat cor cuiusquā in eo,] i. nemo vestrū perdat fiduciā aut cadat pauore. [Ego seruus tuus vadā & pugnabo aduersus Philistæum. Et ait Saul ad Dauid: Non vales resistere Philistæo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es.] i. adolescēs, & necdum ad robur virilis ætatis ꝑductus, nec expertus multùm in armis. [Hic aūt vir bellator est ab adolescētia sua. Dixitq; Dauid ad Saul: Pascebat seruus tuus patris sui gregē, & veniebat leo vel vrsus,] i. leo & vrsus, vt ex cōsequentibus cōstat, [& tollebat arietē] i. duos arietes, s. quilibet vnum, [de medio gregis, & ꝑsequebar eos & percutiebā,] i. interficiebā eos, [eruebamq; de ore eorum.] quod fuit per supernaturale robur atq; auxiliū Dei exhibitum Dauid. Quo circa scribit Hieronymus, ꝙ Dauid ex hoc concepit audaciā qm̄ spm̄ sctm̄ accepit, expertus adiutoriū Dei in suffocatione leonis & vrsi. Veruntamen vbi & quādo hoc factū sit, ignoratur, nec scriptura hoc docet. Nihilominùs puto ꝙ factum sit, postq̄ Dauid vnctus fuit in regē, qa ex tunc gratia fortitudinis corporalis ac spiritalis data est ei. Imò ex tēpore illo cœpit anagogicos motus, ardentissimosq; affectus habere in Deū, & ꝑ sapientiā vnitiuam ac mysticā theologiam cōtemplari diuina. [Et illi cōsurgebant aduersum me, & appræhendebam mentum eorum, & suffocabā interficiebamq; eos. Nam & leonem & vrsum interfeci ego seruꝰ tuus. Erit ergo & Philistæus hic incircūcisus, quasi vnus ex eis. Nūc vadā, & auferā opprobriū populi. Qm̄ quis est iste Philistæus incircūcisus, qui ausus est maledicere exercitui Dei viuētis? Et ait Dauid: Dn̄s q eripuit me de manu leonis, & de manu] i. potestate inuasioneq; [vrsi, ipse liberabit me de manu Philistæi huius.] Secūdū Hieronymū, catholicosq; doctores, Dauid ex reuelatiōe diuina ꝑsciuit se triūphaturū in isto conflictu, ideo verba

Psal. 14.

1. Reg. 16.

Hieronymus.

Hieronymus.

verba ista & alia quæ in litera cōtinentur, nō solùm sunt verba bonæ spei, sed certitudinis absolutæ. [Dixit autē Saul ad Dauid: Vade, & dñs tecum sit.] dando tibi victoriā. Ex hoc aliqui opinantur, ꝙ etiā Saul ex reuelatione cognouit, ꝙ Dauid præualeret. Veruntñ hoc ex verbis istis nō sequitur, nec pcedentia verba hoc sonant. Nā statim ante hæc verba dixerat Saul: Non vales resistere Philistęo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es. Attamē ex verbis Dauid prætactis saltē cōcepit quandā fiduciā. [Et induit Saul] ipsum [Dauid vestimētis] hoc est, armis [suis, & imposuit galeā æreā super caput eius. Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suā, cœpit tentare, si posset armatus incedere. Non em̄ habebat consuetudinem.] Ex hoc inferunt qdam, ꝙ Dauid iam fuit vir, ac virilis staturæ. Alioquin Saul non induisset eum arma sua, præsertim cùm Saul fuerit magnæ staturæ. Alij dicunt, ꝙ ista fuerunt arma Saul, non quia corpori suo seruiebāt. Sic em̄ non cōuenissent ipsi Dauid, eo ꝙ Saul ab humero omnib' eminer et, sed qa erāt accepta de armamentario regis. [Dixitq; Dauid ad Saul: Non possum sic incedere.] Ex hoc videtur, ꝙ erant ꝓpria arma Saul. Propter quod Dauid dixit sibi non cōpetere ea, qa & valdè grauabāt eum. Isidorus etiā & Richardus affirmant, ꝙ Dauid præ ætate & parua statura nō poterat portare arma Saul. Ex quo apparet, ꝙ erant ꝓpria arma Saulis. Aliam quoq; tangit rationē, subdendo: [quia non consuetudinē habeo,] esse & ire in armis. [Et deposuit ea, & tulit baculū quem semper habebat in * manu:] hoc est, virgā seu baculum suum pastoralē, quem omni tēpore opportuno consueuit habere in manibus, dum gregē pascebat. Vel semper, qa illum habebat cōsuetudinariè in manu, & non aliū. [& elegit sibi quinq; lympidissimos lapides de torrente.] i. saxa clara, rotunda, & plana, non angulata, qm̄ talia saxa rectiùs celeriusq; mouentur, dum ꝓijciuntur, & iuxta ripā torrentis, vel in fundo siccato iacebant. [& misit eos in perā pastoralem, quam habebat secum.] in qua victui necessaria deportauit, dum exiuit cum grege ad pascua. [& fundā manu tulit, & procesit aduersum Philistæū. Ibat autē Philistæus, incedens & appropinquans aduersum Dauid, & armiger eius ante eum. Cumq; inspexisset eum Philistæus, & vidisset Dauid, despexit eum. Erat aūt adolescens rufus & pulcher aspectu. Et dixit Philistæus ad Dauid: Nunqd ego canis sum, ꝙ tu venis ad me cum baculo?] Quasi dicat, stultissimè agis, ꝙ inermis contra me, quasi contra canem venis cum baculo, non cum ense, cùm ego non sim canis, sed fortissimus expertissimusq; pugnator. [& maledixit Philistæus Dauid in dijs suis,] hoc est, per inuocationē & virtutem deorum suorū imprecabatur ipsi Dauid mala pœnalia. [Dixitq; ad Dauid: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli & bestijs terræ. Dixit autem Dauid ad Philistæum: Tu venis ad me cum gladio & hasta & clypeo, ego autem venio ad te in nomine dñi exercituū, Dei agminum Israel, qbus exꝓbrasti hodie. Et dabit te dominus in manu mea, & percutiā te, & auferā caput tuum à te. Et dabo cadauera castrorū Philistijm hodie volatilibus cæli & bestijs terræ, vt sciat omnis terra, qa est dominus Deus in Israel, & nouerit vniuersa ecclesia hæc, qa non in gladio, nec in hasta saluat dominus. Ipsius em̄ est bellū, & tradet vos in manus nostras. Cumq; surrexisset Philistæus, & veniret & appropinquaret cōtra Dauid, festinauit Dauid, & occurrit ad pugnam ex aduerso Philistæi. Et misit] Dauid [manum suā in peram, tulitq; vnum lapidē, & funda iecit, & circunducens, percussit eum in fronte. Et infixus est lapis in frōte eius, & cecidit in faciem suam super terrā. Ex hoc apparet ꝙ vno iactu Dauid occidit Goliam. Magister tamen in hist. dicit, ꝙ in eodem vulnere percussit Philistæum secundo lapide, deinde & tertio, ita ꝙ tertio iactu & saxo illum deiecit. Vnde & Glossa quædā super Matthæū disseruit, quod sicut Dauid vicit Goliā tribus lapidibus, sic Christus diabolum trib' tentationibus. ¶ Præthereà quæritur, qualiter potuit Dauid Goliam capite armatum, in fronte contingere. Ad quod quidā Iudæi respondent, quod ferrum galeæ cessit lapidi miraculosè. Alij dicunt, ꝙ galea circa frontē fuit discooperta. Hinc in Scholast. fertur histo. Fabulantur qdam Iudæi, ꝙ ferrum galeæ & loricæ obsequium pręstitit Deo, locum dans lapidi, vt intraret ad hominē occidendū. Propter quod circuncisio deinceps facta est cultello ferreo, quæ priùs fiebat petrino. Hæc ibi. [Præualuitq; Dauid aduersum Philistæum in funda & lapide, percussumq; Philistæū interfecit. Cumq; gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit & stetit super Philistæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum] Goliam gladio suo, quem de vagina Goliæ extraxit. [præciditq; caput eius. Videntes aūt Philistæi ꝙ mortuus esset fortissimus eorū, fugerunt. Et consurgentes viri Israel & Iuda, vociferati sunt, & persecuti sunt Philistæos vsq; dum venirent in vallem, & vsq; ad portas Accaron. Cecideruntq; vulnerati de Philistijm in via Saruch, & vsq; ad Geth, & vsq; ad Accaron. Et reuertentes filij Israel, postq̄ persecuti fuerāt Philistæos, inuaserunt castra eorum:] i. bona eorū quæ reliquerunt in tentorijs, diripuerunt. [Assumens aūt Dauid caput Philistæi, attulit illud in Hierusalē.] non hac vice, sed posteà diu qñ Iebusæos in arce Hierusalē habitātes voluit perterrere, vt dicitur: Vnde ad incutiendū eis timorē, monstrauit eis caput gigantis, quem diuina ꝓstrauit virtute. Nā illi in fortalicij sui firmitate gloriabantur. [Arma verò eius posuit in tabernaculo suo.] In Hebræo, vt dicit, nō habetur,

Marginal notes: 1. Reg. 10. — * manibus — Pet. Con. hist. lib. 1. Reg. ca. 16. — Matt. 4. — Pet. Con. hist lib. 1. Reg. c. 12.

betur, suo: sed simpliciter, in tabernaculo: idcircò exponitur de tabernaculo dñi, in quo, in signum diuinæ victoriæ, posuit arma illa. Vndè & posteà accepit ab Abimelech pótifice ensem Goliæ, vel forsan ad tpš posuit ea in domo sua, deinde in tabernaculo. [Eo aût tpe quo vidit Saul egredienté Dauid cótra Philistæum, ait ad Abner principé militiæ suæ: De qua stirpe descendit hic adolescés? Dixitq́, Abner: Viuit anima tua rex, si noui.] i. q̃ verum est, ꝙ tu dñe rex viuis, tam verú est ꝙ illud ignoro. [Et ait rex: Interroga tu cuius filius sit iste puer. Cumq́; regressus esset Dauid, percusso Philistęo, tulit eú Abner, & introduxit corã Saule, caput Philistęi in manu habenté. Et ait ad eum Saul: De qua ꝓgenie es tu ô adolescés? Dixitq́; Dauid: Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.] Hoc Saul toties tamq́; solicitè interrogauit nó solú ex admiratione tã strenui facti, sed specialiter, qm̃ filiã suã ꝓmisit dare victori Goliæ: & cú esset valde superb⁹, anxius erat, ne cogeretur eã dare vxoré ignobili. sed cognito ꝙ Dauid esset de nobilissima tribu Iuda, & filius Isai viri famosi ac nobilis, fuit gauisus atq; cótétus. ¶ Præterea mirú apparet, ꝙ nec Saul nec Abner cognouit ipsum Dauid, cú tñ non diu antè multis diebus fuerit in regis palatio, imò in regis aspectu. Ad quod quantú ad Saul, datur respõsio, ꝙ ex frequéti sua exagitatióe à spiritu malo, fact⁹ fuit modicę debilisq́; memorię, & vis eius imaginatiua, fuit nó parú impedita à sua cognitióe. Atq; vt Glossa tangit ex verbis Augusti. interim ꝙ Dauid à Saul recesserat, creuerat sua barba, quã nec Iudæi túc abradebãt: ideo citò immutauit dispositioné, apparatúq; vultus. Insuper Saul & Abner fuerãt quotidiè in multis & arduis occupati, ꝓpter quod particularis ꝑsonæ poterant faciliter obliuisci, imò de Abner ꝓbabile est, ꝙ ꝓpter bella vndiq; imminétia, rarò fuerit domi, & ita rarò aut nunq̃ viderat ipsum Dauid in regis palatio. Postremò, qa in isto capitulo facta est mentio de Dauid & Goliæ duello, oritur q̃tio, an duellú sit licitú: & videtur ꝙ imò, authoritate scripturæ istius & sancti Dauid exéplo. Præterea sancti principes, vt Carol⁹ Magnus, & S. Ludouicus, duella sustinuisse & approbasse vidétur. * Amicus quoq; optimus miles, ꝓ Amilio suo charissimo assumpsit duellú. In oppositú est doctrina ecclesiæ, & iura q̃ plura. Et respondédú, ꝙ secundú Ostiensem, Ganfredú, Durandú ac alios, duellú ꝓpriè est bellú duorú cótra se inuicé pro veritatis ostésione assumptú, ita vt qui vicerit, iustus appareat: qui victus fuerit, reus pntet. & istud duellú, dicitur omninò esse illicitú etiam inter vulgares. Nã quanuis Dauid cú Golia duellú inierit, nó tñ est hoc sumendú ꝓ lege: qa vt Hieronymus ait, priuilegia paucorú, cómuné legé non faciút. Dauid quoq; ex dispensatione & reuelatione diuina hoc fecisse credédus est. ideo verò illicitú est, qa est cótra illud ꝑceptú, Non tentabis dominú deú tuú. Veruntñ alij qdã distinguunt, qa aut offert quis duellú, aut suscipit. Et si offert aut suscipit, aut suscipit illud inuitè, aut iudicis authoritate & iniunctione. Itaq; dicút eos peccare mortaliter, q offerunt aut suscipiút duellú spontaneè: Eos verò excusari à culpa, qui suscipiunt illud iudice sententiante, cùm aliter nequeãt periculú corporis sui aut rerú suarú dãna euadere. Tertia demú est opinio dicétium, ꝙ oés isti peccãt mortaliter, quanuis nó æquè enormiter, qm̃ culpa eius qui inuitè suscipit illud iudice iudicãte, extenuatur ꝓ magna parte: deinde plùs peccat, qui spótè suscipit illud: maximè verò, qui ꝑbet. Similiter peccãt mortaliter iudices illud fieri iudicãtes, & assessores qui ad hoc cósiliú, auxiliú aut fauoré impendunt. Secundæ aût opinioni ꝑtactæ magis cósentit Guilhelmus, dicens eã rationabilé esse, ꝑsertim dum innocés accusatur ad morté: qui si duellú sibi oblatú recuset, statim suspédetur: Nã durú videtur tenere, ꝙ talis potiùs teneatur permittere se suspendi, q̃ se defendere in duello. Nec talis videtur Deú tentare, cùm ꝓpter necessitatem vitæ id faciat. Etenim dum humanú deest subsidiú, potest homo cófugere ad diuinú. ¶ Insuper aduertendú, ꝙ duellú quandoq; cómunius sumitur, vtpotè pro singulari bello vnius cum alio, sine diuini ꝑstolatione auxilij, sed vt per fortitudiné, arté aut fortunã terminet inter aliquos cótrouersia ciuilis aut criminalis. Et de hoc duello iterú aliqui dicút, ꝙ in nullo casu sit licitú, nec ex parte ꝑbentis, nec ex parte iudicãtis, neq; ex parte suscipientis: quia intétio taliter duellantiú, est interficere aduersariú suum, quod nulli priuatę personę est licitú. Ad quod videtur valere illud Augustini in libro de libero arbitrio: Quomodo arbitrãdú est, hos carere libidine, qui pro rebus his gladiantur, quas amittere possunt inuiti? Verùm ista positio alijs nimis dura videtur. Ideo dicunt, ꝙ si appellato de duello, negetur alia ꝓbatio ac appellatio, possit se licitè defendere duellãdo, tã in causa criminali pro sua vita tuenda, ꝑsertim si innocens sit, quam in causa ciuili pro suis rebus: Quoniã sicut licet alicui pugnare pro corporis sui defensione, ita pro rerum suarum cóseruatione. Ad instantiã verò præhabitã dicunt, quod in tali duello directè intenditur propriæ vitæ seu rei suæ defensio: Per accidens auté, aduersarij interfectio, & de iudicis authoritate id facit, qui ad duellum est appellatus. Asserunt tamé isti, quod appellãs ad duellum, & iudex authoritaté aut licentiã ad hoc ꝑstans, semper mortaliter peccant. Ad prætactam quoq; Augustini authoritatem respondent, quod loquitur inquisitiuè, non determinatiuè. sed quoniam iuxta præinducta, aliqui principes iusti leguntur admisisse aut concessisse duella, aliqui opinantur, quod duella in aliquo casu à iudice possunt sine

Marginal notes: August. (beside "Glossa tangit ex verbis Augusti."); *Amicus. (beside "Amicus quoq;"); Hierony. (beside "Hieronymus ait"); Deut. 6. Matt. 4. (beside "Non tentabis dominú deú tuú"); August. (beside "libro de libero arbitrio").

peccato permitti, sicut dum nobiles superiorem habentes, inter se mouent guerram, & terras suas ac subditos mutuò vastant igne & ferro, vnusq; illorum alium coram superiore prouocet ad duellum, & alius mox suscipiat illud: Superior quoq; probabiliter æstimet, ꝙ præfata subditorum & innocẽtum vastatio, per duellum valeat terminari, non videtur peccare tale duellum permittendo: quia habenti curam cõmunitatis, licitum est interdũ permittere mala minora, vt vitentur maiora. Hanc opinionẽ refert & sequitur Lyra, & addit: Huic dicto videtur concordare Thomas in sua summa, dicendo, quod quando in duello non expectatur aliquis miraculosus euentus, vt in proposito, tale duellũ propinquat ad communẽ sortium rationem, quibus in aliquibus casibus vti est licitũ. Hæc Lyra. ¶ Quo circa dubitatio aliquantula oritur, cur more solito non alleget magis determinatè, vbi Thomas hoc dicat. an quia nõ occurrebat memoriæ, vel forsan ex alia causa? Itaq; aduertendũ, ꝙ Thomas in secunda secundæ, q̃stione 95. sic scribit: Iudiciũ ferri candentis seu aquæ feruentis, propter percipiendã alicuius occulti notitiam, est illicitum. Primò, q̃m ordinatur ad manifestandũ secreta q̃ diuino iudicio reseruantur. Secundò, quia non est diuina authoritate sancitũ. Hinc in decreto Stephani papę prohibetur, ac superstitiosum vocatur. & est partim simile de duello, p̃sertim si pugiles sint multũ dissimiles virtute corporali aut arte. Aliàs minùs illicitũ esset, eo quod non expectetur ibi miraculosus effectus, sed magis pertineat ad cõmunem rationẽ sortiũ. Hæc Thomas. In cuius verbis non habetur, ꝙ in p̄habito casu duellũ licitè permittatur à iudice, sed ꝙ in casu p̄tacto sit minùs illicitum. Ex quo sequi videtur, ꝙ secundũ eum etiam in tali casu illicitum sit. Hæc tñ recitatiuè scripsi, non declinando assertiue ad vnã positionem istarũ potiùs, quam ad aliã. Veruntñ quantum ad ꝓpositũ pertinet de duello S. Dauid, videtur ꝙ spontè inire duellũ contra aduersariũ fidei, pro fidei defensione, & ad remouendũ nominis diuini blasphemiam, aut contra tyrannum & publicum hostem totius communitatis, pro defensione boni cõmunis, sit licitũ atq; laudabile, & ita operatus est Dauid. Sic quoq; fecisse legitur Heraclius imperator.

¶ De mysticis sensibus eiusdem capituli decimiseptimi. Art. 33.

CONgregantes Philistijm agmina sua &c.] Quemadmodum Philistijm nõ cessauerũt sua agmina cõtra Israelitas colligere, & fines ipsorum intrare, sic inuisibiles hostes, peruersi quoq; & perfidi homines, indesinenter impugnãt verè Christifideles & iustos, & cõtra eos se cõgregant, armantes se multitudine, non virtute & ratione. Est quippe & in dæmonib' q̃dam p̄latio, & superiores, suos dirigũt satellites ad varia maleficia peragenda. ¶ Porrò Saul & filij Israel cõgregati, venerunt in vallẽ Terebynthi.] Per vallẽ designatur humilitas: p terebynthũ, q̃ est arbor de qua fluit resina multùm medicinalis, figuratur crux Christi, q suæ merito passionis & p sanguinẽ crucis suę, omniũ curat vulnera vitiorũ. Fideles ergo & veri Israelitæ, in valle se collocãt Terebynthi, hoc est, in humili recordatione dñicæ passionis, cuius ope & merito triumphare confidũt & vincere oẽs æmulos suæ salutis. [Et Philistijm stabant super montẽ ex
Zachar. 4. parte hac.] Impij etẽ stãt in mõte elationis, q̃ est ex parte diaboli, de quo Zacharias inducit: Quis tu mons magne corã Zorobabel in planũ? Hi stant in monte vanitatis, q confidũt in viribus suis, & de sua potestate p̃sumunt [& Israel stabat sup montẽ ex parte altera] Electi eñ &
Esaiæ 2. virtuosi se figũt in Christo, in sapientia salutari, in altitudine charitatis, in sublimitate virtutũ,
Michææ 4. in apice fidei Christianæ, in doctrina & vnitate militantis ecclesię. Vnde Esaias & Michæas p̄nunciauerũt: Erit in nouissimis diebus p̄paratus mons domus dñi in vertice montiũ. [vallisq; erat inter eos.] hoc est, humilitas q̃ inter electos & reprobos diuidit. [Et egressus est vir spurius de castris Philistinorũ.] Per Goliã capitaneũ blasphemorũ ac pugilẽ hostiũ plebis Dei, q ad singulare certamen euocauit quẽcunq; de Israel, intelligitur princeps tenebrarũ, seu quilibet hæresiarcha, aut rex perfidorũ impugnantiũ ecclesiã Dei, qui oẽs à Christo, vnico & inui-
Lucæ 22. ctissimo pugile patris æterni, vincũtur. [Dauid aũt erat minimus:] sic dñs ac saluator, verè humilimus fuit inter suos discipulos, qbus locutus est: Ego in medio vestrûm sum, sicut qui ministrat. [Dixit aũt Isai ad Dauid filiũ suum: Accipe fratrib' tuis ephi polentæ.] Quẽadmodũ Isai misit filiũ suũ Dauid ad visitandũ tres fratres suos in p̄lio cõstitutos, sic pater æternus vnigenitũ suũ misit in seculi huius campũ, ad visitandũ genus humanum, cuius assumpsit naturã, ꝙ bellis periculosissimis laborauit, misitq; hominib' per Christũ ephi polẽtę, s. mensurã trium modiorum, hoc est, superbeatissimę Trinitatis fidẽ & cultum, & decẽ panes, puta decalogum. Nam fide adorãdę Trinitatis & obseruantijs p̄ceptorũ optimè reficiuntur fideles. [& decem formellas casei deferẽs ad tribunum.] Per tribunum significantur p̄lati: per decẽ recẽtes paruosq; caseos, spiritualia oblectaméta, q̃ in obseruatione decalogi sentiunt à viris pfectis, quales esse oportet p̄latos, qui decalogũ tanto sublimius debẽt implere, quãto in altiori sunt gradu & ordine. Rursus per tres fratres Dauid, tres status fidelium exprimunt, puta incipientiũ, ꝓficientiũ, & perfectorũ, quib' Deus p Christũ ꝓportionata misit cibaria: q̃m incipientibus misit polenta seu pultẽ, hoc est, facilẽ simplicẽq; doctrinã: ꝓficientibus panes, i. solidũ cibum: pfectis formellas casei, hoc est, euangelicorũ consiliorũ adimpletionẽ. Quemadmodũ enim

caseus

caseus additur pani, & gustũ facit vtriusq; suauẽ: sic cõsilia superadduntur pceptis, & amborũ executionẽ contẽperant. ¶Prætereà, sicut Saul ꝓmisit vincenti Goliã dare in cõiugem ꝓpriã filiã, sic Christo victori diaboli desponsata est vniuersalis ecclesia, q̃ est filia regis æterni, imò & quælibet anima virtuosa. Et sicut ipsi Dauid volenti cõfligere contra Goliam, durè locutus est senior frater suus, sic Christo durissimè loquebat̃ superior pars Iudaici populi, vtpotè sacerdotes, scribæ, pharisæi, ꝙ Christ⁹ patientissimè tulit. Rursus sicut Dauid leonẽ vicit & vrsum, sic filius Dei spiritũ superbiæ, q tanquã leo rugiẽs circumit, q̃rens quẽ deuoret, spiritũ quoq; carnalitatis, q per vrsum exprimitur. [Et induit Saul Dauid vestimentis suis.] Nã populus Iudæorum voluit Christum sibi assimilare in vita & obseruantijs literæ: sed sicut Dauid abiecit arma Saul, sic dñs Iesus oẽm mundi ornatũ, diuitias & honores, corporeã armaturam, secularem potentiã, multitudinẽ famulorũ, sicq; expedit⁹ ab omnib⁹ illis tulit baculũ, quem semp habebat in manibus, i. potestatẽ suã regalem & authoritatẽ pontificalẽ, saluatiuã ac iudiciariã potestatẽ, qua ꝓstrauit diabolũ. Elegit quoq; sibi quinq; lympidissimos lapides de torrẽte, i. pulcherrima ac solidissima documenta ex quinq; Mosis libris, & ex abundantia sapientiæ legalis, q̃ misit in perã suã pastoralẽ, i. in cor siue in os suum, & funda iecit, i. per suã pdicationẽ documentũ fidei sparsit, & pceptũ perfectæ charitatis effudit, per ꝙ diabolũ superauit, quem etiam vicit, q̃n dixit ad patrem: Si non potest hic calix transire nisi bibã illum, fiat volũtas tua. Iterum, quinq; lympidissimi lapides ex torrẽte electi, possunt intelligi quinq; sapientissima verba Christi, ex fonte suæ sapientiæ sumpta, q̃ protulit pendens in cruce, quorum primo vulnerauit in fronte diabolum, dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Postremò, sicut Dauid occidit Philistæum ense illius, sic Christ⁹ condẽnauit diabolum propter ꝓpriam illius crudelitatẽ & impietatem. Arma quoq; diaboli posuit in tabernaculo suo, q̃m manifestauit ecclesiæ, qualiter & per quæ machinamẽta diabolus Christũ tentauit, & fideles impugnet, ꝙ per Euangeliũ descripsit. Iuxta ptacta aũt, debemus & nos cõtra diabolum omni virtute armari, & fortiter pliari, innitẽdo solius Dei auxilio & aĩo indefesso virtuosis actib⁹ insistẽdo. 1. Pet. 5. Matth. 26. Lucæ 23.

¶Expositio cap. 18. Et factum est cùm complesset loqui ad Saul. Arti. 34.

Gesta sancti Dauid, hìc pleniùs recitãtur, & qualiter ꝓsperitatibus eius aduersitates mox admisceri cœperunt: specialiter, cur & qualiter odiũ regis incurrit, & multa sustinuit ab eodẽ. [Et factũ est cùm cõplesset Dauid loqui ad Saul] verba in pcedenti cap. scripta, [anima Ionathæ * colligata est animæ Dauid] feruentissimæ & indissolubilis vinculo dilectionis, [& dilexit eum Ionathas quasi animã suã.] Per hoc quod dicitur, anima Ionathæ colligata est animæ Dauid: & rursus, Dilexit eum quasi animã suam: insinuatur, ꝙ ista dilectio fuit syncera & spiritalis, nihilominùs fuit socialis, sed ad charitatẽ sanctam referebatur. [Tulitq; eum Saul in die illa, [i. Saul accepit ipsum Dauid secum tanq̃ strenuissimũ militem, vt secũ maneret decætero. [& non cõcessit ei, vt reuerteretur in domũ patris sui.] Istud durauit ad tempus, quousq; concepit cõtra Dauid rancorem. [Inierunt aũt Dauid & Ionathas fœdus.] i. inuiolabilis amicitiæ pactum, astringendo se inuicem primò per verba ad perpetuã socialem & familiarẽ dilectionem, & forsan iuramento aut ꝓmissione firmauerunt hoc pactũ. Ionathas quoq; in signũ tantæ dilectionis egit quod subditur: [Diligebat em̃ eum quasi animã suam. Nam expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus] forsan superiùs. [& dedit eã Dauid, & reliqua vestimenta sua vsq; ad gladium & arcũ suum, & vsq; ad balteum.] Per hoc ꝙ in fine huius clausulæ fertur, & vsq; ad balteum, datur intelligi, ꝙ istud quod narratur de gladio & arcu ac balteo, intelligendum sit inclusiuè. Itaq; dedit Ionathas Dauidi vestimenta sua & arma, innuens ꝙ reputaret eum quasi seipsum. Amicus etem̃, pſertim tam charus, est alter ipse. Et item ad insinuandũ, quod Dauid dignus esset amictu armaturaq; filij regis. Et rursus hæc fecit, quia amicis omnia solent esse communia. Item quia iam habiturus fuit suam sororẽ in coniugem. Prætereà amor fundatur in quadam similitudine. Nam omne animal diligit simile sibi, Amicitia verò in quadam communione. Itaq; Ionathas vir inclytus atq; magnanimis, & laudabiliter bellicosus ac fortis & iuuenis pulcher, & præclaræ complexionis ac optimę indolis, & naturaliter affectuosus, videns ipsum Dauid in cunctis sibi tam conuenientem & similẽ, concepit repentè ad eum tam maximam amicitiam & amorem, q̃ præcipuè fundabatur in bono honesto. Talis quoq; dilectio singulariter fulsit & arsit in viris euangelicæ legis, Amilio & * Amico, quorum præclarissimi actus habentur. [Egrediebatur quoq; Dauid ad omnia] s. [ad quæcunq; misisset eum Saul, & prudenter se agebat.] i. seipsum ad omnia illa cum circunspectione & discretione mouebat. [Posuitq; eum Saul super viros belli] i. bellatorib⁹ præcipuis eum pfecit, tñ sub Abner, & quibusdam, non omnibus. [& acceptus erat in oculis vniuersi populi] Israel, maximeq; in conspectu famulorũ Saul.] i. specialiũ & domesticorum satellitum, bellatorumq; Saul. Erat enim Dauid in naturalibus eminẽter benè dispositus & valdè amabilis atq; affabilis, strenuus quoq; & victoriosus, ac fideliter q̃rens bonũ cõmune, & laboriose desudãs pro illo. Tales aũt reipublicæ tam vtiles, valde amantur cõmuniter. [Porro cũ reuerteretur Dauid percusso Phi-

1. Reg. 17. *conglutinata. Eccles. 13. * Amyco.

T 2 listæo,

listæo, & ferret caput eius in Hierusalē.] Istud (vt tactū est) non fuit statim post occisionē Goliç, sed posteà diu. Siquidē sicut iam patuit, post occisionem Goliç Dauid fuit pacifice multis dieb' in domo Saulis, [egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel,] i. de principalibus vrbibus regni exierunt fœminæ quædā in musicis tritæ, [cantantes, chorosq; ducentes in occursum Saul regis in tympanis lætitiæ,] q̄ a suo sono pariebāt audiētib' iucunditatē, & ipsç fœminæ ex lætitia luserunt in eis, [& in sistris. Sistrū dicitur genus tubç, seu aliud instrumentū, q̄ percussum, gignit sonū vt tympanū vel cymbalū. [& p̄cinebant mulieres, ludentes atq; dicentes.] nam simul ore cantabant, & manu in instrumentis illis ludebant. [Percussit Saul mille, & Dauid decē millia.] In Scholastica historia recitatur, q̄ mulieres p̄cinebāt, pcussit Saul mille: & virgines respondebant, & Dauid decē millia. Veruntn̄ textus magis videtur innuere, q̄ totū istud p̄cinebant fœminæ illæ: quo facto, virgines totū repetierunt, vt fieri solet in cantilenis, q̄ de bellorū exitib' ac triumphis solent cōponi. Præterea dicitur Dauid decē millia percussisse, vel quia principalior causa fuit occisionis Philistinorū q̄ Saul: siquidē Goliā vincendo, fuit causa, q̄ vniuersi Philistæi fugerunt: vel, q̄m ipsum trucidauit Goliā, qui pro decē millibus reputabatur, p̄pter fortitudinē suam, secundū quod infrà secundo libro habetur de Dauid: Tu vnus pro decē millibus computaris. [Iratus est aūt Saul nimis,] i. indignatus, eo q̄ seruus suus excellētius laudabatur q̄ ipse. [& displicuit in oculis eius] interioribus [iste sermo,] i. intellectui suo displicens fuit cantus ille, [dixitq;: Dederunt Dauid decē millia,] hoc est, deiectionē decem milliū Philistinorū ascripserunt ipsi Dauid, [& mihi mille dederut. Quid ei superest, nisi solum regnū?] id est, hoc sibi præcipuè videtur restare, vt promoueatur in regē. Itaq; Saul ambitiosus timuit regno priuari: sciensq; sibi per Samuelē p̄dictum, q̄ dn̄s aliū ipso meliorē elegisset in regē, protinus cœpit suspicari, q̄ Dauid esset. Hinc cōcepit cōtra eum inuidiam, q̄ est dolor de prosperitate alterius, in quantū illa cōcipitur, vt minoratiua seu impeditiua proprij p̄conij seu honoris: & quanto is cui qui inuidet, plus prosperatur, & cçteris melius placet, tanto miser inuidus magis intra se cruciatur. Sicq; contigit misero huic Saul, vt infrà in textu docetur. [Non rectis oculis ergo Saul aspiciebat Dauid à die illa, & deinceps.] Hoc quidā de corporalibus intelligunt oculis, q̄m inuidi eos quos odio habēt, solent ex obliquo respicere, cum graues eis sint ad videndū. Potest quoq; de interioribus accipi oculis, qui in Saule erant infecti inuidia: ideo peruersè iudicauit de Dauid, nec recto, sed erroneo cordis intuitu ipsum considerauit. [Post diē aūt alterā, inuasit spiritus Dei malus] putà diabolus à bono Deo creatus, sed voluntariè impius, [Saul, & prophetabat in medio domus suæ,] i. more arreptitiorum protulit aliena, & instar prophetantiū loquebatur quasi de rebus secretis, vt exponit Hieronymus. sicq; prophetare hic impropriè sumitur, cum prophetia sit donum spiritus sancti, non maligni. [Dauid aūt psallebat manu sua] in cithara, [sicut per singulos dies] facere consueuit, quando Saul affligebatur à spiritu nequā. [Tenebatq; Saul lanceā, & misit] i. extendit [eam] ad perfodiendum Dauid, [putans quòd cōfigere posset Dauid] i. transfigere, [cum pariete,] ita q̄ lancea pertransiens corpus Dauid, intraret quoque parietē, & ei affigeret ipsum Dauid. [Et Dauid declinauit à facie eius secūdo.] Nam & ante hanc horā semel recessit à Saul, redeundo ad proprium patrē instāte bello, de quo habetur p̄cedenti capitulo. Sed quia ille recessus fuit alterius rationis ab isto, nam fuit spōtaneus, iste vero ex timore & quasi coactus: ideo quidā exponūt istud, q̄ Saul hac die nisus est bis ipsum Dauid perfodere, & ideo bis ferret ... xit ab illo, sicq; exponit Rabbi Paulus. [Et timuit Saul] ipsum [Dauid,] i. regnum timuit esse transferendum à se ad Dauid ac posteros eius, [eo q̄ dominus esset cum eo] per gratiā copiosam ac multiformem, [& à se recessisset. Amouit ergo Saul eum à se,] i. à sua p̄sentia, quia ex odio eum inuitè vidit, non tn̄ à suo palatio, [& fecit eum tribunū super mille viros,] i. chiliarchum seu millenarium, quod fecit peruersa intentione, vt s. Dauid cum illis contra Philistços congrediēdo, occideretur. [Et egrediebatur, & intrabat in cōspectu populi. In omnib' quoq; vijs suis Dauid prudēter se agebat, & dn̄s erat cum eo. Vidit itaq; Saul quod prudens esset nimis, & cœpit cauere eum. Omnis aūt Israel & Iuda diligebat Dauid. Ipse enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos. Dixitq; Saul ad Dauid: Ecce filia mea maior] i. senior, nomine [Merob, ipsam tibi dabo vxorē, tantummodò esto vir fortis, & p̄liare bella dn̄i.] i. hoc tantùm requiro à te, vt strenuè p̄lieris, quatenus s. desiderio primogenitç filiç meæ exponas te periculis præliorū incautè, & cadas. [Saul aūt reputabat dicens: Non sit manus mea in eo, sed sit super eum manus Philistinorū. Ait autem Dauid ad Saul:] non tantum coniugiū recusando, sed cōparatione regalis fastigij se vrbanè humiliando: [Quis ego sum? aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis?] quasi dicat, nec ratione personæ meæ, nec ratione vitæ, nec ex parte cognationis dignus sum tanto connubio, quod aliquo modo potest verificari, secundum quod locutiones ex humilitate prolatæ, solent secundū aliquam cōsiderationem veræ censeri. Absolutè tn̄ loquēdo, Dauid erat dignissimus matrimonio illo, & suo contra Goliam triumpho promeruit illud. [Factum est autem tempus cùm deberet dari Merob

Pet. Co histo lib. 1. Re. cap. 17.
2. Reg. 21.
1. Reg. 11.
Hierony.
1. Reg. 17.
R. Paulus.

rob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor.] sicq; in hoc violauit Saul, quod ipsi Dauid promisit. Causa tñ huius mutationis non exprimitur in hoc loco. [Dilexit autem Dauid Michol filiam Saul alteram. Et nunciatum est Saul, & placuit ei. Dixitq; Saul: Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum, & sit super eum manus Philistinorum.] i. occasio ruinæ & mortis. [Dixitq; Saul ad Dauid: In duabus rebus gener meus eris hodie.] In Hebræo, vt dicitur, non habetur, in duabus rebus: sed, in duabus gener. vt sit sensus, In ambab⁹ filiabus meis eris nunc gener meus, quia primogenitã habuisti, quantum ad sponsalia, & nunc aliam habebis spõsam & coniugem. Vel, in duabus rebus, i. pro interfectione Golię, & pro præputijs Philistinorum, quæ requirã à te, obtinebis in coniugium filiam meam. Veruntamen Hieronymus dicit, duas res fuisse centum præputia Philistinorũ, quæ Dauid priùs dederat Sauli pro filia eius Merob, atq; ducenta præputia, q̃ dedit pro Michol. [Et mandauit] i. p̃cepit [Saul seruis suis: Loquimini ad Dauid clam me,] i. me quasi nesciente, [dicentes: Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te. Nunc ergo esto gener regis,] quatenus eis hoc dicẽtibus, rege non audiente, Dauid plus crederet, ꝙ dicerent hoc syncerè, non adulatoriè. Et loquuti sunt serui Saul in aurib⁹ Dauid omnia verba hæc. Et ait Dauid: Num parum vobis videtur, esse generum regis?] quasi dicat, magnum est. [Ego autem sum pauper vir & tenuis:] pauper in substãtia, tenuis in potestate, ac si dicat, facultatibus & potentia impar sum, & vix habeo dona q̃ in tali coniugio sponsus solet dare sponsæ & propinquis ipsius. [Et renunciauerunt serui Saul, dicentes: Huiuscemodi verba loquutus est Dauid. Dixit aũt Saul: Sic loquimini ad Dauid: Nõ habet rex necesse sponsalia, nisi tantùm centum ꝑputia Philistinorũ, vt fiat vltio de inimicis regis.] i. alia munera à Dauid nõ exigo, nisi vt centũ Philistæis abscindat eorũ præputia, & mihi p̃sentet ac numeret ea. Triplici causa petijt Saul istud. Primò, quia p̃cipuè odiebat Philistæos, tanq̃ sibi molestiores. Secundò, qm̃ Philistæi maximè horruerunt & contempserũt circuncisionẽ, ideo ꝓ maiore eorũ afflictione & cõfusione voluit eos sic circũcidi. Tertiò, vt certus esset ꝙ percussisset Philistæos, nõ Israelitas, qb⁹ iã abcisa erãt ꝑputia. [Porrò Saul cogitabat Dauid tradere in manus Philistinorũ. Cumq; renunciasſẽt serui eius Dauid verba q̃ dixerat Saul, placuit sermo in oculis Dauid, vt fieret gener regis. Et post paucos dies surgẽs Dauid abijt in Accarõ cũ viris q̃ sub ipso erãt, & ꝑcussit] Dauid cũ viris suis [ex Philistijm ducẽtos, & attulit ꝑputia eorũ & annumerauit ea regi, vt esset gener ei⁹. Dedit itaq; ei Saul Michol filiã suã vxorẽ,] tñ inuitè, vt Magister in historijs ait. [Et vidit Saul & intellexit, ꝙ dñs esset cum Dauid: Michol aũt filia Saul, diligebat eũ, & Saul magis cœpit timere Dauid. Factusq; est Saul inimicus Dauid cũctis dieb⁹.] i. vsq; ad mortẽ suã. [Et egressi sunt principes Philistinorũ. A principio aũt egressionis eorũ, prudentius se gerebat Dauid, q̃ oẽs serui Saul, & celebre factũ est nomẽ eius nimis.]

Hierony. Pet Co. histo. lib. 1. Reg. ca. 17.

¶ De spiritualitate eiusdem cap. 18. Arti. XXXV.

Dauid penè in omnibus est euidens Christi figura. Saul verò typum gerit principum Iudæorum, scribarum & pharisæorum. Ionathas aũt significat electissimos illos Iudæos, qui Christo inter Israelitas corporaliter conuersanti familiariter adhæserunt. Itaq; [Factũ est cùm complesset Dauid loqui ad Saul, anima Ionathæ colligata est animę Dauid.] i. dum Christus sermocinatus fuisset superioribus ac senioribus Iudæorum, apostoli, cæteriq; discipuli ac fœminæ sanctæ, totis præcordijs cœperunt diligere saluatorem, admirantes in verbis gratię q̃ procedebant de ore ipsius. Nam loquebatur sicut potestatem habens, non sicut scribæ & pharisæi, & ea quæ docuit, in primis opere excellentissimè adimpleuit. Testimonia quoq; q̃ prædicauit, credẽda comprobauit per innumerabilia gloriosa miracula. Quemadmodum etiam Ionathas seipsum totaliter exuit, vestesq; suas & arma tradidit Dauid, sic p̃fati discipuli omnia sua propter dñm reliquerunt. Rursus, Dauid se in cunctis prudẽter agendo, & omnia sibi commissa strenuè expediendo, Christum præfigurauit, qui loquitur patri: Opus cõsummaui quod dedisti mihi vt facerem, qui se in cunctis sapientissimè & irrepræhẽsibiliter egisse protestans, dixit Iudæis: Quis ex vobis arguet me de peccato? Insuper, per mulieres quæ cecinerunt in choro, Percussit Saul mille, & Dauid decem millia, intelliguntur animę deuotæ ex Iudaismo conuersæ, quæ dixerunt de Christo: Propheta magnus surrexit in nobis. Istæ professæ sunt, ꝙ Christus decies plures conuertit ad dñm, & saluberrimè mortificauit atque correxit, quam sacerdotes, scribæ & pharisæi. Hinc pontifices, seniores, scribæ & pharisæi inextinguibile odium conceperunt in Christũ. Et quanto filius Dei in sapientia, eloquentia, sanctitate, fama, miraculis gloriosior & eis excellentior fuit, tanto inuidiosius persequuti sunt eum, cupientes eum transfodere, quorum rabiẽ Christus interdum patientissimè declinauit, seq; abscondit, quousq; hora suæ passionis desuper pręstita, fuit impleta. Iterum, sicut furente Saule, Dauid psallebat vt illius mitigaret insaniã: sic furentib⁹ cõtra se p̃fatis Iudæis, saluator mundi sapientissimæ p̃dicationis cecinit melodiam, diuinorumq; operum magnificentiam demonstrauit, vt vel sic conuerterẽtur ad fidei veritatem. Ipsi verò, tanquam phrenetici insaniẽtes in medicũ, ipsum transfigere sunt conati. Præthereà sicut Dauid in omnibus ꝓsperè peragente, &

Lucæ 4. Matth. 7. Marc. 1. Matth. 19. Ioan. 17. Ioan. 8. Lucæ 7. Lucæ 4. Ioan. 6. 10.

omnibus complacente, Saul timuit eum, dicens: Quid ei superest nisi regnũ? Sic Christo quotidie crescente in fama & ostensione sapientię ac virtutũ, timuerunt principes Iudæorum, dicentes: Videtis qa nihil ꝓficimus. Ecce totus mundus abijt post eum. Itemq́;: Quid facimus, qa hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, oẽs credẽt in eum. Quemadmodũ etiam Saul, quantũ in se fuit, tradidit Dauid in manus Philistinorũ: sic pfati Iudæi Christũ tradiderunt manib⁹ paganorũ, Pilato & satellitibus eius Romanis. ¶ Moraliter in isto capitulo docemur, charitatẽ, prudentiã, obedientiã, patientiã, fortitudinẽ, fidelitatẽ, humilitatẽ & fructuositatẽ electi Dauid, in qbus omnib⁹ ipsum imitari debemus, quod ad p̄sidentes potissimè ptinèt, vt inter eos, eorumq́; subbitos sit feruens, inuiolabilisq́; dilectio, & ipsi corã subditis suis prudenter & exemplariter intrent & exeant, sintq́; in cunctis virtutibus fructuosi. Prętereà, sicut Dauid prõptissimè obediuit Sauli, & nihilominùs tot ab illo tolerauit aduersa, nec tñ mala, sed bona repẽdit pro malis, & impio illi cessit humiliter: ita & nos superioribus nostris fideliter obtẽperemus, q̄ si aliqñ graue aliqd intulerint nobis corripiẽdo aut disciplinãdo, etiã absq́; nostris demeritis, totum hoc æquanimiter patiamur, & illis humiliter deferamus, atque in vniuersis prudenter agamus nos, omnia ordinate ac decenter agentes, & p discretionẽ dirigamus omne obsequiũ nostrum, & taliter cõuersemur, vt omnis Israel, i. oẽs ꝓximi & domestici nostri nos diligãt. Postremò, sicut Dauid & Ionathas fœdus amicitiæ inierunt, sic volenti in Christo ꝓficere, expedit, fidelem, syncerum, virtuosum & familiarẽ amicum habere, quatenus se inuicẽ charitatiue corripiant, exhortentur, iuuent & dirigant semper. Nempe, vt Ecclesiasticus asserit: Amicus fidelis, ꝓtectio fortis. Qui inuenit illũ, inuenit thesaurũ. Amico fideli nulla est cõparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti, contra bonitatẽ fidei illius. Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuunt dñm, inueniunt illum. Ad hanc amicitiã in bono honesto fundatã, exigit, vt vnus in alio nequaquã dissimulet malũ culpæ, nec aliqd contrariũ virtuti optet ab alio, nec ꝓpter aliũ agat quicq̃ iniquũ. Ideo in Ecclesiastico dicitr: Noli fieri pro amico, inimicus ꝓximo. Si ergo videris amicũ tuum cum alio quocunq́; contẽdere, non eũ adiuues cõtendẽdo, imò à cõtentione auerte eundẽ. Innotescit demũ ex p̄inductis, q̄ frequẽter hi q specialibus & eminentiorib⁹ gratiæ donis ornant̃, plures habeant æmulos & psecutores, in quo patiẽtes existere debẽt, nec extolli, nec alios aspernari.

(Ioan. 12. Ioan. 11. Ioan. 18. 1. Corin. 14. Eccles. 6. Ibidem.)

¶ Elucidatio cap. 19. Loquutus est aũt Saul ad Ionathan filium suum. Art. 36.

Vitia interiora quib⁹ non statim resistitur, crescũt paulatim, & tandẽ sic inualescunt & sęuiunt, vt ampliùs intus latere nõ queãt, sed per verba & facta iniqua erũpant forinsecus. Sic contigit Sauli, qui cùm sanctũ Dauid p occulta machinamẽta non potuisset occidere, cœpit eum persequi manifestè, nec odiũ suum in Dauid, ab intimo Dauid amico quiuit abscondere. Sic peccata faciũt miserrimũ hominem insanire, vt iã nec Deum nec homines erubescat aut vereat̃. Hoc totum in isto monstratur capitulo. [Loquutus est autẽ Saul ad Ionathan filiũ suum & ad oẽs seruos suos] speciales domesticos, [vt occiderẽt Dauid.] Putauit Saul q̄ Ionathas magis eligeret Dauid, quanuis amicissimũ virum atq́; sororiũ, trucidare, q̃ se patrẽ suum offendere. Non em̃ considerauit bonitatẽ & æquitatẽ filij sui. [Porrò Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valdè. Et indicauit Ionathas Dauid, dicens: Quærit pater meus occidere te] per me & suos ministros. [Quapropter obserua te, q̄so, manè,] i. diligẽter custodi te, [& manebis clam,] i. occulte, [& absconderis] i. abscõdes te, ita vt nemo p̄ter me sciat quo lateas. [Ego aũt egrediẽs] cum patre meo de vrbe in agrũ, [stabo iuxta patrẽ meũ in agro,] in quo Saul egredi consueuit gr̃a spatiandi, vel ad consiliandũ, [vbicunq́; fuerit:] i. in quocunque loco inuenero patrem meum melius dispositũ ad acquiescendum psuasionib⁹ meis, videlicet tempore opportuno cùm fuerit tranquillus & lætus. [& ego loquar de te ad patrem meum, & quodcunq́; videro] patrem meum velle circa te, [nunciabo tibi] in loco tuæ absconsionis, ad quem veniã ad te. [Loquutus est ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrẽ suum, dixitq́; ad eũ: Ne pecces rex in seruũ tuum Dauid, qa non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valdè, & posuit animã suam in manu sua, & pcussit Philistæũ.] hoc est, grandi periculo exposuit vitã suam, ineundo duellũ cõtra Goliã. Et quanuis Dauid ex reuelatione p̄sciuit se triumphaturũ, tñ quãtum ad exteriorẽ apparentiã, iudiciumq́; humanũ, fuit res plena periculo. [& fecit dñs salutẽ magnam vniuerso Israeli. Vidisti, & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens Dauid qui est absq́; culpa? Quod cùm audisset Saul, placatus voce] i. rationabili & pia persuasione, [Ionathæ, iurauit: Viuit dñs, quia non occidetur] ex meo p̄cepto. [Vocauit itaq́; Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc. Et introduxit Ionathas] ipsum [Dauid ad Saul, & fuit ante eum sicut erat heri & nudiustertius.] Nudiustertius, componitur ex nunc & dies ac tertius: quasi, nunc est tertius dies. Sed hic indeterminate accipitur pro tempore præterito. [Motum est autem rursum bellũ] inter Philistæos & Israelitas, [& egressus Dauid, pugnauit aduersum Philistijm, percussitq́; eos] Dauid [plaga magna, & fugerunt à facie eius] cęteri qui non erãt percussi. [Et fact⁹ est spiritus domini malus in Saul. Sedebat aũt in domo, &

tenebat lanceā. Porrò Dauid psallebat manu sua. Nisusq; est Saul cōfigere *D*auid lancea in pariete:] qꝛ ex victoria quā vir sanct⁹ obtinuit, motus fuit cōtra eum rancore, cùm tñ pugnasset pro eo. [Et declinauit Dauid à facie Saul. Lancea aūt casso vulnere plata est in parieté.] i. Saul non tangēdo *D*auid, impegit lanceā suam in parieté absq; vulneratione ipsius Dauid. [& Dauid fugit] in domum suā, [& saluatus est nocte illa.] i. per fugam euasit morté in nocte, in qua Michol per fenestram eum deposuit, sicut in textu, qui planus est, recitatur. [Misit ergo Saul satellites suos nocte in domum *D*auid, vt custodirét eum, & interficeretur mane. Quod cùm annunciasset Dauid Michol vxor eius, dicés: Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris, deposuit eum per fenestrā. Porro ille abijt & aufugit, atq; saluatus est. Tulit aūt] i. accepit [Michol statuā] i. ligneum aut saxeum simulacrū hominis, [& posuit eā sup lectum,] videlicet inter linteamina, [& pellé pilosam caprarū posuit ad caput eius.] i. supra caput statuæ ad repſentandū capillos Dauid, sicut statua repſentauit caput ipsius: sic & Rebecca pelliculas hœdorū circumposuit manibus Iacob. [& operuit eam vestimentis.] Strauit etenim lectū quasi infirmantis, & (vt in hist. ait Magister) opertorijs supposuit iecur capræ adhuc calidū & spirans seu fumās, ad exprimendum similitudinem anhelantis. [Misit aūt Saul apparitores] i. ministros, quorū officiū fuit trucidare maleficos, [qui raperent] i. cōphenderent [Dauid.] Primò quippe misit satellites ad obsidendum *D*auid in propria domo, quatenus mane egredientem occiderent. Cumq; non egrederetur, misit lictores q caperét eum in domo sua. [Et respōsum est, ꝙ ægrotaret. Rursumq; misit Saul nuncios vt viderent Dauid, dicens: Afferte eū ad me in lecto, vt occidatur.] O quanta iniquitas & quanta crudelitas, sic afflicto & innocenti addere afflictioné. [Cumq; venissent nuncij, inuentū est simulacrum super lectū, & pelles caprarū ad caput eius. Dixitq; Saul ad Michol: Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicū meū vt fugeret? Et rñdit Michol ad Saul: Quia ipse] *D*auid [loquutus est mihi, dicens: Dimitte me,] i. per fenestrā depone me, [alioquin interficiam te.] hoc dixit ad satisfaciendum patri suo, suitque officiosum mendacium, qm ipsamet Michol virum suū intimè amans, persuasit ei vt fugeret. [Dauid aūt fugiens, saluatus est, & venit] Dauid [ad *S*amuel in Ramatha] vrbé, & nunciauit ei omnia quæ fecerat sibi Saul. Et abierunt ipse & Samuel, & morati sunt in Naioth] i. in colle sic dicto, qui fuit [in Ramatha,] in quo colle erant mansiones ꝓphetarum. [Nunciatumq; est Sauli à dicentibus: Ecce Dauid est [in Naioth in Ramatha. Misit ergo Saul lictores,] i. carnifices, [vt raperent *D*auid. Qui cùm vidissent cuneum ꝓphetarum vaticinantium,] i. *D*eum laudantium seu prophetica cantica psallentiū, & forsan quidā eorum spm̄ prophetiæ habebant, [& Samuelem stantem super eos,] i. ꝓsidenté eis ac dirigenté, [factus est etiā in illis spūs dñi.] Spūs dñi, est spiritussanctus, q non est creatus nec fact⁹, sed à patre & filio immanenter æternaliterq; ꝓcedens, coæternus, coæqualis & consubstantialis vtriq;. Sed dicitur fact⁹ in homine, qñ aliqd gratiosè operatur in eo. Factus est ergo in istis spūs Dei, i. spūs Dei per spiritalé quandam deuotioné cœpit esse in eis absq; sua, sed non sine illorū mutatione. [& prophetare cœperunt etiā ipsi.] i. Deum laudare, & verba prophetarū deꝓmere cœperunt. [Quod cùm nunciatum esset Sauli, misit & alios nuncios, ꝓphetauerunt aūt & ipsi. Et rursum misit Saul tertios nuncios, q & ipsi ꝓphetauerunt. Et iratus iracundia] vitiosa [Saul,] tanq̄ obstinatus in prauitate, q de gratiosis effectibus spiritussancti, concessis suis ministris, non iam gratias egit, sed indignabatur, [abijt etiā ipse] in ꝓpria persona, vt malè tractaret Dauid [in Ramatha, & venit vsq; ad cisternam magnā, q̄ est in ✱ Soccho, & interrogauit & dixit: In quo loco sunt Samuel & *D*auid? Dictumq; est ei: Ecce in Naioth in Ramatha sunt, & abijt in Naioth in Ramatha. Et factus est etiā super eum spiritus dñi, & ambulabat ingrediés, & ꝓphetabat vsq; dum veniret in Naioth.] Et velut amens effectus, [expoliauit se etiā ipse vestimentis suis,] regalia & exteriora induméta exuendo, & forsitan induendo superiùs aliquā lineam vesté religiosam, sicut tunc induti erāt illi ꝓphetæ, cū quib⁹ cecinit Deo. Et qꝛ hîc dicit, expoliauit se etiā ipse, videt ꝙ & pſati nuncij se conformiter exuerunt. [& ꝓphetauit cū cæteris corā Samuele, & cecinit] laudes Deo] tota die illa & nocte nudus,] i. parū vestitus, seu solitis exteriorib⁹ vestib⁹ carés, sicut in Euang. legitur Petrus fuisse nudus piscando. Et adolescens q Chr̄m cōpræhésum sequebat, amict⁹ erat sindone sup nudo. Sic & Michol dixit ad Dauid, cùm ante arcā saltasset, exutus regias vestes & ephod indutus: Quàm gloriosus fuit rex Israel hodiè nudatus, quasi si nudet vnus de scurris. [Vnde & exiuit ꝓuerbiū: Num & Saul inter ꝓphetas?] quasi admirādo dicant, Mirū est hominé talé sic assimilari ꝓphetis. Istud quoq; suprà expositū fuit. Potest tñ hic accipi quasi irrisoriè dictū. tanq̄ dicant, ista deuotio non diu durabit. ¶ Circa hæc q̄ritur, qualiter factus sit in istis spūs Dei, an s. habuerūt verā deuotionem q̄ charitaté & virtuté latriæ pſupponit & exigit, qꝛ ex illis ꝓcedit: An potiùs habuerunt quandā deuotionem volatilé & informé, & sensibilé quendam feruoré, quemadmodum multi in mortalibus vitijs existentes, cōpunguntur & plorant ad horā ex sermocinatione aut melodia Ecclesiæ seu deuotorū inspectione, aut ex visis miraculis, qui tamen veram non habent contritioné, nec plenum emendationis propositum,

Genes 27.
Pet Co.hi-sto.lib.1.
Reg.ca.18.
Ioan.21.
Marc.14.
1.Reg.6.
1.Reg.10.

& talis deuotio, est donum gratiæ gratis datę, qualem & Iudæi sæpè habent, ac Saraceni in riti bus suis. Qualis etiã forsitan fuit eorum cõpunctio, qui missi ad cópræhendendũ Christum,
Ioan.7. reuersi ad scribas & pharisæos, dixerunt: Nunquã sic loquutus est homo, sicut hic loquitur. Et
Rabanus. istud secundũ videtur ꝓbabiliter posse teneri. Vnde & Rabanus ait hîc: Nõ est mirũ, hominẽ
Isidorus. reprobũ transitoriè ꝓphetare. Et vt addit Isidorus, de talibus dicturus est dñs: Amen dico vo-
Matth.25. Lucæ 13. bis, Nescio vos: Nihilominùs magna misericordia Dei, fuit huius qualiscunq; deuotionis col latio. Iuxta allegoriã, quemadmodũ Hieremias, ita & Dauid suis assiduis atq; durissimis per-
Ioan 10. sequutionib⁹ sibi à Saul illatis, Christũ & eius persequutiones sibi à Iudęis inflictas, ꝓlertim à
Lucæ 13. principibus sacerdotũ, præfigurauit. Et sicut Dauid abscondit se de consilio Ionathæ, sibi di-
Matth.27. centis: Quærit pater meus occidere te: sic Christus abscondens se, exiuit de tẽplo, cui & non- nulli dixerũt: Vade hinc, qa Herodes q̃rit occidere te. Porrò obsessio Dauid in domo sua à sa tellitibus Saul, quid aliud q̃ Christi in sepulchro collocati costoditionẽ ꝓsignasse videtur? Et sicut Dauid dimisso, positũ est in eius lectulo simulacrũ: sic Christo egresso de monumento, collocata sunt in eius monumento linteamina atq; sudarium. At verò per nuncios missos ad Dauid capiendum, qui mutato proposito prophetauerunt: significantur scribæ & pharisæi,
Roma. 13. qui ex instigatione pontificum directi fuerunt ad Christum affligendum, qui tamen zelum quendam Dei ac legis habuerunt, sed non secundum scientiam, imò quorum nonnulli po- steà verè conuersi fuerunt ad saluatorem, & spiritumsanctum sortiti sunt, quibus ante passio-
Ioan. 8. nem suam asseruit: Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc scietis quia ego sum.

¶ Expositio cap.20. Fugit autem Dauid de Naioth. Art. XXXVII.

NVnc recitatur, qualiter Dauid in tot tribulationibus suis habuerit refugium ad fidelissi mum suum amicũ Ionathan. [Fugit aũt Dauid de Naioth, q̃ est in + Rama] i. Ramatha,
1.Reg.19. vt pcedenti articulo dictum est, [veniensq;] ad locum, in quo secretè repperit Ionathan, [lo- quutus est coram Ionatha: Quid feci?] Itaq; angustiã cordis sui querulosè exposuit Ionathæ, vt dolor interior per verba euaporãs, mitigaretur, atq; vt consolationẽ, consiliumq; à Ionatha sortiretur. [Quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit ani
Ibidem. mam meam?] Creditur autem, ꝙ Ionathas ignorauit patrem suum voluisse occidere Dauid postquam iurauit, ꝙ non occideretur, prout præcedenti fertur capitulo, ita ꝙ Ionathas inte- rim fuit absens. Ideo Dauid reuerso insinuauit, quid interim à Saul sustinuit. [Qui] s. Iona- thas [dixit ei: Absit à te. Non morieris.] i. pater meus non occidet te. [Neq; enim faciet pater meus grande quicquam vel paruũ, nisi priùs indicauerit mihi.] hoc fuit verbum bonę fiduciæ. [Hunc ergo celauit à me pater meus sermonẽ tantummodò. Neq; enim erit istud. Et iurauit rursum Dauid.] i. Ionathas iterum iurauit ipsi Dauid, ꝙ non occideretur, dummodò posset i- psum defendere. Vel Deo inspirante intellexit Dauid non esse occidendũ à Saule, sed succes- surum ei in regno. [Et ille] s. Dauid, [ait: Scit profectò pater tuus, ꝙ inueni gratiam in oculis tuis, & dicet: Ne sciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur. Quinimò viuit dominus, & viuit anima tua, quia vno tantùm (vt ita dicam) gradu ego morsq; diuidimur.] i. morti sum proximus, tot circundatus laqueis mortis, & vix lanceam patris tui euasi, satellitibus quoq; & apparitoribus eius fui vallatus. Loquitur autem de morte quasi de re positiua, cùm tamen non sit nisi priua-
1.Reg.18. 19. tio vitę, nisi per mortem intelligatur & præuia pœna mortẽ inducens. [Et ait Ionathas ad Da- uid: Quodcunque dixerit mihi anima tua, faciam tibi. Dixit autem Dauid ad Ionathan: Ecce Calendæ sunt crastino.] i. cras erit initium mensis, [& ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum.] tanquam gener ipsius, & in tali festiuitate pręcipue. [Dimitte ergo me, vt ab- scondar in agro vsq; ad vesperam diei tertiæ,] vt interim certificeris, quid pater tuus ꝓtendat de me. [Si respiciens] i. absentiam meam considerans, [requisierit me pater tuus, respõdebis ei: Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethlehem, quia victimæ solennes ibi sunt vniuersis contribulib⁹ suis. Si dixerit benè, pax erit seruo tuo. Si aũt fuerit iratus, scito quia cõpleta est malitia eius.] i. ꝙ absolutè & malitiosè decreuerit me trucidare. Elicitur ex his, ꝙ Iudæi festũ
Num.10. Neomeniæ seu Calendarum celebrauerunt tribus diebus: quod tñ non habuerunt ex lege, q̃ non iussit illud nisi vna die seruari, sed ex patrũ suorũ traditione aut consuetudine, vt Glossa testatur. Quærunt aũt nonnulli, an Dauid interim iuit in Bethlehẽ, & putant nonnulli ꝙ imò. Porrò litera videtur insinuare ꝙ non, q̃m Dauid dixit: Dimitte me, vt abscondar in agro vsq; ad vesperã diei tertiæ. Tñ de intellectu huius verbi infrà dicetur. [Fac ergo misericordiam in seruũ tuum, quia fœdus dñi me famulum tuum inire tecũ fecisti. Si aũt est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrẽ tuum ne introducas me. Et ait Ionathas: Absit hoc à me. Neque enĩ fieri potest, vt si certè cognouero completã esse patris mei malitiã contra te, non annunciẽ tibi. Responditq; Dauid ad Ionathan: Quis renunciabit mihi, si qd fortè respõderit tibi pater tuus durè de me? Et ait Ionathas ad Dauid: Veni, & egrediamur foras in agrũ. Cumq; exissent ambo in agrum, ait Ionathas ad Dauid: Domine Deus Israel, si inuestigauero sententiam pa- tris mei crastino vel perẽdie,] quid scilicet iudicet de te, [& aliquid boni fuerit super Dauid]

i. pater

i.pater meus prosperum quid promiserit mihi de te,[& non statim mistero ad te,& notũ fece-
ro tibi, hæc faciat Deus Ionathæ & hæc augeat.] Itaq; hoc execrationis iuramẽto Ionathas se
astrinxit ad istud.[Si aũt perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurẽ tuam,
& dimittã te vt vadas in pace,& sit dñs tecũ,]dando tibi victorias,[sicut fuit cum patre meo;]
multos ei præstando triumphos. Tñ quo ad dona gratię,non est intelligenda imprecatio ista,
cùm,quantùm ad illa, dñs à Saul recesserit.[Et si vixero,facies mihi misericordiã dñi:]i.ope-
ra pietatis Deo placentia, mihi impendes, & misericorditer ages mecũ sicut dñs fecit tecum,
nec vindicabis in me,aut in posteris meis iniurias,quas tibi irrogat pater meus. Hinc subdit:
[Si verò mortuus fuero,non auferas misericordiã tuam à domo]i.posteritate & sobole[mea
vsq; in sempiternũ]i.q̃ diu vixeris,& idem successorib⁹ tuis cõmittere poteris. Hæc loquutus
est Ionathas,qm̃ firmiter credidit regnum esse transferendũ à Saul ad Dauid, prout p̃dixerat
Samuel. ¶Quo circa quæritur,an & Dauid hoc credidit. Si sic,quó dixit, Ego & mors vno tm̃ 1 Reg. 13.
gradu diuidimur?Si non,ergo fuit incredulus. Rñdetur,ꝙ Dauid opportuno tempore id cre-
debat certissimè adimplendũ. Qñq; verò habuit ad causas naturales,humanas, ꝓpriasq́; aspe
ctum,& poterat æstimare, ꝙ promissio illa diuina de suo principatu forsitan posset intelligi
sub conditione,quemadmodũ tales ꝓmissiones accipi solẽt. [Aut si non fecero] ꝙ iam dixi,
[qñ eradicauerit dñs inimicos Dauid,vnũquenq; de terra,]Per hoc innuitur,ꝙ Ionathas no-
uerat patrem suum,& ei contra Dauid fauentes,auferendos de vita hac ꝓpter impietates eo-
rum in Dauid. [auferat Dauid Ionathan de domo sua,] i.me quoq; occidat,[& requirat dñs
de manu inimicorũ Dauid,]i persecutores tuos puniat ꝓpter excessus eorũ in te. Hoc Iona-
thas dixit zelo iustitiæ,atq; de castigatione vitæ p̃sentis,ne æternaliter damnarentur.[Pepigit
ergo fœdus Ionathas cum domo Dauid] i. cum ipso Dauid & semine eius. [& requisiuit dñs
de manu inimicorũ Dauid.] quasi dicat: Hoc quod Ionathas deprecatus est fieri aduersarijs
Dauid,hoc factũ est eis:quia exegit Deus ab eis debitas vltiones. Istud aliqui dicũt hîc inter-
positũ & adiunctũ ab Esdra.[Et addidit Ionathas deierare Dauid,]i. valdè & plurimũ iurauit
ipsi Dauid, ꝙ seruaret ei fidelitatẽ & amicitiã inuiolatam,[eo ꝙ diligeret illũ. Sicut eñ aĩam
suã ita diligebat eum.] Hoc scriptura frequẽter resumit pro nostra vtiq; informatione,& pro
commendatione nobilissimi Ionathæ,qui si ambitiosus fuisset & Deo rebellis, inuidisset ipsi
Dauid tanquã ei,per quem ꝓmotio sua ad regale culmen poterat maximè impediri,& tñ illo
non obstante,dilexit eum tenerrimè. Erubescãt ergo, qui desiderio parui honoris, inuidiam
concipiunt & rancorem aduersus confratres & ꝓximos suos.[Dixitq́; ad eum Ionathas:Cras
Calendæ sunt, & requireris.] i.pater meus quæret vbi sis. [Requiretur eñ sessio tua vsq; pe-
rendiè.] i.durante hoc festo, q̃ret pater meus cur non veneris ad cõsedendũ in mensa ipsius.
[Descẽdes ergo festinus]ab vrbe Bethlehẽ, si interim iuit ad eam, vel ab alio loco ad campũ
istum,[& venies ad locũ, in quo celãdus es, in die qua operari licet,]i.die ꝓxima feriali post
festũ hoc Calendarũ,quia in tali die homines in domib⁹ occupati, nõ sic egrediũtur ad cam-
pum,sicut dieb⁹ festiuis;idcircò die feriali ista secretius fieri poterãt.[& sedebis iuxta lapidẽ
cui nomen est Azel. Et ego tres sagittas mittã iuxta eum,& iaciã quasi exercẽs me ad signum.
Mittã quoq; & puerũ, dicẽs ei: Vade,& affer mihi sagittas. Si dixero puero: Ecce sagitæ intra
te sunt, tolle eas:tu veni ad me,quia pax tibi est,& nihil est mali, Viuit dñs. Si aũt sic loquutus
fuero puero, Ecce sagittę vltra te sunt: vade in pace quia dimisit te dñs.]Ideo Ionathas dedit
Dauidi signũ hoc, qm̃ ignorauit an posset venire in agrũ ad Dauid, & loqui cũ ipso, nemine
id sciẽte. [De verbo aũt ꝙ loquuti fuimus ego & tu, dñs sit inter me & inter te vsq; in sempi-
ternũ.]i. Deus sit ꝑpetu⁹ testis huius pacti ꝙ simul ꝑcussimus,quod inter nos & posteros no-
stros manebit,cuius pacti alter nõ affuit testis.[Absconditus est ergo Dauid in agro, & vene-
runt Calendæ,& sedit rex ad comedendum panem. Cumq́; sedisset rex super cathedrã suã ad
vescendũ in die Calendarũ,secundũ cõsuetudinẽ q̃ erat iuxta parietẽ,surrexit Ionathas,& se-
dit Abner ex latere Saul,vacuusq́; apparuit locus Dauid.]Hoc à q̃busdã ita exponitur, ꝙ cõ-
pleto coniugio inter Dauid & Michol, ipse Dauid tanquã gener regis, sedit in mensa primus
post regẽ,Ionathas verò statim post Dauid,& tertiò Abner. Absente ergo Dauid, vidẽs Iona-
thas nullũ esse sedentẽ inter patrẽ suum & se surrexit de loco suo, & ipse Abner sedit in loco
ipsius Ionathæ ex latere Saulis,ita quod inter eos nullus cõsedit. Ionathas verò sedit post Ab-
ner,quoniam moris non est,vt filius regis sedeat proximus patri in mensa. Sicq́; locus Dauid
qui erat inter regem & Abner, apparuit vacuus à suo sessore. [Et nõ est loquut⁹ Saul quicquã
in die illa.]i.nõ interrogauit de causa absentię Dauid.[Cogitabat enim quod fortè euenisset
ei,vt nõ esset mũdus nec purificat⁹.]i.putabat ꝙ Dauid se absentaret à mẽsa sua, eo quod in-
currisset aliquã irregularitatẽ immũditiámve legalẽ ex interfectiõe Philistinorũ seu cõtactu
rei immũdę,vel ex cõcubitu, ꝓpter q̃ immũditiã non fuisset idoneus esse in mẽsa regis,in qua Numer. 8.
ad mãducandũ ponebat pars aliqua sacrificij in festo neomeniæ immolati, de qua edere non
licebat immũdis, quousq; secundum legem purificati consisterent, ad quam purificationem
mora

mora temporis exigebatur.[Cumq; illuxiſſet dies ſecunda poſt Calẽdas,] i.poſt primũ Neomeniæ diem,[rurſus apparuit vacuus locus Dauid. Dixitq; Saul ad Ionathan filiũ ſuum: Cur non venit filius Iſai, nec heri, nec hodie ad veſcendũ] in menſa mea?[Reſponditq; Ionathas Sauli:Rogauit me obnixè]i.inſtanter,[vt iret in Bethlehem,& ait: Dimitte me,quoniã ſacrificium ſolenne eſt in ciuitate mea, vnus de fratribus meis accerſiuit me. Nunc ergo ſi inueni gratiã in oculis tuis,vadã cito,& videbo fratres meos.Ob hanc cauſam non venit ad menſam regis.Iratus aũt Saul aduerſum Ionathan,]eo ꝙ tam fauorabiliter excuſauit Dauid,vel qa dimiſit eum illæſum,[dixit ei: Fili mulieris virum vltro rapientis,] hoc eſt,fœminæ libidinoſæ, [nunquid ignoro,qa diligis filiũ Iſai,]i.ſcio ꝙ familiariter ames Dauid,[in confuſionẽ tuam, & in confuſionẽ ignominioſæ matris tuæ?] hoc eſt,ſic amando eum,quem ego ſic odio,oſtẽdis te non eſſe filium meũ legitimum,quia legitimè nati,intenſius diligunt patres ſuos,ſecundum Gloſſam:ſicq; oſtendis matrẽ tuam eſſe adulterã,& te eſſe filium adulteræ,quod cõfuſibile eſt matri tuæ & tibi.[Omnibus enim dieb⁹ quibus filius Iſai vixerit ſuper terrã,nõ ſtabilieris tu,]i.certũ non erit ꝙ mihi ſuccedes in principatu regali,& ideo minus curaberis.[neq; regnũ tuum.]hoc eſt,etiã ſi fueris rex effectus,adhuc incertum erit,an manebis in regno,eo ꝙ filio Iſai ꝓmiſſum putetur regnũ.[Itaq; iam nunc mitte,& adduc eum ad me,quia filius mortis eſt.Rñdens aũt Ionathas Sauli patri ſuo, ait: Quare morietur? Quid fecit? Et arripuit Saul lanceam,vt percuteret eum.Et intellexit Ionathas,ꝙ diffinitum eſſet à patre ſuo,vt interficeretur Dauid. Surrexit ergo Ionathas à menſa in ira furoris,] hoc eſt,cum ira ingenti,q̃ fuit ira per zelum,[& non comedit in die Calẽdarum ſecunda panem.]i.tota die illa poſt horã illam qua ſic ſurrexit,nil manducauit ex cõpaſsione.[Contriſtatus eſt enim ſuper Dauid,]hoc eſt, de iniuſta perſecutione ipſius, [eo ꝙ confudiſſet eum pater ſuus.] i. ipſe Saul irreuerenter & cõfuſibiliter refutauit excuſationes,quas Ionathas fudit pro Dauid.[Cumq; illuxiſſet manè, venit Ionathas in agrum iuxta placitum Dauid,] hoc eſt,iuxta condictũ,& ſicut Dauid optauit,& puer paruul⁹ cum eo. Et ait ad puerũ: Vade,& affer mihi ſagittas quas ego iacio. Cumq; puer cucurriſſet,iecit aliam ſagittã trans puerum. Venit itaq; puer ad locum iaculi quod miſerat Ionathas. Et clamauit Ionathas poſt tergum pueri,& ait:Ecce ibi eſt ſagitta porrò vltra te. Clamauitq; iterum Ionathas poſt tergum pueri,dicens:Feſtina velociter,ne ſteteris.Collegit aũt puer Ionathæ ſagittas,& attulit ad dñm ſuũ,& quid ageretur,penitùs ignorabat.Tantummodò enim Ionathas & Dauid rem nouerant. Dedit ergo Ionathas arma ſua puero, & dixit ei:Vade,& defer in ciuitatẽ. Cumq; abiſſet puer]i.ſeruulus Ionathæ,redeũdo velociter in ciuitatem,[ſurrexit Dauid de loco]in quo latuit,[qui vergebat ad auſtrum, & cadẽs pronus in terram,adorauit tertio]hoc eſt,tribus vicibus,antequam venit ad Ionathã. Adorauit autẽ vel Deum adoratione latriæ, vel Ionathan tanquã excellentẽ perſonã adoratione duliæ.[Et oſculantes ſe alterutrũ,] cùm enim Dauid iuxta Ionathan ſe tertiò proſtrauiſſet, Ionathas leuauit eum celeriter,& inter amplexus & oſcula [fleuerunt pariter,] Dauid ex ſua afflictione,& Ionathas ex amoroſa cõpaſsione, & qa ab inuicẽ ſeparari cõpellebantur.[Dauid aũt ampliùs.] quia cauſa fuit ſua,& maioribus ac pluribus tribulationibus fuit circundatus. [Dixit ergo Ionathas ad Dauid: Vade in pace.]hoc eſt,pectoris tranquillitatẽ habe,& tene in inquietudinibus iſtis, in quib⁹ tibi pax temporis denegatur. [Quæcunq; iurauimus ambo in nomine dñi] hoc eſt,q̃ nobis inuicem ꝓmiſimus obſeruare cum iuramento,ſupple,ſint rata.[dicentes:Dñs ſit inter te & me,& inter ſemen tuum & ſemen meum vſq; in ſempiternum.]Moris eſt eorum qui in vehemẽti ſunt afflictione,compaſsione, aut etiam intenſiſsima dilectione,ſermonem

Lucæ 19. abrumpere,defectiueq; loqui. Vnde & Chriſtus videns ciuitatẽ,& eam deplorans:Si cognouiſſes,inquit,& tu. Ita nunc accidit Dauid & Ionathæ. Vnde ſecũdum Gloſſam, nimius dolor fecit eos loquendo deficere. [Et ſurrexit Dauid,& abijt: ſed & Ionathas ingreſſus eſt ciuitatẽ.] ¶Moraliter hìc docemur,quanta ſit impiorum peruerſitas, & quanta ſit patientia electorum,quæ,quanta & qualia paſsi ſint iuſti ab impijs. Ecce Saul ineffabiliter excæcatus, putauit regnum poſſe manere in ſucceſsione ſobolis ſuæ, non obſtante,ꝙ Samuel propheta toties ex

1 Reg.13.15. parte Dei prædixit ſibi oppoſitum,& voluit illum occidere, quem ſuſpicabatur à Deo electũ in regem, quaſi ſuo furore poſſet omnipotẽtis mutare decretum. Et in hoc Saul geſſit typum

Matth.2. Herodis,qui audiẽs Chriſtum natum,conatus eſt extinguere illum, cùm tñ crederet ꝓdixiſſe ſanctos ꝓphetas,ꝙ Chriſtus regnaret. ¶Deniq; ſicut Dauid abſconditus eſt in agro,ſic Chrs

Ibidem. dñs in Aegypto. Docemur hìc quoq; tẽpore tribulationũ ad amicos fideles, ad viros diſcretos & virtuoſos confugere,& eis noſtrũ cor aperire,atq; eorum cõſolatione foueri, & cõſilijs vti. Hinc Eccl.6.habetur:Multi pacifici ſint tibi,& cõſiliarius ſit tibi vnus de mille. Itẽq; Eccl. 6.Si poſsides amicũ,in tentatione poſside illum,& ne facilè credas ei teipſum. Eſt enĩ amicus ſecundũ tempus ſuũ,& non permanet in die tribulationis. Docet nos iſta hiſtoria,ad quãta facinora trahat ambitio maledicta, q̃ fecit Saulẽ frangere iuramentũ, perſequi iuſtũ,velle trãſfodere innocentẽ, & propriũ velle filiũ lanceare. Ne ergo huiuſmodi grauamina incidamus,

matrem vitemus pestiferã,& potiùs cupiamus humiliari,subesse & obedire,quã sublimari in vita hac & pesse ac iubere. Exemplo etiã Ionathæ sit in nobis amicitia vera,inuicta,inuiolata, quam pro nulla lædamus re tẽporali. Spiritaliter quoq; festũ Calendarum colamus,quod (vt Glossa testatur) Iudæi celebrauerunt epulis,oblationib9 & ocio corporali. Nos verò illud celebremus sacrificijs laudum Dei & orationũ ac eucharistiæ,refectione virtutum,& misericordijs pauperũ,atq; cessatione à vitijs omissionum & cõmissionum. ¶ Postremò,sicut Ionathas misit tres sagittas,sic qui alios cupit cõuertere,mittat in eos sagittam cõminationis de breuitate vitæ pñtis, de amaritudine mortis, de acerbitate pœnarum purgatorij & inferni, de rigore diuini iudicij tam particularis q̃ vniuersalis. Sagittã quoq; instructionis de credendis & agendis ac euitandis,de consilijs & pceptis,de omnibus necessarijs ad salutem. Et item sagittam consolationis de venia consequenda,de magnitudine pmiorum,de momentanea paruitate & celeritate pñtium aduersitatum ad felicitatẽ futuram. Iterum mittat sagittam paternæ ac iustæ correptionis,sagittam discretæ correctionis,sagittam moderatæ exercitationis.

¶ Explanatio cap. 21. Venit autem Dauid in Nobe. Art. 38.

MOdò describitur, qualiter Dauid ad principẽ sacerdotum deuenit, & ab eo piè tractatus est,& quõ propter hoc Saul persecutus est principem illum cum suis. Et dicũt nonnulli, p Saul audiens ipsum Dauid euasisse,ebanniuit eum de tota terra regni sui. Vnde & sacerdotẽ cõ suis occidit,eo q piè receperit S. Dauid. Et hoc asserit Lyra,cui Rabbi Paulus contradicit,affirmans bannitionem istam non haberi ex litera,nec probari ex occisione sacerdotum, qm Saul gñaliter atq; tyrannicè persequebatur ipsum Dauid & ei fauentes. Sed respondendum, q ex isto cap.& ex sequentib9 innotescit,q Saul non solùm banniuit Dauid,quo ad eius personã,sed & totã eius progeniem. Nec ante hæc legitur persecut9 eos,qui Dauid receperunt aut ei fauerunt, quanuis pcedenti habeatur cap. q voluit percutere lancea Ionathan, satis audacter pro Dauid loquentẽ: quia hoc fuit ad modicũ ex impetu suæ vesaniæ,& ipsum Ionathan redeuntẽ pacifice mox recepit. [Venit aũt Dauid in Nobe] oppidũ sacerdotũ, [ad Achimelech sacerdotem,] imò & pontificem. Voluit equidẽ in vrbe illa religiosa,& in tabernaculo domini ibi tunc existente, Deum deuote orare, vt se eripere de tot tribulationib9 dignaretur. [Et obstupuit] i. vehementer mirabatur, [Achimelech,eo quod venisset Dauid] ad locum illum, quia adhuc nil sciuit de auersionibus Saulis à Dauid, & non putauit ipsum Dauid, nisi pro ardua causa illuc venisse,quemadmodum & seniores Bethlehẽ mirabantur,cùm venisset Samuel ppheta ad eos. Mirabatur quoq; quod absq; solita comitiua aduenit. Vnde subiungitur: [& dixit ei: Quare tu solus] venisti, [& nullus tecum est?] Hoc dixit, vel quia perpauci erant cum Dauid, ita quòd velut nulli videbantur respectu solitæ comitiuæ Dauid: vel, quia qui secũ venerunt,non erant notabilis reputationis. Aliqui tamen secum venerunt,cùm & Matth.12.dicat Saluator: Non legistis quid fecerit Dauid quãdo esurijt & qui cum eo erãt? Infrà quoq; quærit Achimelech: Si mundi sunt pueri, id est, serui qui tecum venerunt? Istum Achimelech quidam dicunt fuisse fratrem Achiæ, de quo suprà dictũ est. Veruntamen Hieronymus ait, q fuit ipse Achias filius Achitob, filij Phinees,filij Heli, [& ait Dauid ad Achimelech sacerdotem: Rex pcepit mihi sermonem,& dixit: Nemo sciat rem propter quam] expediendam [missus es à me, & cuiusmodi tibi pcepta dederim. Nam & pueris meis cõdixi in illum & in illum locum.] hoc est, cæteris ministris meis cõmisi & iussi,vt in illo & in illo loco me præstolentur, aut sibi cõmissa adimpleant. [Nunc ergo si quid de necessarijs mihi [habes ad manũ,vel quinq; panes da mihi,] i. saltem totidem panes.& ex numero panum,aliqui putant,quod Dauid venit se quinto. [aut quicquid inueneris.] Quidam etiam dicunt, q Dauid ista dicendo,non fuit mentitus formaliter,quia non intendebat decipere. Alij opinantur oppositũ,asserentes quod non oportet eum à mendacio excusare officioso,imò videtur Dauid ista finxisse,quatenus sacerdos promptius sibi daret q̃ postulauit. Ex sequenti etiã innotescit capitulo,quod Dauid vidẽs ibi ipsum Doeg,probabiliter sciuit, q Achimelech sacerdoti immineret periculũ ex sua receptione & refectione, gladijq; porrectione. [Et rñdens sacerdos ad Dauid, ait illi: Non habeo panes laicos ad manũ,] quib9 s. licitè vescuntur vulgares, [sed tñ panẽ sanctum.] i. panes ppositionis sacerdotib9 dedicatos. Omni equidẽ sabbato ponebantur super mensam ppositionis in exteriori tabernaculi parte 12. panes recẽtes & calidi, & erãt ibi vsq; ad sabbatũ sequens, tuncq; remouebantur à mensa, vt à sacerdotibus ederentur: quib9 sublatis, mox alij 12. panes imponebãtur, vt Leuit.24.habetur. Præterea erant apud Iudæos triplices panes, videlicet panes propositionis pfati, solis sacerdotib9 liciti secundũ legem cõmunem: panes quoq; oblationis,quibus vescebantur Leuitæ, & in altari holocaustorũ offerebantur: & panes cõmunes seu laici, omnib9 liciti. [Si mundi sunt pueri] hoc est, ministri tui, [maximè à mulieribus, manducẽt] i. edant ex eis, & tu ipse. quasi dicat, propter necessitatis articulum poteritis eis vesci, quod aliàs non liceret. Tñ si ex coitu sunt immundi, eis nõ dabo etiam in necessitate, nisi forsan in necessitate extrema, in qua oĩa sunt cõmunia, & q̃ legẽ non habet.

R. Paulus. 1. Reg 20. 1. Reg. 16. 1. Reg 11. Hieronymus. 1. Reg. 22. Leuit. 24.

Et reſpondit Dauid ſacerdoti,& dixit ei: Et quidem ſi de mulieribus agitur,] i.q̃ſtio agitatur,
[cõtinuimus nos] à cõcubitu[ab heri & nudiuſtertius qñ egrediebamur.] cùm tamẽ immun-
ditia illa ex legitimo toro cõtracta, nõ duret niſi vſq; ad veſperã. Nec erat ſemper pctm̃, ſed in-
habilitas q̃dam ad ingrediendũ locum cultus diuini, ſeu ad manducandũ de immolatis, vt ſu-
Leuit.24. per Leuiticũ diffusè expreſſum eſt. [& fuerunt vaſa puerorũ ſancta.] i. corpora eorũ immacu-
lata à coitu, vel corda eorũ à tranſgreſsione impediẽte in neceſsitate eſum panũ iſtorũ. [Por-
rò via hæc polluta eſt.] i. in via qua venimus huc, aliqd culpæ incurrimus. [ſed & ipſa ſanctifi-
cabitur in vaſis.] i. per cõtritionẽ & continentiã puerorum, tolletur huiuſmodi culpa. Vel, via
hæc polluta eſt, i. progreſſus iſte veniẽdi ad eſum panũ iſtorum, eſt illicitus ſecundum legem
cõmunem: ſed ſanctificabitur in vaſis, qa per neceſsitatẽ puerorũ fit licitus in ſpeciali. Vide-
tur quoq; ſic poſſe exponi: Via hæc polluta eſt, quia iam dixi aliqua non vera, & ex his q̃ nunc
aguntur inter nos, imminet tibi periculum ô ſacerdos: ſanctificabitur tñ in vaſis, qa ex quadã
Pet.Com. hiſt. lib.1. Reg.ca.19. neceſsitate, nõ ex malitia, ad iſta inductus ſum. ¶ Porrò, vt Magiſter in hiſt. ſcribit, Hebræi ſic
habent, Sunt vaſa puerorum ſancta: quod intelligunt de vaſis ad comedendum. Q.d. in vaſis
mundis licet tibi ponere panes mundos, ſed via hęc laica eſt, i. interrogatio tua laicalis eſt ſeu
imperita. Q.d. Cur q̃ris de immunditia, cùm etiã ſi mundi eſſent pueri, veſci non deberẽt hu-
iuſmodi pane de lege cõmuni? ſed & ipſa ſanctificabitur hodiè in vaſis, i. conſcientijs noſtris.
Scimus em̃ ꝙ neceſsitas nos excuſat, & quaſi ſanctificat. Erãt enim (vt dicunt Hebræi) ieiunio
valdè exhauſti. [Dedit ergo ei ſanctificatum panẽ.] hîc ponitur ſingulare pro plurali, quia tã
Leuit.24. Dauid quam ſocijs eius dedit panes ſanctificatos. [Neq; em̃ erat ibi panis, niſi tm̃ panes ꝓpo-
ſitionis, qui ſublati fuerant à facie dñi,] i. à menſa ꝓpoſitionis, q̃ erat in exteriori parte taber-
naculi, in quo Deus dicebatur ſpecialiter habitare & eſſe tanquã in tẽplo, vbi & apparebat, &
dedit reſpõſa, ac gratioſè operabatur. [vt ponerẽtur panes calidi.] Ex hoc quidã cõcludũt, ꝙ
iſtud cõtingebat in ſabbato, qa in eo fiebat hęc alternatio ſeu permutatio panũ, vt dictum eſt.
Pet.Com. hiſt lib 1. Reg. ca.19. ¶ Circa hæc in Scholaſt. hiſt. dicit: Hebræi tradũt Dauid nõ comediſſe panẽ ꝓpoſitionis, nec
apertè hîc legitur ꝙ comederit. Hæc ibi. Quo circa dico, ꝙ indubitãter inde comedit, nec He-
bræis illis credendũ eſt, cùm veritas ſumma apud Matt. 12. ꝓteſtet: Et comedit ipſe, & qui cũ
eo erant. [Erat aũt vir quidã ibi de ſeruis Saul in die illa intus in tabernaculo dñi.] Taberna-
culũ dñi hoc loco, ſicut & alibi ſæpè, accipitur ꝓ atrio tabernaculi, in quo atrio erat altare ho-
Num. 7. locauſtorũ, & illud ingredi poterãt laici ad offerendũ atq; orandum. Non aũt tabernaculum
ipſum, in quod ſolis ſacerdotibus patebat ingreſſus. [& nomẽ eius Doeg Idumæus.] Qui fuit
1 Reg. 9. (vt fertur) puer ſeu famulus, pergẽs cum Saul qñ à Samuele inunctus fuit, vt dictum eſt ſuprà.
[potentiſsimus paſtorũ Saul.] Circa hoc ſcribit Lyra: Paſtorũ, hoc eſt, iudicum, vt dicunt He-
bræi. Iudices nanq; in veteri teſt. frequẽter nominantur paſtores, quia p eos rex reddebat iu-
dicia, Non eſt em̃ veriſimile ꝙ eſſet animalium cuſtos, qm̃ erat primus inter ſeruos Saul. Hæc
Lyra. ¶ Circa q̃ videtur dicẽdũ: Credibile eſſe, ꝙ quidã Hebræi ita exponãt, nihilominus eſt
tenendum, ꝙ fuit potentiſsimus paſtorũ animalium Saulis, non ꝙ perſonaliter cuſtodierit &
pauerit pecora regis, niſi forſan ante ſuã ꝓmotionẽ à rege, ſed erat capitaneus eorum q paue-
Ioſe lib.6. an iu. c.13. rant greges, cui rationẽ reddebant, & qui reſpectũ habebat ad ipſos. Et hoc Ioſephus ſentire
1.Reg. 12. videtur. Nempe quod in aliquibus libris ſubiungitur, [Hic paſcebat mulas Saul,] nõ eſt in te-
xtu, ſed ex Ioſepho additũ. Illud aũt de Doeg hîc interponitur, quia ſequẽti cap. recitat̃, qua-
liter Doeg iſte retulit Sauli q̃ hîc geſta narrãtur. ¶ Quæritur, quid ibi agebat, & cur ibi intus
erat hic Doeg alienigena, cõuerſus tñ ad iudaiſmũ. Rñdetur, ꝙ ex voto aſtrict⁹ fuit, eſſe ibidẽ
per aliquot dies cauſa orationis aut oblatiõis. [Dixit aũt Dauid ad Achimelech: Si habes hîc
ad manum haſtã aut gladiũ,] ſupple, da mihi. Quod tñ in aliquibus libris habetur quaſi de te-
xtu. [quia gladiũ meũ & arma mea nõ tuli mecũ. Sermo em̃ regis vrgebat.] Quod ait, Sermo
1 Reg. 19. regis vrgebat, verũ eſt ſecundũ quod Dauid hoc intellexit, quia Saul p̃cepit obſideri, capi, &
occidi Dauid. Propter quod Dauid p feneſtrã celerrimè dimiſſus, non potuit ſecũ tollere ar-
ma ſua. Veruntñ Achimelech intellexit illud de p̃cepto regis, quo putauit eũ p̃cepiſſe ipſi Da-
uid, vt tã velociter iret pro negocio expediẽdo ſibi iniuncto, ꝙ non habuit tẽpus ſecũ ſumẽdi
ꝓpria arma. Apparet quoq;, ꝙ Dauid tẽperauit ſic verba ſua, quatenus pontifex ſibi libentiùs
daret, quod poſtulauit. [Et dixit ſacerdos: Ecce hîc gladius Goliath Philiſtæi, quẽ percuſsiſti
in valle Terebynthi,] vt dictũ eſt ſuprà, [eſt inuolutus pallio poſt ephod.] Ephod quandoq;
1.Reg. 17. accipitur pro linea veſte, quãdoq; pro veſte ſacerdotali. Gladius igitur ille inuolutus fuit pal-
lio poſt ephod, vel ita ꝙ primò fuit inuolutus lineo panno, & ſuper hunc pallio: vel inuolutus
pallio, poſitus fuit poſt ephod ſacerdotale, vt in loco tali tutiùs conſeruaretur. Circa hæc ſcri-
bit quidam: Dicunt hîc aliqui, ꝙ propter victoriã Dauid cõceſſam, gladius Goliæ fuit domi-
no conſecratus: quod conſequenter reprobat, addens: Sed hoc non videtur verum, qm̃ talis
cõſecratio eſt ad ſemper. Propter quod res domino cõſecrata, nõ poterat redire ad vſus com-
munes, vt dictũ fuit Leuit. 27. Et ſic Dauid non potuiſſet de cætero licitè vti gladio illo. Hæc
illa.

ille. Circa quę dico, suprà satis esse expositū, qualiter gladius ille fuit collocatus in tabernaculo. Sed siue fuerit cōsecratus dño, siue non, reprobatio pfacta non censetur idonea. Quædam em̄ cōsecrabantur dño ad certū temp⁹, & tēpore illo expleto, poterāt ad cōmunes ac pristinos vsus reuerti. Quædā consecrabant̄ dño perpetuè idcirco oīs consecratio non fuit ad semper. Iterum eorum q̄ dño vouebātur, q̄dam sic vouebātur, q̄ anathematizabātur, i. separabātur ab alijs, ita vt nemo eis amplius vteretur, & illa non poterant vendi à sacerdotibus nec alienari. Qn̄q; aūt nō sic obligabantur nec separabantur votiua, & tunc ad alios poterant redigi vsus, vt super Leuiticùm & alibi diffuse expositum est. Insuper, dato q̄ gladius ille fuisset ppetuè consecratus, tamē dici posset, q̄ sic vt Dauid licitè vescebatur pane sancto, non obstante legis pcepto, necessitate eum excusante, ita & gladium illum ex necessitate resumpserit. Nam & taliter excusatur, q̄ sabbato illo præfato multo plùs ambulauit, quam lex in gn̄ali cōcessit, secūdum quam nō nisi mille passus licuit in sabbato ambulare. [Si istum vis tollere, tolle. Neq; em̄ hîc est alius absq; eo. Et ait Dauid: Non est huic] gladio [alter similis,] i. tam bonus, saltem in hoc oppido seu populo isto, & accepit secum gladium illum. Iosephus verò dicit lanceam. [Da mihi eum. Surrexit itaq; Dauid, & fugit in die illa à facie Saul.] non q̄ die illo fuerit coram Saul, sed fugit à facie eius, elongando se magis ab ipsius præsentia. [& venit ad Achis regem Geth] i. regem Philistinorum, cuius vna vrbs præcipua fuit Geth. Porrò oēs reges Philistinorum vocabantur ad tēpus Abimelech, quemadmodum reges Aegyptiorū Ptolomei aut Pharaones, vt refert Hieronymus. [Dixeruntq; serui Achis cum vidissent Dauid: Nunqd non iste est Dauid rex terræ?] quasi dicāt, citò erit rex Israel. Vndè aliq trahunt iam fuisse vulgatum, q̄ Samuel vnxerat eum in regem. [Nónne huic cantabant per choros, dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid 10. millia?] Hæc dixerunt regi suo Achis, quatenus cōpræhenderet & occideret Dauid: qa nisi hoc faceret, citò haberet eū hostē. [Posuit aūt Dauid sermones istos in corde suo,] i. verba hęc impressit memoriæ, & sensum eorū valdè pensauit. [& extimuit valdè à facie Achis regis Geth,] timēs occidi, eo q̄ tot millia Philistinorum percusserat: pſertim quia & Saul iam miserat ad Achis, vt redderet sibi seruum suum fugitiuum, vt Magister in hi. addit Ex quo innuitur, q̄ ad tēpus latuerat in Geth aut propè. [Et immutauit os suum corā Achis,] assumens apparatum hoīs fatui, atq; aliena & impertinentia loquens, vt amens. [& collabebatur inter manus eorum] putà seruorum Achis, à qbus trahebatur ad regem. Nam quasi insan⁹ ambulauit super manus & pedes, & labebatur hincindè vt epilenticus [& impingebat in ostia portæ,] cum capite suo portam percutiendo quasi volens transire per ianuas clausas. [de fluebantque saliuæ eius in barbam.] sicq; instar obsessi spumabat. Alia trāslatio habet, tympanizabat ad ostia, & ferebatur in manibus suis. & vt fertur, in Hebræo habetur, pingebat super ostia, formando ibi quasdam figuras, prout stulti facere solēt, per q̄ōd fecit regem Geth credere, q̄ esset impos mētis, quod & credidit. [Et ait Achis ad seruos suos: Vidistis insanum hominem? quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi, q̄ introduxistis istū vt fureret me pręsente? Dimittite illū hinc, ne ingrediatur Domum meam] Ex isto cap. docemur in primis, q̄ necessitas sit mater dispensationis. Deindè q̄ panis vitæ q descendit de cœlis, domin⁹ Christus, in sacramento altaris nequaq̄ sumendus sit ab immundis, pſertim à luxuriosis Vndè sup illud 2. Pet. 1. Nouit dn̄s pios de tentatione eripere, iniquos verò in die iudicij reseruare cruciandos, magis aūt eos q post carnem in concupiscentijs immunditię ambulant, ait Beda: Fornicatores maiora patiētur supplicia, q̄ gn̄ales iniq Vasa ergo puerorum Dei, ministrorum ecclesiæ, & oīm cōmunicare optātiū, sancta sint, vt ab om̄i inqnamento carnis & spūs sint purgati, sobrij & deuoti. ¶ Postremò, sicut Dauid suo apparatu & gestibus assimilauit se fatuo, sic Christus propter nos factus est opprobrium hoīm & abiectio plebis. Et qa immutauit os suum coram scribis & pharisæis, sola futura, cælestia, spiritalia ac æterna sermocinās & pmittē⁹, terrenaq; oīa cōtemnenda affirmās, ideo visus est illis esse insipiens, in tm̄ q̄ dixerūt. Dæmoniū habet. Et, Insanit. Et, Nunqd interficiet semetipsum? Imò pter incompræhensibilē & inauditā altitudinē suæ, etiā sui exierūt tenere eū, dicētes, quia in furorem versus est, vt legitur Marc. 3. Hinc in lib. Sapientiæ impij dicunt de eo: Grauis est nobis etiam ad videndum, qm̄ immutatæ sunt viæ eius. Rursus sicut Dauid ferebatur in manibus suis, sic & multo incompræhensibilius Chr̄s in cœnā ferebat̄ in malibus suis, qn̄ seipsum in sacramēto porrexit apostolis.

Leuit. 27.
Leuiti. 24.
Nume. 15.
Leuiti 25.
Iose. lib 6. an. Iu. c. 13.
Hierony.
1. Regū 18.
Pet. Com. hist. libr. 1. Reg. ca. 17.
Ioann. 6.
Beda
2 Corin. 7.
Psalm. 21.
Ioā 8. 10 8.
Sapient. 2.
Matth. 26.
Marci 14.
Lucæ 22.
Ioann. 13.

¶ Declaratio cap. 22. Abijt ergo indè Dauid &c. Art. 39.

CApitulum pſens enarrat, qualiter occasione Dauid, interfecti sunt sacerdotes, & vrbs eorū cum oībus suis vastata. [Abijt ergo indè Dauid] s. à rege Achis, [& fugit in spelūcam Odollā] Odollā fuit vrbs terræ pmissionis, iuxta quā erat spelunca grandis, imò multe cauernæ & rupes. Et erat ibi munitissim⁹ loc⁹. De hac vrbe habetur Mic. 1. Vsq; ad Odollam veniet gloria Israel. [Quod cùm audissent fratres eius, & oīs dom⁹ patris eius,] i. cognati sui pping, [descēderūt ad eū illuc.] Ex quo videtur, q̄ Saul ebanniuit eos pter Dauid, vel psequ cœpit. [Et cōuenerūt ad eū oēs qui erant in angustia constituti,] i. dirè afflicti & iniustè suppeditati

Iosu. 12. 15.

& filius Isai?]Ex suspicione loquitur quasi ex certa sciētia [& dedisti ei panes & gladiū & cō

procurant fieri multa mala. Saul quoq; est figura eorum qui nullam excusationē, quanuis rationabilē, volunt admittere, sed solùm suæ animositatis & iracundiæ impetum insequuntur.

¶Explanatio cap.23. Et nunciauerunt Dauid, dicentes. Art. XL.

HIc describit quædam victoria Dauid, & ingratitudo eorum quos iuuit, ac duplex persequutio quam euasit. [Et nunciauerunt] aliqui de populo Israel, ipsi [Dauid, dicētes: Ec-
Iof.15. ce Philistijm oppugnant Ceilam,] i. vrbem sic dictā, quæ (vt in libro Iosuæ legitur) ad tribum Iuda pertinuit, [& diripiunt areas:] i. annonā seu blada contenta in areis, ipsasq; areas vastauerunt. [Consuluit ergo Dauid dñm, dicens] per Abiathar sacerdotem: [Num] i. an ne [vadā?] hoc est, placétne tibi vt pergā? [&] si perrexero, [percutiā Philistæos istos?] In quo patet bonitas Dauid, qui, quamuis rex Israel esset inimicus suus grauissimus, nihilominùs terram & plebem eius defendere cócupiuit. [& ait dñs] per angelum [ad Dauid,] tñ per Abiathar, cui Deus ministerio angeli manifestauit quid fieri vellet: [Vade, & percuties Philistęos, & saluabis Ceilam. Et dixerunt viri qui erant cum Dauid, ad eum. Eccè nos hîc in Iudæa] i. in terra sortis Iudæ, [consistentes, timemus,] cùm tamen hic non sint hostes: [quanto magìs, si ierimus in Ceilam] i. vsq; ad vrbem illam hostibibus iam vallatam, [aduersus agmina Philistinorū,] timebimus? [Rursus ergo Dauid consuluit dominum,] nesciens an timor suorum esset à Deo, vel ne inordinatè formidando, demererent adiuuari à dño, sicq; obicē ponerēt promissiói diuinæ] Qui rñdens, ait ei: Surge, descēde in Ceilam. ego ẽm tradam Philistæos in manu tua.] hoc rñso cófirmati sunt viri Dauid [Abijt ergo Dauid & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduersum Philistæos. Et abegit iumenta eorum,] i. iumenta quæ adduxerunt Philistęi ad absportandum
1.Reg.22. blada Iudæorum in terram suam, abstulit Philistæis, & ea remouit à Ceila. [Et percussit eos plaga magna, & saluauit Dauid habitatores Ceilæ. Porrò eo tēpore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad Dauid,] prout præcedenti habetur cap. [in Ceilam,] ex quo apparet, ꝙ & tunc Dauid fuit ibidèm aut propè. [ephod secū habens descenderat.] i. ephod illud secum portauit. Hoc interponitur hîc, ad insinuandū ꝙ Dauid cósuluit dñm per pótificem indutum veste illa pontificali, in qua erat rationale iudicij seu doctrina & veritas, vt Ex.28. expositum est, per quæ manifestabatur rñsio Dei. [Nunciatū est aũt Sauli, quod venisset Dauid in Ceilā. Et ait Saul: Tradidit dominus eum in manus meas, conclususq; est introgressus vrbem, in qua portæ & seræ sunt. Et ṗcepit Saul omi populo, vt ad pugnam descēderet in Ceilā, & obsideret Dauid & viros eius. Quod cùm Dauid resciſſet, qꝛ prępararet ei Saul clàm malū:] i. cū Dauid cognouisset, ꝙ Saul disponeret cum exercitu venire ad obsidendū Ceilam, ad comprahendē dum ipsum Dauid, [dixit ad Abiathar sacerdotē: Applica ephod,] i. indue illud, vt in eo consulas dñm. [& ait Dauid] ad Deum per sacerdotē: [Dñe Deus Israel, audiuit famam seruus tuus, ꝙ disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat ꝑpter me vrbem] hāc, nisi habitatores eius tradiderint me manibus eius. [Si tradent me viri Ceilæ in manus eius, & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Dñe Deus Israel, indica seruo tuo. Et ait dñs: Descēdet,] i. veniet huc, nisi citò exieris. [Dixitq; Dauid rursum: Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui mecū sunt, in manus Saul? Et dixit dñs: Tradēt,] si manseris hic quousq; vrbs obsideatur à Saule, & in hoc fuissent ingrati beneficijs Dauid, tñ ex timore forsan fecissent hoc. [Surrexit ergo Dauid, & viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atq; illuc vagabanē incerti. Nunciatumq; est Saul, ꝙ fugisset Dauid de Ceila, & saluatus esset: quamobrē dissimulauit exire. Morabatur aũt Dauid in deserto in locis firmissimis. Mansitq;:] Dauid cum viris suis quasi sexcētis, [in mōte solitudi-
Iof.15. nis Ziph in móte opaco:] qꝛ solitudo illa erat propinqua oppido tribus Iudæ nomine Ziph, & erat mós ille opacus seu obscurus. tñ ex eo longè poterat videri. [Quærebat tñ eum Saul cunctis diebus] i. assiduè per annos aliquot multipliciter laborauit cópræhendere Dauid. [& nō tradidit eum dominus in manus eius. Et vidit Dauid, ꝙ egressus esset Saul vt q̄reret aĩam eius. Porrò Dauid erat in deserto Ziph in sylua. Et surrexit Ionathas filius Saul, & abijt] occultè [ad Dauid in syluam, & cōfortauit manus] i. potestatē eius seu vires operatiuas, & ipsum Dauid, & ex cōsequēti eius exercitum, [in Deo,] qꝛ iustè & sapienter hoc fecit, & fiduciam ipsius Dauid, quam in Deo habuit, auxit & roborauit. [Dixitq; ei: Ne timeas, neq; ẽm inueniet te manus Saul patris mei.] i. non cópræhendet te, tñ paulo post inuenit eum, ita ꝙ sciuit vbi fuit, & fuit prope eundem. [Et tu regnabis super Israel,] quod Ionathas sciuit ipsi Dauid esse ꝓmissum à Deo, [& ego ero tibi secundus] i. primùs post te. [sed & Saul pater meus scit hoc] s. ꝙ regnabis post eum. Si Saul hoc sciuit, cur perseq̄batur Dauid? Et rñdendum, ꝙ Saul ad mentem rediēs, & gesta ac verba Samuelis reuoluens, benè aduertit, ꝙ Dauid vtiq; post se regnaret. Nihilominus passionibus & peruersitatibus mentē eius obtenebrātibus, ad humanas vires respiciens, sperauit se posse ipsum Dauid occidere, sicq; ipsius promotionem ad regnum impedire. [Per-
Pet. Com. cussit ergo vterq; fœdus coram dño,] i. pristinum amicitiæ pactum innouauerunt & confir-
histor. lib. mauerunt corā dño, quod Magister in hist. sic exponit, i. coram Gad propheta & Abiathar sa-
1.Re.ca.21. cerdote, & iuxta hoc Gad fuit cū Dauid. [Mansitq; Dauid in sylua, Ionathas aũt reuersus est in do

domum suam. Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicētes: Nóne eccè Dauid latitat apud nos in locis tutissimis syluæ, in colle Achilæ, quæ est ad dexteram deserti? Nunc ergo sicut desiderauit anima tua, vt descenderes, descende: nostrum aūt erit vt tradamus eum in manus regis.] Isti Ziphæi fuerunt de tribu Iuda, quia descenderunt de Caleb per filium eius Mesa, ipse est pater Ziph, vt 1. Par. 2. legitur. Sicq; Ziph qnq; est nomē viri, aliquando vrbis. Isti Ziphæi iniq; egerunt contra Dauid cognatum & contribulem suum. [Dixitq; Saul: Benedicti vos dño,] i. ad laudem Dei benedicti sitis, seu benedicti estis domino, [qa doluistis vicē meam] i. mihi condoluistis, sicq; Saul benedixit eis pro opere vitioso, ꝙ tamen sibi apparuit bonum, quemadmodùm latrones gratias agunt Deo, dum diuidunt spolia horum quos occiderunt. [Abite ergo, oro, & diligentiùs præparate, & curiosiùs agite, & considerate locum vbi sit pes eius velociter, vel quis viderit eum ibi, vbi dixistis: Recogitat em̄ de me ꝙ callidè insidier ei. Considerate & videte oīa latibula eius, in quibus abscōditur, & reuertimini ad me ad rem certam, vt vadam vobiscum. Quòd si etiam in terram se obstruxerit,] i. foueis terræ se occultauerit, [perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda] i. cum omni multitudine quæ est in Iuda: Vel, in cunctis millibus Iuda, i. per omnia loca tribus Iudæ, in qua millia esse dicuntur, vel propter vrbium, vel propter hominum copiositatem, iuxta illud Mic. 5. Et tu Bethlehem, paruulus es in millibus Iuda. Per hæc insinuatur, quòd etiam valdè multi de tribu Iuda, fauebant Sauli contra Dauid. [At illi surgentes, abierunt in Ziph ante Saul. Dauid aūt & viri eius erant in deserto Maon in campestribus ad dexteram Iesimon. Iuit ergo Saul & socij eius ad quærendum eum] in deserto Maon. Estq; Maon proprium nomen deserti illi⁹, vel (vt alij dicunt) oppidi adiacentis [Et nunciatum est Dauid,] qui tanquam vir prudens, ordinauit quosdam ex suis qui explorarent studia & itinera Saul. Vel per Gad prophetam dn̄s sibi talia reuelauit. [Statimq; descendit ad petram.] Per petram intelligit Hieronymus quendam munitissimum locum, in quo Dauid & sui reposuerunt ea q̄ ipsis oneri fuerunt, vt essent expeditiores ad oīa. Alij per petram intelligunt petrosam & ꝓfundam cauernam, vbi deposuerunt talia. [& versabatur in deserto Maon. Quod cùm audisset Saul, persequutus est Dauid in deserto Maon. Et ibat Saul & viri eius ad latus montis] situati in deserto Maon, [ex parte vna, Dauid aūt & viri eius erāt in latere montis ex parte altera. Porrò Dauid desperabat se à facie Saul posse euadere.] cuius subiungitur ratio: [Itaq; Saul & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid & viros eius.] ¶ Sed q̄ritur, qualiter fidelis Dauid sciens se vnctum in regem ad succedendū Sauli in regno, diffidebat se posse euadere? Ad quod quidā respondēt, ꝙ non desperauit euasionē ꝓ se, sed pro suis. Et iterum, aliqui dicunt, ꝙ non desperauit euasionem ꝓ sua persona, qm̄ cert⁹ erat de impletione diuini promissi, sed desperauit se posse euadere absq; bello cum Saule, ꝙ bellum exhorruit ex timore occisionis virorum suorum & aliquorum qui erant cum Saul, ꝑsequentes eum inuoluntariè magis q̄ sponte. Hæ aūt rn̄siones non videntur textui concordare, in quo clarissimè dicitur, ꝙ desperauit se posse euadere. Deniq; suprà legit̄, quēadmodùm Dauid inter cætera dixit ad Ionathan: Viuit dn̄s & viuit anima tua, quia vno tm̄ (vt ita dicam) gradu ego & mors diuidimur. Ideo ad istud q̄situm est aliter ibi rn̄sum. Insuper dici potest, ꝙ desperauit se posse euadere secundū ordinem & processum ꝓximarū naturaliumq; causarum seu ꝓprijs viribus. Quòd verò timuit pro seipso, cōstat etiam ex hoc quòd infrà ait, Aliqn̄ vna die incidam in manus Saul. Circa hunc locum loqtur Rabbi Paulus: Translatio nostra in hoc loco multum deuiat ab Hebraica veritate. Nam pro eo quòd habemus, Porrò Dauid desperauit se posse euadere: in Hebræo habetur, Porrò Dauid festinauit ad eundum à facie Saul. Sed (vt alibi demōstraui) malè sonat asserere, ꝙ translatio nostra deuiet ab Hebraica veritate: Sic em̄ deuiaret à veritate, & falsa esset. Idcircò tenendum est, ꝙ sermo ille Hebraicus sit forsan ad vtrunq; horum æquiuocus. Aptiusq; trāstulit Hieronymus, Desperauit se posse euadere: q̄ si trāstulisset, Festinauit ad eundum à facie Saul, i. ad fugiendum ab eo. Cùm em̄ se cerneret cinctum ab exercitu Saul in modum coronæ, non poterat fugere: nec festinauit ad fugiēdū, cùm sciret hoc impossibile sibi esse. [Et nuncius venit ad Saul, dicēs: Festina & veni, qm̄ infuderunt se Philistijm super terram] regni tui. [Reuersus est ergo Saul, desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum Philistinorum. Propter hoc vocauerunt locum illum, Petram diuidentem:] qm̄ iuxta petram ibi existentem diuisus est. Et abijt Saul cum suo exercitu à Dauid & socijs eius, quòd totum factum est ex ordinatione diuina pro Dauid euasione ¶ Tropologicè, per Philisteos expugnantes Ceilam, qui & areas diripiebant, quos Dauid, i. Christ⁹ repulit, vicit & spoliauit, designati sunt inuisibiles hostes, qui olim synagogam & modò Ecclesiam dirè impugnant, & pro maxima vincūt parte, ita ꝙ areas, i. congregationes deuotas, cœnobia, collegia, particularia Christi ouilia, spiritalibus fructibus nudāt ac priuāt: sed dn̄s & saluator non deserit suos, sed pugnans pro ipsis, inuisibiles illos aduersarios per sua auxilia atq; angelica subsidia rursus expugnat, & sicut Esa. 53. est ꝓdictū. Fortium diuidit spolia. Vndè de vasis misericordiæ dn̄s ibi ꝓmittit. Ideo dispertiā ei plurimos. Hinc & ipsemet in Euāg. Lu. 11.

Hierony. 1. Reg 20. 1. Reg. 17. R. Paulus. Hierony. Esa. 53.

percusſit cor ſuum Dauid, eo ꝙ abſcidiſſet orā chlamydis Saul.] i. pectus ſuū in quo cor cōtinetꝛ, tundebat, pœnitēdo & reprehendēdo ſe de eo quod fecit, q̄a circa dominū ſuū irreuerēter habuerit ſe. Vel cor ſuum, i. conſcientia ſua redarguit eum. [Dixitq́; ad viros ſuos: Propicius ſit mihi dominus,] i. gratioſè pſeruet me à peccato, ad quod inſtigatis me. Nā vt Ioſephus ſen ſit, Viri Dauid cōtra eū murmurabāt, eo ꝙ nollet occidere hoſtē ſuum ſæuiſsimū, ꝙ dixit ſe ſi ne peccato patrare nō poſſe, quēadmodū ſubditur: [ne faciā hāc rem] vtpotè læſionē [domino meo Chr̄o domini,] i. vncto vnctione regali ex imperio Dei, [vt mittā manū meā in eū, quia Chr̄s domini eſt,] ideo reſeruand⁹ fuit diuino iudicio, nec interficiēdus authoritate priuata, pſertim à ſubdito. Et quāuis fuit tyrannus, non tn̄ tant⁹, ꝙ fuit occidendus ab aliquo de populo ſuo, q aliter potuit manū illius euadere. Porrò quod ſubditur, Viuit dominus, vſq; ad id, & cōfregit Dauid, non eſt de textu hoc loco, nec in Hebræo habetur, ſed infrà in caſu cōſimili, & ibi exponetur. [Et confregit Dauid ſeruos ſuos ſermonibus iſtis,] i. pacatos reddidit, & malū eorū ppoſitum fecit ceſſare ſermonibus iam pactis, & forſan pluribus verbis, q̄ non ſunt ſcripta, [& nōn pmiſit, vt cōſurgerēt in Saul.] Veruntamen ſi conſurrexiſſent in Saul, periculosè egiſſent, q̄m tria millia foris dominum ſuum pſtolantia non abiſſent, quouſq; nouiſſent quid domino ſuo accidiſſet, & cognita eius occiſione obſediſſent Dauid cum ſuis in ſpelunca, & vlti fuiſſent regis interitum. [Porrò Saul exurgēs de ſpelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit 2.Reg.24.
aūt Dauid poſt eū,] ſeq̄ndo Saulē p aliquātulū ſpatiū extra ſpelūcā. [& egreſſus de ſpelunca, clamauit poſt tergum Saul, dicēs: Domine mi rex. Et reſpexit Saul poſt ſe, & inclinās ſe Dauid pron⁹ in terrā, adorauit, dixitq́; ad Saul: Quare audis] i. audiēdo vera eſſe credis [verba hoīm loquentiū, Dauid quærit malum aduerſum te?] Aliq nanq; detrctores & odio habētes ſanctū Dauid, atq; Sauli placere optantes, vt Doeg & ſimiles, concitauerunt Saulē cōtra Dauid, ſuggerendo Sauli ꝙ Dauid quæreret eius interitū, vt poſſet regnare, ad quod etiā ſuſpicandum, Saul ex ppria malitia eſt ſatis pronus. [Eccè hodiè viderunt oculi tui,] i. tu ipſe nūc vides, [ꝙ tradiderit te dominus in manum meā in ſpelunca.] Omnia em̄, etiā minima, cadunt ſub prouidentia Dei, & eius diſpoſitione id cōtigit, ꝙ Saul introiȷt ſpecū in quo latuit Dauid, quod reſpectu diuina prouidentiæ nō fuit caſuale. [& cogitaui vt occiderē te,] ex quo videtꝛ, ꝙ Dauid habuit primū motū iræ inclinantis ipſum ad vindicandū ſe, [ſed pepercit tibi oculus me⁹.] i. oculo exteriori reſpexi te pie, & oculus meus interior, vtpotè ratio, refrenauit iracūdiæ motū [Dixi em̄, Nō extēdā manum meā in dn̄m meum, q̄a Chriſtus dn̄i eſt. Quin potius pater mi, vide & cognoſce orā chlamydis tuæ in manu mea, quomodo cū pſcinderē ſūmitatē chlamydis tuæ, nolui extēdere manū meā in te. Animaduerte & vide, q̄m non eſt in manu mea malū neq; iniquitas,] i. tale peccatū in Deū aut in pximū, non eſt in mea operatiōe ſeu practica poteſtate, quale tu mihi imponis. Nō tamen voluit Dauid aſſerere ſe eſſe immunē ab om̄i culpa. [neq́ peccaui in te.] Iam dictum eſt ꝙ percuſſit eū cor ſuum, eo ꝙ chlamydis oram pſciderit, ergo peccauit in Saul. Similiter primus ille motus occidendi regē, non videtꝛ veniali caruiſſe peccato. Et reſpōdendum ꝙ non niſi veniales culpæ fuerunt. Dauid verò nūc de mortali loq̄tur culpa. [Tu aūt inſidiaris aīæ meæ vt auferas eā. Iudicet domin⁹ inter me & te,] reddēdo vnicuiq́; quod meretur, [& vlciſcatur dominus me ex te,] dādo tibi in vita hac correctionē, p exceſſib⁹ tuis in me, ne pereas in æternū. Hoc ex zelo iuſtitiæ, imò & ex charitatis affectiōe depcat⁹ eſt Dauid. [Manus aūt mea nō ſit in te,] i. abſit vt ego ipſe vindicē me de te, q̄a nec publica authoritate, nec iuriſdictiōe ſup te fungor, [ſicut & in puerbio antiquo dicitꝛ: Ab impiȷs egredietur impietas.] i. impij agēt iniq́. Hoc refertur ad id quod Dauid dixit ad Saul: Tu autem inſidiaris animæ meæ, vt auferas eam, q. d. ita me perſequendo ſic te habes, quod prouerbium illud antiquum cōpetit tibi. Vel refertur ad illud. Vlciſcatur dominus me ex te, i. per alios tibi cōſimiles in malitia, puniat te, ſicut in prouerbio veteri fertur, Ab impiȷs egredietur impietas i. vnus iniquus alium perimet: quod contingit frequenter iuſto Dei iudicio, qui propter illorum peccata occulta aut manifeſta, vult aut permittit ſic fieri, ſicut & vnum regnum iniquum frequenter deſtruxit per aliud regnum iniquum. Circa hæc ſcribit Lyra: Prouerbium hoc dicebatur, quando dominus per aliquem malum vindictam ſumpſit de alio peiore, vel æquè malo. Et quoniam Dauid ſenſit ſe innocentem, noluit quod talis vltio per ſeipſum fieret dē Saule. Hebræi aūt dicunt, quod prouerbium iſtud antiquum eſt lex data à Deo, qui apud Danielem vocatur antiquus dierum. Et accipiunt iſtud ex lege in Exodo, vbi dicitur de occiſo à Danieli. 7.
caſu, quod dominus tradidit eum in manum occidentis, quod dicunt accidere propter peccatum occultum ipſius occiſi, pro quo dignus fuit occidi, & etiam pro peccato occulto occidentis, pro quo dignus fuit expelli de ſua ciuitate vſq; ad mortem pontificis. Et quia peccata iſta occulta non poſſunt vindicari per humanum iudicium, vindicantur ſic per diuinum, ſed hoc dictum non ſemper eſt verum, licet aliquando poſsit contingere, quia frequenter contingit homicidium caſuale abſq; peccato occidentis vel occiſi hoc demerēte ſecūdū iudicia diuina ſine occulta, oīa tamen ad bonum electorū ordinantur. Hæc Lyra. Circa hæc dico, quod cum Exodi 21.

Ioſ. libr. 6. an. iu. c. 13.

Deus ſit prouiſor & moderator actuum humanorũ,ſine rationabili cauſa nil faciens aut fieri ſinẽs,rarò aut nunq̃ permittit aliquem caſualiter occidere aut occidi,niſi ꝓ aliquo occidentis vel occiſi peccato manifeſto aut abdito:alioquin à tali articulo ſeu euẽtu vnũ eripit, aliumq́; ꝓſeruat.Propter quod etiã per angelos ſanctos tueť & regit hoĩm vitã.[Manus ergo mea non ſit in te. Quem perſequeris rex Iſrael?quem perſequeris?]q.d.non decet tantum,ſic occupari & fatigari & varijs exponi periculis propter tantillũ.Ideo ſubdit:[Canẽ mortuum perſequeris & pulicem vnum.]i.me,qui cõparatione excellentiæ atq; potentiæ tuæ,ſum quaſi mortuꝰ canis,& multum vilis,ac ſimilis pulici,qui hincindè ſaliendo euadit mortẽ:ſic & ego ad diuerſa loca confugiendo.Itaq; humilis Dauid ſeipſum multũ humiliat, vt mitiget iram regis ſupbi,quo in veritate melior fuit,quantùm ad dona gratiæ ac virtutum:tñ quantùm ad dignitatem,quæ penes ꝓlationes & principatus attenditur,Saul fuit maior.[Sit dominus iudex, & iudicet inter me & te,& videat]dñs,i.per effectũ iuſtitiæ ſuæ oſtendat ſe videre quæ patior à te videriq; faciat,vt & alijs innoteſcat,ſicut in Geneſi ait:Deſcẽdã & videbo,&c.[& iudicet cau-

Gene.18. ſam meã,& eruat me de manu tua.Cùm aũt cõpleſſet Dauid loquẽs ſermones huiuſcemodi ad Saul,dixit Saul:Nunqd hæc vox tua eſt,fili mi Dauid?]Nunqd,hic ſumitur pro Nonne , ſi quidẽ ſciuit ꝙ fuit loquutio Dauid.[& leuauit Saul vocẽ ſuã & fleuit.]Cõpunctus etem̃ fuit ex tanta humilitate,beneficentia probitateq́; Dauid,ex quibus & propriam peruerſitatem,ingratitudinemq́; perpendit.[Dixitq́; ad *D*auid:Iuſtior tu es q̃ ego.] Quare non dixit, miſericordior tu es q̃ ego,cùm Dauid exhibuerit ſibi miſericordiam tantam? Et reſpondendum ꝙ iuſtitia Dauid magna apparuit in prædictis,qm̃ noluit vindicare ſeipſum,& diuini iudicij veritati ſuam cõmiſit cauſam.Iuſtitia quoq; vno modo,eſt generalis omniſq́; virtus Comparatio tñ illa,Iuſtior es q̃ ego,fuit im ꝓpria,quemadmodũ ſi dicatur:Homo eſt ſapientior bruto, & angelus virtuoſior diabolo.[Tu em̃ tribuiſti mihi bona,ego aũt reddidi tibi mala.Et tu indicaſti mihi hodiè q̃ feceris mihi bona,quomodò tradiderit me dñs in manu tua,& non occĩderis me.Quis em̃ cùm inuenerit inimicum ſuũ,dimittet eũ in via bona?]q.d.pauci ſunt tantę bonitatis,qui aduerſarios ſuos lethales dimitterẽt abire illæſos,data eis facultate & opportu-

Leuit.19. nitate lædendi illos. Et iſtud ſpecialiter rarum fuit in veteri lege, quæ dixit:Diliges amicum tuum,& odio habebis inimicum,nõdum promulgata euangelicę legis ꝑfectiõe,quæ tñ in le-

Ibidem ge illa Moſaica velabatur.Nempe & Moſes ſcripſit:Nõ q̃res vltionem,nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.[Sed dominus reddat tibi viciſsitudinem hanc]i.ſimile tibi reſtituat, & ꝓ beneficijs mihi impenſis vicẽ tibi rependat,[ꝓ eo quod hodiè operatus es in me.Et nũc qa ſcio ꝙ certiſsimè regnaturus ſis,& habiturus in manu tua regnum Iſrael.]Hoc em̃ Saul perpendit ex conſideratione virtutum Dauid,per quas penſauit eum dignum eſſe impletione promiſsionis ei factæ de regno obtinendo,ſicut ipſe per vitia ſua factus fuit indignus permanere in regno,[iura mihi in domino,]i.verè per Deum legitimè,[ne deleas]i.quod poſt mortem meã non delebis nec penitùs interficies[ſemẽ meum,]quod erit ſuperſtes[poſt me, neq; auferas nomen meum de domo patris mei.]i.memoriam ꝑſonæ meæ de parẽtela & cognatione mea, interficiendo poſteros meos.Parentes etem̃ in ſobole ſua quodammodò manẽt,& per generationũ ſucceſsionem manet ac viget eorum memoria.Verũ eſt dictũ illud cõmune: Qualis quiſq; eſt,taliter iudicat & talia ſentit de alijs.Vndè Saul ambitioſus & vindicatiuus,paulò antè miratus fuit,ꝙ *D*auid eũ non interfecit in caſu ꝓſcripto.Nũc quoq; timẽs & ſuſpicans ipſũ Dauid ita acturũ cum ſemine ſuo,ſicut ipſe in ſimili caſu egiſſet cũ ſẽmine Dauid,petijt iuramẽtum ꝓtactum,vt aſſecurareť de tali periculo.[Et iurauit Dauid Sauli,]ꝙ non deleret ſemẽ

2.Reg.21. eius in toto. Verum tñ poſteà,ad inſtantiã Gabaonitarũ occidit filios filiæ Saul,nõ tamen deleuit totaliter poſteros Saul,nec illos occidit,niſi ex voluntate & exactione diuina. Nec Deꝰ ſic reꝓbauit Saulẽ,ſicut poſteà aliquos reges Iſrael,quorũ totã poſteritatem,q̃tũ ad maſculos, ſe deleturũ ꝑdixit:ſed red reꝓbauit eũ pro ſe & ſua ſobole,q̃tũ ad regiũ principatũ.[Abijt ergo Saul in domum ſuã]triſtis de aduerſis ſuis ſucceſsibꝰ,& pœnitẽs ſe totaliter ꝑſecutũ fuiſſe Dauid,ac indè ceſſare ꝓponẽs.In quo tñ ꝓpoſito nõ diu ꝑmãſit.[Et Dauid,& viri eiꝰ aſcẽderũt ad tutiora loca:]qa nõ crediderunt verbis Saulis,cuiꝰ infidelitatẽ,inſtabilitatẽ,& odiũ totiès erant expti,ꝓpter quod ꝓbabiliter cõiecerũt,quòd eos rurſus in breui inſeq̃ſ eẽ,ſicut & fecit.

¶De ſpirituali expoſitione eiuſdem capituli 24. Arti.XLII.

Matth.4. Lucæ 4. QVòd Saul totiès inſecutꝰ & ꝑſecutus eſt ſanctũ Dauid cũ ſuis in deſerto, hoc allegoricè ꝓfigurauit,ꝙ princeps tenebrarũ dñm Ieſum Chriſtũ in deſerto tentare ꝓſumpſit. Tropologicè quoq; deſignat,ꝙ religioſus & eremitas,atq; veraciter pœnitẽtes,acriùs inſtantiꝰq́; impugnat.imò quẽadmodũ Saul aſſumpſit tria millia acerrimorum bellatorũ ad extinguẽdũ Dauid,ſic princeps caliginis,callidiores crudelioreſq́; dæmones mittit ac dirigit ad tẽtandã ꝓfatos,etiã per abruptiſsimas petras,i.inacceſsibiliſsima eremi loca,ſolis ibicibus(i.viris cõtemplatiuis,q ſaliũt in montibꝰ)acceſsibilia,q per humilitatẽ ſeipſos in ꝓfundũ ꝓprię paruipẽſiõis ꝑcipitãt,atq; in cornibꝰ fidei & ſpei ſe ſine lęſiõe recipiũt:qa in dño fideliter cõfidẽtes

nequa-

nequaquam desperāt. Deinde per donū sapientiæ & charitatis diuinæ feruorē, ad mōtes pote statū cælestiū, ad excellētias virtutū, ad cōtemplationē lympidā æternorū, ad Deū deorū exili unt sicq; fructuosissimè conuersantur, & tempore opportuno, ꝓut tāgūtur à spiritu sancto su p se eleuantur, ita vt illud beati Iob de eis possit ꝓnunciari: Nunqd nosti temp⁹ partus il icū? de qbus loquitur admirans ꝓclarissimus Esaias: Qui sunt isti qui vt nubes volāt, & quasi colū bæ ad fenestras suas? Et rursus: Qui sperāt (inquit) in dño, assumēt pēnas vt aquilæ: volabūt, & nō deficiēt. [Erat aūt ibi spelunca.] Per speluncā rectè accipitur defectuositas naturæ humanę, in qua defectuositate latuit verbū æternū, ita ꝙ eius deitas cognoscebatur à paucis, in qua etiā latebāt viri ac socij eius sancti Apostoli, cæteriq; discipuli, qui ꝓpter carnis mortalitatē vilipēdebātur à multis, nec tātæ, vt erāt, excellētiæ credebantur, in quorū persona fassus est vn⁹ eorū: Habemus thesaurū istū in vasis fictilibus, vt sublimitas virtutis sit ex Deo. Hanc ipsam speluncā ingressus est Saul, q licèt plurimùm superbiret, & regio culmine efferret, tñ necessitatibus subiacuit corporis, & ventrem cogebatur purgare. Deniq; in hac spelunca traditus est Saul in manibus Dauid, hoc est, princeps sacerdotum in manus Christi, qui in Euange. dixit: Pater diligit filium, & omnia dedit in manus eius. Itemq; ad patrem: Dedisti ei potestatē omnis carnis. Vndè & passione instante, vno verbo omnes incredulos cōtra se stantes prostauit, ita ꝙ abeuntes retrorsum, corruerunt resupini in terram. Inuitis quoq; principibus sacerdotum, expulit negociantes de templo. Insup quasi oram chlamydis pontificum Christus abscidit, dum eos iustè & charitatiuè repræhendēs, ipso pontificio ostendit indignos atq; priuandos. Verū circa verba, ꝑcidit Dauid orā chlamydis Saul silenter, multa scribit Gregorius, cuius verba Richardus in suis moralitatibus & glossa inducunt. Per Saul nanq; signantur vitiosi ꝓlati: per Dauid, subditi boni. Saul ventrē purgat, dū praui pastores & ꝑdicatores indigni, conceptam in corde malitiam fœdè ac turpiter exequuntur. Ipsum tñ Saulem Dauid ferire veretur: qm̄ subditi virtuosi suis superioribus, quanuis iniquis, nō audent detrahere, nec vitā ipsorum vllo linguæ gladio cædunt. Qui si interdum ex humana infirmitate vix à superiorum increpatione valeant abstinere, excidunt quidem extrema & exteriora mala ꝓpositorū, & tñ humiliter ac modestè loquuntur de culpis illorum, & quasi orā chlamydis silenter incidūt: quia dum dignitati prælaticæ saltem & latenter & innoxiè derogāt, quasi regis superpositi vestem fœdant. Tamen ad semetipsos mox reuertuntur, seq; de tenuissimo verbi excessu redarguūt. ¶ Circa hæc quæritur, an liceat subditis supiores suos corripere, accusare, aut denūciare: & ex verbi Gregorij allegatis videtur quòd nō, præsertim cùm iterum ꝓtestetur: Facta ꝓpositi, gladio oris ferienda non sunt, etiam dū rectè repræhendenda iudicantur. Si quando autem contra eos, vel in minimis lingua labitur, necesse est, vt per afflictionem pœnitentiæ reprimatur, quatenus ad seipsam redeat, & dum ꝓpositæ dignitati deliquerit, eius cōtra se iudicium phorreseat, à quo sibi præpositus est in quē peccat. Nā cùm in ꝓpositos delinquimus, eius ordinationi obuiamus, qui ipsos præposuit nobis. Hæc Gregorius. ¶ Prætereà, beatus Anacletus papa ait: Sententia Cham filij Noę damnantur, qui præpositorum vel doctorū suorum culpam produt. Rursus eadē causa sanctus Zephyrinus disseruit: Maiorum quispiā, minorum accusationibus non impetatur. Hinc & Thelesphorus papa sanct⁹ testatur: Dei ordinationē accusat, qui eos qui ab ipso constituuntur, sacerdotes accusat. His consonat ꝙ sanctus Pius papa effatur. Oues pastorē suum non repræhendāt, plebs suū episcopum nō accuset, sed nec vulgus arguat suum ꝓlatum, quia non est discipulus super magistrū. In oppositū huius arguitur, quia sanctus Gregorius loqtur: Sicut laudabile est & discretū, reuerentiam & honorē exhibere prioribus, ita rectitudinis & Dei timoris est, si q in eis indigent correctiōe, nulla dissimulatiōe post ponere, ne totum (ꝙ absit) corpus inuadat corruptio, si non fuerit curatus in capite morbus. ¶ Ampliùs, Gelasius papa, sicut habetur 2.q.7. scribit quibusdā subiectis: Si quid dāni in ecclesia pontificē vestrū videritis admittere, mox auribus nostris reuelatione signate, vt quid fieri debeat, censeamus. ¶ Prætereà, in eodē Gregorius approbat, ꝙ quidā episcop⁹ inter alia mala carnali crimine lapsus, atq, à suis clericis accusatus & cōuictus, episcopali est sede depositus. Ad hāc qōnem Alexander de Hales sup 3. sententiarū qō.28. respōdet. Dicendū secūdum quosdā, ꝙ sunt subditi criminosi, & sunt subditi boni. Subditi criminosi ꝓhibentur ab accusatione ꝓlatorum, nō boni. Vndè dicit Anselmus seu Aug. Præsumunt ꝓlati non debere se repræhendi aut accusari ꝓ eo, ꝙ canones passim statuunt eos non esse repræhendēdos: quod tñ criminosis negatur, cū de reꝑhendēdo ipsa veritas dixerit: Si malè locutus sum, testimoniū ꝑhibe de malo. Sed rursus opponitur, qm̄ canones determināt, in quo casu pastores sint à subditis accusandi, ergo in nullo alio casu poterunt accusari. Casus aūt est, cū à fide exorbitauerint. Hinc beatus Eusebius papa: Oues, inquit, quæ pastori suo cōmissæ sunt, nequeunt eum repræhendere, nec eūm possent vllatenùs accusare, nisi exorbitauerit à fide. Dicēdò, quòd est accusatio facta ex affectu charitatis fraternæ, & est accusatio facta ex malignitatis affectu. Accusatio ergo prælatorum, facta à bonis & ex charitatis affectu, est licita: facta autem à subditis crimi-

Iob 28.
Esaiæ 60.
Esaiæ 40.
2. Corin. 4.
Iohan.
Iohan. 17
Iohan. 18.
Matth. 21.
Marc. 11.
Lucæ 19.
Iohan. 2.
Gene. 8.
Iohan. 18.

criminosis & malignitatis affectu, ꝓhibetur. Et per hāc distinctionē soluūtur & cōcordantur oēs canones ꝑinducti. ¶Porrò ad illud ꝙ obijcitur de Cham, q fuit maledict⁹, eo ꝙ patris sui vereda fratribus demōstrauit: dicēdū, per hoc intelligitur ꝙ prælati non sunt à subditis extraordinariè accusandi, hoc est, de criminibus q̄ non possunt ꝓbari. Ideo signanter dicit beatus Zephyrinus, ꝙ Cham vituperatur, quia verenda patris nō operuit, sed ridenda mōstrauit, quę s. solus vidit. ¶Porrò per hoc quod Dauid cor suū percussit, eo quòd abscidit oram chlamydis Saul, datur forma non accusandi ꝑlatum de crimine ꝙ scitur ab vno solo, ꝙ designatur per hoc, quòd in abscondito, s. in spelunca, præscidit chlamydis orā. Vel secundum Gregorium, istud intelligitur de iudice, nō de accusatore. Nam ait, quòd chlamydis oram præscidit, qui sententia damnationis ꝑlatum ferit, quod nulli subditorū est licitū. Canon verò Eusebij, qui videtur determinare in quo casu tantū sit repræhendendus ꝑlatus à subditis, s. ꝓpter exorbitationē à fide, intelligitur de subditis criminosis atq; infamibus. Nam tales pastorem suum accusare non possunt, nisi à fide exorbitet. Tanta quippe est labes criminis huius, quod ad eius accusationem seru⁹ aduersus dn̄m, & q̄libet criminosus aduersus quemlibet admittitur. Hæc Alexander. Ex his itaq; innotescit, quam grauiter peccēt, qui cōtra supiores suos, pręsertim si boni sint, faciliter irascūtur, indignātur, & temerariè iudicāt eos, aut obloquūtur seu irreuerēter loquuntur eisdē: q̄ omnia cū summa diligētia sunt vitāda. Intueamur & pro viribus imitemur patientiā & mansuetudinē sancti Dauid, q cum suis parentibus ac tota parentela fuit innocēter pulsus de reguo, & tā inhumaniter q̄rebatur ad occidendū: & tn̄ eū, à quo tanta sustinuit, non solum non læsit, sed nec lædi pmisit. Itaq; circa oēs, potissime circa superiores, simus patiētes & mites: & propter eum à quo est omnis prælatio ac potestas, deferamus eis vt decet.

Gen.9.

Roman.13.

¶Declaratio cap.25. Mortuus est autem Samuel, Arti. XLIII.

HIstoria rerū inter Dauid & Nabal eiusq; vxorē gestarum, hoc loco describit. [Mortuus est aūt Samuel] senex & plenus dierū, [& cōgregatus est vniuersus Israel,] hoc est, maiores de toto populo seu quidā, imò & multi de singulis tribubus Israel, imò multi venerunt ad eū ægrotātē antequam obijt, inter quos aliqui opinātur & ipsum Saul venisse. [& planxerunt eū nimis,] tanquam ꝓpriū & generalē omniū patrē, nec solū planxerūt defunctum, sed & moriturum, dolentes de imminente eius discessu, cuius vita erat cōmunitati tam vtilis. [& sepelierunt eum] cum ingenti honore, sicut à tempore patriarcharum consueuerunt maiores suos sumptuosè & honorificè sepelire, [in domo sua,] hoc est, infra septa suæ dom⁹ in horto aut simili loco decenti, [in Ramatha,] vrbe sua. [Consurgensq; Dauid, descēdit in desertū Pharā.] i. in solitudinem propinquā vrbi Arabiæ nomine Pharan, per quod desertum transierunt etiā filij Israel egressi de Aegypto, vt Iosephus scribit. [Erat aūt vir quispiam in solitudine Maō,] de qua dictū est suprà 23. tn̄ (vt fertur) istud nō est in textu, nec in Hebræo. Nā & in scholastica fertur hist. atq; in libro de Hebraicis quæstionibus: Vir iste habitauit in vrbe Aman seu Maon, sed in solitudine iuxta Carmelum habuit domū pro pastoribus & gregibus suis, & illuc cum coniuge & amicis conuenit ad epulandum in suarum ouium tōsione. [& possessio eius in Carmelo.] i. in monte sic appellato eius pecora erant & alebātur, qui mons Carmelus situs fuit in funiculo tribus Iudæ. Fuit & alter mons Carmelus, vbi Interfecit prophetas Baal Elias, situs in confinio Palestinæ & Phœniciæ, qui mons dicitur esse in sorte Isachar. [& homo ille magnus nimis.] in diuitijs, in stirpe & fama. [Erantq; ei oues tria millia, & mille capræ. Et accidit, vt tonderetur grex eius in Carmelo. Nomen autem viri illius erat Nabal, & nomen vxoris eius Abigail, eratq; mulier illa prudentissima.] Quod magnum & rarum est in fœminis, cum ex naturali dispositione cōmuniter sint molles, instabiles ac debiles ratiōe, ideoq; passionibus subditæ. [& speciosa.] sicq; erat amabilis corde & corpore. [Porrò vir eius] Nabal [durus] corde, seu immisericors, ideo corruit in multa & magna peccata, cùm scriptum sit: Qui cordis est duri, incidet in mala. [& pessimus] moribus, & improbus valdè in verbis, [& malitiosus,] quantum ad voluntatem, seu habituatus in vitijs, ita quod ex proposito & malitia certa peccauit, sicq̄; apparet magna virtuositas fœminæ huius, quæ cum tam vitioso marito, tam diu patienter & pacificè vixit, cùm tamen ille ex bonitate suæ vxoris nequaquā proficeret. [Erat autem de genere Caleb] viri virtuosi, cuius virtutes non imitabatur. Vndè habetur, ꝙ erat de tribu Iuda, sicut & Dauid. Propter quod peccauit enormiter, ita ad Dauid se habendo, vt statim patebit. Dicit demum magister in historijs: In Paral. legitur: Caleb genuit *Archan, Archan genuit Iezem, hic est, vt putant Iudæi, Nabal. Veruntn̄ non est credendū, ꝙ Nabal fuerit secundus aut tertius à Caleb, q cùm Mose exiuit Aegyptum. [Cùm autē audisset Dauid in deserto, ꝙ tonderet Nabal gregem suum, misit decem iuuenes, & dixit eis: Ascendite in Carmelū, & venietis ad Nabal, & salutabitis eū ex nomine meo pacificè, & sic dicetis: Sit fratribus tuis] i. ꝓpinquis & amicis quos tecum habes, [& tibi pax.] Aliqui textus habent: Sit fratribus meis pax, sicq; ꝑfatos ꝓpinquos & amicos ipsi⁹ Nabal, Dauid nominat fratres suos, q̄ merāt de tribu Iudę, sicut & ipse. [& domui tuę pax, & oībus quęcūq; habes, sit pax.] Quod aūt in aliqbus

Nume.13.

Iose. lib. 6. an. iu. c. 13.

Pe. Co. hi. li. 1. Re. c. 18

Hierony.

Iosue 19.

3. Reg. 18.

Prouer. 28.

Pe. Co. hi. li. 1. Re. c. 21

*Orchan

Numer. 14.

bus libris ſubiũgitur, Ex multis annis ſaluos facies tuos & oĩa tua, non eſt de textu. [Audiui ꝙ
tõderent paſtores tui *gregẽ] ouiũ, q̃ tria millia erant, [q] paſtores [erãt in deſerto] Maon [no *grege tuos
biſcum.] Cõſequenter Dauid inſinuat ipſi Nabal beneficia ſua, paſtoribus & pecoribus illius
exhabita, vt ſic prouocaret illum ad charitatiuam cõmunionẽ & piam ſubuentionem. [Nunq̃
eis moleſti fuimus,] imò ab inuaſoribus defendimus eos. Ideo ſubditur: [nec aliquãdo quic
q̃ defuit eis de grege omni tempore quo fuerũt nobiſcũ in Carmelo. Interroga pueros] i. pa-
ſtores & ſeruos [tuos, & indicabũt tibi] ꝙ ita ſit. Aliqui exponũt iſtud etiã ꝓ tẽpore quo Da
uid pauit gregẽ patris ſui cum paſtorib' Nabal, vt dicunt, ita ꝙ tunc multa bona impendit eis.
[Nunc ergo inueniãt pueri tui grãm in oculis tuis.] hoc eſt, iuuenes quos direxi ad te charita
tiuè & gratiosè accepta, & per eos mitte mihi & viris meis ſuſtentaculũ vitæ. [In die enĩ bona
venimus] i. ego & ſocij mei per nuncios meos [venimus] ad te, & poſtulamus hãc grãm in tẽ-
pore iſto iocũdo & celebri, vtporè dum oues tuæ tondẽtur, quia in tẽpore tali cõſueuerũt He
bræi exẽplo pr̃iarcharum celebrare conuiuium ſuis amicis atq; tonſorib', ita ꝙ tũc fuit tẽpus Deuter.15.
lætitiæ. [Quodcunq; inuenerit manus tua,] i. quicquid tibi occurrerit & placuerit, [da ſeruis
tuis & filio tuo Dauid.] Eccè q̃ ſimplex, humilis, vrbanaq; petitio tãti viri, qui gener iã fuit re 1.Regum
gis, & vnct' fuit in regẽ, & gratiã habuit ꝓphetiæ, ad quam reſpõb' Nabal improbiſsimè & ſup 18.16.
biſsimè rñdit, vt ſubditur: [Cumq; veniſſent pueri Dauid, locuti ſunt ad Nabal oĩa verba hæc
ex noĩe Dauid, & ſiluerũt. Rñ̃dẽs aũt Nabal pueris Dauid, ait: Quis eſt Dauid? & quis eſt fili'
Iſai?] q. d. Vilis & inſidiator eſt domini ſui, ac capitaneus ſeruorum fugitiuorũ. [Hodiè incre
uerunt ſerui qui fugiunt dominos ſuos.] i. tẽpore iſto multiplicati ſunt & collecti ſerui, qui
ꝓpter ſuos exceſſus, & debitarum timore pœnarum, ſuos fugiũt dominos. Q. d. malitioſus &
vilis cumulus eſt. [Tollam ergo panes meos & aquas meas, & carnes pecorum meorum,] i. ci-
bos & potus [q̃ occidi tõſoribus meis, & dabo viris quos neſcio vndè ſint?] Ac ſi dicat: Non fa
ciam, cùm ſint tam viles, vt indignũ reputem q̃rere aut cognoſcere, de quo loco ſint oriundi,
& aliqui erant inter ſeruos Dauid, quorũ locum natalem & originem Nabal neſciuit. His au-
ditis, indignatus eſt Dauid, & iuſsit ſuis: Accingatur vnuſquiſq; gladio ſuo. Et accincti ſunt
ſinguli gladijs ſuis. Accinctusq́, eſt & Dauid gladio ſuo, & ſequuti ſunt Dauid quaſi 400. vi-
ri. Porrò ducenti] minùs apti ad ꝓlium, [remanſerũt ad ſarcinas,] hoc eſt, ad cuſtodiendum
vaſa, in quibus neceſſaria erant, & ea quæ ꝓliaturis oneri erant. [Abigail aũt vxori Nabal nun
ciauit vnus de pueris] hoc eſt, famulis [ſuis] prudens opilio: [Eccè miſit Dauid nũcios de de-
ſerto, vt benedicerẽt dño noſtro,] i. ipſum Nabal ſalutarẽt per verba cõmendatoria, & auerſa
tus eſt] hoc eſt, repulit [eos. Hoĩes iſti, boni ſatis fuerunt nobis, & nõ moleſti, nec quicq̃ aliqñ
perijt oĩ tẽpore quo fuimus cõuerſati cum eis in deſerto. Pro muro fuerũt nobis, tã in nocte
q̃ in die omnib' dieb' quib' pauim' apud eos greges. Quam ob rẽ cõſidera & recogita, quid
facias] ad placandũ Dauid, [qm̃ completa eſt malitia aduerſus virũ tuum, & aduerſus domum
tuam;] hoc eſt, tanta eſt prauitas viri tui, ꝙ diutiùs tolerari non poteſt, & tẽpus ſuæ punitionis
iam inſtat, non ſolùm in malũ viri tui, ſed & domeſticorũ ipſius. [& ipſe eſt filius Belial,] hoc
eſt, diaboli ſeu homo prorſus indiſciplinatus, [ita vt nemo poſsit ei loqui.] i. vix aliquis po-
teſt eum ſine periculo alloqui, qm̃ ſtatim peruersè reſpondet, aut reſpondere dedignatur, aut
alloquentẽ malè tractat. [Feſtinauit igitur Abigail,] quæ ſine aliorum conſilio ſtatim per ſu-
am prudentiã conſiderauit, quid eſſet agendum, [& tulit 200. panes & 2. vtres vini,] Quo con-
ſtat, & ſatis apertum eſt, quòd ſuprà per aquas intelliguntur quęcunq; pocula. [& 5. arietes co
ctos, & 5. ſata polẽtę.] Satum, ſecundum Gloſſam, eſt menſura continens vnum modium cum
dimidio. Modiorum verò quantitas apud diuerſos diuerſificatur. Polẽta verò eſt accuratiſsi-
ma farina, vel pultes factæ de ea, ſeu triticum pilo tunſum. Andreas expoſitor dicit, quod *ſit *ſint
grana toſta & manibus confricata. [& centum ligaturas vuæ paſſæ] Vua paſſa vocatur, quæ an-
tequàm matureſcat, exiccatur ad ſolem, ſicq́; conſeruatur & colligatur. [& ducentas maſſas
carycarum,] i. ficuum ſeu fructuum palmarum, vt aliqui dicunt. [& poſuit ſuper aſinos. Di-
xitq́; pueris] i. ſeruis [ſuis,] qui præfata victualia ſuper aſinos deferebant, [Præcedite me.] ſic
& Iacob fratrem ſuum Eſau timens, præmiſit cum muneribus ſeruos, vt illum placaret mune-
ribus. [& eccè ego poſt tergum ſequar vos. Viro autem Nabal non indicauit. Cùm ergo aſſcen
diſſet aſinum, & deſcenderet ad radicem montis, Dauid & viri eius deſcenderunt in occur-
ſum eius. Quibus & illa occurrit. Et ait Dauid: Verè fruſtrà ſeruaui omnia quę huius erant in
deſerto,] i. ſine gratiarum actione & recompenſatione huius Nabal dimiſi pecora eius inta-
cta, & ab inuaſoribus cuſtodiui. Non tamen ſine ſpe remunerationis diuinæ, quæ nullum bo-
num dimittit irremuneratum. [& non perijt quicquam de cunctis, quæ ad eum pertinebant,
& reddidit mihi malum pro bono. Hęc faciet dominus inimicis Dauid, & hæc addat,] i. pro-
ſperitatem det hoſtibus meis, in malum meum benè faciendo eis, ſicut ego beneſeci huic Na
bal, [ſi reliquero de omnib' q́ ad ipſum ꝑtinẽt vſq; mane, mingẽtẽ ad parietẽ.] Iſtud eſt iura
mẽtũ per execrationẽ, quo iurãs ſibijpſi malũ imꝑcatur, niſi ſuũ impleuerit iuramẽtũ. Ac ſi di-
cat;

cat: sic accidat mihi, nisi ā te manè diei sequētis occidero ipsū Nabal, & quicquid viuū in domo eius inuenero, & cætera bona eius inuēta diripiā. Istud iurauit loquēdo cū viris suis in via ad Nabal. Vel visis & auditis seruis Abigail, durante adhuc vehemētia suæ commotionis. In hac quoq; iuratiōe secūdū Augustinū peccauit, quia temeraria fuit, & ex ira immoderata, qua voluit oēs domesticos Nabal occidere, cū tñ in hac causa fuerint inocētes, & quāuis fuit vnct' in regē nōdum tñ fungebatur iurisdictione regali, nec debuit ea fungi, viuēte Saul. ¶ Prætereà aliqui dicunt, quod in hac iuratione, hæc faciat Deus inimicis Dauid, per inimicos Dauid, intelligatur ipsemet Dauid: aliàs iuramētum esset nullum, sed magis derisorium. Tñ ex præinducta expositione patet huius oppositum. Alienū etiā impropriumq; videt, per inimicos Dauid, intelligere ipsum Dauid, quāuis interdum in scripturis aliqd pro suo cōtrario accipiat, vbi ad hoc alia causa rationabilis assignatur, atq; ex circūstātia literæ facilè perpenditur, quod ita sumatur. [Cū autē vidisset Abigail] ipsum [Dauid, festinauit & descēdit de asino, & procidit corā Dauid super faciem suā,] se humiliter prosternēdo, vt sic oratio sua fieret ipsi Dauid grata, [& adorauit super terrā, & cecidit ad pedes eius, & dixit: In me sit, dñe mi, hæc iniquitas.] i. mihi imputa transgressionē mariti mei commissam in te, ita vt satisfactionē meā pro viro meo acceptes.

Sic & Apostolus Paulus scribit ad Philemonē de Onesimo seruo illius: Si aliquid nocuit tibi, hoc mihi imputa, ego reddā. [Loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. Ne ponat, oro, dñs meus rex] ipsum Dauid nominat regē, quia vnctus iam fuit, & ipsa certissimè eum credidit regnaturum. [cor suū super virum istum iniquū Nabal,] hoc est, nō pōderet facta & verba improba huius iniqui. [quia secundum nomē suū stultus est,] hoc est nomine & re fatuus est, [& stultitia est cum eo.] Siquidē Nabal stultus interpretatur. Ideo verba & gesta ipsius, non sunt curāda viro prudenti, cùm & in Prouerbijs dicatur: Nō respondeas stulto secundum stultitiā suā, ne ei similis efficiaris. Hinc Sapiens non debet se stulto opponere ad rixādum aut belligerandū. Propter quod ait Apostolus: Libēter suffertis insipientes, cùm sitis ipsi sapientes. [Ego aūt ancilla tua nō vidi pueros tuos dñe mi quos misisti.] quos si vidissem, reportassent copiosè q̄ petierunt. [Nunc ergo, dñe mi, viuit dñs & viuit anima tua,] hoc est, sicut verum est quod Deus viuit, & etiā aīa tua, sic verum est quòd pueros tuos nō vidi, [q prohibuit te, ne venires in sanguinē,] hoc est, misericorditer ordinauit, vt nunc per meum occursum auertaris, vt spero, à tuo proposito contra Nabal concepto, & mens tua ad pietatem flectatur, ita vt à propria conscientia prohibearis ab executione illius propositi. [& saluauit manum tuam tibi] i. à tanto peccato pseruauit potestatē seu manū tuā, hoc est, teipsum. [& nūc fiant sicut Nabal inimici tui, & q q̄runt dño meo malū.] Hoc multi exponūt sic, inimici tui fiāt stulti & improbi, quēadmodū Nabal, sed nō videtur quod virtuosa & prudens mulier illa, imprecata sit alijs mala culpæ, Ideo videtur sic exponēdum: Inimici tui fiāt sicut Nabal. i. aduersa pro suis peccatis sustineāt, nec tibi praualeāt, sicut Nabal iā sustinuisset, nisi tibi occurrissem: & sustinebit, quia nō erit impunitus. [Quapropter suscipe benedictionem hāc,] i. munera ista q̄ tibi adduco, & tribuo gratis, q̄ sunt causa & materia benedictionis, [quā attulit ancilla tua tibi dño meo, & da pueris qui sequuntur te dñm meū. Aufer iniquitatē famulæ tuę] i. culpam viri mei, quam super me accepi, ignosce. [Faciēs em̄ faciet tibi dñs dño meo domū fidelem] i. regiā domū quā tibi pmisit, fideliter cōferet tibi, & sobolē atq; familia q̄ erit deo & tibi fidelis. [quia prælia domini, dñe mi, tu pliaris,] i. iusta & strenua bella tu exerces. q. d. regnabis, quia ad Dei honorē pro Repub. pugnas. [Malitia ergo nō inueniatur in te oībus diebus vitæ tuæ.] . q. d. Nunquā inhæreat tibi malitia, ita vt post rationabilē persuasionē perseueres in malo. Hoc addit prudēs hæc fœmina, ad innuendum quod si Dauid occidisset ipsum Nabal, nullo intercedente, occurrēte & satisfaciente pro illo, potuisset hoc ascribi passiōi irę potiùs quam malitiæ. Sed si post tā affectuosam ac humilē precē & satisfactionē ipsius Abigail, id fecisset, fuisset malitię ascribēdū. Hāc ergo clemētiā facies pximo, quatenus merearis pietatē & ptectionē gratiosā impetrare à Deo. Hinc subditur: [Si em̄ surrexerit aliqñ homo psequēs te, vel q̄rēs animam] i. vitā [tuā] ad occidēdūm, quēadmodùm Saul diu & multotiès fecit, [erit aīa domini mei custodita quasi in fasciculo viuētiū apud dominum deum tuū.] Deus custodiet & defendet te à piculo tā diligēter, acsi in sorte & numero semp viuētiū constitutus iā esses. Vndè Hebræus habet, quasi in vinculo vitæ, hoc est, in sanctorū collegio. Alia litera habet: In fasciculo vitiū, tanquam dicat: Ita custodiet dominus vitā & animā ad multiplicādū actus virtutū atq; ad pficādū in regno, quēadmodū custodit fasciculus vitiū in aqua, vt trāsplātetur, sicq; metaphoricè loquitur. tanq̄ dicat: Sicut ramusculi vineæ colligātur & in aqua ponūtur, vt alibi inserātur aut transplātentur, sic electi & virtuosi nunc custodiūtur in aqua sapiētiæ roreq; gratiæ, quatenùs tempore præfixo à domino transferātur ad regionē feliciter viuentiū, & collocētur in patria beatorum. Porrò inimicorum tuorum anima rotabitur,] hoc est, vita persequentium te, erit instabilis, & per aduersa ac vitia circunuoluetur, cadet, & de societate viuorum pijcietur [quasi in impetu & circulo fundæ.] hoc est, velociter, sicut lapis ex funda proijcitur. [Cū ergo domi-

12. q. 4. ca. Quod Dauid. ca. iurauit.

Phile. 1.

Prouer. 26.
2. Corin. 11.

dominus fecerit tibi dño meo oĩa hæc, quæ locutus est bona de te, & cõstituerit te ducem sup Israel,] i. te regem fecerit, [nõ erit tibi hoc in singultum:] hoc est, fletũ intẽsum, de quo singultus erumpit, [& in scrupulum,] hoc est, remorsum [cordis dño meo, quod effuderis sanguinẽ innoxum] domesticorum Nabal, qui non peccauerũt in te. [aut ipse te vltus fueris] de Nabal propria manu aut vsurpata authorite. Nondum em̃ (vt dictum est) habuit Dauid vsum & exercitum regiæ potestatis ac iurisdictionis, sed vnctus fuit ad succedendum post Saul in regno: 1.Reg.6. idcircò nec verum reor, quod in expositione huius cap. asserit qdam, ꝙ Dauid de iure potuisset accipere de rebus Nabal pro sua voluntate, cum esset rex vnctꝰ, & in necessitate positꝰ. Veruntñ fateor ꝙ necessitas excusasset, si fuisset tam magna. [Et cùm benefecerit dñs] vniuerso rũ [dño meo] Dauid, collocãdo eum in throno regali, [recordaberis ancillæ tuæ, & tu benefacies ei: hoc est, memor eris mei in bonum & gratus beneficijs meis. Videtur hæc mulier quasi prophetico spũ esse locuta. Nam & quidam Hebræi fatentur, ꝙ per spiritum prophetiæ nouerat suum virum in breui moriturum. [& ait Dauid ad Abigail,] gratias agens Deo, prudentiq; fœminæ de saluberrima informatiõe, & de reuocatione à tanto excessu:] Bñdictus dñs Deus Israel, q misit te hodiè in occursum meum:] qm̃ ex diuina ꝓordinatione sic cõtigit [& benedictũ] hoc est, laude dignum est [eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuisti me, ne irem hodiè ad sanguinem effundendum iniustè, [& vlciscerer me manu mea.] Iam dictũ est, & paulò pòst subditur, ꝙ dominus ꝓhibuit eum inde. Quõ ergo Abigail inde prohibuit eũ? Deniq; ipsa non videt eum indè prohibuisse, sed humiliter supplicauit, ne faceret. Et respondendũ quod prohibere, sumitur hic extensè, pro impedire. Deus quoq; per legem & per cõscientiæ censurã, prohibuit eum ab omni homicidio & innoxij sanguinis effusione. Rursus, Deus prohibuit principaliter, Abigail aũt dispositiuè & ministerialiter. [Alioqn viuit dominus Deus Israel, qui prohibuit me ne facerem tibi, nisi citò venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal vsq; ad matutinam lucem mingens ad parietẽ.] hoc est, viuens ac dispositus ad mingendũ super parietem. ¶ Porrò, ꝙ dicitur, Mingens ad parietem.] primò exponitur de mare seu masculo, qui mingit erectus & stando. Secundò, exponitur de cane, qui ad parietem mingere solet crure leuato. Tertiò de infirmo, qui ad mingẽdũ nõ potest lõgius ire. Et iuxta hæc, quod superius legitur Dauid iurasse, ꝙ non relinqret ex oĩbus pertinentibus ad Nabal, mingẽtẽ ad parietẽ: primò exponitur, ꝙ intẽdebat occidere oẽs masculos domus Nabal. Secundò, ꝙ omẽ viuens in domo eius volebat perimere, intm̃, quod nec canibus, nec infirmis voluerit parcere cùm tñ canibus ꝓpter eorum vtilitatem, & infirmis propter eorum imbecillitatẽ, parcere cõgruat. Prima aut expositio verior esse videtur: tum quia hic dicitur, Non remãsisset Nabal mingẽs ad parietem, per quod non datur intelligi, quod permansisset canis aut infirmus, quia nec canis fuit, neq; infirmus, quando Dauid istud iurauit, sed quod non mansisset vir viuens, tum qa hoc fuisset valde crudele, nec infirmis parcere velle ab occisione, ꝓpter imꝓba verba vniꝰ suppositi. [Suscepit ergo Dauid de manu eiꝰ oĩa q̃ attulerat ei: Dixitq; ei: Vade pacificè in domũ tuã. Eccè audiui vocem tuã, & honoraui faciem tuam. Venit aũt Abigail ad Nabal. Et eccè erat ei conuiuium in domo eius quasi conuiuium regis, & cor Nabal iucundũ. Erat em̃ ebrius nimis. Et nõ indicauit ei verbum pusillum aut grãde vsq; mane. Diluculo aũt cùm digessisset vinũ Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc:] qualiter s. Dauid iurauit eũ occidere, & qualiter ipsa placauit illum quod non indicauit ei in ebrietate constituto, qa ꝓ tunc capax non erat informationis: & indicauit ei hæc o.a vxor sua, non ma'itiosè, sed piè, vt eum ad pœnitentiam prouocaret, & cautiorẽ efficeret. [Et emortuum est cor eius intrinsecùs] præ ingenti timore. Quanuis enim audiuit à cõiuge ipsum Dauid esse placatum, timuit tñ ꝙ mutato proposito iuramẽtũ suũ implere studeret. [& factus est quasi lapis.] i. immobilis, qa ex vehemẽtia timoris, sanguis decurrit ad cor, & sic membra efficiuntur rigida, impotẽtia, & malè mobilia. [Cumq; pertransissent 10. dies, pcussit dominus Nabal, & mortuus est. Quod cũ audisset Dauid mortuum Nabal, ait: Benedictus dñs q iudicauit causam opꝓbrij mei de manu Nabal.] i. in causa q̃ habui cõtra Nabal propter verba opprobriosa quæ aduersum me ꝓtulit, iudicauit pro me, illum puniendo propter suum excessum, & hoc infra 10. dies, vt pœna proportionaretur culpæ, quoniã 10. erant iuuenes quos misi ad eum, per quos tam opꝓbriosa verba mihi mandauit. [& seruum suum custodiuit à malo.] i. ab homicidio, [& malitiam Nabal reddidit dominus in caput eius.] i. pœnã debitam ei pro sua culpa inflixit, & hoc ministerio angeli boni aut mali. Tales qppe vltiones aliqñ facta legũtur p angelos bonos, vt patet de subuersione Pentapolis: qñq; per angelos malos. Sed videtur Dauid in verbis his gratias Deo egisse de suæ iniuriæ Gene.19. vltione, & de aduersarij sui ruina fuisse gauisus, cũ tamen Pro. 24. dicatur. Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius non exultet cor tuum. Respondetur ꝙ sctũs vir zelo iustitiæ cõgratulatus est iusto iudicio Dei, & diuinæ applausit, seq; cõformauit iustitiæ, nõ vltionis amore, iuxta illud Iob 22. Videbunt iusti, & lætabũtur, & innocẽs subsannabit eos. Atq; Ps. 57. Lætabitur iustus cũ viderit vindictã.] Misit ergo Dauid] pueros, [& locutus est ad Abigail,

gail, vt sumeret eam sibi in vxorem. Et venerũt pueri *D*auid ad Abigail in Carmelũ, & locuti sunt ad eam, dicentes: Dauid misit nos ad te, vt accipiat te sibi in vxorem.] siquidẽ digna erat, vtpotè virtuosa, prudẽs, eloquens, diues, pulchra, & nobilis. [Quæ cõsurgens, adorauit prona in terram:] i. Deum adorauit deuotè in terram prostrata, gratias agens *D*eo, qui ita secum ordinauit, quod tanto viro sociaretur cõiugio, quod fecit non carnali libidine, sed sapiẽtiali recognitione. [& ait] ad Dauid, q̃uis absentem p nũcios: [Eccè famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei.] Q. d. Indigna sum, & secũdũ aliquam considerationem sic fuit. [Et festinauit & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & 5. puellæ ierunt cum ea pedissequę eius, & secuta est nũcios Dauid, & facta est illi vxor. Sed & Achinoem accepit *D*auid de Iezrael, & fuit vtraq; vxor eius.] Tunc em̃ licita erat, saltẽ ex dispensatione diuina, vxorum

Pet. Com. histor. lib. 1. Regum cap. 25. pluralitas. ¶ Quæri potest, quàm harum duarum primò acceperit. Ad quod in Schola. r̃ndetur hist. ꝙ prima ipsius vxor fuit Michol, secunda Abigail, tertia Achinoem. Verũtamen infrà tertio secundi libri cap. legitur, quod primogenitus Dauid fuit filius Achinoem. Ex hoc tamen non sequitur, quod illa fuit ante Abigail ducta à Dauid. [Saul aũt dedit Michol filiã suã vxorem Dauid, alio viro Phalti filio Lais, qui erat de Gallim.] In quo patet impietas Saul in *D*eũ & ꝓximum, qui ꝓpriam filiam voluit facere adulteram dando eam alteri marito, viuente priore, per quod etiam valdè peccauit in Dauid. Dicunt tamen Hebræi, ꝙ Phalti fuit vir timoratus, & in lege peritus. Propter quod abstinuit à copula carnali cum Michol, sciens ꝙ esset vera vxor Dauid. Magister quoq; in hist. ait, ꝙ non cognouit eam, qm̃ ipsa diligẽs virum suum *D*auid, semper interim tristis fuit. Iosephus etiam videtur sentire, quod interim communiter si-

Iose. lib. 6. an. iu. c. 13. mulauit infirmitatem, ne cognosceretur à Phalti. ¶ Circa exordium huius cap. q̃ritur, qualiter Samuel dicatur edidisse hunc lib. Regum secundũ, sicut & primũ, cũ ea quæ post mortem suã

Pet. Co. hi. lib. 1. Re. gũ cap. 25. cõtigerunt, non scripserit. Ad quod in historijs dicitur, ꝙ reliqua scripsit vnus ꝓphetarũ discipulus eius, cuius opus Magistro asscribitur. Aliqui tñ dicunt Nathan scripsisse sequẽtia quem etiã nõnulli dicũt fuisse Samuelis discipulũ. Aliter r̃ndet, ꝙ totũ freq̃nter denoĩat à partè maiori, sicq; liber iste ferĩ à Samuele cõscriptus, qa pro parte multũ maiore, ab ipso est cõpilat⁹.

¶ De mysticis intellectibus cap. huius 25. Art. 44.

ABigail, propter excellentiã suæ sapiẽtiæ ac virtutis, meritò typum gerit sacratissimæ virginis. Nabal verò Iudæos designat, Dauid Chr̃m. Quemadmodum ergo Abigail iratũ *D*auid placauit & ab occisione Nabal auertit, sic gloriosissima virgo Chr̃m peccatoribus irascentem, sępissimè ad misericordiam flexit, & ipsa facta est sponsa singularis ac spiritalis verbi æterni. Rursus, per Nabal magnum nimis ac locupletem, designatur quicũq; prælatus aut princeps iniquus, qui magnus est authoritate, q̃uis modicus aut nullus virtute. Cuius possessio est in Carmelo, hoc est, in fertilitate terrena, quam præponit diuinis. Talis tondet oues suas, qm̃ subditorum suorum acquirit prouẽtus, ac sumit stipẽdia, seu diripit bona, decimas primitiasve sortitur: sicq; ex illis ditatur, delicatè viuit, carnaliterq; resoluitur. Nec tamen pastoralis seu

Ezech. 34. p̃sidentialis officij debita illis impendit. Hinc per Ezech. talibus improperat dñs. Væ pastoribus qui pascebant seipsos, lac comedebatis, & lana operiebamini, gregem aũt meum non pauistis. Talis p̃sidens, secundũ nomen suum, stultus est, imò stultissimus, perdẽs non solum seipsum, sed & sibi cõmissos. Vndè per Zac. 11. dominus loquitur: Sume tibi vasa pastoris stulti. O pastor & idolum, derelinquẽs gregem. Nõne talis stultissimus est, qui diuini rigorem iudicij sibi instantis non inspicit, nec veretur, & ista caduca & vana bonis præfert spiritalibus & ę-

Ioan. 3. ternis? Non est in eo sapiẽtiæ donum, sed puerilitatis & insipientiæ vitiũ. Est tñ de gñe Caleb, p quẽ designatur saluator, quia renatus est ex Chr̃o & ecclesia, ex spiritusc̃tõ & aqua. Mulier quoq; eius prudentissima est & formosa, qm̃ ecclesia seu cõgregatio sibi cõmissa, frequenter gr̃arum charismatibus adornatur. ¶ Præterea per hoc quod Dauid p 10. iuuenes multùm humiliter petiuit sustentaculum vitæ à Nabal, salutando eundẽ pacificè: p̃figuratum est, ꝙ Chr̃s quotidiè p eos qui 10. obseruãt p̃cepta, hortatur prælatos ac principes vt iustè & pastoraliter seu exemplariter cõuersando, reficiant saluatorem fructu suæ passionis & mortis, hoc est, aĩarum cõuersione, & cõuersorum inflãmatione ad meliora: sed improbi p̃sidentes, ægrè suscipiunt hortamenta salutis, & si non verbo, tñ opere paruipendunt Chr̃m, quasi dicẽntes: [Quis est filius Isai? Hodiè increuerunt serui q fugiunt dominos suos.] qm̃ Christus & eius discipupuli interdum cõsultè declinauerunt & absconderunt se à facie principis sacerdotum & seniorũ. Veruntñ impijs principib⁹ & p̃latis tam peruersè loq̃ntibus atq; agentib⁹, ecclesiæ eis cõmissæ, frequẽter Deũ habẽt præ oculis, & sanctis operibus ipsum reficiunt, imò & ꝓ suo orãt superiorib⁹, & eos ꝓ posse excusant, sed & suis imputãt culpis, ꝙ p̃sidentes eorum male se habent, scientes ꝙ iuxta merita subditorũ q̃nq; afficianĩ ac disponãtur corda superiorũ. [Si em̃ surrexerit homo p̃sequẽs te, erit anima dñi mei custodita quasi in fasciculo viuẽtiũ. Porro anima inimicorũ tuorũ rotabitur quasi in impetu & circulo fundæ.] Circa hæc scribit Glossa: Pulcherrima cõparatione statum iustorum & reꝓborum discernit. Iustorum quippe animas ap-

pellat viuentes, reproborum verò, ſpūali morte præoccupatas: iuſtos faſciculo, reprobos lapidi fundæ aſsimilat. Faſciculus nanq; conſtringitur, vt ſeruetur: lapis in funda ponitur, vt abijciatur ſic electi preſſuris tribulationum conſtringuntur, quatenùs his admoniti, mutua charitate ardentius copulentur: ſicq; coniuncti poteſtate & pietate ſaluatoris, perpetuè conſeruentur. Porrò reprobi & iniqui quanto ꝓpriæ volūtati latiùs dimittuntur, tāto longius à diuinæ viſionis gloria elongantur ac proijciuntur. Mirè quoq; omnipotentem prouidentiam deſcribit creatoris, dicēdo, animam viri ſancti eſſe cuſtoditā apud ipſum, quaſi in faſciculo viuentium. Quemadmodum em̄ vnicuiq; facile eſt, faſciculū herbæ vel fœnum manu retentum, conſeruare: ſic virtus ſaluatoris noſtri electos ab initiò vſq; in finem cuſtodit, ſicut Ioa. 10. proteſtaẽ: Nō rapiet eos quiſq̃ de manu mea. Sint igitur præſidentes timorati & efficaces ac feruidi in om̄i actu ſui officij, nō q̃ ſua ſūt, ſed Dei honorē & ſubditorū ſalutē īceſſabiliter exqrentes. 1. Cor. 10.

Expoſitio capit. 26. Et venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa. Artic. 45.

VLtima perſequutio, quā *D*auid à Saul ſuſtinuit, hic narratur. [Et venerūt Ziphæi ad Saul in Gabaa] vrbe. *D*e iſtis Ziphæis dictum eſt ſuprà. Venerunt aūt iterato ad Saul, qa iā ſemel tam gratanter accepit, ꝙ ꝓdiderunt ei *D*auid, & forſan quia iam ſemel fecerūt hoc, timuerunt, ſi *D*auid poſt Saul viueret & regnaret, vlciſceretur in eos. Ideo ſatagebāt vt occideretẽ à *S*aul, [dicentes: Eccè *D*auid abſconditus eſt in colle Achila, quæ eſt ex aduerſo ſolitudinis. Et ſurrexit Saul, & deſcēdit in deſertum Ziph, & cum eo tria millia virorū de electis Iſrael, vt q̃reret Dauid in deſerto Ziph. Et caſtrametatus eſt Saul in Gabaa Achila,] i. in colle p̄fato, ita ꝙ Gabaa eſt hic nomē cōmune, ſignificatq; excelſum, [quæ erat ex aduerſo ſolitudinis in via Dauid aūt habitabat in deſerto. Videns aūt ꝙ veniſſet Saul poſt eum in deſertum, miſit exploratores, & didicit ꝙ illiuc veniſſet certiſsimè, & ſurrexit Dauid clam,] i. occultè, ignorātibus viris ſuis, ne nimis ſolicitarentur & anguſtiarentur pro eo. Et dicit quidam, ꝙ veſtē mutauit ne cognoſceretur, cū iā totum negocium hoc voluerit in ipſa nocte cōplere, & paulò poſt ꝓdiderit ſemetipſum. [& venit ad locum vbi erat Saul. Cumq; vidiſſet locū in quo dormiebat Saul, & Abner filiꝰ Ner princeps militiæ eius, & Saulem dormientē in tentorio, & reliquū vulgus per circuitum eius, ait Dauid ad Achimelech Hethæum, & Abiſai filium Saruiæ fratrem Ioab, dicens: Quis deſcendet mecum ad Saul in caſtra? Dixitq; Abiſai: Ego deſcendam tecū. Venerūt ergo Dauid & Abiſai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentē & dormientē in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput eius, Abner aūt & populū dormiētes in circuitu eius. *D*ixitq; Abiſai ad Dauid: Concluſit *D*eus inimicum tuum hodiè in manus tuas. Nunc ergo perfodiam eum] videlicet Saulem [lācea in terram ſemel,] i. perfectè, ita ꝙ ꝓtinus morietur, [& ſecundo opus non erit] amplius lædere eū, [Et dixit Dauid ad Abiſai: Ne interficias eum. Quis em̄ extendet manum ſuam in Chriſtum dn̄i; & innocēs erit?] quaſi diceret, hoc ſine pctō perpetrare non poſſes. [Et dixit Dauid: Viuit dn̄s, quia niſi dn̄s percuſſerit eum,] ita ꝙ violenta interierit morte, [aut dies eius venerit vt moriaẽ] ex naturalibꝰ cauſis, naturaliq; nece, [aut in p̄liū deſcendens perierit] i. occiſus fuerit, aut ſimili morte diſcedat, [ꝓpicius ſit mihi dn̄s] i. gratioſè præſeruet me, [ne extendā manum meā in Chr̄m dn̄i. Nunc ergo tolle haſtam, quæ eſt ad caput eius] ſita & fixa, [& ſcyphū aquæ] i. vaſculum vini ſeu potus, vt per hæc tanq̃ p ſigna, probemus paulòpòſt, nos hic fuiſſe. Quidam tñ exponunt de aqua propriè dicta, quam putant ibi fuiſſe ad lotionem manuum regis. Vel de aqua roſacea, pro refrigerio cōtra calorē adducta. [& abeamus. Tulit igitur *D*auid haſtam,] i. per manū Abiſai eam accepit & ſecum portauit, [& ſcyphum aquę erat ad caput eius, & abierunt, & nō erat quiſquam q videret & intelligeret & euigilaret, ſed dormiebāt, qa ſopor dn̄i irruerat ſup eos.] i. vehemens dormitio immiſſa à Deo famulatu angelico. [Cumq; tranſiſſet Dauid, & ſtetiſſet in vertice montis] inter q̄m & exercitum Saulis fuit torrēs, vt in Schol. hiſt. legitur, [de lōge, & eſſet grande interuallum inter eos, clamauit ad populū & Abner filium Ner, dicens: Nōne rn̄des Abner.] q. d. ſpecialiter pertinet ad te rn̄dere & pugnare pro rege. [Et rn̄dens Abner, ait: Quis es tu, qui clamas & inquietas regem. Et ait *D*auid ad Abner: Nūquid non vir es tu?] i. ſtrenuus & virilis, ita ꝙ vir hic ſumitur à vigore potiùs, q̄ à ſexu. [& quis alius ſimilis tui in Iſrael?] Videtur Dauid quaſi ironicè loq. Vel ſi ſerioſè aut interrogatiuè hoc ꝓtulit, verū eſt, ꝙ Abner fuit vir valde p̄cipuus, ſagax, fortis & eminens. [Quare ergo nō cuſtodiſti dn̄m tuum regem?] & vtiq; rep̄henſibile & incautum fuiſſe videtur, ꝙ non ordinauit de vigilibꝰ noctis, vel de efficaci cuſtodia. [Ingreſſus eſt em̄ vnus de turba,] videlicet Abiſai nepos Dauid, [vt interficeret regē dn̄m tuum] Ad hoc qppe paratus fuit, & intendiſſe hoc ipsū videtur, niſi prohiberetur à Dauid. Si aūt fuiſſent ibi cuſtodū vigiliæ, non ſic intraſſet Abiſai. [Non eſt bonū hoc ꝙ feciſti. Viuit dn̄s, qm̄ filij mortis eſtis vos.] i. mortis ſupplicio digni, non ſolum tu Abner, ſed & cæteri, p̄ſertim quibus incumbebat cuſtodia regis. [q nō cuſtodiſtis dn̄m veſtrū Chr̄m dn̄i.] Itaq; ſecundū legē cōmunē, videnẽ in hoc mortis incurriſſe reatum, ꝙ neglexerunt cuſtodiam regis, intm̄ ꝙ incidit in aduerſarij manus. Veruntñ, qm̄ dictū eſt, ꝙ ſopor dn̄i irruit ſuper eos, ita ꝙ diſpoſitione

1. Reg. 23.

Pet. Co hi. li. 1. Regum cap. 24.

diuina sic accidit, videntur in foro conscientię excusabiles fuisse, cùm non sit sapientia, prudẽ
Prouer. 21. tia aut consilium cōtra dñm. [Nunc ergo vide vbi sit hasta regis, & vbi sit scyphus aquæ, q̃ erat ad caput eius. Cognouit aũt Saul vocem Dauid,] imò & ꝑinducto verba intellexit, sicq́; consi derauit se rursum incidisse in manus Dauid, & parcitum sibi esse ab illo: ideo ad mansuetudinem vers⁹, [dixit: Nūquid vox hæc tua] est, [fili mi Dauid? & ait Dauid: Vox mea, dñe mi rex. Et ait: Quã ob causam dñs meus ꝑsequitur seruum suum? Quid feci? aut quod malũ est in manu mea? Nunc ergo audi, oro dñe mi rex, verba serui tui. Si dñs incitat te aduersum me,] i. prouocari permittit, aut si putas te moueri à Deo, & iustè procedere, [odoretur sacrificium:] i. oblatio fiat pro me Deo, vt mihi reconcilietur, ne ampliùs incitet te cōtra me, q. d. paratus sum sacrificijs & orationibus Deum placare. Vel sic, odoretur sacrificium, i. ambo sacrificemus dño quatenùs ipse ostendat, an mouearis ab ipso. Quidam exponunt sic: Odoretur sacrificium, i. patientia q̃ habeo in persecutione hac, instar sacrificij sit Deo accepta: sed expositio hæc, spiritalis magis q̃ literalis esse censetur, [si aũt filij hoĩm] incitant te contra me, sicut & incitabãt,
1. Reg. 24. vndè suprà Dauid dixit ad Saul: Quare audis verba hoĩm loquētium, Dauid quęrit malum aduersum te? [maledicti sunt in conspectu dñi,] i. praui & vitiosi sunt coram Deo & maledictione condigni, [qui eiecerunt me hodiè,] i. procurauerũt à te, ꝙ expulisti me tẽpore isto, & nũc vsq; ꝑtraxisti meam expulsionem. Veruntñ Dauid hæc dicens, fuit in terra ꝓmissionis, sed iã antè fuit ebannitus & expulsus ab ea, [vt non habitem in hæreditate dñi,] i. in terra hac cultus diuini, quæ fuit specialiter terra hæreditaria Dei, vtpotè ab eo electa ad cultum diuinum. Vel hæreditas Dei vocatur Israelitica plebs, de qua ait Esa. 19. Hæreditas mea Israel. In hac hæreditate non potuit pacificè & publicè commorari. [dicentes] verbo aut opere ad me, quamuis absentem: [Vade, serui dijs alienis.] i. inter idololatras habita in terra aliena, & ibi cole gentium idola. Ita em̃ paruipenderunt salutem Dauid, & eum sic despexerunt, quod forsan quidã illorum dixerunt hæc verba. Vel ad minùs dixerunt hæc facto aut æqualenter. Ex quo em̃ cultus veri Dei non viguit, nisi in terra Israel, qui expellebantur à terra illa, exponebant idololatriæ vitijs, iuxta illud Ps. 17. Cum peruerso peruerteris. Hinc lex non iniunxit exilium, qm̃ exulati à terra cultus diuini, incidissent faciliter in idololatriæ crimina, vt in prima secundæ asserit Thomas, & sup Pentateuchum dictum est plenius. [Et nunc non effundat sanguis meus in terra coram dño:] i. absit vt iustè seu propter demerita mea occidar, nec in manus tuas me tradat: quod meritò oro, [q2 egressus est rex Israel, vt q̃rat pulicem vnum.] i. rex tam potẽs, cum tanto exercitu venit ad capiendũ me, q cōparatione illius modicus & impotens sum, ac instar pulicis hinc inde transilio fugiendo, [sicut ꝑsequitur perdix] i. sicut bestiola illa fugatur, persecutionemq́; sustinet [in montibus] ab aucupe. sicq́; verbum istud, persequitur, ꝙ propriè est deponentale, & actiuè accipitur, sumitur hic passiuè: quẽadmodũ verbum hoc, promeret, ad He. 13. Talib⁹ hostijs ꝓmeretur Deus, i. meritoriè obtinetur ꝓ ꝓmio. Tñ, vt fertur, in Hebræo habetur Quoquim: quod designat auem, q̃ insequtur muscã aut tale qd vile, sicq́; persequitur, ꝓpriè sumitur, [& ait Saul, peccaui: Reuertere fili mi Dauid. Nequaquã vltra tibi malè faciã, eo ꝙ preciosa fuerit anima mea in oculis tuis hodiè,] i. hac nocte ꝑseruasti me ab occisione, & custodisti me tanq̃ preciosum thesaurum, & vtiq; preciosa fuit anima Saulis in oculis Dauid, qui noluit ipsum Saul occidere in statu illo vitioso, in quo tũc fuit, in quo si eum occidisset, anima eius mox fuisset damnata. [Apparet enim ꝙ stultè egerim nimis,] volendo te trucidare,
1. Reg. 16. quem Deus vnxit & elegit ad regnandum pro me: [& ignorauerim multa nimis,] non cōsiderando iusta iudicia Dei, quibus nemo potest resistere, & etiam me sæpè habendo incautè, ita ꝙ bis incidi manus tuas. [Et rñdens Dauid, ait: Eccè hasta regis, transeat vnus de pueris regis,
1 Reg. 24. & tollat eam. Dñs aũt retribuet vnicuiq; secundum iustitiam suam & fidem] i. fidelitatem, vel
Abac. 2. iuxta fidei suæ actum, prout fides est theologica virtus, Nam iustus ex fide viuit, per quæ ver-
Roma. 1. ba notat Saulem, qui toties tam iniuste ac infideliter se habuit circa Dauid. [Tradidit em̃ te
Hebr. 10. dñs hodiè in manum meam, & nolui extendere manũ meã in Chrm domini. Et sicut magnificata & anima tua hodiè in oculis meis,] i. sicut valdè clementer me habui in hac nocte circa vitam & aĩam tuam, eam honorando, in tm̃, ꝙ nec læsi nec lædi permisi eandem, [sic magnificetur anima mea in oculis dñi,] i. piè atq; magnificè custodiatur à Deo, & liberet me de omni angustia. Ait ergo Saul ad Dauid: Bñdictus tu fili mi Dauid.] i. laudè dignus, & donis gratiæ Dei ornatus: [Et qdem faciẽs facies,] i. magna (vt cōdecet regem) ages, iuxta illud Esa. 32. Princeps ea q̃ digna sunt principe, cogitabit, [& potẽs poteris] i. mihi iam ꝑualẽs, adhuc ampli⁹ ꝑualebis, & rex ꝑpotẽs eris, & aduersarios supabis. Vtit̃ aũt Saul modo loquẽdi trũcato ex vehemẽtia admirationis. [Abijt aũt Dauid in viã suã,] q2 non credidit verbis Saul, cui⁹ infidelitatẽ, inconstãtiã, furiã & rancorẽ fuit frequenter expertus. [& Saul reuersus est in locum suum.

¶Explanatio cap. 27. Et dixit Dauid in corde suo. Art. 46.

RECitatur hic, qualiter Dauid terram Israel exiens, à rege Philistinorũ suscept⁹ sit, & qualiter infideles vastauerit. [Et ait Dauid in corde suo,] intra se cogitando: [Aliqñ incidã

vno

vno die in manus Saul;]i.si diutiùs in terra hac Israel mãsero, probabile est secundũ coniectũ rã humanã, q tandẽ cõprẽhendar à Saul. Qualiter aũt potuit hoc rationabiliter formidare, nõ obstante q sciuit se vnctum in regẽ, dictum est sæpè. [Nonne melius est vt fugiam,] exeundo còram dñ j Saul, [& saluer in terra Philistinorum, vt desperet Saul] se posse cõprẽhendere me [cessetq; me persequi in cunctis finibus Israel? Fugiam ergo man⁹ eius. Et surrexit Dauid, & abijt ipse & 600. viri cum eo, ad Achis filium Maoch regem Geth.] Achis iste (secundum Magistrum in hist.) fuit filius illius Achis, ad quem supra Dauid legitur cõfugisse: & mater illius Achis, vocata est Maoch. Geth quoq; fuit pcipua vrbs Philistinorum; ideo dicitur fuisse rex vrbis illius, p quod notatur, q erat rex totius terræ Philistijm. [Et habitauit Dauid cum Achis in Geth, ipse & viri eius, & dom⁹ eius, Achinoem Iezraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. Et nunciatũ est Saul, q fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltrà qrere eum. Dixit aũt Dauid ad Achis: Si inueni gratiã in oculis tuis, detur mihi] à te [locus] habitandi [in vna vrbium regionis huius, vt habitem ibi. Cur em̃ manet seruus tuus in ciuitate regis tecum?] q.d. p̃sumptuosum videtur ex parte mei, & onerosum est tibi, quod ego cum tot viris habito tecum in vrbe hac regia metropoli. [Dedit itaq; ei Achis in die illa Ziceleg, propter quam causam facta est Ziceleg regum Iuda vsq; in diem hanc.] i. decæterò ad eos pertinuit, imò etiam ex iure diuino pertinuit eis, qm̃ erat ex vrbibus, quas Deus per Iosue filijs Israel deputauit, atq; ad tribum Iudæ fuit ascripta, vt in libro Iosuæ patet. [Fuit autem numerus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philistinorum, quatuor mensiũ] i. quatuor menses continuerunt & cõstituerunt dies illi. Porrò (vt dicitur) in Hebræo habetur, dies & quatuor menses, atq; (vt Iosephus scribit) erant 20. dies & 4. menses. Quidam per dies intelligunt duos dies naturales, alij annum vel annos, qm̃ infrà Achis ait de Dauid. Est apud me multis diebus vel annis. [Et ascẽdit Dauid & viri eius, & agebant prædas de Gessuri, & de Gezri, & de Amalechitis.] i. bona hoim regionum illarum diripuerunt. [Hi em̃ *pagi habitabantur antiquitus in terra euntib⁹ Sur.] i. villæ terrarum p̃fatarum, quarum villarum habitatores spoliauit, olim inhabitabantur securæ, pergentibus ilicò multis per viam qua itur ad territorium Sur,] vsq; ad terram Aegypti. Et percutiebat Dauid omnem terram illorum,] i. habitatores locorum illorum occidit, [nec relinquebat viuentem virum & mulierem.] i. tam viros quam mulieres occidit, [tollẽsque boues & oues & asinos & camelos & vestes, reuertebatur & veniebat ad Achis.] Sed nõne istud videt̃ crudelissimum, iniustissimumq; fuisse? Rñdetur, q non, qm̃ p̃fatæ terræ ad terram totam filijs Israel repromissam diuinitùs pertinuerũt, sicq; tempore opportuno poterant occupari ab Israelitis, & perfidi habitatores territoriorũ illorum ex diuina iussione erant tũc occidendi, sicut & tempore Iosuæ factum est Chananæis. [Dicebat autem ei Achis: In quem] populũ [irruisti hodiè? Rñdebat Dauid: Contra meridiem Iudæ, & contra meridiem Ierameel, & contra meridiem Keni] i. filios Israel commorantes versus plagam meridianam, & vers⁹ vrbem Ierameelitarum, & versus oppidum Kenæorum impugnaui, percussi & spoliaui. In his verbis aliqui accusant ipsum Dauid à mendacio, qm̃ ambiguè & indeterminatè rñdit. Verumq; fuit q hi in quos irruit, morabant̃ versus meridiẽ. Alij dicunt eum mentitum, quia sic rñdit ex proposito, quatenùs rex Achis deciperetur, taliter intelligendo verba ipsius Dauid, quasi Iudæos inuasisset. Sic quoq; Achis intellexit rñsum Dauid. [Virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicẽs: Ne forte loquantur aduersum nos. Hæc fecit Dauid, & hoc erat decretũ illi oĩbus diebus qbus habitauit in regione Philistinorum. Credidit ergo Achis] ipsi [Dauid, dicens: Multa mala operatus est cõtra populũ suum] filios [Israel.] Et dicunt istud fuisse mendaciũ officiosum, qa pro conseruatione sui ipsius & virorum suorum, ita rñdit. [Erit igitur seruus mihi sempiternus.] i. per omne tẽpus vitę suę. Ista fuit vna causa, q Achis iste tam bñuolè suscepit & tractauit Dauid ac suos, qa percepit q Saul erat hostis eorum, & ipse Saul fuit lætalis aduersarius huius Achis. Alia causa fuit, qm̃ Achis iste, p̃pter virtutes & probitatem ipsius Dauid, benè afficiebatur ad eum, sicut & aliqui magni Philistinorum, in tm̃ q Ethai Gethæus cum viris suis per Dauid fuit ad Iudaismum conuersus.

Per. Com. histo lib. 1. Reg ca. 24. 1. Reg. 21.

Iose. 15.

Iose lib 6. an iu. c. 13.

1. Reg. 29.

*vagi habitabant.

Iose. 16.

¶ Expositio cap. 28. Factum est autem in diebus illis. Art. 47.

Recitatur iam, qualiter Philistæi & Israelitæ prępárauerunt se ad pugnam vltimam, quam contra se inuicèm habuerunt viuente Saul. [Factum est autem in diebus illis, congregauerunt Philistijm agmina sua,] particularia, quibus satrapæ præfuerunt, ex quibus omnibus vnum generale ac totale agmen constituerunt, cui rex præfuit, [vt præpararentur ad bellũ cõtra Israel. dixitq; Achis] rex Philistinorum [ad Dauid: Sciens nunc scito,] expresio est certitudinis, tanquam dicat, pro certo agnoscas, [qm̃ mecum egredieris in castris,] i. turmis Philistijm, [tu & viri tui] ad pugnandum aduersus Saul. Hoc dixit Achis, quasi honorãs ipsum Dauid, de cuius strenuitate & fidelitate taliter sensit. [Dixitq; Dauid: Nunc scies] per effectum, [quæ facturus est seruus tuus,] i. qualiter me habebo, & tibi astabo. [Et ait Achis ad Dauid: Et ego custodem capitis mei te ponam cunctis diebus.] i. de tua fortitudine, prudentia, fidelitate & peritia in rebus bellicis sum tam certus, quod in congresibus, periculisq; bellorum

faciam te custodem & defensorem mei ipsius. Rectéq; ait, capitis mei, qm̃ caput in bellis ictibus magis patet, & plus impeti solet: ideo fortiori eget custodia. ¶Circa hęc quæritur, an Dauid dixit hæc verba ex corde, secundum quod ea etiam Achis intellexit, hoc est, an intendebat in bello iuuare regem Achis contra Hebræos? Si sic, videť in hoc peccasse, ꝙ s. intendebat perfidos Philistæos cōtra cultores Dei iuuare, præsertim cùm ꝓbabile sit, ꝙ nō habuerūt ꝓliū
Exo 13. iustum contra Iudæos, quibus dn̄s per Mosen & Iosue ꝓmiserat terram Philistinorum. Insup
Iosu 13. Dauid iam antè ausus non fuit mittere manum suam in Christum dn̄i, vtpotè in Saul, cum ip-
1.Re.24.26 se Saul q̃siſſet occidere ipsum Dauid: ergo multo minùs extēdiſſet manū suam in Saul, in bello, in quo non q̃rebat aīam eius. Si dicatur ꝙ non intendebat pugnare ꝓ Achis contra aduersarios eius Hebræos, ergo perniciosè mentiebatur, & deceptor regis sibi propicij esse ꝓposuit, atq; ingratus fuit bn̄ficijs regis illius. Deniq; Glossa interlinearis super hæc verba, Nunc scies q̃ facturus est seruus tuus, ait, videlicet pro te contra inimicos tuos. Alia quoq; Glossa, q̃ facturus est, inquit, seruus tuus contra hostes. Circa hæc scribit Lyra, dicendum quod Dauid intendebat defendere ipsum Achis, cui tenebatur ex bn̄ficijs ab illo receptis, nec peccasset in hoc, duplici ratione: Vna accipitur ex parte Achis, ipse Achis habuit iustum prælium contra Saul, quod potuit esse, si Saul arreptitius fregit aliqua pacta aut iuramenta inita cum Philistæis. Alia ratio sumitur ex parte Dauid, q habuit ius in regno Israel, ideo potuit illud acquirere virtute armorum facultate occurrente. Et in tali bello iusto poterat licitè vti Philistinorum confortatione atq; auxilio. Cogitabat enim probabiliter, ꝙ si Philistæi ꝓualerent, amicus suus A-
R. Paulus chis ipsum iuuaret ad posſidendum regnum Israel. Verùm contra hæc scribit Ra. Paulus multùm ꝓlixè, & primò reprobat secundā rōnem, per quam secūdū Lyram poterat Dauid cōtra filios Israel sine pc̄tō pugnare, & Philistæos iuuare: quia rōne suæ inunctionis in regē, habuit ius in regno Israel, ita ꝙ potuit illud acq̄rere virtute armorū facultate occurēte. Nam q̃uis fuit vnctus in regē, non tn̄ sic, vt regnaret aut executione seu iurisdictione ptātis regiæ vteretur Saulę viuēte: nec sic, ꝙ potuerit ꝓ regno obtinēdo pugnare aduersus Saul facultate occurrēte: qa ꝓbabitū est, ꝙ Saul bis incidit in manus Dauid, ita quod ei occurrit facultas occidendi Sau-
1.Reg 24. 26. lē, nec tn̄ hoc fecit, nec fieri à suis ꝑmisit, ꝓtestās quod fieri nō posset absq; pc̄tō, vt plenius patuit suprà. Porrò, ꝙ dicit, ipsum Dauid potuisse vti auxilio infideliū Philistinorū ad acq̄rendum regnū Israel, nō videť vllū habere colorē, quia iā dixerat antè, quod auxilio suorū virorū fideliū, q erāt 600. nō poterat sine pc̄tō vti ad occidēdum Saul, vt ita rex fieret: multo minus putauit se posse vti ad hoc Philistinorū subsidio. Hinc Rabbi Paulo apparet, ꝙ Dauid in casu isto tam perplexo & intricato, diuinę ꝓuidentię se cōmisit, proponens id agere, quod sibi dn̄s inspiraret. Vn̄ nec ex eius iōne, neq; ex Glossa prællegata cōcluditur, quod intēdebat pugnare cōtra regem, plebémve Israel: qa non dixit ad Achis. Nunc scies quod pugnabo cōtra Saul ac suos. nec Glossa hoc dicit: Sed nūc, inquit, scies qd facturus sit seruus tuus. Additq; Glossa, contra inimicos tuos, q̃ sunt verba indeterminatè ꝓlata, & poterat verificari, siue pugnaret cō-
1.Reg. 25. tra Israel, siue nō. Pręterea videť qbusdā, quod Dauid intendebat defendere regem Achis ꝓpter bn̄ficia sibi ab illo exhibita, q̄tum id facere potuisset sine culpabili Israelis lęsione. [Samuel aūt mortuus est, & plāxit eum oīs Israel, & sepelierūt eū in Ramatha vrbe sua.] queādmodū supra est descriptū, & istud repetiť hic ꝓpter hic sequentē historiā, in qua resuscitatus suo modo describitur. [Et Saul abstulit magos & ariolos de terra.] i. de regno suo illos expulit, vel occidit quos potuit inuenire, vel sub pœna mortis ꝓhibuit eis vsum huiuscemodi artis nefariæ. Magis tn̄ videť, quod fecit tales occidi. Vn̄ in aliqbus textibus subdiť: [Et interfecit eos q pythones habebāt in vētre.] i. artē suscitādi mortuos gerebāt in mēte. Veruntn̄ hoc non est
Leuit 20. in Hebræo, nec in libris correctis. Deniq; Saul videť illos abstulisse zelo legis, cùm scriptum
Ibidem. sit: Anima q̃ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, interficiā illā de medio populi sui. Itemq;: Vir siue mulier, in quibus pythonicus vel diuinatiōis sp̄us fuerit, morte moriať. Exo. quoq; 22. Maleficos nō patieris viuere. Aliqui tn̄ affirmāt ꝙ illos occidit, qa dicebāt ipsum Dauid regnaturū. [Congregatiq; sunt Philistijm, & venerūt, & castrametati sunt
4.Reg 4. in Sunā.] i. iuxta vrbē sic dictā. Vn̄ vocata est mulier Sunamitis. [Cōgregauit aūt Saul vniuersum Israel,] i. quosdam viros de singulis tribubus, familijs & domibus Israeliticæ plebis, [& venit in Gelboe, & vidit Saul castra Philistijm,] i. fortitudinem & multitudinem agminis Philistinorum, [& timuit & expauit cor eius nimis.] Non em̄ sperauit in dn̄o, & iusto Dei iudicio ablata est ei audacia & magnanimitas pristina, qm̄ dies eius præfinita à Deo, iam venit. Vndè tam immoderatus ac vehemens timor, fuit probabile signum, quod fuit vincendus. Talis etenim timor infrigidat atq; debilitat hoīem, & vsum impedit rationis, cōsilijq; acumen. [Consuluitq; dn̄m, & non rn̄dit ei neq; per somnia,] i. per visiones quę fieri solent in somnijs, iuxta illud Iob 33. Per somnium in visione nocturna aperit aures virorum. [neque per sacerdotes.] Consueuit aūt dn̄s per pontificē specialiter rn̄dere, & ille, putà Abiathar, pro tūc erat cum Dauid. Indignū quoq; se fecerat Saul responso diuino per sacerdotes, quia Achimelech pontifi-
1.Reg. 21. cem cū alijs sacerdotibus multis impijssimè trucidauit. Quidā circa hoc scribit: Non respon-

dit ei dñs per sacerdotes, qm̃ eos occidit, excepto Abiathar, quod non est intelligendũ, quasi Saul occiderit oẽs sacerdotes suo tempore existentes, p̃ter Abiathar, sed sacerdotes qui erant in Nobe. Qui aũt in alijs vrbibus cõmanserunt, manebant superstites. [neq; p ꝓphetas] q(vt creditur) fuerunt Samuelis discipuli, quorum responsione propter sua peccata fuit indignus. [Dixitq; Saul seruis suis: Quærite mihi mulierẽ habentẽ pythonẽ,] i. artẽ diuinandi modo p̃tacto, [& vadã ad eã, & sciscitabor per illã] euentum belli. Circa hoc magister in historijs scribit, pythonem quidã dicunt artẽ esse suscitãdi mortuos, q̃ Pythius adinuenit, i. quærite mihi mulierẽ peritam artis illi⁹, quod cõgruit Hebręo.] in quo legi, mulierẽ Bahalathob. Bahalath nanq; interp̃tatur dñs: Ob verò, est nomẽ artis illius, q. d. quęrite mihi mulierem, q̃ sit dña seu magistra artis illius. Pythius iste, secundum Glossam, vocatur Apolio seu Phœbus harum artium inuentor & cultor, à quo pythonissę atq; pythonici dicti sunt. Videtur demum hæc ars in mulieribus p̃cipuè viguisse. Nã & Saul loquutus est, Quærite mihi mulierem habentẽ pythonẽ: non dixit, quærite mihi virum talem. In Actis quoq; apostolorum legitur de puella pythonissa, q̃ magnum p̃buit quæstum suis dñis diuinãdo. Ex his innotescit defectuositas Saul, qui cum quasi zelo legis p̃tendisset, se magos atq; hariolos abstulisse, iam confugit ad eos, contra illud Leuitici: Ne declinetis ad magos, nec ab hariolis aliqd sciscitemini. Vndè & in Deu. habetur: Nõ inueniatur in te qui hariolos sciscitetur, aut obseruet somnia atq; auguria. Ne sit maleficus neq; incantator, nec pythones cõsulat neq; diuinos, & quęrat à mortuis veritatẽ. Et dixerunt serui eius ad eũ: Est mulier habens pythonem in Endor,] i. in loco seu oppido sic vocato. [Mutauit ergo habitum suum, vestitusq; est alijs vestimentis,] ne fœmina illa, cognito eo, metueret ac renueret respondere. In schol. fertur hist. ꝙ Hieronymus mulierem hanc asserat fuisse matrẽ Abner, sed cũ Abner fuerit cõsobrinus Saulis tã proximus, ita quod pater ei⁹ fuit frater patris Saul, non apparet quin mulier illa ex intuitu vultus & staturę Saul, qui ab humeris eminebat, & ex voce ipsius eũ vtiq; agnouisset. [Et abijt ipse & viri duo cum eo, venerũtq; ad mulierem nocte, & ait illi: Diuina mihi in pythone,] i. per artẽ pythonicã p̃nuncia mihi futura per apparitionẽ defuncti; [& suscita mihi quem dixero tibi.] Qualiter intelligenda sit suscitatio ista, in fine dicet huius artic. Nec em̃ putandum, ꝙ hæc mulier quacunq; arte nefanda habuerit potestatẽ suscitandi defunctũ, sed per artem illã fiebat ꝙ diabolus in forma alicuius defuncti apparuit. Ideo si in hac apparitione apparuit veraciter Samuel suscitatus, hoc fuit nõ arte pythonica, sed operatione & dispensatione diuina. [& ait mulier ad eũ: Eccè tu nosti quãta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos & hariolos de terra: quare ergo insidiaris aĩæ meę vt occidar? Et iurauit ei Saul in dño, dicẽs: Viuit dñs, qa nõ eueniet tibi quicq̃ mali ꝓpter hãc rẽ.] i. tẽporale suppliciũ ex iussu regis nõ patieris. Meruit tñ illa ęternũ suppliciũ, à quo Saul eã assecurare nequit. [Dixitq; ei mulier: Quẽ suscitabo tibi? Qui ait: Samuelem mihi suscita.] Sicut tãgit Petrus Comestor, ideo in ca. isto repetitur mors Samuelis, vt ostẽdatur Saulis angustia, in qua plurimũ ei fuit necessarius Samuel. Vel vt ostendatur Samuel recenter defunctus, qui erat in proximo suscitãdus. Tradũt quippe nonnulli, neminẽ posse suscitari arte pythonica, nisi recenter mortuũ, & integris adhuc vitalibus. Veruntã huic dicto obijci potest, quia communiter dicitur, quod Samuel mortuus fuit biennio ante Saul. [Cùm aũt vidisset mulier Samuelẽ, exclamauit voce magna,] qm̃ cõturbata fuit, viso tanto ꝓpheta, secundũ vnã opinionẽ, & territa, sciens ipsum Saul adesse, [& dixit ad Saul: Quare imposuisti mihi] istud negocium? q. d. imposturam seu deceptionem fecisti. [Tu es em̃ Saul,] hoc sciuit ex reuelatione suscitati, & secundũ Iosephum, anima Samuelis indicauit hoc mulieri, q̃ ita clamauit, cùm maleficijs suis peractis, suscitatum vidisset. Prætereà fabulantur quidam Hebræi, quod dum mortuus magicè suscitatur ad petitionem eius qui non est rex, primò mouetur & surgit ac apparet à pedibus, dum verò rege sciscitante suscitatur, primò surgit & apparet à capite propter regię reuerẽtiam potestatis. Quidã dicunt, ꝓphetam suscitari nõ posse, nisi rege petẽte. Ideo mulier viso ꝓpheta, cognouit regem adesse. [Dixitq; rex: Noli timere. Quid vidisti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi ascẽdentes de terra.] Secundũ expositores catholicos, ponit̃ hic plurale pro singulari, sicut in Exodo: Isti sunt dij tui Israel, cũ non fuerit nisi idolũ vnum. Propter quod in Esdra leguntur dixisse: Iste est Deus tuus Israel, qui te eduxit ex Aegypto. Itaq; mulier: Vidi, inquit, Deos ascendentes de terra, i. virum diuinũ, surgentẽ & suscitatũ è monumẽto. Hebræi imaginantur, ꝙ Samuel putans se ad diuinũ vocari iudiciũ, deprecatus est Mosen secũ venire ad protestandũ ꝓ se, ꝙ legẽ plenariè adimplesset, quasi nec Moses nec Samuel ignouerint diẽ iudicij esse futurũ in fine mundi post primũ Christi aduentũ, quẽ sciebat tũc nõ dũ venisse. Vel, quasi aĩa Samuelis fuerit tã ignara, quod nescierit in diuino iudicio neminẽ posse testibus adiuuari, cũ omnia supercertissimè summo iudici cõstet. Propter quod sanctus Iob dicit: Si æqtas iudicij q̃ritur, nemo audet pro me testimoniũ dicere. Quod aũt ponat hic plurale pro singulari, elicitur ex hoc, ꝙ Saul singulariter quærit. [Dixitq; ei: Qualis est forma eius? Quę ait: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio] tali, quali adhuc viuens consueuit vestiri. [& intellexit Saul quod Samuel esset.] Hoc nanq; putauit, siue sic fuerit, siue nõ. Itaq;

Actor. 15. Leuit. 19. Deut. 18. Pe. Co. hi. sto. lib. 1. Reg. ca. 24. 1. Reg. 10. Pet. Co. hi. sto lib. 1. Re. ca. 25. Iose. lib. 6. an. iu. c. 14. Exod. 32. Iob 9.

nec ex circunstantia literæ insinuatur oppositum. Idē videtur in Ecclesiastico doceri, quo legitur: Post hæc dormiuit Samuel, & notum fecit regi, & ostendit illi finem suū. Hoc quoq; Iosephus sentit, & omnes Hæbræi, & probatur ex eo, ꝙ ille apparens, tam rigorosè & verè corripuit Saul, & futura secreta ei ꝑdixit. In oppositum argumentatur, qm̄ mulier illa maga nequaꝗ̄ habuit potestatē suscitandi defunctū, nec eius maleficijs aīa sancti Samuelis fuerat oblectata ad apparendum & respondēdū iniquo. Deniq; in Esaia quo legitur, Erit quasi pythonis vox tua, loquitur Glossa, ꝙ mulier pythonissa nō suscitauit Samuelem, sed dæmonē euocauit. De hac materia introducuntur hic multa in Glossa ex verbis Augustini. Itaq; sicut refert Isidorus Simpliciano Mediolanensi episcopo scribens Augustinus: Inquiris, inquit, an spiritus malignus potuit suscitare animā iusti, & tanquam de abditis mortuorum receptaculis reuocare, ita vt videretur & loqueretur cum Saul. Deindè hoc fieri potuisse, ostendit August. subdendo: Nonne magis mirandū est, quod Chr̄m assumpsit diabolus, & posuit supra pinnaculum templi? & si hoc nō perturbat nos, qm̄ Christus permisit hoc spontè: ita etiam non absurdū est credere, ex aliqua dispensatione voluntatis diuinæ permissum fuisse, vt nō inuitus, nec dominante magica arte, sed volēs atq; obtemperans occulte dispensationi Dei, quod pytonissam, Saulēq; latuit, spiritus Samuelis ostenderetur aspectibus regis, diuina eum sententia percussurus. Deinde tangit Augustinus aliū modum dicendi: Quanꝗ̄ in hoc facto poterit esse ali⁹ facilior intellectus, vt nō verè spiritum Samuelis excitatum à requie sua credamus, sed apparuisse aliquod phantasma & imaginariā illusionē, machinationibus diaboli factam, quam scriptura nomine Samuelis appellat: qm̄ solent imagines appellari nominibus rerum quas repræsentant, quemadmodum de imagine dicimus, ille est Cicero: & de pictura, Illa est Roma. Porrò in libro de ciuitate Dei, videtur Augustinus se declinare ad hoc, quod non fuit ibi veraciter aīa Samuelis, & verba illa Augustini diffusè allegantur in decreto. Ait enim: Quidam putant quærendum, quomodò scriptura narret pytonissam suscitasse Samuelem ad colloquium Saulis impijssimi regis, quibus responderi potest, Indignum omninò facinus, si secundum hæc verba historiæ commendetur assensus, i. si Samuel assensit euocationibus pythonissæ: sed hoc est præstigium satanæ, quo confingit se habere in potestate sua etiam iustos, vt plurimos fallat, ꝙ Apostolus ostendit, inter cætera dicens: Ipse satanas se transfigurat in angelum lucis. Vt enim errorē faceret, in quo glorificaretᷓ, in habitu & noīe viri iusti se subornauit. Multa de hac materia scribit August. ibidē, exponēs & ꝓbans, ꝙ diabolus in specie apparuit Samuelis. Prętereà multis hinc indè pēsatis. Lyra dicit, ꝙ si ista positio Augustini, nō est determinatio ecclesiæ, sicut verisimiliter nō est, probabiliùs videatur esse dicendū, quod anima Samuelis virtute diuina & eius dispensatione apparuerit, quatenùs Sauli ꝓpter sua demerita annūciaretur diuina sententia super eum mox futura per Samuelē defunctū: sicut per ipsum viuentē, reprobatio à regno, sibi erat antè denūciata. Nā huic dicto videtᷓ ampliùs concordare scriptura hoc loco & in Ecclesiastico. Huic etiam dicto consonat, quod in libro Numerorum fertur de Balaham, qui dum iret ad quærendum augurium, angelus ꝓhibuit dęmonem apparere & loqui ad Balahā. Posuitq; verbum in ore ipsius, dando ei responsum suæ voluntati cōtrarium. Sic in proposito videtur rationabiliter dici posse, quod dęmon fuit ꝓhibitus ad vocationē pythonissæ venire sicq; pythonissa non suscitauit Samuelē, sed Deus per angelum fecit illum venire. Nec Samuel permisit se adorari à Saul adoratione latriæ, sed duliæ quemadmodum Nathā & Bethsabee Dauid regē adorasse leguntᷓ. Nec anima Samuelis fuit attracta aut delectata maleficijs pythonissæ, sed Deo optemperauit. Nec Samuel dixit Saulē & filios eius secum crastino futuros in pari aut simili statu salutis aut certitudinis gloriæ, sed in eodem statu & loco communi, sicut expositum est. Sed his obijcit R. Paulus, eo quod Augustin. præfato decreto assertiue teneat, non Samuelem, sed dæmonem apparuisse, & non sit alius de doctoribus ecclesiæ approbatus qui oppositum videatur tenere. Ad quod dicendum, ꝙ multi doctores catholici, & aliqui sancti post Augustinum, de hac materia varijs modis loquuti sunt, nec in talibus materijs opinalibus quæ citra certitudinem sunt, nec ab ecclesia determinatę inueniuntur: necesse est sequi vnum quemcunq; doctorem, quanuis sanctū, sicut & ipsemet asserit August. in Epistola contra Vincentiū donatistam. Vndè & Rabanus dicit, vtranq; positionem ꝑtactam rationabiliter posse defendi. Hinc & in schol. narratur hist. Dicitur à quibusdam quod spiritus malignus apparuit in specie Samuelis. Vel phantasticè imago eius ibi apparuit, sicut fit in aqua aut speculo. Alij dicunt, quod Deo permittente, anima eius tātum consimili corpore induta apparuit ibi. Alij, ꝙ corpus eius tantum suscitatū est, spiritu viuifico seu vitali anima in suo loco quiescēte. Hæ opiniones etiam in Glossa tangūtur. Postremò R. Paulus ad saluādā ꝑinductā Ecclesiastici authoritatē dicit, ꝙ corpus Samuelis in sepulchro iacēs cū habitu ꝓprio, in quo fuit sepultū Deo permittente, apparuit Sauli magica arte. Quo circa quærendū esset, an corp⁹ illud fuit extra sepulchrū ad Saulē deductū, vel sola eius imago phantastica, & an sp̄us malus loquebatᷓ p corpus illud. Positio autem quam tangit & sequitur Nicolaus de Lyra, verior esse videtur.

Eccle. 46. Iose. lib. 6. an. iu. c. 14. Esa. 29. Isidorus. Augustin. Matth. 4. Augustin. 2. C[...] 1 Re[...] Ec[...] Nu[...] 2. Reg. 2. R. Paulus. Augustin. Rabanus. Pet. Co. hist. lib. 1. Re. cap. 25. Eccl. 46. R. Paulus.

¶Explanatio cap.29. Congregata sunt &c. Arti. XLVIII.

HIc describit, cur & qualiter Dauid à Philistæis reuersus sit:[Congregata sunt ergo vniuersa agmina Philistijm in Aphec.] Vniuersa q̃ erant sub satrapis,& omnia similiter fuerunt vnũ agmen sub rege in Aphec,quia ad locum illum venerũt de Suna,vbi primò ad tempus manserunt,vt p̃cedenti habetur capitulo [sed & Israel]i.populus Israelitic⁹ cũ Saule,[castrametatus est sup fontem,qui erat in Iezrael,]i,prope vrbem sic nuncupatam,& illuc venerunt à Gelboe.[Et satrapæ quidem Philistijm incedebant in centurijs,]i. in partibus populi sui in centũ diuisis,qbus p̃erant centuriones:[& millibus]quibus millenarij p̃erant.Fuit itaq; populus ille diuisus per centenos atq; millenos.[Dauid aũt & viri ei⁹ erãt in nouissimo agmine cũ Achis]rege Philistinorum,qui ipsum Dauid voluit habere p̃cipuum capitis sui custodẽ [Dixeruntq; principes Philistijm]s.satrapæ[ad Achis:Quid sibi volunt Hebræi isti?]i.cur venerunt nobiscum?[& ait Achis ad principes Philistijm:Nunquid ignoratis Dauid, q fuit seruus Saul regis Israel?]ac si dicat:Mirum si non scitis,q̃ fortis,strenuus ac fidelis vir sit Dauid, qui tanta à Saul est passus,[& est apud me multis diebus vel annis.]i.diu fuit in terra mea,in qua eum benignè tractaui.Circa hoc scribit qdam:Qui dicunt,ꝙ Dauid fuit tm̃ quatuor mensibus ibi,conseq̃nter dicere habẽt,ꝙ Achis dixit plùs de mora ipsius Dauid apud se, q̃ fuit,ad pacificandum principes Philistinorum,sed istud non videtur,cum Achis locutus sit disiunctiue,multis diebus vel annis:certumq; est,ad veritatem disiunctiuæ sufficere alteram partem esse verã.[Et nõ inueni in eo quicq mãli]i.infidelitatis aduersum me, [ex die qua transfugit ad me,vsq; ad diẽ hanc.]Atn̄ suprà dixit Achis de Dauid:Multa mala operatus est contra populum suũ.[Irati sunt aũt aduersus eum principes Philistjm,]qm̃ iudicabant regem suum incautè egisse cõfidendo in Dauid,[& dixerunt:Reuertat̃ vir,& sedeat in loco suo, in quo constituisti eum,& nõ descẽdat nobiscum in p̃lium,ne fiat nobis aduersarius cum p̃liari cœperimus.Quomodo aliter poterit placare dñm suum,nisi in capitibus nostris?]i.nos percutiẽdo, nostraq; capita amputando,sicut fecit Goliæ.Istud,secundum humanam cõiecturam,fuit ꝓbabiliter dictum,sed vt ait Chrysostomus super Matthæũ.Implacabilis est ira regum, quam concipiunt contra eos,à quibus timent regno priuari.Vndè & anteà sæpè percusserat Dauid Philistæos,sicut p̃habitum est,nec tñ per hoc placauit Saulẽ.[Nonne iste est Dauid, cui cantabãt]mulieres[in choris,]sicut expositum est suprà.[dicentes:]Percussit in millibus suis Saul & Dauid in decẽ millib⁹ suis?]Sensus huius verbi innotescit ex eo,ꝙ supra cecinisse legunẽ: Percussit Saul mille,& Dauid decẽ millia.Itaq; sensus est:Percussit in milib⁹ suis Saul,i.ipse Saul occidit mille Philistæos,q dicuntur millia Saul,i.millia ab eo percussa, in qbus verbis sumitur plurale ꝓ singulari.Sic quoq; Dauid percussit in decẽ millibus suis,i.decẽ millia. [Vocauit ergo Achis]rex ipsum[Dauid,& ait ei:Viuit dñs,quia rectus es tu]i.iustus[& bonus in cõspectu meo,& exitus tuus & introitus tuus mecum est in castris.]Istum modum iurãdi videtur Achis didicisse à Dauid,nisi forte per dñm intellexerit deum suum,vtpotè Dagon, [& non inueni in te quicq̃ mali ex die qua venisti ad me:vsq; in diem hãc:sed satrapis nõ places.] sic frequẽter contingit in domibus principum,ꝙ aliqui boni & strenui,principibusq; placentes,aliorum per hoc displicentiam odiumq; incurrunt,à quibus & mendaciter accusantur,sicut in libro Hester plenius cõtinetur de impijs,qui aures principum simplices callidis fraude decipiunt:& eos qui credita sibi officia fideliter exequuntur,mendaciorum cuniculis conantur subuertere.[Reuertere ergo & vade in pace,& non offendas oculos satraparũ Philistijm. Dixitq; Dauid ad Achis:Quid em̃]infidelitatis[feci?]aut quid culpæ[inuenisti in me seruo tuo à die qua fui in conspectu tuo vsq; in diem hanc,vt nõ veniã]tecum ad bellum,[& pugnẽ cõtra inimicos dñi mei regis?]Si Dauid dixit hoc non ironicè,sed seriosè,& per dñm suum, intellexit ipsum Achis,non Saulem videtur habuisse propositum præliandi contra Hebræos, quod tñ non videtur dicendnm,ꝓut in expositione præcedentis capituli est inductum, præsertim cùm infra in exordio libri secundi legatur, intantum defleuisse interfectionem Saul & filij eius,ac populi Israel.Ideo forsan ironicè dixit hæc.[Respondens autem Achis, locutus est ad Dauid:Scio quia bonus es tu in oculis meis,sicut angelus Dei,]hoc est,instar angeli,excellentijs es bonitatis & virtuositatis iudicio meo,tanquam vir heroicus & perfectus. Sed vndè sciuit alienigena iste loqui de angelis?forsan ex conuersatione & collotione cum Dauid alijsve Hebræis.[sed principes Philistinorum dixerunt:Non ascendet nobiscum in prælium Igitur consurge manè tu & serui domini tui,qui venerunt tecum.] Nam serui qui erant cum Dauid,fuerunt serui Saulis de iure communi, quia erant de populo eius. [Et cùm de nocte surrexeritis,pergite.Surrexit itaq; de nocte Dauid,ipse & viri eius,vt proficiscerentur manè, & reuerterentur ad terram Philistijm.Philistijm autem ascenderunt in Iezrael.]

1 Reg.24.
Ibidem
1.Reg.27.
1.Reg.17.
Chrysost.
1 Re.17.18.
1.Reg.18.
Ibidem
Hester 16.
1 Reg.28.
2.Reg.1.

¶Declaratio cap.30. Cumq; venisset Dauid,& viri eius in Siceleg &c. Art. XLIX.

MAgna aduersitas & mira ꝓsperitas sancti Dauid ac suorũ,hic describũtur.[Cũq; venissent Dauid & viri eius in Siceleg]q̃ tñ iam fuit cõbusta,[die tertia,Amalechitæ[q eua-

ferāt manus Saul,& quorum maximā parté occiderat,vt supra habet,[impetū fecerāt ex parte Australi in Siceleg,]Cognito eñ recessu Dauid & suorum ab vrbe illa eā subitò inuaserunt à parte ꝑsertim meridionali,ad quā cómorabantur. Oderāt etenim ipsū Dauid & suos, quia erāt Hebræi,à quib⁹ erāt vastati:& etiā quia Dauid freqnter eos vastauerat,vt supra continet. [& pcusserant Siceleg,& succenderant eā igni. Et captiuas duxerūt mulieres ex ea à minimo vsq; ad maximum,& non interfecerunt quenq̃,sed secum duxerant,& pergebant itinere suo. Dum ergo venisset Dauid & viri eius ad ciuitatem,& inuenissent eam succensam igni,]q̃ eis contulit Achis ad immorandū,[& vxores suas & filios & filias ductas esse captiuas.]Quanuis enim Dauid occiderat etiā mulieres Amalechitarum, illi tñ Deo sic ordināte, nō occiderunt vxores ipsi⁹ Dauid & virorum suorum. Nec hoc ex pietate omisisse vidētur,sed vel ex libidine,vt earū fruerētur cócubitu: vel ex cupiditate, quatenus venderent eas earūve filios aut filias.[leuauerunt Dauid & populus q cum eo erat,voces suas:]quia ex intuitu imꝑuisæ & magnæ aduersitatis subito eruperunt in gemitum & singultum,imò & in clamoré. [& planxerunt donec deficerent in eis lachrimæ.]i.quā diu lachrymarū humorem ꝓducere potuerunt, maxime qm̄ putauerunt maiora accidisse aduersa,q̃ acciderūt. Nam vxores suas,filiosq; & filias suspicabantur esse occisas.[Siquidem & duæ vxores Dauid,captiuæ ductæ fuerant, Achinoē Iezraelitis,& Abigail vxor Nabal Carmeli. Et contristatus est Dauid valde.[nō solùm ꝓpter propriā aduersitaté,sed & ꝓpter aduersitates suorum,qbus tantæ calamitatis fuit occasio. Nā propter eum ꝑ magna parte erāt de terra Israel pulsi, vel cófugerunt ad eum.[Volebat enim eum populus lapidare,]eo ꝙ fuerit eis tantæ aduersitatis occasio,& qa eius negligētia factam reputabāt vrbis deuastationé & captiuationé suarum,qa non reliqrat aliquos viros ad vrbis custodiā. Hinc subditur:[qa amara erat aīa vniuscuiusq; viri sup filijs suis ac filiab⁹]i. vniuersi viri tunc ibi existētes cū Dauid,amaritudine doloris & tristitiæ,iræ & impatiētiæ erāt repleti de captiuatione & abductione,vel(vt ipsi suspicabātur)interfectióe filiorū suorū ac filiarū [Cófortatus est aūt Dauid in dño Deo suo.]spé assumēdo in ipso,[& ait ad Abiathar sacerdoté filiū Achimelech: Applica ad me]i.ꝓpter me seu ꝑ me,[ephod.]i.vesté illā sacerdotalé,eā induēdo,quatenùs in ea cósulas dñm ꝑ me.[Et applicuit Abiathar ephod ad Dauid. Et cósuluit Dauid dñm]p Abiathar,[dicēs]per illūs[Persequar latrunculos hos, & cópræhendā eos, an nō?Dixitq; ei dñs:Perseqre]eos,[absq; dubio eñ cópræhēdes eos[ad occidēdū,[& excuties pdā,]i.hoīes & iuméta quos abduxerunt,vi armorū recuperabis. Itaq; vidés pius & iust⁹ dñs electum suū Dauid in tātis tribulationibus atq; angustijs positū,celeriter ei respondit,có solatoriūq; donauit responsum. Ex his sumitur argumētū,ꝙ princeps non debeat bellum mouere dño inconsulto,ipsum rogādo,vt p se aut p suum vicarium digneť sibi ostēdere,an debeat pugnā mouere:& tunc dñs ei inspirabit,seu vicarius Dei exponet, an iustā habeat causā, q̃ si habuerit,potest pugnare,si vicarius aut alij non q̃unt componere. Si verò iniusta sit ei⁹ causa,ꝓcipiet dñs p suum vicariū,vt non moueat ꝓlium.[Abijt ergo Dauid ipse,& sexcenti viri q erant cū eo,& venerūt vsq; ad torrenté Besor,& lassi qdé substiterunt. Persecut⁹ est aūt Dauid ipse & quadringēti viri cū eo. Substiterāt eñ ducēti,qui lassi,trāsire non poterant torrentem Besor. Et inuenerūt virum Aegyptium in agro,& adduxerunt eum ad Dauid. Dederuntq; ei pané,vt comederet & biberet aquā:sed & fragmé massæ carycarum, & duas ligaturas vuæ passæ. Qui cū comedisset,reuersus est spūs eius,& refocillatus est. Non eñ comederat panē neq; biberat aquam tribus diebus & tribus noctib⁹. Dixit ei itaq; Dauid: Cuius es tu?]i.ad qué ptines?]vel vndè es natus,seu de qua regione?[aut quo pgis?]i.pgere cupis. Veruntñ hæc tertia q̃stio,vt fert,non est in Hebræo,nec mouetur à Iosepho. [Qui ait: Puer Aegyptius ego sum, seru⁹ viri Amalechitæ. Dereliqt aūt me dñs meus,quia ægrotare cœpi nudiustertius. Siqdem nos erupimus ad australé plagā Cerethi,& cótra Iudā & ad meridié Caleb,& Siceleg succēdimus igni. Dixitq; ei Dauid:Potes me ducere ad cuneum istū?Qui ait:Iura mihi per Deū ꝙ nō occides me,& nō tradas me in manus dñi mei,& ego ducā te ad cuneum istū. Et iurauit ei Dauid: Qui cum duxisset eum,eccè illi discūbebant sup facié vniuersæ terræ comedētes & bibētes,& quasi festū celebrātes dié ꝓ cuncta ꝑda & spolijs,q̃ ceperāt de terra Philistijm & de terra Iuda. Et pcussit eos Dauid & viri ei⁹,à vespera vsq; ad vesperā alteri⁹ diei.] Ex quo constat ꝙ victoria Dauid sup tot hoīs,fuit valde miraculosa,præsertim qm̄ nullus de viris Dauid in illo corruerat bello. [& non euasit ex eis quisq̃,nisi tantum 40. viri adolescētes, qui ascēderāt camelos,& fugerāt.[Ex quo rurs⁹ cóstat,ꝙ valdè multi fuerunt occisi,quorū cóparatióe 40. viri reputātur perpauci.[Eruit ergo Dauid oīa q̃ tulerāt Amalechitę,& duas vxores suas eruit Nec defuit quisq̃ à paruo vsq; ad magnum,tā de filijs q̃ de filiabus & de spolijs & q̃cunq; rapuerāt,reduxit Dauid oīa,& tulit vniuersos greges & arméta,& minauit ante faciē suā. Dixerūtq́ue viri & socij Dauid:[Hæc est ꝑda Dauid.]quasi dicāt,tam ꝓclarā, copiosamq; ꝑdā decuit ipsū Dauid diuina virtute acquirere.[Venit aūt Dauid ad ducentos viros qui lassi substiterant,nec sequi poterant Dauid,& residere eos iusserat in torrēte.]i.iuxta torrēté[Besor. Qui

egressi

1.Reg.15.
1.Reg.27.
1.Reg.28.
Iosē. lib. 6. an.iu.c.14.

egressi sunt obuiam Dauid,& populo q erat cū eo,accedēs aūt Dauid ad populū,]i.ad viros ducentos q remanserunt ad sarcinas,[salutauit eos pacificè.Respondensq; omnis vir pessim⁹ & iniquus de viris q erant cum Dauid]ex hoc elicitur,ꝙ aliqui vitiosi fuerunt inter viros Dauid.Et item,quod viri Dauid cōtulerunt in via de ꝑdæ diuisione,tuncq; omnis vir pessimus, i.valdè malus,quo ad Deum,& iniquus,quo ad proximos,[dixit,qa nō venerunt nobiscum] in bellum isti ducenti,[non dabimus eis quicq̄ de præda quā eruimus, sed sufficiat vnicuiq; vxor sua,& filij,quos cùm acceperint,recedāt.Dixit autem Dauid:Nō sic facietis fratres mei, de his q̄ tradidit nobis dn̄s & custodiuit nos,& dedit latrunculos qui eruperāt aduersum nos in man⁹ nostras,nec audiet vos quisq̄ super sermone hoc.]Eccè quam mansuetè & humiliter sanctus Dauid respōdit auaris & immisericordib⁹ illis.[Aequa em̄ pars erit descēdentis ad ꝑlium,& remanentis ad sarcinas,]i.vasa & onera custodienda,[& similiter diuidēt.] qa & ipsis potest in tali occupatione periculū imminere,& quasi pugnent cū his,quos reddūt expeditos ad pugnā,dum eorū custodiūnt sarcinas.[Et factum est hoc ex die illa & deinceps cōstitutum & ꝑfinitū]i.statutum seu firmum decretum [& quasi lex in Israel,]i.Israelitica plebe,[vsq; in diē hanc.]sicq; quasi,dixit hic veritatē,nō similitudinē tantùm.Lex est em̄ idem quod præceꝑtum.¶Deniq; vt qdā scribit,Dauid in facto hoc cōformauit se Abrahæ patriarchæ,q similiter fecit socijs ad sarcinas remanentibus,qn̄ quatuor reges debellauit,vt dictū fuit in Genesi.

Gene.14. Quo circa pensandū,ꝙ in Genesi nō legunt̄ aliq ex adiutoribus aut vernaculis Abrahæ ad sarcinas remansisse,sed poti⁹ secū in ꝑliū oēs venisse.Et insuper fert̄ ibidem,ꝙ Abraham noluit aliquē reseruare de substantia regis Sodomorū,exceptis his q̄ comederūt iuuenes,q erant sui vernaculi & secum cōgressi,partibusq; virorū q venerunt secū.Erāt quoq; quinq; reges quos debellauit,& ibi asserit glossa,quod militib⁹ debita dedit stipēdia.[Venit ergo Dauid in Siceleg,& misit dona de ꝑda senioribus Iuda & ꝓximis suis,dicēs:Accipite bn̄dictionē]i.gratiosā collationē[de ꝑda hostiū dn̄i]i.de spolijs q̄ iure gladij abstulimus idololatris Amalechitis aduersarijs veri Dei.[His q erāt in Bethel,& ꝙ in Ramoth ad meridiē,& q in Iathir,& qui in Aroer,& q in Siphamot,& qui in Esthamoa,& qui in Rachal,& qui in vrbib⁹ Ierameel,& qui in vrbibus Ceni,& q in Horma,& qui in lacu*Asoam,& qui in Atach,& qui in Hebron,& reliquis qui erāt in his locis,in quib⁹ cōmoratus fuerat Dauid,& viri ei⁹.]Dicunt aliqui,quod ideo misit dona suis cognatis,vt amicitiā cū eis contraheret,& suo tempore facerent eū regē. Potiùs tn̄ puto,quod ideo,qm̄ Amalechitæ præfati magnā partem quasi abstulerunt de terra & sorte Iudæ,vt in textu habet̄.Nec videtur,quod Dauid per munuscula aspirauit ad regnum.

*Asan

¶De spirituali huius capituli tricesimi sensu. Arti.L.

PEr Dauid & viros eius,iuxta ꝑhabita,intelliguntur Chr̄s & eius vicarij:per Siceleg verò, ecclesia:per Amalechitas quoq;,inuisibiles seu visibiles hostes iustorū.Amalechitæ nāq; populus lābens interꝑtantur.Impij aūt,cupiendo terrena,& in vitiorū operibus delectando, quasi lābūt hęc infima.Quēadmodùm ergo Dauid & viris eius absentibus.Amalechitæ impetū fecerunt in Siceleg,eamq; succēderunt:sic Christo populū suum iustè relinquēte ad tēpus, aut dispensatiuè recedente ab illo,seu vicarijs eius absentibus,hostes iustorum vastant ecclesiam,aīas vincunt,vitiorumq; igne inflāmāt bonorū ꝑcordia,vel etiam corporaliter demoliuntur loca fideliū,& ipsos occidūt seu capiunt:quib⁹ visis,Christus compatitur suis,& eius vicarij deflent subditorū dispendia,ac persecutores tam impios insequuntur,dum deceptis & victis succurrunt,& eos ad viam reducunt salutis,sicq; excutiunt ꝑdam. Quemadmodum demū viri Dauid præ mœrore & dolore voluerunt eum lapidare,sic virtuosi ꝑlati de sibi cōmissorum aduersitatibus & peccatis intimè desolati,Chr̄m quasi lapidare velle vident̄,dum pijs quibusdā querelis cōqueruntur in ipsius ꝑsentia,cur sic suum reliq̄rit populū,voluntatiq; impiorū suā exposuerit portionē.¶Porrò per duas mulieres Dauid,intelligunt̄ seculares & spiritales fideles,seu actiui & cōtēplatiui.Per mulieres verò virorū Dauid,designant̄ congregationes fideliū cōmissæ ꝑlatis.Per filios aūt & filias,animæ magis seu minùs perfectę.Consulit etiam dn̄s suis vicarijs,vt animarū latrunculos insequant̄,conando indesinenter ꝓ errantium cōuersione:quod si fecerit,auxiliante dn̄o,ꝑualebunt.At verò per puerū Aegyptium ægrotātem,à dn̄o suo derelictum,intelligitur quicunq; secularis aduersitatibus pressus,& ꝓpter sua aduersa à mundi amatoribus spretus,infideliterq; desertus,quem saluator misericorditer intuetur,cōsolatur,ac reficit,& suum efficit ducē,dum salutari edoctū scientia virtutibusq; nutritum,præficit ouibus suis,& per eum animarum seductores prosternit. Talis puer postulat sibi iurari,ꝙ non tradet̄ ampliùs in man⁹ dn̄i sui,qa cōuers⁹ & illuminatus deprecat̄ altissimū ne decætero ad priora sinat̄ corruere mala,cui dn̄s misericorditer spondet,quod quantùm in se est,ipsū nō deseret.¶Prætereà,per ꝑdam Dauid,q̄ Amalechitis percussis,ante se duxit,designatur electorū pluralitas,quā,deuictis dæmonibus,de limbo Christus eduxit,& in ascensione vexit ad cęlos:imò & vniuersitas iustorum,quos in fine mundi,peracto extremo iudicio reꝓbisq; damnatis,ad alta perducet polorum.¶Postremò,ꝑ hoc quòd Dauid misit dona suis

cogna-

cognatis de pda q̃ idololatris abstulit, hoc potest significari, quòd dñs & saluator, quamuis sit causa pcipua omnis boni meritorij hominum electorum, non tñ sibi soli ascribit bona illorũ, sed apostolis quoq; cæterisq; electis doctoribus ac prælatis, p quorum orationes, doctrinas, præsidentiam & exempla ędificati fuerunt & ꝓfecerunt, atq; salutẽ sunt cõsecuti, quorum sal⁹ & gloria communicantur & redundãt in illos. Hinc ad Thessalon. scribit Apostolus: Quę est enim spes nostra & gaudiũ aut corona gloriæ? nonne vos ante dñm nostrũ Iesum Chrm in aduẽtu ei⁹? 1. Thess. 2.

¶Expositio ca. 31. Philistijm autem pugnabant aduersum Israel. Art. LI.

HIc mors Saulis describitur. [Philistijm aũt pugnabãt aduersum Israel. Et fugerunt viri Israel] q̃bus ꝓpter eorũ peccata De⁹ tunc subtraxit suũ auxilium, & p idololatras illos puniuit plebis suæ peccata, q̃ sub impio rege erãt multiplicata. [ante faciem Philistijm. Et ceciderũt interfecti in monte Gelboe.] Nã & de pristinis victorijs, sibi à Deo clemẽter cõtra Philistęos cõcessis, facti erãt ingrati. [Irrueruntq; Philistijm in Saul & in filios eius, & percusserũt Ionathan & Aminadab & Melchisua, filios Saul, totũq; pōd⁹] i. rigor, vigor seu acerbitas [prælij versum est in Saul] quia nõ solũ in eius psonã, sed in filios quoq; ipsius & seruos atq; domesticos, quia specialiter secũ erant culpabiles, Ionatha tñ excepto, qui q̃uis fuerit iustus, ab impijs tñ occidi pmissus est in suorum purgationẽ quotidianorum peccaminũ, & ꝓ felicitatis suæ augmẽto. [Et consequuti sunt eũ] Saul [viri sagittarij, & vulneratus est vehementer à sagittarijs. Dixitq; Saul ad armigerũ suum:] quẽ (vt refert Hierony.) dicũt Hebræi fuisse Doeg Idumęũ, quẽ etiã fuerunt fuisse sociũ Saul, dũ iuit q̃rere asinas: [Euagina gladiũ tuũ, & pcute me, ne forte veniant incircuncisi isti, & interficiãt me] morte opꝓbriosa, [illudẽtes mihi] anteq̃ me occidãt. Talẽ aũt illusionẽ ignominiosam, magis abhorrẽt magnates & animosi, q̃ ipsam mortẽ. Sic etẽm subdi hostiũ volũtati, grauissimũ eis est. [Et noluit armiger eius.] cuius subiungitur ratio: [Fuerat enim nimio terrore pterritus:] nõ solũ ex cõsideratione mortis sibi iã imminentis, sed etiã q̃m Sauli superuiuere verebatur, ne in man⁹ Dauid corrueret. Iteq, ex cõsideratione regię dignitatis ipsius Saul, abhorrebat in eũ extendere manũ. [Arripuit itaq; Saul gladiũ suũ, & irruit sup eum.] & vt in scholast. fertur hist. intm̃ defecerat viribus, ꝙ se transuerberare nequiuit. Siquidem à sagittarijs fuit grauiter vulneratus [Quod cum vidisset armiger eius, videlicet ꝙ mortuus esset Saul, irruit etiã ipse sup gladium suum, & mortuus est cum eo.] qa (vt ait Glossa) noluit subesse Dauid, quẽ nouerat regnaturũ, cuius gloriæ inuidebat, timuitq; malè tractari ab illo, sicut ꝓmeruit. [Mortuus est ergo Saul & tres filij eius.] Nam quartus, videlicet Isboseth, domi remãsit, qa nec bellicosus erat, neq; magnanim⁹. [& armiger illi⁹, & vniuersi viri eius in die illa] i. cuncti domestici Saul secũ tunc existentes pariter. [Vidẽtes aũt viri Israel qui erãt trans Iordanẽ & trãs vallẽ,] q̃ erat circa Iordanẽ cãpestris & grandis. Vndè & in 1. lib. Paral. legitur: Cum audissent filij Israel qui habitabãt in cãpestribus & trans Iordanẽ, vtpotẽ tribus Ruben & Gad, [ꝙ fuissent viri Israelitæ, & ꝙ mortuus esset Saul & tres filij ei⁹, reliq̃runt ciuitates suas, & fugerunt:] q̃m terra eorum fuit ꝓpinquior Philistæis, ideo timuerũt primò vastari ab ipsis. [Veneruntq; Philistijm, & habitauerũt ibi. Facta aũt die altera, venerũt Philistijm, vt expoliarẽt interfectos. Et inuenerunt Saul & tres filios eius iacẽtes in mõte Gelboe Et p̃ciderũt caput Saul, & expoliauerunt eum armis:] vt & mortuo cõtumelias irrogarẽt, & suum ostentarẽt triumphum, [& miserunt in terrã Philistinorum p circumitum] caput abcisum, imò & capita filiorũ eius, vt magister in historijs dicit, [vt annunciaretur in tẽplo] vel in tẽplis [idolorum & in populi] ad idolorum honorẽ q̃bus tantã ascripserunt victoriã, & vt populi dijs suis regratiarentur. [Et posuerunt arma eius in tẽplo Astaroth,] cui arma illa consecrasse creduntur, quẽadmodũ Dauid arma Goliath vero Deo. [Corp⁹ verò eius suspenderunt in muro Bethsan,] q̃ erat ciuitas Philistinorũ in confinio seu terminis Israel. Hinc in muro vrbis illius, quasi in conspectu Hebræorũ, in contẽptũ ipsorum, suspenderũt corp⁹ Saul & filiorũ suorum cadauera, vt infrà innuitur. Veruñtñ Glossa sup Paral. ait, Hebræi tradunt Bethsan vocari domũ Dagõ, q̃ interptatur dom⁹ dormiẽtis, ibiq; caput Saul esse suspẽsum. Alia est enim Bethsan in lib. Iosuę & Iudicum, q̃ interpretatur domus securitatis. Caput verò Saul posuerunt in tẽplo Dagõ, vt in 1. lib. Par. scribitur. [Quod cum audissent habitatores Iabes Galaad,] i. vrbis sic nominatæ in terrã Galaad trans Iordanem, [q̃cunq; fecerant Philistijm Saul, surrexerunt oẽs viri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt] i. abstulerunt [cadauer Saul & cadauera filiorũ eius de muro Bethsan. Veneruntq; viri Iabes Galaad, & combusserunt ea igni,] aromata & quæq; aromatica super ea incendendo ac cõburendo pro reuerentia speciali, prout olim fuit moris in celebrioribus sepulturis, quẽadmodum etiam cadaueri Asa regis, 2. lib. Paral. legit factum. [tulerũtq; & ossa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes] tanquam in loco vmbroso & pulchro arboribus consito, sicut in Genesi recitatur Delbora sub quercu sepulta. [& ieiunauerunt septem diebus] in signum mœroris & luctus, & pro defunctorum spiritibus. Itaq; viri isti suam fidelitatem & gratitudinem, imò & charitatem audacter monstrauerunt in Saul & filios eius, quorum ignominiam ferre non potuerunt, & tãtis se exposuerunt periculis, q̃ñ primò

Hierony.
1. Reg. 9.
Pet. Com. histo. lib. 1. Reg. ca. 27.
1. Para. 10.
Pe. Co. hi. lib. 1. Regum c. 27.
1. Reg. 17.
1. Para. 10.
Iosu. 17. & Iudicum 1.
1. Para. 10.
2 Pa. 16.
Gen. 35.

1. Reg. 11. mo adiuti & liberati fuerunt per Saul à rege Ammonitarum, vt suprà narratum est. ¶Prætereà, de expositione huius capituli multa habentur in expositione 10. capituli, 1. Parali. libri, atq; ex dictis ibidem patet solutio ad quæsitum, quo queritur: An Saul virtuose se interfecit, an vitiose, & quid de eius saluatione videatur tenendum, de qua tñ materia nunc pleniꝰ est agendum ¶Quo circa Nicolaus de Lyra refert Hebræorum positioné, dicentiũ, ꝙ Saul audita senté̃tia Dei per Samuelem, acceptauit eandem, atq; pœnituit, & festinauit ad morté, paratus mori ꝓ populi sui defensione & bono communi. Et q̃uis antea tã solicitus fuerit pro Ionathę filij sui promotione ad regnum, tunc tñ contentus fuit quod moreref̃ secũ in ꝓlio. Propter quod nec eum admonuit de recessu. Huic Hebræorum positioni R. Paulus multipliciter contradicit & obijcit: Primò, quod ratio Hebręorum Saulé saluãtiũ, magis sit in cótrarium, q̃a non solũ ꝓhibetur in lege Pythones consulere, sed etiã credere verbis eorum: ergo & Saul peccauit, credẽdo responsioni apparentis sibi, & eius sñiam acceptando. Verũ obiectio ista non est valida cótra Hebręos, qm̃ dicunt Samuelem verè apparuisse nec Rab. Paulus sufficienter hoc reprobat ꝓut in expositione superiorũ est inductũ. Nihilominùs arguit in hoc loco, dato, quod Samuel in propria apparuisset ꝑsona, adhuc Saul peccauit credẽdo verbis illius. Qui em̃ dicũt Samuelem verè suscitatum fuisse, affirmãt hoc factum ex dispositione diuina, q̃ Pythonissam latuit ac Saulé: ergo Saul nó credidit ipsum esse veraciter Samuelem, sed spm̃ malignum. Istud argumentũ ex incósideratione ꝓcedit. Quanuis em̃ diuina dispositio, i. ratio propter q̃ Deus disposuit ipsum Samuelé suscitari ac apparere, Saulé ac Pythonissam latuerit, nó tñ consequtur, ꝙ latebat eos, illum q apparuit, existere Samuelem. Latét nanq; diuina mysteria. ¶Insup dicit; ꝙ rõnabilius posit pręsumi, ꝙ Saul iuit ad pręliũ, credens sñiam sibi prolatam, nó esse diuinam, sed diabolicam magis illusioné. Sed hoc videtur euidenter cõtrarium textui, in quo fertur, quod verbis Samuelis auditis, ipse Saul statim cecidit porrectꝰ in terrã. Extimuerat enim verba Samuelis, & turbatꝰ erat valde. Deinde R. Paulus reprobat solutioné dicẽtiũ, quod seipsũ occidere intuitu diuini honoris, ne s. vituperium exerceatur in proprio corpore redundans in Dei iniuriã, nó sit illicitũ. Nã ludibria & opprobria propter Deũ sustinere, est tãto plùs ad Dei honoré, quãto illa sunt magis ignominiosa atq; acerba, vt in martyribꝰ innotescit. Et rursꝰ: Si Saul hoc modo excusaretur à culpa, in hoc quod pemit setpsum, simili mõ Amalechites sine pctõ eũ interfecisset, cuius oppositũ S. Dauid indicauit, vt seq̃nti habetur lib. Dicit quoq; R. Paulus, quod determinatio doctorũ sacræ scripturę, dicentiũ Saulé esse damnatũ, tm̃ sufficere debet, ac si ab ecclesia determinaretur: quod non est sapiẽtialiter dictũ, qm̃ ecclesia in suis diffinitionibus dirigitur infallibiliter à spũ sctõ, nó aũt doctores seorsum. Veruntamé de Saulis saluatione seu damnatione nil assero, nec temere iudico: sed ei cuius iudicia sunt abyssus multa, cómitto. Potiùs tñ opinor, ꝙ sit dãnatus, q̃a scripturæ canonicę q̃ in 1. lib. Par. continetur, id magis cósonum reputatur. Et sancti patres Hieron. August. Bernardus hoc contestantur. ¶Iuxta mysticos intellectus per Saul & filios eius, intelliguntur ꝓlati & eorum coadiutores, qui à Philistæis, i. dæmonibus multipliciter impugnantur ac superantur. [Totumq; pondus ꝓlij in Saul conuertitur] qm̃ feruor & difficultas tentationũ grauiùs irruit in eos qui præsunt, quorũ deiectioni ꝑsertim intenti sunt spũs vitiosi. Rursus per destructioné ꝓ̃sidentiæ Saul à Philistęis, & translationé eius ad Dauid, figurata videtur destructio regni Iudæorum per Romanos, & translatio regni illius in Chr̃m, in quo solo perpetuatur, quemadmodum Gabriel virgini Deiferæ ꝓnunciauit: Dabit ei (inquiens) dñs Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius non erit finis. Quẽadmodũ etiã Saul à sagittarijs Philistinorũ grauiter vulneratꝰ, petijt à proprio occidi armigero: sic obstinati principes Iudæorum, authoritatibus & rationibus Gentiũ, ꝑsertim cóuersarũ deuicti, maluerunt doctorũ suorũ, puta scribarum & pharisæorum falsis expositionibus persuasionibusq; seduci, q̃ à Gentibus informari. Et sicut Saul occidit se gladio suo, sic multi illorum à Romanis vastati, se peremerunt. ¶Prætereà loquitur glossa: Gladio suo, quo Saul Amalechitis contra Dei pręceptum pepercit meritò seipsum occidit. Sic qui potestate pro communi vtilitate accepta, non vtitur siue abutitur, suo se confudit gladio. Et quo ab hoste defendi debuerat, hostem iuuat. ¶Porrò, per armigerum Saul, designati sunt Iudæorum doctores, qui testimonijs legis ac prophetarum contra Chr̃i fideles se armauerunt, sed propria peremerunt se armatura, occidentem scripturarum literam superficialiter assequendo, viuificantemq; spiritum refutando: quibus peractis, cæteri Iudæi huc illucq; per mundum dispersi sunt, & terrã promissionis cóuersi ad Chr̃m Gentiles multo tẽpore inhabitauerũt. ¶Postremò, Gentiles spoliauerunt Saul & filios eius armis, & caput eius amputauerunt, dum scripturas & regnũ & sacerdotium Iudæorum ad Chr̃i transtulerũt ecclesiã. Et sicut viri Iabes corpora Saul & filiorũ eius honorabiliter sepelierunt, sic vsq; in pręsens infideles Iudæi extollunt magnificè, eos q Christum & eius discipulos sunt persecuti, quos in reprobum sensum tradidit dñs, qui est super oĩa Deus sublimis & benedictus, Amen.

Marginalia: R. Paulus; Leu. 19. 20; Exodi 22.; Deute. 18.; 1 Reg. 28.; 1. Reg. 28.; R. Paulus; 2. Reg. 1.; R. Paulus; Psal. 35.; 1. Paral. 10.; Hierony.; Augustinꝰ; Bernardus; 2. Corin. 3.; Roman. 1.

Enarrationum D. Dionysij Carthusiani in Primum Librum Regum, Finis.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN SECVNDVM LIBRVM SAMVELIS,

quem nos secundum Regum vocamus, Enarratio.

In hoc agitur de regimine populi Israel per Regem Dauid, & de gestis per ipsum.

PROOEMIVM.



Ompleto primo Regum volumine, in quo actum est de regno & præsidentia Saulis, nunc in secundo hoc Regum libro tractatur de principatu atq; regimine Dauid, cuius virtuositas in primo istius libri monstratur capitulo, sicut patebit. Porrò quidam circa exordium expositionis huius libri affirmat: Postquam in primo libro actum est de regno per electionem, hic consequenter agitur de regno per successionē, quia Isboseth successit Sauli, licet tempore breui, & Salomon regi Dauid. Cui dicto obijci potest, quod in toto isto secundo Regum volumine nulla est mentio de præsidentia Salomonis, nisi inquantum prænunciatur in libro isto: quemadmodum etiam primo libro prænunciata sunt per Samuelem principatus & præsidentia regis Dauid. Successio quoque Isboseth fuit vsurpata, non legitima: quantum Deus iam determinauit atque prædixit, regnum esse transferendum à Saul ad Dauid. Aptius igitur dici potest quod postquam in primo libro tractatum est de regno Saul reprobati, hic agitur de regno Dauid electi. Nempè (vt super Ioannem asserit Augustinus) Saul fuit vnctus in regem, non vt principatus in domo & posteritate sua maneret, sed vt transferretur ad Dauid de stirpe Iuda: quia & tribui Iuda ex diuina præordinatione & prophetica prænunciatione debebatur regni primatus, quemadmodum Iacob patriarcha prædixit: Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est.

2.Reg.2. 2.Reg 7. 1.Re.13. 15. Augustin. Genes. 49.

¶EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI PRIMI.

Factum est autem, postquam mortuus est Saul. Art. I.

Ontinuando historiam libri isti⁹, ad ea quæ in fine ꝑcedentis libri descripta sunt, dicitur: [Factum est aūt postquam mortuus est Saul] i. interfectus à Philistæis, vel potiùs à seipso, prout in præcedenti libro est inductum, [vt Dauid] cum suo exercitu [reuerteretur à cæde Amalech] i. interfectione Amalechitarum, quos grandi plaga occidit, sicut in primo libro est recitatum. [& maneret duos dies in Siceleg] vrbe sic dicta, sibi à rege Achis concessa, iam tamen ab Amalechitis combusta, vt in præallegato primo libro patuit. [In die autem tertia] à reditu Dauid, [apparuit] non similitudinariè, sed existentialiter, [homo veniens de castris] i. tentorijs seu turbis ipsius [Saul,] cuius seruus fuerat homo iste, [veste conscissa, & puluere aspersus caput:] quia in signum doloris sciderat vestem suam, & puluerem superiecerat capiti suo, vt moris fuit Iudæis facere in magnis aduersitatibus, ad quorum legem fuit conuersus, & etiam apud quosdam gentiles fuit huiusmodi consuetudo. Vndè in libro Iob legitur de eius amicis, quod viso Iob à longè vulnerato vlcere pessimo, exclamantes plorauerunt, scissisq; vestibus, sparserunt puluerem super caput suum. [Et vt venit ad Dauid, cecidit super faciem suam,] i. in terram prostrauit se, ita quod facies sua attigit terram. [& adorauit] ipsum Dauid adoratione duliæ, tanquam excellentē personā, & tanquam mox regem futurum, cuius gratiam obtinere desiderauit, ita se humiliando, ac alijs modis, sicut patebit. [Et dixit ad eum Dauid.] qui valdè solicitus fuit & feruens ad percipiendū exitum belli, inter Israelitas & Philistæos cōmissi, quia pro repub. Hebræorū fidelē habuit curam. [Vndè venis? Qui ait ad eū: De castris Israel fugi.] i. de exercitu Hebræorū. [Et dixit ad eū Dauid: Quod est verbum] i. op⁹ verbo seu recitatione dignū, [ꝙ factū est?] Frequenter etiam in scripturis sumitur verbum, pro re significata per verba, iuxta illud in Zacharia: Hæc sūt verba q̄ facietis. In Esaia quoq; dicitur: Nō fuit verbū ꝙ nō ostenderet eis Ezechias in domo sua. [Indica mihi.] Repetitio est sens⁹ eiusdem, estq; additio ista signum seriosi feruoris, quē habuit Dauid ad percipiendum rem gestā. [Qui ait: Fugit popul⁹] Israel [ex ꝓlio.] nō tot⁹ popul⁹ ille fuit, sed quidā ex eis, nā multi fuerunt in ꝓlio isto prostrati, de qb⁹ subiūgit: [& multi corruentes è populo, mortui sunt.] i. deiecti & victi à Philistæis. Deindè vir ille subiūgit, quod putauit libenter audiēdum à Dauid. [Sed & Saul & filius ei⁹ Ionathas interierunt.] tanquam dicat, Iam certus esse potes, ꝙ regnabis, quia non solùm Saul persequutor tuus occubuit, sed & Ionathas, qui inter filios Saul videbatur aptior ad regnandum post patrem suum. [Dixitq; Dauid ad adolescentem qui nunciabat ei: Vndè scis,] an scilicet ex aliorum relatu, aut proprio visu. [quia] i. quòd, iuxta morē idiomatis Hebræorū, [mortuus est Saul & Ionathas filius eius?] Prudens Dauid nō protinùs credidit relationi adolescentis, sed certificari optauit, qa res nunciata, fuit magna & difficilis ad credendū, præsertim de Ionatha viro iusto ac optimo, ꝙ s. occi

1. Reg.31. Ibidem. 1. Reg. 30. 1 Reg.27. 1.Reg.30. Iob 2. Zacha.8. Esa.39.

sus esset & vict⁹ ab illis idololatris. Et mirũ potuit apparere, ꝙ Saul hucusq; tã victoriosus, e-
tiã cõtra Allophylos, iã vict⁹ esset ab illis. [Ait adolescẽs qui nũciabat ei: Casu veni in mõtem
Gelboe,]i. fugiendo tãdẽ fortuitu ꝑueni ad montẽ sic appellatũ in terra Israel sitũ, nec op⁹ est
multũ inqrere, an iuuenis ille veraciter dixit hoc, an mendose, sicut & alia q̃dam infrà menda
citer protulit. [& Saul incũbebat super hastã suã.]i. ex vulneribus & labore belli lassatus ac de
bilitatus, appodiauit & sustentauit se super propriã lanceã, quasi ꝓgredi non valẽs. [Porrò cur
r⁹ & equites appropinquabant ei.]i. Philistæi tã in quadrigis bellicis q̃ super equos, eum inse
q̃ntes, approximabãt eidẽ, ita ꝙ non erat spes de euasione ipsi⁹. Pugnantium aũt qdam pugnãt
ex curribus, quidam ex nauibus, quidam equestres, quidam pedestres, [Et conuersus post ter
gum suum,]i. retrò se vertẽs ad vidẽdũ quis esset, cuius sonitũ fugientis audiuit, [vidẽsq; me,
vocauit]me, nõ proprio nomine meo, qa nondum cognouit personam meã, sed cõmuni quo-
dnm vocabulo me vocauit. [Cui cum rñdissem, assum,]tanq̃ paratus venire ad te, [dixit mihi:
1. Regũ 22. Quisnã es tu?]Vt paulò pòst referet, adolescens iste creditur fuisse filius Doeg, q erat familia
rissim⁹ Sauli, quõ ergo Saul nõ cognouit filiũ eius. Respõdet, ꝙ ex magna sanguinis effusiõe
caligauit visus Saulis, vel ex turbatione vehemẽti id cõtigit quod nõ cognouit iuuenẽ illũ. Fu
it quoq; debilis imaginatiuæ, instabilisq; memoriæ. Vel adolescens iste nondũ frequentauit
Gene. 36. 1. Parali. 1. curiã regis, sic Saul nõ habuit distinctã ei⁹ notitiã. [Et aio ad eũ: Amalechites ego sum:]i. na-
Gene. 25. tus de stirpe Amalechitarũ. Amalech qppe fuit filius Eliphaz filij Esau, q alio no͞ie dictus est
Edom, à quo Idumæi vocati sunt, vt patet in Genesi. Sicq; cõcordatur, quod adolescẽs iste fu
it Amalechites, & nihilominùs filius Doeg Idumæi, quia Amalechitæ Idumæi fuerũt. Sed cũ
multi fuerint Amalechitæ, qualiter iuuenis iste satisfecit quæstioni Saulis interrogantis, quis
nã es tu, dicẽdo, Amalechites sum? Ad quod respondendũ videt, ꝙ in familia Saul forsan non
erant Amalechitæ, nisi Doeg & ꝓles ipsius, vel ipsi præ cæteris noti fuerunt Sauli. Sicq; cogni
to ꝙ iuuenis iste nõ erat Doeg, mox Saul agnouit, ꝙ filius fuit illi⁹. [Et loquutus est mihi: Sta
sup me, & interfice me, qm̃ tenent me angustiæ]i. dolorũ & pœnarũ pressuræ, sicq; interficien
do me celeriori supplicio, liberas me à diuturniori tormento. [Et adhuc tota aĩa mea]i. totus
vigor animæ meæ [in me est,]vt quidam exponunt, sed nõ apparet exppositio vera, qm̃ Saul fu
it iam valde debilitatus, & in vigore animali, vitali, sensitiuo ac ꝓgressiuo deficiens, imò lœta
liter vulneratus, sicq; nõ fuit tunc in eo tota anima sua, quantũ ad potestatem, sed quantum ad
suã essentiam: qm̃ anima est simplex, incorporalis & indiuisibilis forma, quo ad suam essentiã,
existens tota in toto, & tota in qualibet eius parte. [Stansq; super illum, occidi illum.]Secun-
dum expositores communiter, iuuenis ille hæc finxit, ita quod nec Saul præcepit ei quod di-
ctum est, nec ipse occidit Saulẽ: sed Saul seipsum, vt dictum est in expositione capituli vltimi
1. libri. Veruntamen dixit se Saulem occidisse, sperans per hoc placere regi Dauid, quemadmo
1. Reg 4. dùm infrà Baana & Rechab leguntur occidisse ipsum Isboseth, eiusq; caput tulisse ad Dauid,
ad cõplacendum eidẽ. Veruntñ Iosephus videtur sentire, quod iuuenis iste veraciter dixit ver
Iose. lib 7. an. iu ca. 1. ba præhabita. Recitat nanq; Iosephus, quod q̃uis Saul irruit super gladiũ suum, tñ præ debili
tate non potuit se perforare, ac subito trucidare: ideo iuueni huic cõmisit, vt impingeret se tã
impetuosè in ensem, quod protinùs moreretur, quod & iuuenis fecit. Ad quod posset applica
ri quod subditur: [Sciebã eñ ꝙ viuere non poterat post ruinã.]Ac si iuuenis dicat, ideo ipsum
occidi, mortẽ eius accelerãdo, qm̃ certus fui, ꝙ non poterat diu viuere postq̃ cecidit super gla
dium suũ, quod faciendo, læsit seipsum lœtaliter, quanuis potuisset ad tempus superuisse. Alij
tñ exponunt hoc sic, Sciebã ꝙ viuere nõ poterat post ruinam, i. post vulnerationẽ qua à sagitta
rijs Philistinorũ fuit vehementer vulneratus, vt in præcedenti habetur libro. Maluit aũt Saul
1. Reg. 31. occidi à iuuene isto, vel à Doeg patre ipsius, qm̃ ambo erant proselyti, i. ad Iudaismum conuer
si, ne occideretur à Philistæis incircuncisis, imò potiùs quia timebat à Philistæis confusibili-
Ibidem ter turpiterq; tractari, vt in primo libro continetur. [Et tuli diadema quod erat in capite ei⁹,]
i. quo Saul vti solebat in capite suo. Aliqui tamen per diadema intelligunt galeam diadema-
tam in regium signum. [& armillam de brachio illius.]Armilla est ornamentum brachij au-
reum siue argenteum, sicut inauris ornamentum est aurium, & annulus digitorum. [& attu-
li]ornamenta hæc [ad te dominum meum huc:]ad captandum beneuolentiam tuam. Circa
Pet. Co. hi. hoc magister in historijs scribit: Dicunt Hebræi, hunc esse filium Doeg, cui ipse Doeg, ante-
li. 2. Re. c. 1. quam irruit super gladium suum, tradidit insignia regis quæ custodiuit, vt filius suus ferens
ea ad Dauid, redderet eum sibi placabilem. Sic & Cato inuidens gloriæ Iulij Cæsaris, suspen-
dit seipsum, ne Iulio subderetur: tamen antequam se suspendit, cõsuluit filio suo, quod se sub
deret Iulio, & gratiam apud ipsum inuenire studeret, prout in libro de ciuitate Dei, recitat
Augustinus. [Appræhendens autem Dauid vestimenta sua, scidit]ea pro parte in signum ma-
gnæ tristitiæ ac doloris, quo patet grandis pfectio S. Dauid, qui de interitu tam crudelissimi
hostis sui non fuit gauisus, sed contristatus, neq; gaudebat de sua mox futura promotione in
regem, imò de morte Ionathæ & populi Dei vehemẽtissimè doluit. [omnesq; viri qui erãt cũ
eo,]

eo,]sciderunt vestes suas ex causa eadē,quãuis ꝓbabile sit,ꝙ multi eorũ de morte Saul,à quo tantas sustinebãt molestias,nõ doluerunt,sed magis gloriabantur,sperãtes ipsum Dauid mox ꝓmouendum in regē,propter quod etiã de morte Ionathæ minus dolebãt. Hi ergo morem gesserunt ipsi Dauid,cõformantes se ei in vestium scissione.Erant aũt cum Dauid viri sexcēti vt in primo libro patuit.[& planxerunt]lugubri corde,& fleuerunt]lachrymarũ effusione, & ieiunauerunt vsq; ad vesperam,]iuxta legē,[super Saul & super Ionathã filiũ ei⁹,]quē specialiter defleuerunt propter probitates ipsius,tñ & alij duo filij Saul,videlicet Abinadab & Melchisua,fuerunt in bello illo occisi,vt in 1. li.Par.legitur,[& super populum dñi,& super domũ Israel.]Quidã per populum dñi,intelligunt Leuitas ac sacerdotes,q erant specialiter popul⁹ Dei,vtpotè diuino cultui deputati,quorũ aliqui in ꝓlio illo interierunt. Porrò per domum Israel intelligunt reliquas tribus,ex quibus plurimi ceciderunt,[eo ꝙ corruissent gladio]Philisthinorum,quod fuit dolorosum,ꝙ s.cultores veri Dei fuerunt ab illis idololatris trucidati:tñ (vt tactum est)quidã existentium cũ Dauid,de morte Saul nõ fleuerunt ex corde.Ieiunabant aũt ex mœrore & forsan pro animabus occisorum,vt citiùs transferrētur de Purgatorij pœnis ad limbum patrum,quod de Dauid & cæteris deuotiorib⁹ credi plùs potest.Sed cũ Dauid interrogauit iuuenem,Vndè scis,qa mortuus est Saul & Ionathas,cur iuuenis nihil respondit de Ionatha?Dici potest,quod ideo,qa sciebat ꝙ Dauid tristaret̄ de obitu Ionathæ,tanq̃ charissimi sui.[Dixitq; Dauid ad iuuenē qui nunciauerat ei: Vñ es tu?]i.de qua stirpe & terra?[Qui respondit:Filius hominis aduenæ Amalechitæ ego sum.]Tanq̃ dicat,alienigena sum natiõe, de ꝓgenie & territorio Amalechitarum,ita ꝙ pater meus in regno Israel habitauit peregrin⁹ & aduena,atq; proselytus factus est,quod totum de Doeg verificatur,vt patuit.Sed cùm iuuenis iste agnouerit ipsum Doeg fuisse præcipuum aduersarium Dauid,cur ita rñdit?Dici potest ꝙ ideo nõ expressit patrem suum ꝓprio nomine,vel putauit ipsum Dauid sibi non indignaturũ,eo ꝙ dixit se occidisse Saulē,& quia attulit ei preciosa insignia regalia iam ꝑfata. Prætereà quæritur,Cur Dauid rursus quæsiuit,vndè es tu,cùm iuuenis iste paulò antè loquutus sit, Amalechites sum?Respondetur,quod Dauid ꝑ admiratione facti & cordis turbatione non aduertit hoc verbum.[Et ait Dauid ad eum:Quare nõ timuisti mittere]i.extendere[manũ tuã, vt occideres Christũ dñi?]s.Saulem regem vnctum per Samuelem ex Dei ꝑcepto,vt tuipse affirmas, tanquam dicat,meritò debuisses hoc facere timuisse,& ex timore Dei vitasse. [Vocansq; Dauid vnum de pueris]i.ministris[suis,ait:Accedens irrue in eum. Qui percussit illũ, & mortuus est.Et ait ad eum Dauid:Sanguis tuus super caput tuum,]i. tibiipsi & tuo excessui imputanda est hęc tua occisio,quia hãc meruisti. Vndè de iustè occidēdis aut iustè occisis,frequenter in Ezechiele habetur:Sanguis eius in ipso erit. vel,sanguis eius erit super caput ipsi⁹. Porrò per sanguinē in scripturis aliqñ designatur peccatum,qñq; pœna peccati,interdum propinquus,nonnunq̃ carnalitas.[Os em̄ tuum loquutum est aduersum te,dicens: Ego interfeci Christum dñi.] Acsi dicat,quod putasti te dicere ad tuam prosperitatē, versum est tibi ad tuum interitum,qm̄ zelo iustitię displicuit mihi,quod ex tua malitia æstimasti mihi debere placere. Non est putandum, ꝙ Dauid ex ira aut odio fecerit adolescentē istum occidi, eo ꝙ pater suus Doeg fuerit persequutor ipsius Dauid,sed æquitatis amore, & vt iuuenis ille in ꝑsenti punitus, euaderet dãnationē perpetuã. ¶ Quo circa inqritur,an iuuenis ille meruisset mortem,occidēdo Saulē?an etiam meruit mortē,mendosē dicēdo,se fecisse hoc ipsum?Et apparet quod nõ,quia secũdum narrationē adolescētis istius, quã Dauid credidit verã,ipse adolescēs hoc fecit ex ꝑcepto Saul.Pręterea mēdaciũ non videbatur morte plectēdum.Et respõdendũ, ꝙ sicut nõ licuit Saul iseipsum propria manu occidere,ita nec manu alteri⁹.Idcircò iuuenis ille nõ debuit ei iussione huiusmodi obedire.Aliqua quoq; mēdacia pniciosa,vt falsa testimonia,lex morte puniuit,Iatq; peccauit hic adolescēs,vel taliter mentiēdo,& p gesta iniqua gratiam Dauid qrendo,vel iuxta Iosephũ impungēdo Saulē in gladiũ, cùm ꝓpter regiã dignitatē & sanctã vnctionē debuerit hoc vitare & Chr̄m dñi iudicio Dei,cui⁹ vicarius erat,cõmittere. [Planxit aũt Dauid planctũ huiuscemodi] i.lugubre carmē, ꝙ paulò pòst subdit,[super Saul & super Ionathã filiũ eius,i.de interfectione& morte ipsorum,sicut adhuc fieri solēt carmina mœsta de magnorum debellatione ac strage. [& pręcepit vt docerent filios Iuda arcum,] i.vt parentes nati ex tribu Iuda, instruerunt filios suos in arte & exercitio sagittandi, vt decæterò possent resistere Philistæis,qui sagittando pręualuerunt,& hoc specialiter iussit tribui Iudæ,qa tribus illa cæteris bellicosior fuit & fortior,& Dauid natus fuit ex ea, & sciuit ꝙ tribus Iudæ, qñia tribus ill cæteris bellicosior fuit & fortior, & Dauid natus fuit ex ea, & sciuit quod tribus illa primò susciperet se in regem, sicut scriptum est in libro iustorum.] De libro iustorum & allegatione ipsius,ñt mētio in duobus locis scripturæ canonicæ,s.in libro Iosuæ,& hoc loco. Quid autē per librũ iustorũ videatur intelligēdum, super librũ Iosuæ diffusè induxi,idcircò ptranseo,nisi vt breuiter aliqd tangã,quod ad huius loci intelligentiã cõfert.Itaq; qdã per librũ istorũ intellexerũt librũ Geneseos,in quo agit de pluribus iustis qã principio mũdi vsq; ad Iacob patriarchã & filios eius fuerũt,& in libro illo dicũt istud arcu ꝓnunciatũ à Iacob in be-

1.Reg.30. 1.Reg.31. 1.Par.10. 1.Reg.22. 1.Re.9.10. Ezech.33. 1.Reg.22. Exod.20. Deut.5. Iose.lib.7 an.iu.ca.8. Iosuæ 10.

Genes. 49. in benedictione Iudę, in qua inter cętera cōtinetur. Manus tuę in ceruicibus inimicorum tuo
rum, quod in Dauid asserunt adimpletū, quia aduersarios suos vndiq; expugnauit, ad ꝙ arte
Genes. 48. sagittādi fuit adiutus. Alij dicunt istud de arte sagittandi insinuatū in Genesi, vbi Iacob testat
se tulisse agrū de manu Amorrhęi in arcu & gladio suo. Sed vt super Iosue scripsi, nec istud de
Iosue 10. Dauid nec quod in Iosue allegat de statione solis & lunę scriptū esse in libro Iustorū, habetur
in Genesi formaliter aut apertè, imò nec q̄tum ad sensum, nisi forsan valdè obscurè: neq; in li-
bris Regum aut Par. legitur Dauid ꝓualuisse arcu in ꝓlijs. Porrò aliqui libri non habēt, arcum
Rabanus sed in Hebręo habetur ac libris correctis. Rabanus aūt per arcū intelligit fortitudinem. Vndè
1. Reg. 13. & aliq sic exponūt, ꝓcepit vt docerent filios Iuda arcū, i. robur seu firmitatē virtutū, quatenus
fortes fierēt in timore Dei & obedientiā legis, ne mererent debellari, q̄madmodū Saul ꝓpter
inobedientiā suā. ¶ Seqtur carmē: [Et ait] Dauid, incipiens carmen lugubre p verba sequētia.
[Cōsidera Israel ꝓ his q mortui sunt] i. tu popule Israel adhuc iupstes & viuēs, diligenter per
pende quid tibi agendum sit propter eos qui de semine tuo iā corruerunt in bello, ne tale qd
tibi cōtingat. Considera quoq; q̄ praeclari fuerunt, qui pro boni communis defensione occisi
sunt, vt tempore opportune mortem eorum zelo iustitiae vlciscaris. Considera item, q̄ misera
biliter ceciderunt in propria terra. Vndè subiungitur, [super excelsa tua vulnerati.] i. in mon-
tibus proprię terrae laesi & victi, ita quod nec in propria terra, nec in locis eius altioribus ac mu
nitis potuerunt euadere. Hinc clariùs subditur: [Inclyti Israel,] vtpotè rex Saul & Ionathas ac
alij nobiles, [super montes tuos] i. in aliquibus montium partibus [interfecti sunt.] Ideo per
modum admirantis & dolentis Dauid adiecit: [Quomodo ceciderunt fortes?] q.d. mirum &
dolorosum est hoc, ac vltio Dei esse videtur propter peccata Saul & consimilium ei. Circa hęc
Ra. Paulus scribit Ra. Paulus: Hoc praeceptum Dauid, videlicet verba illa, Et praecepit vt docerent filios
Iuda arcum, vt quidam Hebraeorum expositores dicunt, est de substātia carminis hui⁹, quia in
carmine hoc intēdebat Dauid deplāgere valetudinē & debilitatē populi Israel, in ꝓpria terra
ac locis excelsis turpiter victi: ex quo intulit lamentando, ꝙ iam non restabat modus defendē
di plebem ac patriā, nisi per sagittariam artē, per q̄ debiliores qn̄q; superant fortiores, ꝙ non
solet ita contingere in bellis q̄ fiunt in gladio. Ideo Dauid tanquam prooemium carminis sui
praemisit, lamentatoriè dicens, praecepit vt docerent filios Iuda arcum. [Nolite annunciare in
Geth,] i. factum istud non diuulgetis magis q̄ diuulgatum est in vrbe Philistinorum, Geth no
1. Reg 6. mine, [neq; annuncietis] hoc [in compitis Ascalonis,] i. triuijs, quae sunt iuxta vrbem Philisti-
jm, nomine Ascalon. Compitum quippe est triuium, seu locus in quo tres viae concurrunt, in
quo solent homines conuenire, & rumores percipere ac referre. [ne fortè laetentur filiae Phili
stijm,] i. mulieres ac natae Philistinorum, [ne exultent filiae incircuncisorum.] Repetitio est e-
iusdem sententiae, quia Philistaei incircuncisi fuerunt. Exultatio tn̄ propriè dicitur, quasi extra
se saltatio, s. exhilaratio corporis in signa laetitiae foris erumpens ex redundantia interioris iu
cundationis in corpus. Sicq; possunt haec ad diuersa referri, vt sit sensus, ne laetentur intùs in
corde, nec exultent chorizando ac tripudiando de suorū victoria & Hebraeorum ruina. Con
sueuerunt etenim puellae & foeminae in choreis & sessionibus suis ac vijs cantare cantilenas,
de populi sui triumpho & aduersariorum deiectione compositas. Vndè & suprà in primo li-
bro habetur: Cùm reuerteretur Dauid, percusso Philistaeo, egressae sunt mulieres in occursum
1. Reg. 18. cantantes, chorosq; ducentes atq; dicentes, Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. In ꝓ-
inductis verbis loquitur Dauid per modum optantis, quo quis non valens aliquid totaliter
impedire, cupit illud impedire quantum possibile est, vel prohibuit modum facti Philistaeis
referri, quibus notorium fuit ipsum factum. [Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant su-
per vos.] i. infructuosi decaeterò sitis, nam fructificatio terrae requirit humorem, imò & pluui
am in terra Iudęae, iuxta illud Deuter. Terra ad quam ingredieris, montosa est, de caelo expe-
Deuter. 10. ctans pluuiam. Sicq; in verbis his est metonymia, qm̄ causa ponitur pro effectu, videlicet ros
& pluuia pro fructu, qui ex rore & pluuia nascitur. [Neq; sint] ibi [agri primitiarū,] i. terra a-
rabilis, in qua nascantur gramina, quorum primitiua offerantur ministris templi secundum
Nume. 28. legem. Itaq; Dauid imprecatus est mala, seu maledixit his montibus, non quod montes pec-
cauerint, sed propter aduersa & vitia quae contigerunt in eis, in detestationem malorum huiu
smodi. Vndè subiungitur: [quia ibi abiectus est clypeus fortiū] i. fortes Israel perdiderūt vel
abiecerunt ibi clypeos suos ac alia arma vt celeriùs fugerent, vel clypei ibi abiecti sunt, i. abla
ti per hostes qui spoliauerunt armatos Hebraeos. [Clypeus Saul, quasi nō esset vnctus oleo.]
i. etiam Saul rex viliter ibi deiectus est, clypeoq; priuatus tanquam vnus de populo. Porrò ꝙ
sequitur, [à sanguine interfectorum ab adipe fortium,] quidam referunt ad verba ꝓhabita, vt
sit sensus: Ita abiectus est clypeus Saul propter scelera quae commisit, occidendo sacerdotes
1. Reg. 22. dn̄i, qui erant viri robusti, quorum robur per adipem designatur, de quibus in primo lib. ha-
betur. Vel ita occisus est Saul & populus eius à sanguine interfectorum & adipe fortium, i. à
Philistaeis, in quibus viguit sanguis & adeps, per quę duo fortitudo exprimitur, qm̄ ꝓstant cor
Iob. 21. pori robur, iuxta illud in Iob: Iste morit robustus, ossa eius plena sunt adipe. Quidā exponūt

&c: Ita abiectus est Saul à sanguine interfectorum, i. propter peccatum quod commisit, vsurpādo sibi sacerdotale officium, qñ obtulit holocausta & victimas, prout in 1. libro patuit. Porrò 1. Reg. 13.
Hebræi & qdam expositores catholici inchoant versum seqntē à verbis istis, à sanguine interfectorum, ab adipe fortium. [Sagitta Ionathæ nunq̄ rediijt retrorsum, & gladius Saul nō est reuersus inanis.] i. Ionathas non direxit sagittas in hostes frustrà, nec Saul percussit aduersarios sine effectu, sed perforauerunt & vulnerauerūt inimicos vsq; ad sanguinis effusionē, adipisq; læsurā: p quod insinuari videtur, q etiam in hoc bello quo succubuerunt, multos Philistinorū interfecerunt, anteq̄ interfecti fuerunt. [Saul & Ionathas amabiles & decori valdè in vita sua. Saul equidem in naturalibus donis fuit multùm amabilis, strenuus quoq; in bellis, & p defensiōe populi sui audacter ac spontè exposuit se periculis mortis. Et q̄uis iniquè psequut' est Dauid, tñ amabiliter habuit se ad populū suū, & populus valdè dilexit eum, qa quócūq; se vertit, aduersarijs suis pualuit. Deniq, ante pmotionem suam ad regnum, atq; in regni sui principio erat tam bonus, & in gratiæ donis ita amabilis, q in plebe non fuit melior & amabilior illo, vt dictum est in primo lib. Ionathas verò fuit excellenter amabilis in grarum ac naturæ muneribus, fidelis, probus & virtuosus: sic quoq; ambo fuerunt decori & pulchri. Nam vt in Ethicis Aristoteles protestatur, Ad corporalem pulchritudinē tria requirunt, videlicet elegans statura, congrua habitudo, pportioq; mēbrorum, & superfusio viuidi ac cōuenientis coloris. Hinc hoīes paruæ staturæ non dicunt propriē pulchri, q̄uis speciosi possint vocari. Saul aūt ab humero & suprà super oēm populum eminebat, & mēbra sua erāt ad inuicē benè pportionata, atq; viuaci colore fuit perfusus. Ionathas quoq; q̄uis minor fuit patre, tñ elegantis fuit staturæ, qui etiam spiritali pulchritudine grę ac virtutū fuit ornatus. sed & morali pulchritudine, q̄ cōsistit in morum cōdecentia, vterq; resplēduit, q̄uis Saul posteà ex capitis debilitate interdū indecēter se habuit. [In morte quoq; nō sunt diuisi,] & ita sunt sibi inuicem assimilati ac counitri in morte, quemadmodū & in vita. Vndè & ampliùs condolendum est eis, q tales ac tanti pariter corruerunt. Hoc ipsum & de pclarissimis viris Amico & Amilio, quorū miri & gloriosi gest' legūtur, verissimè dici potest, q sibi inuicē erāt simillimi in vultu, mēbris, loquela ac moribus, erantq; pamabiles atq; pulcherrimi viri. [Aquilis velociores] id persequendum aduersarios: [leonibus fortiores,] ad pualendum in pljs: quod tñ per modū hyperbolicæ loquutionis est intelligendū, vtpotè per excessum platum, ad designandum, q erāt valdè veloces, agiles & robusti. [Filiæ Israel, super Saul flete,] i. eius mortē deplāgite, [q̄ vestiebat vos coccino in delicijs,] i. delicioso vestitu ex pāno rubei coloris de hostiū spolijs, [q pparabat ornaméta aurea cultui vestro,] i. vestro amictui, circa quē estis multū intentæ. Vel p cultū designatur ornatus. Saul aūt tam victoriosus fuit in pljs, q de hostiū pdis frequēter pstitit fœminis & puellis, præsertim nobilibus, talia ornaméta. [Quó ceciderūt fortes in plio?] ex renouatiōe doloris istud repetijt Dauid, qa ex rememoratione probitatū Saul ac Ionathę, fuit in eo dolor de eorum interitu renouatus. [Ionathas in excelsis tuis occisus est.] i. super montes pfatos terræ tuæ, ô Israel. Vel Ionatha, in excelsis tuis occisus es, i. ô tu Ionatha, in iuuētute tua & in statu tuo sublimi es interfectus, qñ iam videbaris vicinior ad regnādum. Propter quod magis cōpatiendū est tibi. [Doleo sup te frater mi Ionatha.] frater mi, ex familiarissima charitate & cultu religionis eiusdē, & qa de semine Israel, & eiusdem speciei cōformitate, & qm soror tua est cōiunx mea, [decore nimis,] sicut expositum est, [& amabilis sup amorē mulierū,] i. mulierib' amabilior, cū tñ viri vehemēter ad mulieres afficiantur, in tm, vt sæpè vincantur amore atq; delirēt, prout in apocryphis Esdræ pleni' recitatur. Vel amabilis sup amorē mulierū, i. affectū inflammans ad te amādū magis intensè, q̄ fœminæ amāt, quæ etiā nō mediocriter affici solēt ad viros. Nā & sicut turpe appetit bonū, & materia formā, sic fœmina virū, vt dicit philosophus, q̄uis & verba ei' aliter q̄ant exponi. [Sicut mater vnicum amat filiū suū, ita te diligebā:] tū propter tuam bonitatē, tū pptercharitatē qua me pueniſti cùm vicissem Goliā, vt dictū est in primo lib. tum propter effectus charitatis tuæ ad me, & bñficia tua mihi impēsa, de qbus in multis cap. primi lib. est dictū, & propter affinitatem. Porrò amor matris, psertim viduæ ad vnicū filiū, est valdè pcipuus, vt ait Hieron. Talis etenim mater viri solatio destituta affectionē suam valdè recolligit ac defigit in vnico pignore vteri sui. Vñ & Chrs dñs tali matri cōpatiens, suscitauit filiū eius à morte. His dictis, rursus dolore stimulatus, repetijt Dauid: [Quó ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica?] qa arma eorū fuerūt ablata per hostes, nec potuerunt armatos defendere. Iuxta hūc modū in carminib' iucunditatis solēt aliqua verba iucundiora multotiès repeti, & in carminibus tristib' aliqua verba dolorosiora. Circa phabita ait Petrus Com. Creditur carmē istud metricè fuisse cōpositū, estq; cōtinētia huius carminis tripartita. Primò agit de loco in quo facta est strages, & impcatur ei malū. Secūdò cōmendat Saul & Ionathan, Tertiò specialiter commendat Ionathan, ostendens q̄tum dilexerit eum. Nec obest, si aliqñ pluraliter, aliqñ singulariter de eodē mōte loquatur. Est enī vnus mons, plures habēs colles. Montes isti (vt dicūt) antè fuerunt vberrimi, & impcatus est eis Dauid non ariditatem, sed sterilitatem. Nam

Marginalia: 1. Reg. 18. — 1. Reg. 9. 10 — Ibidem. — 1. Reg. 18. — 1. Reg. 18. 20. 22. — Hierony. — Lucæ 7. — Pet. Co. hi. li. 1. re. ca. 1.

ait:Neq; sint ibi agri primitiarum,id est fructuum optimorum,vt priùs. Alij dicunt maledictionem hanc prophetiam fuisse,quę impleta est sub Helia, qñ facta est in Israel fames magna, vt infrà 3. Reg.17.habetur. Postremò,in verbis pręscripti carminis loquitur Dauid ad Ionathan mortuum tanquam ad viuentem,vt moris est deplangentium mortuos,non ꝙ mortui huiusmodi verba audiant,qui tamen ea varijs modis cognoscere possunt. Nam corpore mortui, viuunt in anima, & ea quę fiunt pro ipsis, cognoscere atq; percipere queant pluribus modis.

¶De spiritali eiusdem cap. 1. intellectu. Art. 2.

EX isto cap.docemur,virtutes S.Dauid considerare ac imitari. Et primò eius prudentiã,qa non statim credidit adolescenti ardua recitanti,sed certificari q̃siuit:sic & nos non sine vera discretione credamus cuicunq; narranti,& rumores varios recitãti, aut etiã noua dogmata ꝓponenti. Facili nanq; credulitate multi falluntur. Potissimùm verò difficulter credamus his qui referunt nobis mala de alijs,& detrahentibus,seminantibusq; discordiã, nec proni simus alijs,quasi pro vero & certo narrare,quæ ex incerta relatione audiuimus,nempe vt Salomon Pro.14.loquitur, Innocens credit omni verbo,astutus aũt considerat gressus suos. Eccl. quoq; 19.scriptum est: Qui citò credit,leuis corde est,& minorabitur. Hinc Ioannes apost. in sua prima scribit canonica:Charissimi,nolite omi spũi credere,sed probate spũs si ex Deo sint. Paul⁹ quoq; Heb.13. Doctrinis,inquit,varijs & peregrinis nolite abduci. Secundo ex isto cap.docemur charitatẽ,imò & Euangelicã perfectionẽ electi Dauid sectari,q mortem sui crudelissimi & iniustissimi inimici tam cordialiter deplorauit, quod vtiq; non fecisset, nisi eum dilexisset ex corde,à quo cum tota sua parentela fuit pulsus de regno,totiesq; q̃situs ad occidendum. Iã ergo sub lege impleuit Dauid,quod in Euang. Matth.5.iubet Christus: Diligite inimicos vestros,benefacite his qui oderunt vos. quod totum & nos implere conemur, alioquin non erimus veri Euangelicę legis cultores. Insupèr nullus sit ita maleuolus,vt de aduersariorum suorum aduersitate,ruina aut morte lętetur. Imò cum Dauid potiùs deplãgamus illorum interitum,aduersitatem & casum,cùm scriptum sic Pro.24. Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas,& in ruina illius ne exultet cor tuum. Vndè & S.Iob de seipso ad nostram ędificationem fatetur:Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat,& exultaui,ꝙ inuenisset eum malum. Tertiò instruimur ex hoc loco,quanta fuerit S.Dauid humilitas,qa ad tanti regni principatum nequaquam aspirauit ambitiosè. nam eos quorum ꝑsidentia aut vita differebatur à regia dignitate,tam dirè defleuit. Absit ergo à discipulis & ministris filij Dei oĩs elatio & vniuersa ambitio,nec pro suijpsius nec pro aliorum promotione quisquam laboret incautè aut importunè. Veruntamen quidam in tm̃ excęcantur vanissima ambitione,ꝙ eorum mortem desiderent, quorũ officia aut ꝑlationem siue ꝑbendã sibi aut suis exoptant,& ita coram Deo sunt homicidę. Quartò informamur ex isto cap.ad zelum iustitię,vt exẽplo Dauid afficiamur syncerè ad om̃e bonum verè honestum,& recti ac ęqui simus tenaces,nulli parcentes cõtra iustitiam. Nã & illum Dauid fecit occidi,q se dixit maximum inimicum Dauid interfecisse. Quidã verò ita iniusti sunt,vt mox ei applaudant,adhęreant & assistant,qui eorũ aduersarijs se opponunt, & tales fiunt faciliter partiales,ꝙ prędentibus atq; iudicibus est maximè ꝓcauendũ. Prętereà aduertendum,ꝙ Saule occiso,Dauid sciuit sibi iure diuino ius regale competere,qm̃ ex Dei iussione vnctus fuit in regnandum post Saulẽ:ideo habuit authoritatem occidendi prędictum adolescentem. Quintò ex hoc loco erudimur pia compassione mortuos deplorare, ꝓsertim bonos prælatos ac deuotos presbyteros,non quia migrauerint de huius vitæ ærũnis ad dñm, sed quia Ecclesia talibus filijs est priuata,& plebs Christi talibus patribus,rectoribus ac patronis est destituta. Hinc tales presbyteros & pastores S. Ambrosius consueuit amarissimè deplorare. [Et præcepit Dauid,vt docerẽt filios Iuda arcum.] Per Dauid intelligit̃ Christus,qui iubet vt ꝑdicatores pastores & sup̃iores doceant filios Iuda,i. fideles sibi cõmissos,arcũ,i. artem spiritaliter sagittandi aduersarias potestates,q̃ feruentibus aspirationibus,orationibusq; deuotis & omni exercitatione virtutum sagittantur seu affligunt. Ars etiam saluberrimè sagittãdi est,verbis feruidæ sermocinationis & affectuosæ exhortatiõis audientiũ corda accendere, amorisq; sc̃ti iaculo perforare. Itaq; iuxta Glossam, Filij Iuda sunt filij confessionis,qui corde credunt ad iustitiam,& ore confitent̃ ad salutem. Qui duplici confessiõe ornant̃,videlicet cõfessione laudis diuinæ ac propriæ culpæ. Hos vult Deus arcu scripturæ muniri,ne per ignorantiã in dæmonũ conspectu succumbant. Prætereà in scripturis per sagittam multa significãtur. Primò,timor,pœna siue aduersitas,vt cum S.Iob protestatur: Sagittæ dñi in me sunt, quarum indignatio ebibit spm̃ meum. Secundò,charitatis succensio,secũdum illud Cant.7. Charitate vulnerata sum. Vndè & Augustinus loquitur Deo. Sagittaueras tu cor meum. Tertiò,rancor siue detractio,quemadmodùm Hie.9.habetur: Sagitta vulnerans lingua eorum. Quartò, ipse Christus,qui ait per Esa.49. Posuit me dominus quasi sagittam electam. Quintò, quicunq; prædicator idoneus. Vndè Esa.66.loquitur Deus: Mittam ex eis qui saluati fuerint,in Aphricam & Lydiam tenentes sagittã. Sextò, dura tentatio, iuxta id Psa.90. A sagitta volante in die. Se-

[Margin notes: 1.Ioan.5. — 1. Reg. 20. 21. 22.23. 24.26. — Iob.31. — 1.Reg. 6. — Rom.10. — Iob.6. — Augustin.]

Septimò. Acuta & efficax prædicatio, secundum illud Psa. 44. Sagittæ tuæ acutæ. Octauo, iaculū corporale, vt hic: Sagitta Ionathæ nunq̃ redijt retrorsum. Nono, Concupiscentia carnis, aut pœna damnationis. Vndè Pro. 7. legitur: Ignorat φ sagitta transfigat cor eius. [Considera Israel pro his qui mortui sunt.] Per Israelem, qui interp̃tatur vir vidēs Deum, intelligitur populus Chr̃ianus diuina cōtemplans, q cōsiderare debet ex morte p̃decessorū suorum, quam breuis, fallax, incerta sit vita p̃sens, & q̃ stultum sit, propter ei⁹ delicias ac opes terrenas, æternam mereri dānationem, & gloriam perdere æternalem. ¶ Insupèr, p̱ his qui mortui sunt morte peccati, & mortem incurrerunt infernalis miseriæ, debemus perpendere, ne & nos taliter peream⁹, sed coram Deo iugiter ambulemus timoratè, solicitè, ac syncere. [Sup excelsa tua vulnerati.] hoc est, in altitudine officiorum ac dignitatum vitijs læsi. In talibus quippe contingunt multa & magna animarum pericula. [Inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt.] Inclyti Israel, sunt viri scientia atq; prudentia præditi, & in principatibus seu p̃lationibus constituti. Qui super montes interficiuntur, qñ de scientia sua inflantur, aut de sua eminentia intumescunt, vel in suorum executione officiorum sunt negligentes. Vnde ait Hieronymus: Per gradus dignitatum rarò aut nunquam ascenditur, quin multo grauius per vitia descēdatur. [Quō ceciderunt fortes?] hoc compassiuè & dolorosè dicendū est, dum personas religiosas & virtuosas p̱cipimus esse subuersas, aut tētationibus victas, seu verba increpationis & virgam correctiōis impatienter sumpsisse, & eos qui sp̃ū cœperunt, audimus carne cōsummari, tepescere, & negligentiùs se habere. O quam multi cadunt ac pereunt in montibus p̃lationū, dignitatū, & officiorū, qui in cōuallibus humilitatis, obedientiæ, timoris, ac simplicitatis possent saluari. Et tñ infelix ac stulta mens hoīn, semper ad altiora p̃sidentię nititur, nec expauescit durissimum Dei iudicium, quod in p̃sidētib⁹ exercetur. O ambitio crux ambientiū, quō oībus places, oēs tibi subiectos torques? [Nolite annunciare in Geth,] hoc est, secularibus hoībus non publicetis Ecclesiasticorū peccata, nec aduersarijs fidei Cr̃ianæ insinuetis peccata & aduersitates Ecclesiæ, ne exultent filiæ incircuncisorum, hoc est, animæ impiorum, qui incircuncisi sunt corde ac moribus. [Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos.] Gelboe interpretatur decursus. Itaq; montes Gelboe designant maiores in populo Iudæorum vitijs defluentium, qui persecuti sunt Christum, & inter quos Christus ac plurimi eius discipuli sunt occisi. Ideo iusto Dei iudicio, neq; ros gratiæ, nec pluuia salutaris doctrinæ descendit in corda ipsorum, sed aruerunt, & tanquam infructuosissimæ arbores sunt excisi, atq; in ignem æternum p̱iecti. Quemadmodum enim in cacuminibus montium non colligitur pluuia, nec permanet humor sed in concauis vallium: ita in superbis illis sacerdotum, scribarū, pharisęorum, ac pontificum cordibus locum non repperit sp̃ūsctūs, nec in eis sua charismata quieuerūt, sed in humilibus Chr̃i discipulis, secundū quod dixit: Cōfiteor tibi pater, qa abscōdisti hęc à sapiētib⁹ & prudētibus, hoc est, p̃latis Iudæorū maioribus, q sapientes ac prudētes se esse iactabant, & reuelasti ea paruulis, i. humilib. [Nec sint ibi agri primitiarū.] hoc est, congregationes hoīm fructuosorū, qm̃ qui p̃fatos Iudæos incredulos sunt secuti, omni fœcunditate gratiæ ac virtutū sunt priuati. ¶ Porrò, fideles dicūtur agri ac vineæ Dei, dicēte Apostolo 1. Cor. 3. Dei agricultura estis. [qa ibi abiectus est clypeus fortiū.] Clype⁹ fortiū, fuit p̃dicatio Chr̃i & Apostolorū, cōtra vniuersa salutis obstacula muniens, & fideles auditores defendens, q̃ p̃dicationem infelicissimi abiecerunt Iudęi, & perierunt à sanguine interfectorū, hoc est, propter scelera sua, q̃ Christū & eius discipulos occidendo, fecerunt. [Sagitta Ionathæ nunq̃ redijt retrorsum,] Hoc dici potest de efficaci p̃dicatore cuius sermo nō caret fructu, [Saul & Ionathas amabiles & decori in vita sua, in morte quoq; non sunt diuisi.] Hoc dici potest de quocunq; fideli p̃lato & martyre sctō, ac ei⁹ filio sp̃uali seu fratre aut socio, qui in vita sua Deo cōcorditer ac feruide seruierūt, pariterq; p̱ Christo martyrium sunt perpessi, vel simul in pace obdormierunt in dño. Quales fuerunt beatiss. Petrus & Paulus, Simon & Iudas ✶ Epictiĉus & ✶ Astion, multiq; tales, sicut gloriosus martyr Mauricius & quicunq; soci⁹ eius. Studeamus ergo & nos esse verè amabiles bonitate virtutū, dulcedine morū, charitate obseqorū, & decori luce sapiētię ac gratię venustatę. Simus insupèr aqlis velociores p dilectionis feruorē, cōtēplatiōis acumē. Et per agilitatē p̱mptissimā ad oēm obedientiā sctām virtuosumq; actū, vt viriliter ac celerrimè, nō tñ sinę discretione, aggrediamur opa bona, & q̃cunq; Deus requirit à nobis. Simus itē leonib⁹ fortiores, cōfidendo semper in dño, & oīa valēdo in eo q nos cōfortat, ita vt eū vincam⁹, q tanq̃ leo rugiēs circuit, q̃rens quē deuoret. [Filiæ Israel, sup Saul flete.] Sic aīæ subditorū bonorū debēt lugere, cū fuerint virtuoso pastore orbatę, cuius exēplis atq; sermonibus vestiebant, ac ornabātur amictu iustitiæ, splendore virtutū, & veste nuptiali q̃ charitas est. ¶ Postremò, sicut Dauid tam ardēter ac tenerrimè dilexit Ionathan syncero amore, tam naturali q̃ sociali & familiari ac spiritali, ita ad proficiendum in omni virtute non mediocriter cōfert habere aliqm̃ charissimū fratrē, fidelissimūq; amicū veraciter virtuosū: quaten⁹ seinuicē charitatiuè corripiāt, exhortētur, accēdant, ac iuuent ad oēm sp̃ualem p̱fectum, & ab omni carnali affectione abstineāt, nec vnuq

Mich. 6. Hieron. Galat. 3. Sapi. 16. Matt. 11. Lucæ 10. Phil. 4. 1. Petri 5. Matth. 22.

vnus ab alio aliquid optet, quod ſit virtuti contrariũ, nec alter propter aliũ tale quid operetur imò omni homini magnum eſt releuamen atq; ſolatiũ in omni hac vita habere familiarẽ & fidelem amicum. Propter quod ait Ecc.6. Amicus fidelis, protectio fortis. qui aũt inuenit illũ, inuenit theſaurũ. Amico fideli nulla eſt cõparatio, & nõ eſt digna põderatio auri & argenti cõtra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis. & qui me-
Eccle. 6. tuunt dominum, inueniunt illum. Veruntamen obſeruandum eſt, quod ab eodem docetur: Si poſsides amicum, in tentatione poſside illum, hoc eſt, tẽpore aduerſitatis ꝓba & expe rire, an veram amicitiam tibi oſtendat effectu, & ne facilè credas ei teipſum. Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanet in die tribulationis. Amicus, ſi permanſerit fixus, erit tibi coæqualis, hoc eſt, humiliter habe te ad ipſum, quaſi ad fratrem ac ſocium, quamuis ſis maior eo. Demũ & hoc ex iſto innoteſcit capitulo, ꝙ iuſto Dei iudicio ſæpè cõtingat, vt ſimulatores & callidi adulatores, & humanæ gratiæ potius quam diuinæ exquiſitores, ſæpè incurrant detrimentum, diſplicentiam, aut etiam mortem ex verbis ſuis confictis, blandis, mendoſis apud magnates ſeu alios, quibus putant per talia complacere. Idcirco nil meliùs, quam in verbis & factis iuſtè atq; ſynceriter ſe habere, & cordis ſimplicitatem rectitudinemque diligere: quia
Paral. 22. & Salomon conteſtatur: Qui diligit cordis munditiam, habebit amicum regem.

¶ Expoſitio literalis cap. 2. Igitur conſuluit Dauid dominum. Art. 3.

RECitatur hic, qualiter Dauid peruenit ad regnum, & aduerſari⁹ ei⁹ ſuccubuit. [Igitur poſt hæc conſuluit Dauid dñm] Poſtꝗ̃ ſ. deplanxit Saulẽ & Ionathan, interfectosq; Iſrael. An
2. Reg 1. aũt deplanxit eos 7. diebus, quemadmodum in fine primi lib. legunt feciſſe Iabitæ, hoc eſt, vi-
1. Reg 31. ri Iabes Galaad, an vno die duntaxat, vt litera ꝓcedẽtis cap. videtur ſonare, incertũ apparet. Ia-
2. Reg 1. bitæ aũt fecerunt, iuxta quod ſcriptum eſt. Luctus mortui 7. dies. ¶ Deniq; iuxta ꝓhabita in 1.
Eccl. 22. lib. Dauid cõſuluit dñm, hoc eſt, de agendis q̃ſiuit à Deo informationẽ atq; cõſiliũ p ſacerdo-
1. Reg. 30. tẽ Abiathar, iuxta modũ freq̃nter expreſſum. [dicẽs] ad dñm per ſacerdotẽ: [Num] hoc eſt, an ne [aſcendã in vnã de ciuitatib⁹ Iuda?] i. tribus Iudæ, de qua natus ſum, & eã pl⁹ diligo, q̃ & mi-
1. Reg. 16. hi magis aſsiſtet. Itaq; qñ Dauid hæc dixit, videtur adhuc fuiſſe in Siceleg, quæ eſt inferior ſitu, quam regnum Iudæ. Ideo ait: Num aſcendã? [Et ait dñs ad eum: Aſcende. Dixitq; Dauid: Quo aſcendam?] Miniſterio angeli fiebat rñſio ſacerdoti, & per ſacerdotem ad Dauid: [Et rñ-
Ioſ. 13. 15. dit ei, In Hebron.] Quæ fuit vrbs inclyta & famoſa, & data fuit Caleb in poſſeſsionem, in qua etiam Abraham aliqñ habitauit, vbi & Sara defuncta eſt, vt Gen. 23. legitur. Hinc dñs iuſsit, vt Dauid inciperet regnare ibidem. Circa hoc ſcribit qdam: In illa ciuitate ſepulti ſunt 4. principales p̃riarchæ, quod ſtare non poteſt, niſi ſic intelligatur: In illa ciuitate, ſ. prope eam. Nam extrà Hebron in ſpelunca duplici in agro ſepulti fuerunt. Vndè & in Geneſi Abraham ait: Inter-
Gen. 23. cedite ꝓ me apud Ephron, vt det mihi ſpeluncam duplicem quã habet in extrema parte agri ſui. [Aſcendit ergo Dauid & duæ vxores eius,] quas accepit poſt Michol filiam Saulis, [Achinoem Iezraelitis,] quia de vrbe noĩe Iezrael fuit, [& Abigail vxor Nabal Carmeli. Sed & viros qui erant cum eo, duxit Dauid] hoc eſt, ſecum perduxit, [ſingulos cũ domo ſua,] i. cũ ſuis domeſticis, putà vxore ac ſobole, quos noluit in ſua ꝓſperitate relinquere, quia in aduerſis communicauerãt ſibi, adhuc quoq; indiguit eorũ ſubſidio. [Et manſerunt in oppidis Hebrõ,] hoc eſt, quę erant prope Hebron in gyro, & pertinebãt ad Hebron, tãquã ad vrbem principaliorẽ. Nec poterãt oẽs cõuenienter habitare in Hebron, quę fuit aliundè ſatis populoſa. Aliq tamen ex maioribus habitauerũt cum Dauid in Hebron. ¶ Porrò, ꝑ oppida Hebron, intelligunt hic forſitan villæ Hebron, de quibus legitur Ioſ. 21. [Veneruntq; viri Iuda,] hoc eſt, de tribu Iuda,
3. Reg 1. quę populoſior, bellicoſior, ac nobilior erat. [Et vnxerunt ibi Dauid] in regem, per manus ſacerdotis aut alicuius prophetæ. Vndè & infrà tertio lib. deſcribitur Salomon vnctus per ma-
1 Reg. 16 nus Sadoc pontificis, & Nathan prophetæ. [vt regnaret ſuper domum Iuda. Dauid quoq; iam
2. Reg. 5. antè ſemel vnctus fuit in domo patris ſui per Samuelem prophetam. Vnctus eſt etiã tertiò rex ſuper vniuerſum populum Iſrael, vt infrà habetur. [Et nunciatum eſt] ipſi [Dauid ꝙ viri Iabes Galaad ſepeliſſent Saul,] & etiam Ionathan cum grandi periculo & labore, vt in vltimo primi
1. Reg. 31. lib. cap. eluceſcit. Probabile reor, quod hi qui iſtud retulerunt regi Dauid, fuerunt amici Iabitarum, volentes ipſum Dauid inclinare ad beneuolentiam circa Iabitas, quia iam ſatis fuit vulgatum, quod Dauid occiderat eum, qui dixit ſe occidiſſe Saulem. Ideo non videtur quod iſti
2. Reg 1. intenderint ipſum Dauid auertere à Iabitis recitando hoc factum. [Miſit ergo Dauid nuncios ad viros Iabes Galaad,] qui erant de tribu Manaſſæ, vt patet Numer. 32. & 36. [Dixitq; ad eos] per os nunciorum, vel per epiſtolam: Benedicti vos à domino,] hoc eſt, benedicti, & dona gratiæ conſequuti eſtis à Deo. Vel benedicti ſitis, ſeu benedicamini à domino Deo, [qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino veſtro Saul, &] pro. i. [ſepeliſtis eum,] Siquidem mortuos ſepelire, inter ſeptem corporalia miſericordiæ opera computatur. [Et nunc retribuet vobis quidem dominus miſericordiam] hoc eſt, veniam & gratiam. Mat. 5. Beati enim miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Prou. quoque 15. ſcriptum eſt: Per fidem

& misericordiam purgatur peccata.[& veritatem,]i.veram mercedem ac summę veritatis be
atam notitiam,dummodo perseueretis in bonis,vel veritatem,hoc est,retributionem quam
talibus promisit,verè impendet vobis.[Sed & ego reddam grām]i.gratiosam retributionem
vltra q̄ speratis à me.[eo ꝙ fecistis verbum istud.]hoc est.opus hoc,significatū per horum ver
borum cōplexum. Verbum quippe frequenter accipitur pro verborum cōgerie seu sermone.
Et nunc pro re,significata per tale verbum,accipitur.Princeps aūt debet plebi suæ esse gratus,
atq; bñuol⁹ pro fidelitate eius & pio obseqo.Nā vt philosophus in politicis ait , Per hoc prin-
ceps subditos suos ad meliora præcipuè prouocat,ꝙ circa obedientes,fideles & pios,exhibet
se liberalem,gratum,bñficium.[Confortētur manus vestræ]i.vosipsi roboremini,q̄ per par Prouer. 14.
tem totum significatur.Et q̄m manus est organum organorum,secundū philosophū,in quo ꝓ
cipuè sita est vis operatiua,idcirco per manum confortationē,totius hōis fortificatio designa
tur.[Et estote filij fortitudinis,]hoc est,multum fortes,sicut aliquis dicitur fili⁹ incōstātię,qa
multum inconstans:aut homo virtutis,quia valdè est virtuosus.Sic quoq; Antichrīs vocat ho- 2.Thes.2.
mo peccati.Et Ruth,mulier appellatur virtutis,& sumitur fortitudo hic pro virtute potiùs,q̄ Ruth. 3.
pro robore corporali.[Licet enim mortuus sit dñs vester Saul,tñ me vnxit domus Iuda]hoc
est,familia stirpis Iudæ[in regē sibi.]Ideo potens sum benefacere vobis,& bonæ spei esse de
betis.Seqtur de principatu Isboseth filij Saul.[Abner aūt filius Ner princeps exercit⁹ Saul, tu
lit]i.secum sumpsit[Isboseth filium Saul,& circumduxit eum per castra,]i.per loca & congre
gationes decem tribuum.Vel per castra,hoc est,per locum sic propriè dictum,qui in Hębræo
*Mahanaim nuncupatur:quia in eo angeli occurrerunt S.Iacob de Mesopotamia redeunti,iu
xta illud Ge.32. Fuerunt ei obuiam angeli Dei,quos cùm vidisset,ait:Castra Dei sunt hæc. Et
appellauit nomē loci illus,*Mahanaim,i.castra.¶Deniq; dictum est vltimo primi lib. capitu
lo,quod filij Israel,qui erant trans vallem & trans Iordanem,mortuo Saul,ciuitates suas ex ti- *Manaim 1.Reg.31.
more reliquerunt atq; fugerunt. Et illi deindè se collegerunt, vt fierent fortiores, atq; per ca-
stra,hoc est,per congregationes illas ac alias circunduxit Abner hunc Isboseth.[regemq; cō-
stituit]ipsum Isboseth[super Galaad]i.super habitatores terræ Galaad trans Iordanem.[&
super Gessuri,]hoc est,terram sic dictam,ad terram promissionis pertinentem. Veruntamen
quidam dicunt in Hebræo haberi,Super Assuri,i.tribum Aser. Nam tempore Saul, filij Israel
nondum obtinuerunt dominium super regnum,seu territorium Gessuri, cùm & infrà dica- 2.Reg.13.
tur,quod Absalon fugit ad regem Gessuri,patrem matris suæ:nisi forsan Gessuri hic sumatur
pro alio loco,aut oppido sic vocato,sicut frequenter in simili accidit in scripturis, [& super
Iezrael,& super Ephraim,& super Beniamin]hoc est,tribum Beniamin,quæ familiariùs ac ve
hementiùs adhæsit Isboseth Beniamitæ,quia de stirpe Beniamin fuit.[& super Israel vniuer 1.Reg. 9.
sum,]id est,cæteras Israel tribus,tribu Iudę excepta. Sicque per synecdochen sumitur hic to-
tum pro parte sua maiori. Intelligendum est autem,quod Abner qui erat valdè potens in po-
pulo,induxit præfatos filios Israel ad consentiendum vnctioni Isboseth super eos in regem.
Veruntñ constitutio illa Isboseth in regem super illos,non fuit legitima,sed vsurpatiua:nec fu 1. Regum 13 15 16
it de iure,sed de facto:quia frequenter prædixerat Deus regnum auferendum à semine Saul R. Salamō
& ipsum Dauid fecit vngi per Samuelem in regem. Prætereà aduertendum,quia vt refert Ly-
ra,Rabbi Salomon dicit ipsum Abner constituisse Isboseth regem,ad verificandū, ꝙ Genesi
Deus locutus fuit ad Iacob:Reges ex te egredientur,& tñ oēs filij Iacob erant tunc nati præ- Gene.35.
ter Beniamin.Sicq; significatum fuit,ꝙ ei de Beniamin essent duo reges futuri,videlicet Saul
Isboseth. Sed istud nullius videtur valoris.Nā dato ꝙ de solo Iuda orti fuissent reges, adhuc
verificata esset illa promissio.Cōstat nāq; ꝙ nullus immediatorum filiorum Iacob rex fuerit
sed in posteris fuit sponsio illa impleta . Nec etiā per verba illa significatū fuit,ꝙ de quolibet
filiorum Iacob essent reges nascituri,imò nec nati sunt.Insup in Genesi legitur Deus Abrahę Gen 17.
ꝓmisisse non semel duntaxat:Reges ex te egredientur,diu ante q̄ Isaac fuit natus,in cuius po
steritate fuit impleta illa promissimo.[Quadraginta annorū erat Isboseth filius Saul cū regna
re cœpisset super Israel,& 2.annis regnauit]Abner verò non videtur excusari à culpa, procurā
do ꝓmotionē Isboseth huius in regē,q̄m sciuit regnū fuisse promissum ipsi Dauid à Deo:id-
circó non debuit regi Dauid resistere.[Sola aūt domus Iuda sequebatur Dauid,]obediendò
ei vt regi,& acceptando eum in regem.¶Sed obijci potest,ꝙ in lib.Par. leguntur valdè multi
confugisse ad Dauid,cùm adhuc esset in Siceleg,deinde cùm erat in Hebron,valdè multa mil 1.Par.12.
lia de diuersis tribubus Israel venerunt ad eum,vt esset eorum rex, Isboseth adhuc viuente
atq; regnante.Nam legitur ibi:De filijs autem Beniamin 3.millia venerūt ad eum. Magna eñ
pars eorum adhuc sequebatur domū Saul. Ad hæc rñdendum videtur,ꝙ sola tribus Iuda tota
& integra sequebatur Dauid.De alijs verò tribubus aliqui quotidiè confugerunt ad Dauid,
prout in ꝑallegato libro satis innuitur. [Et fuit numer⁹ dierū quos cōmorat⁹ est Dauid impe
rās in Hebrō super domū Iuda,7.annorū & 6. mēsiū. Egressusq; est Abner fili⁹ Ner,& pueri]
hoc est, serui seu etiā cognati,[Isboseth filij Saul de castris]i.de turmis seu māsionib⁹ suis [in

Ga-

uit Asaelem[in inguine,]hoc est,in parte inferiore circa virilia,vbi vulnus lœtale est,cum fer ro seu mucrone lanceæ suæ.Quidā tñ exponunt sic:Auersa hasta,i.cum ligno hastæ posteriore,cui expositioni obuiare videtur,quod subdit,[Et transfodit:qa nō apparet quòd cū ligno illo potuerit eum ita transfodere.Ideo qdam exponunt sic:Aduersa hasta, hoc est,hasta versa ad Asaelem.¶Porrò(vt fert)in Hebræo habetur:Percussit eum post hepar in quinta, i. iuxta vitalia membra in costa vbi ictº mortalis est.[& mortuº est in eodē loco. Oēsq; qui trāsibāt p locum in quo ceciderat Asael,& mortuus erat,subsistebāt]ad videndū cū admiratiōe & forsan cōpassiōe,tam egregium,audacē ac velocē iuuenē,tam subitò interfectū,vtpotè regis Dauid nepotē.[Persequentibus aūt Ioab & Abisai]cum eorum exercitu[fugientē Abner]cū suis,ad vlciscendū sanguinem fratris sui,[sol occubuit.]ideo propter imminentē noctis caliginem,oportebat cessare à prælio.[Et venerunt vsq; ad collem aquæductus,]Proprium nomen est montis illius,[qui est ex aduerso vallis & itineris deserti in Gabaon.Congregatiq; sunt filii Beniamin ad Abner]tanq̄ ad principem,[& cōglobati in vnum cuneum]ad adiuuandum se inuicèm,[steterunt in summitate tumuli]hoc est,monticuli[vnius]seu loci eminentioris, secundum glossam,vt ex loco illo fortiùs repugnarent,adiuti altitudine loci. [Et exclamauit Abner ad Ioab,& ait:Num vsq; ad internecionem tuus mucro desæuiet?]i.tam instanter & immoderatè persequeris nos,acsi velles nos omninò occidere gladio,q̄ tñ incautum & indecēs est.[An ignoras quod periculosa sit desperatio?]hoc est,attendere deberes quod valde periculosum sit aduersarios intantum arctare,vt desperent se posse effugere:quia frequenter contingit,vt in tali casu ꝓuocati,fortiùs reluctentur,plurimosq; occidant de persecutoribus suis, sic intra se cogitantes:Oportet nos mori aut ꝑualere:& siue resistamus,siue non, non est spes de fuga.Sicq; animantur ad dimicandum fortissimè.Hinc de Alexandro Magno narratur,q̄ dū quadam vice fecisset pontē laboriose, & exercitus suus pontem esset transgressus,pontem iussit mox destrui.Vndè exercitus suus admirans,dixit:Quò aut per quem locum fugiemus si defecerimus in prælio?Respond itq; Alexander:Ideo pontem fregi,vt nō cogitetis de fuga, sed certi sitis,vos aut morituros,aut triumphaturos in bello.Quo audito,fortissimè pugnaue runt,atq; præualuerunt.Secundū R.Paulum in Hebræo habetur:An ignoras,quomodò ama ra erit in vltimis?vt sit sensus:Quanuis amaritudo seu dolor proueniēs ex his quæ contingūt in bello,nō sentiatur ipso bello feruente,in vltimis tñ cessante belli ardore,dolorosè & amarè sentitur ex strage & detrimento quę solent in bellis cōtingere.[Vsq; quo nō dicis populo tuo,vt omittat perseq fratres suos?]Nā oēs sumus de semine Iacob,& eiusdē legis cultores,ideo inuicē misericordes esse debemus.[Et ait Ioab:Viuit dñs,si locutus fuisses manè]i.maturè & diu ante hanc horā,pacē petendo,[recessisset populus persequens fratrē suum.] hoc est, exercitus mecū existens,& hucusq; persequēs populum tuū,fratrem suum,sumendo singulare pro plurali,iam diu cessasset vos insequi.[Insonuit ergo Ioab buccina],ꝑ signo cessationis à persecutiōe ac ꝑlio,[& stetit omnis exercitus,nec persecuti sunt vltrà Israel,neq; iniere certamē.Abner aūt & viri eius abierūt per cāpestria Moab,tota nocte illa,& transierunt Iordanē & lustrata omni Bethoron,venerunt ad castra.]de quibus ꝑdictū est, quòd Abner circundixit ipsum Isboseth per castra.[Porro Ioab reuersus,omisso Abner,cōgregauit oēm populū.] i.totum exercitum suum,vt sciret,quot occisi essent de suis.[Et defuerunt de pueris Dauid] qui fuerunt cum Ioab,[decem & nouem viri.]Quo constat,quod pueri accipiuntur hic pro viris.[excepto Asaele,]qui erat vicesimus occisorum, & solus plus computabatur, quam omnes seu multi alij interfecti. Serui autem Dauid percusserunt, de Beniamin,& de viris qui erant cum Abner, trecentos sexaginta:qui & mortui sunt. Tuleruntq;] Ioab & frater eius[Asael]hoc est, corpus Asaelis.[Et sepelierunt eum in sepulchro patris sui]mariti Saruiæ [in Bethleem. Et ambulauerunt tota nocte Ioab & viri qui erant cum eo. Et in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron] ad Dauid,postquam sepelierunt Asaelem,vel potiùs posteà, quanuis sepelitio illa antè narretur.¶Præterea aduertēdum,quod præfata pugna inter seruos Dauid & Isboseth,fuit iusta ex parte Dauid,cui iure diuino regnum debebat:idcircò & duodecim iuuenes,qui de exercitu Abner concertauerunt contra duodecim iuuenes Ioab, periculosè egisse videntur,nisi forsan per ignorantiam ad iussionem sui principis excusentur.

¶De mystico huius capituli secundi sensu. Art. 4.

Dauid fuit Chri figura:& sicut Dauid(regnāte Saule)exul fuit de terra Iuda,sic Chrs filius Dei,remotus fuit & alienus à cordibus hominū,regnāte in eis diabolo.Posteà Chrs per incarnationis mysterium ascendit in vnam ciuitatū Iudæ cum duabus vxoribus suis,i. ecclesia ex iudaismo conuersa,itemq; cum ecclesia ex gentilitate collecta:quas & si nōdum actu cōuerterat,tñ per præcognitionē & electionē portauit eas in mente sua.[Venerūtq; viri Iuda & vnxerunt ibi Dauid.]Per viros Iuda,intelligūtur electi ex Iudaismo,qui cōfessi sunt Christum,& crediderunt in eum.[Quē & super se vnxerūt,]i.spiritualiter esse vnctū à Deo patrē professi sunt.Vel spiritualiter eum vnxerunt cōfessione laudis diuinę,& deploratione ꝓpriæ

Rā. Paulus

culpæ,atq; odore laudabilis famæ.[Et nunciatũ est Dauid,quod viri Iabes Galaad sepelissent Saul.]In omi historia huius negocij,Dauid designat personam iudicis summi,videlicet Iesu Chri.Itaq; p hoc,ꝙ Dauid regi in tantũ cõplacuit,ꝙ Iabitæ sepelierunt dñm suũ Saul,quãuis iniusto ac æmulũ S.Dauid,figuratũ est,ꝙ Christo placent opera misericordiæ iniustis ꝓpter Deũ exhibita:& itẽ ꝙ Chrus requirit à subditis,vt supiores suos quanuis iniquos honorent,inquãtũ sunt vicarij Dei.[Abner aũt princeps militię Saul,circũduxit Isboseth.]Per Abner & adiutores ipsiꝰ,hoc loco designant principes praui,& eorũ ministri,q diuino contrariantur honori,iustosq; persequuntur,& iustorũ promotionẽ ac ꝑlationem impedire conanť,
Phil.2. cupientes quacunq; arte aut practica ꝓmouere siue intrudere impios sibi cõsimiles,à quibus tẽporalia cõmoda,aut promotiões cõsequi ꝑstolantur,qm̃ quærunt q̃ sua sunt,non q̃ Iesu.[Sola aũt domus Iuda seqbatur Dauid,]i.iusti ac timorati,q Deo synceriter confitentur,Christo adhęrent,atq; legitimis electionibꝰ eorũ qui ꝑlatione sunt digni,cõsentiũt,ac suis parent ꝑlatis.[Et fuit Dauid cõmoratus,imperãs sup domũ Iuda in Hebrõ septem añis & sex mensibꝰ.] Hebron interꝑtatur cõiugium,seu visio sempiterna:sicq; per Hebron hic significatur ecclesia militãs,cũ qua Christus spiritale cõtraxit cõiugiũ,desponsando sibi eã per fidẽ & charitatem In qua etiã ecclesia,Deus per fidẽ & gratiam cernitur,sempiternaq; visio inchoatur. In hac ecclesia moratur Christꝰ septem annis ac totidẽ mẽsibꝰ,i.per omne tempus seculi huius,quem-
Matt.28. admodũ ait:Eccè ego vobiscũ sum cunctis diebus vsq; ad cõsummationem seculi,& imperat
Lucæ 12. suis electis qui ei obtemperãt,quibꝰ locutꝰ est:Nolite timere pusillus grex,quia cõplacuit patri,dare vobis regnũ.[Dixitq; Abner ad Ioab:Surgãt pueri,& ludant corã nobis.]Per 12.illos pueros vtriusq; exercitus,cõtra se inuicẽ ꝑliantes,intelligi possunt viri periti in iure & in disputatoria arte,qui solẽt mutuò altercari atq; contendere,& pugnare gladio oris sui coram superioribus,quis duorum debeat obtinere ꝑlationẽ,in quo bello ꝑualent,q partẽ digni legitimeq; electi defendunt:ꝑualent(inquam)ratione & iure,quamuis interdũ aduersariorũ suorũ multitudine,importunitate,& inquietudine obruantur.[Porrò,Asael cursor velocissimus
Roman.19. fuit.]Per Asaelem istũ nepotẽ Dauid,primò significantur,qui ꝓpinquorũ suorũ quamuis iustorum,ꝓmotionem & ꝑlationẽ ex carnali affectu cupiunt aut tuentur,ideo vulnerantur in vitalibus cordis ac pereunt.Secundò,per Asaelẽ exprimũtur,qui zelum Dei habẽt, sed nõ secũdum scientiã,& amore iustitiæ moueri se putãt,sed carẽt discretione, & irrationabili impetu
Deuter.16. agitantur,nec iustã causam iustè ac sapientialiter ꝓsequunť:iuxta ꝙ in Deut.iussum est: Iustè, ꝙ iustũ est,exequèris. Hinc ab aduersa parte vincuntur. Nã & Salomõ ꝓtestatur: Qui festinꝰ
Prouer.19. est pedibus,i.nimis feruens in affectibus suis,offendit:Ideo ait glossa:Necesse est,vt qui furẽtes & errãtes conãtur reprimere,nõ in furorẽ aut iram se excitẽt:sed quicquid tranquillitatis
Eccles.3. est,monstrẽt:Hinc in Ecclesiastico legitur:Fili,in mansuetudine opera tua fac,& super gloriã hominũ diligeris.Nõ em̃ debet homo seipsum spiritualiter lædere per passionũ excessum, vt aliũ curet in aĩa.[Cõgregatiq; sunt filij Beniamin ad Abner.]Sic impij cõfluunt ad ꝑsidẽtem iniquum capitaneumq; peruersum,& cõglobantur,stãtq; in colle suæ elationis ad resistendũ iustis ac bonis hominibus. Veruntñ dum princeps eorum vereť succumbere,postulat pacem, non pacis amore,sed piculi sui timore. Iusti aũt non debent esse nimis difficiles ad parcẽdum iniquis. An ignoras,ꝙ periculosa sit desperatio? verè periculosissimum est desperare. Pericu-
Esa. 42. losum est quoq;,p sermonẽ nimiè rigorosum,aut per immoderatã correptionẽ seu correctio-
Matth. 12. nẽ inducere ꝓximũ aut subditũ ad desperationis propinquitatẽ aut desolationẽ. Nõ enim cõterendꝰ est calamus conquassatꝰ,nec extinguendũ fumigans linũ,imò pusilli,infirmi & lapsi,
1.Cori. 10. sunt per discretionẽ recuperandi,per spem confortãdi,per salutarem doctrinam illuminãdi. Hinc & Deꝰ nõ permittit nos vltra vires tentari,ne desperemus:sed facit cũ tentatione prouẽtũ,dummodò pro viribus resistamus,vt cõsolemur,& augeatur spes nostra in dño.] Porrò Ioab congregauit oẽm populũ.]Sic ꝑlatus & princeps debet subditos suos per charitatẽ colligere,per pacẽ atq; concordiam adunare,atq; prudenter ppendere,q & quot in spũali aut corporali certamine sint deuicti,vt oretur & celebretur pro ipsis,& omni modo possibili subueniať eisdem.[Et ambulauerũt tota nocte,]ita & nos in omni aduersitate,persecutione,ac tentatione debemus ad Christũ accelerare,& per semitas lucis procedere,non stare per pusillanimitatẽ,neq; succumbere per cõsensum,sed tanto instantius agere virtuosè, tentationibusq; resistere,quanto acriùs & importunius à malignis impugnamur spiritibus,vel certè à mundo aut carne seu improba ꝓpria voluntate. ¶Postremò,per hoc ꝙ ter inunctus est Dauid,allegoricè
Roma.4.9. denotatur,ꝙ Chrus plenissimè fuit vnctus omni diuino charismate in corde,& omni discretione ac salutari doctrina in ore,omni quoq; æquitate in opere,& primò vnctus est secretè in vtero virginis. Deindè constitutꝰ est rex super conuersos ex Iudaismo. Tertiò,super omnem gentem credẽtem,quæ per fidem est Abrahæ semen. Per idem verò tropologicè figuratur,ꝙ vnusquisq; fidelis debet esse vnctus in mente per fidem & gratiam, in ore per confessionem & ędificatoriam locutionem,in opere per præceptorum custodiam,perseuerantiamq; finalẽ.

¶Expo-

¶Expositio literalis cap.3. Facta est ergo longa concertatio inter domum Dauid &c. Art. 5.

HIc recitatur, qualiter Dauid profecit quotidiè ad regnādū super totū Israeliticū populū, per hoc ꝙ princeps militiæ aduersariorum suorum subiecit se ei, atq; occisus est. [Facta est ergo longa concertatio inter domum Dauid & inter domū Saulis.] i. inter cognatos & seruos ipsius Isboseth filij Saul & Dauid regis. Et rectè asseritur cōcertatio illa facta inter domū Dauid & domum Saul: quia nec Dauid, nec Isboseth videtur personaliter interfuisse certaminibus illis. Isboseth quippe ex desidia, Dauid verò ex humilitate & prudētia noluit interesse, ne videretur immoderanter aspirare ad regnū. Veruntñ dictum est capitulo ꝑcedenti, ꝙ Isboseth regnauit duobus annis duntaxat: vndè sequi videt̃, ꝙ cōcertatio illa vltra bienniū non durauit, sed tēpus quod in ꝓsperitate & pace breue censet̃, in aduersitate & ꝑlio longum apparet. 2.Reg 2. [Dauid ꝓficiens,] q̃a in tēporalibus & spiritalibus bonis prosperabatur, & per suos ministros fuit victoriosus, [& semper seipso robustior:] i. quotidiè in fortitudine & subditorū multiplicatione crescens ac fortior, q̃ fuit antè. Nā vt ait Guilhelmus Parrisieñ. Fortitudo principis cōsistit ꝑcipuè in prōpta atq; spontanea obedientia subditorum. [Dom⁹ aūt Saul decrescēs quotidiè,] viribus & numero personarum. Nā & multi de Beniamin cōfugerūt ad Dauid, & multi ex eis fuerunt occisi, vt patuit in literali expositione ꝑcedentis cap. aut in textu. Multi quoq; ex Beniamin: videntes ipsum Dauid prosperari & crescere omni die, retraxerunt se ab adiutorio Isboseth. 1.Par. 11.12 2. Reg. 2. [Natiq; sunt sex filij Dauid in Hebron. Fuitq; primogenitus eius Amnon de Achinoem Iezraelitide, & post eum Chileab de Abigail vxore Nabal Carmeli.] Primo Para. libro legitur, quod de Abigail habuit filium nomine Daniel. Respondetur, quod filius iste fuit binomius, & primò vocatus est Daniel, & deinde Chileab. Quocirca dicunt quidam Hebręi, quòd citò post mortem Nabal Dauid duxit vxorem illius istam Abigail coniugē, quam cum imprægnasset, q̃dam opinabantur, quod ex Nabal cōcepisset, ideo puerum natum, Dauid vocauit Danielem, quod interꝑtatur iudiciū, dicens: Iudicet dñs cuius patris sit filius iste, tūcq; miraculosè vultus infantuli assimilatus est vultui Dauid. Idcircò ex tūc puer nuncupatus est Chileab, quod interpretatur, quasi pater, i. similis patri. 1. Par. 3. [Porrò tertius Absalon filius Maacha filiæ Thalmai regis Gessur.] Gessur & Gessuri, est eadē regio. ¶Quæritur, an licuit Dauid regi sumere puellam illam gentilē in coniugē. Et videtur ꝙ nō, tum quia dispar cultus etiam tunc videtur matrimoniū impediuisse, tum q̃m viri tenebantur ducere vxores de ꝓpria cognatiōe & tribu, vt legitur in libro Numeror. Nume. 36. Ad istud quidā respondēt, ꝙ Dauid inter mulieres captiuas cōcupiuit puellam, quā volens accipere cōiugē, fecit ei ꝑscindi vngues & radi capillos, & pòst ad eam intrauit, quod secūdum legē licitum fuit, vt patet in Deut. Deuter. 21. [Quartus aūt Adonias fili⁹ Haggith. Et quintus Saphatias filius Abital. Sextus quoq; Ietraan de Egla vxore Dauid.] Viri iusti in veteri testamento, q̃ ex diuina inspiratione aut dispensatione habuerūt plures vxores, vnicuiq; illarum successiuè & tempore suo reddebant debitū carnis, sicut in Genesi cōstat de Iacob. Vndè Rachel dixit ad Liam: Dormiat tecū hac nocte, in qua s. mecū dormiret ex tēporis reuolutione, dierūq; circulo, & ita egisse ipsum Dauid, probatur ex texu isto. Gene 30. ¶Iterum quęritur, cur Ietraan dicatur nat⁹ de Egla vxore Dauid, quasi alij nati nō essent ex eius vxoribus? Respondet Glossa, Hæc est Michol, quæ inter multos sola dicitur vxor, q̃m eam in adolescentia primam accepit, quæ in partu fertur obijsse. 1. Reg. 18. Hinc & alij dicunt, Michol filia Saul vocatur hic Egla, i. vitula, iuxta proprietatem linguæ Hebrææ, quia fuit ei coniuncta in iuuentute, fuitq; ipsi Dauid multùm dilecta. Vndè & Samson dixit de prima sua vxore: Si non arassetis in vitula mea. Iudic 14. Alij tñ probabiliùs dicunt, ꝙ propter inquietudinē atq; lasciuiam cordis, vocatæ sint vitulæ. Et quanuis in veteri lege licuit vni habere coniuges plures, prima tñ specialiter ac principaliter vxor appellabatur, propter quod Iacob dixit de Rachele, q̃ primam accepit in cōiugem, quanuis Liam ex ignorantia facti primò cognouit: Vos scitis quod duos genuerit mihi vxor mea, vt in Genesi habetur. Gene. 44. Verūtamen his obijcitur, q̃m isti qui vocantur hic filij Dauid, nati fuerunt in Hebron, anteq̃ Dauid regnauit in vrbe Hierusalem. Michol aūt adhuc vixit, Dauid in Hierusalem imperante, & tñ ipsa non peperit filium, nisi in fine vitæ suæ, secundum quod infrà fertur: Igitur Michol non est natus filius vsq; ad diem mortis suæ. 2. Reg. 6. Vndè qui vult prædicta saluare, habet dicere, quod quanuis quinq; præfati filij Dauid fuerunt nati in Hebron, anteq̃ in Hierusalē præfuit, tñ sextus iste diu pòst natus est, ita quod Ela seu Michol vicina partui descendit in Hebron, peperitq; ibidèm, quę solutio in Scholastica histor. tangi-tur. Pet. Com. histo li. 2. Reg cap. 4. Deniq; pręfatum filium Michol seu Egla, Iosephus nominat Nathan. Iose lib. 7. an. iu. ca. 1. [Hi nati sunt Dauid in Hebron. Cùm ergo esset prælium inter domum Saul & domum Dauid,] hoc est, inter Dauid & filium Saul, [Abner filius Ner regebat domū Saul,] imò & ipsum Isboseth regem, qui erat deses & pauidus, Abner verò prudēs, expertus ac strenuus, idcircò rexit familiam. [Fuerat autem Sauli concubina, nomine Respha, filia Aia,] quæ (vt aliqui dicunt) fuit legitima vxor Saul: sed concubina vocatur, quia iunior fuit vxor secundò accepta, minusque principalis, prout in Genesi duæ vltimæ vxores Iacob, interdum concubinæ vocantur. De Abraham

Gene. 25. quoq; aſſeritur in Geneſi: Filijs concubinarũ largitus eſt munera, q̃ vtiq; erant vxores ei* legi-
timæ. ſed an Reſpha hoc modo vocetur cõcubina Saul, incertum exiſtimo. Dicit equidẽ Tho
mas ſuper quartũ Sententiarũ, ꝙ dum hi quos excuſare oportet à culpa adulterij, concubinas
habuiſſe dicuntur, per cõcubinas intelliguntur vxores legitimę ſecundariæ, nõ autem oportet
excuſare Saulem: nec alibi in ſcriptura authentica inuenitur, ꝙ Reſpha fuerit vxor illius. [In-
Petr. Com. greſſusq́; eſt ad eam Abner.] Erat quippe pulchra valdè, vt magiſt. in hiſt. ſcribit. [Dixitq́; Isbo
hiſtor. lib. ſeth ad Abner: Quare ingreſſus es ad concubinam patris mei?] q. d. In hoc feciſti opprobrium
2. Regum mihi. Dicunt aũt nonnulli, ꝙ accepit eam vxorem, ſicq́; matrimoniali cõcubitu ad eã ingreſſ-
cap. 4. ſit, & addunt ꝙ ideo fecit hoc, vt prole ex ea ſuſcepta, per adiutoriũ tribus de qua fuit oriũda,
vſurparet ſibi regnum, ideo Isboſeth indignatus eſt ei, quemadmodũ Salomon Adoniæ, vt in
3. Regum 1. frà lib. 3. ſcribitur. Alij dicunt, ꝙ nõ duxit eam vxorẽ, ſed fornicario eam acceſſit cõcubitu, ꝙ
erat illicitum, reꝑhenſioneq́; dignũ. [Qui iratus nimis ꝓpter verba Isboſeth,] quia increpati-
Proue. 12. onẽ illã valdè ægrè accepit, & in hoc multũ peccauit, cùm in Prouer. ſcriptum ſit: Qui odit in-
Prouer. 14. crepationes, inſipiens eſt. Et iterum Salomon loquitur: Qui impatiẽs eſt, exaltat ſtultitiã ſuã.
Eccẽs. 7. Itẽq;: Ne ſis velox ad iraſcendũ, q̃a ira in ſinu ſtulti requieſcit. Veruntñ ſi acceſſit illam matri-
monîali concubitu ex bona intentione, potuiſſet ira eius excuſabilis apparere, tanq̃ ira per ze
lũ, quæ tñ non debet animi eſſe vt iſta. [ait: Nunquid caput canis ego ſum aduerſus Iudam ho
diè?] acſi dicat: Nõ rectè ago in hoc, ꝙ inſtar canis latro ſeu irrationabiliter clamo cõtra Da-
uid & eius ꝓmotionẽ ad regnum, & ſum capitaneus hominum contra Dauid latrantium. Vel
iſte eſt ſenſus: Vilis & abominabilis factus ſum tribui Iudæ, velut caput mortui canis, [q fece-
rim miſericordiã ſup domum Saul patris tui,] i. fidelis ac pi9 ſui poſteritati & cognatis atq do
meſticis Saul, p̃ſertim tibi, [&] ꝓ i. [ſuper fratres & proximos eius, & nõ tradidi te in man9 Da
uid,] non tñ ipſe Dauid quæſiuit occidere Isboſeth, nec eũ occidiſſet, q̃uis traditus ei fuiſſet,
niſi aliundè meruiſſet occidi. [& tu req̃ſiſti in me,] i. intantum exegiſti à me cauſam factorum
meorum, [ꝙ argueres pro muliere hodiè?] i. increpares me, eo ꝙ mulierẽ acceſſerim, cùm nõ
videatur res magni momenti, ꝙ princeps militiæ mulierẽ ſibi placentem cognoſcit, tanquam
dicat, tot & tanta feci pro te, quod debuiſſes iſtud diſsimulaſſe. [Hęc faciat De9 Abner, & hęc
addat ei:] i. ſic & ſic puniat me, & afflictioni meæ addat afflictionem, [niſi quomodo iurauit
dñs Dauid, ſic faciã cum eo,] i. niſi ſtuduero adimplere quod Deus cum iuramento ꝓmiſit ipſi
Dauid, promouendo eum ad regnum, [vt transferatur regnum] i. regius principatus, [de do-
mo] i. ſobole [Saul, & eleuetur thronus Dauid] i. poteſtas eius, ſoliumq́; regale [ſuper Iſrael] i.
ſuper decem ſeu vndecim tribus, quibus tu imperaſti hucuſq;, [& ſuper Iudam.] i. tribum Iu-
dæ, ita vt non ſolùm præſideat tribui Iudæ, ſed cæteris quoq; [à Dan vſq; Berſabee.] i. ab vna
extremitate terræ promiſsionis vſq; ad aliam eius extremitatem. [Et non potuit ei reſponde-
re quicq̃,] i. ipſe Isboſeth non audebat aliquid loqui contra hæc verba Abner, [quia metue-
bat illum:] tanq̃ rectorem domus ſuæ, principemq́; militiæ, habentem in manu ſua populum
Iſrael. Timuit quoq;, quod Abner traderet ſe manibus Dauid regis, ſi cõtradiceret verbis ipſi
us Abner. Erat etem̃ Isboſeth deſes & formidoloſus, non audax ac ſtrenu9. [Miſit ergo Abner
nũcios ad Dauid:] Noluit ſtatim perſonaliter accedere ipſum Dauid, ſed per nũcios explora-
re, qualiter poſſet ei recõciliari, & beneuolentiam eius captare. Itaq; miſit nuncios ad Dauid
[in Hebron, pro ſe] i. ex parte ſua, vel pro pace obtinenda ſibi cum Dauid, [dicẽtes: Cuius eſt
terra?] tanq̃ diceret: Tu ſcis quod popul9 terræ Iſrael in mea ſit poteſtate, ita ꝙ poſsim flecte-
re eum ad te, & item auertere à te. Vel, Cuius eſt terra? quaſi diceret, q̃uis terra promiſsiõis ſpe
ctet ad te, ſicut ad regẽ iure diuino, quo deſuper es electus in regem, tñ de facto in mea eſt ma
nu, [& vt loq̃rentur] ex ſua perſona ad Dauid, [fac] tu Dauid [mecũ amicitias,] hoc eſt, cõfœ-
derationes & mutuã dilectionem, [& erit manus mea tecũ, & reducã ad te vniuerſum Iſrael.]
hoc eſt, cęteras tribus inducã ad ſuſcipiendũ te pro rege. [Qui ait: Optimè. Ego faciam tecum
amicitias. Sed vnam rẽ peto à te, dicẽs: Non videbis faciẽ meam,] i. nõ occurram tibi placatus
nec repræſentabo tibi me gratioſum, [anteq̃ adduxeris] mihi [Michol filiã Saul] vxorem me-
am, q̃ in contumeliam regis Dauid ipſe Saul dedit alteri viro, vt dictũ eſt in 1. libro. [& ſic ve-
1. Reg. 25. nies, & videbis me. [Miſit aũt Dauid nuncios ad Isboſeth filium Saul, dicens: Redde vxorem
meam Michol] mihi, quia iniurioſum eſt mihi, quòd detinetur ab alio viro, & eam ſpecialiter
diligo, [quam deſpondi mihi centum præputijs Philiſtijm.] i. Philiſtinorum, prout iſtud ple-
1. Reg. 18. niùs ſcriptum atq; expoſitum eſt primo libro. Hæc verba mandauit Dauid ad Isboſeth, quia
Hierony. vt ait Hieronymus libro de Hebraicis quæſtionibus, Abner remandauerat regi Dauid: Non
poſſum tibi reſtituere Michol coniugem, quia Isboſeth rex frater eius habet eam in ſua pote-
ſtate, ideo eius conſenſu indigeo, [Miſit ergo Isboſeth,) qui non audebat ampliùs contradi-
cere regi Dauid. [& tulit eam à viro ſuo Phaltiel filio Lais,] i. ad virum illum miſit epiſtolam
ſeu legatos, iubens vt remitteret ſibi ſororem ſuam Michol. Veruntamen Phaltiel non fuit
maritus verus atq; legitimus huius Michol, cuius verus maritus, videlicet Dauid, vixit. [Se-
que-

quebaturq; eā vir suus]Phaltiel,[plorans vsq; Bahurim.]i.locū sic dictū.Posset quis ęstimare 1.Re.
ꝙ plorauit,qa inuitè amisit tam nobilē mulierem:sed(vt dictū est in expositione libri prioris)
Phaltiel nunꝗ cognouit Michol,qa ipsa interim simulauit infirmitatē,&(vt alij dicūt)Phaltiel
fuit legisperitus & timoratus,nec voluit alterius mariti vxorē cognoscere,idcircò libenter re
misit eā,& fleuit præ gaudio,ꝙ interim Deo auxiliante ab ea continuit se,& quia ad ꝓpriū re
uertebatur maritum.Porrò quidā Hebręi dicūt,ꝙ fleuit,quia exercitū perfectionis à se reces-
sit,qm̄ magnæ perfectionis exercitium reputauit,tantā matronam,tanꝗ sororē secum tenere,
& ab ea iugiter abstinere. Veruntñ potiùs reor,ꝙ ex mœrore quodam plorauit,etiam dato ꝙ
eam libenter dimiserit,quēadmodū Rebecca non sine fletu seperabaꝰ à filio suo Iacob,quem
tñ ad Mesopotamiā tendere persuasit.Naturale est equidē in separatiōe diligentiū se plorare, Gene. 28.
quanuis separatio secundum vnā cōsiderationē sit placens.[Et dixit ad eum Abner:Vade,re-
uertere. Qui reuersus est.Sermonē quoq; intulit Abner ad seniores Israel,]i. tribuum adhuc
adhærentium Isboseth regi,quarum seniores conuocauit,vt per eos persuaderet & alijs quod
volebat,[dicēs:Tam heri quam nudiustertius]i.tempore non diu euoluto,& etiam tempore
diu elapso,[quærebatis Dauid vt regnaret super vos,]defuncto Saule.Sciuerunt em̄ Dauid es
se inunctum à Samuele & esse aptissimū ad regnandum,ipsumq; Isboseth ad hoc prorsus ine-
ptū. Vndè elicitur,ꝙ Abner ad tempus auerterat eos à Dauid.[Nunc ergo facite]Dauid sup 1.Reg. 16.
vos ꝑsidere,[qm̄ dn̄s loquutus est ad Dauid]per prophetas,putà per Samuelē & Gad,[dicēs:
In manu]i.per obsequiū,potestatem & regnum[serui mei Dauid saluabo populū meum Isra-
el de manu Philisthinorū,]qui tempore Saul ac Dauid præ cæteris gentibus erant molesti filijs
Israel,[& omnium inimicorū ejus.Loquutus est aūt Abner etiā ad Beniamin]i.tribum Benia
min,q̄ magis zelebat ꝓ Isboseth,tanꝗ nato de sanguine suo,& iam diu pugnauit pro eo, & illi
de Beniamin erant domestici Isboseth atq; custodes capitis sui,& valdè inuitè permiserūt re-
giam dignitatem transferri de tribu sua ad aliam tribum.Ideo diligentiùs erant monendi , vt
acquiescerent promotioni Dauid in regē super eos. Eccè quomodò omipotens ac sapientissi
mus Deus,ex malis elicit bona:quia ex ira Abner,processit hoc bonum.[Venitq;]Abner[ad
Dauid in Hebron cum viginti viris,]certus de amicitia Dauid,ideo paucos & honorabiles vi
ros secum adduxit.[Et fecit Dauid Abner & viris suis qui venerant cum eo,cōuiuium.]i.ma-
gnificè suscepit ipsum Abner,& solenne conuiuium exhibuit ei ac viris suis in signum amici-
tiæ & cōfœderationis.[Et dixit Abner]facto conuiuio[ad Dauid:Surgā,vt congregem ad te *omnem
dn̄m meum regē *vniuersum Israel,]sicut expositum est,[& ineā tecum fœdus]i.amicitiæ pa-
ctum,quod feci tecum secretè,coram omnibus renouem,quatenus securè subdant se tibi,[&
imperes omnibus,sicut desiderat anima tua.]Per hoc nō est intelligendū,ꝙ Dauid afficiebatur
ambitiosè ad dominādum,sed ꝙ appetijt ꝑesse vtiliter atq; pacificè,q̄rens bonum cōmune,nō
proprium & priuatū.[Cùm ergo deduxisset Dauid]ipsum[Abner,]eundo cum Abner per spa
tiū aliquantum ꝓpter reuerentiam Abner,[& ille isset in pace,statim pueri Dauid]i.ministri
& milites,bellatoresq; eius,[& Ioab venerūt cæsis latronibus,]qui terram Israel intrauerunt,
defuncto Saul,& duobus regibus contra se dimicantibus,[cum ꝑda magna nimis,]quā extra
terram Israel acceperunt,vel in terra Israel latronibus ꝑdantibꝰ abstulerūt.[Abner aūt non e-
rat cum Dauid in Hebron,quia iam dimiserat eum,& ꝓfectus fuerat in pace,& Ioab & omnis
exercitus qui erat cum eo,posteà venerant. Nunciatum est itaq;]ipsi[Ioab à narrantibus]do-
mesticis Dauid: [Venit Abner filius Ner ad regem, & dimisit eum, & abijt in pace. Et ingres-
sus est Ioab ad regem,& ait:Quid fecisti?]q.d.incautè egisti.[Eccè venit Abner ad te. Quare
dimisisti eum,& abijt,& recessit?Ignoras Abner]i.non attendis fraudulentiam huiꝰ Abner,]
filium Ner,qm̄ ad hoc venit ad te,vt deciperet te,& sciret exitum tuum & introitum tuum, &
nosset omnia quæ agis?[i.vt cōsideraret qualiter sit dispositum tecum & in domo tua,sicq; ag
nosceret,qualiter possit te faciliùs superare. Vndè Alexander Magnus sub habitu alieno in-
trauit pro tali causa pelatium Darij regis,& alij plures fecerunt similia.Per hæc verba tentauit
Ioab mutare & inclinare cor Dauid ad violandum initum fœdus cum Abner,sed Dauid non
credidit verbis Ioab,quia & aliundè agnouit probitatem ipsius Abner atque versutias Ioab.
[Egressus itaq; Ioab à Dauid,]qn̄ vidit se non posse persuadere regi quod voluit,vt Iosephus Iose. lib. 7
ait,[misit nuncios post Abner,]qui dixerunt,ex informatione Ioab, quod Dauid rex vellet an.iu. ca. 1.
adhuc conferre cum eo,[& reduxit eum à cisterna *sira,[quia iuxta cisternam sic cognomina
tam,nuncij Ioab inuenerunt ipsum Abner,&ibi cœpit reuerti,[ignorante Dauid. Cumq; re-
dijsset Abner in Hebron,]i. esset in via redeundi,[seorsum adduxit eum Ioab ad medium
portę,vt loqueretur ei in dolo,]i.dolosè.Ioab enim occurrit ipsi Abner,quasi ex commissio-
ne regis habens secreta tractare cum ipso,& prætendebat vultum iucundum ac gratiosum ad
Abner.Quanuis enim dispositio cordis & vehementia passionum animæ soleant apparere in
vultu,Ioab tamen ex sua calliditate sciuit in facie assumere apparatum dispositioni interiori
contrarium,& in hoc quidam simulatores & callidi sequuntur callidum Ioab.[& percussit

eum ibi in inguine,]i. improuisè & ꝓditoriè trusit pugionẽ in vitalia Abner, quem non audebat aggredi manifestè, nec Abner obseruauit se, eo ꝙ cõfœderatus esset Dauid regi & fautori b⁹ eius, nec putauit ꝙ Ioab violaret amicitiæ pactũ, [& mortuus est in vltionem sanguinis Asaelis fratris eius.] Hoc Ioab allegauit pro causa homicidij huius, tñ vt Iosephus, alijq́; cõmuniter
Iose. lib 7. dicũt, potiùs fecit istud ex ambitione atq; inuidia, quia ad principatũ militię adspirauit, quem
an. iu. ca. 1. suspicabat cõcedendũ ipsi Abner à Dauid, sicut & factũ fuisset, & ex tali radice occidit etiam
2. Reg. 20. posteà Amasam ꝓpriũ cõsobrinũ, vt infrà habeẽ. Hinc magist. in hist. scribit: Verius est ꝙ Ioab
Pet. Co. hi. stor. lib. 2. timuit ne Abner fieret secundus à rege. Nec propter interfectionẽ Asaelis habuit Ioab iustam
Reg. cap. 5. causam aduersus Abner, qm̃ Abner occiderat Asaelem cũ diligenti præadmonitione & ex necessitate defendẽdi ꝓpriã vitã, cũ adhibitione inculpatæ cautelę. Videẽ quoq; ꝙ Ioab dimisisset ipsi Abner interfectionẽ fratris sui, qñ insonuit buccina, & dixit: Viuit dñs, si loquutus fuisses manè, &c. Quanuis forsan ex dolo tunc tacuit de interfectione fratris sui, vt posteà eũ vlcisceretẽ in Abner se nõ pcauente, iuxta quẽ modũ Absolon nihil loquutus fuit ad Ammõ de violatione suæ sororis. Aliqui tñ opinantur, ꝙ Ioab adhuc nõ sciuit fratrẽ suum esse occisũ, qñ p̃tacta verba dixit ad Abner, & q̃uis Abner peccasset fratrẽ Ioab occidẽdo in ꝑlio, hoc tñ debuit esse sopitũ atq; indultũ, per amicitię pactionẽ inter Dauid & Abner contractã. [Quod cum audisset Dauid rẽ iã gestam,] videlicet Abner sic esse occisum, [ait: Mundus] i. innocẽs [ego sum & regnũ meũ] i. successio mea regnatura, seu populus regni mei, vel regia mea authoritas, aut regnatio & ꝓsidentia mea, [apud Deum in sempiternũ à sanguine] i. à crimine quo effusus est sanguis [Abner filij Ner, & veniat super caput Ioab:] i. iuste ac debitè puniatur ꝓ tanto facinore, quẽadmodũ postea factum est, qm̃ Salomon ex cõmissione Dauid iussit ipsum Ioab occidi. [& super oẽm domũ patris eius,] i. super eius cognatos, q ei cõsenserunt, aut aliquo modo cõmunicauerunt in crimine isto. [nec deficiat de domo.] i. posteritate [Ioab, fluxũ seminis sustinens,] hoc est, seminifluus, etiã vltra q̃ passio talis naturaliter solet accidere. [& leprosus, & tenẽs fusum.] i. debilis viribus. Vndè (vt fertur) Hebræi dicũt, tenens apodiamentũ. Quidam per tenentẽ fusum, intelligunt effœminatũ & euiratũ. Nonnulli per leprosum & tenentẽ fusũ, intelligunt idẽ, videlicet virum lepra infectũ, atq; in manu tenentẽ fusum, hoc est, breue venti labrũ, quod de folijs fit palmarũ, & inter digitos voluitur instar fusi. Vel fusum, i. ligneũ instrumentum cum duabus pluribus ve tabellis, quas cõcutit leprosus, qñ mendicat. [& cadens gla
Iose. lib. 7. dio,] i. stragem in prælio patiens, [& indigẽs pane] i. necessarijs vitæ. Prætereà Iosephus refert,
an. iu. ca. 1. ꝙ Dauid se excusando, tetendit manum in cęlum quasi iurans, ꝙ eo inscio Abner esset occisus: Maledixit quoq; Dauid hoc modo Ioab & suis, imprecando eis tot mala pœnæ ex zelo iustitiæ, non ex vituperabili passione. ¶ Sed meritò quæritur, cur & posteris Ioab sic maledixit, qui nequaq̃ rei fuerũt criminis huius Cumq́; pœna debeatur culpę, videtur fecisse iniustè, imprecando tot pœnas innocentibus, saltẽ ab isto excessu. Respondetur, ꝙ cùm ꝓles sit aliquid suorum parentũ, quantùm ad corpus quod ab illis contraxit, non quantùm ad animam q̃ tota ab extra est per creationẽ: idcircò proles qñq; pro parentum peccatis punitur in corporalibus per mala pœnalia, sicq́; parentes puniuntur in sobole sicut in re sua, quemadmodum etiam ꝓ crimine læsæ maiestatis, filij hæreditate priuantur ac patria. Sic quoq; aliqui sancti in nouo testamento leguntur mala pœnalia imprecati, non solùm authoribus criminis, sed & posteritati eorum, quemadmodùm sanctus Remigius dixit de his qui sua blãda incenderant: Qui hoc fecerunt & posteri eorum viri, in genitalibus erunt rupti, fœminę gutturosę. Insupèr dici potest ꝙ sanctus Dauid hæc dixit per modum ꝓnunciationis propheticæ, ad designationẽ & cõmendationẽ longæuã diuinæ iustitiæ, iuxta quẽ modũ loquutus est in psalmis multa similia, itaq;
Leuit. 15. imprecatus est illis quinq; mala, si læprosus & tenens fusum pro diuersis sumãtur: q̃ si pro eodẽ
Num. 5. accipiantur, imprecatus est eis quatuor mala. Quinq; mala fuerunt, fluxus seminis, lepra, effœ
Leuiti. 13. minatio, gladius, mendicitas. Porrò fluxus seminis & lepra, fuerunt immunditiæ legales. Men
Deute. 15. dicitas quoq; multũ à Iudæis abhorrebatur, eo quod in Deu. scriptum sit: Omninò indigens & mendicus non erit inter vos, imò omnia ista erant contraria terrenæ prosperitati, quæ promittebatur in lege. [Igitur Ioab & Abisai frater eius interfecerunt Abner, eo quod occidisset fratrẽ eorum in Gabaon] i. iuxta Gabaon in campo [in prælio.] Videtur Iosephus velle, quod
Iose. li. 7. an. iu. ca. 1. ipso Ioab loquente cũ Abner in dolo, Abisai occiderit eũ, sed potiùs tenẽdum videtur, quod Ioab propria manu hoc fecerit, sicut & textus apertè iam recitauit: & si Abisai hoc fecisset, Da
3. Reg. 2. uid maledixisset ei sicut & ipsi Ioab. Infrà quoq; habetur, quod Dauid in extremis agens, filio suo Salomoni pcepit, vt mortem Abner vindicaret in Ioab. ꝙ si Abisai occidisset hunc Abner Dauid non dimisisset eum innoxiũ. Abisai etiã fuit tam audax & fortis, ꝙ benè ausus fuisset apertè inuadere Abner: nec erat ita callidus ac dolosus vt Ioab. Cur ergo Ioab & Abisai dicunẽ occidisse Abner, nisi quia Ioab id egit, & Abisai consentiens astitit, & paratus erat iuuare, si necessarium esse vidisset? [Dixit aũt Dauid ad Ioab, & ad oẽm populũ qui erat cum eo] qui consensisse videnẽ ipsi Ioab in hoc facto: [Scindite vestimenta vestra] in signũ mœroris. Quod ve

rò

rò Iohel 8. habetur, Scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra, intelligit de scissione curiositatis ac superstitionis. [& accingimini saccis,] in signum doloris & pœnitētiæ de vestris sceleribus, quemadmodū in Iona fertur de Niniuitis: Operti sunt saccis à maiore vsq; ad minorem & potest per saccū intelligi vestis grossa & dura, quasi facta de panno, de quo sacci fieri solent. [& plāgite ante exequias Abner.] Exequiæ appellātur planctus siue officiū ꝓ defuncto. [Porrò rex Dauid sequebatur feretrum,] i. lectum seu loculū in quo iacuit corpꝰ exanime, & deferebatur ad monumentum. [Cumq; sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem suam & fleuit,] ita ꝙ prę cordis dolore erupit in singultū & lugubrē vocem, [super tumulum Abner. Fleuit aūt & oī. populus,] præsertim qui non erat de parte Ioab. Ioab verò & sui nō fleuerunt multùm ex corde, vt creditur. [Plangensq; rex & lugēs] ipsum [Abner, ait: Nequaq; vt solent mori ignaui, mortuus est Abner,] i. non ita occubuit Abner, vt cadere solent negligentes & formidolosi in prælijs, qui videntes hostem super se venientem, stant velut effœminati, nō audentes viriliter reluctari, & ita non accidit huic Abner, qui improuise occisus fuit, [Manus tuæ non sunt ligatæ, & pedes tui non sunt compedibus] i. catenis [aggrauati:] hoc est, non es ligatus iure prælij, nec captus aut vinctus occisusve viribus, [sed] dolosè, [sicut solent cadere coram filijs iniquitatis, sic corruisti,] i. ita occisus es fraudulenter, iniustè ac turpiter, sicut viri boni ac strenui solent interfici ab iniquis & fraudulentis, qui violant pactum pacis, & quos non audent apertè inuadere, student sub specie amicitiæ clàm necare. [Congeminansq; omnis populus,] i. planctum, singultumq; duplicans ac resumens, [fleuit super eum.] Nempe ex verbis regis tam dolorosis & affectuosis, atq; ex planctu eius tam cordiali & copioso, mota fuerunt eorum corda vehementer ad fletum: & quia recordabantur probitatum ac fortitudinū tanti viri, qui taliter corruit, & tanta bona frequenter fecit pro populo tempore Saul. [Cumq; venisset vniuersa multitudo cibum capere cum Dauid clara adhuc die,] ipso Abner sepulto. [iurauit Dauid, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat,] i. quacunq; graui aut grauiori afflictione me puniat, & istud fuit iuramentum per execrationem, qua aliquis sibijpsi imprecatur malum pœnæ, si aliter egerit aut fuerit q̄ iurat, iuxta quem modum ait Apostolus 2. Cor. 1. Ego testem inuoco Deum in animam meam, &c. [si ante occasum solis gustauero panem] i. cibum, [vel aliud quicquam.] Circa quod aliqui scribunt: Ex hoc sumitur argumentum, quod ieiunium soluitur etiam potu, si vltra necessitatem sumatur. Itaq; istud iurauit rex, quatenùs interiorem suam tristitiam designaret exterioris ieiunij inedia & labor, sicq; innocentia sua de occisione Abner cunctis innotesceret certiùs. [Omnisq; populus] ibi existens, [audiuit] verba regis, absentes quoq; posteà audierunt ex relatione pręsentium. [& placuerunt eis cuncta q̄ fecit rex in conspectu totius populi,] ad demonstrationem innocentiæ suæ, & ad ostendendū suam charitatem ad Abner, atq; dolorem suū de illiꝰ interitu. Itēq; ad declarandum indignationē & iram suā per zelum contra Ioab & suos. Præterea talis ac tanta expurgatio ipsius Dauid, fuit necessaria ad tollendum oēm sinistram plebis suspicionē, qa faciliter ac verisimiliter poterat ęstimari à multis ꝙ ex cōmissione aut cọnsensu Dauid fuisset Abner occisus, qa iā antè restiterat regi Dauid, & à filio sororis regis fuit occisus. Gaudebat quoq; populus dę expurgatione tā copiosa & innocētia Dauid, qa ex hoc libētius acceperūt eū in regē, & securiùs adhæserūt ei, tanq̄ verè iusto & digno regia potestate, & quia dilexerāt ipsum Abner. Si aūt habuissent regē suspectū de amicitiæ violatione & homicidio tā iniusto, nō immeritò exhorruissent eiꝰ dñium. [Et cognouit oīe vulgus & vniuersus Israel in die illa, qm̄ nō actū fuisset à rege, vt occideret Abner filiꝰ Ner. Dixit quoq; rex ad seruos suos: Nū ignoratis] i. ignorare non debetis, [qm̄ princeps & maximus] i. ipse Abner q fuit princeps militiæ Saulis & filij eius, atq; secūdus post regem, vir vtiq; valdè magnus prudētia, strenuitate ac virtutibus ad bellatorē tm̄ spectantibꝰ, [cecidit] hodiè [in Israel] i. in terra & populo Israelitico, ideo valdè dolendū est. [Ego aūt adhuc delicatus sum & vnctus rex,] i. adhuc sum nouiter cōstitutꝰ & non benè firmatus in regno, quia nondū habeo totū populū Israel mihi subiectū, sed tribū Iuda dūtaxat, nec scio dispositionē atq; negocia regni tā pfectè vt nouerat Abner, qui tot annis fuit ea expertus, ideo eiꝰ cōsilio & auxilio ꝑcipuè indigebā. Pro delicato, in Hebræo habet (vt fertur) tener, & sensꝰ redit in idē. Nā sicut plāta recēter terræ inserta, indiget nutrimēto: sic Dauid nouiter regnare incipiēs, indiguit subsidio Abner, q poterat totū populū ad Dauid reducere. [Porrò viri isti filij Saruiæ duri sunt mihi.] i. frequenter me grauāt & parū me curāt, dū aliter eis videtur, & magnū damnum mihi iam intulerūt, priuādo me tanti viri auxilio. [Retribuat dñs facienti malū iuxta malitiā suā.] i. iustè ac debitè puniat transgressores, pſertim in vita hac, ne pereant in ęternū. Diuina nāq; iustitia nullum malū deserit impunitum, iuxta illud Iob 24. Deus inultum abire non patitur. Nam & qui pœnitent, puniunt semetipsos suo pœnitentiali dolore ac operis satisfactione, sicq; Deus punit eos per seipsos, dando eis gratiam, qua sic spontè se puniunt, aut puniri faciunt seu permittunt. Hęc verba protulit Dauid zelo iustitię contra Ioab & suos, q. d. Quanuis ego pro nunc non valeam eos punire sicut ꝓmeruerunt, quia potētes sunt,

Ionæ 3.

& multam ac magnam assistentiam habēr,& nouus sum rex,vnā tantūmodo tribū habens mihi subiectā,tñ eorū punitionē diuinæ committo iustitiæ,& tēpori opportuniori reseruo. Vndè & punitionē Ioab,qm̄ sceleratior erat in crimine isto,posteà Salomoni cōmisit rex Dauid
3.Regū 2. sicq; ex his patet solutio q̄stionis qua q̄rit,cur Dauid statim non puniuit Ioab & fratrē ei⁹,q̄m
2. Reg. 4. admodū paulò pòst puniuit eos,q ipsum Isboseth peremerūt.Hinc(vt asserit R.Paul⁹) in Hebræo habetur,filij Saruię duriores me sunt:hoc est dicere,non possum in eis iustitiā exercere pro nunc.

¶De mystica expositione huius cap. 3. Artic. 6.

PEr domū Saul,ciuitas Babylonica,i.ecclesia malignantinm,regnū mundi,societas impiorū significatur:Per domum Dauid,ciuitas Dei,ecclesia electorum,congregatioq; iustorū exprimitur.Inter has domos est longa ac iugis cōcertatio,quia iniqui ac reprobi persequūtur electos & iustos.Sed Dauid quotidiè proficit,& semper seipso robustior reddit; quia electi & virtuosi prælati quotidiè prosperantur in donis gr̄æ ad salutem æternam, & per incremēta virtutum magis ac magis cōfortantur in dn̄o.Allogoricè quoq; Christus in exordio militantis ecclesiæ profecit quotidiè,qn̄ assiduè multi de synagoga,& innumerabiles de gentilitate ad ipsum conuertebant:& tunc domus Saul decrescebat quotidiè, quia de societate carnali-
Ioan. 3. um mundanorumq; hoīm,plurimi confugerunt ad Ecclesiæ gremiū.¶Porrò per filios Dauid natos in Hebron ex diuersis vxoribus,intelliguntur fideles quamplurimi,qui ex particularibus Ecclesijs & gratia Christi nascuntur,dum in varijs locis ex aqua & sp̄ūsctō regenerātur p̄ officia sacerdotum:oēs tñ in vniuersali Ecclesia,quæ per Hebrō accipitur,perseuerant,qm̄ extra Ecclesiam vniuersalem nulli est salus.[Abner aūt regebat domum Saul.]Per Abner,qui interpretatur lucerna patris,designantur prudentes seculi,in quibus est philosophica & mundana scientia,per quam regunt filios & magnates seculi huius.Sed tales prudentes concupiscentijs carnis deseruientes,obiecta q̄runt deliciarum suarum,& Respham concubinam Saul cognoscunt.Respha eñ,currens aut velox interpretatur,per quam quæcunq; mulier lasciua & inquieta exprimitur,cuius gressus sunt vagi & inuestigabiles,& nunc foris, nunc domi, nunc in plateis apparet parata ad animas capiendas.Propter huiuscemodi fœminas frequenter dissensio oritur inter carnales & potentes in seculo,sicq; interdum contingit,vt vir naturali scientia p̄ditus,atq; in mundo expertus,cōsideret vanitatem & vilitatem,imò & peruersitatem mūdanæ & carnalis conuersationis,& quam miserum sit seculo deseruire:idcircò proponit ad Christum conuerti,imò & alios secum ad ipsum reducere,cui Christus remandat:Non videbis faciem meam,nisi adduxeris mihi Michol coniugem meam,i.animas quas à spiritali meo connubio auertisti,eas trahendo ad vitia,studueris rursus mihi vnire,& spiritalia damna recuperare:quam cùm Abner reducit ad Christum,amator carnalis contristatur & luget.Deinde vir talis rationabili persuasione inducet homines seculares ad Christi obsequiū,cui in baptismo incorporati fuerūt,quamuis postea eo relicto,per varia vitia sint fornicati & auersi à Deo suo sicq; Abner cum 20.viris,i.cum adiutoribus & cooperatoribus suis Christo recōciliatur,& ve
Ioan. 6. nit ad ipsum per satisfactionē condignā,ac piè à Christo suscipitur,imò solenniter,qa qui ali-
Ibidem os quoq; conuertunt,acceptissimi Deo sunt,qbus & in p̄senti vita facit conuiciū, & cœnat cū eis,reficiens eos pane supersubstantiali ac sacramētali,q est Christus,de seipso p̄testans:Ego sum panis viuus,qui de cælo descendi.Itemq;:Qui manducat me.& ipse viuet propter me,pane consolationis internæ,refectione dulcis orationis,cibo salutaris doctrinæ,esca cōtemplationis supernæ,confortatione bonæ operationis & virtutū p̄fectibus,qbus omnibus veri fideles salubriter reficiuntur,sicq; ad triūphantis ecclesiæ beatificā alimoniā perducunt.Cūq; boni p̄lati & p̄dicatores idonei fuerint sic refecti & cōfortati,ampli⁹ inardescūt ad aliorū cōuersionē & honorificentiā saluatoris,quatenus ipse in omnib⁹ regnet per charitatē & obediētiā sanctā,& dicit vnusq̄sq; eorū:[Surgā]à q̄ete contēplationis,[vt]p̄dicationis obseqo,vitæ exēplo,& orationis suffragio,[congregē ad te dn̄m meū regē oēm Israel,]i. Christianos per vitiorū deuia hincindè dispersos,& imperes omnib⁹ per fidem & dilectionē,sicut desiderat anima
Ioan. 14. tua.Anima etem Chr̄i,oīm cupit salutem:ideo optat vt oēs sibi obediant,qa nemo venit ad pa
Psal. 15. trē nisi per ipsum:idq; desiderat non p̄pter cōmodum suū,qa bonorū nr̄orū non eget,sed p̄pter nr̄am saluationē ad Dei patris honorē.[Cū ergo deduxisset Dauid Abner.]Christus nanq; electos suos gratiosè ducit per semitas ęquitatis,& p̄git cū eis,iuxta illud Sap.10. Iustum deduxit dn̄s per vias rectas.Specialiter quoq; adest eis,& comes eorū est,q ex charitatis feruore gradiūtur ad aliorū conuersionē.[Nunciatū est itaq; Ioab.]Per Ioab & pueros eius accipiunt hoc loco iniq ministri p̄latorū Ecclesiæ,q cæsis latronib⁹,cū grandi valdè veniūt p̄da:qm̄ puniunt reos,nō ex syncero iustitiæ zelo,sed cupiditatis affectu,vt p̄pria cōmoda consequant,propter q̄ spoliāt subditos.Hi superioribus indignātur,dum viros verè iustos assumūt,p̄mouent atq; ad aliorū cōuersionē & regimē dirigūt.Ideo talibus obloquunt.& facta eorum ac studia interp̄tant in peius,& p̄cutiunt eos in inguine,i.carnalitatis vitia eis imponunt,vel ad ea ipsos p̄trahere moliūtur,formidantes,ne ad ecclesiasticas dignitates p̄moueant,& sibi p̄ficiant.Vñ
ex

ex ambitione & odio ipsos infestant,& interdum occidũt affectu aut opere. Ad multa quippe & maxima scelera trahit detestanda & infelix ambitio,facitq; hoiem iugiter ad seipsũ inordinatè reflexum,vanis suspicionibus,mordacibus rancoribus,& nonnunq̃ desiderio mortis ei⁹, à quo metuit p̃ueniri ac vinci,repletum. Efficit quoq; hoiem simulatorem, blandũ, callidum, & varijs practicis occupatum,apparenter amicum,& verè hostem,duplicem & bilinguẽ,ita vt blandiatur in publico,& noceat in secreto,quemadmodum ait Psa.17. Qui loquuntur pacem cum proximo suo,mala aũt in cordibus eorum. O q̃ multi sequuntur in his callidum illũ ambitiosumq́. Ioab q̃bus graues sunt ad videndum hi,à quibus putant humiliari,atq; à desideratis ꝓmotionibus impediri,aut à stationibus suis expelli. Propterea dñs ac saluator & veri eius vicarij,iusti ac sapientes,talibus imp̃cantur vel magis p̃dicunt hæc mala:videlicet seminis fluxum,vt s.per verba q̃bus defluunt,nihil ꝓficiant cõtra iustos:& lepram, i.infectiuã doctrinã: effœminationẽ quoq; & deiectionẽ in bello tentationũ,in quib⁹ succũbũt,& diuinorũ priuationẽ charismatũ. Tales enĩ iniqui incidũt oĩa mala ista,q̃a inutiliter fabulant̃,aliosq́; inficiũt prauitatis suę exemplis ac informationib⁹ venenosis,carnalibus quoq; cõcupiscentijs effœminant̃,& dum à mundo vel diabolo impugnãtur,statim vincũtur. Ideo inopes sunt,grã ac virtutib⁹ destituti. Quæ oĩa etiam eorum filijs,i.imitatorib⁹,discipulisq́; ꝓueniũt:q̃a si cæcus cęco ducatum exhibeat,simul cadũt in lacũ. Veruntñ pius dñs ipsos ad pœnitẽtiã cohortat̃: Scindite,inquiens,vestimẽta vr̃a]i.praua opera dissipate,corpora vr̃a per flagella disciplinæ corrigite,[& accingimini saccis]i.pœnitẽtiæ vestib⁹,[& plangite añ exeq̃as Abner]i. deplorate, spiritalẽ eorũ interitũ,quos scãdalizãdo traxistis ad vitia,& iniurias quas ꝓximis irrogastis,deflete. [Porrò rex Dauid seq̃batur feretrũ.]Per hoc insinuatur,ꝙ bonus pastor debet esse officiosus circa defunctos,& eorũ mortẽ ac culpas deflere. Queadmodũ etiã Dauid cõmendauit Abner sepultũ,sic virtuosi p̃lati consueuerũt recõmendationẽ facere post sepulturã subditorũ suorũ,quos bñ migrasse cõfidunt,ita ꝙ manus illorũ nõ sunt ligatę,i.opationes ipsorum nõ sunt vinculis vitiorũ constrictæ ac impeditæ à regni cælestis ingressione,nec pedes eorũ sunt cõpedibus aggrauati,i.affectus ipsorum nõ sunt terrena cupiditate aut carnali fœditate dep̃ssi, sed charitatiui ac liberi ad cœlestia eleuãtes. Postremò p̃ Ioab q̃ ipsum Abner occidit,potest designari diabolus,qui p̃dicatores bonos conatur subuertere,& cõcupiscẽtiarũ mucrone transfodere,atq; ab aliorum cõuersiõe penit⁹ impedire. Discam⁹ ergo ex isto cap. oẽm ambitionẽ odire,oẽm simulationẽ,fraudulẽtiãq́, vitare,nec iniuriari cuiq̃,sed esse synceri ac recti in oĩb⁹.

¶Expositio cap.4. Audiuit autem Isboseth filius Saul. Art. 7.

Recitata occisione ipsi⁹ Abner principis militiæ Isboseth,hic narrat̃ qualiter Isboseth sit occisus. [Audiuit aũt Isboseth fili⁹ Saul,ꝙ cecidisset Abner in Hebron,& dissolutæ sũt manus]i. vires[eius:]q̃a rumore illo audito expauit,nec habuit cõfidentiam p̃ualẽdi aduers⁹ Dauid,timuitq́; de periculo proprio,& forsan putauit ꝙ de cõsensu regis Dauid esset Abner occisus,[oĩsq́; Israel perturbatus]est,i.tribus quæ hucusq; obedierunt ipsi Isboseth & Abner principi eius,obstupuerunt de morte Abner. [Duo autem viri principes latronum erant filio Saul.]i.ipse Isboseth filius Saulis habuit principes duos,quos(vt in libro de Hebraicis quæstionibus fertur)constituit principes seu exercitus seu turbarum sibi adhuc obedientiũ,vndè in Hebræo habetur,vt dicitur,principes turmarum. Potiùs tñ reor, verbum illud Hebræum esse æquiuocum ad vtrunq;. ¶Porrò aliqui dicunt,quod erant principes quorundam p̃dantium alios,in quorum dep̃datione q̃nq; latrocinia accidunt,ꝓpter quod latrones vocãtur. [Nomen vni Baana,& nomen alteri Rechab,filij Remmõ Berothitæ de filijs Beniamin.]i.viri sic dicti,qui erat de vrbe nomine Beroth ad tribum Beniamin pertinente. Ideo subditur: [Siquidẽ etiam Beroth reputata est in Beniamin. Et fugerunt Berothitæ in Gethaim.] Hoc quidam exponunt sic,quod prædicti duo principes nati ex Beroth,voluerunt occidere Isboseth regẽ, & propositum suum insinuauerunt Mephiboseth filio Ionathę,asserentes quod facerent eum regem,eo quod esset filius primogeniti Saulis,q̃bus non acquieuit Mephiboseth,& patruum suum Isboseth p̃monuit de hoc. Quo cognito,principes isti fugerunt in oppidum Gethaim. [fueruntq́; ibi aduenæ vsq; ad tempus illud:]quo s.redierunt secretè ad interficiendum Isboseth. Alij sic exponunt,quod Beroth fuit vrbs Philistæis propinqua:ideo Saul occiso Berothitæ fugerunt ab vrbe sua in Gethaim. [Erat aũt Ionathæ filio Saul,filius debilis pedib⁹:]i. claudus,non à natiuitate,sed ex diffortunio casus. [Quinquennis enim fuit,q̃ñ venit nuncius de Saul & Ionatha ex Iezrael: Tollens itaq; eum nutrix sua,fugit:cumq́; festinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus est, habuitq́; vocabulum Mephiboseth. Venientes ergo filij Remmon Berothitæ,] vtpotè duo principes illi, [Rechab & Baana, ingressi sunt feruente die domum Isboseth. Qui dormiebat super stratum suum meridie,& ostiaria domus purgans triticum,obdormiuit. Ingressi sunt aũt domũ latẽter,assumentes spicas tritici,]ad p̃sentãdũ eas Isboseth regi, tanq̃ primitias,quasi ad honorãdũ eũ vt regẽ,ne dolus eorũ p̃ciperetur,vel vt alij dicũt,intrauerũt sub specie mercatorũ,velut volẽtes emere triticũ. [& p̃cusserũt eũ in inguine Ba-

Matt.13.
2.Reg.3.
Hierony.
Iosu.18.

Baana & Rechab frater eius,] ipsum videlicet Isboseth, dormientem super lectum suum meridie, vt solet fieri in æstate, [& fugerunt. Cùm aût ingressi fuissent domû, ille dormiebat super lectû suum in conclaui, & percutientes interfecerunt eum. Sublatoq́; capite eius,] ꝙ pciderût eo iam mortuo, [abierunt per viam deserti tota nocte] illa, [& attulerût caput Isboseth ad Dauid in Hebron] ad côplacendû regi, eo ꝙ eius aduersarium occidissent, & vt conseq̃rentur ab eo promotionem ac munera. [dixeruntq́; ad regem: Eccè caput Isboseth filij Saul inimici tui qui q̃rebat aîam tuam. Et dedit dñs dño nr̃o regi vltioné hodiè de Saul & de semine eius. Rñdens aût Dauid Rechab & Baana fratri ei⁹, filijs Remmon Berothitæ, dixit ad eos: Viuit dñs q eruit aîam meam de omni angustia,] i. de afflictionibus quas sub Saul sustinui, qm̃ eum qui annunciauerat mihi, & dixerat, mortuus est Saul, q putabat se ꝓspera nunciare, tenui, & occidi eum in Siceleg] vt patuit suprà, non tñ pro sola illa denunciatione, sed quia asseruit se occi-
2. Reg. 1. disse Saulem, [cui oportebat me dare mercedem] i. iustam retributionem [pro nuncio] i. ambasiata seu rumore, quo retulit se Christum dñi interfecisse: [quãto magis nunc cû viri impij interfecerunt virû innoxiû in domo sua super lectum suum] ac dormienté, videlicet ipsum Isboseth, qui vocat̃ innoxius, nó ꝙ fuit penitus innocés, sed quia non meruit ab illis ita occidi, quorum homicidiû grauabatur ex hoc, ꝙ tam fraudulenter atq; crudeliter perimerêt filiû re-
*nó quęrã gis in somno, ac propria domo, [*nûc q̃ram sanguinem ei⁹ de manu vestra,] hoc est, debitã vltionem à vobis exquiram, & vobis infligã, ꝓ tam iniusta sanguinis illi⁹ effusione. [& auferam vos de terra. Præcepit itaq; Dauid pueris] i. ministris, [& interfecerunt eos. Præcidentesq́;] pueri Dauid [manus & pedes eorum, suspenderunt eos sup piscinam in Hebron.] Hæc oĩa fecit Dauid ex debito sui officij ac zelo iustitiæ, atq; vt vniuerso Israelitico populo côstaret certissimè se esse immuné ab interfectiôe ipsius Isboseth. [Caput aût Isboseth tulerunt] hoc est, serui Dauid acceperunt, portauerût, [& sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.] Quia non potuerunt illud ibidèm cum honorabiliori mortuo sepelire. ¶ Iuxta intelligentiam spiritalé, per Isboseth intelliguntur desides & carnales, qui dum corporali repausationi supfluè vacant à principibus latronum, hoc est, malignis spiritibus superantur, præsertim dum ostiaria dom⁹ obdormit, hoc est, ratio, cuius est, domum animæ custodire, & ianuam oris gubernare, per negligentiæ suæ torporem, à vigilantia solicitudinis bonæ cessat. Possunt quoq; per principes istos latronum, concupiscentia gulæ, & libido luxuriæ designari: quæ in animabus plurimorû ea quæ carnis sunt amantium, exercent latrocinia sua, assumentes secum tritici spicas, i. præcipua quæq; edulia obiectantia gustum, & sub specie boni ingrediuntur, quia delectant. Quæ etiam præcidunt Isboseth caput, qm̃ rationem obtenebrant vehementer, iuxta illud Oseæ 4. Fornicatio & ebrietas & vinum auferunt cor. ¶ Insupèr maligni spiritus eum quem ita deuicerint, præsentant iudici Christo, tanquam iustè damnandum, & aduersarium Dei: sed quoniam praua intentione egerunt hoc, damnationis augmentum recipere promerentur.

¶ Enarratio literalis cap. 5. Et venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid. Art. 8.

QValiter Dauid constitutus sit rex super totam Israeliticam plebé, & qualiter obtinuerit vrbem Hierusalem, ac Philistæos deuicerit, pręsens describit capitulû. [Et venerunt vniuersæ tribus Israel,] hoc est, qdam principales de singulis tribubus, super quas hucusq; nondû regnauerat, [ad Dauid in Hebron, dicentes: Eccè nos, os tuû & caro tua sumus,] i. propinqui tibi secundum carnem, quia ex semine Abrahæ, Isaac & Iacob, sicut & tu, ideo non suspiceris malum de nobis. [Sed & heri & nudiustertiùs] hoc est, præteritis & non diu elapsis diebus. [cùm esset Saul rex super nos, tu eras educens & reducens Israel:] hoc est, dux populi prælian tis, vt patuit 1. libro, quo inter cætera dictum est, ꝙ Saul côstituit Dauid super viros belli. [Di-
1. Re. 17. 18. xit autem dominus ad te] per Samuelem aliósve prophetas, & per inspirationem ac allocutionem internam: [Tu pasces populum meum Israel,] i. per sapiétiam & doctrinam tuam reges atq; reficies Israeliticum populum, [& tu eris dux] hoc est, ductor & rex [super Israel.] sicque dux sumitur hic extensè, prout regem includit. [Venerût quoq; & seniores Israel ad regem in Hebron. Et percussit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron coram domino,] hoc est, amicitiæ pactum cum eis inijt ac firmauit. Nam pauloantè contra se inuicèm pugnauerunt, ideo primò
2. Reg. 2. reconciliabantur. [vnxeruntq́; Dauid regem super Israel.] i. super totum Israeliticum populum. Fiebatq; vnctio illa per manum pontificis aut prophetæ. [Filius 30. annorum] i. 30. annos ætatis habens, [erat Dauid cùm regnare cœpisset, [quæ ætas apta est ad præsidendum. [In Hebron regnauit super Iudam 7. annis, & sex mensibus. In Hierusalem autem regnauit 33. annis super omnem Israel & Iudam. Et abijt rex, & omnes viri qui erant cum eo in Hierusalem,] hoc est, vsq; ad mœnia ciuitatis, quam primò obsedit, quia erat præcipua, quatenùs ea capta, ampliùs timeretur. Vel, eam partem ciuitatis obsedit, in qua Iebusæi manebant, videlicet arcem, & itèm qm̃plures alieni ac infideles habitabant ibidèm, quos volebat fugare. Et rursus, qm̃ ex reuelatione diuina cognouit ciuitatem illam esse electam à Deo, pro loco cultus diuini, & tépli ædificandi in ea, ac sacrificiorû: ideo tanq̃ verè deuotus, & lumine prophetiæ edo-
ctus

ctus, voluit cómorari in ea. Itaq; iuit ad ciuitaté Hierusalé, [ad Iebusæû habitatoré terrę,] i. ad impugnandum Iebusæos in Hierusalé cómorantes, quos tépore Iosuę non potuerût filij Iuda à Ierusalem extirpare, iuxta illud Iosuæ: Iebusęum habitatorem Hierusalé non potuerût filij Iuda delere. Habitauitq; Iebusæus cum filijs Iuda in Hierusalé. Deniq; tépore ꝓcedente, fuerût Iebusæi rursus in Hierusalem valdè multiplicati. vñ Iud. 19. legitur, ꝙ puer Leuitæ dixit ad dñm suû: Declinemus in vrbé Iebusæorû. Cui rñdit Leuites: Nô ingrediar oppidû gêtis alienę [Dictûq; est ad Dauid ab eis:] i. Iæbusęi dixerunt ad Dauid: [Nô ingredieris huc, nisi abstuleris cęcos & claudos, dicétes: Nô ingredietur Dauid huc.] Hoc Magister in hi. côpendiosè exponit tripliciter: Posuerunt, inqens, Iebusæi cęcos & claudos supra murum Hierusalé in derisioné Dauid, dicentes: Nô intrabis huc, nisi abstuleris cęcos & claudos, q. d. Tã fortis est ciuitas ꝙ fortium auxilio nô egemus. Alij dicût eos posuisse imagines supra murû, quos dixerunt cæcos & claudos, i. nihil agentes. q. d. Etiam nobis nihil agentibꝰ, intrare non potes. Vel seipsos dixerût cęcos & claudos, eo ꝙ Dauid reputauit eos debiles, & claudis ac cæcis côsimiles. Hęc ibidé. Insuper circa hæc scribit Lyra: Dicunt doctores catholici communiter, ꝙ Iebusæi illi in fortitudine murorû suorum confidentes, posuerunt aliquos cæcos & claudos ad ꝓpugnacula in côtemptum exercitus Dauid. q. d. Tales sufficerent ad defendendû fortalicium nr̃m, iuxta quem modûm Eze. 27. leguntur Pigmæi pharetras suas suspendisse in muris Tyri ad ostentationé fortitudinis loci. q. d. Tales sufficerent ad defensioné turrium ac murorum. R. Salomô dicit, quod isti cæci & claudi, erât duæ imagines, vna repræsentans ipsum Isaac, qui ante finem vitæ fuit cæcus, alia ipsum Iacob, q ex lucta cum angelo claudicauit. Et addit, ꝙ Iebusęi isti descenderût de Abimelech rege Palęstinorum, cum quo Abraham inijt fœdus pacis & iuramentum, vt legitur Gen. 21. Itaq; posteri huius Abimelech s. Iebusęi isti, vidétes filios Abrahæ multiplicari, timuerunt ne posteà impugnarentur ab ipsis: ideo in superiori parte fortalicij sui posuerunt prædictas duas imagines in signum pacti præfati, & in ore cuiuslibet imaginis erat scriptum Abrahæ iuramentum. q. d. Posteri Abrahæ non possunt hunc locum inuadere. & secundum hoc dicuntur istæ imagines odientes animam Dauid, qm̃ repræsentabant eum esse transgressorem iuramenti Abrahę, & per côsequens odibilem Isaac & Iacob, quorum erant imagines. Sed Dauid licitè impugnauit fortalicium illud, qm̃ iuramentum Abrahæ non fuit ad semper, sed ad tépus determinatum, quod tépore Iosuæ nondum effluxerat, sed tépore Dauid fuit finitum. Verùm côtra hęc scribit R. Paulus, dicédo ꝙ ista positio videtur ꝓsupponere aliqua falsa, & etiam q̃dam incerta. Præsupponit em̃ ꝙ Iebusæi descenderût de Abimelech, cû quo Abraham inijt fœdus, qui fuit rex Palęstinorû. Philistęi aût descenderât à Mesraim secundo filio Cham filij Noæ, vt patet Gen. 10. Iebusęi verò descenderunt à Chanaan quarto filio Cham, vt patet ibidem. Pręsupponit quoq;, quod posteri Abrahæ non poterant inuadere Hierusalem ratione iuramenti prędicti, quod falsum est. Nam in ꝑacto fœdere cum Abimelech inito, quamuis Abraham iurauit non nocere Abimelech nec posteris eius, non tamen iurauit ꝙ posteritas sua non noceret posteritati illius, vt patet intuenti formã illius iuraméti. Insupèr Abimelech confœderauit se cum Isaac filio Abrahę, quod non oportuit, si Abraham iurauit etiam pro sua posteritate. Sicq; dato quod Iebusæi descendissent de Abimelech, nihilominùs potuissent eos filij Israel impugnasse. Præsupponit quoq; ꝙ iuramentum Abrahæ durauit ad certum tempus, quod tempore Iosuę nondum effluxit, sed tempore Dauid: quod nullum fundamentum videtur in scripturis habere. Propter quod de tali expositione non videtur mẽtio facienda. Expositio aût doctorum catholicorum est satis applicabilis literæ. Est tñ & aliꝰ modus dicendi, qui literæ forsan magis propriè adaptatur, videlicet quod cæci illi & claudi fuerunt simulacra deorum Iebusæorum posita in summitate fortaliciorum suorum, qui Iebusæi deos suos appellabant cæcos & claudos, secundum sentire Dauid, qui deos illos improperando, dicebat: Oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient: pedes habent, & non ambulabût. idcircò credentes quod Dauid non sustineret in regia vrbe illa huiusmodi deos, excusabant se à receptione ipsiꝰ, dicédo: Nô ingredieris huc nisi abstuleris cęcos & claudos, quasi dicerent: Scimus ꝙ si possideres hunc locum, auferres deos nostros, quos putas cæcos & claudos, ꝙ nullatenùs permittemus. Vnde oportet, ꝙ per potentiam auferas eos, si vales, quia non eos tibi trademus. Vndè Dauid de hoc indignatus, postquàm cepit arcem Sion potenter, posuit pręmium facientibus tria in debellatione Iebusæorum. Primò, illi qui percussisset Iebusæum, quod fuit contra personas eorum. Secundò, illi qui tetigisset domorum fistulas, & hoc contra sustentationes eorum. Hierusalem enim non habebat aquam intra murum, sed ex pluuialibus aquis in cisternis collectis sustentabantur. Ideo frangendo stillicidia illa, videlicet fistulas, per quas aqua pluuialis fluebat, maximè quis affligebat eos. Tertiò, ordinauit contra deos eorum, dicens qui abstulissent cæcos & claudos, hoc est, simulacra Iebusæorum. Et nota, quod vbi translatio nostra habet, odientes animam Dauid, Hebraica veritas habet, Quos odiuit anima Dauid. Nam Dauid simulacra illa odiuit. Similiter quod in Pro-

Marginal notes: Iosu. 16. — Petr. Com. hist. lib. 2. Reg. cap. 7. — R. Salomô — Ge. 27. 32. — Ra. Paulus — Gen. 21. 26. — Psal. 113.

Prouerbio dicebatur, Cęcus & claudus non intrabunt in Ecclesiam Dei: videt huic expositio ni magis aptari. Nam iste locus fuit pręassignatus diuino cultui à tẽpore Abrahę, qñ voluit ibi ipsum Isaac immolare, & Iacob vidit ibidẽm scalam, ibiq; tẽplũ fuit per Salomonẽ fundatum, in quo nulla immũditia debuit habere ingressum: sed sol⁹ Deus fuit in eo colẽdus, & ob tm̃ ꝓsagiũ huius futuri boni, quasi ꝓuerbialiter dicebat, Non intrabit cæcus & claudus in tẽplum dñi. Q. d. Verè ꝓgnosticauerũt Iebusæi, ꝙ in templum dñi in ciuitate hac ædificandũ, non intrabunt cæci & claudi, hoc est, dij gẽtiũ, q cæci & claudi dicunt. Hęc R. Paulus, cuius dicta pro reprobatiõe positionis R. Salomonis, apta vidẽtur: tñ ꝙ ait Dauid ꝓposuisse mercedẽ, postq̃ cepit arcẽ Sion, expositorib⁹ non cõcordat. Cũ em̃ fortaliciũ illud obtinere difficilimũ foret, vt milites afarentur ad inuasionẽ illius, proposuit ꝓmium, ꝙ qui illud primo ascenderet ac obtineret, fieret princeps militiæ. Hinc in Schol. fert hist. Cumq; arcẽ obtinere non posset, proposuit in ꝓmiũ militiæ principatũ. Itaq; dictũ est ad Dauid ab eis, vtpotè Iebusęis, Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, dicẽtes: Non ingredietur Dauid huc. Si em̃ p cæcos & claudos intelliguntur hoĩes cæci & claudi, vel ipsimet Iebusęi, certũ est, ꝙ illi poterant ꝓpriè verba ista proferre. Si verò per cæcos & claudos intelliguntur simulacra deorum, illa dixerũt hæc verba materialiter aut interprętatiuè, vel dæmones loq̃bantur per idola illa. Si aũt per cæcos & claudos intelligantur p̃fatę imagines, ꝙ apparentiã modicã habet, dicendũ ꝙ imagines illæ dixerunt hęc materialiter aut interpretatiuè, quẽadmodũ inanimata dicuntur Deũ bñdicere & laudare. [Cepit aũt Dauid arcẽ Sion,] i. fortaliciũ sæpè dictũ, quod vocabatur arx Siõ, i. altitudo speculatiõis, qm̃ situm fuit in loco alto mõtoso, ex quo vndiq; longe ac late poterat q̃s videre, [hęc est ciuitas Dauid.] Tota Hierusalẽ ex hoc tempore cœpit esse & noĩari ciuitas Dauid, atq; metropolis regni eius. Veruntamen ista pars vrbis, in qua parte fuit fortaliciũ, specialiter dicta est ciuitas, q̃a meliorauit eã per ædificia, & in ea commorari elegit. ¶ Cõseq̃nter exprimitur, qualiter arcẽ obtinuit. [Proposuerat em̃ Dauid in die illa ꝓmiũ] ei [q percussisset Iebusæum,] hoc est, q primo ascenderet arcẽ, & ea obtẽta, occideret Iebusæos cõmorantes in turri illa. [& tetigisset domatum fistulas.] Doma vocatur tectum domus. Fistula aũt, canale p ꝙ stillicidia fluunt seu aq̃ductus. Vel (vt aliq dicunt) fistulæ erãt subterranei cuniculi seu meatus, per quos ascendebatur vsq; ad tectũ. Itaq; sensus est. Et tetigisset domatum fistulas, i. canales aquarum vastasset, vel permeatus illos ascendisset vsq; ad murum. Et per illos meatus dicit Ioab ascendisse, siue per aquæductum. [& abstulisset cæcos & claudos,] i. hoĩes illos seu imagines, siue simulacra, [odiẽtes aĩam Dauid] verè, formaliter, aut repræsentatiuè, sicut expositum est. [Idcircò dicitur in Prouer. Cęcus & claudus non intrabunt in templum.] Ad literam quippe prohibuit dñs in Leuitico, natos ex semine Aaron cæcos & claudos ingredi templum ad exercẽdũ sacerdotale officiũ, atq; ex verbis & factis his inter Iebusęos & Dauid habitis, cõuersa sunt verba illa Leuitici in Prouerbium, propter verborum similitudinẽ aut coincidẽtiã, vel propter rõnes R. Pauli inductas. Et sicut Magist. in hist. tãgit, forsan dum ianitores tẽpli arcebãt immundos à tẽpli ingressu, ænigmaticè loq̃bantur: Cęci & claudi non intrabunt &c. Ponentes cæcitatem & claudicationem pro immũditia quacunq; legali, per quam reddebantur ad tẽpli ingressum indigni. [Habitauit aũt Dauid in arce Sion,] hoc est, fortalicio illo, Iebusæis eiectis, [& vocauit eã, ciuitatem Dauid.] ex noĩe suo ob causas p̃dictas. Estq; intelligendũ, ꝙ arcẽ illam cum habitaculis & attinẽtijs suis per gyrum ita vocauit. [Et ædificauit per gyrũ à Mello & intrinsecùs.] Mello fuit ꝑcipitium quoddam, profundaq; vallis, & vt alij dicunt, vorago ante castrum, seu fortalicium pro eius munimine situata. Fuit autem & spatium inter voraginem illam & castrum, in quo spatio per fortalicij gyrum Dauid cõstruxit aliquas domos, atq; vt aliqui scribũt, à Mello vsq; sursum ędificauit Dauid murũ p circuitũ arcis Sion, faciẽs vnum murum intrinsecùs, aliumq; extrinsecùs, & ita duplici muro muniuit arcem. ¶ Porrò 1. Par. 11. legitur: Aedificauitq; vrbem in circuitu à Mello vsq; ad gyrum. Ioab aũt reliqua vrbis extruxit, vbi per vrbem intelligitur pars illa Hierusalẽ, q̃ vocata est ciuitas Dauid. Vñ & Iosephus, superiorẽ (inq̃t) ciuitatẽ Dauid muniuit, eiq; arcẽ iungendo, vnũ corp⁹ effecit. De ꝓmio aũt quod Dauid hic legitur proposuisse, nec tñ in isto lib. exprimit, 1. Par. 11. legitur: Dixit: Oĩs q percusserit Iebusæum, in primis erit princeps & dux. [Et ingrediebat] viã iustitiæ, & domũ suã, ac coram Deo, [ꝓficiens] in tẽporalib⁹ ac spũalibus bonis, [atq; succrescens,] fama, potestate, ac meritis, [& dñs Deus exercituum erat cum eo,] per grãm copiosam, per quã bene se habuit circa regimen suijpsius, & in regimine populi sibi cõmissi, & in diuino obseq̃o. Itaq; p grãm tantã ordinatè se habuit circa seipsum, prudẽter & exemplariter circa subiectos, deuotè ad Deum. [Misit quoq; Hirã rex Tyri nuncios ad Dauid & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificesq; lapidum ad parietes, & ædificauerunt domum Dauid.] Iste Hiram, vt infrà habetur, fuit amicus Dauid omi tẽpore. scriptura tñ nõ exprimit, qualiter Dauid & Hiram amicitiã contraxerint mutuã, nec legunt accessisse se inuicẽ. Verũ q̃nq; cõtingit, ꝙ aliq efficiũtur cordiales amici ex fama & perceptiõe probitatum ac amabilitatum suarum. Misit autẽ Hirã num

Gene. 22. Gene. 28. 3. Reg. 6. 7. Pet. Com. histor. li. 2. Reg cap. 7. Leuit. 21. Ra. Paulus Petr. Com. histo. lib. 2. Reg. ca. 7. Iose. lib. 7. an. iu. ca. 3.

nuncios primò ad Dauid, ad inqrendũ de statu suo. Deindè cognita volũtate regis Dauid, misit ei ligna preciosa & apta, conuenietesq; lapides, ac viros peritos operari in lignis & saxis, q artifices construxerunt regi Dauid domum infra eam partẽ Hierusalẽ, q̃ specialiter dicta est ciuitas Dauid. In regno equidẽ Tyri amplius abundabant ligna & saxa, pro domibus construendis cõuenientia, q̃ in Iudæa. Meliores quoq; artifices erãt ibi, propter quod posteà Salomõ misit ad Hiram, dicẽs: Scis qm̃ in populo meo non est vir q nouerit ligna cædere sicut Sidonij vt infra 3. Re. 5. legitur. [Et cognouit Dauid, qm̃ confirmasset eum dñs regẽ super Israel, & qm̃ exaltasset regnum eius super populũ suum Israel.] Hoc vtiq; sciuit ex reuelatione diuina seu inspiratione interna, & ex prophetica denũciatiõe, qua sibi per Samuelẽ & Gad fuit pdictium ꝙ elect⁹ esset à Deo ad psidendum vniuerso Israelitico populo, atq; ex euidẽtia facti, & experientia propriæ ꝓsperitatis, qm̃ vidit se prosperari in cunctis, totumq; populũ suũ sibi fauẽtẽ ac applaudentẽ. [Accepit ergo Dauid adhuc cõcubinas, &] pro, i. [vxores de Hierusalẽ, postq̃ venerat de Hebron.] Non em̃ accessit ad illegitimũ torũ, nec fuit fornicator: nisi ꝙ postea cũ Bethsabee peccauit. Itaq; fœminæ istæ fuerũt eius vxores legitimæ, sicut in Genesi Zelpha & Bala qñq; vocant concubinæ, qñq; vxores ipsius Iacob. Fuit etem̃ consuetudo in veteri test. ꝙ vxores minùs principales & secundario sumptæ, vocabant concubinæ, qa in aliquo concubinis assimilabant. [Natiq; sunt] ipsi [Dauid & alij filij & filiæ. Et hęc no͞ia eorum q nati sunt ei in Hierusalẽ, Samua & Sobab. Nathan & Salamon, & Iabahar & Elisua & Nepheg, & Iaphia & Elisama & Eleiada & Eliphalet.] Exprimuntur hic 11. filij, qui ei in Hierusalem nati sunt, inter quos ponitur Nathan, qui alius fuit à Nathan propheta, quem Dauid sibi adoptauit in filium post mortẽ patris illius. Circa hæc scribit quidam, ꝙ Dauid sumpsit has plures vxores ad multiplicandum prolẽ, q̃ coniũgeretur in matrimoniũ nobilioribus regni sui, & sic essent sibi affinitate cõiuncti ad firmitatem regni sui maiorẽ. Hoc reor etiam, ꝙ ideo accepit tot cõiuges, vt augeretur in sobole sua cultus vnius veri Dei, cui⁹ cult⁹ tunc cõseruabat in populo Israel p carnalẽ propaginem, cæteris gentibus ad idololatriam lapsis. Consequenter duplex victoria narratur regi Dauid contra Philistæos concessa. [Audierunt ergo Philistijm ꝙ vnxissent Dauid in regẽ super Israel.] Iam ante audierãt ꝙ Dauid regnaret super tribum Iuda in Hebron, sed de hoc minùs curabãt. Cognito aũt ꝙ vnctus esset super 12. tribus in regem, timuerunt ꝙ eis resisteret, nec solita tributa persolueret, vt aliqui dicunt, & quia sciuerunt ipsum Dauid esse strenuissimũ atq; fortissimũ virum, metuebãt vastari per eum. Ideo voluerunt eũ tẽpestiuè in ꝓpria terra opprimere. [& ascenderunt vniuersi] i. qdã de oĩbus, [vt qrerent Dauid] ad impugnandum. [Quod cùm audisset Dauid, descendit] de arce Sion, [in præsidiũ.] i. ad munitionem vel ad salutis ꝓpugnaculum, aut auxilium reqrendum.] Philistijm aũt venientes, diffusi sunt in valle Raphaim,] non procul à Hierusalẽ. [Et cõsuluit Dauid dñm], per põtificẽ [dicẽs: Si] i. an [ascendã ad Philistijm, & si dabis eos in manu mea?] Vndè cõstat, ꝙ Dauid totã spem suam collocauit in Deo, eius cõsilio auxilioq; innitens, sciens ꝙ equus paratur ad diẽ belli, dñs aũt salutem tribuit. Voluit aũt dñs in talib⁹ haberi recursum ad se, propter quod de perfidis filijs Israel, ita non agẽtibus, ait Esa. 30. Væ filij desertores, vt faceretis cõsilium, & nõ ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum, & os meum non interrogastis. Vndè rursùs loquitur Esa. 8. Nunquid non à Deo suo populus requiret? [Et dixit dñs ad Dauid:] Qualiter istæ consultationes ac diuina responsa fiebant, dictum est sæpe. [Ascende] contra eos cum populo tuo, [quia tradẽs dabo Philistijm in manu tua. Venit ergo Dauid in Baalpharasim, & percussit eos ibi, & dixit:] Deo gratias agens, & ei triumphum ascribẽs: [Diuisit dñs inimicos meos coram me, sicut diuidũtur aquæ.] i. dedit mihi in exercitui meo virtutem vincẽdi hos Philistæos, ita ꝙ quosdã occidẽdo, quosdã fugãdo ãdiuisimus illos ab inuicẽ satis faciliter, quẽadmodùm facile est aquam tanq̃ rem mollẽ diuidere. [Propterea vocatum est nomẽ loci illius, Baalpharasim:] quod interpretatur virorum diuisio viri Philistæi ibi ab inuicẽ sunt diuisi. Vel à Baal, quod est cãpus siue planities & phares diuisio, quasi campus diuisiõis. Vel à Baal, quod est idoli nomẽ, & phares diuisio, qa reliquerunt ibi idola sua, & ab eis diuisi sunt. Vndè subiungitur: [Et reliquerunt ibi sculptilia sua, videlicet simulacra Dragon, q̃ attulerunt secum, vt eorum auxilio ꝓualerẽt. [q̃ tulit Dauid & viri eius] secum: non vt colerẽt ea, sed cõflarent. Propter quod 1. Par. 14. legitur, ꝙ Dauid iussit ea exuri, iuxta quod Deut. 7. dñs ait: Sculptilia cõburite. Quod tñ ad literã dictum fuit de Chananæorum scultilibus. Porrò secundum Lyram, in Hebræo habetur: cõbussit ea Dauid. sed magis puto, quod verbum illud Hebraicum sit ad vtrunq; æquocum. [Et addiderunt adhuc Philistijm vt ascẽderẽt] cum exercitu maiori q̃ ante, [& diffusi sunt in valle Raphaim.] de qua legitur Esa. 17. Erit sicut qrens spicas in valle Raphaim. [Consuluit aũt Dauid dñm: Si ascendãm contra Philisteos, & trades eos in manus meas? Qui rñdit: Non ascendas contra eos] Philistæos directè, [sed gyra post tergũ eorum, & venies ad eos ex aduerso pirorum,] i. arborum talium, sub quibus posuerunt idola sua, in quib⁹ sperabãt: ꝓpter quod voluit dñs, vt ab illa parte impugnarentur, sicq; aduerterẽt

1. Reg. 16.

2. Reg. 11.

2. Reg. 2.

Pro. 21.

& pateret, quod idola sua eis non profuerunt. [Et cùm audieris sonitum clamoris gradientis in cacumine pirorum,] videlicet angeli sancti ibi se mouentis ac exhibētis ad adiuuādū vos, atq; ad deprimendum potestatē dæmonū & idolorū, p quæ dæmones operabantur nónulla, [tunc inibis plium, quia tunc egrediet dñs ante facie] i. pñtiam [tuam:] hoc est, angelus Dei agēs diuina virtute, ac dominum repræsentans, [vt percutiat castra Philistijm] i. turmas eorū seu côtentos in ipsorum tētorijs. [Fecit itaq; Dauid sicut præceperat ei dominus, & percussit Philistijm de Gabaa vsq; dū venias Gazer] Dedit enim dominus David regi & populo eius prævalendi potentiam, Philistęorumq; corda & corpora tabefecit, debilitauit ac terruit.

De mystico huius cap. 5. intellectu. Art. 9.

2. Reg 2. ET venerūt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicēs: Os tuum & caro tua sumus.] Quēadmodum David primò regnauit in Hebron super tribū Iuda, deinde sup Israel vniuersum: sic Christo ante suā passionem & ascensionē pauci ex Iudæis adhæserūt per fidem &
Acto. 2, 3, 5. 6. 8. obedietiā, tanq̃ veri filij Iuda, i. confessionis salubris: sed misso desupèr spūsctō, operantib' sctis Apostolis, copiosa & pclara miracula in fide & noie saluatoris, multa millia Iudæorū ex diuersis tribubus Israel sunt conuersa in Hierusalē & in omni Iudæa, Galilæa, atq; Samaria, vt in Actibus docetur Apostolorū. Deindè in diuersis mundi puincijs, quod in fine mundi p pdicationē Heliæ & Enoch pleniùs fiet, & maximè Antichrō occiso. ¶ Deniq; pfati Iudæi ad Chrm conuersi, dixerūt: [Os tuum & caro tua sumus,] i. verā humanitatē in Chrō cōfessi sūt
Luc. 2. & eum ex seminè Abrahæ incarnatū veraciter crediderunt. [Sed & heri & nudiustertius cùm esset Saul super nos, tu eras educens & reducēs Israel.] Per Saul intelligi potest psidentia pontificū super Iudæos, q pōtifices persecuti sunt Chrm, quēadmodū Saul Dauid, & sub pōtificib', Anna & Caipha, Chrs pdicauit Iudæis, & eos eduxit ad audiendū verbū Dei, & ad act' virtutum, reduxitq; eos ad creatorē, ad fidem catholicā, & ad Euangelicā legē. [Dixit aūt dñs ad te: Tu pasces populū meum Israel.] Hoc Deus pater dixit homini Chrō per inspirationem internā ab incarnatiōis exordio, & idem per sctōs pphetas frequenter & diu antè pdixit, iuxta illud Mich. 5. Et tu Bethlehē, ex te egredietur, q sit dñator in Israel. Eze. quoq; 34. dñs ait: Saluabo gregē meū, ait dñs, & suscitabo super eum pastorē vnū, q pascat eum, Dauid seruū meū,
Zac. 2. 8. 9. i. Messiam, vt oēs exponunt. De hoc in Zach. & Iohele pleniùs legit prophetarū. ¶ Prętereà,
Iohel. 2. 3. in Chri baptismo ac transfiguratione vox patris intonuit. Hic est fili' meus dilectus, ipsum au
Matt. 3. 17. Mar. 1. dite. [Filius 30. annorum erat Dauid, cùm regnare cœpisset.] In hac ætate orsus est Christus
Luc. 3. 9. pdicare, & Euangelicā tradere legem, & in credentium corde regnare per fidē & gratiam. In
Gen. 41. qua etiam ætate præfectus est Ioseph terræ Aegypti, Ezechielq; vaticinari incepit. [Et abijt
Ezec. 1. rex ad Iebusæum.] Per Iebusęum possunt intelligi gētiles, quos Christus per suos fideles multipliciter expugnauit, & abstulit cęcos & claudos, i. deorum simulacra, excæcatos quoq; in suis perfidijs, atq; per vitiorum deuia claudicantes in partem vtranq;. Potest item per Iebusęum
Act. 2. 3. 4. 6. habitantem in arce Sion, accipi pontificiū seu sacerdotiū Iudæorum, q Christus fecit cessare, pmiumq; proposuit, ei, q illud primò inuaderet, quod beatiss. princeps apostolorū Petrus in die sacratissimo Pentecostes fortissime impugnauit & vicit, intm, q ex tunc multa turba sacerdotum obediebat fidei, nec pontifices potuerunt resistere Petro, imò authoritate scripturarū excellentia miraculorū, euidentia gratiarū pualuit, ac imperterrita dixit mente: Obedire oportet Deo magis q̃ hoībus. [Et factus est Petrus princeps militiæ] i. secundus post Christum
Acto. 5. & caput totius Ecclesiæ, summusq; pontifex eius. [Et tetigit domatū fistulas.] i. ora scribarū & pharisæorū, & stillas documētorū ipsorum obstruxit atq; destruxit, affirmans ac pbans, q
Act. 1. 2. in solo Christo sit salus, nō in Mosis lege, sicq; Christus habitauit in arce. Nam & primitiua ecclesia quotidie erat in porticu Salomonis & in templo, ac in monte Sion, vbi Chrs fuit in medio eius, prout in Actis habetur. Tunc Christ' in suis mēbris pfecit quotidiè, & multos in Hierusalē filios pcreauit, regenerans eos ex aqua & spūsctō, vt scribit Act. 3. Circa hoc dicit Glos
Ioan 3. Rabanus sa, ex verbis Rabani sumpta: Multæ vxores David, multas gentes seu Ecclesias significāt, quæ Chrō copulant p fidē. Concubinæ verò, hæreticorū ecclesias, q̃ Chriani noīs titulo glorianī: sed qa propter carnalia lucra Christū loquuntur, non vxores, sed concubinæ vocant. Quòd si reges nunc habeāt plures vxores, crimē est, qa figuræ trāsierunt. [Misit quoq; Hiram rex Tyri nūcios ad Dauid.] Christ' nāq; p gloriosos Apostolos tot & tanta fecit miracula in Iudæa, q aliq reges & principes gentiū ea percipiētes, desiderauerūt sibi annūciari Euangelium saluatoris, & p hoc orationes suas tanq̃ nuncios, direxerūt ad dñm. Miserūt quoq; ligna & lapides i. subditorum suorum personas, atq; lignorum & saxorum artifices, hoc est, pdicatores ac pla
1. Pet. 2. tos ad Christum, tales hortando ad pmotionem & augmētū Ecclesiæ, vt ædificarent filio Dei domū, i. ecclesiā, q̃ ex hoībus tanq̃ ex viuis lapidibus ac lignis fructuosis cōstruitur. Audierūt ergo Philistijm q vnxissent Dauid regem.] Per Philistæos hoc loco signantur visibiles hostes Christi, putà persecutores, qui videntes Christum ab ecclesia coli, Christianos & Christum in membris suis atrocissimè & valde diu sunt persecuti. Contra quos Christus ascendit, quia fide-

delibus suis contulit gratiam superandi illos, per sapientiam, patientiam, atq; miracula, & per angelorum sctõrum præsidia, non per humanã potentiam, imò sub persecutionibus tyrannorum, maximè creuit Ecclesia, quia frequenter in vnius martyris occisione fecit saluator tanta prodigia, φ conuersa fuerunt multa gentilium millia. Vndè saluator promisit martyribus sanctis: Ego dabo vobis os & sapientiam, cui nõ poterunt resistere & cõtradicere oẽs aduersarij vestri. Voluit quippe saluator, vt infidelibus resisterent, rõnabiliter rñdendo, non corporaliter reluctãdo, imò aduersa oĩa æquanimiter tolerando, percutientib⁹q; maxillam vnam, pbendo mox alterã. Similiter per Philistęos significantur inuisibiles inimici, q regno Christi ab initio infatigabiliter resistere nisi sunt, & Christum de cordibus fideliũ excludere studuerunt per suggestiones pestiferas, tẽtationesq; varias: & itẽm cõtra Ecclesiam primitiuã inflãmando infideles & obstinatos Iudæos, reges & principes pfidos, ac quosdam philosophos, & seminando errores hęreticos, quibus impleuerũt multos fideles, q ab ecclesia exierũt, & eam grauiter afflixerunt. Isti quoq; aduersarij Christi fremunt & contabescunt, dum vident viros virtutum ad dignitates ecclesiasticas & ad aliorum regimina promoueri, ideo illis resistere moliuntur, & fructum pastoralis præsidentiæ satagunt impedire, & eos qui secundum carnem sunt nobiles ac potentes, nituntur intrudere, quamuis totius spiritalis exercitationis & salutaris sapientiæ sint expertes. Vndè 2. Tim. 3. scribit Apostolus: Quemadmodum Iannes & Mambres restiterunt Mosi, ita & hi resistunt veritati. Postremò, sicut Dauid proposuit præmium speciale expugnatori Iebusæi & arcis Sion, ita saluator in Euangelio præclaram spondet mercedem cunctis qui viriliter agunt, atq; diabolum vincunt, & maximè his, qui exercitia magis ardua exequuntur, & hæresiarcham aut tyrannum deijciunt, sicq; tuentur Ecclesiam. Luc. 21. Matt. 5.

¶ Expositio literalis cap. 6. Congregauit autem rursus Dauid omnes electos. Art. 10.

REportatio arcę ad vrbem Hierusalẽ, hoc loco describitur. [Congregauit autẽ rursus Dauid oẽs electos ex Israel,] i. per epistolas aut per nuncios cõuocauit ad se viros pcipuos ex toto regno suo, [30. millia.] nec refert, an erãt pcisè tot, an parũ plures seu pauciores: quia minutias numerorũ aut tẽporum scriptura freqũẽter non curat. Et rectè nunc dicit rursus populum cõgregasse, qa pcedenti cap. est narratum, qualiter iam antè cõgregauerit populũ. [Surrexitq; Dauid & abijt, & vniuersus populus qui erat cum eo de viris Iuda,] q familiari⁹ assistebãt regi, tanq̃ de eorum tribu nato, [vt adducerẽt arcam Dei] de loco suo ad regiam vrbem cũ grandi solennitate, propter quod maiores de plebe fuerant conuocati. Porrò de arca dictum est in primo lib. [super q̃ inuocatum est nomen dñi exercituum,] i. coram cuius arcæ psentia, seu coram qua Deus oipotens inuocabatur, psertim à pontificè, vt ipse dñs Deus exaudiret & daret responsa, prout sup Exodum pleniùs dictum est. Dicitur aũt Deus dñs exercituũ, i. angelicorũ chororũ, [sedentis in Cherubim] i. inter Cherubim [super eã.] Nã sup arcã fuit ppiciatorium seu aurea tabula, q̃ duo Cherubim alis suis ex trãsuerso tegebãt, & inter eas apparuit dñs. pstititq; responsa. ideo dicebatur in Cherubim, i. inter ea sedere, ita φ propiciatorium illud fuit quasi sedes Dei, qui ab illo loco ostendebat se populo ac precibus põtificis propiciari & p effectum misericordiæ suæ apparebat ibidẽm. Propter quod tabula illa aurea ppiciatorium vocabatur. φ etiam dicebatur oraculum, quia ex illo loco pcedant ac audiebanẽ diuina responsa & Dei verba. Hinc Exo. 25. narratur: Arcã de lignis Sethim cõpingite, duos quoq; Cherubim aureos & pductiles facies ex vtraq; parte oraculi. Vtrunq; latus ppiciatorij tegant expandentes alas, &c. [Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum,] quod trahebatur à bobus, cùm tñ debuissent eam portasse humeris pprijs ipsi Leuitæ, prout Num. 8. iusserat dñs. Et fortè posuerunt arcam super nouum plaustrum, quia super tale plaustrũ fuit à Philistæis remissa, vt 1. lib. patuit. [Tuleruntq;] i. acceperunt [eã de domo Abinadab] sacerdotis, secũdum Glossam. [qui] Abinadab, vel q̃ domus Abinadab [erat in Gabaa. Oza aũt & Ahio filij Abinadab minabant plaustrum nouum.] i. boues plaustrum trahentes. [Cumq; tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa custodiens arcam Dei,] tanq̃ sacerdos & vir tam famosæ virtutis, φ ad eum potiùs q̃ ad alium sacerdotem arca fuit deducta. [Ahio pcedebat arcam Dei,] eundo parùm ante quadrigã ad puidendũ de cõuenientiori itinere. ¶ Circa hoc oritur q̃stio, qualiter hic dicatur, φ tulerunt arcam de domo Abinadab, q erat in Gabaa, cùm 1. Para. 13. scriptũ sit, Ascendit Dauid & oẽs viri Israel ad collem Cariathiarim, q est in Iuda, vt afferrẽt indè arcam Dei? Ad hoc quidam rñdet, φ Cariathiarim & Gabaa erant vrbes vicinæ, & in Cariathiarim primò congregatus est popul⁹ ad Dauid, & indè transierunt ad adducendum arcam quę erat in Gabaa, ac indè ducendo eam, transierunt per Cariathiarim. Sicq; intelligendum est φ ex 1. lib. Par. allegatur. Verum ista responsio in expositione 1. lib. est reprobata. Similiter in 1. lib. Para. nec consonare videtur ei quod in præallegato 1. Para. 13. legitur: Congregauit Dauid vniuersum Israel à Sihor Aegypti vsq; dum ingrediaris Hemath, vt adducuret arcam Dei de Cariathiarim. Insupèr quod dicitur, populum Israel primò congregatum in Cariathiarim ad Dauid, incertùm est, imò nec consonum esse apparet ei quod in præmemorato libro Para. fer 2. Reg. 5. 1. Reg. 7. Exo. 38. 1. Reg. 6. 1. Reg. 7.

de ęquitate diuina.[Et vocatū est nomen loci illius,percusſio Ozę,vſq; in diē hanc.]1.Par.13. dicitur,diuiſio Ozę,ſed redit in idē:quia per illam percuſsionē fuit Oza diuiſus & ſubtractus ab Iſraelitica plebe. & forſan verbum illud Hebraicū,deſignat vtrunq;.Creditur quoq; quod Oza per temporalē illam percuſsionem purgat⁹ ſit,& damnationē euaſit.nam etſi repēte obierit,potuit tñ in tēpore illo permodico pœnitere,præſertim dum manum ſuam, brachiumq; & humerū ſenſit arere.[Et extimuit]i.ex corde valdè timuit[Dauid dñm in die illa,dicēs: Quō ingredietur ad me arca dñi?]i.ad domum meam,ſeu ad arcem Siō,aut vrbem Hieruſalē intro ducere eam non audeo,ne forſitan ob aliquā ꝗ culpam meam merear percuti,& indignus ſim arcæ præſentia.Itaq; ex effectu diuinæ iuſtitiæ motus fuit ad reuerentialem Dei timorē. Etenī felix quē faciūt aliena dāna pitū.Et Prou.14.ſcriptū eſt.Peſtilēte flagellato,ſtultus ſapientior erit:quanto magis ſapiens?[Et noluit ad ſe diuertere arcam dñi in ciuitatem,]videlicet[Dauid,ſed diuertit eam in domum Obededom Gethæi:]i.in ſuburbio poſuit eā in domo Leuitæ Obededom,qui vocatur Gethæus,quia ad tempus in ciuitate nomine Geth creditur commoratus.Porrò ſecundū Petrum Comeſtorem,ObedEdō,duæ ſunt dictiones.Nam ita exponit:Poſuit arcam in domo Obed filij Edom.Alij dicunt,ꝙ vna ſit dictio,quod verius æſtimatur,& Hieronymo ac Hebræis plùs conſonum.Nempe vt ait Gloſſa, Obededom interpretatur ſeruiens homo,qm̄ Obed interpretatur ſeruiens,Edom homo.Si aūt eſſent nomina duo, Obed Edom,interptaretur ſeruiens hominis.Eſt quoq; conſuetudo ſcripturę,ꝙ exprimēdo nomen filij alicuius ac patris ſui,interponat hoc nomen,filius,ſicut cùm dicit Dauid filius Iſai vel aliquid tale apponat,quo deſignatur,ꝙ vnus ſit filius,alius pater.[Et habitauit arca dñi in domo Obededom Gethæi tribus menſibus.Et benedixit dñs Obededom & oēm domū ei⁹. Dicunt aliqui ꝙ Deus benedixit ei ac ſuis domeſticis,quaſi*ſymmiſtra ſua,dādo ac multiplicando eis temporalia bona.Vndè Magiſter in hiſt.refert,Dicunt Hebræi,ꝙ vxores eius ac nurus pepererunt maſculos,& iumenta duplices fœtus. Alij dicunt,ꝙ benedixit eis in temporalibus ac ſpiritalibus,qm̄ arcam cum reuerentia ac deuotione ſuſceperunt & cuſtodierunt.Temporalia aūt non ſunt prēmium ſufficiens & condignum operis virtuoſi.[Nunciatumq; eſt regi Dauid,quia benedixiſſet dominus Obededom & omnia ei⁹.]Si in ſolis ſpiritalib⁹ benedixiſſet dñs illis,hoc non fuiſſet tam citò & euidenter cognitum alijs,[ꝓpter arcam]i.ꝓpter deuotam & condecentem arcæ ſuſceptionem.[Dixitq; Dauid:Ibo,& reducam arcam cum benedictiōe]i.cum laude diuina.Vel,cùm benedictione,i.fructuoſa mercede,[in domum meam,] ſperans quod dominus benedicet mihi ac domui meæ propter arcam,quemadmodum benedixit Obededom.[Abijt ergo Dauid,& abduxit arcam Dei de domo Obededom in ciuitatem Dauid cum gaudio.]Porrò quod ſubditur,Et erant cum Dauid ſeptem chori,& victima vituli,non eſt in Hebræo,quod tamen breuiter poteſt exponi,vt per choros intelligantur diſtinctæ congregationes ſeu ordines canentium atq; pſallentium Deo.Corus quoque eſt nomen menſuræ plenæ ſimila,i.delicatiſsima farina,quam obtulit Dauid,& continèt decem ephi,i.triginta modios,vt patet Eze.45.Rurſus chori vocantur muſica inſtrumenta fiſtulas duas habentia,in quarum vnam intromittitur ventus,& per aliam emittitur ſonus.Per victimam vituli,intelliguntur hoſtiæ,ſeu ipſi vituli ad ſacrificandum adducti.[Cumq; tranſcendiſſent] i.velociter pertranſiſſent,[qui portabant arcam domini,]putà Leuitæ,qui ex Ozæ percuſsione edocti, recordati ſunt legis, & arcam ſuis humeris portauerunt, [ſex paſſus, immolabant bouem & ouem & arietem]Deo in ſacrificium,quæ immolatio fiebat manibus ſacerdotum, [& Dauid percutiebat in organis armigatis,]i.ad armum,humerumve ligatis,vt fieri in organis portatilibus ſolet.Vel ſecundum nonnullos,genus eſt organi,quod fit cum aqua,quia non ſonat niſi habeat aquam,ita quod aqua ponitur in concauitate,& ſonum reddit.[& ſaltabat totis viribus ante dominum,]quia ex interioris lætitiæ,deuotioniſq; feruidæ exuberantia, fiebat in corpus eius redundantiā delicioſa,nec internam illam deuotiſsimam iucunditatem ac feruentiſsimam deuotionem reprimere quiuit, quin foris erumperet, & per certa indicia monſtraretur:nec regiæ ſuæ poteſtatis altitudinem attendebat,ſed ex commemoratione pietatis diuinæ & beneficiorum eius ſuper Iſraeliticum populum,inebriatus fuit lætitia ſpiritali, nec coram populo ſaltare erubuit.[Porrò Dauid accinctus erat ephod lineo:]quo ex humilitate veſtiuit ſe,tanq̄ ſuperpellicio quodam ſuper regalia indumēta,imò vt etiam regalia exueret inſignia.Eratq; veſtis Leuitarum ſeu prophetalis,qua vti ſolebant prophetę & filij prophetarum,prout iſtud 1.Par.15.fuit expoſitum,vbi etiam continetur,quod Dauid indutus fuit ſtola byſsina præter ephod.[Et Dauid & omnis Iſrael]i.quidam de omnib⁹[deducebant arcam teſtamēti dñi]i.arcā in qua poſitæ erant tabulæ teſtamenti,in quibus ſcriptus erat decalogus, vt in Exodo & alibi in multis legitur locis,[in iubilo] i. cum ineffabili quadam hilaritate,[& in clangore buccinæ]i.cum ſonitu buccinarum,imò & cum aliorum muſicorum ſymphonijs inſtrumentorum,vt hic & 1.Para.15.ſcriptum eſt.[Cùmq; intraſſet arca dñi in ciuitatē Dauid, Michol filia Saul proſpiciens per feneſtram,vidit regem Dauid ſubſilientem,] i. ſurſum ſal-

for. *ſymmiſtis ſuis, Pet. Com. hiſto.lib.2. Reg.cap.9.

Exod.25.

tantem,[atq; saltantem coram domino]de loco ad locum,ex mira deuotione atq; interna hilaritate,sicut adhuc interdum contingit quibusdam deuotis personis,quod improuisè ac subitò quandoq; implentur tanta alacritate,deuotione & iucunditate,quod præ vehementia se nequeunt cótinere,sed cursu,saltu,tripudio interiorem suam dispositionem ostendunt. [& despexit eum in corde suo,]quia superbia fuit,sicut & pater eius,& huius mundi spiritum habuit:ideo non capiebat ea quæ Dei erant,& regem contempsit,quia non iuit in tãta processione cum regio apparatu ac ornamẽtis regalibus,& quoniam ita se cunformauit Leuitis in habitu,psalmodia, & musico instrumento.

Rom.8. Sed & bonis moribus videbatur illis saltatio esse cõtraria:quod vtiq; sic fuisset,nisi ex tam virtuosa radice & supernaturali instigatione processisset.[Et introduxerunt arcã dñi, & imposuerunt]sacerdotes[eam]arcam[in loco suo in medio tabernaculi,quod tetenderat]

1.Par.15. i.parauerat[ei Dauid,]prout 1.Paral.scriptum atq; expositum est.Cùm enim Leuitæ arcam deponebant,acceperunt eam maiores sacerdotes.[Et obtulit Dauid holocausta coram dño]per manus sacerdotum.Holocausta aũt erant sacrificia,quæ ad diuinæ reuerẽtiam maiestatis totaliter inceudebantur.[& pacifica]i.hostias pro pace cõseruanda aut obtinẽda.[Cũq; complesset offerens holocausta & pacifica,bñdixit populo in nomine domini exercituum,]imprecando subditis suis prosperitatem,gratiam & virtutes,quod facere potuit vt rex, cuius est pro bono communi solicitari ac deprecari:sacerdotibus verò,præsertim pontifici,competebat ex proprio officio spirituali authoritate benedicere populo,vt Num.6.habetur.[Et partitus est vniuersæ multitudini Israel,tam viro quàm mulieri,]i.vnicuiq; personæ.propter quod subditur:

1.Par.15. [singulis collyridam panis vnam,]Collyrida panis,vocatur panis triangularis ac modicus seu tenuis panis,qui in Para.dicitur torta.Aliqui tamen dicunt,quòd sit panis quadratus de simila factus,& in sartagine frixus,[& assaturam bubalæ carnis vnam,]i.frustum seu portionem carnis assatæ sumptæ de boue,vel magis de bubalo, quorum vtrunque mundum erat & esui aptum secundum legem,vt Leui.11.patet.[& similam frixam oleo.]ex simila nanq; aquæ admixta fiebat pasta,quæ consequenter frigebatur in oleo,& fiebat panis suauis. [Reuersusque est Dauid,vt benediceret domui suæ.]i.prouideret rei familiari atq; domesticis,& bona imprecaretur eisdem.Nam (vt ait Apostolus 1.Timo.5.) si quis suorum,& maximè domesticorum curam non habet,fidem negauit,& est infideli deterior.[Et egressa Michol filia Saul in occursum Dauid,ait]ironicè & superbè:[Quàm gloriosus fuit rex Israel hodiè,]quasi dicat, ignobiliter & inhonestè se habuit,[discooperiens se]i.regalibus vestimentis & ornamentis se nudans,[ante ancillas seruorum suorum,]i.coram pauperculis fœminis,[& nudatus est] regio apparatu ac habitu,[quasi si nudetur vnus de scurris.]i. nebulonibns aut vilibus mimis [Dixitque Dauid ad Michol,]iniustam repræhensionem inferioris patienter ac mititer ferens:[Viuit dominus quia ludam ante dominum,]i. coram Deo in laudibus eius letabor, [qui elegit me] ad regnandum super Israel per meipsum & per posteros meos, & etiam ad diuersa gratiarum charismata, [potiùs quàm patrem tuum] Saul. [& quàm omnem domum eius.]id est,quemcunquè de eius tribu aut sobole seu cognatis,[& præcepit mihi vt essem dux super omnem populum domini in Israel. Et ludam & vilior fiam]i humilior, plùs quàm factus sum,]i.plùsquàm feci,conformabo me inferioribus in Dei obsequio ac humili habitu.[& ero humilis in oculis meis]i,modicus & vilis propria reputatione, quoniam omne bonum Deo grata mente asscribam, & quo plura atque maiora ab eo dona suscepero,ei ampliùs ero subiectus.Hoc fuit propositum sancti Dauid,quod & fideliter adimpleuit,quan

2.Reg. 24. uis posteà in dinumeratione populi ad horam elatione deceptus sit.[& cum ancillis, de quibus loquuta es,gloriosior apparebo.]Hoc quidam exponunt de secundarijs vxoribus Dauid,dicentes,quòd Michol ex superbia appellauit eas ancillas,& ve illis procreauit Dauid sobolem copiosam,pulchram,insignem.Cui expositioni videtur consonare quod sequitur:[Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius]i.aliqua proles,[vsque ad diem mortis suæ.] Tan-

R.a. Paulus quam dicatur,propter arrogantiam suam priuata est fructu vteri sui. Sed Rabbi Paulus hoc reprobat,quoniam Michol vxores Dauid non vocauit ancillas seruorum Dauid,ideo sic ex-

Luc.14.18. ponit,Cum ancillis,de quibus loquuta es,gloriosior apparebo,i.honorabilior,quoniam qui se humiliat,exaltabitnr. Et Prouer.15.scriptum est:Gloriam præcedet humilitas.Porrò quod dictum est,Michol filiæ Saul non est natus filius vsq; ad diem mortis suæ: quidem exponunt,

2.Reg.3. dicentes,quòd post hoc tempus non habuit prolem ex Dauid,quanuis antè habuerit filium ex eodem:quia quod suprà legitur, Dauid habuisse filium de Egla, de Michol intelligunt. Quidam verò affirmant sic debere exponi,Michol non est natus filius vsq;in diem mortis suę

Iose. lib.7. an.iu.ca.4. inclusiuè,id est,quousq; in partu occubuit. Iosephus verò intelligit sic, quod Michol nunquam habuit filios ex Dauid.

¶De mystico eiusdem cap.6 intellectu. Art. II.

Sicut per Dauid intelligitur Christus,seu quicunq; idoneus eius prælatus,imò & quilibet re & nomine,fide ac opere Christianus:ita per arcam designatur ecclesia,& item Christi humanitas

ac

ac etiam sacra scriptura. Itaq; per hoc ꝙ Dauid cógregauit oés electos ex Israel, triginta millia & simul cũ eis adduxit arcam de domo Abinadab in ciuitatẽ & montem Sion & arcẽ Hierusalẽ, ꝓfiguratum est, ꝙ dñs & saluator cógregauit per fidẽ & grãm ꝑelectos ex Iudaismo, qui per fidem superbenedictæ trinitatis, obseruantiamq; decalogi Deo cópacuerunt. Et rectè per triginta millia exponunt, atq; per eorum obsequium ac sermones, adduxit veteris testamẽti scripturã ac fidẽ incarnationis filij Dei, de synagoga à Deo relicta, ad primitiuã ecclesiã, de qua ad Hebræos ait Apostolus: Accessistis ad montẽ Sion & ciuitatẽ Dei viuentis, & ecclesiam primitiuorũ q cóscripti sunt in cælis. Huic nãq; ecclesiæ cótulit spũs sanct⁹ intelligẽtiã scripturarum verissimam, Iudæis in sua literali superficie excæcatis. [Posueruntq; arcam sup plaustrũ nouũ] Nouũ plaustrũ fuit princeps apostolorũ, imò & vnusquisq; apostolus, virq; pfect⁹, eo vtiq; modo quo Helisæus dixit Heliæ, & Ioas rex Israel Helisæo: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Tales nanq; prælati instar q̃drigæ portant, & tanq̃ auriga dirigũt subditos suos ac imꝑfectos. Apostolis ergo, potissimũ beatissimo Petro, imposita est arca, i. scriptura & Christi humanitas, qm̃ iuxta doctrinã & prædicationem illorũ cæteri acceperunt scripturas, fideinq; incarnationis verbi æterni. [Dauid auté & omnis Israel ludebant coram dño. Sic Christus secundum quod homo, & eius discipuli ac primitiua ecclesia, in exordio euangelicæ prædicationis Deum multiformiter laudauerunt in hymnis & psalmis, ac spiritalibus canticis, in mortificatione carnis, & consonantia morum, omniq; actu virtutum. Corporaliter quoq;, & quasi ad literam, ista fiunt in processionibus ecclesiæ, & deportatione dignissimi sacramenti, in quibus fideles, eorumq; principes ac prælati per se aut per subditos suos personant, atq; altissimo benedicunt in musicis instrumentis & hymnis, psalmis & cãticis. [Postq̃ autem venerũt ad areã Nachon, extendit Oza manum ad arcam, & tenuit eam, qm̃ calcitrabant boues, & declinauerunt eam.] Per aream Nachon intelligi potest ecclesia hæreticorũ loquax & pertinax, ac semper parata ad resistendũ documentis catholicorũ. Nachon quippe, ꝑparat⁹ interꝑtat. Per boues verò lasciuos & calcitrantes, intelligũtur doctores & ꝑdicatores ad vitia carnis & ad rebellionis crimina corruentes, qui arcam declinant, qm̃ Christi humanitatem inhonorant, & veritatem scripturæ ad propria deprimũt cómoda. Tunc Oza arcam sustentat, dũ fidelis quisq; fide catholicus, sed conseruatione indignus, sermocinari ꝑsumit, & ad sacramenta accedere non veretur, cũ tñ dicat ꝓpheta: Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? Et in Euãgelio Christus: Nolite sanctum dare canibus, neq; margaritas vestras proijciatis ante procos. Irat⁹q; dñs percussit eũ super temeritate. Eccè si ita percussus est, qui bono zelo, quamuis nõ satis discreto, arcam dñi rẽ inanimatam & ligneam sustẽtauit quãtam damnationẽ merent ac sustinebũt, q scripturas sanctas subuertũt, & falsè exponũt, aut corpus & sanguinẽ saluatoris maculata có scientia consecrare, tractare aut sumere nõ formidant, cùm tamen dicat Apostol⁹: Quicunq; manducauerit panem hunc, vel biberit calicẽ dñi indignè, reus erit corporis & sanguinis dñi? Si tanta fuit iniquitas, irreuerenter se circa figuram habere: q̃ vitiosum est, circa rem figuratã tam diuinissimam iniustè se gerere? Deniq, si iuxta quorundã expositioné ita pcussus est Oza ob arcę cõtactũ, qm̃ nocte pcedẽte cũ sua dormiuit vxore: q̃ intolerãda instat dãnatio incontinentibus ac lasciuis presbyteris aut cómunicantib⁹, qui nõ obstantibus suis obscœnitatibus & inquinamentis turpissimis, ad spiritualissima ac diuinissima saluatoris mysteria consecranda, tractanda aut suscipienda audent ꝓcedere? [Et extimuit dñm Dauid.] Sic vnusquisq; sapiens Chrĩanus, ex cósideratione dãnationis reproborum sacerdotum carnalium, atq; indignè communicantiũ, metuere debet ac retrahi à celebratione & cómunione, quousq; præparauerit se ꝓ posse, & interim alios magis deuotos debet ad sacra mysteria participanda hortari. Abstinere etiam debet ab immoderata ꝑscrutatiõe scripturæ ac mirabiliũ Dei: qm̃ sicut q multũ comedit mel, non est ei bonum, sic pscrutator maiestatis, opprimetur à gloria. [Nunciatumq; est regi Dauid, quod benedixit dñs domui Obededom.] Omnibus enim deuotè celebrantibus & communicantibus Deus largitur gratiarum suarũ charismata: quo cognito, quicunq; ꝑlatus seu princeps ad sacram cómunioné accendit, sicq; per arcæ reductionem ꝑfigurata est processionalis circũductio sacramenti, in qua cũ prælato sunt diuersi chori psallentiũ, & cũ interiori ac exteriori deitatis laudatione, symphonia & deuotione deducitur sacramẽtum. Ipsi quoq; fideles offerunt Deo corpora sua & corda hostiã sanctã, viuam ac deo placentẽ. [Et Dauid saltabat totis viribus ante dñm.] Salubriter totis corã Deo viribus saltat, qui de virtute in virtutẽ progreditur, feruide proficit, atq; celeriter crescit in omni virtute & grã, q̃ sursum sunt quærens & gustans, non carnalia ac terrena. [Indutus ephod lineo] i. castimonia corporis & byssina stola, i. conscientiæ puritate. [Et posuerunt arcam in loco suo.] Sic sacra scriptura & Christi mysteria virtuosis personis sunt infundenda, purisq; cordibus committenda. [Et bñdixit Dauid populo] sic præsidentes imprecari debent subditis suis bona gratiæ in præsenti, & dona gloriæ in futuro, ac toto cordis affectu pro illis orare, spiritalia quoque alimenta, imò & corporalia ipsis impendere, pascendo illos scientia & doctrina, omniq; necessaria refectiõe.

Marginal notes: Heb. 2. — 4. Re. 2. — 4. Reg. 13. — Psal. 49. — Matt. 7. — 1. Corin. 11. — Prouer. 25. — Roman. 12. — Psal. 83. — Coloss. 3.

[Reuersusq; Dauid, vt bñdiceret domui suæ,]Sic vnusquisq; qui præest, specialem debet sollicitudinem gerere de suis domesticis, eosq; informare, corripere, corrigere, educare, vt sint cæteris omibus exemplares. Domus nanq; platorum ac principum, quasi in specula positæ sunt: & q inibi agitur, cæteri sibi licitum arbitrantur. Sicq; ex domesticis superiorū, inferiores pcipuè ædificātur aut scandalizantur. [Egressa aūt Michol, &c.]Sic arrogantes & mūdi honores ac commoda exquirentes, iustorum ac deuotorum simplicitatem & humilitatē deridēt, & stultitia eis videtur, ea despicere q ipsi appreciantur. Propter q sanctus Iob dixit: Deridetur iusti simplicitas. Vndè, vt infrà quarto lib. habetur: Principes dixerunt ad Iehu de adolescente misso ab Helisæo: Quid venit insan⁹ iste ad te? Et ad Ezechielē dñs dixit. Portentū te dedi domui Israel. Apostolus qnoq;: Tanq purgamentū (inqt) huius mundi facti sumus. Idcircò in fine dicturi sunt impij: Nos insensati, vitam illorū æstimabamus insaniā. Meritò igit dictū est, q sapientia huius mundi inimica est Deo: q itē prudētia carnis, mors est: qm amatores mundi, verā & salutarē sapientiam reputant fatuitatē. Qui ergo vult reputari inter veraciter sapientes, & esse discipulus sapientiæ salutaris, nequaq ægrè accipiat si derideatur ab alijs. Quòd si ægrè susceperit, insipientiā suam ostendit. Doctrina etem seu sapientia viri, per patiētiā noscitur. Ideo tanto vnusquisq; minùs sapiens esse censetur, quanto impatientior inuenit. Propter quod Salomon est loquutus: Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui aūt impatiens est, exaltat stultitiam suam. Itaq; si taliter increpemur, attendamus & imitemur responsionem mitis & humilis Dauid, qui ait: Viuit dñs, quia ludā ante dñm, hoc est, in Dei obsequio gloriemur, ita vt cor nostrum & caro nostra exultent in Deum viuum, omnisq; dissolutio ludicra, sit procul à nobis. [Et vilior fiam plùs quā factus sum.]Sic & nos humiliemus nosipsos etiam in aliorū psentia, nec publicè corripi aut vilipendi abhorreamus, nec propter opprobria hominum cessemus ab actibus virtuosis, imò potius accendamur ad eos copiosiùs exequendos. Eccè Dauid qui leonem vicit & vrsum, & in pueritia sua fuit vnctus in regem magìs q aliquis fratrum suorum, inter quos iunior fuit, qui & spiritu floruit prophetiæ, iniustè obiurgatus à coniuge, tam mansuetè suscepit, humiliterq; respondit: quanto magis patiēter nos ferre oportet, dum iustè & à superioribus increpamur, & quo plura ac eminentiora quis dona desuper est sortitus, eo humiliorem & patientiorem se præbeat, & per humilitatis custodiam, ab omni se reprimat vanitate, & sicut humilis est in proprijs oculis, sic coram alijs humiliari, atq; ab eis vilis æstimari nequaquam recuset. Sunt enim nonnulli qui proprijs verbis seipsos humiliāt: sed si tale quid ab alijs audierint, indignantur. Sunt etiam quidam, qui de sua humiliatione & patientia inaniter gloriantur, nec Deo ascribunt humiliter, quicquid ab eo acceperunt clementer.

Iob 12. 4. Reg. 9. Ezech. 12. 1. Corin. 4. Sap ca. 5. Iacob 4. Roman. 8. Prouer. 19. Proue. 14. Psal. 85. 1. Reg. 7. 2. Reg. 6.

¶ Expositio literalis cap. 7. Factum est autem cùm sedisset rex. Art. XII.

HIc recitatur, qualiter sanctus Dauid cupiens Deo gratus consistere, accensus zelo diuini honoris, desiderauit Deo construere tēplū præclarum. [Factum est autem cùm sedisset rex] Dauid [in domo sua,]i. in suo regali resideret seu moraretur palatio ac regio throno, [& dñs dedisset ei vndiq; requiē ab vniuersis inimicis suis,]i. aduersarios eius ei subiecisset, ita q nec sibi nec regno suo audebant inquietudinē per resistentiam generare: vndè frequenter dictum est primo lib. Saluauit dominus Dauid in omnibus ad quæcunq; perrexerat: [dixit ad Nathan prophetam,]in quo sciuit esse spiritum Dei, ideo voluit eius consilio vti. Nam scriptū est: Ne innitaris prudentiæ tuæ. In quo innotescunt sapientia atq; humilitas Dauid regis, qui licèt plenus existeret spiritu dñi, & tantę excellentiæ esset, nihilominùs de agendis voluit cum inferiori consulere & conferre: quo quorundam in oculis proprijs prudentium reprobatur psumptio, qui omnia secundum capitis sui conceptum agere moliuntur: ideo sæpè falluntur, & sibi ac alijs inueniuntur periculosi. [Vides ne q ego habitē in domo cedrina,]i. in palatio de cedris & alijs lignis preciosis constructo, vt iam patuit, [& arca Dei posita sit in medio pellium?]i. pellibus talibus inuoluta, qualibus secundum legem est inuoluenda. Q.d. Cùm sis sanctus propheta, & videas ista, mirum quod non hortaris me ad ędificandum dño condecens tēplum, in quo arca reuerenter locetur, cū non deceat me hominem mortalem habere atq; inhabitare domum præclariorem q Deum, qui iussit arcam suam in tabernaculo suo locari intra sancta sanctorum, prout in Exodo legitur. Porrò de inuolutione arcæ in Numerorum lib. scriptum est: Deponent velum quod pendet ante fores, inuoluentq; eo arcā testimonij, & operiēt rursum velamine hyachinthinarum pellium, extendētq; desup palliū totū hyacinthinum. [Dixitque Nathan ad regem,]cuius propositum putauit religiosum & Deo complacitum: [Omne quod est in corde tuo, vade & fac,]i. quicquid de hac re decreuisti operari, exequere, [qm dominus tecum est.]i. gratiosè te dirigit. Hoc responsum protulit Nathan spiritu humano, non prophetico ac diuino, quod tñ putauit se dicere ex diuino instinctu. Cautiùs autē egisset, si ante responsionem suam petisset reuelatiōem à dño. Vndè circa hæc dicit Glossa: Patet quod prophetiæ spiritus non semper mētes prophetarum irradiat, propter quod Helisæus propheta infrà testatur de Sunamite; Anima eius in amaritudine est, & dñs nō indicauit mihi.

1. Re. 23. 26 Prouer. 3. 2. Reg. 5. Exo. 26. Exod. 40. Nume. 3. 4. Reg. 4.

[Factum

[Factum est autem in nocte illa,] videlicet statim sequente, [& ecce sermo domini ad Nathã, dicens:] i. reuelatio desupèr facta est, loquens in interiori sensu & intellectu Nathã prophetę, & ipsa reuelatio fuit illa loquutio, quæ angelico ministerio facta est, vel in vigilia aut in somno. Et si in vigilia, tunc ad exteriorẽ sonabat auditum: si verò (quod magis apparet) in somno, tũc sonuit intùs. Facta est quoq; in nocte, quoniam tempus nocturnum ad suscipiendas reuelatiões est aptius, exterioribus sensibus quietatis ac dato silentio. Propter quod scriptum est: Per somnium in visione nocturna aperit Deus aures virorum. Hinc in Euangelio recitatur: Angel⁹ apparuit in somnis Ioseph, dicens. Deniq; increatus sermo Dei patris, videlicet verbum æternum, loquutus est Nathan prophetę per angelum, quẽadmodũ Apoc. 22. contestatur: Ego Iesus misi angelum meum testificari hæc. [Vade,] postquam surrexeris, [& loquere ad seruũ meum Dauid: Hæc dicit dñs, Nunqd tu ædificabis mihi domũ ad habitandum?] i. non volo vt construas mihi tẽplũ. Cui⁹ vna subiũgit ratio: [Neq; enim habitaui in domo] i. tẽplo seu tabernaculo fixo, ex lignis lapidibusq; formato, importatili & non moto, [ex die illa qua eduxi] filios Israel de terra Aegypti vsq; in diem hanc, sed ambulaui in tabernaculo] Mosis quod fuit portabile, nec diu stetit in loco vno. Dicit aũt inuariabilis & incircunscriptibilis Deus habitare & ambulare in domo aut tabernaculo, per pietatis & gr̃æ suæ effectus. [& in tentorio] hoc est, papilionib⁹ filiorum Israel, [per cuncta loca quæ transiui cum omnibus filijs Israel] tempore Mosis ab Aegypto vsq; campestria Hiericho. Vndè in Exodo Moses legitur exorasse: Si non tuipse pcedes nos, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus inuenisse nos gr̃m in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum? Itaq; cum sedentibus dominus sedet, cũ ambulantib⁹ ambulat, cũ habitantibus cõmoratur, inquantũ sedentibus, ambulantib⁹, aut habitantibus misericorditer adest, cooperatur, & ꝓuidet. Vndè in Genesi loquitur Iacob: Dñs fuit socius itineris mei. [Nunqd loquens locutus sum ad vnã de tribubus Israel, cui pcepi, vt pasceret populũ meũ Israel,] i. nec alicui tribui Israel, neq; alicui psonæ earũ, cui psonæ aut tribui iussi psidere Israeliticę plebi, locutus sum, [dicens: Quare nõ ędificasti mihi domũ cedrinam?] hoc est, nulli iudicũ istud pcepi, aut quod istud nõ fecerit, imꝓperaui vel increpaui. Circa hoc scribit Lyra: Ideo dicit ad vnam de tribubus &c. qa de omnibus ferè tribubus fuerũt aliq pastores populi Israel. De tribu Leui, Moses & Aaron. De Ephraim, Iosue. De Iuda, Othoniel. De Manasse, Iephte. De Beniamin, Ahud & Saul. De Nephthalim, Barach. De Zabulon, Ailon. De Isachar, Thola. De Dã, Sãson. Veruntamen de tribubus Ruben & Simeonis & Gad, null⁹ legiẽ generaliter pfuisse. Deindè narraẽ in textu q planus est, qualiter Deus pius ac liberalis bonũ ꝓpositum Dauid acceptauit ac remunerauit. [Et nũc hæc dices seruo meo Dauid: Hæc dicit dñs exercituum; Ego te tuli de pascuis sequẽtem gregem,] i. cùm pasceres oues & pecora patris tui, iussi per Samuelem te vocari de prato, & vngi in regẽ, iuxta illud in Psalm. Elegit Dauid seruũ suum, & sustulit eũ de gregibus ouiũ, de post fœtantes accepit eũ. [vt esses dux super populum meũ Isael, & fui tecũ in omnibus vbicunq; ambulasti] te dirigendo, ꝓtegendo, ac miserendo, & interfeci vniuersos inimicos tuos:] hoc est, quosdam de omibus, vel principales aduersarios tuos, quos pmisi aut feci occidi, [à facie tua,] i. à tua psentia, vel per te, dando tibi potestatem pualendi in bellis [feciq; tibi nomen grande iuxta nomen magnorũ q sunt in terra] hoc est, per dona quæ cõtuli tibi, putà per dona gr̃æ gratificantis, ac gratis datæ, per regiã potestatem, & triũphos assiduos, ac reliq̃ beneficia mea feci te valdè famosum, instar maiorũ, q fuerunt aut sunt in orbe terrarum Nam feci te magnũ regẽ, magnũ ꝓphetam, magnũ sctm̃, magnum patriarchã, & sapientissimũ virũ. Hinc 1. lib. Para. Dauid fatetur: Fecisti me spectabilẽ super oẽs hoies, & super illud eiusdẽ cap. Feciq; tibi nomẽ grande quasi vnius magnorum q celebrantur in terra, dicit glossa interlinearis, Abrahæ, Isaac, Iacob, Mosis, Iosuæ, quorum noia sunt famosa. [Et ponã locum populo meo Israel,] i. locum diuini cultus seu templum eis pstabo, ac faciam per filiũ tuum. Stabilem quoq; eis cõferam mansionem in terra ꝓmissionis, idcircò subiungiẽ. [& plãtabo eum,] i. firmiter faciã cõmorari, [& habitabo cum eo,] i. in eorum corde per gr̃am, atq; in templo p multiplicẽ meæ potestatis ac misericordiæ actionẽ, [& nõ turbabiẽ ampliùs,] hoc est, more solito nõ inqetabiẽ, expelleẽ, aut opprimeẽ, [nec addẽt filij iniqtatis,] i. gẽtes idololatræ in vestro circuitu demorantes, q ꝓpter scelera sua & infidelitatẽ potissimè dicunẽ filij iniquitatis, qsi totaliter mãcipati, ac subiecti peccatis, sicut de Antichristo dicit Apostol⁹: Nisi reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. Vnde & Elihu loquens de sctõ Iob, quẽ putauit prauissimum esse hypocritã ac blasphemum: Pater, inqt, mi, ne desinas ab homine iniquitatis, qui addit sup peccata sua blasphemiam. [vt affligant eum sicut priùs] fecerunt [ex die qua constitui iudices super populũ meũ Israel.] Nã tẽpore iudicũ fuerunt filij Israel sępè grauiterq; afflicti à vicinis idololatris, prout in lib. Iudicũ recitaẽ. ¶Porrò, tẽporibus Regum non fuerũt taliter tribulati, quãuis interdũ, psertim tẽpore Babylonicæ captiuitatis, tẽpore quoq; Antiochi, & posteà diu fuerint dirè oppressi. In regno etiã decẽ tribuũ fuerunt frequentes & magnę afflictiones, sed gẽs illa ob idololatriã suã non reputabatur in populo Dei. Verun[illegible] glosa videẽ sentire, ista ad litte-

Iob 33.
Matt. 2.
Num. 4.
Exod. 33.
Gene. 33.
Exo 3. 4.
Iosuæ 1.
Iud. 3. 11. 4. 10. 14.
1 Reg. 16.
Psal. 77.
1. Paral. 17
Ibidem
2. Thess. 2.
Iob. 34.
Iudic. 1. 10.
1. Macha. 1.

literã non esse impleta, nec posse exponi de filijs Israel pro tempore Dauid aut Salomonis. Nã in Iudicũ lib. legitur, ꝙ sub Ahud iudice habuerũt quieté & pacé annis octoginta, nec tépore Regum leguntur quieuisse tot ãñis, sicq; videretur intelligendum de filijs Israel conuersis ad Chr̃m tempore primitiuę ecclesię, & de spũali eorũ pace, quiete ac stabilitate, quas impij non poterant eis auferre, qñ illud Esaię impletũ est: Sedebit popul' me' in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducię, & in requie opulenta. [Et reqem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis.] i. vniuersos hostes tuos visibiles ac inuisibiles, faciã ab impugnatióe tui deficere ac cessare, ita ꝙ tibi nõ ꝓualebunt finaliter. Veruntñ inuisibiles inimici ei interdũ ad tép' ꝓualuerunt, qñ (vt infrà patebit) grauiter est transgressus. Verùm post vitam ꝑsentem pleniùs est requié hãc adeptus. [Prædicitq; tibi dñs] i. ꝑ me tibi ꝓnunciat, [ꝙ faciat tibi domũ dñs fidelé,] i. notabilé ac regiã posteritaté, opulentã, copiosamq; sobolem, sic & in Exodo legitur dñs obstetricibus Hebræorũ ædificasse domos, qa dñm timuerũt. [Cũq; cõpleti fuerint dies tui,] i. in bonis opibus eos expéderis. Plenitudiné etem̃ habét dies & actus iustorũ, inanes verò & vacui sunt dies malorũ. Vnicuiq; quoq; ꝑfixus est cert' dierũ numerus, quib' viuet, iuxta illud B. Iob: Constituisti terminos ei' q ꝑteriri nõ poterunt. [& dormieris] somno mortis [cũ patrib' tuis,] i: quéadmodũ illi defuncti sunt, [suscitabo semen tuum post te, ꝙ egredietur de vtero tuo.] Doctores catholici, August. Isidor' & Glossa, vidẽtur sentire, ista non posse exponi de Salomone ad literã: Primò, qm̃ paulòpòst subditur, Stabiliam thronum regni eius vsq; in sempiternũ, ꝙ non est in Salomone impletũ. Secundo, qa subiungitur: Ego ero ei in patré, & ipse erit mihi in filiũ, ꝙ ad Hebręos allegat Apostolus, ad ꝓbandũ Chr̃i diuinitaté. Cũq; secundũ Augustinũ ꝓbatio non valeat, nisi ex sensu literali, videtur istud ad literam de Christo ꝓnunciatum. Tertiò, quia post additur, Misericordiã meã non auferam ab eo: quod non videtur in Salomone completũ quia peccauit grauissimè, nec de eius pœnitentia aliqd refert scriptura. Quartò, qm̃ Salomon cœpit regnare, & sedit in throno regali, Dauid viuẽte ac intuẽte, sicq; nõ cõuenit ei ꝙ dicitur, Suscitabo semé tuũ post te. Rursus, qa iam dictũ est. Cum dormieris cum patribus tuis, suscitabo semé tuũ post te, ꝙ egredietur de vtero tuo. Semé aũt quod post morté Dauid à Deo est suscitatũ, & de vẽtre eius egressum, nõ Salomõ, sed Chr̃us fuisse videtur. Pro horum concordia dicit S. Hieronymus, ꝙ aliquid dicitur in scripturis de Salomone, inquantũ fuit res qdã & homo particularis, putã ꝙ fuit filius Dauid ex Bethsabee: aliquid quoq; fertur de eo, inq̃tùm fuit Chr̃i figura, & talia pleniùs sunt impleta in Chr̃o, q̃ Salomone, qualia sunt q̃ hic dicũtur. Sic & illud in Osee, Ex Aegypto vocaui filium meum, sanctus Euangelista Matthæus allégat de Chr̃o prędictum. Illud quoq; in Exodo, de agno paschali conscriptum, Ossa eius non confringetis, sanctus Ioannes euangelista de Christo inducit: Os, inquiés, nõ cõminuetis ex eo. Hinc qdã scribit circa hũc locũ: Salomõ fuit figura Christi. Figura aũt cũ sit res aliqua, potest cõsiderari tripliciter. Primò, vt res tantum in se. Secũdo, vt figura alteriùs tantùm. Tertiò, secundum vtrunq;, sicq; aliqua in scripturis dicuntur de Salomone secundũ se, & ita non fuit figura Christi, sicut ꝙ fabricatus est idola. Aliqua verò dicuntur de eo, inquantum fuit figura Christi tantum, vt illud in Psal. Dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. Quod Salomoni non competit, quia non fuit monarcha, sed Christo. Alia dicuntur de Salomone vtroq; modo, quæ s. verificata sunt de ipso, licet imperfectè, et de Christo perfectiùs, cuiusmodi sunt quæ hic ponuntur in litera, saltem pro parte magna. Istud conuenienter dictum videtur, excepto eo ꝙ præsupponit ꝑallegatum versiculum, Dominabitur à mari vsq; ad mare etc. imò et Psa. illum, Deus iudicium tuum regi da, scriptum esse de Salomone ad literã: imò ad literã de Christo conscriptus est, secundum doctores catholicos, cùm multa dicantur in Psal. illo, quę nequaquam conueniunt Salomoni, videlicet: Et permanebit cum sole et ante lunam. Itemq;, Corã illo ꝓcident Aethiopes. Et, Adorabunt eum oẽs reges, oẽs gentes seruient ei. Et, Ante solé permanet nomé eius. Et, Benedicentur in ipso oẽs tribus terræ. Itaq; exponenda est litera ista primò, quãtum fieri potest, de Salomone. [Cumq; cõpleti fuerint dies tui. suscitabo semé tuum post te.] i. Salomoné filiũ tuũ, te defuncto, eleuabo et confirmabo in regno. Quanuis etem̃, viuente Dauid, Salomon fuerit vnctus in regé, et sederit in solio regni, vt infrà habetur, tñ post mortem Dauid, principatus Salomonis cœpit oĩbus diuulgari, & dominatu patris sui sublimior atq; potentior fieri, iuxta illud lib. 1. Paral. Magnificauit dñs Salomonem, & dedit ei gloriã regni, qualé nullus habuit ante eum rex Israel. Hinc aliqui dicunt, ꝙ quanuis Salomon, Dauid viuente, fuit vnctus & inthronizatus in regem, non tamen firmiter stabilitus in regno, quousq; defuncto Dauid, & interfectis Ioab & Adonia. dissipati sunt qui Adoniæ fauebant. [Quod egredietur de vtero tuo] i. nascetur ex semine tuo secundum corpus, non ꝙ anima traducatur cum semine: & quanuis mater ministret substantiam fœtus, vis tñ formatiua & ratio seminalis, in semine patris sunt. Quanuis autem Salomon natus fuit ante obitum Dauid, nõ tñ qñ ista prædicebantur per Nathan; ideo ꝑtactæ clausulæ, ad diuersa sunt tempora referendæ. [& firmabo regnum eius.] Vndè infrà habetur, firmatũ est regnũ eius

Marginalia: Iudicum. 3. — Esaiæ 32. — 4.Re.11.24. — Exod. 1. — Ambrosius — Iob 14. — Augustin' — Isidorus — Hebreo 1. — Augustin9 — 3.Reg 11. — 3.Reg. 12. — Hierony. — 2.Reg.11. — Osee 11. — Matth. 2. — Exod. 12. — Ioan. 19. — 3.Reg. 11. — Psal. 71. — Ibidem — Ibidem — Ibidem — 3.Reg.1.2. — 1.Para. 29. — 3.Reg.2. — Ibidem

eius nimis.[Ipse ædificabit domum nomini meo.]hoc est,templũ ad laudẽ & gloriã meã.[&
stabiliã thronũ regni eius vsq; in sempiternũ.]i.per omne tempus veteris testamenti,pſertim
nisi posteritas sua peccãdo ponat obicẽ impletioni pmiſsionis istius. Etenĩ sicut Iacob pdixe Gen.49.
rat,nõ fuit in toto ablatũ sceptrũ de Iuda,& dux de femore eius nõ defecit p posteros Dauid
pſertim vsq; ad tempus Herodis alienigenę & veri Meſsię.Nã & Machabęi ex vno latere erãt
de tribu Iuda. Potest quoq; veraciter dici, ꝙ thronus Dauid ac Salomonis,sit perpetuatus in 1.Mach.1. Luc.1.
Christo,cui⁹ regni non erit finis,q de illorum nat⁹ est semine.[Ego ero ei in patrẽ,& ipse erit Roman. 1.
mihi in filiũ:]hoc est,per gratiã adoptionis,& curã puisionis ero pater Ipsius,& ipse erit fili⁹
meus adoptiuus,saltẽ ad temp⁹,& secundũ pſentem iustitiã.Salomon quippe longo tempo-
re habuit se deuote.Nã & infrà habet̃,ꝙ dñs dilexit eum.& à Nathã vocat⁹ est amabilis dño.
An verò etiam secundũ æternã prædestinationẽ fuerit talis,infrà q̃retur.Hinc primo Esdrę li 2 Reg.12.
bro scriptũ est:Certè in gentibus multis nõ erat rex similis Salomoni,& dilect⁹ Deo suo erat. 1.Esdræ 10.
[Qui si iniquè aliqd egerit,]Nã & Salamon tandẽ grauiſsimè est trãsgressus. Veruntñ vniuer 3.Reg.11.
sorũ pſcius dñs,sic quasi ambiguè & cõditionaliter est locut⁹,ne Salomon videret̃ ex necessi
tate quadã peccasse,si ei⁹ transgreſsionẽ Deus absolutè pnũciasset,[arguã eũ in virga virorũ.]
hoc est,afflictione inferẽda à viris,seu gladio aduersariorũ.Vndè infrà libro tertio recitatur,
ꝙ propter scelera sua dñs suscitauit ei aduersarios multos,& p Ahiam prophetã pdixit regnũ 3.Reg.12.
diuidendum,atq; pro maiori parte ipsi Hieroboam tribuendum:quo cognito,valdè afflict⁹
est Salomon.[& in plagis filiorum hominum.]hoc est,diuersis incommodis atq; molestijs,
quibus filij hominum solent affici in hac vita,ac inuicèm sibi inferre.Cùm enĩ peccasset tam
dirè in senio suo,tandẽ ad diuersas deuenit tristitias,prout ipse in Ecclesiaste testatur: Vidi, Ecclef.1.
inquiens,vniuersa sub sole,& ecce vanitas & afflictio spũs.Idcircò tæduit me vitę meæ.Tunc
quoq; minorata est fama ei⁹.Circa hoc refert Lyra,in Hebręo habetur,in plagis filiorũ Adã.
Quod exponũt Hebręi,dicẽtes,ꝙ primus Adam in centũ tribus annis,quib⁹ cõtinuit ab Eua
pter occisionẽ Abel,cõmixtus est dæmonibus succubis,q̃ cõceperũt ab eo,pepereruntq; dę
mones,qui posteà incitauerũt Salomonẽ ad peccandum pter quod diuisum fuit regnũ su-
um tẽpore filij sui. Ecce quàm stolidiſsimis erroribus inuoluũtur Iudęi.[misericordiã autem
meam non auferam ab eo.]Qui dicunt Salomonẽ finaliter pœnituisse,& esse saluatum, expo
nunt hoc sic:Misericordiam aũt meam,hoc est,gratiam finalem non auferã ab eo, sed tempo Pet. Com. histo.lib 2.
raliter castigatum ac pœnitentẽ saluabo.Hinc magister in historijs loquitur:Ex hac promiſsi Reg.ca.10.
one conijcitur,quod saluus sit Salomon.Cæteri qui vel putant vel affirmant eum esse damna
tum,ita exponunt:Misericordiam meã non auferam ab eo:propter scelera sua non tollam ab
eo ac posteris eius regiam potestatem,successoremq; regni,cui expositioni videtur consona
re,quod subditur:[sicut abstuli à Saul,quem amoui à facie mea.]hoc est,à pietatis meæ respe
ctu,ita vt in posteris eius non manserit regale imperium.Vel(vt aliqui dicunt)quẽ iustè dam 1.Reg.31.
naui.De qua re quid sentiendum appareat,tactũ est plenius vltimo primi libri capitulo.¶Prę
tereà,quanuis non solùm Lyra,sed alij quoq; quidam expositores catholici ablationẽ istã mi
sericordiæ Dei,referant ad destitutionẽ regiæ succeſsionis,tñ R.Paulus circa hoc specialiter R. Paulus
scribit contra Lyram,dicẽdo:In hoc ꝙ dicit postillator verbũ illud, Misericordiã aũt meam
&c.non intelligi,nisi quantũ ad temporale regnum,videtur nimis literalizare. Manifestũ est
nanq; secundum doctores nostros,putà catholicos, ꝙ lex vetus disponebat ad Christũ, sicut
imperfectum ad perfectum : vndè communiter temporalia bona Dauid & filio eius promis-
sa,similiter perpetuitas fidelitatis domus eius, & si intelliguntur de regno temporali, princi-
paliùs tamen etiam ad literam intelligenda sunt de regno æterno, sicut illud quod dictum Gene.22.
est Abrahæ:In semine tuo benedicentur omnes gentes.[Et fidelis erit domus tua & regnum
tuum,vsq; in æternum ante faciem meã,& thronus tuus erit firmus iugiter.] Quanuis istud 3.Reg.3.
aliquo modo dicatur posse exponi de posteris Dauid & successoribus regni sui,videlicet Sa- Augustin.
lomone ac cæteris,qm̃ multi eorum fuerũt iusti,& veræ deitatis cultores,qui & auersos redu 3.Reg.12.
xerunt ad dei cultũ,ipseq; Salomon multo tempore fuit fidelis:tñ secundum Augustinum,i-
sta expositio est valdè impropria. Nã & Salomon,eiusq; filius Roboam,ac multi alij reges,ex Augustin.
eis nati,ad idololatriã & carnalitates nimias corruerunt. Ait itaq; August. Erat qui putat pro 3.Re.6.7.
miſsionem hãc in Salomone cõpletam,attendit ꝙ dictum est,Hic ædificauit mihi domũ,qm̃ 3.Reg.11. Roman 11.
Salomon nobile templũ extruxit:& non attendit,quod dicitur,Fidelis erit domus tua &c. At
tendat ergo domũ Salomonis,plenam mulieribus alienigenis colentibus falsos deos,& ipsũ
regẽ quondam sapientem, ad idololatriam eandem seductum. Nec audeat æstimare,Deum
istud mendaciter promisisse,& talem Salomonis ruinam Deum nõ præscisse.Idcirco in Chri
sto,qui factus est ex semine Dauid secundum carnem,videmus ista impleta:Nec alium quęrã
mus sicut Iudæi.Nam & ipsi hunc filiũ Dauid promissum,non intelligunt Salomonẽ,sed aliũ
sperare se dicunt,cuius imago aliqua seu figura præceſsit in Salomone, qui templum ædifica
uit,& iuxta nominis sui interpretationẽ,habuit pacẽ,atq; in regni sui exordio fuit laudabilis

[Secun-

[Secundum omnia verba hæc:]iam descripta,[& iuxta vniuersam visionē istam]imaginariā
imò & prophetalem,cuius sensum intellexit Nathā propheta,ꝓpter quod fuit,quātū ad hoc,
visio seu reuelatio etiā intellectualis,[sic locutus est Nathan ad Dauid.]¶Iam exponenda est
litera ista de Christo,de quo planiùs veriùsq; exponitur:[Cumq; cōpleti fuerint dies tui,su-
scitabo semē tuum post te:]i.Christum ex semine tuo faciā nasci ex virgine gloriosa,iuxta il
lud Hie.23.Eccè dies veniunt,dicit dñs,& suscitabo Dauid germē iustū. [quod egredietur
de vtero tuo:]nō immediate,sed per intermedios multos, vel ex vtero tuo,i. ex vtero virgi-
nis ex te natæ.[& firmabo regnū eius.]Vndè angelus duxit ad virginē:dabit illi dñs Deᵘ sedē
Lucæ 1. Dauid patris eius,& regnabit in domo Iacob in æternum,& regni eiᵘ nō erit finis.[Ipse ędifi
1. Pet, 2. cabit domū nomini meo.]i.militantē ecclesiam,quia congregauit fideles per fidem & chari
tatē,ex quibus tanꝗ ex viuis & electis lapidibus,Deo patri seu superbeatissimæ Trinitati tē-
Zach 6. plum construxit,in quo Deus habitat gratiosè,& regnat benignè. Hinc per Zachariā ꝑdictū
Hebre. 3. est:Eccè vir,oriens nomē eius,& ædificabit templum dño.De hac domo ait Apostolus ad Hę
1. Tim. 3. bræos:Christus tanꝗ filius in domo sua,q̄ domus sumus nos. Atq; ad Thimothęū:Scias quo-
modò oporteat te in domo Dei conuersari,q̄ est ecclesia Dei viui,columna & firmamentum
veritatis.[Et stabiliā thronum regni eius,]i.regiam eius authoritatē ac iudiciariam potesta-
tē,vsq; in sempiternū.Christus quippe regnat in militanti ecclesia per fidē & gratiā vsq; ad fi
nē mūdi.Deinde per beatificā visionē & gloriæ lumē regnat in ea,in patria,& in tota triuphā-
te ecclesia. Vndè à Daniele est ꝑdictum:Dedit ei antiquus dierū,videlicet pater æternus,po-
Dan. 17. testatē & honorē & regnū,& oēs populi,tribus & linguæ seruient ei. Potestas eius,potestas æ-
terna,quæ non auferet,& regnū eius quod nō corrumpetur.Hinc Esaias:Super solium, inqt,
Esaiæ 9. Dauid & super regnum eius sedebit,vt confirmet illud,& corroboret in iudicio & iustitia,a-
Prouer. 30. modò & vsq; in sempiternum.[Ipse erit mihi in filium:]hoc est,filius meus naturalis,verus &
Roman. 1. vnicus erit,imò & æternaliter est. De quo in Prouerbijs dicitur: Quod nomē eius?& q̄ nomē
filij eius,si nosti?qui(vt ad Romanos asseritur)ꝑdestinatus est filius Dei in virtute.[& ego e-
ro illi in patrē,]i.pater eius consubstantialis & æternalis ero & sum [Qui si iniq; aliquid ges-
serit,arguam eum.]Hic Iudæi insultant nobis, dicentes: Aut inique aliqd egit Christᵘ vester,
aut nō.Si sic,ergo peccator est:Si non,ergo istud non est de ipso ꝑdictū. Ad quod rñdetur,qa
Esa. 53. (vt apud Esaiam legit)Christus iniquitatē non fecit,nec inuentus est dolus in ore eius. Sed
cùm ipse sit caput omnium electorū,cum quibus constituit vnū mysticū corpus,q̄dam in scri
pturis dicuntur de ipso in persona membrorum suorum,propter connexionem & condescē-
sionem capitis huius ad membra sua;sicq; mos est scripturæ,ea quę capitis sunt,asscribere mē
bris,& econuerso. Vndè in Psal.cuiᵘ exordium est,Beatus q intelligit super egenum & paupe
Psa. 40. rē,qui de Christo eiusq; traditore manifestè cōscriptus est,legit:Ego dixi,dñe miserere mei,
sana aīam meam,quia peccaui tibi.[Arguam eum in virga virorum]i.membra eius corripiā,
putà credentes,vel ipsum pro peccatis membrorum,iuxta illud in Esaia. Dñs posuit in eo ini
Esaiæ 53. quitatē omnium nostrū. Vnde ait in Psalmo:Quę nō rapui,tunc exoluebā. Itemq;: Super me
Psal. 68. confirmatus est furor tuus,& oēs fluctus tuos induxisti super me.[Misericordiā aūt]hoc est,
Psal. 87. gratiā[meam nō auferā ab eo:]qm̄ Christus fuit summè ꝑuentus,repletus, & confirmatus in
gratia secundū naturā assumptā,& fuit in eo gratia vnionis,gratia capitis,gratia personalis,&
gratia beatificę visionis. Vel,misericordiā meam nō auferam ab eo,quia Christus in suis vica
rijs,principibus ac prælatis,iugiter regnat in vniuersali ecclesia,& mēbris ipsius abundantis-
sima gratia est collata sub euangelica lege:propter quod tempus noui testamenti,tempus gra
Zach. 12. tiæ appellatur. Vndè in Zacharia scriptum est:Et erit qui offenderit ex eis in die illa,quasi Da
uid,& domus Dauid quasi Dei,sicut angelus domini in conspectu eorum. Quod prædictum
est ad designandum magnitudinem pietatis ac gratiæ Dei tempore Christi ac euangelicæ le-
gis.[Et fidelis erit domus tua]hoc est,Christi familia constans erit in fide & gratia,quæ voca
tur domus Dauid,hoc est,Christi ꝑfigurati p Dauid:vel,quia fideles sunt spūales filij Dauid
Galat. 3. p fidei ac virtutū seq̄lam,sicut in simili ait Apostolus ad Galatas:Qui ex fide sunt, hi filij sunt
Actor. 4. Abrahæ. Hinc in Actis primitiua ecclesia legitur orando dixisse:Deus qui dixisti per os Da-
uid patris nostri. Ideo ait Glossa:Ecclesia dicit domus Dauid propter genus Dauid, & domᵘ
Dei propter templum Dei de hominibus factum.¶Consequenter describitur,qualiter Da-
2. Reg. 6. uid ex tantis Dei promissis,non est inaniter eleuatus,sed humiliter regratiatus.[Ingressus est
aūt Dauid rex,[Quò introiuit?puto quòd in locū seu tabernaculum,in quo collocauerat ar-
cam.vt præcedenti habetur capitulo,vt in loco illo sacro deuotiùs se haberet. Siquidem di-
spositio,consecratio,& sanctimonia loci, cooperantur ad deuotionis augmentum. [& sedit
corā domino.]hoc est,humiliter posuit se in Dei præsentia, quæ ibi specialiter fuit propter
arcæ præsentiam, & loci consecrationem. Vnde qdam exponunt,coram domino,i.coram ar-
ca in qua Deus specialiter pręsentabatur:Nam & supra arcam facta fuit ac stetit aurea tabula,
q̄ dicebatur ꝓpiciatoriū atq; oraculū,quia ex illo loco dñs exaudiuit orantes,& dedit respon

sa,ac

sa,ac ꝓpiciabatur populo suo,sicq; tabula illa fuit quasi sedes Dei,vt dictū est pleniùs Exo. 25. [& dixit: Quis ego sum domine Deus?] Q.d. Indignus sum tantis beneficijs tuis,& tam gratioso respectu maiestatis tuæ ad me.[& quæ domus mea,]hoc est,soboles,tribus seu familia, tanq̄ dicat,nec ipsa hæc meruit.[qa adduxisti me hucusq;?]i.ab exordio vitæ meæ fuisti mihi gratiosus defensor & cōseruator vsq, in præsens,atq; per semitas æquitatis me direxisti, quēadmodùm scriptum est, Iustū deduxit dn̄s per vias rectas: Ita vt dicere queam, Tenuisti manum dexteram meam,& in voluntate tua deduxisti me. Vel,adduxisti me hucusq;, hoc est, vsque ad solium istud regale, & vsq; ad ꝓsperitatē qua polleo. Itaq; S. Dauid quanto summi & primi benefactoris maiestatem ac munificentiam pleniùs cōsiderauit,tanto seipsum profundius humiliauit, & præ cordiali affectu gratias egit. [Sed & hoc]ipsum [paruum visum est in conspectu tuo domine Deus,]hoc est,excellentię tuę non suffecit,nec satis multum reputasti conferre mihi beneficia multa & magna in vita præsenti propriaquè personæ, [nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum] i.nisi etiam promitteres mihi pro successoribus ac posteris meis magna & prospera, quod scilicet succedent mihi in regia dignitate. [Ista enim est lex Adam domine Deus.]hoc est,proprietas hominis protoplasti,seu iussio ei facta videlicet solicitudinem gerere de prolis successione ac prosperitate. Vndè primis parentibus dictum est: Crescite & multiplicamini. Hęc autem lex ab Adam est in posteros deriuata, Vel hæc est lex Adam,id est.hominis,vt gratias agat Deo de beneficijs suis. ¶Porrò Adam,in Hebræo est nomen commune, significans hominem,nomenq; proprium hominis primi. [Quid ergo addere poterit adhuc Dauid,vt loquatur ad te?]i.tanta est pietas ac liberalitas tua in me, vt tibi sufficienter & plenè nequeam grates repēdere,nec maiora audeo postulare, imò plura & ampliora dedisti ac spopondisti, quàm petere pręsumpsissem.[Tu enim scis seruum tuum domine Deus]hoc est,cor meum cognoscis,& scis quod ex animo loquor ista.per effectum quoq; beneficiorum ac promissorum iam pretactorum demonstras,quod memor sis mei, & per approbationem me noscas,ac speciali modo me scias,quemadmodum dixisti ad Mosen Teipsum noui ex noīe.[Propter verbum tuum,]i.ad verificandum promissa, quæ sanctis patriarchis Abrahæ, Isaac, & Iacob promisisti de regia stirpe oritura ex eis per tribum Iuda,& quæ specialiter prædixisti Samueli de me,[& secundum cor tuum]hoc est,ex cordis tui proposito,& iuxta magnitudinem liberrimæ tuæ liberalitatis. Itemq; secundum cor tuū,hoc est, ex pietate & charitate voluntatis tuæ ad nos, & secundū propriā tuam bonitatē,qua proprium tibi est diuitias tuas alijs communicare. [fecisti omnia magnalia hęc:]i.tot & tanta beneficia dedisti ac promisisti. Hinc ad Ephe.1.ait Apost. Deus operatur oīa secūdū propositū & consilium voluntatis suæ,[ita vt notum faceres seruo tuo,]hoc est,mihi hæc ipsa notificares,& qd in posterum sis facturus,prędiceres. Nam & hoc est speciales donum Dei,scire beneficia eius, similiter futura p̄noscere. Propter ꝙ loquitur Paulus 1. Cor.2. Non spiritum huius mundi accepimus,sed spiritū q ex Deo est,vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.[Idcirco magnificatus es dn̄e Deus:]hoc est, excellentiā magnificè demōstrasti, atq; in corde meo magnus es cognitus ac honorat⁹. Nam & hoc ad magnificū spectat,dare & agere ampliora,q̄ meretur recipiens.[qa non est similis tui]in creatis,i.æqualis,cùm sis vniuersis ac singulis infinitè sublimior. Veruntn̄ rōnales & intellectuales creaturæ sunt similes Deo,similitudine participata & imitatiua, imo ad Dei imaginē similitudinemq; creatæ, ad quam similitudinē hortatur nos Chr̄s: Estote,inquiēs perfecti,sicut & pater vester cælestis pfectus est.[Neq; est Deus extra te in omnibus q̄ audiuimus auribus nostris:]hoc est, pter te non est ver⁹ Deus,nec dij gentium, de qbus audiuimus, verā habent in se deitatem. [Quæ est aūt, vt populus tuus Israel, gens in terra,]i.in mūdo hoc inferiori non est gens tātæ dignitatis & gratiæ,vt plebs Israelitica: quod verū fuit tēpore veteris test.sub quo plebs illa fuit à Deo prælecta, & multis ac magnis donis, virtutibus, miraculis,præ cæteris decorata. Propter quod locutus est Moses: Te elegit dominus,vt sis ei populus peculiaris de cūctis populis q sunt sup terrā,quia dilexit vos dn̄s. [propter quam]Israeliticā gentem[iuit deus,]hoc est,p opera sua gratiosa atq; miraculosa ꝓcessit, & in Mose iuit. Iuit quoq; p angelū,qui filios Israel in columna ignis & nubis p̄cessit & duxit iuxta illud Exo 23. Ecce ego mitto angelū meū,q p̄cedat te, & introducat ad locū quē paraui. Et angelus iste interdū vocatur Deus aut dn̄s, prout Exo.23.patet, qa in Dei psona apparuit, loqbatur,aut aliqua faciebat,vt S.exponit Gregori⁹. [vt redimeret eam sibi in populū,]hoc est,q̄tenus De⁹ ad suū honorē liberaret plebē Israeliticā à seruitute Aegiptiorū ad hoc,ꝙ esset populus suus peculiaris,& suis bn̄ficijs grat⁹,ac liberè sibi seruiret in terra ꝓmissionis.[& poneret sibi nomē]hoc est, denominationē acciperet à plebe p̄fata, qm̄ ꝑpter opera circa eā exhibita, vocatus est Deus Israel,& Deus Hebræorū, iuxta illud Exo.3. Deus Hebræorū vocauit nos.vel poneret sibi nomē,hoc est, p̄clarā acqreret famā p mirabilia ꝓ populo illo peracta. Vndè Exo.14.dixit ad Mosen: Vidētib⁹ cūctis,signa faciā, q̄ nunq̄ visa sunt sup terrā,nec in vllis Gētib⁹. Et cur faceret ea,exprimit Num.14.dicēs: Viuo ego,& implebit gloria dn̄i vniuersa terra. Hinc cùm dn̄s pmisisset filios Israel à viris Hai fugari, Iosue plorans & orans,inter

Sap 10. Psal.72. | Gen.1.& 9. | Exodi 33. | 1.Re.15.16. | Gene.1. | Matt. 5. | Deut.7. | Exod.14. | Gregorius | Iosi.7.

cætera dixit ad Deum: Quid facies magno nomini tuo? Hinc demum scriptũ est Esa. 63. Qui sciditaquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternũ. Et rursus ibidèm loquitur Deo Esaias. Sic adduxisti populũ tuum, vt faceret tibi nomẽ gloriæ. [faceretq; eis,]hoc est, ꝓ redemptione Israelitarum [magnalia,]i. supernaturalia signa, atq; magnifica opera, quo ad Hebræo-
Exo.10 7.8 rum eductionem, quæ erant Aegyptijs metuẽda. Propter quod subditur: [& horribilia super
9.10.11.12. terram,] sicut quod trib⁹ diebus fuerunt palpabiles tenebræ in Aegypto, ita quod nullus Aegyptiorũ videre potuit proximũ suũ, & aliæ plagæ Aegyptijs inflictæ, quæ in Exodo sunt descriptæ, [à facie populi tui,] hoc est, hæc magnalia peregisti intuitu Israeliticæ plebis tuæ, ac
Exo.11. diuidẽdo inter populũ tuũ atq; Aegyptos. Propter ꝙ Moses dixit ad Pharaonẽ, vt scias quanto miraculo dñs diuidat inter filios Israel & Aegyptios. Quidã exponunt aliqd subintelligẽdo, vt sit sensus: Fecisti magnalia & horribilia illa, supple, eijciẽdo ac deijciẽdo aduersarios à facie populi tui Israel, per quẽ Aegyptios ac Chananæos multipliciter pemisti. Huic expositiõi cõsonat illud 1. Parali 17. Magnitudine sua atq; terroribus eijceret nationes à facie eius. [quem
1.Reg.17. redemisti tibi ex Aegypto,] Vnde per Mosen tuum populum eduxisti ad tuijpsius laudem &
*gẽtem & deum gloriã: [*gente & deo eius,]hoc est, ex Aegyptiaca gente & dijs eorum, tuum populum eruisti, qui nõ solum Aegyptijs, sed & idolis eorum in Aegypto seruiuit, quemadmodum Deut. 28. & Ezech. 16. manifestè habetur. Itaq; ponitur hîc numerus singularis pro plurali, cùm dicitur, & deo eius. ¶ Porrò Deus non solum Aegyptios, sed & deos eorum contuiuit, iuxta illud Numer. 33. Nam & in dijs eorum exercuit vltionem. Aliqui textus habent, gentem & deum eius. Quod quidam exponunt sic: gentem, vt potè præfatum Israeliticum populum: & deum eius, hoc est, Mosen, cui Exodi 7. loquitur dominus: Eccè constitui te deum Pharaonis. Alij sic ponunt, gentem & deum eius, i. plebem Chananæorum, ac deos eorum, suppple, expulit & eiecit Deus à facie Israelis. Veruntñ sensus iste nõ videtur ex textu haberi. [Et firmasti tibi populum tuum Israel in populum sempiternum:]hoc est, per dona gratiæ tuæ firmiter statuisti hũc populum, esse populum tuum hæreditarium, ac iugiter te colentem, iuxta illud Esa. 19. Hæreditas mea Israel, & hoc per successionem impletum est in electis ex populo Iudæorum, qa re
Rom.11. liquiæ per electionem grẽ saluæ factę sunt. Vel sensus est, ꝙ hoc Deus fecit q̃tum in se fuit, q̃uis populus ille se frequenter auertit à Deo, & tandem pro maxima parte omninò auersus fuit ac induratus. [Et factus es tu dñe De⁹ eis in deũ,]hoc est, tu qui vniuersorum creator ac dñs es, factus es specialiter Deus plebis illius, conferendo eis legem, ac alia beneficia multa & magna, sicq; factus es Deus illorum absq; tuijpsius mutatione per nouos effectus oĩpotentiæ ac bñficentiæ tuæ, iuxta quem sensum fertur Psa. 88. *Dñe*, refugium factus es nobis. Hinc in Exo
Exod.6. do dñs ait filijs Israel: Educam vos de ergastulo Aegyptiorum, & redimam in brachio excelso & assumam vos mihi in populum, & ero vester Deus. ¶ Deniq; de hac Israelitici populi electi-
Deut.4. one, claritate & excellentia, ait Moses: Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quę est enĩ alia gens sic inclyta, vt habeat cæremonias iustaq; iudicia, & vniuersam legem q̃ ego proponam hodiè ante oculos tuos? ¶ Circa hæc scribit Lyra: In Hebræo habetur, Quæ est gens vt populus tuus
R. Salomõ Israel, propter quam iuerunt dij? Quod exponit R. Salomon de Mose & Aaron, qui missi fuerunt ad educendum Israel de Aegypto, & dicuntur dij participatiuè. Sed meliùs potest exponi de pluralitate personarum in diuinis, quarum indiuisa sunt opera, sicq; notatur pluralitas ꝑsonarum, cùm dicitur, Iuerunt dij, quia tres personæ *veræ dicuntur deitatem habentes. Quĩ tamen deitas illa & essentia, simpliciter vna est in tribus personis, ideo subditur in singulari, vt redimeret eam sibi. [Nunc ergo domine Deus, verbum quod locutus es super seruum tuũ, & super domum eius, suscita in sempiternum.]hoc est, perpetuò imple ꝑfatam promissionem mihi, ac posteritati meæ à te factam. [& fac sicut locutus es, vt magnificetur nomen tuum vsq; in sempiternum,]hoc est, ad tuijpsius reuerentiam fac hoc. [atq; dicatur: Dñs exercituum, Deus super Israel,]hoc est, Deus oĩpotens & dñs cælestium agminum, dignanter factus est deus Israeliticæ plebis, super eam speciali prouisione respiciens, [& domus serui tui Dauid erit stabilita coram dño:]hoc est, soboles, familia seu successio mea coram te firmiter permanebit, si feceris sicut locutus es, & sicut oro impleri. [Quia tu dñe exercituum Deᵛ Israel, reuelasti auriculam serui,]hoc est, auribus meis per Nathan prophetam denunciasti, [dicens: Domum ædificabo tibi.]i. successores in regno ex semine tuo tibi præstabo, sicut expositum est. [Propterea inuenit seruus tuus cor suum]hoc est, fiduciam istam orandi concepit, istamque voluntatis suæ dispositionem sensit in se, [vt oraret te oratione hac.] Q.d. Nisi tua pia promissione & gratiosa præuentione mihi tanta ac talia spopondisses ac prædixisses, non præsumerem ista orare. [Nunc ergo domine Deus, tu es Deus]qui nec mentiri, nec fallere potes, cum sis substantialiter verus & veritas, [& verba tua erunt vera. Locutus es enim ad seruum tuum bona hæc. Incipe ergo]implere quę promisisti, [& benedic domui serui tui,]i. in prole atq; domesticis meis auge, & conserua tuarum munera gratiarum, [vt sit in sempiternum coram te,] hoc est, iu-

iugiter tibi sit placita,& coram te permansura,[quia tu dñe Deus locutus es hæc,& benedicti one tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.]Præterea quæri potest,cur Dauid tam feruentibus repetitisq; verbis rogauit verba diuinæ promissionis impleri,cùm verba Dei cassa esse non queant,nec falsa.Et respondendum,quod Dauid non ignorauit promissiones Dei frequenter esse intelligendas sub conditione implicita,vtpotè nisi homines peccando obicē ponerent:ideo exorauit pro gratia,ne vel ipsi vel posteri sui obstaculum ponerent impletioni diuinæ promissionis.¶Insupèr sciuit Deum sic multa promittere,vt tamen velit ea per orationes & opera bona promereri seu obtineri.Propter quod etiam Christus passione instante orauit pro sua glorificatione,dicens:Pater,venit hora,clarifica filium tuum.Hinc quoque per H.e.18.loquitur Deus:Subitò loquar de gente & regno,vt ædificem & plantem illud.Si fecerit malum in oculis meis,pœnitentiam agam super bono quod locutus sum,vt facerē ei. Itaq; sicut iuxta commune dictum sanctorum,quædam est prophetia prædestinationis,quę semper certitudinaliterq; impletur:Alia est prophetia comminationis,quæ aliqñ non impletur: Sic quædam diuina promissio,est promissio prædestinationis,quæ impletur certissimè, & quædam conditionis,cuius impletio ex meritis pendet eorum quibus fit ipsa:& hi quibus fit, interdum non sciunt qualiter sit intelligenda diuina promissio eis facta.Et quamuis contingat non fieri quod Deus promisit,nihilominùs verba Dei sunt vera,quia secundum intellectum, quo à Deo prolata sunt,& secundum quem verè accipienda sunt,indubitanter sunt vera. Ioan 17.

¶De spirituali & mystica eiusdem cap.7.intelligentia. Art. 13.

FActum est aũt cùm sedisset rex Dauid in domo sua,&c.Moraliter ex cap.hui⁹ initio instruuntur Christiani principes ac prælati,vt tempore pacis & prosperitatis nequaq̃ vacēt otio, ludis,iocis,libidini,sed zelo diuini honoris:& quanto ab exterioribus hostib⁹ liberiores cōsistunt,atq; maiori quiete & prosperitate vtuntur,tanto contra inuisibiles hostes solicitiùs vigilent,& beneficia Dei profundius pensent,sicq; vehementius accendantur ad diuini cultus ꝓmotionem.[Vidésne ꝙ ego habitem in domo cedrina?] Erubuit S. Dauid,ꝙ palatium suum pulchri⁹ ac pręciosi⁹ fuit tabernaculo Dei,in quo fuit arca:per ꝙ plurimi principes & prælati diuites ac nobiles carne,redarguuntur, qui preciosa & ampla habent aut cōstruunt castra, fortalicia,palatia aut castella,nec curant ꝙ materiales Ecclesiæ,in qbus dignissimum sacramentū seruatur,aliaq; sacramenta ac diuina exercentur,de vili constant materia ,aut vetustate labuntur,nec reparantur,imò ad reparationem huiusmodi inueniuntur parcissimi.In his improbus amor sui ꝑponderat zelo Dei,idcirco sunt ministri diaboli.Insupèr vnusquisq; fideliū feruēs sit ad cōstruendū Deo templū in semetipso,& item in cordibus ꝓximorū,ita vt in primis purget seipsum,deindè verbo aut exemplo ꝓximorū purgationi & ædificationi intēdat. Nam vt docet Apost.1.Cor.3.Non solū animæ,sed & corpora nostra tēpla sunt sp ũssancti,si virtutibus obsequantur.Iterum,sicut Dauid q̃uis rex magnus & sapientissimus fuit,tñ à Nathā propheta q̄siuit consilium:sic magnates & oēs qui ꝑsunt,à viris iustis ac prudentibus,qui non tm̃ præsentia,sed & futura prospiciunt,debent inuestigare,quid præsertim in arduis sit agendum.Hinc Ecc.37.scriptū est:Cū viro sctō assidu⁹ esto,& quęcūq; noueris obserua ntē timorē Dei,cuius anima est secundum animā tuā.[N'unquid tu ædificabis mihi domum?] Eccè ꝙ Deus oīpotēs iustus & sanctus,noluit sibi materiale templum ædificari à Dauid,nec a b aliquo iudicum Israel,qui ante eum fuerunt,qm̃ viri sanguinum erant.Etem̃ q̃uis infrà 3.libro Salomon dicat,patrem suum Dauid non potuisse templum construere propter ingruētia vndiq; bella,attamen verā atq; potissimā causam ꝓhibitionis illi⁹ ipsemet Dauid Salomoni apuit,1.Pa.22.loquens ad eum:Fili mi,voluntatis meæ fuit,vt ædificarem domum nomini Dei mei,sed factus est sermo domini ad me,dicens:Multum sanguinem effudisti,& plurima bella bellasti, nec poteris ædificare domum nomini meo,tanto effuso sanguine coram me. Hinc in nouo etiam testamento effusores sanguinis sunt irregulares,nec clericis licet bellare. Veruntamen ædificatio templi prohibita fuit Dauid mystica significatione, ad designandum , quod qui exterioribus inuoluuntur,& rebus carnalibus occupantur,ac circa litigia & vindictas intenti sunt,ad spiritalem ædificationem templi Dei,hoc est,reformationem,correptionemq; proximorum,inepti existunt. De hoc multa scribit Gregorius,cuius verba habentur in Glossis. Nempe per ꝓhibitionem illam(vt ait)est designatum,ꝙ in seipso debet mundus existere,qui vult aliorum peccata corrigere. Quod vtiq; decet,ne ei dicatur: Medice, cura teipsum. Et illud Apostoli: Qui alium doces,teipsum non doces?Porrò in nouo iam testamento quo abierunt figuræ, viri sanguinarij materiales Ecclesias ædificare non prohibentur: imò plurimum commendantur,qui circa religiosorum locorum & Ecclesiarum atq; altarium constructionem liberales existunt,& qui circa hæc opera pietatis tenaces sunt,pēsent quod Aggæ.1.loquitur dñs: Quia domus mea deserta est,& vos festinastis vnusquisq; in domum suam: propter hoc super vos prohibiti sunt cæli ne darent rorem,& terra prohibita est ne daret germen suum.Vndè elicit quod liberales circa construenda loca sacra,merentur etiam in præsenti affluentiam tempo-

3.Reg.5. Gregorius Luc. 4. Roman. 2. 1.Cor.10.

ralem ac corporis sospitatem,& vltra hæc,dona grã in præsenti,ac bona gloriç in futuro. Ego te tuli de pascuis. Dauid fuit euidens Chri figura. Chrm autem Deus pater constituit regem, ducem atq; pontificem super vniuersum populum suum, imò cum Iesus Christus greges populorum sequeretur, eundo inter illos ad baptismum S. Ioannis, & in deserto ieiunasset, mox à patre missus est ad populũ Israel instruendum, & tunc per diuersa miracula ac prçclarissima signa est magnificatus, & p cũctis hominibus spectabilis factus. [Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabo cum eo,] &c. Oĩa ista multo excellenti⁹ sunt impleta in populo Christiano sub Euangelica lege, q̃ vnq̃ in populo Iudæorum. Nempe populum Chriã num posuit Deus non solùm in terra promissionis, sed & in toto orbe terrarũ, quẽ plantauit p dona grã in pace & securitate, & habitauit varijs modis in medio eius. [Quæ est gens vt populus tuus Israel?] Ista excellentia populo Christiano præclarissimè competit. Etẽ propter redemptionem & salutem populi huius, Deus Dei filius descendit in mũdum, & intrauit Aegyptum, ad literam, spiritaliter quoq; assumẽdo pœnarum & tribulationum obscuritatẽ. In Apo. autem hic mundus, Aegyptus & Sodoma nuncupatur. Christus quoq; à populo quem sanguinis sui precio de spiritali Aegypto seu vitiorum caligine liberauit, Deus Christianorum vocatur. Quæ aũt, qualia, & quanta miracula, signa, prodigia & portenta fecerit Christus per seipsum, per gloriosos apostolos, per martyres sanctos & cæteros prælectos pro populo Christiano conuertendo, corroborando, saluando, nullus plenè potest exprimere: imò oĩa illa magnalia quç olim in lege exhibuit populo Iudçorum, per beatiss. Apostolos transtulit ad plebem Christianorum, inter quos incomparabiliter plura & maiora egit miracula, atq; effudit gratiarum charismata, quam olim in veteri test. & firmauit sibi hunc populum in populum sempiternum. Eccè, inquiens, ego vobiscum sum cunctis diebus vsq; ad consummationem seculi: & populum illum antiquum, ob suam incredulitatem, vsq; in finem reliquit. ¶Præterea exemplo S. Dauid, discamus vniuersa beneficia Dei gñalia & specialia, naturalia & supernaturalia, corporalia ac spiritalia, quantùm nobis possibile est, vigilanter attendere, frequenter recolere, ac super his Deo altiss. totis viribus, deuotissima ac ardentiss. mente grates referre, non lingua tm̃ & verbis, sed opere quoq; & virtuosis obsequijs. Ex consideratione demum præteritorum beneficiorum atq; p̃sentium munerum, augeatur in nobis iugiter humilis ac filialis ad Deum fiducia, ita vt eum indesinenter oremus, in fide nil hæsitantes, sicq; inueniamus cor nostrum ad ista ac cætera bona agenda: quia vt asserit Glossa, nihil fugacius est corde humano, nec instabilius videtur quid eo, quod peccando & stolidè imaginando, ac friuolè discurrendo, atq; indomitè euagando mox perdimus: sed reducendo illud ad Deum, & à vanis dispersionibus recolligendo ad necessarium vnum, protinùs illud inuenimus, & quasi cancellis clausum tenemus, dum ex assidua diuinæ maiestatis omnia intuentis consideratone illud coram Deo stabilire ac semper salubriter occupare conamur, cum Helia dicentes: Viuit dñs ante cuius vultum sto hodiè. Quòd q pensare non desinit, cor suũ possidet, inuenit, tigit, custodit ac saluat. ¶Postremò, cũm B. Dauid Deum affectuosissimè deprecemur, vt bona gratiæ ac gloriç quæ promisit populo Christiano, consequi mereamur, nec vitijs nostris, indigni reddamur eisdẽ, nec obicem ponamus spũisctõ. Quẽadmodũ etiam Dauid rex solicitus fuit pro filio idoneo successore, sic principes & prælati tota diligentia enitãtur, vt viri verè idonei, virtuosi, prudentes, eis in principatu & prælatione succedant, nec aliquos nisi tales in officijs ponãt, aut vices suas cõmittant. Ad quod tam Dei, q̃ proximorũ & subditorum amore debent induci: alioquin grauissimis atq; innumeris inuoluentur peccatis. ¶Circa dicta in isto cap. q̃ritur, an Salomon sit saluatus. Et videtur q imò, ex multis verbis in isto cap. de ipso expositis, qa de ipso dñs dixit: Quod si inique aliqd gesserit, arguam eum in virga virorũ, & in plagis filiorũ hoim, misericordiam aũt meam non auferam ab eo. Et rursus: Ego ero illi in patrem. Vndè Magist. in hist. ait: Ex hac pmissione conijcitur, q saluus sit Salomon. Idem videtur sentire Hieron. in pluribus locis. Ambrosius quoq; dicit eum ante obitum verè pœnituisse. Lyra etiam refert hic, quod quædam Glossa Hebraica dicit hoc ipsum super Eccl. 2. Et alibi narrat, quod apud Iudæos est quidam libellus de pœnitentia Salomonis. Deniq; Eccl. 1. Ipse Salomon loquitur: Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalem. Circa quod aliqui scribunt, quod ex humilitate dixit, Fui rex, quasi indignũ se reputans nomine regis in præsentiarum, cùm tamen rex esset, & dicunt quod edidit librum illum in senectute cùm pœnituisset. In oppositum huius arguitr, qa neq; in lib. Regum, nec Para. aliquid de eius pœnitentia tangitur, in quibus tñ eius grauissima scelera describuntur, sicut de pœnitentia Manassæ 2. Paral. agitur. Insupèr Lyra scribit hoc loco: Istud est mihi valdè dubium, q.S. Salomon pœnituit, qa si verè pœnituisset, cùm esset rex valdè potens, destruxisset templa idolorum quæ ædificauerit, vt videtur, quod tamen non fecit, qa steterunt vsq; ad tempus Iosuæ regis, vt infrà 4. Reg. 23. habetur. Nec ex hoc loco potest efficaciter argui de misericordia Dei ad eum, nisi quantum ad tẽporale regnum, vt pcedenti articulo dictum est. Hçc Lyra. Sed quid contra vltimam rationem hanc Lyrç scriba R. Paulus præ-

Marginalia: Matt. 4. Luc. 3. 4. — Apoc. 11. — Matth. 28. Ibid. — Luc. 10. — 3. Reg. 17. — Pet. Com. hist. libr. 2. Reg cap. 9. — Hierony. — Ambrosius

præcedenti habetur artic. Prima quoq; ratio Lyræ, quod s. templa idolorum destruxisset, non 3. Reg. 15.
appáret idonea. Constat enim quod infra Salomonem & Iosiam fuerunt virtuosi reges, videlicet A- 2. Par. 14.
sa, Iosaphat, Ezechias, ac alij: qui nec templa nec idola illa destruxerunt, qui tñ toto corde ido 3. Reg. 15. 2. Par. 17.
lolatriam abhorrebant. Potuisset etiam Salomon in extremis pœnituisse, qñ nec temp⁹, nec fa 4. Reg. 17.
cultatem habuisset demoliendi idola illa. Veruntamen de hac re diffinire nil audeo, & quod 2. Pa. 28. 29
sine periculo ignoratur, diuino committo iudicio. Siquidem multa sunt ex quibus satis ti-
mendum videtur de eius damnatione. Nam & infrà 3. Reg. 11. continetur, qualiter propter sce
lera sua increpatus fuit à domino, nec tamen tunc acquieuit, imò volebat occidere ipsum Hie
roboam, eo quod ab Ahia propheta esset designatus & prænunciatus rex futurus super decē
tribus, quod tamen Salomon sciuit propter sua facinora iussum à domino. Ampliùs, 1. Par. 28.
legitur Dauid Salomoni dixisse: Si quæsieris Deum, inuenies: si autem dereliqueris eum,
projiciet te in æternum. Similiter in Ecclesiastico, vbi præconia & vituperia seu vitia Salomo- Eccle. 45.
nis scribuntur, recitatis postremò sceleribus eius, nil prorsus de eius pœnitentia tangitur. Ita-
que non simus curiosi de hac re inquirenda: sed tanti viri lapsu pensato, vereamur occulta
Dei iudicia, neq; de sua scientia aut sapientia quis præsumat, sed magis formidet, sciens quod Luc. 2.
verissimè dicat scriptura: Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapula- Ibid.
bit multis. Et: Cui plus datum est, plus requiretur ab ipso.

¶ Explanatio cap. 8. Factum est autem post hæc. Art. 14.

Recitatur in cap. isto, qualiter dñs contulit S. Dauid merito suæ deuotióis magnas victori as. Nam quia gratus fuit Deo, meruit plura accipere, & narrãtur hic quatuor victoriæ ei⁹, quibus quatuor gentibus, Deo auxiliãte, præualuit. [Factum est aût post hæc, pcussit Dauid] 1. Par. 18
cũ suo exercitu [Philistijm & humiliauit eos,] ipsorum robur atq; superbiam psternẽdo. [Et tulit Dauid frenum tributi de manu Philistijm.] i. potestatẽ & ius quoddam exigẽdi tributum à filijs Israel abstulit Philistæis, vincendo eosdẽ. Nam longo tempore filij Israel soluerunt Phi listæis tributũ, sed Dauid in tm̃ præualuit illis, quod facti sunt ei tributarij. Deniq; potestas illa ex igendi tributũ, rectè vocatur frenum: qm̃ sicut freno subditur equus sessori, sic tali potestate v na gẽs subijcitur alteri. Consequenter tangitur qualiter vicerit Moabitas. [Et pcussit Moab,] Gen. 19.
i. Moabitas natos ex semine Moab filij Loth, [& mẽsus est eos funiculo,] i. terram eorum in suam redegit potestatem, atq; ad libitũ pertransiuit, & cui voluit dedit hæreditatem. Est quip pe funiculus instrumentum metiendi, iuxta illud Eze. 40. Funiculus lineus in manu eius, vtpo tè viri mẽsoris. Zach. quoq; 11. Assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decus, & alteram funi culũ, [coæquans terræ.] i. valdè prosternens atq; humilians Moabitas. Vel, mẽsus est eos funi culo, i. mensura iustitiæ & æquitatis rigore eos dijudicauit & castigauit, coæquans terræ, i. for tiora eorum castra ac habitacula omnino euertens, ne rebellarent. [Mensus est aût duos funi culos,] i. duplicem modum procedendi cum eis considerauit: [vnum ad occidendum, & vnũ ad viuificandum.] i. principaliores & magis reos per viam iustitiæ interfecit, alijs per viam pi etatis pepcit, putà vulgaribus quos reliquit in vita, vt sibi sub tributo seruirent, nec sine ratióa bili causa vastauit sic Moabitas, q̃uis nõ exprimatur in textu. Seqtur, qualiter vicit Syros. [Et percussit Dauid Hadadezer filium Rehob regem Soba,] i. regionis sic dictæ, pertinẽtis ad Sy riam, vt aliqui dicunt, sicq; alia fuit à regione in qua regnauit regina Saba. Nam & 1. Pa. 18. dicit Soba, non Saba, & ibi additur, Soba regionis Hemath, i. Antiochiæ, quo constat, quod ad Sy riam pertinebat. [qñ profectus est vt dñaretur super flumen Euphraten] i. vsq; ad flumẽ illud. Hinc in præallegato libro 1. Par. clariùs dicitur. Quando perrexit vt dilataret imperium suum vsq; ad flumen Euphraten, & hoc iuste facere potuit, imò & debuit. Nam vsq; flumen illud quod Gen. 2.
est vnum de quatuor fluuijs paradisi, promiserat Deus filijs Israel terras Chananæorum, iuxta illud Deu. 11. A deserto & Libano, & vsq; ad flumen Euphraten erunt termini vestri. [Et capti tis Dauid ex parte eius mille 700. equitibus, & 20. millibus peditum, subneruauit oẽs iugales curruum.] equos q assueti erant trahere bellicos currus. Non ex crudelitate hoc fecit, sed ne equi illi ampliùs apti essent ad talem vsum, & ne contra legem videretur sibi equos multipli care superfluè, qm̃ Deut. 18. dominus iussit: Cùm fuerit rex constitutus, non multiplicabit sibi equos. [Dereliquit autem ex eis 100. currus.] i. equos tot quadrigarum, aut etiam ipsas qua drigas reseruauit sibi ad vtiles vsus, & (vt aliqui dicunt) ad vnum currum pertinebant quatuor equi. Dicitur autem 1. Par. 18. quod Dauid cepit mille quadrigas Hadadezer, & 10. millia e quitum: quod qualiter valeat concordari cum his, quæ isto habentur cap. in quo fertur quod cepit ex parte illius mille 700. equites, in præallegato libro 1. Para. est expressum. [Venit quo que Syria Damasci,] i. Syrorum exercitus, quorum metropolis est Damascus, iuxta illud Esa. 7. Caput Syriæ Damascus, [vt præsidium] i. auxilium [ferret Hadadezer regi Zoba] aduer sus Dauid. [Et percussit] Dauid [de Syria 22. millia virorum.] 1. Para. 18. dicitur, 20. millia: sed minor numerus non excludit maiorem, nisi signum exclusiuum addatur. Maior quoq; nume rus includit minorem. [Et posuit Dauid præsidium] i. custodiam militũ. [in Syria Damasci.]

Vndè 1.Par.18.legitur, Posuit milites. Hos etenim posuit ibi, vt tenerent Syros sub iugo Dauid, [Factaq; est Syria seruiens Dauid] regi [sub tributo. Seruauitq; dñs Dauid in oībus, ad quécúq; profectus est.] i. in oībus bellis cócessit ei victoriā. [Et tulit Dauid] i. secum accepit [arma aurea & torques aureos quos habebant serui Hastadezer, & tulit ea in Hierusalē. Et de Berath & de Berothai ciuitatibus Hadadezer, tulit Dauid rex æs multum nimis.] 1.Par.18. scriptum est; De Tebath & Chun. sed diuersa ista vocabula, significant eadem oppida. Porrò quod subditur, De quo ære fecit Salomon omnia vasa ærea in templo, & mare æreum, & columnas & altare, nó est hoc loco de textu: imò (vt ait qdam) appositum fuit à quodā Glossatore, & postcà vltio scriptorum hæc Glossa inserta est textui. Sed aduertendū, ꝙ verba ista in Para. continētur præ allegato lib. quo habetur, De quo fecit Salomon mare æneum & columnas & vasa ænæa, sicq; verba hæc non sunt omifariè verba Glossantis, q̃uis hic per modum Glossę sint addita, quia de textu alterius scripturæ canonicæ sunt accepta. [Audiuit aūt Thoi rex Hemath] i. Antiochiæ, quæ & Epiphania nuncupatur secundū Glossam, [ꝙ percussisset Dauid oḿe robur] i. totum exercitum [Hadadezer] regis. [Et misit Thoi Ioram filium suū.] 1.Par.18. dicitur, Aduram filium suū, sicq; filius ille videtur fuisse binomius. [ad regem Dauid, vt salutaret eum, congratulās] suæ victoriæ, [& gratias ageret, eo ꝙ expugnasset Hadadezer, & pcussisset eū. Hostis qppe erat Thoi] ipsius [Hadadezer:] idcircò de eius ruina gaudebat. Non eñ didicit adimplere, ꝙ Prou.24. iubetur: Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius non exultet cor tuum. Quod tamen de ruina culpæ potest intelligi. De ruina aūt & oppressione iniusti aduersarij reip. potest quis gaudere zelo iustitiæ, imò & ex boni cómunis amore. Frequenter aūt contingit, ꝙ aliqui confœderantur & amicitia copulantur ad inuicèm, qa aduersarium habent eūdé. Vndè & Aristoteles in lib. ait Posteriorum, ꝙ solertia est industria inueniendi causam rei seu medium subitò, vt si q̃ratur cur isti facti sunt amici ad inuicèm, & rñdeatur, quia eundem habēt inimicum. [Et in manu eius] videlicet p̄fati filij Thoi, [erant vasa argentea & vasa aurea & *ænea:] qa oīa ista misit Thoi regi Dauid per manum filij sui pro encænijs & gratiarum actione, ꝙ hostem suum prostrauerit, [quæ & ipsa sanctificauit rex Dauid dño,] i. diuino vsui deputauit, vt s. ex eis fierent instrumenta diuini cultus, [cum argento & auro] & manubijs, i. alijs [quæ sanctificauerat] i. consecrauerat [dño,] ne amplius conuerterentur in vsum humanū sed in ministerium tépli futuri, [de vniuersis gētibus quas subegerat] i. quæ abstulit gētilibus quos sibi iure prælij subiugauit, [de Syria & Moab & filijs Ammon & Philistijm & Amalech, & de manubijs Hadadezer filij Rohob regis Zoba.] Quòd aūt Dauid vastauerit Syriam, Iosephus quoq; ostendit. Sequitur, qualiter Dauid vicerit Idumæos. [Fecit quoq; Dauid sibi nomen, cùm reuerteretur capta Syria in valle Salinarum: quæ abundabant ibidèm, [cæsis 10. & 8. millibus:] qa tot millia Idumęorum occidit ibidèm per manum seruorum suorum. Siquidem 1.Par.28. legitur: Abisai filius Saruiæ, pcussit de Edom in valle Salinarum 10. & 8. millia. sicq; victoria illa ascribitur regi Dauid, vt principaliori, & ipsi Abisai tanq̃ ministro & executori. Aliq textus hic habent, 12. millia: quod, teste Hieronymo, ex scriptorum vitio contigit. Nā 10. & 8. erant. Ioab verò percussit ibidē 12. millia, vt patet in titulo Psa.59. cuius exordium est: Deus, repulisti nos & destruxisti nos: in cuius titulo inter cætera continetur: Et conuertit Ioab, & percussit Edom in valle Salinarum 12. millia. [& posuit in Idumæa custodes,] i. militarem custodiam, ne fierent Idumæi sibi rebelles. [statuitq; p̄sidium. Et facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid] sub tributo, tuncq; impletum est quod dictum fuit Rebeccæ, Maior seruiet minori, i. populus natus ex Esau primogenito Isaac, seruiet regi ac populo nato ex Iacob secūdò genito. [Et seruauit dñs Dauid in omnibus ad q̃cunq; profectus est.] p̄seruando eum à diuersis periculis, dandoq; ei virtute diuina tantos triumphos. At verò cùm dicit̄ Dauid sibi fecisse nomē in valle Salinarum: potest per nomē, intelligi fama notabilis, quā ex illa consequebatur victoria. Veruntñ Glossa exponit sic: Fecit sibi nomē, i. arcum seu fornicem triumphalē sibi erexit in signū triumphi. Sed contra hoc obijcit Lyra, qa tale fit ad iactantiā, ꝓpter ꝙ Saul increpatur de erectione arcus triumphalis. Hinc (vt ille subiungit) R. Salomon exponit de sepultura Idumæorum, tunc occisorum in p̄lio, quos Dauid fecit sepeliri, per quod acquisiuit sibi nomē bonum, exercendo pietatem circa defunctos, & etiam qm̄ in Deut. dñs iussit Iudęis: Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est. Iudæi nanq; & Idumæi à duobus fratribus, s. Iacob & Esau, descenderunt: ideo Dauid misericordiam istam ipsis exhibuit, quod & infrà tertio lib. legitur Ioab fecisse. Sed quanuis istud probabiliter dictum sit, non tamen habet vigorem ratio illa Glossæ obiecta, quia quod vnus facit ex elatione, alius facere potest ex virtute ac zelo iustitiæ. Eiusdem quoq; scripturæ multiplex potest esse sensus etiam literalis, vt asserit Augustinus. [Et regnauit Dauid super oēm Israel. Faciebat quoq; Dauid iudicium & iustitiam omni populo suo.] quoniam sine personarum acceptione causam cuiuslibet sibi propositam diligenter considerauit, prudenter iudicauit, & quæ dictauit ac diffiniuit, rectè est exequutus, faciens vnicuiq; reddi quod meruit, suúmve fuit. Iudex nanq; in oībus debet se iustè habere, & oēm priuatum affectum ac passionem inordinatam excludere: qa ad ipsum

*ærea | Iose. lib. 7. an. iu. ca. 1. | Hierony. | Gene. 25. | 1. Reg. 15. | R. Salomō | Deut. 23. | Gen. 25. | 3. Reg. 11. | Augustin9

tanq̃ ad viuam legem ac animatam iustitiam, confugiunt subditi, secundum Philosophũ. ¶Pręterea, q̃m rex non potest per seipsum exequi vniuersa, nunc subdit qui fuerunt coadiutores & officiati Dauid regis. [Ioab autem filius Saruiæ erat super exercitum] i. princeps militię. [Porrò Iosaphat filius Ahilud erat à commentarijs,] i. cancellarius vel scriptor gestorum, secundũ Petrum Comestorem. Nam reges gesta sua conscribi fecerunt. Porrò, secũdum Glossam, à cõmentarijs fuit, qui causas annotatas ad memoriam regi reduxit. Vnde (vt dicitur) in Hebræo habetur, recordator. Cuius (vt aliqui dicunt) officium fuit, repetere corã rege casus ad eius forum deductos, vt congruo ordine expedirentur, vtpotè primus casus primò, deindè secund⁹, & ita per ordinẽ. Est autem, à commentarijs, vocabulum vnum indeclinabile. [& Sadoc fili⁹ Achitob, & Achimelech filius Abiathar, erant sacerdotes] principales post Abiathar pontificem. Vel sacerdotes specialiter regis. Post quos erant alij plurimi sacerdotes. Pater quoq; istius Abiathar, vocabatur Achimelech, vt patuit 1. libro, qui etiam in Paralip. appellatur Achimelech. Infrà quoque legitur de Ionathan filio Abiathar, & forsitan idem fuit binomius, aut duo fuerunt, [& Saraias scriba,] i. legisperitus aut doctor, vel (vt aliqui dicunt) temporum scriptor. In Paral. fertur, & Susa scriba. Vndè elicitur quod eadem persona duo hæc habuit nomina. [Banaias autem filius Ioiadæ, erat (super) legiones [Cerethi & Phelethi:] quia præfuit phalangis bellatorum ac militum, qui taliter vocabantur, qui (vt in Scholastica habetur historia) erant custodes capitis Dauid. Translatio autem Chaldaica (vt refertur) per Cerethi & Phelethi intelligit sagittarios, balistariosq;: Nonnulli per Cerethi & Phelethi intelligunt septuaginta iudices ac seniores locorum, qui successerunt his quos in lib. Numer. legitur Moses elegisse. Nam Cerethi sonat, exterminatores: Phelethi autem, admirabiles. Porrò (vt Glossa refert) quidam dicunt Ceretheos ad hoc deputatos, vt reos punirent. Pheletheos, vt insontes defenderent. Vndè vt Rabbi Paulus testatur, Cerethei & Phelethei secundum Hebraicam veritatem, quæ hìc in Glossa habetur, interpretantur, interficientes & viuificantes: quia eorum officio, secundum iudicium regis vel officialium eius, digni reseruabantur ad vitam, & rei deducebantur ad mortẽ. [Filij aũt Dauid sacerdotes erant.] In Paralip. legitur, Filij Dauid primi ad manum regis, quod secundum Glossam ideo dictum est,, q̃m cæteris erant priores ac nobiliores. Ideo Petrus Comestor: Sacerdotes erant, i. post regem cæteris digniores, quemadmodum in Exodo Iethro sacerdos Madian dicitur. Hinc aliqui dicunt, quod non habebant nomen officij, sed dignitatis primatum & prioratum honoris. Non autem fungebantur officio sacerdotali in templo, quia non erant de semine Aaron, aut tribu Leui, sed Iuda, de cuius tribu nemo præsto fuit altari, secundum Apostolum ad Hebræos.

Petr Com. hist. libr. 2. Reg. cap. 10 — 1. Reg 21. — 1. Para. 18. — 2. Reg. 15. — Pet. Com. histo. lib. 2. Reg cap. 10 — Nume. 11. — Ra. Paulus — 1. Par. 18. — Pet. Co. histor. lib. 2. Reg ca. 10. — Exodi 2. — Hebr. 7.

¶De spiritali huius cap. 8. Intellectu. Arti. XV.

PEr hoc q̃ Dauid percussit & sibi subiecit, ac obsequi compulit quatuor gẽtes in litera nominatas, est præfiguratum, q̃ Chr̃us legis suę præceptis subijceret gentiles in quatuor mũdi partibus commorantes, iuxta quod scriptum est: Adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. Rursus per hoc q̃ Dauid populum Israel eripuit à tributo atq; obsequio Philistinorũ, est præmonstratum, q̃ rex Messias populum in se credentem erueret de potestate inuisibilium hostium, imò & infidelium hominum & tyrannorum psequutorum ecclesię, quos frequenter subiecit suis fidelibus. Etenĩ dum peccamus, diabolo quasi sub tributo seruim⁹, & ab eo capti tenemur. Sed dum Deo auxiliante tentationibus ac vitijs pręualemus, seruit nobis hostis ille antiquus, q̃m machinationes eius cooperant̃ nobis in bonũ. [Et percussit Moab.] Per Moab, qui interpretatur, ex patre, designantur impij ac superbi, de qbus in Euangelio ait saluator: Vos ex patre diabolo estis. Hos Christ⁹ metitur funiculo, i. iustè iudicat, iuxta quod promerentur. Vndè & ait: Qua mensura mẽsi fueritis, remetietur vobis. Quos terræ coæquat, quia quanto altiùs se extollunt, tanto profundiùs deijcit eos, ita vt velint nolint, vilitatem suam tandem agnoscant, & cinerem ac puluerem esse se fateantur, & istud est proprium Deo, q ait ad Iob: Si habes brachium sicut Deus, & si simili voce tonas, respiciens omnem arrogantem humilia. Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam. [Mensus est autem funiculos duos.] Sic filius Dei, cui omne iudicium dedit pater, quosdam impios ac superbos rigore iustitiæ damnat, quosdam dulcore clementię conuertit & saluat, qui cui⁹ vult miseretur, & quem vult indurat. [Et percussit Dauid Hadadezer qñ profectus est vt dominaretur super fluuium Euphraten.] Sic Christus prostrauit gloriam mundi, principesq; conuertit, ita quod vulnerati corde præ contritionis dolore aut charitatis ardore, Deo se subiecerunt, qñ per sanctos apostolos vndiq; prædicantes, processit vsq; ad maria & flumina, ac terminos terræ, vt regnum militantis ecclesiæ toto diffunderetur orbe terrarum. Vndè præcepit Apostolis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. [Subneruauit omnes iugales curruũ.] Per equos, qui animalia sunt velocia & robusta, designatur acumen humani ingenij, præsumptio philosophorum, qui per suam prudentiam hoẽs tanquam quadrigam traxerunt post se, quorum robur dñs vicit, & sapiẽtiam fecit stultitiam, omnemq;

Psal. 21. — Ioan. 8. — Matth. 7. — Lucæ 6. — Genes. 3. — Iob 40. — Ioan. 5. — Roman. 9. — Marc. 16.

1. Corint. 1. altitudinem se extollentem contra fidei veritatem confudit, queadmodũ ait Apostol9: Nóne stultam fecit Deus sapientiã huius mundi? Vndè ꝓmisit discipulis: Dabo vobis os & sapientiã
Luc. 21. cui nó poterunt resistere & contradicere oẽs aduersarij vestri. [Et tulit David arma aurea & torques.] Sic saluator oĩa naturalia dona, & acquisitas scientias, ac venustatem rhethoricæ in tulit suæ ecclesiæ, vt fideles talibus vtantur salubriter contra hæreticos, & abstulit ea ingratis,
Eccle. 9. quos statuit in inferno, vbi nó est sapientia, nec sciẽtia, neq; cõsilium. [Venit aũt Syria Damasci vt pſidiũ ferret Hadadæzer.] Sic principes seculi, philosophi atq; hæretici, adiuuerunt se mutuò contra ecclesiam, sed pariter defecerunt. [Audiuit aũt Thoi rex Hemath.] Per hunc regẽ figurati sunt principes & magnates, q primò crediderunt in Chr̃m, & de ei9 prosperitate, diuulgationeq; fidei gratulabant. Propter quod subditos ac domesticos suos direxerunt ac converterunt ad saluatorem, in quorum manibus erãt vasa aurea, argẽtea & ærea, i. corda diuersis modis disposita, & magis ac min9 nobilia, seu dona clariora & obscuriora, sapiẽtia, eloquẽtia, cõstantia, q̃ oĩa Chr̃us Deo patri consecrauit, cui omne bonũ ascripsit, atq; ad cuius honorẽ & gloriã retulit vniuersa. Prætereà per Idumæorum deiectionẽ intelligitur carnaliũ & auarorũ conuersio gratiosa seu dãnatio iusta. Edom nanq; terrena vel rubens interpretatur. Insup, per hoc ꝙ David posuit in terris ac gentibus à se victis, pſidium & custodes, designat, ꝙ dñs in populis nationũ quas conuertit ad fidem, posuit virtuosos ꝑlatos & hoĩes sapientes, q conuersos confirmauerunt ac conseruauerunt in fide & Christi dñio. Postremò, per officiatos Dauid, significant vicarij Christi, Imperator, reges ac iudices, doctores, ꝑlati & prædicatores, qui varia exercẽt opera in Dei ecclesia, & ꝑ sunt militibus eius, ac opera Dei describunt, & gesta sctorũ decursusq; temporum. Filij vero Dauid sunt viri heroici & perfecti, in dono sapientiæ & cha-
1. Pet. 2. ritatis vertice cõsummati, sicq; secretarij & cõsiliarij omnipotentis effecti, qui Christo sunt ꝓximi, & genus electum valdè, sacerdotiumq; regale, spiritales Deo hostias orationum, præconiorum, sacrificiorũ & operum perfectorũ iugiter immolantes: idcircò sunt primi ad manũ regis altissimi, tanq̃ ad eius voluntatem in omnibus adimplendam feruentissimi atq; ꝓmtissimi.

¶Declaratio cap. 9. Et dixit David. Art. 16.

2. Reg 8. FIdelitas & pietas David ad filium Ionathæ dilectissimi sui amici hic describunt. [Et dixit David] forsitã diu ante ea q̃ ꝑcedenti capitulo sunt descripta, q̃nuis posteà recitetur, q2 in recitatione rerũ gestarũ, non semp ordo temporis obseruatur. [Putasne est aliquis qui remanserit de domo Saul,] præsertim ex semine Ionathæ, quod peto, [vt faciam cũ eo misericordiã] Dei, i. veram pietatem & misericordiã Deo placentẽ, ac imitatiuã misericordiæ Dei ad homi-
1. Reg. 20. nes, [ꝓpter Ionathan?] i. amore Ionathæ. atq; vt impleam fœdus amicitiæ ac fidelitatis, ꝙ inij secum. Vndè in 1. libro Ionathas ait ad David: Si vixero, facies mihi misericordias dñi: si verò mortuus fuero, non auferes misericordia tuam à domo mea in sempiternum. Et percusserunt
*Siba fœdus vterque, [Erat autem de domo] i. familia [Saul, seruus nomine *Ziba,] natus de tribu Beniamin, sicut & Saul. [Quem cùm vocasset rex ad se, dixit ei: Tu es Ziba? Et ille respondit: Ego sum seruus tuus. Et ait rex] ad Zibã: [Nunquid supest aliquis de domo Saul, vt faciam cũ
2. Reg 4. eo misericordiam Dei?] i. de semine eius. [Dixitq; Ziba regi: Superest filius Ionathæ debilis pedibus.] i. claudus existens, q qualiter factus sit claudus, ꝑhabitum est. [Vbi (inquit) est? Et Ziba ad regẽ: Eccè (ait) in domo est Machir filij Ammiel in Lodabar. Cum autem venisset Mephiboseth filius Ionathæ filij Saul ad Dauid, corruit in faciẽ suam.] hoc est, in terram ꝓstrauit se, vt flecteret ipsum David ad pietatẽ, à quo timuit forsitan durè tractari, propter iniurias Dauid à Saul illatas. Ex humilitate quoq; exhibuit illum honorẽ regiæ maiestati. [& adorauit] re-
* Miphiboseth gẽ adoratione duliæ, nó latriæ. [Dixitq; David: *Mephiboseth. Qui respondit: Adsum seru9 tuus. Et ait ei Dauid: Ne timeas] me timore humano. Sic itaq; pius David consolabatur ipsũ Mephiboseth, quia (vt dicitur) vidit eum pauentem. Vel forsan non formidauit, qui percepit à Ziba ꝙ David voluit ei benefacere propter Ionathan patrem suum. [quia faciens faciam in te misericordiam propter Ionathan patrem tuum, & restituam tibi omnes agros Saul patris] i. aui [tui,] qui agri iure regni ad meam deuoluti sunt potestatem. [& tu comedes panem in mensa mea semper.] i. omni tempore opportuno reficieris regijs cibis ac potibus. [Qui adorãs, dixit:] humiliando se corã rege ex tanta regis dignatione ad se: [Quis ego sum seruus tuus, q̃m respexisti super canem mortuum similem mei?] Tanquam dicat: Indignus sum tanta dignatione ac beneficentia tua ad me, & quod tam gratiosè me aspexisti, qui similis sum mor-
1. Regũ. 31. tuo cani ob meam defectuositatem ac vilitatem, cuius pater, auus, & patrui sunt occisi. Eccè quantùm humiliauit se bonus iste Mephiboseth, de regia stirpe natus, filius nobilissimi Ionathæ, non solum carnis propagatione, sed etiam imitatione virtutum. [Vocauit itaq; rex Zibam puerum] i. seruum [Saul, & dixit ei: Omnia quæcunq; fuerũt Saul, & vniuersam domum eius] i. totam substantiam Saul, [dedi filio dñi tui] i. huic Mephiboseth filio Saul, qui fuit dominus tuus. Quidam tamen exponunt istud de Micha filio Mephiboseth, quod non oportet, sed aliqua quæ sequuntur, de illo Micha sunt exponenda. [Operare igitur ei terram tu & filij tui

tui & serui tui,& inferes]i.apportabis[filio dñi tui cibos vt alatur.] ꝙ non potest exponi de Mephiboseth,qa in mensa regis,de cibarijs eius nutriebat.[Mephiboseth aũt fili⁹ dñi tui,co medet semper panẽ super mensam meã.Erãt aũt Zibæ quindecim filij & viginti serui.Dixitq; Ziba ad regẽ:Sicut iussisti dñe mi rex seruo tuo,sic faciet seruus tuus.Et Mephiboseth comedet super mensam meã,q̃si vnus de filijs regis.Habebat aũt Mephiboseth filium noĩe Micha. Omnis verò cognatio domus Zibæ,]videlicet viginti filij eius & quindecim serui,[seruiebat Mephiboseth,]agros eius colẽdo ac bona leuando & disponẽdo.[Porrò Mephiboseth habitabat in Hierusalem,qa de mensa regis iugiter vescebatur,& erat claudus vtroq; pede.] ¶Moraliter ex isto capitulo admonemur sequi fidelitatẽ ac pietatẽ Dauid atq; humilitatẽ Mephiboseth:& si Mephiboseth tantũ humiliauit se coram rege mortali terreno,ex consideratione dignationis,beneficiorumq; regis illius ad se,ita ꝙ comparauit se mortuo cani:quanto magis contemplatione dignationis,pietatis & beneficiorũ regis æterni inuariabilis & immensi,debemus nos profundissimè humiliare,præsertim qa de mensa altaris sui assiduè reficimur pretiosissimo sacramẽto?Rursus per Dauid intelligitur Christus,per Mephiboseth filium Ionathæ,qcunq; fidelis filius gratiæ,verè humilis ac vilis in oculis suis.Talem itaq; Christus misericorditer suscipit,qa infima & abiecta mundi Deus elegit.Et sicut ait Gregorius, Hos eligit Deus,quos despicit mundus.Talis quoq; in Christi mensa nutritur,i.in diuina scriptura,ac multiplici eius intelligentia delectat corde ac alitur.Specialiter etiam per Mephiboseth claudũ,possunt intelligi simplices religiosi verè interni,ad ea quæ mundi sunt, prorsus debiles & inepti,quos Deus in mensa sua,i. in sua ꝓuisione paterna,ecclesiasticis reficit sacramẽtis,cõtẽplationibus diuinorum,suauitate spiritalium gaudiorũ.Et sicut Ziba cum sua familia seruiuit Mephiboseth,ita actiui debent contemplatiuis seruire,ac corpori necessaria præparare. .Cor.1. Gregorius

¶Expositio cap.10. Factũ est autem post hæc,vt moreretur rex filiorũ Ammon. Art. 17.

SAnctus Dauid nõ solùm studuit esse gratus personis eorũ q sibi benefecerunt,sed & posteritati earũ.Ideo sicut præcedenti capit.recitatũ est,qualiter benefecerit ipsi Mephiboseth propter Ionathan patrẽ suum:sic hic narratur,qualiter voluit benefacere regi Ammonitarum ꝓpter beneficia patris ipsius.[Factum est aũt,vt moreretur rex filiorum Ammõ,]i.Nahas rex Ammonitarũ.[& regnauit Hanun filius eius pro eo.Dixitq; Dauid:Faciã misericordiam cum Hanun filio Nahas]consolando eum de morte patris sui,quod est misericordiæ opus, iuxta illud Ecclesiastici:Ne desis plorantibus in cõsolatione,[sicut fecit pater eius mecũ misericordiam.]Secundũ Glossam,iste Nahus fuit rex Ammonitarũ,quẽ Saul expugnauit & vicit,ac fugere cõpulit,vt in 1.libro recitatur,& qa hic Nahas fuit hostis Saulis,benignè recepit ipsum Dauid confugientem ad se,quẽ sciuit fugere à facie Saul: Hoc idẽ dicit Hieronymus.At verò 1. Reg.lib.habetur,ꝙ Dauid fugiẽs à facie Saul,venit ad Achis regẽ Geth,à quo cùm timeret occidi,fugit ad regem Moab,& apud eundẽ regem dimisit suos parentes.Et ita dicendum relinquitur,quod Nahas iste fuit rex Moabitarum & Ammonitarũ,sicut frequenter contingit eundem præesse pluribus regnis,queadmodũ etiam tempore Mosis Balach fuit rex Moabitarum & Madianitarum,vt in lib.legitur Numerorum.His concordat,quod magist.in histo.scribit, dicendo:Cùm fuisset Dauid ab Achis,à patre istius Hanun benignè collectus fuit:quo patet, quod rex ille Moab, fuit etiam rex filiorum Ammon, & pater istius Hanun. Verùm,vt refert Lyra,Rab.Salomon dicit contrarium,vtpotè quòd rex Moab ad quẽ fugit Dauid, non fuit iste Nahas rex Ammon,& ꝙ rex ille Moabitarũ,quanuis primò piè recepit Dauid ac eius parentes,postea tñ indignatus cõtra Dauid,quia recessit de regno suo ad exhortationem Gad ꝓphetæ,& redijt in terrã Israel,occidit parentes Dauid,& quosdam eius cognatos apud se derelictos & sibi recõmendatos.Cæteros verò fugientes Nahas rex Ammonites apud se piè seruauit,& hoc vocat hic Dauid misericordiam sibi factam à Nahas.Istud quoq; videt Lyræ rationabiliùs dictum,qm̃ suprà scriptum est,qualiter Dauid valdè durè ꝓcessit cõtra regẽ Moab & populum eius.Hic verò narratur,qualiter amicabiliter voluit procedere circa regẽ Ammõ Ex quo manifestè videtur,ꝙ iste Nahas fuit alius à regẽ Moab,cui recõmendauit suos parẽtes Circa istud appáret dicendũ,ꝙ verior & rationabilior sit dicta expositio Glossæ & catholicorũ doctorum,qa magis concordat scripturæ.Nec verum est,ꝙ suprà dictũ sit,ipsum Dauid durè aut rigidè processisse cõtra regem Moab:sed cõtra Moabitas,qui forsitan suo regi erant rebelles,aut iniuriosi in Dauid,ita ꝙ contra eos habuit causam & pugnam:nõ contra eorum regẽ,de cuius consensu potuit vastatio illa contingere.Vel forsitan assumpserunt sibi alium regem.Nec verisimile esse apparet,ꝙ Dauid qui erat vir totus idoneus,discretus,vrbanus,recessit à terra & rege Moab,sine citu & consensu ipsius.Nec probabile reputatur,quòd ideo occidisset parentes Dauid,etiam si eo ignorante redisset Dauid ad tempus in terram Iuda,sed magis gauisus fuisset,putando ꝙ Dauid redisset illuc ad nocendum ibidèm.[Misit ergo Dauid] legatos,[consolans dum,per seruos suos super patris sui interitu.]Nam hortabatur,vt amicitiæ quæ erant inter patrem suum & se, fixæ manerent inter eos ambos, exhibuitque se paratum 2.Reg.9. Eccl 7. 1. Reg.11. Hierony. 1.Reg. 22. Num.22. Petr.Com. histo. li. 2. Reg. ca.12. R. Salomõ 2. Reg. 8. Ibidêm

1.Thess.4. cum ad ipsius subsidium. Sic & Apostolus consolabatur Thessalonicéses sup morte charorum suorũ. Nolum⁹, inqens, vos ignorare de dormiẽtib⁹, vt nõ contristemini, sicut & cęteri q spem nõ habẽt. Et tãdem concludit: Itaq; consolamini inuicèm in verbis istis. [Cũ aũt venissent serui Dauid in terrã filiorum Ammon, dixerunt principes filiorum Ammon,] q sub rege erant in maioribus cõstituti officijs, [ad Hanun dñm suũ. Putas ꝙ propter honorem pr̃is tui misit Dauid ad te cõsolatores, & nõ ideo, vt te inuestigaret, & exploraret ciuitatẽ:] Sic & Ioab dixit ad Dauid, cum Abner venisset ad eũ in Hebron, [& euerteret eam, misit Dauid seruos ad te?] Impij nanq; & callidi ita faciliter de alijs sentiũt, dicũt, & iudicant, qualiter ipsi in seipsis dispositi
Sapien.17. sunt. Ideo in libro Sapientię scriptũ est. Semper p̃sumit sæua pturbata cõsciẽtia. In Iob quoq;
Iob.15. fert: Sonit⁹ terroris semp in aurib⁹ impij, & cum pax sit, ille semp insidias suspicatur. [Tulit itaq; Hanun seruos Dauid,] Hanun ille nimis citò credidit cõsiliarijs suis. Facilitas aũt credendi decipit multos p̃sertim maiores, q ex tali errore frequenter in diuersa labuntur pericula &
Hester 13. peccata. Propter quod expertus hoc ipsum rex Assuerus ait: Quidã aures principum simplices & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Quæ res veteribus probatur histo-
1.Par.19. rijs, & ex his q̃ gerunt̃ quotidiè, quomodo malis quorũdam suggestionib⁹, regũ studia depra
Leuit.19. uant̃. [Rasitq; dimidiam partẽ barbæ eorũ] 1.Par. scriptũ est, ꝙ decaluauit eos, quorũ vtrunq;
Deut.14. fuit Iudæis valdè ignominiosũ, & cõtra ritũ legis eorũ: quia in Leuitico iussum fuit, Non radetis barbam. Et in Deut. Nõ facietis caluitiũ, imò vsq; in pręsens, apud aliquas nationes viri imberbes refutant̃, irrident̃, & spernuntur vt fœminæ. [& p̃scidit vestes eorum medias vsq; ad nates] hoc est, inguina, ita vt verecũdiora parebant. [& dimisit eos.] Vndè elicitur, ꝙ serui Dauid erãt honestè vestiti, videlicet vestibus satis longis. [Quod cũ nunciatũ esset Dauid, misit in occursum eorũ. Erant em̃ viri cõfusi turpiter valdè. Et mandauit eis Dauid: Manete in Hiericho donec crescat barba vestra, & tunc reuertimini] ne augeatur vestra confusio in hac terra. Hiericho autem ciuitas fuit eis redeuntibus primò occurrens: [Videntes autẽ filij Ammon, quod iniuriam fecissent Dauid] regi in suis ministris. vnde apparet, ꝙ perceperunt regem Dauid misisse seruos suos ad regem ipsorum bona intentione, & ex amicitia vera [miserunt & conduxerũt mercede Syrũ Rohob, & Syrum Zoba viginti millia peditum, & à rege Maacha mille viros & ab Istob duodecim millia virorum.] Nouerant em̃ Dauid regem esse bellicosum, & tantam iniuriam zelo iustitiæ vindicaturum, nec volebant se ei humiliare & recognoscere culpam, ac petere veniã, sed auxerunt contemptum in Deũ Israel, & in Dauid Dei vicariũ. [Quod cũ audisset Dauid, misit Ioab & oẽm exercitum bellatorũ,] nõ volẽs expectare tã diu, ꝙ ipsi ingrederẽt̃ regnũ suũ. [Egressi sunt ergo filij Ammon] de sua metropoli nomine Rabbath, & direxerũt aciem ante ipsum introitũ portæ, [vt si contingeret eos succumbere, possent celeriter in vrbẽ cõfugere. [Syr⁹ aũt Zuba & Rohob & Istob & Maacha,] & q erãt cũ ipsis, [seorsum erant in campo.] sic volebant exercitũ Dauid intra se claudere, & ex vtraq; parte impugnare, & qm̃
4.Reg.25. Syri cũ alijs erant subditi regi Dauid, & seruientes ei sub tributo, infideliter egerunt, associãdo se aduersarijs Dauid, & cõtra eum pugnãdo, ꝙtñ egerunt, vt liberarentur ab ei⁹ dominio ac tributo, q̃madmodum Sedechias rex cupiẽs liberari à iugo & tributo ꝙ regi Babylonis soluebat, misit ad regem Aegypti, vt sociarentur cõtra Chaldæos. [Vidẽs ergo Ioab ꝙ p̃paratum esset aduersus se p̃lium, & ex aduerso] s. ante portam, [& post tergũ,] putà in cãpo, vbi cõductitius stabat exercitus. Hoc em̃ callidus Ioab, expertus in re militari ac bellica, considerauit, aut inquirendo percepit, quia in bellis plus valet prudentia, q̃ fortitudo corporea, [elegit sibi ex omnibus electis Israel,] i. ex militibus & pugnatoribus elegantioribus sui exercitus assumsit quos voluit, [& instruxit,] hoc est, ordinauit, vel etiam de modo pugnandi ac ꝓcedendi informauit [aciẽ,] i. militũ suorum multitudinem ordinatã ad pugnã, [contra Syrum] i. Syrorum
*Abisa exercitum, quem sciuit esse robustiorẽ: ideo personaliter contra eos congressus est, tanquam vir audax. Propter quod etiam fortiores milites secũ assumpsit cõtra Syrum. [Reliquã autem partẽ populi] i. exercitus [tradidit *Abisai fratri suo,] hoc est, sub eius directione, qa exercitũ suũ diuisit in duas partes, secundũ ꝙ aduersarij erãt in duas partes diuisi, q̃tenùs vtraq; pars aduersariorũ impugnaret̃ ab antè. [Qui direxit aciem aduers⁹ filios Ammõ. Et ait Ioab: Si p̃ualerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutoriũ:] quãtũ potueris, & p̃sertim, si aduersarios tuos fugaueris, vel qdã de tuo exercitu adiungens se mihi, [si aũt filij Ammon p̃ualerint aduersũ te auxiliabor tibi] in casu quo indigueris, & mihi possibile fuerit. [Esto vir fortis] corde & corpore, aggrediendo viriliter ardua, & ꝓ bono cõmuni ac defensione subeundo picula mortis sine inordinato timore. Ideo subditur: [& pugnemus pro populo nostro, & ꝓ ciuitate Dei nostri:] ne s. aduersarij nostri inuadant & vastent terram ac plebem nostram, nostrasq; vrbes, pręsertim metropolitanam Hierusalem, vbi sunt sancta nostra. [Dñs aũt faciet ꝙ bonum est in cõspectu suo.] i. de exitu belli disponet, prout sapientiæ atq; iustitiæ suæ placuerit. In his verbis insinuauit Ioab victoriam à diuina prouidentia dependere, atq; in Deo principaliter esse spe
Pro.21. randũ in p̃lijs, queadmodum Salomon ait: Equus parat̃ ad diem belli, dñs aũt salutẽ tribuet. nihilo-

hilominus pugnatores facere debēt quod in ipsis est. ¶Deniq; ad Ioab pertinebat, sic alios exhortari, qm̄ princeps fuit militiæ. [Inijt itaq; Ioab & populus eius q erāt cū eo, certā contra Syros, q statim fugerūt à facie eius:] qa Deus omnipotēs corda Syrorum pterruit, obstupefecit, debilitauit. [Filij aūt Ammon vidētes, qa fugissent Syri, fugerūt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatē. Reuersusq; est Ioab à filijs Ammō, & venit Hierusalē. Vidētes igit filij Ammō, qm̄ Syrus expauit, & qm̄ corruisset corā Israel, cōgregati sunt pariter,] vt cū fortiori exercitu pugnarent cōtra Hebræos. [Misitq; Hadadęzer] rex [& eduxit] i. ad se vocauit [Syros q erant trās fluuiū] Mesopotamiæ seu Euphraten. Vndè in Iosuę lib. habet: Trans fluuiū habitauerūt patres vestri. [& adduxit eorum exercituum. Sobach aut magist. militiæ Hadadęzer, erat princeps eorū. Quod cū nunciatum esset Dauid] regi, [contraxit] i. cōgregauit [oēm Israelem,] i. vniuersos viros aptos ad p̄lium, [& transiuit Iordanem, venitq; in Helam. Et direxerunt aciē Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerunt contra Israel. Fugeruntq; Syri à facie Israel, & occidit Dauid de Syris septingētos curr⁹.] i. pugnatores, q ex curribꝰ illis pugnabant, Sicq; ponit hic cōtinēs ꝓ cōtento. [& quadraginta millia equitum.] His cōtrariari videt, quod 1. Par. legitur: Interfecit Dauid de Syris septem millia curruum, & quadraginta millia peditū. Sed quid pro horū cōcordantia sit dicendum. 1. lib. Par. est expressum. [& Sobach principem militiæ percussit, qui statim mortuus est. Videntes aūt vniuersi reges qui erant in præsidio Hadadęzer, se victos esse ab Israel, expauerunt & fugerunt 50. & 8. millia coram Israel. Et fecerunt pacem cum Israel, & seruierunt, timueruntq; Syri auxilium p̄bere filijs Ammon.] Text⁹ huius & cōsimilium verbi, quę non exponuntur, adeò plana sunt, ꝙ expositione non indigent. ¶Moraliter ex isto docemur capitulo, nō faciles esse ad credendum malum de alijs, prætertim de bonæ famæ hominibus, neq; ex leui suspicione ad iudicia incauta ꝓcedere. Alioquin multa & magna incidemus incōmoda. ¶Allegoricè, per Dauid & eius ministros ac nuncios, intelligūtur Christus & eius fideles, pręsertim doctores & prædicatores. Per regē aūt Hanun & seruos ipsius, designant diabolus & angeli eius, aut etiam homines vitiosi mundaui. Per barbā verò quę est signū virilitatis, significant soliditas salubrium doctrinarum, atq; bonorum cōstātia operum. Per vestes quoq;, virtutes ac dona spiritussancti, qbus anima induitur & ornatur, intelliguntur. Dum itaq; dæmones aut impij homines trahunt Christi ministros p̄dicatores, doctores, p̄latos, ad cessandum à salutaribus documentis, aut virtuosis exemplaribusq; operibusq;, abradūt mediā barbam eorum. Quòd si ad cessationem ab vtroq; pertraxerint eos, totam eorum barbam abradūt. Et qa p̄dicatio ei⁹ cōtēnit, cuius vita vitiosa aspernabilisq; cōsistit, ꝓcipuè studēt inducere eos ad cessandū ab actibꝰ virtuosis: qa & hi q non implent ea q̄ docēt ac sermocinant, grauiter peccāt sermocinādo. Peccatori etem̄ dixit De⁹, Quare tu enarras iustitias meas? Et sicut oratio, ita & p̄dicatio ei⁹ q auertit aures suas ne audiat legē, est execrabilis. Conformiter dū impij illi inducūt hos Chr̄i ministros ad peccādū mortaliter, ꝓcidūt vestes eorū, de qbus legit in Apocalypsi: Qui non inqnauerūt vestimēta sua, ambulabunt mecū in albis. Sed dum eos alliciunt ad carnalia vitia, vitamq; euidēter scādalosam & turpē, ꝓcidunt vestes ipsorū vsq; ad nates. Insupèr, sicut rex Hanun & serui eius ꝓciderunt vestes seruorū Dauid vsq; ad inguina, sic dæmones inducunt hoīes Christianos ad tantā fatuitatē, ꝙ vestimenta sua superiora decurrāt q̄si vsq; ad nates: atq; in tantū corda eorum excæcāt, ꝙ spontè ipsimet faciunt sibi, quod serui Dauid inuitissimè sustinuerūt: nec in vestitu tā breui intelligunt se potiùs esse derisos, q̄ vestitos.

Margin notes: Iosu.24. — 1. Par.19. — Psal.49. — Prouc.28. — Apocal. 3.

¶Elucidanatio cap. 11. Factum est autem vertente anno. Arti. XVIII.

CONsequenter describitur grandis & multiplex ipsius Dauid transgresio, nō ob eius diffamationem, sed ad diuinæ misericordiæ commendationem, atq; ad copiosam nostrā instructionem, cautelam & confortationem, quatenùs ex tanti viri ruina grauissima, discamus de propria fragilitate & lapsu esse formidolosi, custoditi, soliciti. Nempè felix quē faciunt aliena damna peritum. Quòd si ceciderimus, non desperemus: sed pœnitentiam, humiliationem, compunctionem, satisfactionem ipsius Dauid sequamur. [Factum est autem vertente anno,] i. anno sequente ac reuertente, [eo tempore quo solent reges ad bella ꝓcedere,] vtpotè tempore veris, initio ve æstatis dum aura est temperata, & equi ac animalia in agris, campis & pratis inueniunt pabula, [misit Dauid Ioab & seruos suos cum eo & vniuersum Israel,] i. multos de singulis tribubus, [& vastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabba] metropolim regni. [Dauid aūt remansit in Hierusalē:] reputans præsentiam suam cum exercitu suo non esse necessariam, ꝓpter hostiū insufficientiam ad resistendum. [Dū hæc agerentur, accidit quadā die vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiē, & deābularet in solario domus regię, viditq; Dauid mulierē se lauantem] aqua frigida ꝓpter refrigerationem caloris, secundum quosdā: vel propter menstruum fluxum purgandum, vt alij dicunt. [ex aduerso super solarium suum. Erat autem mulier pulchra valdè. Misit ergo rex, & requisiuit quæ esset mulier.] an scilicet esset soluta & virgo, an vidua aut maritata: vt si esset soluta, & virgo aut vidua, in coniugem eam acciperet, sicque optato vteretur amplexu. [Nunciatumque est ei, quod esset Bethsaba filia

Petr Com. hist. libr. 2. Reg. cap. 12. Eliam, vxor Vriæ Hethæi.] In Scholaſt. fertur hiſt. quod erat filia Eliæ filij Achitophel conſiliarij Dauid. [Miſsis itaq; Dauid nuncijs, tulit eam] victus cōcupiſcentia mala, & oblitus diuini timoris, non obſtante ꝙ iam percepit eam eſſe maritatā. [Quæ cū ingreſſa eſſet ad illū, dormiuit cū ea. Statimq́; ſanctificata eſt ab immūditia ſua.] Quare nō potiùs ait, Statim inquinata eſt & priuata mūditia ſua? qa & ſi ante hoc crimē fuerit virtuoſa, tñ adulterino illo cōcubitu fuit puritate virtutū ac grã ſpoliata. Sed hoc dici non oportuit, quia per ſe euidens fuit. ¶ Porrò ſanctificatio illa ab immūditia, multipliciter poteſt exponi. Primò, ꝙ poſt coitū manè ſe lauit, corporaliterq́; purgauit. Secūdò, ꝙ ſtatim cōcepit, propter quod menſtruus ſanguis in ea ceſſauit, vel deinceps non fuit vſq; ad partū. Nam menſtruum reſeruat natura poſt conceptionē, in alimoniam fœtus vſq; ad natiuitatē ex vtero. Quidā tñ dicūt eam tūc mēſtruatā, atq; ad tactū regis, menſtruum mox ceſſaſſe. Iam eñ per tempus notabile fuit incognita viro. Veruntñ alij dicūt huius oppoſitum, qa durāte huiuſmodi fluxu, fœminæ ſunt malè coloratæ atq; ineptæ ad coitū.

Idem vbi ſuprà. Nonnulli dicunt eam à ſua immunditia ſanctificatā, i. à ſterilitatis opprobrio liberatam, qm̄ antè non genuit. Breuiter aūt & certè dici poteſt, ꝙ ab immūditia, hoc eſt, ſuperfluo ſeminis ſui, purgata ſit. Circa hæc magi. in hiſtor. refert: Dicit Epiphanius, ꝙ cum vocaſſet Dauid ad ſe Bethſabee, Nathā propheta cognouit hoc ipſum in ſpiritu, & feſtinauit ad Dauid, vt antequam mulier veniret, prohiberet ipſum Dauid à crimine, ſed ipſum Nathan impediuit Belial, quia in via inuenit hominē occiſum, nudū iacentē, & fecit moram apud eundem. Eaq́; nocte peccauit Dauid, & luxit Nathan. [& reuerſa eſt in domum ſuam, concepto fœtu. Mittensq́;] Bethſabee nunciatū familiarē ſecretum, [nunciauit Dauid, dicens: Concepi.] Senſit ſe concepiſſe per ſigna, quibus hoc ſcitur. Nam & tunc fœminę grauiter affl[illegible]gunt, & graues

Lucæ 1. ſunt corpore. Quo contra beatiſſima atq; mundiſſima virgo Maria cum concepiſſet de ſpiritu ſancto, abijt cum omni alacritate & agilitate in montana. Inſinuauit itaq; mulier regi ſe concepiſſe, vt rex prouideret ſuo honori, nec tan[illegible] adulter diffamaretur, & etiā ne ipſa velut adultera lapidaret.

Leui 20. [Miſit aūt Dauid ad Ioab, dicēs: Mitte ad me Vriā Hethæū. Miſitq́; Ioab Vriā ad Dauid. Quæſiuitq́; Dauid, q̄ rectè ageret Ioab, & populus, & quomodò adminiſtrareť bellū. Et dixit Dauid ad Vriā:] quē de obſidione fecit redire ad ſe, quatenùs ipſe Vrias iret, & dormiret cū cōiuge ſua, & ſic ꝓles ei aſſcriberē[illegible], adulteriumq́; lateret. Et dixit ad Vriā: [Vade in domū tuam, & laua pedes tuos.] hoc eſt, poſt viæ laborē te refoue balneis, & ita à parte intelligitur totum. Vel, de pedibus ſpecialiter dictū eſt, qui ſolēt itinerātib⁹ ablui. [Et egreſſus eſt Vrias de domo regis, ſecutusq́; eſt eum] putà Vriam, [cibus regius.] i. Dauid miſit delicata & precioſa calidaq́; cibaria ac pocula poſt Vriam, vt illis veſceretur cum cōiuge, atq; p talia concitaretur libidine [Dormiuit aūt Vrias ante portā domus regiæ cum alijs ſeruis dñi ſui, & non deſcendit in domū ſuam. Nunciatūq́; eſt Dauid à dicentibus: Nō iuit Vrias ad domū ſuam. Et ait Dauid ad Vriam: Nunquid non de via veniſti? Quare nō deſcendiſti in domū tuam?] Tanquam dicat: Cùm vtiq; tam longum cōfeceris iter, deceret te vti ſolatio & vxorē inuiſere. [Et ait Vrias ad Dauid: Arca Dei] quā aliqui ſacerdotū ſecū tulerunt, vt ei⁹ virtute daretur à Deo ſubſidium. Nam & diuina reſponſa p applicationem arcę dari ſolebant, vt dictum eſt ſępè, [& Iſrael] i. tribus Iacob, [& Iuda] i. tribus Iudæ, q̄ ſpecialiter nominať, quia regalis erat, & numero maior ac viribus fortior, bellicoſior, atq; audacior, [habitāt in papilionibus,] i. tētorijs, [& dñs meus Ioab] militū princeps, [& ſerui dni mei,] videlicet milites ꝓclariſſimi quibus pręeſt, [ſup faciē terræ manent] in armis ac veſtibus, [& ego ingrediar domū meam, vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore mea?] quaſi dicat, illis me maioribus ac melioribus in laboribus & afflictionibus taliter cōſtitutis, nō decet me delectationib⁹ guſtus & tactus vacare, ſed cōdolere, & inſtar illorū affligi. [Per ſalutē tuam] corporalem [& ſalutem animæ tuæ] ſpiritualē, iuro & teſtor, ꝙ [nō faciā hanc rē.] q̄ mihi iniungis, nō ex inobedientia aut contēptu tui imperij, ſed amore iuſtitiæ. Qualiter aūt liceat per creaturas, & per regis ſalutē iurare, inquantū

Gen. 42. 45 in eis reſpiēdeat aliqd maieſtatis diuinæ, alibi dictū eſt. Sic & Ioſeph in Geneſi, p ſalutē legiť Pharaonis iuraſſe. [Ait ergo Dauid ad Vriam: Manè hic etiam hodiè, & cras dimittam te. Manſit Vrias in Hieruſalē in die illa & altera die. Et vocauit eū Dauid, vt comederet corā ſe, & biberet, & inebriauit eū.] quatenùs ratiōe ſopita, à ꝓtacta conſideratione rationabili deficiens, cōcupiſcentiam ſequeretur: non tñ fuit ita inebriatus, ꝙ vſum rationis in toto amiſit. [Qui egreſſus veſperè, dormiuit in ſtratu ſuo cū ſeruis dñi ſui, & in domū ſuam nō deſcendit. Factū

Ioſe. lib. 7. an. iu. ca. 7. eſt ergo manè, & ſcripſit Dauid epiſtolā ad Ioab.] In qua ſignificauit Vriam in ſe peccaſſe, & ideo morte dignū. Quod & Ioab credidit verū. Fuit aūt, vt Ioſephus ait, Vrias armiger Ioab. [miſitq́; per manu Vrię, ſcribens in epiſtola: Ponite Vriam ex aduerſo belli] hoc eſt, in acie cōtra hoſtes directè, [ibi fortiſsimū eſt ꝓlium, & derelinquite eū,] abſtrahendo ei auxilium, [vt pcuſſus intereat.] ſicq́; offenſa eius in me, & pœna mortis ei ꝓ ea inflicta, perſeuerēt ignotę [Igitur cū Ioab obſideret vrbē, poſuit Vriā in loco vbi ſciebat viros eſſe fortiſsimos. Egreſſiq́; viri de ciuitate, bellabant aduerſum Ioab. Et ceciderūt de populo ſeruorū Dauid, & mor

tuus

uus est etiam Vrias Hethæus. Misit itaq; Ioab, & annunciauit Dauid oīa verba plij, præcepitq; núcio, dicēs: Cùm cōpleueris vniuersos sermones belli ad regē, si eū videris indignari, & dixe rit, q̄re accessistis ad murū vt pliaremini? an ignorabatis q̄ omnia desupèr ex muro tela mittan tur? Quis percussit] hoc est, occidit [Abimelech filiū Hieroboal? [hoc est, Gedeonis. [Nónne mulier misit super eū fragmen molæ] hoc est, lapidis magni, [de muro, & interfecit eū in Thebes?] qualiter hoc factū sit, in Iudic. lib. habetur. [Quare accessistis ad murum? dices, Etiā ser uus tuus Vrias Hethæus occubuit.] Sciuit em̄ callidus Ioab, q̄ hoc rumore audito, rex conten taretur. [Abijt ergo nuncius, & venit & narrauit Dauid omnia q̄ ei pceperat Ioab. Et dixit nun cius ad Dauid: Præualuerunt aduersum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum. Nos aūt, facto impetu, persequuti eos sumus vsq; ad portas ciuitatis, & direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro desupèr, mortuiq; sunt de seruis regis. Quin etiam seruus tuus Vrias Hethæus mortuus est. Et dixit Dauid ad nuncium: Hæc dices Ioab] ex parte mei: [Non te frangat ista res.] i. fiduciam tuā non minuas. Vndè de Iuda legitur Machabæo, q̄ confractus est corde, qñ non habuit spem triumphi. [Varius enim euentus est belli, & nunc hunc, nunc illum cōsumit gladius. Conforta bellatores tuos aduersus vrbē, vt destruas eā, & exhortare eos. Audiuit aūt vxor Vriæ, q̄ mortuus esset vir suus, & planxit eum.] Aliq dicūt, q̄ fictè tantū, qa gauisa fuit de morte mariti, vt sic pœnam lapidationis euaderet, & vxor fieret regis. Veruntñ potiùs reor, q̄ etiam ex corde plorauit de mariti interitu quem dilexit, quanuìs ei⁹ dolori consolatio q̄dam ex prætactis causis fuerit mixta. Circa hoc scribit Lyra: Ad cuius intellectū sciendū, q̄ R. Salo mon dicit hic, q̄ viri procedentes ad bellum, dabant vxoribus libellū separationis, quatenùs liberè possent contrahere, si ipsi viri in bello occumberent, & computabatur tempus, i. hora se parationis seu diuortij à die dationis libelli. Et ideo, qa vxor Vriæ conceperat ex Dauid post recessum sui mariti, ideo eo defuncto, euadebat pœnam lapidationis. Istud dictum videt̄ om ninò absurdum & falsum: quia si sic, Dauid non cōmisisset adulterium cū Bethsabee, q̄ secun dum hæc non fuisset tunc vxor Vriæ, nec ipsa meruisset lapidibus obrui. Nec diuortium fuit ita permissum, tanq̄ licitum & absq; peccato, sed sicut vsura cū alienis. Propter q̄ dicitur à Ma lachia: Operiet iniqtas vestimētum eius, videlicet viri dantis vxori libellū repudij. Quod ibi dèm diffusiùs demonstraui. Hinc etiam Ra. Paulus seriosè contra prælata Ra. Salomonis ver ba scribit, dicendo: R. Salomon & alij expositores Hebræi, sæpè corrumpūt verū intellectum scripturæ, sequendo literā plùs q̄ oportet. Sic quoq; frequenter labuntur in oppositum vitio sum extremum, fabulando multa contraria literæ, & q̄ nunq̄ in scripturis reperiūtur authenti cis. Nam & ista R. Salomonis assertio, dependet ex opinione quorundam Thalmudistarū, as serentium q̄ Dauid nunquam fuit adulter cum vxore Vriæ. Ad quod probandum, fingunt i stud de libello separationis, quod Rabbi Salomon hic inducit, quod est maximè contra tex tum, in quo Dauid rephenditur tanq̄ vere adulter, quod & ipse fatetur. Si aūt illa fictio esset vera, nunquam fuisset adulterij reus. Nā vxor Vriæ fuisset libera à tēpore dationis libelli, q̄ præ cessit primā cōmixtionē Dauid cū ea, vt certum est secundū illam confictionem. Causa quoq; dationis huius libelli repudij, quā assignat Rabbi Salomon, vt s. mulieres viris in bello mortu is liberè possent contrahere, est penitùs vacua & inanis: qm̄ quanuis viri nūquam dedissent ta lem libellū repudij, nihilominùs defunctis maritis, liberè potuissent contrahere, cū certū sit, q̄ in morte alterius coniugū, soluat̄ vinculū coniugale, etiam si libellus repudij nō præcedat. Hæc R. Paulus. [Transactoq; luctu] i. euoluto tempore quo Bethsabee virum suum defleuit. nā certis diebus solent vxores deplangere viros defunctos, & lugubres ferre vestes. Scriptum est autē in Ecclesiastico: Luctus mortui, septem dies. Porrò in Deuter. legitur, q̄ vxor seu filia viri in bello occisi, quam aliquis Iudæorum volebat habere vxorem, sederet per vnum men sem in domo deplorans maritum seu patrem in prælio interfectum. Itaq; transacto hoc luctu, [misit Dauid & introduxit eam in domū suam, & facta est ei vxor, peperitq; ei filiū. Et displi cuit verbū hoc quod fecerat Dauid,] i. opus seu illud significatum per verbum, [coram dño.]

Iudic. 4.
1. Macha. 9.
Leuit. 20.
R. Salomō
Malach. 2.
Ra. Paulus
Eccl. 22.

¶De morali ac mystico huius XI. cap. intellectu. Arti. XIX.

CApitulum istud moralibus plenum est documentis. [Factum est, vertēte anno, eo tēpore quo solēt reges ad bella pcedere.] Quāuis militia atq; tētatio sit vita hominis sup terrā, ita vt iugiter omi tēpore, die ac nocte debeamus esse spiritalibus armis præcincti ac præparati ad dimicandū contra aciem vitiorum, contra carnem & seculi vanitates, contra inuisibiles ho stes: quædam tñ tempora sunt specialiter deputata huiusmodi pugnæ, vt tempus quadragesi mæ & aduentus, ac alij pœnitentiarum abstinentiarumq; dies, in quibus reges qui rationis gu bernaculo, & euangelicæ legis freno ac directorio, regunt in primis seipsos, deinde & alios, p cedunt ad spiritalia plia contra veræ salutis ac gratiæ impedimenta. ¶Prætereà, per Dauid po test hoc loco intelligi quicunq; magnus prælatus ac psidens, q subditos ac vicarios suos ad ex ercenda pastoralia opera dirigit, & ad expugnandū aduersarios humanæ salutis: & tñ psonali ter negligēter se habet, & per ociositatem vitia carnis illabitur. De quibus dum statim nō pœ

Iob 7.

nitet,multa quoq; alia incidit scelera.[Viditq; mulieré se leuantem.[Eccè Dauid mulieré in cautè respiciés,& in eã aspectũ figens,cõcupiscétiæ mucrone est lęsus.Et incustodia etem oculorũ,multitudo q̃dam oritur vitiorum:ideo morosè nõ licet inspicere,ꝙ nõ licet appetere:&
Gregorius specialiter piculosum est viro taliter inspicere fœminam,sicut econtra. Hinc ait Glossa.Iusto retributiõis examine agitur,ꝙ qui exteriori oculo negligenter vtit̃,interiori obtenebret̃. Sic
Hiere.9. Ezech.20. mors ingredit̃ aĩam p fenestras sensuũ corporis.Propter quod dñs loqtur p Prophetam:Vnusquisq; offẽsiones oculorũ suorũ abijciat.In Numer.quoq; libro scriptũ est:Præcepit dñs filijs
Num.15. Israel,vt facerét sibi fimbrias per quatuor angulos palliorum,ponerẽtq; in eis vittas hyacinthinas,quas cùm viderẽt,recordarẽtur om̃ium mãdatorum dñi,ne seqrentur cogitatiões, & oculos p res varias fornicantes.Hinc Ecclesiasticus monet:Virginé ne cõspicias,ne scandalizeris
Eccl.9. in decore eius.Noli circunspicere in vicis ciuitatis.Auerte facié tuam à muliere cõpta. Et qm̃
Psal.118. sic visum custodire,est donum Dei,ideo ait Psalmista:Auerte oculos meos,ne videant vanitatem.¶Deniq; euagatio oculorum,stultitiæ signũ est:& eorum refrenatio,actus est sapientiæ.
Eccle.2. Ideo Salomõ dixit:Oculi sapientis in capite ei⁹,oculi aũt stultorum in finibus terræ. Ideo san
Iob 31. ctus & sapiens Iob testatur:Pepegi fœdus cum oculis meis, ne saltẽ cogitaré de virgine.Itẽq;
Ibidem Si secutus est oculus me⁹ cor meum,hoc est,visum exterioré refrenaui ab eorum intuitu,ad q̃ inspiciẽda inclinatio cordis mouebat.Itaq; si tantùm rephenditur Dauid,q ideo concupiuit, qa inspexit:quãta increpatione sunt digni,q idcircò inspiciunt,qm̃ concupiscũt?[Misit Dauid ad Ioab,dicens:Mitte ad me Vriã.]Dauid de adulterio suo statim nõ pœnitẽs,ad tantã quoq; iniquitaté mox corruit,ꝙ ꝓlem ex suo semine nasciturã,optauit legitimo consorali ascribi, & ei in hæreditate succedere.Deinde virũ illum iustum circunuenire tentauit & inebriauit, q̃m cum à iustò suo ꝓposito nõ posset auertere,accusauit eum principi militũ falsè,ac iussit in morté p̃cipitari,retribués ei mala ꝓ bonis:& traditor factus,in tantùm fraudulenter egit cum
Gregorius milite strenuo ac fideli,ꝙ ꝓpriæ mortis epistolã fecit eũ portare.De cui⁹ etiam morte gauis⁹ fuit,& vxoré eius accepit ꝓpter quod poterat ei dici:Occidisti,& insup possedisti.Sic vnum peccatum per pœnitẽtiam nõ deletum,mox pondere suo trahit ad aliud,& sæpè ad grauiora. Nã Dauid regio cibo delicatè refectus,dormiuit post prandium,& somnolentiæ dedit locũ. Deindè incautè aspexit,vitiosè cõncupiuit,irrefrenatè impleuit,& cætera mala iam recitata il
Eccl.33. Prou.12. lapsus est:quorum om̃ium origo q̃dam videt̃ ociositas extitisse.Ocia qppe dant vitia,& mul
Eccl.13. ta mala docet ociositas.Ideo Salomõ ꝓtestatur:Qui sectatur ociũ,stultissimus est.Et in Eccle
Ezechi.16. siastico dicitur:Mitte seruum in operatiõem,ne vacet.Ezechiel quoq; ait:Hæc fuit iniquitas Sodomæ:supbia,saturitas panis,abundantia,& ocium eius,& manum pauperi & egeno non porrigebat.[Dixit Vrias:Arca Dei & Israel & Iuda habitant in tẽtoriis &c.]Per Vriam hoc loco intelliguntur viri discreti & pij,qui superioribus suis vel parentibus,aut amicis in tribulatione,infirmitate aut angustia constitutis,in tantùm eis cõpatiuntur,ꝙ renuunt carnaliter delectari ac viliter cõsolari:quo cõtrà insipiẽtes lasciui & imꝓbi,non omittũt vacare suis delicijs, vanitatib⁹q; intendere.qcquid eorũ ꝓpinqui,amici,p̃lati,seu ecclesiasticæ psonæ sustineant.
Amos 6. Cõtra quos scriptũ est p Amos:Væ q dormitis in lectis eburneis,& lasciuitis in stratis vestris, & nihil patiebantur sup cõtritione Ioseph.¶Pręttereà p arcam,potest designari ecclesia:p Israel,contemplatiui:per Iuda,actiui:per Ioab & eius seruos,p̃sidentes & eis subiecti,q nunc in tẽ
2.Cor.5. torijs cõmorantur,qm̃ peregrinantur à dño in p̃senti exilio,atq; in loco certaminis sunt cõstituti,multisq; tribulationib⁹ affliguntur:idcircò est cõdolendũ,plorandũ,non carnaliter delectandum. ¶Insuper aduertendum, quia vt tangit glossa,interdũ quod secundũ literã bonum
Isidorus est,malum in mysterio repræsentat:atq; quod malum est in se,bonum mysticè signat. Sicq; Isidorus per Dauid hoc loco intelligit Christum,per Vriam diabolum,per Bethsabee ecclesiam ex gentilitate collectam,ita quod sicut Dauid,occiso Vria,sortitus est coniugé eius:sic Christus victo diabolo,copulauit sibi ecclesiam ex gentibus,q̃ antè possedit diabolus.Alij per Vriam intelligunt synagogam,p Bethsabee legem,p Dauid Chr̃m,q synagoga cõculcata ac derelicta,legé trãstulit ad ecclesiam,secundum intelligentiã spũalem atq; ad euangelicę legis confirmationé.¶Postremò,circa hæc aduertendũ,qa (vt scribit Gulielmus Parisieñ libro de fide & legibus)tales expositiones quosdam audientes & legentes grauiter offendũt, dum imperi
Esa.20. tè ꝓponuntur.Propter quod ait:Significationes nõ literales,quatuor modis fiunt.Primò,ipso
Ezechi.12. facto,vt dum res ad hoc factæ sunt,vt aliquid significarẽt,vt quod Esaias iuit nudus & discal
Eze.15. ceatus,& Ezechiel fecit sibi vasa transmigrationis.Secũdò,qñ aliquid dicitur exp̃ssè ad significandũ,vt illud Ezechielis:Aqla grãdis magnarum alarum,p quam significatur ibi rex Babylonis.Tertiò,p cõseqntiam,vt ꝙ vbi ꝓhibetur idololatria exterior corporalis,ꝓhibet̃ conseq̃nter idololatria spũalis.Quartò,per rerum similitudiné,q̃ nõ ad hoc factæ sunt vt significent Et tres primæ expositiones nõ sunt audientium offensiuæ,sed quarta hæc,si ineptè ꝓponatur vt si dicatur,hoc significat illud.Si aũt dicat̃,ꝙ similitudo seu modus vnius designat modum
Hierem.3. alterius,nõ est offensiuum,quẽadmodũ per Hieremiam non ait dñs quicq̃ de significatione,

sed modum & similitudinem tantum exprimit,dicens:Quomodò si mulier contemnat amatorem suum,sic contempsit me domus Israel,nec dixit ꝙ amator huiusmodi significet ipsum sed modum expressit & similitudinem inter amatorem & mulierem,& inter se & synagogam Si hoc modo loquerentur expositores in allegorijs & tropologijs suis,non offenderent audientes:sed qm̃ dicunt,tale quid significat tale quid,& est figura vel prophetia seu parabola talis rei cū alterum non sit dictum aut factum propter alterum significandum, offendunt grauiter audientes,sicut in facto Dauid & Vriæ,vbi dicunt,quod Dauid qui vtiq; in illo facto fuit proditor,adulter & homicida,significat Christum,& Vrias vir fidelis & sanctus,diabolum, & Bethsabee ecclesiam.Si autem sic dicerent,Sicut Dauid amauit vxorem Vriæ,& prę eius amore procurauit mortem sui mariti:sic rex cælorum amauit synagogam siue ecclesiam, ac præ eius amore destruxit diabolum vel principes synagogæ, & eam assumpsit in sponsam, non offenderent audientes.Hæc doctor præfatus.

¶Explanatio cap.12. Misit ergo dominus Nathan ad Dauid. Art. 20.

HIc recitantur increpatio ac pœnitentia Dauid,& misericordia ei à Deo exhibita.[Misit ergo dn̄s Nathan ad Dauid]ad increpandū.Dn̄s aūt totum ꝙ gestum fuit à Dauid circa Vriam & cōiugem eius,reuelauerat Nathan ꝓphetę.[Qui cùm venisset ad eum,dixit ei:Rn̄de mihi iudiciū.]i.iustā sententiam ꝓferde causa q̄ tibi proponam.[Duo viri erant in ciuitate vna.]Nathan proposuit parabolā,& Dauid putauit eum referre rem gestā. Voluit aūt Deus ipsum Dauid sic circunuenire,& propria capi responsione,vt cognita sua culpa,profundiùs humiliaret seipsum,nulla via euadendi aut excusandi inuenta. Exponendum est itaq;,quid parabola ista signauerit. Duo viri, videlicet Dauid & Vrias,erant in ciuitate vna Hierusalem:[vnꝰ diues,]quia Dauid fuit rex opulentus, & alter pauper:]comparatiuè loquēdo. Nam quanuis esset diues miles,tn̄ respectu regis fuit pauper.[Diues habebat oues & boues plurimos valdè quia Dauid multas habuit vxores & concubinas,[pauper aūt nihil habebat omnino præter ouem vnam paruulam,]Nam Vrias vnam duntaxat habuit coniugē,q̄ respectu regalium fœminarum modica fuit dignitate,[q̄ emerat,]dando pro illa,[& nutrierat,& q̄ creuerat apud eum cū filijs eius,simul de pane illius comedēs,& de calice illius bibens,]i. adolescentulam illā accepit,q̄ fuit sibi cōmensalis quasi domestica ouis,non pascualis,[& in sinu illius dormiens,]i. cōtoralis.[eratq; illi sicut filia]i. valdè familiaris atq; dilecta.[Cùm aūt paregrinꝰ quidā venisset ad diuitem,]i. spiritus fornicatiōis,alienus à patria beatorū accessisset Dauid, ipsum tētando:[parcens ille sumere de ouibus & de bobꝰ suis,]i. nullam vxorum suarum cognoscens, [vt exhiberet conuiuium peregrino illi qui venerat ad se,]i. spm̃ fornicationis oblectaret satisfaciendo concupiscentiæ,in quo delectaretur immunditiæ spiritus.[tulit ouē viri pauperis, & præparabat cibos homini illi qui venerat ad se.]i. vxorem Vriæ cognouit.[Iratus aūt Dauid] zelo iustitiæ[aduersus hominem illū indignatione nimis,dixit ad Nathan:Filiꝰ mortis est vir qui fecit hoc.]i. morte dignus. quanuis em̄ secundū legē fur non occidebatur ꝓ furto,tn̄ fortū seu rapina poterat ex circunstantijs & alijs additamentis intantū grauari,ꝙ mortis sententiam incurrebat.[Ouem reddat in quadruplum,eo ꝙ fecerit verbum istud,& nō pepercerit]i. quatuor oues pro vna sublata restituat,prout in Exodo p̄ceptum est.Salomon tn̄ in lib. Prou. Exod.22.
ait de fure,ꝙ deprahensus, septuplum restituet. Reges nanq; secundū exigentiā causæ, loci & Prou.6.
tēporis ac personæ,poterant circa iudicialia legis p̄cepta addere aliqua pro maiori rigore,nō Luc.19.
tn̄ textum scripturæ mutare. Hinc & Zachæus ait ad Christū:Si quem defraudaui, reddo quadruplū.Porrò pro vno boue sublato,iussit lex restitui quinq; boues. Ad propositum quoq;,ꝓ
eo quod Dauid occidit Vriā,occisi sunt quatuor filij eius. Nā primogenitū eius ex Bethsabee 2.Reg.13.
dn̄s fecit mori,posteà Absalon occidit Amnon, Ioab Absalonem, Salomō Adoniam,quod De 2.Reg 18.
us partim permisit in vltionē tanti flagitij Dauid.[Dixit aūt Nathan ad Dauid:Tu es ille vir q 3.Reg.1.2.
fecisti hanc rem. Hæc dicit dn̄s Deus Israel:Ego vnxi te in regē]i. feci te vngi[super Israel, & ego erui te de manu Saul,& dedi tibi domum dn̄i tui,qui i. bona Saul, qui fuit ad tempus dn̄s tuus,[& vxores domini tui in sinu tuo.]Alibi non legitur,ꝙ vxores Saul defuncti duxerit Dauid in cōiuges,attamē forsitā fecit hoc. Non em̄ oīa gesta sunt scripta. Vel si nō fecit hoc,tantā tn̄ habuit dn̄ationem in populo,ꝙ poterat facere.[deditq; tibi domū Israel & Iuda.]i. tam tribū Iuda,q̄ cæteras tribꝰ Israel tibi subieci.[Et si parua sunt ista,adijciam tibi multo maiora.] Q.d. nō sunt parua, attamen cōparatione supernaturaliū donorū,beneficiorumq; gratiæ,p̄sertim gratum facientis,q̄ dominꝰ dederat Dauid, parua fuerūt ipsa exteriora. Deniq; ista loquutus est dn̄s,quatenùs ex cōsideratione multitudinis ac magnitudinis beneficiorum Dei, trāsgressio Dauid grauior appareret,sicq; vehemētiùs pœniteret. Vel dixit hæc Deꝰ improperando ipsi Dauid beneficia tāta ex zelo iustitiæ,ad cōfundendū ingratitudinē,cōgeriēq; vitiorū ipsius. Veruntn̄ Deus oīpotens,liberalissimus,sup nobilissimus & immensus,nec ex parcitate, neq; ex instabilitate,nec quantū in se est,improperat beneficia sua alicui,secundum quod Iacobus apostolus ait de eo:Qui dat omnibus affluenter,& non imꝓperat:sed quod interdum ex zelo iustitiæ,& pro impiorum iusta confusione,atq; vt ingratorum malitia clariùs innote- Iacob.1.

scat vel ejs vel alijs, Deus qñ q; improperet, in multis patet locis scripturę, pſertim in Ezechie-
Eze.16. le & alibi sæpè. [Quare ergo contempsisti verbum dñi?] i. pceptum eius de adulterio, homi-
cidioq; vitandis, cùm tñ debuisses Deo tanto gratior obedientiorq; fuisse, quanto maiora ac
Leui.20. plura ab eo beneficia suscepisti. Porrò in omni mortali peccato, est implicitè aut æquiualen-
ter, aut formaliter & directè contemptus Dei & eius pcepti, eo quod homo tam irreuerenter
se habeat coram Deo, nec solicitus sit ei⁹ præsentiam venerari. Sed vix aliquis potest esse tam
malitiosus, vt formaliter & directè contemnat Dei verbum, i. ex aspernatione Dei seu vilipē-
sione actuali sui pcepti peccet, quales videntur fuisse, de quibus in lib. Iob legitur: Dixerunt
Iob 21. Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarū nolumus. Et rursus: Quis est omnipotēs, vt seruia
Ibidem mus ei? [vt faceres malum in conspectu eius,] cuius præsentiam & intuitum non pensasti, tam
Psal.50. impiè te habendo. Quod ait, vt, exponendum est concomitanter, non directè causaliter, sicut
in Psa. Tibi soli peccaui, vt iustificeris. [Vriam Hethæum percussisti gladio, & vxorem illi⁹ ac
cepisti in vxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorū Ammon. Quamobrē non recedet gla
dius] i. grauis tribulatio seu interfectio [de domo] i. posteritate [tua] ac sobole, [vsq; in sempi
ternum.] q̄ diu durauerit in hoc mūdo, pſertim nisi iustè agendo relaxationem pmereatᷣ. [eo
ꝙ despexeris me, & tuleris vxorē Vriæ Hethæi, vt esset vxor tua.] Sed cū mala culpę non sint à
Deo, nec ples aliquid sit suorum parentū, quantū ad spm̄ suum, sed quo ad corpus: quomodo
intelligendum est, ꝙ mala hæc culpæ, inflicta sint à Deo posteritati & soboli Dauid, ppter ipsi
us Dauid transgressionem? Et respondendum, ꝙ mala huiusmodi, in quantū sunt formaliter
mala culpæ, non fuerunt à Deo, nisi permissiuè, nec aliquid positiuū erant: sed in quantū mala
pœnalia, erant à Deo etiam effectiue, quo ad id quod entitatis fuit in eis. De tali em̄ malo scri
Amos 3. ptum est: Si erit malū in ciuitate, quod dñs non fecit? Vndè & per Esaiam dñs loqtur: Ego dñs
Esa. 45. creans lucem, & formās tenebras, faciēs pacem & creans malum. Et iuxta hūc modū intelligē
da sunt q̄ sequnᷣ. [Ita q; hæc dicit dñs: Eccè ego suscitabo] i. venire faciā [super te malum] ma-
gnæ tribulatiōis [de domo tua,] & ita fuit effectiuè à Deo, quod etiā fuit malū grauissimæ cul
pæ, & ita fuit a Deo permissiuè, nec tñ Deus permisisset filios Dauid ad tanta corruere scelera
sed gratiam ea vitādi ipsis dedisset, si ipsi fecissent quod erat in ipsis. [& tollam vxores tuas in
oculis tuis,] i. euidenter, ita ꝙ hoc statim percipere poteris, [& dabo proximo tuo,] i. pprio fi
2.Reg.15. lio tuo, videlicet Absaloni, [& dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius.] i. scientibus
eis, qui aderunt, manifestè. Quod qualiter factum sit, infrà habetᷣ, vbi narratur ꝙ tetenderunt
Absaloni in solario tabernaculū, vbi publicè intrauit ad decem concubinas patris sui. Ex quo
etiam constat, ꝙ cōcubinæ illæ erant veræ vxores Dauid, sed secundarię & minùs principales,
ppter quod concubinę vocātur. [Tu em̄ fecisti absconditè] adulterium cū vxore Vrię, quāuis
enim vocauit & introduxit eā p nūcios, occultè tñ peccauit cū ea, vel saltē perpaucis sciētibus
[ego verò faciā verbum istud] i. rem significatā per verba hæc, [in conspectu om̄is Israel,] qui
fuit cū Absalone, [& in conspectu solis huius.] i. in exteriori aspectu, q fit p lumē solare. Verū
Psal.113. tñ multa tropicè in scripturis dicunᷣ, vt illud: Mare vidit & fugit, sicq; sol dicitᷣ conspexisse, &
itē qm̄ alios facit cōspicere lucē fundēdo, q̄ ad exteriorē reqrit visum, vel propter colores, vel
ppter mediū, vel propter visum ipsum, aut ppter plura eorū. [Et dixit Dauid ad Nathan: Pec
caui dño.] i. ad Dei iniuriam male, imò & pessimè, feci. [Dixitq; Nathan ad Dauid: Dñs quoq;
transtulit] i. à te abstulit, & tibi dimisit [peccatū tuū.] i. cōgeriem scelerū q̄ fecisti, q̄ oīa quātū
ad culpā, tibi ignouit eodem momento, quo ex vera contritione dixisti, Peccaui dño: sed quo
Iob 24. ad pœnam, non dimisit ea tibi plenariè, qa Deus inultum ire nō patitur vllū peccatū, vt fertur
in Iob, & tñ ipsa contritio de peccato, est magna pars vltionis, imò & satisfactionis, sicut & pu-
dor de enormitate & turpitudine culpę, similiter humilis confessio oris: imò contritio, pudor
humiliatio possent esse ita intensæ, ꝙ totā delerent iniquitatē, etiam quantùm ad pœnam, pro
ut doctores super quartū Sententiarum declarant. Deniq;, ꝙ Dauid dixit, Peccaui dño, potest
Psal.50. intelligi, sicut & illud quod ait in Psa. Tibi soli peccaui. Quo circa asserit Glossa, ꝙ rex qui su-
periorē in terra non habuit, soli Deo qui eius fuit iudex, peccauit. Veruntñ Dauid etiam val-
Num 25. dè peccauit in proximum, cuius violauit vxorē, & cuius occidit personam: sed non peccauit in
Leui.20. proximū tanq̄ in iudicē se superiorē, sed tanq̄ in eum quē damno atq; iniuria lęsit. [Nō morie
ris] morte æternæ damnationis, vt meruisti peccando, qm̄ merito tuæ contritionis & humilis
cōfessionis, pœna illa æterna, in temporalem pœnam est commutata. Vel, nō morieris statim
morte temporali ac corporali, q̄ secundum legē est inferenda homicidis atq; adulteris. Certū
reor, ꝙ nisi vas misericordiæ elect⁹ Dauid, ex enarrabili contritionis dolore dixisset, Peccaui
dño: nequaq̄ Nathan ppheta tam subitò eū cōsolatus fuisset, dicendo: Dñs transtulit peccatū
tuum. Nempè electus vir ille occulta diuinæ sapientiæ moderatione tamdiu relictus in men-
tis suæ caligine, ita quod infra tot dies non aduertit nec considerauit suæ transgressionis im-
manitatem, subitò præuentus & irradiatus ab infinita misericordia omnipotentis, ex conside
ratione bonitatis & beneficiorum Dei ad se, atq; ex inspectione transgressionis & ingratitu-
dinis suæ, tam vehementissimè doluit vera contritione, quod cor suum penè scissum fuit præ
do-

doloris acerbitate & quantitate: ꝓpter ꝙ necessariū fuit eum sic consolari. Quod Nathan ex diuina illustratiõe ꝓpedẽs, tā repentè, Deo instigāte, consolabatur dolentẽ. Nam (vt ait S. Hieronymus) oportet vt dolor contritionis sit adęquatus multitudini magnitudiniq; iniquitatis. Et vt dicit B. Bernardus, Non sufficit labijs dicere, Peccaui: quia & Saul hoc dixit, non tñ veniã obtinuit, q̄ Dauid vno verbo promeruit. Dicitur quoq; in Schol. hist. quod Dauid verbis Nathan auditis, & dicens, Peccaui dño, mox descendit de throno consistorij, & sedit in terra, & tanquam verus Deicola, non erubuit peccata sua coram omnibus confiteri. Præterea aduertẽdum, qualiter in Dauid impletum est quod in lib. Sapiẽtiæ legitur: Quia per quæ quis peccat, per hæc & punitur: qm̃ sicut Dauid in alterius vxore & sanguine Deum offendit, maritatam cognoscendo, eiusq; virum necando, sic suæ vxores sunt violatæ & filij occisi, & quod grauius erat, à proprio filio vxores eius violabantur incestu nefario, & filij eius se inuicèm occiderunt.
Hierony.
Bernardus
1. Reg. 15.
Petr. Com. hist. libr. 2. Reg. cap. 10
2 Reg. 12.
Sapien. 11.
2. Reg. 15.
2. Reg. 15.

[Non morieris. Verũtñ, qm̃ blasphemare fecisti inimicos nomẽ domini, ꝓpter verbũ hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur.] Hoc aliqui sic exponunt, ꝙ homines vitiosi vituperauerunt Deum tanq̄ iniustũ, pro eo ꝙ reprobauit & amouit Saul à regno, qui minùs peccauit, quã Dauid, in his propter q̄ fuit regia successione priuatus, non tamen sic reꝓbando, derelinquendoq; ipsum Dauid: ita exponit istud cõmuniter, sed non videtur idoneè dictũ, qm̃ qñ hęc dicebantur à Nathan, peccatũ hoc Dauid adhuc latebat, nisi quantùm forsan ex increpatiõe Nathã cœpit vulgari: sicq; ob hanc rem nondum fuit Deus ab impijs blasphematus, nisi forsan sumatur pręteritum pro futuro, per modum ꝑnunciationis propheticæ propter certitudinem prophetiæ. Videtur aũt sic posse exponi. Nam occasiõe adulterij fecit Dauid ipsum Vriam ab idololatris Ammonitis occidi, & cum Vria fuerũt & alij interfecti, ex qua victoria Ammonitæ inducti sunt ad laudandum deum suum falsum ac idola: quorũ laus, fuit q̄dam veri Dei blasphemia, vel forsitan Deum Israel, tanquam impotentem ad suorum defensionem, blasphemârũt, dicentes: Vbi est Deus eorum? Ex his constat, ꝙ infantulus ille propter patris sui iniquitatem vita priuatus sit, ita ꝙ pater in filio est punitus: qm̃ filius, quantum ad corpus, est aliq̄d suorum parẽtum. Nec in isto derogatum est illi infantulo, cui Deus conuertit ac ordinauit mortem illam ad maius bonum. Qualiter verò istud non contrarietur diuinæ iustitię, imò nec pietati diuinæ, nec verbis Ezechielis ac Hieremiæ, dicentiũ: Vnusquisq; in pecccato suo morietur, & filius nõ portabit iniquitatem patris, suprà atq; in alijs locis dictum est sæpè. Præterea ex his apparet, ꝙ increpat⁹ sit Dauid à Nathan longo tempore post adulterij sui perpetrationem, vtpotè nato infantulo tunc concepto: quo circa non tantùm admiror, quod vir ille tam virtuosus, post tanta gratiarum charismata, repentè ad tanta deuolutus est scelera: quantùm, ꝙ intra totũ tempus quod fluxit ab adulterio illo vsq; ad increpationem ministratam p Nathan, non considerauit suos excessus, neq; pœnituit. In q̄bus om̃ibus innotescit, q̄ ineffabiliter magna & miserãda sit humana fragilitas, cæcitas ac defectuositas, & ꝙ vera contritio non nisi ex speciali Dei præuentione ac gratia oriatur. [Et reuersus est Nathan in domum suã. Percussit quoq; dñs paruulũ] infirmitate letali, [quem pepererat vxor Vriæ Dauid, & desperatus est] posse conualescere. [Deprecatusq; est Dauid dñm ꝓ paruulo,] vt Deus dignaretur eum supernaturaliter curare, & quamuis Dauid audiuit à Nathan infantulum moriturũ, attamen ignorauit an ꝓphetia illa fuerit prænunciatio comminationis & condionatæ assertiõis, sicut prophetia de obitu Ezechiæ, subuersioneq; Niniuæ. [Et ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum] in locũ secretũ, orationi, cõpunctioni, & lachrymis aptum, [& iacuit super terrã,] seipsum profundè humiliando corã altissimo. Venerunt aũt seniores domus eius, cogentes] i. obnixè & q̄si importunè rogãtes [eũ, vt surgeret de terra] ad edẽdum. [Qui noluit, nec comedit cũ eis cibum. Accidit aũt die septima vt moreret infans.] Vndè aliq dicunt, ꝙ circuncisus nõ fuit, qa circuncisio fiebat die octauo. Alij putant, ꝙ in piculo licuit tẽpus hoc præuenire. [Timueruntq; serui Dauid nunciare ei ꝙ mortuus esset paruulus. Dixerunt enim: Ecce cũ paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eũ, & nõ audiebat vocẽ nostram: quanto magis, si dixerimus, mortuus est puer, se affliget? Cũ ergo Dauid audisset seruos suos mussitantes, intellexit ꝙ mortuus esset infantulus. Dixitq; ad seruos suos: Nũ mortuus est puer? Qui respõderunt ei: Mortuus est. Surrexit ergo Dauid de terra,] cognita morte infantuli, nolens de malo irremediabili seipsum magis affligere, [& lotus vnctusq; est.] Nã faciẽ lauit, & vnguẽto aut balneo vsus est. [Cumq; mutasset vestẽ,] qa in veste pœnitẽtiali dñm exorauit, fleuit & ieiunauit, & forsan in cilicio aut in sacco. [ingressus est domũ dñi] i. tabernaculum, in quo cõstituerat arcã, [& adorauit] dñm, gratias agens iustis ac pijs iudicijs eius, fuitq; patiens in suarũ precũ & abstinentiarum repulsione ac filij morte, confirmans in hoc voluntatem suam voluntati ac ordinationi diuinæ. Exhilarauit quoq; ita seipsum, vt consolaretur ipsam Bethsabee, quam diligebat. [Et venit in domum suam, petiuitq; vt ponerent ei panem, & comedit. Dixerunt autem ei serui sui, Quis est sermo quem fecisti propter infantem? cùm adhuc viueret, ieiunasti & flebas: mortuo autem iam puero, surrexisti, & comedisti panẽ. Qui ait: Propter infantẽ, cũ adhuc viueret, ieiunaui & fleui.
Psal. 113.
Ezech. 18.
Hier. 31.
4. Reg. 20.
Esa. 38.
Ionæ 1. 3.
Leui. 14.

Dicebā enim: Quis scit, si fortè donet mihi eum dñs, & viuat infans? Nunc aūt quia mortu⁹ est quare ieiuno? Nunqd potero eum reuocare ampliùs? Ego vadam magis ad eū: Ille verò nō reuertetur ad me. Et cōsolatus est Dauid Bethsaba vxorē suam, ingressusq; ad eā, dormiuit cum ea:] non ante eius purificationē secundū legē, sed tempore ꝓcedente. [Quę genuit filiū, & vocauit nomen eius Salomon:] quod interp̄tatur pacificus, sicq; Deo inspirāte ac disponente vocat⁹ est, qm̄ fuit puer, de quo Deus p Nathan p̄dixerat Dauid regi, ꝙ filius eius ei successur⁹ in regno, in quiete & pace regnaret, ac templum cōstrueret. [& dñs dilexit eū.] Quanuis De⁹ diligat cuncta q̄ fecit, rationales tñ creaturas ꝓpriè dicit̄ diligere quas prædestinauit, sicut de Iacob per Malachiam testatur, Iacob dilexi. Hinc multi conijciūt Salomonē esse saluatum. Qui aūt super hoc dubitant, aut aliter opinantur, dicunt ꝙ dñs Salomonē dilexit, quia ad tēp⁹ fuit bonus & gratiosus, & quia multis naturalibus ac temporalib⁹ bonis eum ornauit. Dicitur eñ Deus aliquem duobus modis diligere, vtpotè dilectione p̄destinationis æternę, qua soli diliguntur electi, & dilectione præsentis iustitiæ, qua diligunt à Deo oēs qui in charitate existūt. [Misitq; in manu Nathan ꝓphetæ] i. ipsum Nathan misit ad puerū, & per ministeriū Nathā imposuit puero aliud nomen. vndè subiungitur. [& vocauit nomē ei⁹, amabilis dño:] i. Iedidiah in Hebręo, quod interpretatur dilectus dñi, vel amabilis Deo, [eo quod diligeret eum dñs.] Aliqui habent, misitq; eum in manu Nathan prophetæ, i. Salomonē cōmisit ac voluit De⁹ educari ac informari per Nathan, vt in virtutibus crescens, fieret dignus regno. Consequenter describitur, qualiter capta est Rabba. [Igitur pugnabat Ioab contra Rabba filiorū Ammon, & expugnabat vrbem regiam. Misitq; Ioab ad Dauid nuncios, dicēs: Dimicaui aduersum Rabba, & capiēda est vrbs aquarum.] i. Rabbath metropolis aquis vallata. Vel vt aliqui dicūt, vrbs aquarum, i. populorum, qm̄ fuit plurimum populosa. Nunc igitur congrega reliquam partē populi & obside ciuitatem, & cape eam, ne cum à me vastata fuerit vrbs, nomini meo ascribatur victoria.] Hoc Ioab vel ex humilitate, vel ex quadam fidelitate ad regem ei denunciauit, vel poti⁹ ex quadam versutia, adulatione, & ambitiōe, quia ambitiosus erat, & regi complacere desiderans, gratiam eius captauit, vt in suo firmaretur officio. [Congregauit itaq; Dauid omnem populum] prælio aptum atq; residuum, [& profectus est aduersum Rabba. Cumq; dimicasset] cum suo exercitu contra vrbem, [cepit eam. Et tulit diadema regis eorum de capite eius.] Per regem Ammonitarum non intelligitur hic filius Nahas regis, qui patri suo Nahas succefsit in regno, sed falsus deus seu idolum Ammonitarum, nomine Melchon, quod interpretatur rex eorum. Vndè 1. Paral. legitur: Tulit autem Dauid coronam Melchon de capite eius. Circa hoc scribit Hieronymus, & habetur in Glossa super Paralip. Tradunt Hebræi, quod illicitum erat Iudæis de idolis aliquid auri vel argenti accipere, quia lex idololatriam vetat. Ideo Ethai, qui de Philistæis ad Dauid venerat, rapuisse coronam de capite Melchon, vt liceret Dauid Iudæo de manu hominis capere, quod de capite idoli capere sibi non licuit. [pondo auri talentum.] quia hoc diadema continebat in pondere talentum auri, iuxta illius regionis mensuram, [habens gemmas preciosissimas.] Hinc in Schola. fertur histor. Erant in diademate illo gemmæ preciosæ & auri talentum. Veruntamen Dauid iuxta tenorem legis primò conflauit & purgauit metallum, & posteà sibi indè diadema formauit, in cuius medio sardonychem incomparabilem collocauit. Nec tamen in hoc fecit contra illud Deuteronomij: Sculptilia eorum igni combures, & non concupisces aurum & argentum de quibus facta sunt. Quia hoc fuit præceptum de idolis, idolorumq; ornamentis, quæ erant in terra promissionis, qn̄ filij Israel primò ingressi ac demoliti sunt eam, [& impositum est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis asportauit multam valdè. Populum quoq; eius adducens,] ad forum iudicij seu locum supplicij, [serrauit] i. serris diuisit per medium, & circumegit super eos ferrata carpenta,] i. ferrea seu ferrata quædam vehicula rostris incidentia, s. currus falcatos siue ferratos, imò carpentis huiusmodi ipsos serrauit. Carpentum nanq; securis est. [diuisitq; cultris, & traduxit in typo laterum:] i. cultros traduxit seu traxit per eos eo modo, quo traducuntur cultelli per lateres adhuc molles, vt aptè formentur seu figurentur. Itaq; quosdam per vehicula illa serrauit, vel serris diuisit, quosdam cultris secauit: nec tantum rigorem exercuisset in eos mansuetus & pius rex Dauid, nisi valdè peccassent in Deum & in populum suum ac se. Veruntamen non puniuit totum populum illum hoc modo, sed eos qui consilium dederant regi suo, ꝙ præfato modo seruos Dauid irrisit. [Sic fecit ciuitatibus vniuersis filiorum Ammon,] i. rectoribus ciuitatum illarum, qui ad illam irrisionem instigauerunt, aūt simili modo specialiter ac grauiter erant culpabiles. Non enim oēs nobiles terræ illius occīdit, imò nec oēs filios regis Nahas, sed filium eius regem, à quo serui sui fuerunt irrisi. Vndè infrà legitur, quod Sobi filius Nahas de Rabbath filiorum Ammon, prębuit Dauid regi necessaria quando fugit à facie Absalonis. Nam illum Sobi constituit regem pro fratre suo quem interfecit. Porrò 1. Paralipome. scriptum est, quod Dauid eduxit populum Rabbath, & fecit super eos tribulas & trahas & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur & contererent̄. Tribulæ aūt vocant̄ vehicula, qui-

2. Reg. 7. Sapient. 1. Mala. 1. 1. Paral. 20. Hierony. Exodi 20. Pet. Com. hist. libr. 2. Reg. cap. 12 Deut. 7. 2. Reg. 10. 2. Reg 17. 1. Par. 20.

quibus teruntur messes. Et vt ait Isidor⁹, Tribula est genus vehiculi, quo terunt frumenta. Isidorus
Trahe verò dicuntur alia gñi vehiculorũ, quę rotas non habēt, vel instrumenta q̃ trahunt sup terram de nouo seminatã ad cõplanandũ eandē. [Et reuersus est Dauid & oĩs exercitus] eius [in Hierusalem,] non tñ habitauerũt oēs ibidem, sed cum rege ingressi sunt primum illuc cõ muniter, deindè redierunt in sua. Ab portauit etiam secum de Rabbath plurimam prædam.

¶De eiusdem cap. 12. intelligentia spiritali. Art. 21.

PEr hoc ꝙ Deus (cuius sapientia non est finis aut numerus) increpauit Dauid regē, p os ꝓphetæ ꝓponendo illi paradigma aptissimũ, datur intelligi, ꝙ excellentes psonæ, psertim reges & principes, non qualitercunq;, sed parabolica loquutione, aut pia quadã circunuentione, aut captatione bñuolentiæ eorundē sint arguendi, ne si nimis audacter aut irreuerenter reꝑhendantur, magis exasperent. Ideo scriptũ est: Noli resistere cõtra faciē potētis, neq; coneris cõtra ictum fluuij. Insupèr ex isto docemur cap. q̃ enorme vitiũ sit adulterium, quod (non obstãte intensissima contritione, ꝓfundissima humiliatiõe, integerrima emēdatione B. Dauid) Deus oĩpotens tam horribiliter ac multipliciter in illo puniuit, vt patuit & patebit. Qualis ergo post vitam hanc erit eorum damnatio, q cùm nunc non semel duntaxat, sed & frequenter adulterij crimē cõmittere nõ verentur, non tñ in vita hac castigantur? Nonne post vitam psentē ineffabiliter torq̃buntur? Ideo Salomon dixit: Si iustus in terra recipit, quanto magis impi⁹ & peccator? Et Apost. ad Heb 13. Fornicatores & adulteros iudicabit dñs. Deniq; hui⁹ facinoris enormitatē, ꝓportionatamq; vltionem tangit S. Iob 31. dicens: Si deceptũ est cor meũ sup mulierem, & si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum sit alterius vxor mea, & super illã incuruentur alieni. Hoc etenĩ nefas est & iniquitas maxima. Ignis est vsq; ad perditionem deuorãs, & oĩa eradicans genimina. ¶Ampliùs, ex isto cap. arguuntur auari, raptores, & paupum impotentiorumq; oppssores, q si aliqñ faciant alios benè tractando expensas, nitunt expensa ab impotentiorib⁹ & egenis recuperare & extorq̃re, quorũ iniqtas clamitat ante Deũ, & dirã expetũt vltionē. Qui aũt lauta tenent cõuiuia, aliosq; inuitãt desiderio laudis humanæ, aut simili elatione seu iniusta intētione, faciũt hoc accedēte ad eos pegrino, putà diabolo: q respectu electorũ q diu in peccatis non ꝑmanent, rectè dicitur peregrinus, q a nõ diu in eorum cordib⁹ cõmoratur. In reproborum aũt & impœnitentiũ cordibus habitat tanq̃ ciuis.] Iratus aũt Dauid aduersus hoĩem illum.] Sic multi, cognito aliorum excessu, zelo videntur iustitiæ incitari & inflammari cõtra peccatores, sed ꝓpria vitia nõ emendãt, imò nec pensant, nec corrigi & obijci sibi ea æquanimiter patiũtur, de qbus constat ꝙ nec alios ex charitate corripiant, qm̃ charitas incipit à seipsa, i. proprio suo subiecto. Nēpe qd ꝓficit homo, si vniuersum mundũ lucrēt, & perdat seipsum? Ideo Ecc. 36. scriptum est. Miserere aĩæ tuę placens Deo. Et Prou. 18. Iustus in principio accusator est sui. Vndè & Mat. 7. ait Saluator: Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo nõ vides? Hypocrita, eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. [Tu es ille qui fecisti hanc rem.] Hoc imꝓperari potest ac obijci his, qui contra propriam operantur doctrinam, & quæ condemnant in alijs, perpetrare non verecundantur. Quorum vnicuiq; dicet iudex: Ex ore tuo te iudico serue nequam. Vndè Rom. 2. ait Apost. Existimas aũt ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, ꝙ tu effugies iudicium Dei? Et denuò ibidèm: Qui ꝑdicas non furandũ, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abhorres idola, sacrilegium facis? (Quare contempsisti verbum domini, vt faceres malum coram domino?] Pensemus q̃ enorme atq; damnabile sit præceptum Dei contemnere, & Deo inspiciente, mandata ipsius violare: & tamen id agit omnis qui peccat mortaliter. Aduertamus beneficia Dei generalia ac specialia super nos & in nobis, & ita pensare poterimus, q̃ enormia sint nostra peccata, & satagemus vitare ea. [Dixit Dauid, Peccaui dño.] Ita & nos à superioribus aut proximis nostris correpti, recognoscamus humiliter proprias culpas, nec corripienti indignemur, nec accusemus vel alleuiemus vitia nostra, certi quod in multis offendimus, & innumerabilia lateant nosmetipsos. Nam vt Salomon loquitur, Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus superueniet interitus. Eccè Dauid non dixit repræhensori: Nunquid consiliarius regis es? imò celerrimè etiam coram alijs sua confitebatur ac defleuit peccata: ita agamus & nos, nec publicè argui & pœnitere ac recognoscere nostra peccata erubescamus. [Ingressus Dauid seorsum, iacuit super terram.] Ita & nos ad orandum intentē, quęramus locum seorsum quietum, abstractum, sicut docet saluator: Tu autem cùm oraueris, intra cubiculum: & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito. Hinc fertur Actor. 10. quod Petrus ascendit in superiora, vt oraret. Et scriptum est Lu. 6. ꝙ ascendit Chrs in montem orare. Orationi autem ieiunium, aut saltem sobrietas iugiter debet addi, & humiliatio magna cordis ac corporis, & aspera vestis, quatenùs caro castigetur. Qui enim sunt Chri, carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigũt. Quòd si ad libitũ non fuerimus exauditi, non ob hoc pusillanimes mox reddamur, sed deo subiecta sit aĩa nostra in omni spe, humilitate & patientia vera, & propter ineuitabilia mala non doleamus

Psal. 144. Psal. 146. Eccl. 4. Prou. 11. Matt. 16. Mar. 8. Luc. 9. Luc. 19. Iaco 3. Proue. 28. Matt. 6. Gala. 5. Psal. 61.

inordinate, nec amicos seu propinquos defunctos inconsolabiliter defleamus, sed diuinæ prouidentiæ & iustis eius iudicijs subditi sumus. [Ioab pugnauit contra Rabbath.] Sic miles Dei contra oēm seculi vanitatem, fœditatem & impietatē iugiter debet pugnare. Complemē-
Phili. 1. tum aūt huiusmodi ꝑlij debet per Chr̄m fieri velle, & non sibi, sed domino omnem triumphū ascribere. Nam ipse est, qui operatur in nobis velle atq; perficere ex sua pijssima voluntate. [Congregauit Dauid omnem populū.) Sic saluator suos electos vnit per fidem, spem, charitatem, quatenùs contra suæ salutis aduersarios concorditer prælientur, & adiuuent in tali conflictu se mutuò. [Tulit diadema regis eorum, & impositum est super caput Dauid.] Impij sunt quasi corona diaboli, qui dum conuertuntur ad dominum, fiunt diadema ipsius, iuxta illud Esa. 62. Eris quasi corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu Dei tui.

¶Expositio literalis cap. 13. Factum est autem post hæc. Art. 22.

MOdò narratur, qualiter dn̄s (sicut per Nathan prædixit) suscitauit vel pmissiuè, vel effectiuè super *Dauid* malum de domo sua. [Et factum est aūt post hæc, vt ipsius [Absalon filij *Dauid* sororem speciosissimā, vocabulo Thamar, adamaret filius Dauid Amnō,] q etiam fuit frater ipsius Thamar ex parte patris, vt infrà tāgeť. sed ipsa vocatur specialiter soror Absalonis, qm̄ ex vtroq; parente fuit soror sua. [& deperiret in eam valdè,] non solùm corporali lāguore, sed & libidinosa ac vitiosa affectione, [ita vt propter amorem] i. ex vehemēti & ꝑdominante amore [eius] carnali [ægrotaret: fuit etenī amor ἔρως, qui sæpè corporalem inducit lāguorem, imò aliqn̄ mortem, nam passiones appetitus sensitiui, cùm fiant cū corporali transmutati-
Ambrosius one, eo ꝙ sint in organo corporali, quanto sunt intensiores & immoderatiores, tāto immoderatiùs atq; nociuiùs corpus immutant. Sic & iuuenis ille qui beatiss. Agnetem amauit, præ eiꝰ ægrotauit amore. [quia cùm esset virgo] ipsa Thamar, [difficile ei videbať, vt qppiam inhone-
Iose. lib. 7. stè ageret cum ea.] non ꝙ virginis deflorationem vel incestū horreret, qa passionis vehemen-
au. iu. ca. 8. tia fuit victus & excæcatꝰ: sed qm̄ filiæ regis virgines sub arcta & diligēti erāt custodia, ita ꝙ viris non patebat ad eas priuatus & piculosus accessus. propter quod Iosephus ait: Cùm neq; ꝓpter virginitatem, neq; ꝓpter custodiam eius posset ꝑualere, crudeli pcussus vulnere carpebatur. [Erat aūt] ipsius [Amnon amicus, noīe Ionadab, filius Sāmaa fratris *Dauid*, vir prudēs valdè.] Vera prudētia non nisi virtuosis inest hoībus, vt etiam in Ethicis docet philosophus. Cū ergo in isto negocio Ionadab vitiosissimè se habuerit, non vtiq; prudens, sed neq̄ & callidus
Ibid. fuit, qn̄ consuluit istud quod seqtur. Veruntn̄ ex naturali dispositiōe & alijs causis potuit esse ad prudentiā verā dispositus, prudensq; fuit, si qn̄ fuit virtuosus. Ionadab iste, in Iosepho Ionathan appellatur. [Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie fili regis p singulos dies?] Tanq̄ dicat, Cùm sis primogenitus tanti regis, & successurus ei in regno, meritò esses iucūdꝰ ac florēs. [Cur non indicas mihi?] cùm sim tibi familiaris & fidelis amicus, & tn̄ reuerà nō fuit verꝰ amicus, quia (vt etiam Tullius protestatur) quicquid cōtrariatur virtuti, repugnat & amicitiæ [Dixitq; ei Amnon: Thamar sororē fratris mei Absalon amo, [in tm̄, ꝙ ex amoris magnitudine & alteratione corporali excessiua illā sequente ægroto, nec edere valeo: sicq; pallor & macies signa sunt amoris. [Cui respondit Ionadab: Cuba super lectum tuum, & lāguorē simula] alium, inquam, languorem quam eum quem habes. [Cumq; venerit pater tuus vt visitet te, dic ei: Veniat, oro, Thamar soror mea, vt det mihi cibum & faciat pulmentum, & comedā de manu eius. Accubuitq; Amnon, & quasi ægrotare cœpit. Cumq; venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem,] qui visitauit Amnon iacentem in lecto: [Veniat, obsecro, Thamar soror mea.] Amnon loquens ad Ionadab, dixit, sororem fratris mei, non sororem meam amo quatenùs Ionadab minùs abhorreret illum amorem tam libidinosum, sed loquens ad patrē: Veniat, inquit, soror mea, vt rex minùs suspicaretur aliquid mali. [& faciat in oculis meis,] vt
Ibid. potè me præsente, vt eam intuendo sic occupatam delecter, [duas sorbitiunculas,] i. pulmen-
2. Reg. 6. ta apta ad glutiendum. tamen vt Iosephus scribit, erant frixæ collyridæ, quæ quid sint, suprà patuit. [& cibum capiam de manu eius. Misit ergo Dauid ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum. Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui. Ille autem iacebat. Quæ tollens farinam, miscuit, & liquefaciens in oculis eius, coxit sorbitiunculas. Tollensq; quod coxerat, effudit] in scutellam seu vas, [& posuit coram eo, & noluit comedere. Dixitq; Amnon: Eijcite vniuersos à me. Cumq; eiecissent omnes, dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in conclaui,] vt in loco illo secreto apto facinori frueretur, [vt vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat, & attulit ad Amnon fratrem suum in conclaui. Cumque obtulisset illi cibum, apprehendit eam, & ait: Cuba mecum soror mea.] Sororem vocat, ne illa scelus percipiat, & amoroso nomine ad consensum trahatur. [Quæ respondit: Noli frater mi.] Fratrem suum vocat, vt tantæ propinquitatis nomine audito, retraheretur à crimine. [Noli opprimere me,] cùm etiam alienam opprimere
Leui. 19. sit iniquum. [Neque enim hoc fas] id est, licitum [est in Israel,] hoc est, quia in lege prohibitum est sub pœna mortis. [Noli facere stultitiam hanc,] hoc est, opus tam irrationabile & bru-

brutale, in qno ratio & omnis sapientia maximè absorbentur. Estq; stultissimū taliter vinci libidine. [Ego enī ferre non potero opprobriū meum.] hoc est, tam ignominiosam mei constuprationē, nec occultare potero, nec æquanimiter tolerare. [Et tu eris quasi vnus de insipiētib⁹ in Israel.] hoc est, diffamiā magnā incurres, & reputaberis fatuus homo, cū tamen oporteat te bonę famę studere, vt posses prī tuo in principatu succedere. Porrò, ꝙ ait, quasi, dicit hic veritatem, non similitudinē tm̄. [Quin potius loqre ad regem, & non negabit me tibi] dare in coniugem. Dicunt aliq ꝙ Dauid in bello acqsiuit matrem istius Thamar, & ꝙ mater eius tunc fuit ꝑgnans hac filia ab alio viro, sic ꝙ non fuit naturalis filia Dauid, & per cōsequens, nec vera naturalisq; soror ipsius Amnon. sed hoc non videtur textui concordare, nec in aliqua authentica reperitur hist. & super illud Eze. 22. Frater sororem suam in te polluit nefariè, communiter dicunt expositores, ꝙ intelligatur de Amnon & Thamar. Ideo poti⁹ reor, ꝙ Thamar ꝓtulit verba hęc vt auerteret fratrem suum à tanto facinore, spe obtinendi eam licitè & honestè, & q̄uis mētiretur, dicendo, Rex non negabit me tibi, fuit officiosum mēdacium & leue pctm̄. Hoc & Iosephus sensisse videtur, dicēdo: Thamar ita locuta est, vt ad tēpus petulātem fratris sui impetum valeret refrenare. Magist. quoq; in hist. Hoc, inqt, dicebat, vt subterfugeret manus ei⁹. Veruntamen aliq dicunt, ꝓceptū legis ꝓhibens sororē ex patre à fatre sumi in cōiugē, esse intelligendū, qn̄ frater & soror fuerint gētis eiusdē. Thamar aūt fuit filia Maacha mulieris gentilis, q̄ tn̄ (vt creditur) Dauid ad iudaismū conuertit. Amnon verò ex vtroq; parēte fuit Israelita, sicq; potuisse Thamar fieri coniugē Amnon. Sed istud saluari non potest, qm̄ Deu. 27. legitur: Maledictus q dormiuit cum sorore sua filia patris sui vel matris suæ. Idem quoq; Le. 1. perhibetur: [Noluit aūt Amnon acquiescere precibus eius] rōnabilissimis, [sed ꝓualens, viribus oppssit eam, & cubauit cum ea. ¶ [Sed qri potest, cur non clamauit, cùm secundū legē debuisset clamare, quia fuit in ciuitate, imò in palatio, nec lōgè erāt qui poterant subuenire? forsan ne fratrem suum confunderet, & mortis sententię subderet eum. [Et exosam eam habuit odio magno nimis, ita vt maius esset odiū, quo eam oderat, amore quo antè dilexerat.] Illa etenim q̄tum poterat, viriliter restitit: idcircò (vt ferunt Hebræi) miser ille se grauiter læsit. [Dixitq; ei Amnon Surge & vade.] Ipsa aūt (vt ait Petrus Comest.) rogauit vt maneret cum ipso, & fieret ei vxor, putās forsan in hoc posse dispensari [Quæ] nolēte ipso [rñdit: Mai⁹ est hoc malum quod nūc agis aduersum me, expellens me,] inquantū hoc agis ex maximo odio & contemptu personæ meæ, cui post tantam iniuriam teneris ad recompensam & compassionem, non ad cōtumeliæ huius augmentum: [q̄ quod antè fecisti, me opprimens:] quod aliquam videtur excusationē admittere, inquantū venit non ex malitia, sed infirmitate & passione ꝑdomināte, imò qm̄ defloraiut eam, tenebatur eam habere vxorem, secundum legis præceptum, Leu. 20. ac Deut. 27. scriptum, nisi aliundè fuisset obstaculū: quo existente, debebat ei alijs modis pro posse ꝓ illato damno possibilem restitutionē, q̄uis cōdignam non potuit, iuxta quod Ecc. 26. fertur: Oīs ponderatio non est digna continentis aīæ. [Et noluit audire eam. sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit: Eijce hanc à me foras, & claude ostium post eam. Quæ induta erat talari tunica:] quæ s. vsq; ad talos eius descendit, quam Ioseph⁹ vocat collobium manicatum. Tamen vt quidam refert, in Hebræo habetur, serica tunica, sed potiùs est tenēdū, literā hanc veritati Hebraicæ consonare, & verbū illud Hebraicū esse forsitan æquiuocum ad vtrunq;. [Huiuscemodi enim filiæ regis] Dauid [virgines vestibus vtebāt.] in quo religiositas regis Dauid apparet qui tam humilibus vestibus non in terrā defluentibus, sed vix eam tangētibus, iussit suas filias vti: nec dubium, qn in cæteris suis domesticis ꝓportionabiliter vestiū cōdecentiā obseruauit ex quo reꝑhenduntur supbæ ac fatuæ mulieres ac virgines tēporis huius, q̄ licet à regia nobilitate plurimùm distent, tn̄ vestibus enormiter longis, ac se per terram trahentibus induūtur: in ornamentis etiam preciositate, figura ac multitudine vestium grauissimè peccant. Similiter adolescentes ac viri suo modo. [Eiecit itaq; eam minister illius foràs, clausitq; fores post eam. Quæ] in signū doloris, [aspergens cinerē capiti suo, scissa talari tunica, impositisq; manib⁹ sup caput suum, ibat,] per palatium regis, vt aliqui dicunt, cum tali dispositione, vtpotè victa dolore ac mœrore ob tantas sibi illatas iniurias, [ingrediens] domum Absalonis, [& clamans] cum lachrimis. Aliqui tamen dicunt, ꝙ non fecit hæc mox, vt fuit eiecta ab Amnon, nec in regis palatio, sed postquam venit ad domum Absalonis, alioquin scandalizasset seipsam. sed prima expositio verior reputatur. Nam Amnon taliter eam eijciendo, satis eam scandalizauit, & ipsa erat tanto confecta mœrore, & tam irreuerenter tractata, ꝙ non pensauit se grauiùs posse confundi, nec ipsa in hac re culpabilis fuisse videtur. [Dixit aūt ei Absalon frater suus: Nunquid Amnon frater tuus cōcubuit tecum?] Hoc Absalon ex gestibus illis suæ sororis aduertit, præsertim qm̄ illa non negauit, nec aliam suæ afflictionis exposuit causam. [Sed nunc soror tace: Frater tuus est,] ideo eius improbitati compati debes. [neque affligas cor tuum pro hac re] tā immoderatè, sicut nunc agis. Ista locutus est Absalon pro sororis suæ charissimę cōsolatione, q̄uis vtiq; illa meritò tristabatur, q̄ tamen tristitia fuit rationis gubernaculo moderanda.

Iose. lib 7. an iu ca 8
Petr. Com. histo. li. 2. Reg. ca. 13.
Pet. Com. histo. li 2. Reg. cap. 13
Iose lib. 7. an. iu. ca. 8

da.[Mansit itaq; Thamar contabescens]i.mœrore & dolore seipsam côficiens,& q̃si in viduitate p̄sistens,[in domo Absalô fratris sui. Cùm aût audisset rex Dauid verba hæc,]hoc est,hæc gesta significata per verba hæc,[côtristatus est valdè]tam de filij sui primogeniti inhonestissimo ac vitiosissimo facto,q̃ de filiæ suæ deturpatione,& maximè de Dei offensione ac populi scâdalizatiôe.[& noluit côtristare spm̃ Amnon filij sui,]eum increpâdo ac castigâdo vt meruit,[qa diligebat eum,]non qualitercunq; nec tm̃,qa & alios filios suos dilexit,sed dilexit eum p̄cipuè,idcircò subiungit:[quia primogenitus erat ei.]Sed ista videtur fuisse carnalis & praua dilectio,cùm vera dilectio exigat corripi,ac corrigi dilectum peccanté,& tanto plùs quanto magis diligitur,iuxta illud Eccl.30.Qui diligit filiû suum,assiduat illi flagella. Vndè iterû
Hebr.12. ait scriptura.Quis filius quem non corripit pater. ¶Insupèr,q opp̄ssit virginem,secundum le-
Deu. 27. gé meruit mortem,ergo non solùm corripere,sed & occidere debuit Dauid iudex & rex fili-
1. Reg. 2. um opp̄ssoré.Iterum:Heli rprobatus est,qa nô satis acriter suos corripuit filios,quos tñ corripuit:magis ergo Dauid meruit reprobari,q tam sceleratissimû filium incorreptû & impunitû reliquit,p̄sertim cùm iudex debeat sine personarû acceptione iudicium atq; iustitiam exercere. Ad ista quidâ rñdent,excusantes ipsum Dauid,dicentes,ꝙ in correptiôe & castigatiôe rei,seruanda sunt & côsideranda modos,tempus,p̄sona:ideo interdû est differenda ad horam,ꝓpter quod Dauid distulit corripere istum Amnon,qm̃ vidit eum pœnitenté de suo excessu & tristem,ne absorberetur abundantiori tristitia. Vndè aliqui dicût,quod posteà corripuit eum secretè.Et qdâ ait,quod ꝓ tûc non corripuit eum, qm̃ Amnon erat debilis & infirm⁹, & dolés de facto suo:quod falsum videt̃,quia vt dictû est,fuit tam fortis,quod p̄ualens virib⁹ opp̄ssit sororem,& Dauid iam nouerat eum infirmitaté illam,qua lecto decubuit,confinxisse.Textus quoq; apertissimè dicit,quod noluit spm̃ ipsius Amnon contristare,videlicet corrigêdo,quia diligebat eû.Hinc alijs magis apparet,quod Dauid in hac re fuit culpabilis,sicut in alijs multis.Nam & infrà 3.Re.1.habetur,ꝙ non corripuit Adoniam dicêtem:Ego regnabo. Verûtñ aliqui dicunt,ꝙ non tenebatur ipsum Amnon occidere,qm̃ violêtia illa fuit occulta,similiter defloratio Thamar quæ probari non poterant,nisi per q̃rimoniam Thamar,& sui corporis ostensioné.Thamar aût tacuit de côsilio Absalonis. Verruntñ si Absalon putasset se posse ꝓcurare occisionem Amnon à rege per accusationé Thamar,maluisset hoc,q̃ ꝙ per seruos suos ipsum occidit. ¶Deniq; si Amnon verè de suo pœnituisset facinore,veniâ postulasset,vel reconciliasset se,aut satisfecisset pro posse sorori,quorum nullum videtur fecisse:imò si ea egisset,non fuisset(vt creditur)occisus ab Absalone.[Porrò non est locutus Absalon ad Amnon,nec malum nec bonum:]quod intelligi potest,ita ꝙ de ista materia nihil locutus sit ei,ne Amnô se obseruaret,quatenùs suo tempore illum occideret, Vel ꝙ oīnò abstinuit ab ei⁹ colloquio,quod nô puto,ne Amnon consideraret auersionem & odium Absalonis aduersum se. [Oderat enim Absalon Amnon,eo quod violasset Thamar sororem suam.Factum est aût post tempus biennij,vt tôderentur oues Absalon in Baalhazor,q̃ est iuxta Ephraim.Et vocauit]hoc est ad prandium inuitauit,Absalon omnes filios regis]qui sine licentia p̄ris sui hoc facere non audebant [Venitq; ad regem & ait ad eum:Eccè tondentur oues serui tui. Veniat oro rex cû seruis suis] hoc est,filijs alijsq; ministris sibi côplacentibus,[ad seruû suû,]i.ad prandium quod parabo. Hoc Absalon non dixit ex animo,qa p̄ris sui p̄sentiam non optauit ibidem:sed p̄rem ideo inuitauit,ne suspicaretur aliquid mali esse in causâ,& vt sine scrupulo ac timore permitteret ipsum Amnon pergere illuc.[Dixitq; rex ad Absalon:Noli fili mi,noli rogare vt veniamus oés & grauemus te.Cum aût cogeret eû,]i.instanter,quasi importunè,[& noluisset ire]s,rex b̄ndixit]rex[ei.]hoc est,filio quasi charitatiuo ac liberali.[Et ait Absalô ad Dauid:Si nô vis venire veniat(obsecro)nobiscum Amnon frater meus. Dixitq; ad eû rex:Non est necesse vt vadat tecû.Coegit itaq; Absalon eû,& dimisit]ire[cû eo Amnon & vniuersos filios regis[residuos & satis adultæ ætatis ad hoc.Nam Salomon videtur adhuc fuisse infantulus.[Feceratq; Ab alon conuiuiû quasi côuiuium regis.Iudæi nanq; in tôsione ouiû suarû,sicut & in sepultura parétû suorû consueuerunt facere magna conuiuia,sicut & primo dictû est lib: de Nabal.Nâ oues & pecora erât p̄cipuę eorû diuitiæ,quod & in cômemorationé fecerunt p̄riarcharû,q pastores o uiû fuerât.[Pręcepit aût Absalô pueris]i.seruis[suis,dicés:Obseruate cû temulét⁹ fuerit Amnô vino,]hoc est,inebriat⁹,[& dixero vobis,pcutite eû & interficite]eû,qa tûc nô poterit p̄cauere,resistere,aut fugere.[Nolite timere:Ego sû q p̄cipio vobis,]q sum fili⁹ regis,sicut & Amnô,& auû habeo regé,ꝙ ipsi Amnô nô côpetit,ideo sufficiêtis sum potestatis rñdêdi ꝓ vobis vosq; tuêdi. Forsan serui isti fuerût natiôe Gétiles,& ex p̄ria matris Absalonis,ideo minus timuerût hoc facere. Roboramini & estote viri fortes. Fecerût ergo pueri Absalon aduersû Amnô,sicut p̄ceperat eis Absalô. Surgétesq; oés filij regis ascenderût singuli mulas suas.]Istę mulę(vt creditur)datę fuerût regi,qa vt Le.19.legit̃,ꝓhibitû fuit Iudæis facere cômixtiones aīalium diuersarû specierû,ex qb⁹ & mulę nascût̃,nô tñ fuit eis ꝓhibitû vti eis. Nâ & Dauid infrà
3.Reg.1. legit̃ sup mulâ sedisse. Forsan & isti filij regis timuert̃ occidi,qa subiûgit̃:[& fugerût]relinquentes

tes corpus fratris insepultum.[Cumq; adhuc pergerent in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicens: Percussit Absalon omnes filios regis, & non remansit ex eis saltē vnus. Surrexit itaq; rex Dauid & scidit vestimenta sua, & cecidit super terram, & omnes serui illius qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua] Nam ille qui nunciauit hoc, cœpit forsitan fugere dum Amnon adhuc percuteretur, & putauit alios filios regis simili modo tractandos. Verùm talia mala solent exaggerari.[Respondens autem Ionadab filius Sāmaa fratris Dauid, dixit: Ne existimet dñs meus rex, quod omnes pueri regis occisi sint, Amnon solus mortuus est.] Hoc dixit non spū prophetico, vt quidam stultè dixerunt, adijcientes, ꝙ Ionadab iste fuit Nathan propheta, cum certum sit, quod S. Nathan nequaq̄ dederit pessimum illud consilium de virgine opprimēda, sed dixit istud ex humana versutia atq; probabili coniectura, quia sciebat inueteratum rancorem Absalonis in Amnon, ꝓpter deflorationem sororis. Proptereà subditur,[qm̄ in odio Absalon erat positus, ex die qua oppressit Thamar sororem eius:] & qm̄ Ionadab sciuit hoc, meritò auisasset ipsum Amnon ad præcauendum se ab Absalone.[Nunc ergo ne ponat dñs meus rex super cor suum verbum istud, dicens: Omnes filij regis occisi sunt, qm̄ Amnon solus mortuus est. Fugit aūt Absalon. Et eleuauit puer speculator oculos suos, & aspexit. Et eccè popul⁹ multus veniebat per iter deuium ex latere montis.] Qui fugiunt, disperguntur hincindè frequenter p deuia.[Dixit aūt Ionadab ad regem: Eccè filij regis adsunt, iuxta verbum serui tui, sic factum est. Cumq; cessasset loqui, apparuerunt & filij regis: & intrantes, leuauerūt vocē suam, & fleuerunt. Sed & rex & oēs serui ei⁹ fleuerūt, ploratu magno nimis.] Sicut in morte primogeniti fieri solet, & condoluerunt iuueni tam inopinatè occiso, qui sperabatur tant⁹ futur⁹. Rex quoq; non ignorauit, sua peccata esse occasiones tantorū malorū, propterea magis dolebat, forsitan etiam quia cognouit ꝙ imparatus ad mortem, & ebrius fuit occisus.[Porrò Absalon fugiens, abijt ad Tholmai regem Gessur.] hoc est, regionis sic dictæ, auum suum. [Luxit ergo Dauid filium Amnon multis diebus. Absalon aūt cùm fugisset, & venisset in Gessur, fuit ibi 3. annis] cum seruis suis, qui ipsum Amnō occiderant.[Cessauitq; rex Dauid persequi Absalon, eo ꝙ consolatus esset super Amnon interitu.] Considerauit em̄ hæc iusto Dei contigisse iudicio, & ipsum Amnon valdè peccasse, mortéq; meruisse sic propriam opprimēdo sororem. Est etiam valdè naturale, quod dolor, mœror, ac cæteræ passiones appetit⁹ sensitiui paulatim decrescāt. Nam & earum organum ac subiectum lassatur, & considerationes ex quibus immediatè nascuntur, successiuè deficiunt, aut remittuntur, corde circa alia occupato ac fuso, & qm̄ homo perpendit se dolendo, tristando, imaginando de præteritis illis, nihil proficere, sed seipsum infructuosè affligere, & quod contra irremediabilia mala, præcipuè valeat eorum obliuio. Dicit aūt R. Paulus, ꝙ Dauid nunq̄ incepit persequi Absalonem: ideoq; imꝓpriè dici, ꝙ cessauit persequi eum. Vndè ait: Verbum illud Hebræum, pro quo Hieronymus transtulit, cessauit, esse æquiuocum ad cessare & desiderare. Hinc quoq; in Schol. hist. dicitur: Rex cessauit ꝑsequi velle Absalon, hoc est, voluntatē persequndi deposuit. Nihilominus dici potest, ꝙ hoc ipsum fuit persecutio q̄dam, quod oportebat Absalonem esse ꝓfugum à terra natali, nec interim posse propria bona leuare, nec puto, ꝙ Dauid voluerit vnq̄ Absalonem ꝓ fratridicio illo occidere, cū & posteà qn̄ prauiùs peccauit, prohibuerit eum occidi, vt infrà habet. ¶Prætereà in scripturis leguntur fœminæ multis viris nocuisse, vel decipiendo, vel incitādo, vel mala pœnalia infligendo, videlicet ipsi Adæ, quem Eua traxit ad culpam, vt patet in Genesi: Lamech, qui bigamiam primò induxit, duas coniuges accipiendo: Pharaoni, qui vxorem Abrahæ introduxit ad se, propter quod fuit plagatus: Iudæ patriarchæ, qui peccauit cum Thamar: Ruben, qui cum vxore patris sui peccauit, vtpotè cùm nouerca: Loth, qui cùm proprijs commixtus est filiabus: Filijs Israel & Zambri, qui sicut Nu. 26. narratur, peccauerunt cum filiabus Madian, Dauid, Salomoni, Adoniæ, & Ammon, sicut in libro isto refertur. Adonias quippe petendo Abisac, mortem incurrit. Holofernes, quem Iudith occidit: Abimelech, qui & ipse Saram vxorem Abrahæ abstulit, vt Genes. 20. scriptum est: Sisaræ, quem vt Iudi. 4. continetur, Iael occidit: Naboth, quem Iezabel lapidauit, vt 3. Reg. 21. asseritur. Item Abimelech filio Gedeonis, quem mulier saxo peremit: Et beatiss. Ioanni Bapt. quem Herodias procurauit interfici: Principi quoq; Apostolorum, qui ad interrogationem ancillæ, Christum negauit.

Ra. Paulus
Per. Comi histo. li. 2. Reg. cap. 14
2. Re. 16. 11.
Ge. 3. 4. 12. 38. 25. 19.
2. Reg. 12.
3. Re. 11. 12.
Iudi. 12. 13.
Iudi. 17.
Mar. 6.
Matth. 24.

¶Expositio cap. 14. Intelligens autem Ioab, quòd cor regis versum esset ad Absalon. Art. 23.

NVnc describitur, qualiter Dauid pro suo adulterio sit punitus per propriarū vxorū incestuosam violationem, & per suijpsius à regno expulsionem.[Intelligens aūt Ioab filius Saruiæ, quòd cor regis versum esset ad Abslalon,] hoc est, inclinatum ad recipiendum eum in gratiam suam. Hoc autem astutus Ioab ex aliquibus regis verbis aut factis perpendit, attamē Dauid erubuit ex seipso hoc facere, ne vel de inconstantia argueretur, vel contra legem agere videretur, filium fratricidam, nullo pro illo rogante, accipiendo ad veniam.[misit Thecuam] i. ad villam sic dictam, de qua fuit Amos propheta.[& tulit] i. ad se vocauit[indè mulierem sapientem,] quæ (secundum Magistrum in histor. & Glossam) creditur fuisse proauia seu auia

Amos.1 Amos ꝓphetæ,fuitq́; fœmina famosæ prudentiæ atq; facũdiæ.[Dixitq́; ad eã: Lugere te simu
Hier.Co hi. la,& induere veste lugubri.[Circa hoc scribit qdam:Ex hoc videtur esse falsum,ꝙ aliq dicunt
lib 2 Reg. ad literã,hãc mulierem duos filios habuisse,quorũ vnus interfecerat alium:qa sic non fuisset
cap.14. simulatio luct⁹,sed veritas:nec esset locutio figuralis,sed magis rei gestæ,cuius cõtrariũ dicit
infrà.Posuit in os ancillæ tuæ oĩa verba hæc,vt verterẽ figuram sermonis hui⁹.Veruntñ legi in
quadam Glossa,ꝙ Hebræi dicãt hãc fœminam duos filios habuisse,quib⁹ pro hęreditate diui
denda inter se litigantibus,vn⁹ alium interfecit. Qui ergo vult hoc tenere,dicere potest,ꝙ lo
cutio huius fœminæ,q̃tùm ad hoc,fuit figuralis,ꝙ non narrauit rẽ gestã ꝓpter seipsam nudè,
sed trãstulit eam ad alia designanda,ponẽs se in persona Dauid,& 2.filios suos in persona Am
Luc.16. non ac Absalon,& cognationem suã,in persona aliorum filiorũ Dauid regis.Sicq́; vertebat fi
guram similitudinis hui⁹. ¶Deniq; quod saluator in euãgelio tanq̃ parabolã ponit de Lazaro
Iob 27.29. ac diuite,expositores communiter dicunt fuisse rem gestã,& tñ vocat̃ parabola,inquantũ per
similitudinẽ alterius rei significatiua.Sic etiam S.Iob de seipso loquẽs,dicitur assumpsisse pa-
rabolã.Num.quoq; 24.habetur:Assumpta Balahã parabola sua,irruente in se spũ Dei,ait:Di-
xit homo,cuius obturatus est ocul⁹,dixit auditor sermonũ Dei,ꝙ vtiq; ad literam locutus est
de seipso,& tñ ꝑmittitur parabolã assumpsisse.[& ne vngaris oleo]refrigeratiuo caloris, hoc
est,quouis subtili vnguento pro corporis refocillatione,[vt sis quasi mulier iam plurimo tem
pore lugens mortuũ:]q̃ corporis delinitiões ac mollia solet contẽnere,sicq́; facilius ad miseri
cordiam flectas regẽ.[ingredieris ad regẽ,& loq̃ris ad eũ sermones huiuscemodi. Posuit aũt
Deu.25. Ioab verba in ore eius.Itaq; cum ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regẽ,cecidit coram eo
sup terram,& adorauit,& dixit:Serua me rex.]hoc est,prębe auxiliũ,& in vita cõserua me,suc
currẽdo,ne ꝑ tristitia moriar.[Et ait ad eam rex: Quid causæ habes?Quæ rñdit:Heu mulier vi
dua ego sum.Mortuus est em̃ vir meus,& ancillę tuę erant duo filij.]i.ego ancilla tua habui 2.
filios.[Qui rixati sunt aduersum se in agro,nullusq́; erat qui eos ꝓhibere posset,& ꝑcussit al-
ter alterũ,& interfecit eũ.Et eccè cõsurgens vniuersa cognatio aduersus ancillam tuam,dicit
Trade eũ qui ꝑcussit fratrẽ suũ,vt occidamus eum pro anima fratris sui,quem interfecit,& de
leamus hæredem.Et q̃runt extinguere scintillam meam,q̃ relicta est,]hoc est, cognati volunt
occidere filiũ meũ residuũ,in quo & ꝑ quem relucet nomẽ,memoria,& virtus parentum suo-
rum,queadmodũ ignis in scintilla resplendet,& per eam manifestat̃.[vt non supsit viro meo
nomen]i.memoriale,[& reliquiæ]i.posteritas prolis[super terrã:]quod valdè vitabatur in le
ge,imò ob hoc vitandũ,iubebatur ꝓpinqu⁹ defuncti sine liberis,ducere cõiugem eius,& sus
citare sobolẽ ei.[Et ait rex ad mulierẽ:Vade in domum tuã, & ego iubebo ꝓ te]i.cognatis &
cæteris ꝓhibebo occidere filiũ tuũ.[Dixitq́; mulier Thecuitis ad regem:In me dñe mi rex sit
iniquitas,& in domũ pr̃is mei:]i.si quid peccati est in hoc,ꝙ sic filio meo ignoscis,mihi & pa-
rẽtelæ meæ imputet̃.[Rex aũt & thronus eius sit innocẽs.]nec ei nec ei⁹ potestati aut successo
ri imponat̃.Hebræi(vt fertur)exponũt sic:Dñe mi rex,cõtingere potest,vt tu aliũdè multipli
citer occupatus,obliuiscaris hanc causam:& sic in domo mea eueniet,ꝙ filius meus occidet̃ à
sua cognatione,& tu eris innocẽs,quia ꝑter tuã fiet intentionẽ.Hæc expositio videtur inepta,
quia mulier per modũ optãtis dixit:In me dñe mi rex sit hæc iniquitas &c.nõ aũt optauit filiũ
Ibid. suũ occidi.¶Deniq; filius eius secundũ legẽ merebat̃ à sua cognatiõe occidi,suũ fratrẽ sic oc
cidẽdo:nõ ergo fuisset iniquitas,sed iustitia eum occidere.[Et ait rex:Qui cõtradixerit tibi,]
i.noluerit credere tibi narrãti verba q̃ dixi,videlicet ꝙ iubebo ꝓ filio tuo,[adduc eũ ad me]
i.mea authoritate denũcia ei,ꝙ veniat ad me,& vltrà non addet vt tãgat te,]i.tibi molestus vl
tra non erit persequẽdo filiũ tuũ,qm̃ districtè ꝓhibebo id ei,vt te,i.filiũ tuũ nõ tãgat,cui⁹ per
cussio tibi tam grauis est,sicut percussio tui ipsius.[Quæ ait,]cupiens ꝓmissionẽ regis sibi fa
ctã,ampli⁹ cõfirmari.[Recordet̃ rex dñi Dei sui,]i.intuitu & amore Dei ꝓuideat,[vt nõ mul
tiplicentur ꝓximi sanguinis]i.cõsanguinei filij mei defuncti[ad vlciscendũ,]i.oro vt tu dñe
sententiã tuã ꝓ filio superstite iam prolatã,sic robores & diuulges,ꝙ cognati non præsumant
confluere,quatenùs simul manu valida filium meum occidant,ꝙ vnus aut pauci eorũ ꝑ timo
re tuo facere non auderẽt.[& nequaq̃ interficiẽt filium meum,]si feceris quod rogaui.[Qui
ait:Viuit dñs,]i.iuro per Deum,]quia non cadet de capillis filij tui super terram:]hoc est,tam
euidenter ac firmiter iudicabo ꝓ eo,ꝙ pro hac causa nemo audebit ei aliquã læsionẽ inferre.
[Dixit ergo mulier:Loquatur ancilla tua ad dñm meũ regẽ verbũ.Et ait:Loq̃re.Dixitq́; muli
er:]quasi iam regẽ proprio iudicio habẽs captum & obligatũ ad ignoscendũ Absaloni:[Qua
re cogitasti huiuscemodi rem contra populũ Dei?]hoc est,contra Absalonẽ filiũ tuum,& eos
qui secũ fugerunt de terra hac,qui q̃tum ad hoc sunt populus Dei,ꝙ erant de stirpe Israel,vel
ad iudaismum cõuersi,seu veri Dei cultores.& quid cõtra istos cogitauerit ac dixerit rex,sub
iungitur:[& locutus est rex verbũ istud,]vtpotè Absalonem,& seruos eius nõ posse redire ad
terrã hãc,in qua cultus est veri Dei.[vt peccet]ipse rex in hoc ipso per immoderatum rigorẽ,
quoniã Absalon & ministri eius in terra illa gentiliũ, poterãt faciliter ad idololatriam deci-
nã-

nare. Vñ & suprà 1. lib. Dauid dixit ad Saul: Maledicti sunt in cóspectu dñi, qui eiecerunt me 1. Reg. 29.
hodiè, vt nó habitē in hęreditate dñi, dicentes: Vade & serui dijs alienis. Sicq; quod dictū est,
vtteneatur hîc nó directè causaliter, sed cócomitanter. Potest quoq; ita exponi: Locutus est rex
verbū illud, vt peccet populus Dei, videlicet Absalon & sui ministri, quia ad verbū eius, quo
iussit eos manere in terra illa gentiliū, cócomitari poterat pctactum idololatriæ vitiū in eisdē.
[& nó reducat eiectū suū] i. ipse rex nó det Absaloni ac suis licētiā redeundi. [Oēs morimur,
& q̄si aquæ dilabimur in terrā q̄ non reuertuntur:] i. etiā ex hac cósideratione decret te regem
esse ꝓpicium Absaloni, qm̄ oēs sumus mortales, & quotidiè ꝓpinquamus sepulchro, nescien
tes diē & horā, sic ꝙ ꝓpter humanā fragilitatē ac ꝓnitatē ad mala, clementer agendū est, ne re
us morte ꝑoccupat⁹, in statu periculoso decedat. Quidā exponūt sic: Oēs morimur, i. cū sum⁹ Mar. 13.
mortales, nec post mortem possumus naturaliter ad vitā hāc reuocari, sicut nec aquę in terram
descēdentes reuertūtur eædem numero ad aerē, sed consumunt & absorbētur in terra, & si va
porabiliter eleuētur, non tñ eædē huc redeūt, iuxta illud in Esaia: Quomodò descēdit imber Esaię 55.
de cælo, & illuc vltià nó reuertitur, sed inebriat terrā. Vndè & S. Iob: Viam (inquit) p q̄ non re Iob 16.
uertar, ambulo. Itemq;: Homo cū dormierit, non resurget: ideo tu rex, qui filium tuum occi- Iob 14.
sum non vales ad vitā illā reducere, parcere debes viuenti, ne & istū ꝓpter illius occisionē in-
terficiendo aut derelinquendo, perdas vtrunq;. [Nec vult Deus perire aīm,] i. hoīem pecca-
torē nó vult mori in suis peccatis, ꝓut in Ezechiele habetur: Nunquid volūtatis meæ est mors Ezech. 18.
impij, dicit dñs, & nó vt cóuertatur à vijs suis, & viuat? Ideo subditur, [sed retractat] i. senten ti
am dānatióis differt, & cóem legē de impij dānatióe dudū ꝓmulgatā q̄si reuocare videtur in
particulari, dū ei qui secūdū legē cóem meruit mox puniri, concedit locū & tēp⁹ pœnitēdi, ac
veniā ꝓmerēdi: imò p seipsum, p angelicū quoq; instinctū, p scripturas, per ꝑdicatores, p be-
neficia & exēpla, per ꝓspera & aduersa, per miracula & naturales euētus, hortatur eū ad emen
dationē. Hinc ad Cor. ait Apost. Pro Chr̄o legatione fungimur, tanq̄ Deo exhortāte per nos: 2. Corin. 5.
Obsecramus ꝓ Chr̄o, reconciliamini Deo. [cogitans] i. piè & paternaliter, ꝓuidens, [ne peni
tùs pereat] per obstinationē & cōdēnationē ęternā, [qui abiectus est] i. à Deo auersus atq; dia
bolo incorporatus. Qui em̄ peccat mortaliter, seipsum abijcit à Deo, à statu salutis, à mystico
corpore saluatoris in regionē dissimilitudinis & statū dānationis. Sed & diabolus abijcit eū
à virtute & grā, & à sublimitate iustę cōuersationis, in lacū peccati, in voraginem vitiorum, in
profunditatē & vilitatē perditionis. Deus verò non ita abijcit eū à se, quin, quantum in se est,
semper paratus sit ad veniā, hac vita durante, recipere. Propter quod in Threnis fertur: Nó re Thre. 3.
pellet in sempiternū dñs: qa si abiecit, & miserebit̄ secūdū multitudinē misericordiarū suarū.
Nó enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hoīm. Hinc quoq; teste Apostolo, ipsi vult 1. Timot. 2.
oēs saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. In his verbis mulier tetigit aliā rationē, cur Da
uid debuit parcere Absaloni, qa videlicet De⁹ tā pius est, ergo & princeps Dei vicarius, debet
in hoc Deū imitari. Vndè pietas ꝑcipuè ad principē spectat, quemadmodū in Prouer. legitur: Prouer. 20.
Roboratur clemētia thronus regis. In cuius signū rex apum caret aculeo. [Nūc igit̄ veni] ego
ad te, [vt loquar ad dñm meū regē verbum hoc:] videlicet sententiā, q̄ ꝓtulisti de liberatióe
filij mei, [ꝑsente populo,] repetendo eā coram om̄ibus manifestè, ne valeat reuocari, aut p ig
norantiā ꝑuaricari. [Et dixit ancilla tua] in corde suo, vel alijs anteq̄ te accederet: [Loquar ad
regē] fiducialiter, ex cósideratióe bonitatis ipsi⁹, [si quo modo faciat rex verbū ancillę suę,] i.
quatenùs aliquo modo dignet̄ acquiescere petitioni suæ ancillæ. [Et audiuit rex verba] i. ver
bis meis dedit assensum, [vt liberaret ancillā suam de manu oīm q volebāt de hæreditate dñi
delere me & filiū meum simul:] hoc est, erueret me de infestatione cognatorū filij mei defun Deut. 7. 10.
cti affligentiū me vsq; ad mortē, per hoc, ꝙ voluerūt filium meum residuū trucidare, & simili
modo eriperet filium meū adhuc viuentē de manu illorū. Itaq; per hęreditatem dñi, intelligit
Israeliticū populum Deo peculiarem, à cuius consortio delebatur, q obijt. [Dicat ergo ancilla
tua, vt fiat verbū dñi mei regis, sicut sacrificiū] hoc est, liceat mihi asserere, ꝙ iudiciū regis pro
filio meo datū, sit acceptū ac firmum, ideoq; placitū veluti holocaustū, sicq; impleatur in filio
tuo, in cui⁹ persona loquor de filio meo. [Sicut em̄ angel⁹ dñi, sic est dñs meus rex,] hoc est, cō
stans, iustus, & verax est, [vt nec bñdictióe, nec maledictione moueatur:] i. nec laudib⁹, nec vi
tuperijs possit à via virtutū abduci, vndè nec prosperis, neq; aduersis, nec detractionibus, nec
adulationibus frangitur, quod frequenter ita fuit in Dauid, q̄uis interdum corruerit. Ista aūt
assimilatio seu cóparatio Dauid & angeli, fuit aliqualis, non plena. Multū etem̄ distat viator,
q̄uis sanctus, à compræhensore: nec Dauid fuit confirmatus in gratia. Ideo de beatiss. Ioanne
Baptista dixit Saluator: Qui minor est in regno Dei, hoc est, infimus ciuium supernorum, ma Matt. 11.
ior est illo. [Vndè & dñs Deus tuus tecum est. Et respondens rex, dixit ad mulierem: Ne ab-
scondas à me verbū quod te interrogo. Dixitq; ei mulier: Loquere dñe mi rex. Et ait rex: Nun
quid manus Ioab tecū est in om̄ibus istis?] i. habésne fauorē & informationē à Ioab ad ꝓferē-
dū hęc oīa? Iam em̄ rex considerauit, quid mulier intendebat, & suspicabatur ꝙ à Ioab esset in

ducta,qa sciebat ꝙ Ioab dilexit Absalonẽ pro [illegible] benignùs quoq; acquieuit reuocatiõi Absalonis,qñ sciuit hoc ipsi Ioab placere,quia Ioab [illegible] populũ quietare,& satisfacere ei de Absalonis reductiõe.[Rñdit mulier,& ait.Per salutẽ animæ tuæ]iuro[dñe mi rex,nec ad dexterã est,nec ad sinistrã,ex omĩbus his q̃ locutus est dñs meus rex.]hoc est,nec plus, nec minus est quàm dixisti.Hoc est,in nullo deuiasti à veritate opinãdo & interrogãdo, an manus Ioab sit mecũ,imò directè est mecũ in omĩbus,ad q̃ etiam ꝓferenda induxi te,ideo subditur:[Seruus enĩ tuus Ioab ipse ꝑcepit mihi,& ipse posuit in os ancillę tuę oĩa verba hęc.]i.ad ista exprimenda induxit,ac docuit me,vt verterẽ figurã sermonis huius]hoc est,similitudinẽ ꝑinductã applicarẽ ad filiũ tuũ.[Seruus enim tuus Ioab ꝑcepit istud.Tu aũt dñe mi rex sapiens es, sicut
Matth 5. habet sapientiã angelus Dei:]i.sapiens valdè,habesq; sapientiã cum virtute & vita sancta,quẽ
Luc. 6. admodùm angeli Dei,quãuis multo minùs q̃ illi.Nempe si homo potest Deo assimilari in vir
Ephes.5. tute & perfectiõe,à quo tñ deficit infinitè,iuxta illud:Estote perfecti,sicut & pater vester cœlestis ꝑfectus est:Et rursus,Estote misericordes,sicut pater vester cœlestis:itemq;,Imitatores Dei estote:quanto magis potest in sapientia & virtute angelo cõformari & cõparari,nõ ęqualitate,sed similitudine in hac vita:siquidẽ in cælo potest esse ęqualis,imò & maior.Nã sicut de singulis angelorũ ordinibus aliqui ceciderũt,ita ad singulos aliqui homines pducũtur. Gloriosissima aũt Christifera virgo,super oẽs angelorũ choros est eleuata.Prætereà, S. Dauid multiplicẽ sapientiã habuit, vtpotè acquisitã & infusam, tã eam q̃ est prima inter dona
Esai.11. spiritus sancti,q̃ eam q̃ est donum gratiæ gratis datę.Fuitq; sublimis Propheta,& anagogicꝰ
Exo.21. cõtemplator.[vt intelligas omnia super terrã:]hoc est,q̃dam de omnibus, vt sit distributio
Numer.35. accõmoda. Vel,omnia ad officiũ & iudiciũ tuum spectantia,& capax sis omnium,saltem p
Deute. 27. gratiã.¶Quæritur circa ꝑhabita,qualiter licuit regi Dauid ꝑmittere mulieri, ꝙ filius eius fratricida,impunitus maneret,qui secũdũ legem fuerat occidẽdus.Non enim videtur, ꝙ licuit regi dispensare cõtra ꝑcepta Dei.Ad hoc quidã rñdent,ꝙ filius ille nõ fuit secũdum legẽ occidẽdus,quia de homicidio non fuit cõuictus p euidentiã facti,neq; per testes,qm̃ soli duo filij erãt in agro,nec per ꝓpriã recognitionẽ.Quod nõ videtur idoneè dictũ, quia tota cognatio perseq̃bat filium fratricidã:ꝙ nõ fecisset,nisi fuisset manifestum & euidens, homicidium illud perpetratum esse à fratre.Mulier quoq; corã rege hoc testebatur,vt patet in litera,nec licuit filijs Israel persequi & necare homicidam,nisi sententia he hoc data à iudice, coram quo oportebat homicidam conuinci. Nec habetur ex textu,ꝙ frater negauit se illud
2 Reeg 31. fecisse,nec mater eius hoc allegauit ꝓ ipso coram rege,ꝙ vtiq; allegasset, si aliquo modo ha
R: Salamõ buisset colorẽ.¶Insupèr,si homicidium illud fuisset occultum,mulier per suã parabolã nõ cõclusisset intẽtum de homicidio Absalonis,q per seruos suos fratrẽ suum coram multis occidit Verùm ad hoc quidam rñdet,allegando & sequẽdo R.Salomonem dicentẽ,ꝙ omnes inducti ad testimonium ꝙ Absalon occiderat ipsum Amnon,erãt ꝓpinqui ipsius Amnon defuncti,id
2. Reg. 13. circo non erant idonei ad ferẽdum testimonium in hoc casu.Sed hoc videtur omninò incongruè dictum,cùm scriptum sit capit. ꝑcedenti, ꝙ populus multus venit per iter deuium,qui vt patuit,interfuit interfectioni ipsius Amnon,nec apparentiam habet,ꝙ oẽs illi fuerunt ita propinqui filio regis occiso,ꝙ non poterant in causa illa testari pro ipso.Et dato ꝙ nõ potuissent
Deuter 21. testari pro propinquo defuncto,poterant tñ testari contra propinquum viuentem:imò vt patet in Deuteron.Filius contumax comessator & ebriosus ad accusationem & protestationem
R. Salomõ suorum parentum,qui proli maximè sunt propinqui,lapidabatur.Iterum dicit R.Salomon,ꝙ & alius approbat,ꝙ propinqui illi qui testabantur,Amnõ occisum à seruis Absalonis,nõ erãt ita propinqui Absaloni,sicut fratri eius occiso,qm̃ Absalon ex parte matris,erat de plebe gentilium.Ad quod dicendum,ꝙ multi illorum ꝓpinquorum fuerunt propinquiores Absaloni, quam fratri eius occiso,quia non tantùm erant ibi fratres amborum,sed & multi eorum con-
2.Reg.13. sanguinei & nepotes amborum ipsi Amnon occiso,sicq; nepotes illi poterãt in casu illo testari.Nec aliquo modo putandum,ꝙ filij regis iuerunt absq; familia condecẽti ad prandium Ab
2.Regũ 25. salonis.¶Amplius,dictũ est ꝑcedenti capitulo,ꝙ cõuiuium illud fuit in loco vbi oues Absalõ tondebantur,sicq; pastores atq; tonsores ouium eius affuisse videntur.Nam & tonsoribus fiebat conuiuiũ,vt patet ex dictis in 1.libro.Itaq; ad q̃stionem propositã respondendum, ꝙ nec rex,nec pontifex poterat dispensare in ꝑceptis decalogi,sed in præceptis cæremonialibus ac iudicialibus poterant dispensare ex rationabili causa & de consilio seniorum,sicut & Christꝰ
Matth.12. in Euang.protestatur,ꝙ Abiathar seu Achimelech sacerdos dedit ipsi Dauid panes propositionis ad comedendum,quod videbatur cõtra cæremoniale ꝑceptum,quo iubebatur ꝙ soli sa
Exodi 25. cerdotes illis panibus vescerentur.Aliqui quoq; dicunt,quod de cõsensu propinquorum po
Leuiti. 24. terat rex cum homicida rigorem iuris tẽperare ne occideretur.[Et ait rex ad Ioab:Ecce placatꝰ]de forefacto Absalonis,[feci verbum tuum:]i.decreui implere quod per mulierẽ hanc postulasti.[Vade ergo,& reuoca puerum Absalon.] Communiter Dauid rex vocauit hunc Absalon puerum, qa tenerrimè eum dilexit,cũ esset speciosissimꝰ iuuenis, & valdè amabilis
in

In naturalibus.[Cadenſq; Ioab ſuper faciem ſuam in terram,adorauit & bñdixit regi,& dixit Ioab:Hodiè intellexit ſeruus tu⁹,qa inueni grãm in oculis tuis dñe mi rex. Feciſti enĩ ... mi rex ſermonem ſerui tui.Surrexit ergo Ioab,& abijt in Geſſur,& adduxit Abſalõ in Hieruſalem.Dixit aũt rex:Reuertatur in domũ ſuam,& faciem meã non videat,]i.corã me non appareat,ne videat ei nimis faciliter indulgere,ac p hoc iuſtitię derogare. Ideo quoq; dixit hoc rex,ne ex intuitu Abſalonis,renouaret in ſe dolor de interitu Amnon.[Reuerſus itaq; eſt Abſalon in domũ ſuã,& faciẽ regis non vidit.Porrò ſicut Abſalon non erat vir pulcher in omni Iſrael.]i.pulcherrimus fuit corpore p̃ omnibus viris Iſrael q tunc erant,[& decorus nimis.A veſtigio pedis vſq; ad verticẽ non erat in eo vlla macula.]Ad pulchritudinẽ aũt ſecundũ philoſophũ,tria cõcurrunt ac requirunt & ptinent,vtpote elegans corporis ſtatura, cõgrua & ꝓportionata mẽbrorũ cohabitudo,ac viuid⁹ qdã decenſq; color. Eſt verò & alia pulchritudo moralis exterior,in cõpoſitione morũ exteriorũ cõſiſtẽs,& rurs⁹ eſt pulchritudo interior,tã naturalis q̃ acquiſita p ſciẽtias & virtutes,q̃ ſupernaturalis p dona grãæ gratũ facientis.[Et qñ tondebat]i.tonderi fecit[capillũ]capitis ſui,[Semel aũt in anno tondebat,qa grauabat eum cæſaries.]Dicunt quidam(vt ferũ)Hebræi,ꝙ quolibet menſe ſemel tondebat,idcircò exponunt hoc modo,ſemel in anno,i.ſtatuto tempore anni,putà 30.die,ſiue ſemel in menſe.Nam & in Hebręo fert haberi,ſtatuto tẽpore tõdebatur.Veruntñ Ioſeph⁹ videtur ſentire,ꝙ ſemel duntaxat in anno,dicẽs:Tanta erat eius cæſaries,vt octo diebus tõderi vix potuiſſet,q̃ ſemel in anno tonſam ponderabat ducentis ſiclis. Vndè ſubiungitur. [Ponderabat capillos capitis ſui ducẽtis ſiclis põdere publico.]Circa quod magiſt.in hiſt.ait:Fortè huius ponderis erat tõſura eius,vtpotè abraſura,vel hoc precio eam emebant mulieres,vt ſubornarent crines ſuos. Nec tñ ob hoc oportet aſſerere,ꝙ ipſemet Abſalon vendidit capillos ſuos abraſos, ſed per alios,& ſi nõ ob indigentiam p̃cij,tñ ad oſtentationem & gloriam vanam.

Ioſe. lib 7 an.iu. ca.8 — *Pet.Co.hiſ. lib.2. Regũ cap.14.*

Additur aũt in textu, pondere publico,qm̃ triplex extitit pondus,videlicet templi ſeu ſanctuarij, & inſtitorum,ac vulgare & vſuale,vtpotè ciuium,quod dicitur publicũ. [Nati ſunt aũt Abſalon tres filij & filia vna,noĩe Thamar,elegantis formæ.Manſitq; Abſalon in Hieruſalem duobus annis,& faciem regis non vidit.Miſit itaq;]Abſalon nũciũ[ad Ioab,vt mitteret eum ad regem.]i.vt ipſe Ioab veniret ad Abſalonẽ,ſicq; ipſe Abſalon mitteret ipſum Ioab ad regẽ,quatenùs impetraret ſibi à rege,ꝙ poſſet ad eius intrare p̃ſentiam.[Qui]Ioab[noluit venire ad eum.]i.ad Abſalonẽ.[Cũq; ſecũdò miſiſſet]ad Ioab,[& ille noluiſſet venire ad eũ,]forſitan aliũdè impeditus,vel ex alia cauſa q̃ ignoratur,[dixit ſeruis ſuis:Scitis agrum Ioab iuxta agrũ meum habentẽ meſſem hordei?Ite igitur & ſuccendite eã igni.] Quod aũt in aliquibus libris ſubiũgitur, Et veniẽtes ſerui Ioab,ſciſſis veſtimẽtis ſuis, dixerũt:Succẽderunt ſerui Abſalon partẽ agri, i.fructuũ agri.igni,non eſt in Hebraica veritate.[Surrexitq; Ioab]ad q̃rẽdum ab Abſalone, cur iuſsiſſet hoc fieri,[& venit ad Abſalon in domũ eius,& dixit:Quare ſuccẽderunt ſerui tui ſegetẽ meã igni.Et rñdit Abſalon ad Ioab:Miſi ad te,obſecrãs,vt venires ad me,& mitterem te ad regẽ,& diceres ei]ex parte mei:[Quare veni de Geſſur?]i.inutiliter redij indè.[Meli⁹ mihi erat ibi eſſe,]qa erã ibi cum rege illi⁹ quotidiè in honore,hic verò tanquam exul & re⁹ compellor à regis conſortio p̃ſentia atq; intuitu abſtinere.Obſecro ergo,vt videã faciẽ regis Quòd ſi memor eſt iniqtatis meę,]i.recordatur exceſſus mei cum ira & ſine ignoſcentia,[interficiat me,]quaſi dicat,mãlo ꝓ culpa mea interfici,q̃ regis aſpectu magis diu priuari. Hoc tñ Abſalon ſimulatoriè dixit,vt animum regis flecteret ad ſe.[Ingreſſus itaq; Ioab ad regem nunciauit ei oĩa hęc.Vocat⁹q; eſt Abſalon & intrauit ad regẽ,& adorauit] adoratione duliæ [ſup faciẽ terræ]i.poſtratus in terrã[corã eo]ſ.rege,[Oſculatuſq; eſt rex Abſalon]in ſignum pacis,dilectionis & reconciliationis plenariæ. ¶Iuxta miſticũ ſenſum,p Ioab,intelligitur paſtor aut eius vicarius:p Dauid,Chr̃s,per Abſalon peccator & reus.Quẽadmodum itaq; Ioab intelligẽs cor regis eſſe inclinatũ ab Abſalonẽ,impetrauit ei veniã ac reditũ per mulierẽ prudẽtẽ:ſic bonus p̃latus ſciẽs Chr̃m paratũ ad indulgẽdum veraciter pœnitenti,reconciliat ſubditũ ſuum culpabilẽ ſaluatori per orationẽ & exhortationẽ,q̃ inſtar mulieris fœcundæ parit fructum,ſpiritalẽq; ꝓlem.Itaq; ſicut Dauid placatus ignouit Abſaloni,ſic qlibet noſtrum debet facilis eſſe ad indulgendum ſuo forefactori.Et væ duris corde,qui vel nunq̃ aut raro ignoſcunt ex corde.Quemadmodũ etiam Abſalon regi reconciliatus,adhuc ꝓhibitus eſt accedere ad videndũ faciẽ regis:ita peccator pœnitens & conuerſus,adhuc tenet in ſe reliquias p̃teritarum culparum,videlicet difficultatem ad bona,& pronitatem ad mala,per q̃ à contemplatione & priſtina Dei familiaritate impeditur ad tẽpus.Sed ſi in actib⁹ pœnitentię viriliter perſeueret,& cũ oĩmi cõpunctione ac humiliatione ad priorẽ grãm redire conetur,ad oſculũ Chr̃i pertingit,& ad dulcẽ charitatis amplexũ,ad diuinæ dulcedinis guſtũ, ad pacis internæ tranquillitatẽ.At verò per capillos,cogitationes intelliguntur:ideo ſicut Abſalon ſtatuto tẽpore capillos tondebat,ita peccator pœnitẽs,debet cogitationũ malarũ ſuperfluitatẽ delere.

¶Expoſitio cap.15. Igitur poſt hec Abſalon fecit ſibi currus & equites. Art. 23.

DEscribunť hic varia atq; grauissima scelera Absalonis, per quę illata est magna afflictio regi Dauid. Scelera aũt Absalonis, fuerunt ingratitudo ei⁹ ad patrẽ, à quo misericordiam cõsecutus, mox decreuit ei reddere mala ꝓ bonis: ambitioq; & incest⁹, rebellio, schisma seditio, & alia q̃ tãguntur in litera. [Igitur post hæc Absalon fecit sibi currus & equites, i. quadrigam qua veheretur quasi rex, & viros eq̃stres ꝑparauit sibi ac procurauit, [& 25. viros qui ꝑcederent eum] sedentẽ in curru, sicq; per apparatum istum tanq̃ per q̃dam ꝑludia siue ꝑambula, monstrauit se regnaturum ꝓ parte suo iam sene. Nam Amnon primogenit⁹ fuit occisus post quẽ proximus erat Cheliab, q creditur tunc obijsse, cùm deinceps de eo nulla sit mẽtio Vel forsitan erat iners, ineptusq; regnare. [Et manè consurgens Absaló,] vt ꝑueniret venientes ad regẽ, [stabat iuxta introitum portæ in via] vel ciuitatis, vel palatij. In portis aũt solebãt iudicia fieri, iuxta id Deuter: Iudices cõstitues in om̃ibus portis tuis. [& oẽm virum qui habebat negociũ, vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absaló ad se, & dicebat: De qua ciuitate es tu? Qui rñdens, aiebat: Ex vna tribu Israel ego sum seruus tuus:] i. de illa vel illa vrbe ac tribu sum oriundus. [Rñdebatq; ei Absalon: Videnť mihi sermones tui boni & iusti.] Ex his verbis elicitur, ꝙ Absalon etiam interrogabat viros qd causæ haberent, & cur vellẽt accedere regem. Ad quod cũ illi rñdissent, dixit. [Videntur mihi sermones tui boni] i. rationabiles & iusti, cùm tñ multi haberent causas iniustas: sed ambitiosus adulator oĩbus conabatur placere, non timẽs Deum offẽdere ac mentiri. [sed non est q te audiat constitutus à rege,] i. rex senio & multis causis grauatus, nõ satis ꝓuidet de iudicibus, qui causas expediant populi [Dicebatq; Absalon: Quis me cõstituat iudicẽ] i. regẽ seu iudicẽ principalem [super terram?] i. super filios Israel cõmorãtes in terra hac, q.d. desiderio boni cõmunis opto ꝑesse, cùm pater iam senex negligensq; cõsistat, [vt ad me veniant oẽs qui habent negocium, & iuste iudicem? Sed & cùm accederet ad eum homo, vt salutaret illũ, extendebat manum suam, & apꝑhẽdẽs, osculabať eum] osculo adulationis. Triplex quippe ponitur osculum, s. adulationis, proditionis, & dilectionis. Faciebatq; hoc om̃i Israël venienti ad iudiciũ, vt audiretur à rege.] i. indifferenter cunctis viris venientibus ad regis iudicium, se fictè humilians, iuxta illud: Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo, iustumq; simulans, qa sine personarũ acceptione faciebat hoc maioribus atq; minoribus. [Et solicitabat corda virornm Israel.] i. diuersimodè inquietauit corda illorum, & fecit eos solicitos pro ipsius ꝓmotione ad regnum. Vndè q̃dam exponũt: Solicitauit, i. inclinauit corda illorũ ad se, atq; (vt fertur) in Hebræo habetur, furabatur corda eorum, i. per talia blãdimenta ita traxit corda ipsorum in se, & eorũ bñuolẽtiã sumpsit, ꝙ quasi extra se & in ipsum transpositi erãt, ꝑsertim ꝙ talis ac tantus, tãq; amabilis & decorus, tam charitatiuè, piè, & humiliter circa ipsos se habuit. Propter ꝙ reputabant eum regno dignissimũ. [Post quatuor aũt annos] qñ vidit populum tam inclinatum ad suã ꝓmotionẽ, [dixit Absalon ad regẽ Dauid:] Vt refert Lyra, in Hebræo habetur, post 40. annos, & ꝙ falsa sit litera habens, post quatuor annos, vitioq; scriptorum corrupta ꝓbat: quia à fuga Absalonis vsq; ad hęc plures anni fluxerunt. Absalon nãq; tribus annis fuit in Gessur, vt iã patuit. Duobus quoq; annis fuit post hoc in Hierusalẽ, anteq̃ venit ad regis ꝑsentiam. Posteà fecit sibi currus & equites, & populũ modo ꝑhabito solicitauit, ad quæ om̃ia faciẽda videť indiguisse ad minus annis duobus. Verùm ista obiectio faciliter solueretur, quia qui legunt, post quatuor annos, exponunt sic, quia duobus annis fuit in Hierusalẽ, regẽ non videns. Deindè ad regẽ ingressus, & posteà per duos años cũ fecisset sibi currus & equites, blanditus est populo: sicq; cõputatio horum annorum inchoatur à reditu Absalonis in ciuitatem Hierusalẽ. Veruntñ verus textus habet, post quadraginta annos: sic quoq; Hieronim⁹ transtulit, & quidam libri correcti sic habent. Porrò in lib. de Hebraicis quęstionibus, computatio horum quadraginta annorum incipitur à tempore quo Saul sacerdotes occidit, qm̃ Dauid fuit aliquo modo causa atq; occasio interfectionis illorum, quia nimis apertè petiuit ab Achimelech panes & gladiũ, cùm sciret ibi adesse Doeg Idumæũ, de quo ꝓbabiliter timuit, ꝙ referret ista Sauli: idcirco fit hîc illius tẽporis mẽtio, qm̃ illa ipsiu Dsauid culpa, fuit partim causa huius rebellionis Absalonis aduersus Dauid. Nec obstat quod dictũ est, hãc rebellionẽ euenisse ꝓpter peccatum Dauid cum Bethsabee & cõtra Vriam: quia plura peccata possunt esse causæ partiales eiusdẽ pœnæ à Deo illatæ aut inferendæ. Hæc etiam scribit Lyra, & cõcordat satìs cum verbis Petri Comestoris, dicentis: Alia litera habet post quadraginta annos. Quadraginta em̃ anni fluxerunt, ex quo occisi sunt sacerdotes Nobe, qui ponũtur hic, vt monstretur diuinã vltionẽ suscitari super Dauid, eo ꝙ Achimelech sacerdotẽ fefellit. Additq; Lyra, R. Salomon dicit, ꝙ isti quadraginta anni incipiunt à tempore quo populus Israel petiuit regem contra Samuelis persuasionem. Cuius rei fit hîc memoria, qm̃ prima facie videbatur magnum malum rebellio Absalonis, sicut & Samuel prænunciauit, ꝙ petitio populi de concessione regis, non erat ad bonum. Sed cõtra scribit R. Paulus, dicens. Licet Dauid fuisset causa occasionalis occisionis sacerdotum, non tñ culpabiliter attribuendũ est ei, tũ quia scriptura nõ imponit ei huius modi

Marginalia: 2. Reg. 13. — Deute. 16. — Eccl. 19. — 2. Regũ 13. — Hierony. — 1. Regũ 22. — 1. Regũ 21. — 2 Reg. 11. 12 — Pet. Co. hi: libr. 2. Re. cap. 15. — 1. Rẽg. 21. — R. Salomõ — 1 Reg 8. 12 — Ra. Paulus

modi culpam,tum quia nō debeat ꝑsumere in Saule esse tantā malitiā,ꝙ occideret sacerdotes,ꝓpter hospitalitatē sibi ab eis exhibitiam,qa nōdum fuit à Saule publicè eiectus,tū quia puersitas ipsius Doeg nōdum erat Dauid nota. Ex quib⁹ videt, ꝙ gestum hoc Absalonis, nullā hebet cōtinuationem ad petitionem populi de rege Instituendo. Hīc cōputatio horū quadragīta añorum videret melius Inchoari à p̄ia vnctiōe Dauid in regē,de qua suprà 1. Re. lib.quæ vnctio fuit post petitionē populi memoratam,& ante sacerdotum occisionem,Nam 1. Reg. 16. in prima illa vnctione Dauid,dictum est:Directus est spritus dñi in Dauid à die illa & in reliquum,quod cómuniter exponitur de spiritu fortitudinis atq; constātiæ,q post illam vnctionem cœpit Dauid famosissimus fieri, & ꝓmotus in regem , victoriosissimus fuit. Cuius opositum videt ei cōtigisse in ꝑsequtiōe sibi illata à ꝓprio filio, & deturpatione vxorū suarū à filio suo:ideo rectè incipitur cōputatio horū annorū ab illa inunctiōe, vt opposita iuxta se posita,clariùs innotescāt. Sed in his verbis Rabbi Pauli multa reꝑhensibilia cōtineri recensentur.Primū est, ꝙ dicit scripturā nō attribuere culpabiliter ipsi Dauid sacerdotū occisionē. Scriptū est,em̄ primo lib. ꝙ Dauid dixit Abiathar filio Achimelech pontificis interfecti: 1. Reg. 22. Ego sum reus omniū animarū patris tui, i.interfectionis ꝑsonarum omniū sacerdotū illorū. Aliud est,ꝙ dicit ipsum Dauid nō debuisse ꝑsumere tantā malitiā esse in Sal, qa nondū eiectus fuit publicè ab eodē:qa (vt in 1. lib.recitatur)Saul spæ nisus fuit, etiā corā multis,occidere & ꝓdere:ipsum Dauid,anteq̄ venit ad Achimelech sacerdotē,& tam manifestè ꝑsequebatur ipsum Dauid,ꝙ putauit sacerdoti pontifici hoc cognitū esse.Propterquod (vt in 1. lib.legit̄)dixit pontifici,Quare coniurastis aduersum me,tu & filius Isai? Et rursus ad emissa 1.Re.18.19. rios:Man⁹(inqt)eorū cū Dauid est,sciētes ꝙ fugisset,& nō indicauerūt mihi.Tertiū est ꝙ dicit puersitatē ipsius Doeg,nondū fuisse cognitā ipsi Dauid.Scriptū est em̄ 1.lib. quēadmodū 1. Reg. 22. Dauid dixit Abiathar sacerdoti:Sciebā ꝙ cùm ibì esset Doeg, certissimè annunciaret Sauli. Vndè (vt dixi superiùs) qiua Dauid hoc sciuit,debuisset pontificem auisasse, & ea quæ egit cū eo,occultè fecisse. Verūtamē reor difficulter posse saluari, ꝙ computatio annoꝝ illorū inchoanda sit à tempore quo Saul Sacerdotes occidit, si bene pēsetur,ꝙ Dauid nō vixit nisi septuaginta añis,& quadraginta añis regnauit, Ipseq; Salomō cū cœpit regnare,fuit circiter vndecim añorū,vt infra habebitur,ita ꝙ Dauid fuit circiter quinquagintanouē annorū,qñ cum 3. Reg. 2. Bethsabee peccauit,post quod peccatum vsq; ad istā rebellionē Absalō cōtra Dauid, fluxerūt ad minùs septē añi,vt patuit,imò plures. Nā post ipsius Thamar opperessionē, fluxerunt 2. Reg. 11. duo añi ante ipsius Amnō occisionē. Post quā fuit Absalō in Gessur trienio, deinde In Hie- 2. Reg. 13. rusalem bieñio,anteq̄ vidit faciem regis,& post hoc (vt dictū est) fluxerunt circiter duo anni 2. Reg. 14. quibus populū sibi attraxit,qui simul sunt nouē anni. Itaq; post annos ꝑfatos dixit Absalon ad regē:[Vadā & reddam]i.persoluam[vota mea quæ voui domino]i.sacrificia quæ Deo offerre promisi [in Hebron] vrbi notabili tribus Iudæ. [vouēs em̄ vouit seruus tuus cùm esset Io.10.13.15. in Gessur Syriæ,]quia regio ista Gessur fuit pars Syrie,[dicens:Si reduxerit me dñs In Hierusalē,sacrificabo dño]per manū sacerdotis in Hebron, nōdum em̄ fuit templum constructū, Ideo extra Hierusalem licuit sacrificare. Sed istud Absalon creditur cōfinxisse,vt sub specie religionis patrē suū deciperet,& ꝓpositum suæ rebellionis exequeretur,faciēdo conspirationem in Hebrō vrbe famosa & sancta,iuxta quam fuit spelūca duplex, in qua cum suis cōiugibus sepulti sunt quatuor magni patriarchæ, videlicet Adā, Abrahā, Isaac & Iacob, Eua, Sara Gen. 23. 25 Rebecca & Lia,in qua etiā vrbe cœpit Dauid regnare. Hīc & Absalō voluit ibi incipere.[Di- Gen.35.49. xitq; ei rex Dauid: Vade in pace. Et surrexit,& abijt in Hebrō. Misit autē Absalon explorato- 2. Reg. 2. res]i. cursores & obseruatores[in vniuersas tribus Israel,]i. ad aliquas vrbes tribuū singularū,[dicēs:Statìm vt audieritis clangorē buccinæ,dicite:*Regnabit Absolon in Hebrō.] Absalon & consiliarij sui ita instruxerūt nūcios, ꝙ eodem die, cadēq; hora eis ꝑfixa, vnusquisq; *Regnauit eorū In vrbe sibi deputata insonuit buccina. Quò facto,alij ei associati clamauerūt:Regnabit Absalon in Hebron. Sicq; fiebat in qualibet vrbiū ad quas erāt directi, eadē etiā hora fiebat ita in Hebron.[Porrò cum Absalon ierūt ducēti viri de Hierusalem vocati,]quos rogauit secum venire,vt putarentur sibi fauere,& pauciores cum Dauid manerent. Nec dubiū quin isti erant viri multū notabiles,[euntes simplici corde,& causam penitus ignorantes,] ob quam Absalon eos secum assumpsit. [Accersiuit quoq; Absalon Achitophel Giloniten de ciuitate sua Gilo,]i. de vrbe nomine Gilo,[consiliariū Dauid] ꝑcipuum. Dicunt aūt aliqui, ꝙ Achitophel animauit Absalonē cōtra Dauid, eo ꝙ Dauid adulteriū egit cum Bethsabee filia 2. Regū. 11. filij sui.[Cumq; imolaret*hostias]q̄si Deū honorās,adiutoremq; habēs,[facta est cōiuratio * Victimas valida,] ita ꝙ fortiter astrinxerāt se assistere Absaloni.[Populusq; concurrēs augebatur cum Absalō]i. de singulis tribub⁹ multi festinātes conuenerūt ad Hebrū, ad cōplacendū assistēdūq; Absalōi.[Venit igit̄ nūcius ad Dauid,dicēs: Toto corde vniuersus Israel sequit̄ Aasalō.] i. multi de qualibet tribu adhærēt ei vt regi. [Et ait Dauid seruis suis q erant cum eo in Hierusalem:Surgite,& fugiamus.neq; em̄ erit nobis effugiū à facie Absalon.] nisi iā festinemus

 exire.

exire. Dauid cóscius sibi malorũ quæ fecerat, ac reminiscés cõminationũ sibi per Nathan factarum, formidauit succũbere propter sua peccata, propter quorum demerita, timuit Absalonẽ posse diuina virtute preualere, tanq̃ flagellũ diuinæ iustitiæ contra se suscitatum. [Festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat ciuitatẽ in ore gladij. Dixerũtq; serui regis ad eũ: Omnia quæcũq; pceperit dñs noster rex, libẽter exequemur serui tui. Egressus est ergo rex, & vniuersa domus eius] i. domestici [pedibus suis:] qa humiliauit se rex coram Deo, vt misericordiam consequeret: idcircò noluit cum apparatu & pompa equestri exire, & stetit procul à domo, vt videret qualiter alij irent aut secũ manerent. [Et reliquit rex decem mulieres concubinas] i. secũdarias coniuges, [ad custodiendam domũ] palatij. vndè videtur, ꝙ alias sex vxores principales secũ eduxit, aut alicubì ad locum securũ transmisit. [Egressusq; rex & oẽs Israel pedibus suis, stetit procùl à domo, & vniuersi serui eius ambulabant iuxta eũ, & legiones Cherethi & Phelethi] quæ nomina diffusè exposita sunt suprà, [& oẽs Gethæi pugnatores validi] Sicut cõmuniter dicitur, hi fuerant Philistæi, [sexcenti viri qui secuti eum fuerant de Geth, pedites precedebant regẽ:] & erant conuersi ad Iudaismũ, qui benefecerunt ipsi Dauid, qñ latuit in Geth vrbe Philistinorum tẽpore Saul. Exierunt quoq; cum Dauid sexcenti viri, qui adhæserunt ei sub persequutione Saulis, vt Iosephus scribit. [Dixit aũt rex ad Ethai Gethæum:] i. oriundum de Geth, qui secundũ scholast. historiam, fuit filius Achis regis Philistijm, ac principalis inter sexcentos Gethæos præfatos, q ex consideratiõe virtutũ Dauid, secutus est eũ, & factus ꝓselytus. [Cur venis nobiscũ? Reuertere & habita cum rege,] i. cũ Absalon, quẽ assumpserunt pro rege, & tũc non erat rex de iure, scilicet intrusit se ipsum, [quia pregrinus es, & egressus es de loco tuo.] i. de aliena terra huc aduenisti. [Heri venisti,] i. nuper seu præterito tẽpore non diu elapso, [& hodiè compelleris nobiscũ egredi] timore Absalonis: ideo magis cõdoleo tuæ aduersitati. [Ego aũt vadã quò itur⁹ sum.] i. quò De⁹ voluerit ac disposuerit, quod ego ipse adhuc ignoro. [Reuertere, & reduc tecũ fratres] i. ꝓpinquos & cõpatriotas [tuos, & dñs faciet tecum misericordiam & veritatẽ, qa ostẽdisti gratiã & fidẽ,] i. bonũ fauorẽ ac fidelitatem ad me, quia ita te offers ad subeumdũ pericula mecũ, & ꝓpter me. [Et rñdit Ethai regi, dicens: Viuit dñs, & viuit dñs me⁹ rex, qm̃ in quocũq; loco fueris domine mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seru⁹ tuus. Et ait Dauid Ethai: Veni & trãsi. Et trãsiuit Ethai Gethæus, & rex & oẽs viri q erãt cũ eo, & reliqua multitudo. Oẽsq; flebãt voce magna:] ꝓpter tã inopinatã & magnã aduersitatẽ, regi à ꝓprio filio suscitatam. [& oms popul⁹ trãsibat. Rex verò trãsgrediebat torrentẽ Cedrõ, & cuncti popul⁹ incedebat cõtra viã oliuæ quę respicit ad desertũ. Venit aũt & *Zadoc sacerdos & vniuersi Leuitæ cũ eo, portantes arcam fœderis Dei, & deposuerunt arcã Dei.] i. in loco apto reuerẽter posuerunt. [Et ascendit Abithar] qui erat tũc pontifex, & corã oĩbus ascendit ad orandũ iuxta arcam, vt cõsuleret dñm, qd esset ipsi Dauid agẽdum, sed dñs nõ dedit respõsum: A cẽdit aũt [donec expletus esset oĩs populus qui egressus fuerat de ciuitate:] i. donec oẽs trãsierũt, vt sic seorsum oraret deuoti⁹. [Et dixit rex ad Zadoc: Reporta arcã Dei in vrbẽ] Nẽpe ex quo dñs non dedit rñsum, aduertit Dauid dñm nondũ sibi esse recõciliatum, q̃tum ad pœne dimissionẽ: idcricò arbitrabatur se indignũ p̃sentia arcæ. [Si inuenero gratiã in oculis dñi, reducet me] in Hierusalẽ, & ostendit mihi eam,] i. arcam inuolutam, quam nudã videre nec regi licebat, [& tabernaculũ suũ. Si autem dixerit mihi, nõ places,] i. nolo vt amplius regnes, [Presto sum] obedire volũtati ipsius, & sustinere ꝙ mihi inflixerit. [faciat quod bonũ ęst coram se. Et dixit rex ad Zadoc sacerdotẽ: O vidẽs,] i. ꝓpheta: vndè videt Zadoc prophetiæ spm̃ habuisse, nisi forsan dicat ꝓpheta & vidẽs, qa in diuino obsequio psallentib⁹ & ꝓphetarum oracula recitantib⁹ p̃erat. Vndè & 1. Re. 10. & 19. Saul & alij ꝓphetasse dicuntur. In epistola quoq; ad Cor. ꝓphetæ vocanı̃ interpretatores scripturæ, vt cùm ait Apost. 1. Cor. 14. Prophetæ duo aut tres dicant. & cæteri taceant, [reuertere in ciuitatẽ in pace, & Achimaaz filius tu⁹ & Ionathan filius Abiathar duo ñlij vestri sint vobiscũ. Eccè ego abscondar in campestrib⁹ deserti, donec veniat sermo à vobis indicans mihi. Reportauerũt ergo Zadoc & Abiathar arcam Dei in Hierusalẽ, & manserũt ibì. Porrò Dauid ascendit cliuũ oliuarũ,] i. montosum ascensũ mõtis olìueti, scandẽs & flẽs, & nudis pedib⁹ incedẽs, & opto capite:] ne videreẽ plorale, & ne alij ex suo fletu magis desolarenẽ, & nudis pedib⁹ incedẽs, sicq; maximè humiliauit se, ꝓpendens hæc oĩa mala, ꝓpter sua euenire peccata. [Sed & omnis popul⁹ q erat cum eo, operto capite ascẽndebat plorans. Nũciatum est autem Dauid, ꝙ Achitophel esset in coniuratiõe cũ Absalon. Dixitq; Dauid: Infatua, qso dñe, consiliũ Achitophel] i. ab affectu impedi illud, & da ne ei consentiaı̃ & hoc factũ est posteà. Timuit aũt Dauid cõsilia Achitophel, quia astutissim⁹ erat in cõsulẽdo. [Cũq; ascenderet Dauid sumitatẽ mõtis] oliuarũ, [in quo adoratur⁹ erat dñm,] quia ab illi⁹ mõtis cacumine videre poterat sanctã ciuitatẽ & locũ diuisi cult⁹ & illuc vertebat faciẽ suã, vt ardẽtius exoraret. [eccè occurrit ei Chusai Arachites] i. de oppido Arach natus, amic⁹ & cõsiliarius eius, scissa veste, & terra pleno capite:] quia in signum

Marginal notes: 2. Reg. 12. — 2. Regũ. 8. — 1. Regũ 27. — Iose. lib. 7. ant in ca. 9 — Pet. Co hi. sto lib 2. Reg ca. 15. — * Sadoc. — Numer. 14. — 1. Paral. 16. — 3. — 1. Reg 17.

gnum mœroris sciderat vestem suam,& pulueré sparserat super caput.[Et dixit ei Dauid: Si veneris mecú,eris mihi oneri]i.grauabis me,quia mâlo te alibi esse,vbi plùs mihi proficuus esses.Communiter aût exponitur,eris mihi oneri,quia non est aptus ad præliandum.[Si aût in ciuitatem reuertaris,& dixeris]ipsi [Absaloni:Seruus tuus sum rex, patere me viuere, sicut fui seruus patris tui,sic ero seruus tuus,dissibabis consilium Achitophel.] Videtur quòd Dauid in his verbis commiserit viro huic métiri & fallere.Rñdetur, quod fuit fraus vtilis,& verba hæc aliqua modo verificantur, quia Chusai impediuit Absaloné à diuersis sceleribus, dissipando consiliú Achitophel, & oppositú psuadendo. Et q̃tum ad hoc, seruiuit Absaloni, cooperando ei in bonum.Exhibuit quoq; ei quidá obsequia inclinando,& in quibusdá obtéperando. Ali dicunt,ꝙ non sit necesse ipsum excusare in verbis istis ab officioso mendacio, quem constat in multa mortalia corruisse peccata,& sequéti cap. legitur grauiter deliquisse. 2.Reg. 17.
[Habes autem]i. ibi habebis [tecum] in Hierusalé [Zadoc & Abiathar sacerdotes:] quos & & nunc habes spiritaliter tecum per mentis consensum, qm̃ sunt de parte mea, sicut & tu.[& omnem verbú quodcunq; audieris in domo regis,indicabis Zadoc & Abiathar sacerdotib⁹] 2. Reg. 16.
i. quicquid audieris ab ore Absalonis & fautorum ipsius,quod expediat mihi scire,núciabis mihi per sacerdotes præfatos,eorumq; filios. [Sunt enim cum eis duo filij eorú Achimaaz fili⁹ Zadoc,& Ionathan filius Abiathar,& mittetis per eos ad me omé verbum ꝙ audieritis.]Eccè qualiter S. Dauid,quamuis in Deo sperauerit,& eius voluntati resignauerit semetipsum, nihilomninùs,quantú in se erat,optauit euadere,pualere & reduci in sua,fecitq; quicqd secundú humaná prudétiam facere potuit. [Veniéte ergo Chusai amico Dauid in ciuitaté,Absaló quoq; ingressus est ciuitatem,& Achitophel cum eo.] ¶Moraliter ex p̃senti docemur cap. q̃ enorme crimé existat ambitio,qualiter menté obtenebret,vt nec patri, nec fratri, nec amico, neq; alicui parcat.q̃ multa & magna vitia orianť ex ea,videlicet simulatio,hypocrisis,mendaciú,adulatio,odium,dissensio,schisma,traditio,incestus,coniuratio, cóspiratio, homicidiú, imò & patricidiú, rebellio,& quasi in oíbus reflexio ad seipsum. O si bene pensemus q̃ periculosum & stultú est ad p̃sidentiam anhelare,ad curata officia aspirare, velle p̃esse, p̃cipere, & non magis subesse ac obedire,nõne iudiciú grauissimum in his q̃ præsidét, fiet? Sed quale iudicium imminet eis, q̃ ambitiosè se ingerút, aut suspiciosè & inordinatè in officijs & p̃sidentijs se cóseruant? Hi enim eo ipso quo tales sunt, indigni sunt adiutorio spũs sancti ad salubriter p̃sidendum,sine quo fructuosè nemo valet præesse. Excæcati & miseri isti,ad se ipsos insipiéter reflexi,nõ aduertunt diuini rigoré iudicij: & q̃ horrendú sit incidere in man⁹ Dei viuétis, & ꝙ totiès ad apostasiæ crimen labanť, quoties hoíbus præesse cupiút aut conanť, vel delectátur. Idcircò sunt filij primi illius apostate, qui est rex super oés filios ambitionis atq; superbiæ.Heu q̃ multi etiá spiritales & Ecclesiastici, modo sectanť ambitioné, adulationes, virulétaq; oscula,ac cætera vitia Absalonis,q bonos p̃sequuntur p̃latos,ac detrahédo & infestando moliunť eos occidere,quo ad esse bonę famæ,ꝙ in proximorú cordib⁹ habét,& spiritales patres suos nituntur de prælatione eijcere, vt ipsi subintrent. Insupèr docemur hîc patientiá,humilitaté,cópunctioné,pœnitentiam,fletú ac pœnitétialé afflictioné S. Dauid p̃pendere & sectari, qui expulsioné suam tam tranquillè ac patientissimè tulit, & sua vberrimè deplorauit peccata, nec malú quid de suo loquebať p̃sequutore, imò & obtulit se ad oém correctioné Dei paratú,sicut fateť Ps. 37.Qm̃ ego in flagella parat⁹ sum.Simili modo & nos,qcquid aduersitatis,correptionis,p̃sequutionis,damni, diffamiæ, infirmitatis cótigerit nobis, studeamus æquanimiter tolerare,& impleam⁹ ꝙ scriptú est:Nõ vlciscamur nos p̃ his quę patimur,sed reputátes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse,flagella dñi (quasi serui q corripimur)ad emédationé,& nõ ad p̃ditionem, nostrá euenisse credamus. Postremò,sicut Dauid cóndoluit Ethai Gethæo & viris ipsius, sic cópatiamur & nos eis, qui occasione nostrî patiuntur aduersa,qbus grati & consolatorij esse debemus, & q̃uis Dauid consuluit viris illis reuerti & habitare cum Absalone,non tamen communicare ei in vitijs.
Sap. 6.
Heb. 10.
Iob. 41.
Iudith. 8.

¶ Elucidatio cap.16. Cumq; Dauid transisset paululùm verticem montis. Art. 25.

CApitulú iam elucidandú enarrat,qualiter Dauid inter tot aduersa quandá habuerit prosperitaté,& occasione illius inciderit magnam culpam : & qualiter mox p̃ suis peccatis graué sustinuerit cófusioné,sicq; ad hoc tandé deuentú sit, ꝙ pro adulterio ꝙ cómisit, vxores quoq; ipsius sunt violatæ violatióe ignominiosissima à p̃prio filio.[Cumq; Dauid transisset paululùm verticé mótis]oliueti,in quo deuotè orauit,sicut p̃cedenti habetur cap.[apparuit]i.regi occurrit[Ziba puer]i.minister ipsius[Mephiboseth in occursú eius cú duob⁹ asinis,q onerati erát 200.panib⁹& 100.alligaturus vuæ passæ,]i.ita cófectæ,& poniť singulare p̃ plurali: quoniá multas vuas sic cófectas & colligatas adduxit, [& 100.massis palatharú,]i. sicuú inter tabulas compressarum,[& duobus vtribus vini]i.vasis de corio factis,vino repletis [Et dixit rex Zibæ:Quid sibi volunt hæc?]i.cur ea attulisti?[Respondítq; Ziba : Domine mi rex, asini domesticis regis,]i. pro vsu seruorum tuorum, [vt] si qui præ lassitudine aut infir- 2. Reg. 15.

mitate non poterũt ire, ſuper aſinum[ſedeant,& panes & palathæ ad veſcendũ pueris tuis, vinũ aũt vt bibat, ſi quis defecerit in deſerto. Et ait Rex: Vbi eſt filius dñi tui?]i. Mephiboſeth, de cuius abſentia Dauid mirabaĩ, cùm feciſſet illi tot bona[i. Rñditq; Ziba regi: Remanſit in Hieruſalẽ, dicens. Hodiè]i. tẽpore iſto[reſtituet mihi domus]i. populus[Iſrael regnũ patris mei,]i. Iſraeliticum regnũ, quod fuit Saulis aui mei, & deuolutum fuiſſit ad Ionathan patrem meũ ſi ſuperuixiſſet. Iſtud impi⁹ Ziba iſte malitioſè cõfinxit ex auaritia, vt ſ. rex cõtra Mephiboſeth amaricat⁹, reputaret eũ quaſi reum læſæ maieſtatis, atq; ob hoc priuaret eũ ſua hæreditate, conferretq; eam ſibi, tanq̃ zelãti pro rege, & aſtanti ei in tanta aduerſitate. Etenim Ziba iſte oĩnò putauit Abſalonem vincendũ, & regẽ Dauid cũ ſuis ꝑualiturum, ſciens Dauid diuinitùs electum & vnctũ in regẽ, & ſemp ꝓtectum & adiutũ à dño, quem etiã ſciuit prudentiſſimũ in bellicis rebus, fortem, magnanimũ, & ſtrenuiſſimos viros ſecum habentẽ: ideo ſtuduit ei occurrere & placere, ac neceſſaria miniſtrare, vt ex his cõmoda reportaret. [Et ait rex Zibæ:
2. Reg. 9. Tua ſint oĩa quæ fuerunt Mephiboſeth.]i. oĩa bona ſua do tibi. Quidam tũ exponunt hoc de terris & agris, quos Dauid dedit Mephiboſeth, prout dictũ eſt ſuprà. In hac re Dauid multipliciter, grauiterq; peccauit. Primò, ita faciliter credendo accuſatori ſine teſtium adhibitione. Secundò, tam inordinatè ꝓferendo iudicium, vtpotè ſine accuſati auditione, ſine accuſationis examine, ſine debita mora ſeu deliberatione. Tertiò, innocentẽ ſuis bonis priuando, & ea peſſimo accuſatori donãdo, & ex hoc inexcuſabilior fuit rex, qm̃ aliundè frequenter fuit expert⁹ virtutes Mephiboſeth: idcircò nõ debuit tã faciliter credere accuſationi cõtra ipſum delatæ. [Dixitq; Ziba: Oro inueniã grãm coram te dñe mi rex.] Q.d. adulator iniquus, artifexq; mẽtitor: Potiùs optò gratiã & fauorẽ regis, q̃ tẽporalia cõmoda ac munera eius. [Venit ergo rex Dauid vſq; Bahurim.]i. locũ ſic dictũ. [Et eccè egrediebatur vir indè de cognatiõe dom⁹ Saul, noĩe Semei, ñli⁹ Gera,] cognatus Saulis, nat⁹ de Beniamin. Infrà Semei iſte ait ad Dauid: Prim⁹ veni de omi domo Ioſeph in occurſum regis, ergo fuit de tribu Ioſeph. Ad hoc
1. Regũ 19. qdam rñdet, quòd Semei ex parte matris fuit de cognatiõe Saul, tribuq; Bẽamin, ſed ex patre patris de tribu fuit Ephraim. Hoc quoq;, vt in quadã legi expoſitione, dicũt Hebræi. Alij ſcribũt ꝙ reuerà ex patre patris fuit de Beniamin, ſed de domo Ioſeph ferĩ fuiſſe, qm̃ habitauit in terra tribuq; Ephraim, filij Ioſeph. Vel ſecundũ quoſdã, ex parte matris fuit de Beniamin tribu. Veriùs aũt videĩ, ꝙ ex parte patris fuit de Beniamin, qm̃ in vet. teſt. viri cõmuniter nomẽ acceperant ex parte patris. Cùm ergo dicatur fuiſſe de cognatiõe Saul, videtur ꝙ ex patre pa-
Num. 36. tris fuerit Beniamita. ¶ Sed tũc rurſus oritur q̃ſtio, qualiter fuerit de alia tribu ex parte patris q̃ matris, cùm ſecundũ legẽ vir & vxor debuerint de eadẽ eſſe cognatiõe & tribu. Ad ꝙ rñdetur, ꝙ ratio illi⁹ ꝑcepti fuit, ne in añó iubileo fieret cõfuſio fortiũ, hæreditate vnius trib⁹ deueniẽte ad aliam: ideo mulieres quæ nõ ſuccedebant in hæreditate paterna, poterant ducere
1. Reg. 18. viros alterius tribus, ſicut & Dauid de tribu Iuda, habuit coniugem Michol de Beneamin tribu. Itaque Semei, quem Hebræi fabulantur fuiſſe Nabad patrem Hieroboam, vt in Scholaſtica fertur hiſt. [procedebatq; egrediens & maledicebat, mittebatq; lapides contra Dauid,
Pet. Com. hiſt lib. 2. Re. cap. 15. & contra vniuerſos ſeruos regis Dauid. Omnis aũt populus & vniuerſi bellatores à dextro & à ſiniſtro latere regis incedebant. Ita aũt loquebatur Semei cùm malediceret regi: Egredere egredere] hoc dixit ſubſanatoriè, quaſi diceret, dignus es expulſione, & repetitio fuit confirmationis indiciũ. [vir ſanguinum,] hoc eſt, copioſus in homicidijs. [& vir Belial,]i. ſine iugo rationis atq; iuſtitiæ, hoc eſt, tyrañicè. [reddidit tibi dominus vniuerſum ſanguinẽ dom⁹ Saul:]i. pœnam ꝓ occiſione eorum qui de domo Saul occiſi ſunt, vt tu regnares, inflixit iam tibi, [quoniam inuaſiſti regnum pro eo, & dedit dominus regnum in manu Abſalon filij tui. Et eccè premunt te mala tua,] id eſt, aduerſitates quas ſuſtines pro tuis peccatis, ꝙ aliqualiter verum eſt, quamuis non ſecundum intentionem Semei huius. [quoniam vir ſanguinum es. Dixit autem Abiſai filius Saruiæ, regi: Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? Vadam, & amputabo caput eius. Et ait rex] Abiſai, volenti vlciſci tantam regis iniuriã: [Quid mihi & vobis filij Saruiæ? hoc eſt, cur intromittitis vos de vindicta iniuriæ meæ nolẽte me? ex quo quidam eliciunt, quod & Ioab volebat occidere virum illum iniquum. Vel loquitur ita Dauid, quia Abiſai & Ioab fratres vterini, quaſi in omnibus conſenſerunt: vel eo modo quo quid aſſcribitur communitati, quia vni ex ea id competit. [Dimittite eum, vt maledicat.] hoc eſt, nõ reſiſtatis in ordinatè, nec impediatis illud, inquantum eſt malum pœnale per reſpectum ad me, quia aſpernationem iſtam promerui. [Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid. Et quis eſt qui audeat dicere, quare ſic fecerit? Dimitte eum, vt maledicat mihi, iuxta præceptum dñi, ſi fortè reſpiciat dñs afflictionem meam] i. quatenus Deus dignetur acceptã habere patientiam, q̃ aduerſa hæc oĩa æquanimiter tolero, [& reddat mihi bonũ,]i. veniã & gratiam, reductionẽ quoq; in regnũ & gloriam æternalẽ, [pro maledictiõe hac hodierna.]i. merito patiẽtiæ qua eam ſuſtineo. Et bñ ait, ſi fortè, qm̃ abſq; reuelatiõe Dauid ſcire nõ quit, ꝙ ex charitate ſeu meritoriè ꝑtulit illa. [Et ait rex Abiſai & vniuerſis ſeruis

ſuis:

suis: Ecce fili⁹ me⁹, q egressus est de vtero meo:] nō ꝙ aĩa sit ex traduce, sed ꝙ semē ex quo nascitꝰ ꝑles, sit ex vētre & lūbis pr̃is, in cui⁹ semine vis formatiua cōsistit, [q̄rit aĩam meam] i. vitā meam aĩalem, naturalem & corporalem conatur extinguere: [quanto magis hic] Semei [fili⁹ Iemini maledicet mihi?] i. viri talis de semine Beniamin nati, prout 1. Par. 18. habetur. Quidā tñ per Iemini, intelligunt virum vilem ac rusticum. ¶Circa hæc quæritur, quia si dñs præcepit huic Semei maledicere Dauid regi, ergo non peccauit in hoc, sed Deo obediuit ac meruit. Quod si ita est, ergo Dauid iniustè p̄cepit Salomoni interficere virum illum propter hanc maledictionem, vt infrà 3. Reg. 2. habetur. Et r̃ndendum, ꝙ quicquid entitatis & actualitatis est in actu peccati, est vtiq; a Deo, à quo est omne esse & agere, oĩs essentia, virtus & actio: sed deformitas actus illius, videlicet ipsa auersio à rectitudine rationis & veritate iustitiæ, quod est formale peccati, non est directè, sed solum permissiuè à Deo, nec habet causam efficientē sed deficiētē. estq; directè à libertate arbitrij, in q̄tū ex nihilo, & defectiua ac errans, sicut in fornicatione & adulterio quicquid est essentiæ, virtutis & actiõis partis vegetatiuæ seu gñatiuæ, à Deo est: sed ꝙ act⁹ illi ꝓcedunt à voluntate inordinata, corrupta & defectiua, ē directè à libertate, inquantū ex nihilo est & defectuosa errãsq;: q̄ q̄tùm ad hoc, est poti⁹ casus ab ente & non ens q̄ ens. Sic in ꝓposito ꝙ Semei vir vnus audebat regi & militib⁹ eius tantā irrogare iniuriam, fuit à Deo, q̄tùm ad id ꝙ potissimum fuit in illa audacia, in q̄tum Deus p Semei voluit punire regis excessum: abusus verò illius audaciæ, vtpotè ꝙ Semei peruersa intētione hoc egit, in quo fuit culpa, non fuit à Deo. Et iuxta hunc modum in Hierem. Ezechiele, alijsq; ꝓphetis multotiès legitur Deus excitasse, vocasse, mouisse Chaldæos, aliosq; Gentiles ad vastandum filios Israël, inquantū iusto iudicio p illos puniuit populum suū. Illi tñ peruersa intētiõe fecerunt hoc, ꝓpter ꝙ meruerunt perire. Propter quod per Esaiam ait dñs de rege Assyriorū Væ Assur, virga furoris mei & baculus ipse est. Ad gentem fallacē mittā eū, ipse aūt non sic arbitrabitur, sed ad cōterendum erit cor eius. Sic quoq; dicitur Deus per Iudæos implesse ea q̄ de Chr̃i passione per ꝓphetas p̄dixit, quemadmodū sacratissim⁹ princeps Apostolorum protestatur: Deus qui p̄nunciauit per os oĩm ꝓphetarum pati Chr̃m suum, impleuit sic. [Ambulauit itaq; Dauid & socij eius per viam cum eo, Semei aūt per iugum montis] i. per mōtis cacumen, [ex latere contra illum gradiebatur,] quem etiam ꝓpria inuidia atq; diabolus contra regē tā patiētē excitauerūt. [maledicēs, & mittēs lapides aduersum eū, terramq; spergens. Venit itaq; rex Dauid & oĩs populus] ei⁹ [cū eo lassus ad Iordanē, & refocillati] i. cibo, potu, & q̄ete recreati. [sunt ibi. Absalon aūt & oĩs populus ei⁹ ingressi sunt Hierusalem, sed & Achitophel cū eo. Cùm aūt venisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalō in Hierusalem, in palatio regis, [dixit: Salue rex, salue rex.] Nā veram ei⁹ salutē, videlicet cessationē à malo incepto, pœnitentiāq; cupiuit. [Ad quē Absalon: Hæc est, inq̄t, gr̃a tua ad amicum tuū?] q. d. benè ostēdis p verba hæc nūc fidelitatē & pietatē tuā ad Dauid, cui⁹ vocaris amicus, à quo in tāta necessitate recedis. Quod Absalon vel increpatoriè vel irrisoriè dixit, vel ad ꝑscrutandū, an Chusai ex aĩo veniret ad se, & vt ait Hierony. Absalon non dixit hoc affectando, sed negādo. Vel, ad insinuandum ꝙ non posset homini tali faciliter credere, ne simili modo deciperet̃ ab eo. [Quare non iuisti cū amico tuo? R̃nditq; Chusai ad Absalō: Nequaq̄] supple infidelis sum amico meo Dauid, q secundū te iusto iudicio est expulsus, [q̄a illius ero] i. tibi adhærebo, [quem elegerit dñs] saltē permissiuè, [& oĩs hic populus & vniuersus Israel, & cum eo manebo] corpore, nō cordis intentione. Quanuis hæc verba possent in aliquo sensu à mēdacio excusari, qui ad tempus corporaliter fuit cum Absalon, tñ prout Absalon ea accepit, vera non erant, nec à talibus venialibus culpis necesse est ipsum Chusai ac similes excusari. Nam subditur, [sed vt & hoc inferam,] i. decet vt adijciam verba sequentia, ex quo pateat ꝙ infidelitatem non exhibeo patri tuo. [Cui ego seruiturus sum?] quod interrogatoriè dixit, idcircò r̃idet: [Nónne filio regis?] Ac si dicat: Si alieno regi, relicto Dauid, adhærerem, posset interpretari in malū: non aūt ꝙ filio regis prioris adhæreo. [Sicut parui] i. obediui [patri tuo, ita parebo & tibi] in licitis. [Dixit aūt Absalon ad Achitophel: Inite consilium] i. conuenite ad consulendum, [quid agere debeamus. Et ait Achitophel ad Absalon] consilio nondum celebrato, vt videtur. [Ingredere ad concubinas patris tui quas dimisit ad custodiendam domum, vt cùm audierit oĩs Israel ꝙ fœdaueris patrem tuum,] i. turpiter inhonoraueris eum incestuoso concubitu, cognoscēdo eius vxores, Cumq; maritus & vxor sint vna caro, Absalon fœdando carnem vxorum patris sui, patrem quoq; fœdauit. Iniuria quoq; vxorum, redundat in viros, [roborentur tecum manus eorum,] i. securè & firmiter tibi assistant, certi ꝙ post tantam contumeliam patri tuo illatam nunq̄ reconciliandus sis ei. idcircò non timeant ꝙ nūc quidam eorum pauidè suspicantur, ꝙ s. tu & pater tu⁹ tandē reconciliabimini, sicq; ipsi ingratitudinem sustinebunt, & displicebūt tam tibi q̄ patri tuo, eo ꝙ in ista rebellione te foueāt. Aliqui opinantur, ꝙ & ideo Achitophel consuluerit istud, q̄m Dauid fœdauerat Bethsabee neptē ipsius Achitophel. Veruntñ quamuis istud consilium & tantus incestus poterant populum certificare de eo quod dictum est,

Esa. 47. 48. Hierē. 21. 32. 39. Ezechi. 12. 17. 22. Esaiæ 10. Actor. 3.

Hierony.

Gen. 2.

2. Reg. 11.

est,& ꝙ Absalō ex aīo ipsum Dauid pseqret:tñ ex tãtis flagitijs patuit,ꝙ factū Absalonis non erat secundū Deū,& ꝙ ei⁹ promotio Deo non complaceret: ideo si in populo illo erant aliq verè sapiētes & virtuosi,displicuit eis talis processus.[Tetenderunt ergo Absalon tabernaculum in solario.Ingressusq; est ad cōcubinas patris sui coram vniuerso Israel]ibi pſente, tūcq;
2. Reg. 2. implebat ꝙ suprà dñs dixit ad Dauid per Nathan: Tollam vxores tuas,& dabo ꝓximo tuo,& dormiet cum eis in oculis solis,& faciam verbum istud in conspectu oīs Israel.[Consiliū aūt Achitophel,quod dabat in diebus illis.]reputabatur[quasi si quis cōsuleret Deum.]i.tam diligenter audiebatur & acceptabatur, ac si De⁹ consilium daret,sicq; quantum ad aliqd,simile fuit. Vndè sicut 1.Mach.de Simone dixit pater ipsius,Scio qa vir consilij est:ita Achitophel a-
1. Mach. 2. cutissimus fuit consultor, & tñ sicut vera carebat prudentia quæ vitiosis nō inest,ita nec verè salubria dedit cōsilia,q̄ sunt actus prudentiæ,q̄diu impius fuit. [Sic erat omne consilium Achitophel,& cùm esset cum Dauid,& cùm esset cum Absalon.] Istud tñ eius consilium fuit tā sceleratissimum,ꝙ propter eius impletionē Deus meritò fecisset Absalonē cum suis succumbere,& mirum,ꝙ Achitophel hoc ipsum non considerauit nec timuit.¶Præterea, ex historia huius cap.accipere possumus multa moralia documenta:Primū,ne sim⁹ nimis proni ad credēdum mala de alijs,pſertim de bonæ famę hoībus,nec detrahentibus acquiescamus, sed increpemus,auertamusq; eos,vel saltem mœstum vultum eis monstremus:qa vt Salomō ait,Per tri
Eccl.7. Prou.25. Iob 26. stitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Qui rursus fatetur: Ventus aquilo dissipat pluuias,& facies tristis linguā detrahentē:Secundū est,ne simus pcipites ad iudicādū de alijs,sed causam,quam iudex ignorat,diligentissimè inuestiget,& pars altera audiat.Impleamus ergo qd Ecc.32.docet:Fili,sine cōsilio nihil facias,& post factum non pœnitebis. Hinc 1.ad Tim.5. monet Apost.Sine piudicio,i.pūio iudicio rōnis,nihil facias,in aliam partem declinādo.Tertium est,ꝙ valdè difficile sit in magnis officijs vitare pctā,qm̄ Dauid vir tantę prudentię,tam pcipitanter dedit sentētiam contra absentē innoxiumq; Mephibosseth:ideo status officiatorum ac iudicum,est periculosus,nec appetendus. Quartum est pclarum exemplū patiētiæ magnæ,qm̄ Dauid tam mendosa & opꝓbriosissima verba cōtra se à vili homine coram tanta plebe ꝓlata,imò & proiectiōēs saxorum tam patiētissimè tolerauit,nec vlcisci permisit,imò oīa illa reputauit(Deo iubente)sibi inferri propter sua piacula,considerauitq; ea quasi vulnerum aīæ suæ remedia.Ita & nos certi de ꝓuidētia Dei,quicquid aduersum asperumq; occurrerit, patienter feramus,& quasi de manu omnipotentis pro dono suæ paternæ prouisionis accipiamus,etiam si de speciali excessu non fuerimus nobis mox conscij,cùm sciamus quod in mul-
Iac. 5. tis offendimus omnes,imò & maximè virtuosum sit,non solùm sine propria culpa, sed etiam
Matt. 5. pro iustitia pati. Et eccè tot & tanta Dauid rex tolerauit, nos autem vix increpari & corrigi volumus pro nostris peccatis,etiam à superioribus nostris.Nōnne ei qui talis est,improperatoriè dici potest illud Iob 4. Venit super te plaga,& defecisti:tetigit te, & conturbatus es? Vbi est timor tuus,fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?

¶Explanatio cap.17. Dixit ergo Achitophel ad Absalon. Art. 26.

Recitatur in isto capit. qualiter existentes cum Absalon, duplex dederunt consilium de modo impugnandi Dauid regem,& qualiter hoc ipsum regi sit annunciatum.[Dixit ergo Achitophel ad Absalon:Eligam mihi] hoc est,ad subsidium meum :[12. millia virorum] forsitā de qualibet tribu mille,ne aliqua tribus videretur contemni. voluit autem eligere 12. millia præ cęteris fortiora ac prælio aptiora,iuxta numerum 12.patriarcharum,& quia tot millia æstimauit ad aduersariorum expugnationem sufficere. [& consurgens,persequar] ipsum [Dauid hac nocte,[antequàm ad resistendum se præparet, vel loca munita ingrediatur,aut adiutores sibi adipiscatur,[& irruens]i.cum robore & impetu veniens[super eum]improuisè,[quippe qui lassus est & solutus manibus]i.viribus suis priuatus præ lassitudine,mœstitia & timore,[percutiam eum.Cumq; fugerit omnis populus qui cum eo est.percutiam regem desolatum,& reducam]ad te[vniuersum populum]qui est cum illo.[quomodo vnus homo reuerti solet]hoc est,concorditer & defacili.Nempe,vt dicunt Hebræi,Achitophel cum suis persuasit populo,quòd Dauid propter scelera sua reprobatus & abiectus esset à Deo,sicut & Saul,ideoque iustè impugnaretur,& ad filium eius Absalon regnum esset iam deuolutum [Vnum enim virum tu quæris] principaliter ad occidendum, videlicet proprium patrem, qui tibi nil forefecit,quod agendo,peccas contra legem naturalem,diuinam, ac positiuam, & ingratissimus es, cùm parentibus nequeat reddi æquiualens. [& omnis populus] tuus [erit in pace]temporali,vno illo occiso.[Placuitq; sermo eius Absalon & cunctis maioribus natu Israel]ibi præsentibus.Nam & multi erant cum Dauid,quibus non placuit,quia erat vtiq; bonum consilium ad obtinendum intentum, quamuis iniquum. Et mirum quod vniuersi illi ita erant subuersi atq; ingrati Dauid regi,per quem tot beneficia & triumphos erant sortiti,ꝙ tam sceleratissimo crudelissimoq; cōsenserūt cōsilio,cū nec afflicto sit addēda afflictio.[Ait aūt Absalon:Vocate Chusai Arachiten,& audiamus qd etiā ipse dicat.] Iam em̄ Absalō credi
dit

dit indubitáter, q̃ Chusai sibi faueret ex aĩo, & voluit tam prudenté ad se cófugienté honorare cósulédo eundé. [Cúq; venisset Chusai ad Absalon, ait Absaló ad eũ: Huiuscemodi sermoné loquutus est Achitophel. facere debemus, an nó? Quod das cósiliũ? Et dixit Chusai ad Absalon: Non est bonum] hoc [cósilium, q̃ dedit Achitophel hac vice] Q.d. q̃uis sit prudés, & cómuniter bonorũ dator cósiliorũ, tñ sicut humanũ est, pro nunc non benè cósuluit. [Et rursꝰ intulit Chusai: Tu nosti patrem tuum & viros qui cũ eo sunt, esse fortissimos.] Reges nãq; ꝑlijs occupati, solét secũ habere strenuiores, bellicosioresq; viros. [& amaro animo] indignãtes se ita expulsos, & ex cordis amaricatione paratos ad pugnandum sine formidine, [veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat.] Vrsa nanq; perditis catulis suis cũ ferocitate & mœrore circũspicit, & quem primò viderit, sæuissimè & impetuosiss. mox inuadit, putans sibi ab illo catulos suos esse subtractos. Itaq; ratione fortitudinis Dauid & seruorum ipsius, nó expedit agere sicut Achitophel consulit, & hoc Chusai conseq̃nter ꝓbat alia ratione, videlicet ex consideratione prudentię & experientiæ Dauid regis, q̃ plus valét in bellis q̃ fortitudo, iuxta illud Sap. 5. Melior est sapiẽtia quam vires & vir prudés quam fortis. [Sed & pater tuus vir bellator est] i. expertus in bellicis rebꝰ, [nec morabitur cum populo,] i. ad ꝑcauendũ ꝑiculũ, & ne tradatur ab aliquo, ad secretiora queq; confugiet loca in nocte ista. [Forsitan nũc latitat in foueis, aut in vno quo voluerit loco.] quod (vt creditur) etiam ideo dixit Chusai, qm̃ Dauid qñ fuit cùm alijs, téporibus nocturnis in deserto aut rure, consueuit causa orationis, cótemplationis & cópunctionis se absentare ad tépus, atq; in suis latibulis Deo vacare. Si em̃ domi egit in lecto, quod ait Ps. 6. Lauabo ꝑ singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo: non videtur ambiguum, qn in desertis & cãpis existés id egerit. Erat em̃ totus internus, & in sensibilibus illis deuotionibꝰ exercitatissimus, & fecit q̃ cecinit: In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibꝰ meis nocte cótra eum. Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatꝰ sum, & exercitatus sum, & defecit spũs meus. Anticipauerunt vigilias oculi mei. Et, Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spm̃ meum. [& cũ ceciderit vnus q̃libet in principio,] i. quicunq; paruus vel magnus occisus fuerit in acie tui exercitꝰ, vel in exordio regni tui, [audiet qcunq; audierit, & dicet: Facta est plaga in populo qui seq̃batur Absaló.] i. modicũ reputabitur magnum, & malum tale exaggerabitur. [Et fortissimus quisq; cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur. Scit em̃ oĩs populus Israel, fortem esse patrem tuum, & robustos omnes qui cum eo sunt.] Deindè reprobato Achitophel consilio, dat Chusai suum consilium. [Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium. Congregetur ad te vniuersus populus Israel] residuus, qui nunc non est tecum, neq; cum Dauid, [à Dan vsq; Bersabee, quasi arena maris innumerabilis, & tu eris in medio eorum] tanq̃ caput & princeps ac forma audaciæ, [& irruemꝰ sup eum in quocunq; loco inuẽtus fuerit.] Connumerat se alijs Chusai iste, vt videatur ex corde esse cum Absalone, & sibi credatur. [& opiemus eum sicut ros cadere solet sup terrã, & nó relinq̃mus de viris q̃ cum eo sunt, ne vnum quidé. Quòd si vrbé aliq̃ fuerit ingressus, circundabit oĩs Israel ciuitati illi funes,] i. machinas q̃slibet. Est tñ hyperbolica, metaphoricaq; locutio Nam subditur: [& trahemus eã in torrentem, vt non reperiatur nec calculus quidem ex ea,] i. funditus eã destruemus, sicut cum chordis trahit̃ res mobilis deorsum in terrã. Secundum Lyrã, in Hebræo habetur, circundabit oĩs Israel ciuitati illi societates, i. acies armatorũ: sed R. Paulꝰ dicit, in Hebræo ꝓpriè haberi, funes. Forsan dictio illa Hebraica ẽ æquiuoca. [Dixitq; Absalon & oẽs viri Israel: Melius est cósilium Chusai Arachitę cósilio Achitophel. Dñi aũt nutu dissipatum est cósilium Achitophel vtile.] i. Deo volente ac disponente, Absalon & sui iudicauerunt consilium ipsius Achitophel esse inutile aut minùs idoneum, quod tñ vtile fuit secundum humanum modum ꝓ Absalone ad ꝑualendũ, [vt induceret dñs super Absaló malũ:] i. quatenùs faceret eum superari, sicut scelera eius ꝓmerebantur. [Et ait Chusai] ꝑ se vel per internunciũ, [Zadoc & Abiathar sacerdotibus: Hoc & hoc cósilium dedit Achitophel Absaló & senioribus Israel, & tale & tale dedi ego consiliũ. Nunc ergo mittite citò, & nunciate Dauid dicẽtes: Ne moreris in nocte hac in campestribus deserti, sed absq; dilatione trãsgredere] Iordanem, [ne fortè absorbeatur rex] Dauid, i. ne Absalon ad instigationem Achitophel mutet propositum, & permittat ipsum Achitophel hac nocte venire cum 12. millibus ad persequendum te Dauid, sicq; gladio consumaris, [& omnis populus qui tecum est.] Vndè vt ait Lyra, vbi nostra habet translatio, ne absorbeatur rex, in Hebræo habetur, ne consulatur regi, i. Absaloni, quod impleat consilium ipsius Achitophel. Veruntamen R. Paulus affirmat, in Hebræo expressè haberi, ne absorbeatur rex. [Ionathan autem] filius Abiathar, [& Achimaaz filius Zadoc stabant iuxta fontem Rogel] secretè, extra & prope ciuitatem, expectantes quid eis denunciaretur, ad insinuandum regi. [Abijtq; ancilla] à sacerdotibꝰ informata & missa, ne quid malæ suspicionis oriretur, si vir vrbem egrederetur, [& nunciauit eis.] Porrò ancilla illa exiuit portãs pannum ad abluendum. [Et illi profecti sunt vt referrent ad regé Dauid nuncium. Non enim poterant videri.] Ionathan atq; Achimaaz, vel quia steterunt absconditè, vel quia pe-

Psal. 76.
Ibid.

R. Paulus

R. Paulus

piculosum eis fuisse videri, qm̄ Absalon sciuit, ꝙ erant de parte Dauid. Ideo subditur, [aut in troire ciuitatē] Hierusalē, q̄ si ingressi fuissent, & Absalō hoc sciuisset, malè tractasset eos. [Vidit aūt eos puer qdam,] videlicet filius prætactæ ancillæ, vt aliqui opinantur, q fortè iuit cū ea [& indicauit Absalon,] cupiens ei placere, & cōmodum consequi. Atn̄ Iosephus refert, ꝙ eqtes qdam eos viderūt, & Absaloni dixerunt. [Illi verò cōcito gradu ingressi sunt domū cuiusdā viri in Bahurim q habebat puteū] forsan siccatum, aut modicū aquæ habentem [in vestibulo suo,] i. porticu, curia seu atrio, [& descenderūt in eum.] Vndè elicitur, ꝙ sciuerunt se visos ac notatos, timuerunsq; capi, ꝓpter quod rogauerunt virum seu fœminā dom⁹ quam intrauerūt, vt abscōderet eos, sicq; dimisit eos in puteum, ex quo patet, ꝙ in puteo illo non fuit aqua multa. [Tulit aūt mulier, & expandit velamen super os putei] ne q̄rerētur in puteo, [quasi siccās ptisanas] i. hordeum pilo tusum decorticatū. [Cūq; venissent serui Absalon in domū mulieris,] missi ad cōphēdendū eos, [dixerūt: Vbi est Ionathā & Achimaaz? Et rn̄dit eis mulier: Trāsierunt festinanter gustata paululū aqua.] Secundū Lyram, in Hebręo habetur, transierūt Iordanē, ideo nuncij Absalonis de illorum cōpræhēsione desperantes, reuersi sunt. Veruntn̄ potiùs puto trāslationē nr̄am continere, sicut habet Hebraica veritas. Nec nuncij illi credidissent mulieri, si dixisset ipsos trāsisse Iordanē, certi ꝙ nō diu recesserūt de fonte Rogel. Quòd aūt insecuti fuerint eos p spatiū aliquod, videtur ex eo ꝙ subditur: [At hi qui q̄rebāt, cū non inuenissent, reuersi sunt in Hierusalem.] Cumq; abijssent, ascenderunt illi de puteo, & pergētes, nunciauerūt regi Dauid, & dixerūt: Surgite, & trāsite citò fluuiū, qm̄ huiuscemodi consilium dedit cōtra vos Achitophel. Surrexit ergo Dauid & oīs popul⁹ qui erat cū eo, & trāsierūt Iordanē, donec dilucesceret, anteq̄ denudaretur verbum, & nec vnus quidē residuus fuit, qui non transisset fluuiū. Porrò Achitophel vidēs, ꝙ nō fuisset factum consilium suū, strauit asinū suum, surrexitq; & abijt in domū suā, & in ciuitatē suā, & disposita domo sua,] i. testamento facto, [suspēdio interijt,] i. seipsum suspendit, quia ex indignatione, ꝙ cōsilium Chusai fuit platum cōsilio suo, & ex tristitia, quia cōsiderauit certissimè regē Dauid esse supaturum, & ipsum Chusai amicitiam Absalonis finxisse, in tm̄ attædiatus fuit ꝙ occidit seipsum, erubescens aut metuens coram Dauid ampliùs apparere, vel inuidens futuræ eius prosperitati ac gloriæ. [& sepult⁹ est in sepulchro pr̄is sui.] Sic & Cato occidit se laq̄o, ne videret gloriam Iulij Cæsaris. [Dauid aūt venit in castra,] i. locū fortē munitū, seu vrbē vbi circa obuiauerūt angeli Iacob de Mesopotamia redeūti, vt Gen. 32. habet: [& Absalon trāsijt Iordanē ipse & oēs viri Israel cum eo. Amasam verò cōstituit Absalō ꝓ Ioab sup exercitū.] Nā sicut priuauit ipsū Dauid regno, sic & ipsum Ioab principatu militiæ. [Amasa aūt fuit fili⁹ viri noīe Ietha de *Iezrael, q ingress⁹ est ad Abigail filiā Nahas sororē Saruię, q̄ fuit mater Ioab.] Vn̄ cōstat, ꝙ p Nahas hic intelligat Iesse seu Isai, ita ꝙ idē vir, habuit tria hæc noīa. At verò 1. Par. 2. legitur, Abigail genuit Amasa, cuius pater fuit Iether Ismaelites, quod qualiter intelligi debeat, ibi expositū est. Itaq; idē est, Iether & Iethra q dicit̄ esse de Iezrael ciuitate, qa fortassis habitauit in ea. [Et castrametat⁹ est Israel cum Absalon in terra Galaad. Cumq; venisset Dauid in castra, Sobi filius Nahas, de Rabba filiorum Ammon] quem Sobi constituit Dauid regē ꝓ fratre suo quē occidit, eo ꝙ seruos suos ignominiosè tractauit, prout in expositiōe superiorū pleniùs fuit dictū. [& Machir fili⁹ Ammiel de Lodebar & Barzillai Galaadites de Roglim obtulerunt ei stratoria & tapetia,] i. lectisternia, & ea q̄ vestibus substernunt̄, vel parietibus affiguntur. [& vasa fictilia, frumentum & hordeū, & farinā, & polentū, & fabam, & lētē, & frixū oleo cicer, & mel & butyrum, oues & pingues vitulos,] i. abundantiam victualiū copiosam, [dederuntq; Dauid & populo q cum eo erat ad vescendū. Suspicati eni sunt populū fame & siti fatigari in deserto.] Siquidē Sobi rex, gratus studuit inueniri Dauid regi tempore tātæ indigētię eius. ¶ Ex cap. isto docemur ꝙ non sit sapīa, nec sciētia, nec consilium contra dn̄m, in cuius manu sunt oīm corda, & quôcunq; voluerit, vertit ea, qui (vt Iob 5. asseritur) appræhēdit sapientes in astutia eorū, & cōsilium prauorū dissipat. Et ibidē: Qui dissipat cōsilia malignorum, ne manus eorum possint implere q̄ cœperāt. Sic planè cōtigit Absaloni atq; Achitophel, fautoribusq; eorum. Docemur quoq; ex ꝓinductis, ꝙ Deus permittit frequēter peccatores ad dānabilissimū ac vitiosissimū finē venire, ꝓpter p̄cedētia eorū facinora, sicut de Achitophel iam est dictum, quē Deus ad tā periculosissimū, miserrimū, ac stolidissimum finē venire nō permisisset, nisi antè tam enormiter excessisset. Et eccè vir ille qui tā prudentissimus habebatur, tā fatuissim⁹ est effect⁹, ꝙ suspendit seipsum. Null⁹ ergo in oculis suis sit sapiens, nemo inaniter glorief, neq; p̄sumat: quia qualiter cursum vitæ terminabit p̄sentis, ignorat. Hinc in timore Dei & vera humilitate expedit semper stare. ¶ Postremò, iuxta allegoricū intellectum, per Dauid accipitur Chr̄s: per Absalon, principes synagogæ: per Achitophel, ꝓditor iudas: per Chusai, discipuli Christi ex iudaismo, & cęteri maiores qui ex synagoga ad Chr̄m cōuersi sunt, vt Nicodemus, Ioseph, Gamaliel. Quemadmodū ergo ambitiosissim⁹ Absalō expulit ꝓpriū patrē regno, & eundē occidere est molitus, sic superbi & ambitiosi principes sacerdotum, scribę & pharisæi, persecuti sunt Chr̄m, verum

Iosē. lib. 7. an. iu. ca. 9

*Israel

2. Reg. 12.

Prouē. 21. Ibidem

1. Cor. 5.

Ioann. 3. Matt. 27. Actor. 5.

Israel regẽ, eijcientes extra vineam verũ hæredẽ, à quorũ tyrãnide Chr̃s interdũ fugit ad tempus, quousq; tẽpore suæ salutiferę passionis desup pstitutum, fuit impletũ. Quẽadmodũ etiã Achitophel conatus est ipsum Dauid improuisè occidere, sic traditor nisus est Chr̃m manib' tradere Iudæorũ clã ad occidendũ. Hinc ambo similẽ exitũ sunt adepti. Et sicut Chusai restitit cõsilio Achitophel, sic Nicodemus & Gamaliel restiterunt frequenter cõsilijs principum & scribarum, Chr̃o & eius discipulis insidiantiũ. Quemadmodum etiã Chusai de voluntate Dauid finxit se esse fratrẽ Absalonis, vt eius mysteria regi Dauid insinuaret, ita de voluntate Apostolorum, Gamaliel inter principes sacerdotum, scribas & pharisæos ad tempus resedit, quasi ipsorum vnus, quatenùs eorum machinas reseraret Apostolis, & pro fidelibus loqueretur, vt partim in Actis apostolorum, & pleniùs in Itinerario S. Clementis describitur. Matt. 21. Ioan. 6. 10. Ioan. 7. Actor. 5.

¶ Expositio cap. 18. Igitur considerato Dauid populo suo. Art. 27.

VIctoria Dauid & deiectio Absalonis, hic describuntur. [Igit̃ considerato Dauid populo suo,] videlicet qualis & quant' esset, & qualiter aptiùs posset diuidi ac disponi, [cõstituit super eum tribunos] i. millenarios, quorũ vnusquisq; mille bellatoribus p̃erat, [& centuriones, & dedit populi tertiam partẽ sub manu Ioab, & tertiã sub manu Abisai, filij Saruię fratris Ioab: & tertiam partem sub manu Ethai, q erat de Geth] i. natione Philistæi, sed ad Iudaismũ conuersi. Itaq; Dauid peritus & expertus in re militari & bellicis rebus, diuisit totũ exercitũ suum in tres partes principales, quib' p̃fecit tres viros p̃cipuos, vnicuiq; parti vnum, & q̃libet illarum trium partium diuisit in mille nos atq; cẽtenos, p̃ficiẽs millenarios mille, cẽturióesq; centũ. Veruntñ Ioab tanq̃ princeps militiæ, p̃fuit oĩbus illis. Porrò in bellis potissimè confert ad p̃ualendum apta ordinatio & collocatio ac distinctio populi: multitudo verò inordinata, non est nisi hostium victima: imò pauci conuenienter dispositi, constãtesq; corde, plùs valẽt q̃ multo plures inordinati. [Dixitq; rex ad populum: Egrediar & ego vobiscũ.] i. paratus sum exire vobiscum, p̃bere exemplum, & subire periculum, imò & esse primus in acie, præsertim qm̃ propter me orta est hæc tempestas. Talis aũt audacia regis seu principis, multum animauit subditos. [Et r̃ndit populus] non rebellione, sed reuerentia ad regem: [Non exibis. Siue em̃ fugerimus, non magnoperè] i. non multùm [ad eos de nobis ptinebit: siue media pars ceciderĩt de nobis, non satis curabunt:] i. non q̃runt principaliter interficere nos, sed te, [quia tu vnus p̃ 10. millibus cõputaris.] i. mallẽt te perimere, q̃ 10. millia auxiliatorũ tuorum. Dicitur aũt in Schol. hist. ꝙ populus Dauid fuit 7. millia. Sic & 1. Reg. 31. habetur, quod totum pond' belli versum est in Saul. Et infrà 3. Re. 22. legitur rex Syriæ suis iussisse: Nõ pugnabis cõtra q̃mpiam, nisi cõtra regẽ Israel. [Meliùs est igitur vt sis nobis in vrbe p̃sidio.] i. p̃ refugio & auxilio, vt si contigerit nos fugere, valeamus per te instaurari & reparari ad pugnã. Capite em̃ sublato, corp' truncatum est. [Ad quos rex ait: Quod vobis rectum videtur, hoc faciã.] vñ patet, ꝙ rex seu prĩceps debet dirigibilis, non pertinax, esse in arduis. [Stetit ergo rex iusta portam deducẽs exercitũ vsq; ad locũ illum, & roborans populũ atq; cõsiderans qualiter egrederentur. [Egrediebaturq; populus per turmas suas centeni & milleni. Et p̃cepit rex Ioab & Abisai & Ethai, dicẽs: Seruate mihi] i. non occidatis, nec occidi permittatis, [puerum Absalon. Vñ elicitur, ꝙ Dauid ex reuelatiõe certus fuit, vel ex cõfidentia Dei p̃babiliter nouit exercitum suũ p̃ualiturũ, valdeq; timuit de periculo Absalonis, & de æterna dãnatione ipsius, sciẽs q̃tis inuolut' esset criminibus: idcirco p̃cepit ne occideret̃. [Et oĩs populus audiebat p̃cipientem regẽ cũctis principibus p̃ Absaló. Itaq; egressus est populus in cãpũ contra Israel. Et factũ est p̃liũ in saltu Ephraim] i. iuxta nem' illud in cãpo, & q̃uis vltra Iordanẽ in terra Galaad facta sit pugna, tñ facta ferẽ in saltu Ephraim, qm̃ salt' ille vltra Iordanẽ situs fuit ex opposito trib' Ephraim, habitantis ab alia parte Iordanis, propter ꝙ vocatus est salt' Ephraim. [Et cæsus est ibi popul' Israel,] i. 20. millia de populo Absalonis, [ab exercitu Dauid, factaq; est plaga magna in die illa 20. millium. Fuit aũt p̃lium ibi dispersum sup faciem oĩs terrę. Et multo plures erãt quos saltus cõsumpserat, q̃ hi quos vorauerat gladius in die illa.] quia inter arbores illas fugere non valebant, sed à feris plurimi occidebantur, & multi corruerũt in foueas. [Accidit aũt vt occurreret Absalon seruis Dauid,] q tñ nõ inuaserunt eum, sed fugere p̃miserũt, p̃pter regis p̃ceptum, [sedẽs mulo. Cumq; ingressus fuisset mulus] sup quem sedit, [subter condensam q̃rcum & magnã,] i. spissam ac plenam ramis ac frondibus, adhæsit caput eius q̃rcui] p capillos longissimos quos habebat. Vñ videt̃ capitis armaturã non habuisse vel deposuisse, [& illo suspenso inter cælum & terrã, mulus cui insederat, pertransiuit. Vidit hoc q̃spiam, & nunciauit] ipsi [Ioab, dicẽs: Vidi Absalon pẽdere de quercu. [Et ait Ioab viro qui nunciauerat ei: Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra?] i. tam validè cum lancea, ꝙ corruisset in terram. [& ego dedissem tibi 10. angenti siclos, & vnum balteum. Qui dixit ad Ioab: Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaq̃ mitterem manũ meam in filium regis. Audiẽtibus em̃ nobis p̃cepit rex, tibi & Abisai & Ethai dicens: Custodite mihi puerũ Absalon. Sed & si fecissem] hoc, [audacter contra animam meam] i. in periculum vitæ meæ, & cum grãdi pec- Pet. Com. hist. lib. 2. Re. cap. 17.

cato regis p̃ceptum tráſgrediendo,[nequaq̃ hoc regem latere potuiſſet,]qa tádẽ hoc pcepiſ-
ſet,vel ex humana,vel ex diuina inſinuatióe,& ſic vindicaret in me.[& tu ſtares exaduerſo.]
i.ad cóplacendũ regi,fingeres te iratũ mihi,& diceres me malè egiſſe,interficiẽdo filiũ regis
contra eius imperiũ.Vir iſte videtur magn⁹ & audax fuiſſe,q principi militię audebat ſic loq.
[Non ſicut tu vis,ſed aggrediar eum coram te.Tulit ergo Ioab tres lanceas in manu ſua, & in
fixit eas]ſucceſsiuè[in corde Abſalon.]i.pectori ei⁹ ſeu cordi,aut ꝓpè,ſumẽdo cor ꝓ mate-
riali & organica corporis parte.Vndè dici ſolet,ꝙ cor in animali eſt primũ viuẽs, & vltimum
moriẽs.[Cũq; adhuc palpitaret inhærens q̃rcui,cucurrerunt 10.iuuenes armigeri Ioab,& per
cutiẽtes,interfecerunt eum.Cecinit aũt Ioab buccina]ad inſinuandum,ꝙ ceſſarẽt ab inſecu-
tióe fugiẽtiũ.[& retinuit populũ,ne pſeq̃ret fugientẽ Iſrael,volens parcere multitudini,] ca
pitaneo interfecto,ſicq; rigori clementiã miſcuit.Et quáuis Abſaló fuit publicus hoſtis boni
cómunis & tyrãnus,videt̃ tñ Ioab peccaſſe,eum ſic perimendo in ſuis peccatis, eo ꝙ rex ꝓhi
buerat iſtud,& q̃m aliter poterat Abſalon impediri ab ampliori Reip.perturbatione,& quia
p̃ceptũ regis ex pietate deſcenderat.[Et intulerunt Abſalon,& ꝓiecerũt eum in ſaltu in foue
am grandẽ,& cóportauerũt ſuper eum aceruum lapidum magnum nimis.Oĩs aũt Iſrael fugit
in tabernacula ſua.Porrò Abſaló erexerat ſibi,cũ adhuc viueret,titulum q eſt in valle regis.]

Pet.Co.hiſto. lib. 2. Re. cap. 17. Quo circa magi.in hiſt.ait:Abſalon erexerat titulũ ſibi in regia valle,duobus ſtadijs à Hieru
ſalẽ diſtante.[Dixerat em̃:Non habeo filium,& hoc erit monimentum noĩs mei.]i.ad perpe
tuam ſui memoriam,vt viueret ſemper in cordibus hoĩm,qa cupidiſsimus fuit laudis huma-
næ,eratq; nomen tituli. [Vocauitq; titulum noĩe ſuo,& appellatur Manus Abſalon.] quem
titulum,aliqui dicunt fuiſſe arcum ſeu fornicẽ triumphalem,in quo ſculpta fuerit manus Ab-
ſalon.Putant qdam fuiſſe ædificium ꝙdã pulchrum & altum,ꝙ eſſet memoriale ſuæ perſonæ.

Ioſ.li 7 an. tiu. cap. 10. Ioſephus aũt,cui in hoc magis videt̃ credendum,ſcribit ꝙ fuit marmorea ſtatua. [vſq; in diẽ
hanc]Dixerat em̃:Nõ habeo filium,q ſuccedat mihi,& ſit memoriale noĩs mei.Suprà ſcriptũ
eſt 2.Reg.14.Nati ſunt Abſalon tres filij.Vndè elicitur,ꝙ interim obierunt.[Achimaas aũt fi
lius Sadoc ait]ad Ioab:[Curam & annunciabo regi,quia iudicium fecerit ei Deus de manu
inimicorum eius.]i.iuſtam vltionem in eius inimicos exercuit.[Ad quẽ Ioab dixit:Non eris
nuncius in hac die,ſed nunciabis in alia]die,[hodiè nolo te nunciare.Filius em̃ regis mortu⁹
eſt.]Aliqui tñ exponunt,in alia,i.in alio triumpho,i.dũ rex habuerit victoriam ſibi magis pla
centem.Nam iſtam victoriam audiet cum timore de occiſione filij ſui,qua cognita,vehemen
ter triſtabitur.[Et ait Ioab ad Chuſi:Vade & nuncia regi q̃ vidiſti.Adorauit Chuſi Ioab,]ado
ratione duliæ,regratians ei,ꝙ illam legationem ſibi iniunxit.Hieronymus dicit,ꝙ Chuſi ſit

Hieronym. hic nomẽ cómune,deſignans Aethiopem.Non em̃ putandũ,ꝙ Ioab miſerit Chuſai Arachitẽ,
amicũ & conſiliariũ Dauid ꝓ iſta denunciatione agenda.Hinc alij dicunt,ꝙ fuit alter eiuſdẽ
noĩs,& lógè inferior.¶Porrò R.Paulus affirmat,ꝙ hi duo in Hebræo diuerſa habeát noĩa,ita
ꝙ amicus Dauid vocet̃ Huſai,& iſte Chuſi.Aſſerit quoq; ꝙ Chuſi in Hebræo ſit nomen æquo
cum,quia vnò modo eſt nomen cómune,ſignificans idem ꝙ Aethiops,alio modo nomen eſt
ꝓprium,& qualiter hic ſumatur,dicit non benè poſſe ꝓbari ex litera.[& cucurrit. Rurſus aũt
Achimaaz filius Zadoc,dixit ad Ioab:Quid impedit,ſi etiam ego curro poſt Chuſi?Dixitq;ei
Ioab:Quid vis currere fili mi?Veni huc,non eris boni nuncij baiulus.Qui r̃ndit: Quid em̃ ſi
cucurrero?Et ait ei:Curre.Currens ergo Achimaaz per viam compendij,tranſiuit Chuſi. Da
uid aũt ſedebat inter duas portas.Speculator verò qui erat in faſtigio portę ſuper murum,ele
uans oculos,vidit hoĩem currentem ſolum.Et exclamans, indicauit regi. dixitq; rex:Si ſolus
eſt]currens,[bonus eſt nuncius]hoc eſt,ꝓſpera annunciatio eſt[in ore ei⁹.] Qui em̃ aduerſa
annũciant,non ſolent ſe mutuò ꝑuenire,nec taliter feſtinare,ſed ſimul venire.Similiter ſi fu
giſſet de ꝑlio,non veniſſet ſic ſolus.[Properante aũt illo & accedente ꝓpiùs,vidit ſpeculator
hoĩem alterum currentẽ.Et vociferans in culmine,ait: Apparet mihi alter homo currẽs ſol⁹.
Et ait rex: Et iſte bonus eſt nuncius.Speculator aũt,contemplor,ait,curſum prioris quaſi cur
ſum Achimaaz filij Zadoc.Et ait rex: Vir bonus eſt, & bonum portans nuncium,venit] ſ. ipſe
Achimaaz,q̃m vides venire,idcircò non eſt veriſimile, ꝙ fugit de ꝑlio ſolus,aut p̃ alijs, qa ad
ignauiã hoc ſpectaret.Interdum tñ magnitudo periculi cogit etiam eos currere,alioſq; ꝑcur
rere,q aduerſa nunciant & ſiniſtra. ¶Prętereà,q̃ritur quõ Dauid veraciter dixerit, Vir bonus
eſt & nunciũ portans bonũ venit,cùm Ioab ad Achimaaz dixerit,qd vis currere fili?non eris
boni nuncij baiulus.Ad quod faciliter r̃ndetur,ꝙ annunciatio illa fuit bona,inquantum ſig-
nificauit victoriam regi datam:ſed mala,inquantum admixtam habuit ſignificationem occi
ſionis filij regis.[Clamans aũt Achimaaz,dixit ad regem:Salue rex:Et adorans regem coram
eo pronus in terram,ait:Benedictus dñs Deus tuus,qui cóclufit hoĩes qui leuauerunt manus
ſuas contra dñm meum regem.Et ait rex:Eſt ne pax puero Abſalon?]hoc eſt,eſt ne viuens ad
huc & ſanus?[Dixitq; Achimaaz:Vidi tumultum magnum]i.inqetudinem & cócurſum mul
torũ,ſeu murmur & ſtrepitum plurimorum audiui,[cùm mitteret Ioab ſeruus tuus ô rex me

ſer-

seruum tuū.] Quod verum est. Ideo Achimaaz hoc dicendo, nō mentiebatur, vt aliq opinantur, nec enim negauit se scire quod querebatur, & veritatē obscura ratione celauit. quod licet, & hoc, ne regem cōtristaret. Sed forsan videtur mentitus in eo quod addidit, [Nescio aliud.] & tamē qui vult eū à mendacio excusare, dicere potest, φ in noīe magni tumult⁹ mors Absalonis includebat̄, vt causa in suo effectu. [Ad quem rex: Transi, ait, & sta hic. Cumq; ille transisset, & staret, apparuit Chusi. Et veniēs ait: Bonū apporto nunciū dn̄e mi rex. Iudicauit enim ꝓ te dn̄s hodiè de manu oīm qui surrexerūt cōtra te. Dixit aūt rex ad Chusi: Est ne pax puero Absalon?] ex paterna & tenera affectione cōsueuit ipsum Absalonē sic puerū noīare, quia in naturalibus erat valde amabilis & decorus. [Cui rn̄dens Chusi: Fiant, inquit, sicut puer inimici dn̄i mei regis, & vniuersi qui cōsurgūt aduersus eū in malum.] i. sic pereant & occidant̄, sicut puer de quo quæris. Et loquit̄ Chusi iste aspernatoriè de Abialone, q̄si dedignans eūm noīnatìm exprimere, & velut irrisoriè eum puerū vocans. Q. d. Talis hostis proprij patris, & turbator tutius cōmunitatis, non est dignus puer vocari. [Cōtristatus itaq; rex, ascendit cœnoculū portę, & fleuit. Et sic loquebatur vadens: Imò (vt sequenti habatur cap.) operuit caput suū, & alta voce clamabat: [Fili mi Absalon, Absalon fili mi,] In quibus verbis repetitio est magni amoris, imò & doloris, indiciū. [Quis mihi tribuat vt ego moriar pro te Absalō fili mi, fili mi Absalon?] i. vtinā mortuus essem, ita φ tu ad huc viueres, & tua peccata corrigeres. Vel, vtinā adhuc mori possem, quatenùs tu suscitareris à morte, & pœnetentiā ageres. Ista itaq; fuit causa tanti doloris in rege deuoto, spirituali, contēplatiuoque viro, quia ppendit quàm periculosissimè obierit filius suus vir speciosissimus, & quā grauissima esset eius damnatio, & quoniam sciuit se ac sua peccata fuisse occasionem, quòd omnia mala illa Deus, cuius iudicia sunt abyssus immensa, permisit.

2. Reg. 19.

Psal. 35.

¶ De mystico huius cap. 18 sensu. Art. 28.

PEr Dauid qui populū suum considerauit, dn̄s Iesus Christus oīm iudex accipitur, qui vni uersorū corda scrutatur ac opera intuetur, & qualiter dispositi sint fideles, qualib⁹ gratiæ donis indigeant, vigilantissimè pensat. Per hoc quoq;, φ Dauid exercitū suū in tres partes diuisit, & figuratū, φ Christus populum suum partitur in statū incipientium, ꝓficientium & perfectorū, item in actiuos & cōtemplatiuos, ac eos q medio modo se habent, & de vtroq; participāt aliquid, vt sunt p̄lati, doctores ac p̄dicatores. Itēq; in seculares, spiritales seu ecclesiasticos & religiosos, siue in virgines, coniugatos ac viduas. Vel in animales, rōnales, ac spiritales. Per Ioab demū, Abisai & Ethai, intelligunt̄ maiores principes ac prælati: p tribunos & cēturiones, minores. Hæ sunt tres turmæ, quas fecit & Ioab, quas Christ⁹ mittit, instruit, distinguit & ordinat ad dimicandū cōtra aciem vitiorum, contra seculi vanitates, cōtra dæmonum tentationes, ꝓficiens vnicuiq; p̄sidentem, iuxta sui status gradum & qualitatē [Dixitq; Dauid ad populum: Egrediar & ego vobiscum. Et rn̄dit populus: Non exibis,] Sic & Christus cùm dixisset Apostolis, Eamus in Iudæam iterū. rn̄derunt, Iam quærebāt te Iudæi lapidare, & iterū vadis illuc? Mālunt quoq; veri Christi fideles pugnare & mori pro Christo, q̄ vt ipse blasphemetur, aut eius fides, fama, religio extinguantur. Et sicut Absalon & eius exercit⁹ maximè ipsum Dauid q̄rebant occidere, sic principes sacerdotū, tyranni, regesq; pfidi sumē conati sunt nomē atq; memoriam, cultum & religionē Christi oīnò auferre de terra. [Et p̄cepit rex: Seruate mihi puerū Absalon.] Christus etenim iussit aduersarios diligi, & psequutoribus benè fieri, imò & ꝓ crucifixoribus exorauit. Et possunt hoc loco per Absalon significari Iudæi, q erāt p̄dilectus pecularisq; populus Dei, qui vult vt Christiani nō occidant Iudæos, sed inter se viuere ac manere pmittant, imò & conentur ipsos conuertere, iuxta illud Psa. 58. De⁹ ostendit mihi sup inimicos meos, ne occidas eos. Et factum est p̄lium in saltu Ephraim] i. in latitudine seculi huius in quo est pluralitas impiorū tanq̄ multitudo arborum infructuosarum. Est etem̄ iuge quoddā bellum inter electos & reprobos, inter fideles ac pfidos, inter virtuosos & vitiosos. [Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid.] Impij em̄ tandem succumbunt, & fideles p̄ualent perfidis & iniquis, saltē ratione, authoritate, scriptura, virtute, sapientia, signis atq; miraculis, multos quoq; cōuertunt. Porrò φ Ioab contra p̄ceptum Dauid infixit tres lanceas pectori Absalonis, hoc potest significare, φ quidā magnates ex cupiditate, crudelitate seu odio, interdum varijs modis infestant, spoliant, vel occidūt Iudæos, & q̄uis Ioab in eo φ princeps erat militie Dauid, designet prelatū, tn̄ inquantn̄ inobediens fuit regi, potest figurare diabolū, qui Absaloni infigit tres lanceas, dum amatores sæculi huius inflāmat concupiscētia carnis, cōcupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Nempe & Absalon suorū pulchritudine crinium delectatus, designat hoīes vanos, exteriori gloriantes ornatu, nō conscientiæ puritate, q proprio ornatu suas strangulant animas. Et quercui, i. inqnamento carnis seu altitudini mundani honoris, manent appensi: Etem̄ quercus in eo φ pascit porcos, designat luxuriam, in eo aūt φ pulchra ac fortis est arbor, ꝓsperitatem & honorem vitæ p̄sentis designat. Insup sicut Ioab infixit cordi Absalonis suspensi ad quercùm tres lanceas, ita diabolus cordi-

Apoc. 22.

Gene. 32.

Ioan. 11.

Math. 5.

1. Ioan. 2.

bus hominum immundorũ & superborũ, in extremis, dum agonizant, infigere solet tres tentationes grauissimas, vtpotè desperationis, aut vanæ p̃sumptionis seu securitatis de misericordia Dei, vel negligentiæ, ita ꝙ non curant se preparare. Quemadmodum etiam Absalon p̃cissus à quercu, in magnam ꝓiectus est foueã, sic impij & superbi de tumore suæ elationis & sublimitate presentis status proijciunt̃ in Acherontis profundissimũ lacum, quorũ post hanc vitam tanto est maior confusio, quanto in seculo isto honoratio maior p̃celsit, quod vituperiosa illa Absalonis sepultura p̃figurauit. Siquidẽ magnũ aceruũ lapidũ sup ambitiosissimũ proiecerunt, qui etiam ante obitum suũ sibi erexeret titulum, ne eius periret memoria, quem admodum & filij Adam dixisse leguntur. Venite, faciamus nobis ciuitatẽ & turrim, cuius cacumen pertingat vsq; ad cælum, & celebremus nomen nostrum anteq̃ diuidamur in vniuersa terra. De talibus fertur Psalm. 48. Vocauerunt nõia sua in terris suis. Titulum aũt suum vocauit Absalõ manum suam, seu manum Absalon, qm̃ tales ꝓprium quærũt honorẽ. Et si quid magni agere videantur, viribus suis asscribunt, dicentes: Manus nostra excelsa. Et: Nonne in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Et contrà dicunt electi: Non nobis dñe, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Et: Gratia Dei sumus quod sumus. Et: Misericordiæ Dei est ꝙ nõ sumus consumpti, qa non defecerunt miserationes eius. Et: Nisi quia dñs adiuuisset nos, paulo minus habitasset in inferno anima nostra. Postremò, p legatos qui victoriam regi Dauid nunciauerunt, intelligunt̃ ferueõtes & charitatiui, qui de omni bono ꝙ in Ecclesia agitur, de impiorũ pia cõuersione aut iusta dãnatione glorificant saluatorẽ, & opera sua cũ gratiarũ actione recitant ei. Sed sicut Dauid fuit de Absalonis pace solicitus, & eius mortẽ acerbissimè deplorauit, sic filius Dei de Iudæorũ salute habuit curam, & varijs modis loborauit ꝓ ipsis, quorum ciuitatẽ, communitatem, miseriã, malitiamq; defleuit, tandemq; obijt ꝓ eisdem. Et quantum in se est, adhuc mallet pro pereuntibus crucifigi, q̃ illos perire permitteret.

Gene. 11. Deut. 32. Amos. 6. Psal. 113. 1. Cor. 15. Therent. 3. Psal. 93.

2. Reg. 19. ❡ Expositio cap. 19. Nunciatum est autem Ioab, quod rex fleret. Art. 29.

IN isto cap. narratur deductio regis in regnũ suum, & qd circa illã acciderit. [Nunciatũ est aũt] ipsi [Ioab] forsan à Chusi vel Achimaaz, [ꝙ rex fleret] cordialiter dolendo, [& lugeret] lachrymas effundendo [filium suũ] Absalonẽ. Et quid mirum, ꝙ filium, q̃uis aduersariũ, fleuerit, q & Saulem hostem lœtalẽ tam mentaliter deplorauit, siquidẽ charitatis visceribus affluebat? [Et versa est victoria in die illa in luctum omni populo,] i. toti exercitui regis aut multis. Veruntñ non doluerunt se p̃naluisse, sed regi cõdoluerunt, & forsan multi eorum de Absalonis tristabant̃ interitu ꝓpter regem. [Audiuit em̃ populus in die illa dici: Dolet rex sup filio suo. Et declinauit popul' in die illa ingredi ciuitatẽ,] in qua rex erat, ne ei' dolor ex eorum intuitu augeretur, [quõ declinare solet populus versus & fugiens de p̃lio. Porrò rex operuit caput suum, & clamabat voce magna: Fili mi Absalon, Absalon fili mi. Ingressus ergo Ioab ad regem in domum suam, dixit: Confudisti] i. erubescere fecisti & inhonestè tractasti [hodie vultus oĩm seruorum tuorũ, qui saluam fecerunt aĩam tuam,] i. vitam tuam à lœtali impugnatione ac morte eripuerũt, deijcẽdo aduersarios tuos, [& aĩam filiorum tuorũ] quorum aliqui credunt̃ fuisse in p̃lio illo, [& filiarum tuarum, & aĩam] i. animas: [vxorum tuarũ] principalium, [& cõcubinarum tuarum,] i. secundariũ & minus principalium cõiugum. Q̃uis em̃ Absalon, si p̃naluisset, illas fœmineas nõ occidisset p̃sonas, tñ minùs reuerenter eas tractasset, & saluæ factè fuerunt de timore & cordis afflictione in qbus erãt, ne Dauid succumberet. [Diligis odientes te,] non solum diligendo eos cordis affectu, sed exteriori quoq; effectu hoc ipsum immoderatè mõstrando, sicut nunc agis inimicissimum filiũ deplorando. Et vtiq; Dauid vir Euangelicæ p̃fectionis, inimicos dilexit, amando p̃sonam siue naturam, nõ vitium; idcircò ꝙ interdum inimicos p̃sequutus est & occidit, non fecit ex odio, sed iustitiæ zelo, [& odio habes diligẽtes te,] i. ita te habes, ac si eos odires, qa ad magnam tristitiã eos inducis, nec signa beneuolẽtię & amoris nunc eis ostendis, cùm tñ modò sit tẽpus opportunũ ad hoc. Non aũt oderat eos odio vitioso aut inuidentię motu. [Et verè cognoui modò, quia si Absalõ viueret, & nos omnes occubuissemus] victi ab illo, [tunc placeret tibi] res gesta huiusmodi. Non oportet ipsum Ioab in hoc verbo à mẽdacio excusare. Non em̃ optauit rex triumphum Absalonis, sed vt nõ occideretur in bello imparatus oĩnò ad mortem. Et tñ possent hæc verba intelligi, ꝙ rex taliter deflendo inuidiosum ac pessimũ filium, ita se gessit, ac si maluisset totum suũ occubuisse exercitium, quam solum Absalonẽ. [Et ostẽdisti hodiè qa non curas de ducibus tuis & de seruis tuis.] i. officiatis & ductorib' particularium turmarũ tui toti' exercitus, s. me & fratre meo Abisai ac Ethai, qa per modũ nõ currantis te habes, tũ totus intentus es deplorationi sceleratissimi filij tui. [Nunc ergo surge & ꝓcede.] In fine præcedẽtis habetur cap. ꝙ Dauid Absalonẽ deflerat transeundo, sed in p̃senti cap. legitur, ꝙ operuit caput suum & clamabat voce magna: Absalon fili mi, &c. Vndè elicitur, ꝙ postquã defluit illũ eundo & forsitan capite nudo, operuit caput suum, & deplorauit illum sedendo. Ideo Ioab dixit, Surge, quod tñ sic posset exponi, i. à luctu desiste, [& alloquens, satisfac seruis tuis.] i. gra-

Math. 5.

2. Reg. 18.

grãs age eis,& iucundè alloquere,vicemq; redde.[Iuro em̃ tibi p dñm,ꝙ si non exieris,]sicut nunc cõsulo eundo de domo vsq; ad portam,[ne vnus quidẽ remãsurus sit tecũ nocte hac.]i. ante noctis aduentũ oẽs relinqnt te,prouisuri sibi de alio rege. Ad hoc em̃ Ioab exercitum su is ꝑsuasionibus induxisset. Vel si aliqui forsan mãsissent cum rege per cordis adhæsionem,tñ tam pauci fuissent,ꝙ aliorum respectu quasi nulli apparuissent.[& pei⁹ erit hoc tibi,]i.maior aduersitas,seu maius malum pœnale,[q̃ oĩa mala[pœnalia seu aduersa, [quæ venerunt super te ab adolescentia tua vsq; in ꝓsens.]Et ꝙ ait,oĩa mala,intelligendũ est exclusiuè,vtpote cæte ra ꝑter ista. Et rursus ꝙ ait oĩa,exponi potest vel distributiuè & collectiuè, vel distributiuè & diuisiuè,hoc est,ꝙ oĩa mala illa simul accepta,vel vnũquodq; eorũ seorsum consideratum:& hoc secũdo modo potiùs accipiendũ videtur. Veruntñ multa mala culpæ, acciderunt ipsi Dauid,peiora his malis pœnæ.[Surrexit ergo rex] Dauid,[& sedit in porta,] quousq; exercitus venit ad eum.[Et omĩ populo nunciatũ est,ꝙ rex sederet in porta. Venitq; vniuersa multitu do]i.populus[corã rege:]quo veniẽte,assurrexit,& eos gratanter hilariterq; suscepit. [Israel aũt fugit in tabernacula sua,]videlicet illi,qui fuerunt cum Absalone,& euaserunt de prælio. [Omĩs quoq; populus]qui adhæserat Absaloni,[certabat]i. verborũ disceptatiõe laborabat pro rege reuocando,[in cunctis tribubus Israel,dicẽs:Rex liberauit nos de manu inimicorũ nostrorũ.]Itaq; beneficia atq; victorias regis ad memoriam reuocabant, sicq; ad eũ rehaben dum accendebant. [ipse saluauit nos de manu Philistinorum, & nunc fugit de terra propter Absalon. Absalon aũt quem vnximus super nos,mortuus est in bello. Vsquequò siletis,]non loquendo ac cohortando,vt rex reuertat̃,[& non reducitis regem?]sic loquebant̃ adinuicẽ. [Et concilium totius Israel venit ad regem.] quia ꝑcepit,siue per legatos missos ab illis, siue per aliquem ꝓuenientem & regi placere optantem.[Rex verò Dauid misit ad Zadoc & Abia thar sacerdotes,dicens:Loquimini ad maiores manu Iuda,]i.tribus Iudæ,[dicentes: Cur ve nitis nouissimi ad reducendũ regem in domum suam?]ac si diceret, Cùm sitis consanguinei mei,& de tribu eadem simus progeniti,non decet ꝙ aliæ tribus veniant ante vos ad reducen dũ me. Isti de tribu Iuda magis peccauerunt in regẽ,recedendo à rege,& adhærẽdo ac assistẽ do aduersario eius, & tñ rex per humilitatẽ ꝓuenit eos,& reddit bona ꝓ malis,memor ꝙ erãt sui cognati,& ꝙ primò vnxerunt eum sibi in regẽ. Et forsan coram rege apparere erubuerunt propter infidelitatem,q̃ ei exhibuerunt. Eadem ratione S. Dauid ꝓuenit Amasam filium suę sororis per humilitatẽ,qui tanto plùs reus fuit in regem,quanto eius inimico Absaloni familiairor factus erat. Etem̃ factus fuit princeps militiæ eius,specialiterq; solicitus & laborans ꝓ ipsius Dauid deletione.[Sermo aũt oĩs Israel peruenerat ad regẽ,vt reducerent eum in domum ei⁹,qa dixit eis:Hæc dicetis ad populũ Iuda:Fratres mei vos,os meum,& caro mea vos. Quare nouissimi reducitis regem?Et Amasæ dicite:Nõnne os meũ & caro mea es?Hæc mihi faciat Deus,& hęc addat,]i.per execrationem iuro,[si non magister militię fueris coram me omĩ tẽpore pro Ioab.]i.non solùm tibi offensam ignosco,sed insup assero ꝙ faciam te princi pem militiæ loco Ioab,erisq; vita comite prĩceps militum q̃ diu regnauero. Veruntñ quidam exponit sic,pro Ioab,i.sub Ioab,adijciens ꝙ dictio Hebraico posita, qñq; significat pro,qñq; sub.tñ est eadem sententia,qm̃ Dauid non intendebat amouere ipsum Ioab à suo officio,sed ꝙ iste suppleret vices eius,loco & tẽpore opportuno. Hæc ille. Alij dicunt,ꝙ Dauid proposu it ipsum Ioab ab officio suo deponere,qm̃ Absalonẽ filium suum contra ꝑceptum suum occi dit in suis peccatis,quod vtiq; rex valdè dolenter accepit. Et verius puto,ꝙ ꝓposuit eum ab officio remouere,quia & Iosephus hoc sensisse videtur, & Magist. in hist. ait sequenti cap. ꝙ Dauid ꝑcepit Amasæ tanq̃ principi militiæ,cõuoca mihi oẽs viros Iuda. Communiter quoq; expositores testantur,ꝙ eadem causa ipse Ioab occidit Abner & Amasam,putà ex ambitiõe, ne per eos impediretur à principatu militiæ. Et potest sic argui, qa vel ante istud tempus quo Dauid demandauit q̃ dicta sunt Amasæ,habuit ipse Dauid aliquem quasi vicarium Ioab,qui sub eo militibus præfuit,tanq̃ ex speciali officio vicariatus ad hoc determinatum, vel non. Si habuit,cur voluit illum remouere,à quo offensus nõ legit̃,& non potiùs ipsum Ioab,à quo fu it offensus?Si non,cur voluit iam de nouo instituere tale officium?Nullibì quoq; in scriptura canonica vel authentica legitur,ꝙ Dauid aut posteri eius habuerint aliquem talem deter minatum ad officium principatus militiæ sub principe militum,imò si Dauid talẽ habuisset, maximè(vt apparet)fuisset Abisai,cui & seq̄nti cap. legitur commisisse actũ principis militię, nec aliquo modo videtur,quod Dauid voluerit illum à tali dignitate deponere. Insupèr,super id quod sequenti cap. scriptum est: Tolle seruos domini tui, & persequere Sæba, dicunt multi expositores,quod Dauid commisit hoc Abisai, non Ioab fratri ipsius:quia iam voluit Ioab deponere,imò in Schol. fertur hist.& ait rex Abisai,non Ioab, quem iã amouerat à prin cipatu. Postremò,ꝙ Amasa fuisset princeps militiæ sub Ioab,non fuisset contra honorem ipsius Ioab,cur ergo ob hoc Amasam occidisset? [Et inclinauit cor omnium virorum Iuda qua si viri vnius.]i. Dauid tam humilitar & benignè præueniendo populũ trib⁹ Iudæ, attraxit eos

2. Reg. 8.
2. Regũ 18.
2. Reg. 18.
Iosẽ li. 7 an. iu. cap. 8.
Pet. Co histor. lib. 2. Reg. ca. 19.
Ibidem

concorditer ad se, ita quod oîm eorum erat quasi cor vnû ad regis reuocationem & reductionem Vndè subiungitur: [Miseruntq; ad regem, dicētes: Reuertere tu & oēs serui tui] speciales atq; domestici, & q tibi in psequutione hac adhęserunt. [Et reuersus est rex, & venit vsq; ad Iordanem, & oīs Iuda] i. trib⁹ Iudæ, [venit vsq; in Galgala,] i. loco sic dicto, [vt] honorificè [occurreret regi, & traduceret eum Iordanem. Festinauit aût Semei filius Gera filij Iemini de Bahurim,] de quo dictum est antè, q grauissimè peccauit in Dauid, ideo timuit iam occidi, sed con
2. Reg. 16. fidens de clementia regis, q ad Amasam, aliosq; offensores suos tam benig se habuit, properauit occurrere regi, ac veniam postulare. [& descēdit cum viris Iuda in occursum regis Dauid cum mille viri de Beniamin, & Ziba puer de domo Saul, & 15. filij eius ac 20. serui erant cû eo Et irrumpentes Iordanem,] ipse Semei & q erant cum eo, q cum velocitate pertransierût Iordanem vsq; ad ripam oppositam in qua adhuc rex stetit, ante regem transierût vada,] i. aquas Iordanis, per quas pcesserunt regem vt serui, &[vt traducerēt domum regis,] i. ipsum regem & eius domesticos, [& facerent iussionem regis.] Aqua aût Iordanis cômuniter magna fuit, propter quod aliqui dicunt, quod traducebant per naues. Alij, quod per equos, & quod pfati pcedebant
Iose. lib. 7. regem eqstres ad perscrutandum vbi aqua erat minùs profunda. Porrò Iosephus dicit, quod hi in
an. iu. c. 11. ter quos Semei venit, fecerunt pontem Iordanis, quatenùs faciliùs cum exercitu suo rex transiret. [Semei aût filius Gera prostratus coram rege, cùm iam transisset Iordanem, dixit ad eû: Ne reputes mihi dñe mi iniquitatem,] i. excessum meum non imputes mihi per iustam vindi
2. Re. 16. ctã, [neq; memineris iniuriarum serui tui, [in die qua egressus es dñe mi rex de Hierusalem, neq; ponas rex in corde tuo. Agnosco eñ seruus tuus peccatum meum,] i. ad vlciscendum nõ recorderis iniuriarum quas ego seruus tuus tibi irrogaui, qñ à facie Absalonis fugisti. [& id-
Ibidem circò hodiè primus veni de omni domo Ioseph, descendiq; in occursum dñi mei regis. Rñ-
* Saruiæ dens aût Abisai filius *Zeruiæ, dixit: Nunquid pro his verbis non occidetur Semei q maledixit Christo dñi⁹] Tanq dicat, Non permittit iustitia, vt propter hæc verba veniam consequat, qui regi vicario Dei, & Deo iubente vncto in regem, tam enormiter forefecit & impiè male dixit, ac crimen læsæ maiestatis incurrit in eum. [Et ait] rex [Dauid: Quid mihi & vobis filij Zeruiæ?] i. cur intromittitis vos de vltione iniuriæ meæ aliter q̃ mihi placet? nam in hac re Ioab consensit Abisai. vel loquitur rex ambobus pluraliter, eo modo quo solet aliquid asscribi communitati aut societati, quia competit vni aut quibusdam ex ea, iuxta quem modum Christus in Euang. Matt. 26. dixit discipulis: Quid molesti estis huic mulieri? vt vno modo exponitur, [Cur efficimini mihi hodiè in Satan?] i. in aduersarios, quia si occideretur iuxta vestrã voluntatem nunc Semei, alij qui mihi forefecerunt, suspicarentur sibi idem futurum in posterum, sicq; modò discederēt à me præ timore. [Ergóne hodiè interficietur vir in Israel?] Et ait rex Semei: Non morieris.] i. iam & me regnante non occideris pro culpis tuis in me cômis
2. Reg. 2. sis. [Iurauitq; ei] hoc ipsum. Verumtñ Dauid in extremis agens, iussit Salomoni occidere eû ob causas infrà tertio lib. exponendas. [An ignoro me hodiè factum regem super Israel?] i. iã quasi de nouo factus sum rex per hoc quod illi qui me abiecerunt, recipiût me in regem, idcircò non decet quod quenq̃ illorum modò occidam, sed sicut rex in exordio sui dñij exercet clemen tiã & subiectos hilariter tractat, ita me facere nunc oportet. [Mephiboseth quoq; filius Saul] filius filij Saulis, vtpotè Ionathæ, [descendit in occursum regis illotis pedibus & intonsa bar-
Pet. Co. hi. ba.] Circa hæc scribit Petrus Com. Hebræus habet, infectis pedibus, dicens, quod fecerat sibi li-
sto. lib. 2. gneos pedes. Asserit quoq; Lyra in Hebræo haberi, incomposita barba, qm filij Israal non so
Reg. ca. 18. lebant tunc tondere barbam, vt suprà expositum est. Attñ dici potest, quod aliqui pili barbæ tûc tondebantur, sicut & nunc in eis quorum barba non raditur. [Vestes quoq; suas non lauerat.
2. Reg. 10. à die qua egressus fuerat rex vsq; in diem reuersionis eius in pace.] i. lauari non fecit vestes suas, volens compati regi, nec viuere delicatè rege charissimo in angustijs cõstituto, similis Vriæ, qui vxorem accedere & pedes lauare nolebat, principe suo Ioab & populo Dei in rure ia
2. Reg. 11. centibus. [Cumq; occurrisset regi, dixit ei rex: Quare non venisti mecum Mephiboseth] Aliqui dicunt quod quasi indignans, vocauit eum noĩe suo. Vel fortè quasi compatiens, & sicut
2. Reg 16. Mephiboseth iam parceperat qualiter accusat⁹ erat regi à seruo suo, & qualiter rex ipsum ob hoc spoliauit hæreditarijs bonis, sic forsitan rex percepit innocentiam huius Mephiboseth, q̃ nihilominùs ex ore eius volebat audire. [Et rñdens ait] Mephiboseth: [Dñe mi rex, seru⁹ meus] Ziba [contempsit me.] i. inobediens fuit, quia noluit mihi prouidere de animali quo veherer. [Dixiq; ei] ego famulus tuus, [vt sterneret mihi asinum, vt asscendens abirem cum rege, claudus enim sum seruus tuus. Insupèr & accusauit me seruum tuum apud dñm meum regem. Tu aût dñe mi rex, sicut angelus Dei es.] i. iustus & sapiens, [fac quod placitû est tibi] de hæreditate quam mi abstulisti, & seruo meo dedisti. [Neq; eñ fuit dom⁹ patris mei] i. posteritas Saul [nisi morti obnoxia, dño meo regi.] i. ab eo occidi promeruit, habendo respectum ad iniurias Saul, quas per se & suos fautores tibi inflixit. Ionathas tñ & alij non côsentientes, non erant ita morti obnoxij, magisq; tenebatur benefacere ipsi Mephiboseth propter

vir-

virtutes immediati patris sui Ionathę,& pactum ꝙ pariter inierunt,q̃ lædere eum ꝓpter ma litias Saul.Sed Mephiboseth humiliter loquitur,ꝓferens ea q̃ad regis excusationẽ videbanẽ aliqualiter ptinere.[tu aũt posuisti me seruum tuum inter couiuas mensæ tuæ.Quid ergo ho diè habeo iustæ q̃relæ?aut quid possum vltrà vociferari ad regem?]q.d.Tanta beneficia mihi exhibuisti ex vna parte,ꝙ ex altera parte conq̃ri nequeo,etiã si auferas data.[Ait ergo ei rex: Quid vltrà loqueris?]i.non oportet te de hac re amplius loqui.[Fixum est ꝙ loquutus sum.] i.sententia contra te prolata,qua bona tua cótuli seruo tuo, non potest à me reuocari in toto, q̃ tñ vtiq; potuit,imò & debuit totaliter reuocari. imò in contrariũ potuisset mutari,cognito errore proprio,& fraude atq; malitia Zibæ.[Tu & Ziba diuidite possessiones.]q.d. Ambob⁹ totũ dedi diuersis téporibus,sed quia vterq; totum habere non potest, inter vos diuiditatur Sed ei cui iniustè datũ fuit,debuit auferri,& iusto possessori totum restitui.InsupZiba fuit iu stè & acriter puniendus ꝓpter iniquitates suas in Deũ ac dñm suum Mephiboset, atq; ad pœ nam talionis fuisset astrictus.[Rñditq; Mephiboseth regi:etiam cuncta accipiat postq̃ reuer sus est dñs meus rex pacificè in domũ suam.Barzillai quoq; Galaadites senex valdè,descen- dés de Roglim,traduxit regem Iordané,paratus etiam vltrà fluuiũ ꝓsequi eum.Erat aũt Bar- zillai Galaadites senex valdè]i.octogenarius,ex quo patet,ꝙ & illis temporibus ætas illa val dè magna reputabaẽ.Nam & Dauid tunc dixerat:Dies annorum nostrorum in ipsis 70.anni. Vndè quidam cócludunt,supernaturale fuisse,ꝙ hoĩes ante diluuium vixerũt annis 900. aut circiter,[& ipse pbuit aliméta regi cùm moraretur in castris.Fuit quippe vir diues nimis,] & tamen liberalis ac iustus,vt ex scripturis apparet,quia suis diuitijs vtebatur prudẽter. [Dixit itaq; rex ad Barzillai:Veni mecum vt requiescas securus in Hierusalẽ.Et ait Berzillai ad regẽ Quot sunt dies annorum vitæ meæ,vt ascendam cum rege in Hierusalem?Octogenarius sum hodiè.Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue vel amarum?]i.tantę sum senectu tis, ꝙ gustus meus vigorosus non est ad discernendum inter dulcia & amara, [aut delectare potest seruum tuum cibus & potus,]i.ampliùs non delector in delicatis ac regijs escis ac po- culis, [vel audire possum vltrà vocem cantorum atque cantraticum?] i.in melodijs vltrà non glorior, consumpto vigore sensuum exteriorum. [Quare seruus tuus fit oneri dño meo re- gi?]i.non decet vt ego qui aliundè satis abundo,grauem regis pręsentiam,cui deseruire non valeo,confectus iam senio.[Pauluùm præcedam famulus tuus ab Iordane tecum.Non indi- geo hac vicissitudine,sed obsecro vt reuertar seruus tuus,& moriar in ciuitate mea, & sepeli ar iuxta sepulchrum patris mei & matris meæ. Est autem seruus tuus Chamaham, ipse vadat tecum dñe mi rex,& fac illi quicquid bonum tibi videtur.Dixit itaq; rex:Mecũ transeat Cha maham,& ego faciã ei quicquid tibi placuerit,& omne quod petieris à me,impetrabis.Cũq; transisset vniuersus populus & rex Iordanem, restitit & osculatus est rex] ipsum [Barzillai,] valedicendo ei ex amore præcipuo, & pro pacis indicio, [& benedixit ei, & ille reuersus est in locum suum.Trãsiuit ergo rex in Galgalam]i.locum famosum sic appellatum,[& Chama ham]filius[Barzillai cum eo,]qm̃ Dauid filium illum loco patris sui secum accepit.[Omnis autem populus Iuda traduxerat regem,& media tantùm pars affuerat de populo Israel. Itaq; omnes viri Israel,]qui nondum aduenerant neq; adfuerant traductioni regis per Iordanem. concurrentes]in Galgala[ad regem,dixerunt ei:Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem & domum eius Iordanem,oésq; viros Dauid cum eo?]i.cur te occultè seu non p̃sentibus ac scientibus nobis deduxerũt?[Et respondit omnis vir Iuda]i.quidam ꝓ omnibus de tribu Iudæ natis,[ad viros Israel:Quia propior est mihi rex,]cum sit natus de tri bu Iuda.[Cur irasceris super hac re? Nunquid comedimus aliquid ex rege, aut munera data sunt nobis?]i.ea quæ fecimus,fecimus ex charitate ad regẽ, non propter bonum delectabile aut vtile quod contulerit nobis,qa nec pauit nos,nec munuscula nobis largitus est. Et respon dit vir Israel]i.populus vndecim tribuum, [ad viros Iuda, & ait: Decem partibus ego maior sum apud regẽ,&primogenitus ego sum]i.vndecim tribus continentur in nobis,& sic decem tribubus te excedo,vna quoq; tribus in me contenta, de primogenito Iacob est nata,videli- cet tribus Ruben,[magisq; pertinet ad me Dauid q̃ ad te.]Propter has duas causas,videlicet ob dignitatem primogenituræ & abundantiam multitudinis meæ,per quam valeo ei ampli- ùs deseruire,in qua etiam dignitas regis cósistit,iuxta illud ꝓuerbij. In multitudine populi, dignitas regis:in paucitate plebis,ignominia principis.[Cur fecisti mihi iniuriam, & non mi hi nunciatum est priori vt reducerem regem meum?Duriùs aũt responderunt viri Iuda filijs Israel.]quorum verba nõ sunt descripta.Sed forsan dixerunt se digniores,quia reges ex Iuda nascituros Iacob pdixit,& alia multa priuilegia tribui illi fuerunt collata,& primò super se in regem ipsum Dauid vnxerunt.Credẽdum aũt videtur,ꝙ in hac contentione superba, puerili atq; inutili,Dauid rex libenter interposuisset se medium ad concordandum,sed præ tumultu nequit.Et eccè quanta est incóstantia hoĩm,quanta mutabilitas euẽtuũ humanorũ:qm̃ trib⁹ istæ q̃paulò antè regi concorditer restiterunt,iã inter se contenderunt,eò ꝙ vna prę alijs fuit

1.Re.18.20.
Psam. 89.
Genes. 29.
Prouer. 14.
Genes. 49.
2.Reg.2.

honorata in regis reductione. Hoc quoq; pēsandū, q̄ per Israel hoc loco intelligant vndecim tribus. Tertio aūt & quarto libris, per Israel intelliguntur decē tribus post regni diuisionem qa extūc trib⁹ Beniamin adhæsit tribui Iudæ, ꝓpter q̄ per tribū Iudæ intelligunt ibi duæ trib⁹ aut tres, qa & trib⁹ Leui eis adhæsit, vt infrà habet. ¶Spiritaliter ex isto edocemur cap. exem
3. Reg. 12. plo S. Dauid, deplāgere eos q in peccato moriunt mortali, & impuisè seu alio modo in suis cidunt peccatis, in qbus incōparabiliter plùs dolenda est mors aīæ sempiterna, q̄ mors corporalis breuissima. Per Ioab verò intelligunt hoīes carnales, mundani, q p̄sentia attendunt potiùs q̄ futura, & mala pœnalia ponderāt magis q̄ mala culpę, summumq; malū existimant p̄cipuas aduersitates vitæ p̄sentis, quas vir verè spiritalis, internus & contemplatiu⁹, respectu malorum culpæ ac infernalis miseriæ, pro nihilo arbitratur. Insup docet nos histor. ista, q̄ vexatio
Esaiæ 24. sæpè dat intellectū, qm̄ populus Israel cùm succubuisset in p̄lio, cōsiderauit bñficia Dauid, & petijt eum redire: sic multi in aduersitatibus pensant beneficia Chr̄i, qui eos de iugo diaboli, de seruitute peccati, de tormētis liberauit inferni, propter q̄ dep̄cantur, vt gratiosè reuertat
2. Reg. 18. ad eos. Queādmodùm etiā Dauid specialiter reuocauit ad se tribū Iuda & Amasam, sic Chr̄s ecclesiasticos viros ac p̄latos specialiter exhortatur ad vītæ emēdam, ad gr̄am pristinā, ad p̄sidentiā salutarē. At verò per Semei designant, qui in aduersis iniuriant iustis & superiorib⁹ suis, sed eisdem in prosperis blandiūtur, veniāq; p̄cantur. Per Mephiboseth verò accipiūtur boni fideles, q Chr̄o capiti suo compati studēt, & ei⁹ amore affligūt seipsos, ac viles cōsolatiōes despiciūt, dū spiritalis cōsolatio Chr̄i eis subtrahitur, nec exteriori ornatu pōpatico se deco
2. Reg. 16. rāt, quib⁹ tñ maligni multipliciter obloquūtur. Ex hoc demū q̄ Dauid occasione Zibæ peccauit tā grauiter, constat q̄ vitādi ac p̄iculosi sint detractores & adulatores principibus ac p̄latis. Porrò ex r̄nsione & facto Barzillai rep̄hēdūtur antiqui, qui nō obstāte senio suo, adhuc moliuntur placere magnatib⁹, & magnorū se ingerūt curijs, atq; in delicatis cibis & potib⁹, in cāticis & musicis delectari exquirūt, cū iā pœnitētiæ fletib⁹ & meditatiōi mortis assiduè deberēt insistere. Verūtñ regibus licet talib⁹ melodijs atq; solatijs ꝓ recreatione cū moderamine vti quia diuersis curis atq; onerib⁹ affligūtur, p̄mūtur & distēdūtur. Postremò, p cōtentionē illā stultā ac friuolā inter tribū Iuda & cæteras trib⁹, p̄figurata est contentio ambitiosorū in eccle
Roma. 12. sia Dei, qui ex ambitiōe ꝓ dignitatib⁹ inter se litigāt, ꝓ proprijs solicitantur honoribus, atq; inuicem nō honore & humilitate, sed inani suspicione & elatione p̄ueniunt, dum vnusquisq; seipsum nititur exaltare, & ꝓximum suum vilificare. Possunt quoq; per vndecim trib⁹, intelligi seculares, per tribū Iuda, regi ꝓpinquiores ecclesiastici, inter quos est frequens dissensio.

¶Expositio cap. 20. Accidit quoq; vt ibi esset vir Belial. Arti. 30.

Augustin⁹ Frequenter cōtingit, vt post bella cōtra extraneos & expugnationē illorū, sequātur p̄iculosiora p̄lia intestina, sicut in libro de ciuitate Dei ostēdit Augu. de Romanis. Sic in ista historia partim iā patuit, atq; in isto cap. adhuc aliqualiter tāgitur de Iudæis. [Accidit quoq; vt
2. Reg. 19. ibi] videlicet in contentione descripta in fine p̄cedētis cap. [esset vir Belial] i. sine timore, iugoq; disciplinæ, [noīe Siba, vel vt aliqui dicunt, Sęba, ita q̄ per punctū segol, i. æ diphtongon scribitur in Hæbræo, [filius Bochri, vir Iemineus,] i. de semine Iemini, de quo dictū est sæpè eratq; de semine Beniamin, & ita hic Sæba videtur fuisse de consanguinitate Saulis, vndè & ꝓnus fuit ad rebellionem contra Dauid, dolens ac inuidens de translatione regiæ dignitatis à tribu Beniamin posteritateq; Saul, ad tribum Iuda, & ad ipsum Dauid, [& cecinit buccina,] vt ei audientia p̄beretur, cunctis mirantibus de improuiso clangore, [& ait: Nō est nobis pars in Dauid,] i. non indigemus communionē & participationē habere cum ipso sicut cum rege, & prout ipse inhonorauit nos, ita & ipsum despiciamus. [neq; hæreditas in filio Isai.] i. opus nobis non est, vt iugiter huic Dauid & eius posteritati adhæreamus, quasi eo relicto non valeamus prouideri de rege, nec ipse hæreditario iure rex est, cùm sit filius Isai, qui simplex fuit ciuis, non rex aut filius regis. [Reuertere in tabernacula tua Israel.] vnusquisque nostrûm de quacunq; vndecim tribuum natus, ad propria reuertatur, vt inter nos prouideamus nobis de rege. [Et separat⁹ est oīs Israel à Dauid, sequutusq; est Sęba filium Bochri,] i. vndecim tribus cum Sęba recesserunt à rege, [viri aūt Iehuda adhęserunt regi à Iordane vsq; Ierusalē. Cumq; venisset rex in domum suam in Hierusalem, tulit decem mulieres concubinas.] i. secundarias coniuges suas, cognito q̄ filius suus Absalon cognouisset eas, [quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, i. reclusit & à virorum retraxit consortijs, nō tñ quasi reas in captiuitatem aut carcerem trusit, quanuis forsan culpam inciderunt in concubitu illo incestuoso, non satis dissentiendo, aut renitendo quantùm in ipsis fuit. [alimenta eis p̄bens. Et non est ingressus ad eas, sed erant clausæ vsq; in diē mortis suæ.] Reclusit aūt eas Dauid, quia nec ipse voluit ampliùs eas cognoscere, cùm essent à filio suo fœdatæ, nec ab alio voluit eas cognosci, qm̄ erant suæ vxores, & erant [in viduitate viuentes,] i. instar viduarum, atq; in continentia viduali, sicq; in viduitate viuebant, non quòd maritus earum obierit, sed quantùm ad tori separationem. [Dixit autem rex Amasæ: Cōuoca mihi omnes viros Iuda in diem

diem tertiũ,& tu adesto pſens,]i.cum eis redi ad me,vt in eorum pſentia constituã te principem militiæ,vt aliq dicunt.[Abijt ergo Amaſa, vt cõuocaret Iudã.Et moratus est extra placitum q ei statuerat rex:]i.infrà tres dies nõ redijt qa fortã ſsis infrà ſpatium illud nõ potuit negociũ adimplere,vel aliud impedimẽtum ei occurrit.[Ait aũt Dauid ad Abiſai:Num magis afflicturus est nos Sęba filius Bochri, q̃ Abſalon?]i. non decet vt pmittamus nos infestari ab eo duriùs,q̃ nos Abſalon infestauit,q tñ fieret, ſic permitteremus eum diu impunitum,ita q vel ipſe vel alius cõstitueretur rex vndecim tribuũ.[Tolle ergo ſeruos dñi tui,]i.pugnatores ac milites q erant vel adhuc ſunt ſub Ioab principe militum, q tñ ſecundũ Magistrum in historijs,iam fuit à principatu illo amotus,vel ſecundum alios,amouẽdus.Propter q Dauid nõ cõmiſit ei istud negocium.At tñ qdam dicunt, q Ioab iam fuit abſens ad cõgregandos viros q adhæſerant Dauid regi in pſequutione Saulis. Quod nõ videtur,qa ſecundũ Ioſephum,Ioab fuit pſens,nec pter illos tam paucos cõgregandos oportuerat ipſum Ioab exire. Imò ſecũdũ Ioſephum,illi viri,q erant ſexcenti,exierunt cum Dauid fugiente,& redierunt cũ eo. Deniq;, ex statim ſequẽtibus innoteſcit, q Ioab fuit in via cũ Abiſai:nec vlla fit mentio, q in via venit ad eum cũ congregatis ab ipſo.[& pſequere eum,ne fortè inueniat ciuitates munitas,& effugiat nos. Egreſſi ſunt ergo cũ eo viri Ioab, Cerethi quoq; & Phelethi, & omẽs robusti exierunt de Hieruſalem,ad pſequendum Sæba filiũ Bochri.Cumq; illi eſſent iuxta lapidẽ grandẽ qui est in Gabaon, Amaſa veniens occurrit eis. Porrò Ioab vestitus erat tunica stricta ad mẽſuram habitus ſui,& deſuper gladio accinct' dependẽte vſq; ad illia in vagina,q fabricatus leui motu egredi poterat & pcutere.] Ilium ſeu ile, dicitur intestinum paruũ, rotundum,renibus animalis adhærens.Ex his ſatis apparet, q Ioab exiuit cum Abiſai volẽs placere regi,quẽ offendit, Abſalonẽ contrà regis imperiũ occidendo.[Dixit itaq; Ioab ad Amaſam: Salue mi frater.] Conſuetudo em nobiliũ est, vt cõſanguinei ſe inuicem vocẽt fratres ac ſorores. Et tã amoroſo eum nomine appellauit, vt ille minus ſibi pcaueret de dolo.[& tenuit manu dextra mentũ Amaſæ, quaſi oſculans eum. Porrò Amaſa nõ obſeruauit gladiũ quẽ habebat Ioab.]i. à vulneratione gladij nõ pcauit, & forſitan nec gladiũ attendebat, nec mali quid ſuſpicabat de conſobrino,pace iam facta per regẽ,& culpa ſua ſibi dimiſſa. [Qui percuſsit eũ in latere,& effudit intestina eius in terrã,& mortuus est.] Vndè patet crudelitas,falſitas,calliditas,ſimulatio impij Ioab,q strenuiſsimũ iuuenẽ prium conſobrinũ, quẽ apertè inuadere nõ audebat,tã pditorie atq; ſæuiſsimè vno ictu occidit,qa[nec ſecundũ vulnus appoſuit.]Percuſsit aũt eum manu ſinistra & ſub ſpecie amicitiæ,ac oſculi blãdimento,apparatuq; faciei ſereno tantã texit mẽtis ſuę ſęuitiam atq; inuidiã, ac tm cõmiſit flagitiũ. Porrò vt in Scholastica fert historia,Ioab arte quadã ſimulãs,quaſi gladi' cecidiſſet & reciperet eum, impuiſè & ſubitò latus Amaſę pforauit,& gladiũ extrahẽdo,vulnus ſic auxit,q intestina elapſa ſunt. Hic refert Lyra q in Hebræo habet,exijt ſ.enſis & cecidit.qa videlicet Ioab ex ppoſitio ita diſpoſuit,vt caderet gladius de vagina in terrã,quatenùs Amaſa æstimaret q Ioab leuaret gladiũ ad reponendũ in vaginã,nõ ad vulnerandũ. Verùm vt dictũ est pcedẽti articulo Ioab occidit Amaſam eadẽ cauſa,qua occiderat Abner, ne ſ.principatum obtineret militiæ. Specialiter quoq; indignabatur,ac inuidebat nepoti,q ille q pauloantè fuerat contra Dauid. qñ ipſe Ioab nõ ſine periculo astitit ei,iam pmoueretur à rege, & loco ſui eſſet ſecundus post regẽ,ſeu militũ princeps,& quantùm ad hoc,vidibat factum Ioab aliquantulũ habere colorẽ niſi tam pditoriè hoc feciſſet.[Ioab aũt & Abiaſi frater eius,perſecuti ſunt Sæba filiũ Bochri. Intereà quidã viri cùm steti ſſent iuxta cadauer Amaſæ de ſocijs]hoc est, militibus & amicis ipſius[Ioab,dixerunt:Eccè qui eſſe volebat comes Dauid]i. princeps militiæ regis[,p Ioab.] Quaſi dicant:Iam apparet,q̃ inſipienter egit, opponendo ſe Ioab , atq; ad principatũ militiæ aſpirando,& vbi iam excellẽtia eius? Verùntñ isti loquebãtur ex affectione ſua p Ioab. Non em legitur Amaſa aſpiraſſe ad illud officium,& infrà habetur, q Salomõ aſſerit Amaſam iustũ fuiſſe. Non aũt est mirum aut nouum, q vir bonus ad pſidentiã benè diſpoſitus, ab hõe ambitioſo ſeu impio occidatur.Et forſan Deus pmiſit Amaſam ſic occidi,quia exceſsit adhærẽdo Abſaloni contra Dauid.[Amaſa aũt conſperſus ſanguine]hoc est, corpus ei' prio pfuſum cruore,[iacebat in via. Vidit hoc quidam vir, q ſubſiſteret omnis populus ad videndũ eum] ſicut adhuc moris est, q ad inſpiciendum noua, rara, inſolita,mira & impuiſa,cõfluũt hoẽs, [& amouit Amaſam de via in agrũ] clamãs, q iustè occiſus eſſet,quia doloſè feciſſet moram redeundi ad regẽ vltra tempus pfixum. Quod dixit, ne astantes moueręntur aduerſus Ioab, & eũ ſequi renuerent.[operuitq; eum vestimẽto,ne ſubſisterent tranſeuntes propter eũ Amoto ergo illo de via,tranſibat omis vir ſequens Ioab ad perſequendũ Sæba filium Bochri.Porrò ille]videlicet Sæba[tranſierat per oẽs tribus Iſrael vſq; in Abela , & in Beth Maacha] hoc est,per vndecim tribus. Nõ em per tribum Iudę tranſierat,ſed per vndecim tribus , quas hortabatur, ne redierent ad obedientiam Dauid,ſed ſe potiùs cõstituerẽt regem,[omneſq; viri electi]i. pcipui elegantesq; viri de vndicim tribubus, [congregati fuerant ad eum,] hoc est, ad

Pet. Co.histo. lib. 2 Reg. cap. 19

Ioſe. lib. 7. ant.iu.ca.u

Pet. Co.histo. lib. 2. Reg. ca. 91.

2. Reg. 3.

2. Re. 10.

3. Reg. 2.

2. Reg. 17.

adSæbã, volẽtes eum ꝓmouere. Aliqui tñ exponunt, ad eũ, i. adIoab. Sed hoc nõ videt textui cõsonare, q̃uis etiã multi electi fuerint secũ. Et ꝙ ait, oẽs, exponendũ est, qdam de omnibus, [Venerũt itaq; & oppugnabãt eum in Abela & in Beth Maacha, & circundederũt munitionibus ciuitatẽ, & obsessa est vrbs. Omnis autẽ turba q̃ erat cũ Ioab, moliebant destruere muros. Et exclamauit mulier sapiẽs de ciuitate] Abesa, in qua Ioab cũ exercitu obsedit Sæbã: [Audite, audite, dicite Ioab: Appropinqua huc, & loquar tecũ. Qui cùm accessisset ad eã, ait: Tu es Ioab? Et ille respondit: Ego. Ad quem sic locuta est: Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respõdit: Audio. Rursumq; illa: Sermo, inqt, dicebat in veteri ꝓuerbio:] i. ex antiquis tẽporibus vulgariter & q̃si p modum ꝓuerbij dici cõsu euit. [Qui interrogãt,] hoc est, aliqd scire, addiscere, seu quærere voũlt, [interrogẽt in Abela,] i. in vrbe illa inueni abundantiã sapiẽtiũ hoĩm, ad respondẽdum idoneorum. Vt aũt Petrus Comestor affirmat, in Hebreo nõ habetur, ꝓuerbio, sed sic: Sermo dicebatur, in veteri videlicet lege, hoc est, olim in lege Mosis iussũ est vt filij Israel priùs offerant pacẽ vrbibus impugnandis, ꝓut in Deuter. legitur. Sed & alij qdam fatentur, ꝙ vetus ꝓuerbium accipitur hîc pro lege. Nihilominùs aduertẽdum, ꝙ illud pceptum de pace offeranda, nõ erat intelligendũ de vrbibus Cananæorũ, quas filijs Israel Deus ꝓmisit ac dedit in primo eorũ ingressu in terrã ꝓmissionis. Vnde cùm in Deuter. dñs pcepisset. Si qñ accesseris ad expugnandã ciuitatẽ, offeres ei primùm pacẽ: paulo post subdidit. De his aũt ciuitatibus q̃ dabuntur tibi, nullum omninò permittes viuere. [& sic * perficiebãt.] hoc est, iuxta ea q in Abela didicerũt esse agenda, agebant. [Nonne ego sum q̃ respondeo veritatẽ in Israel?] i. credere debes mihi, qm̃ ex speciali gratia & sapientia mihi collata, possum & soleo respondere, ꝙ verum & iustum est filijs Israel. Circa hoc refert Lyra: Dicunt Hebræi, ꝙ mulier ista fuit Sara filia Aser, q̃ cum Iacob intrauit Aegyptum, & ꝙ habuit spiritũ ꝓphetiç, annuncians Iacob patriarchę ipsum Ioseph nõ esse defunctũ, qñ Iacob putauit ꝙ mortuus esset. Sed Lyra satis hoc reprobat, quia secundũ fabulã istã fuisset hæc mulier, qñ hæc dixit, circiter septingẽtorum annorũ. [Et tu quæris subuertere ciuitatem, & euertere matrẽ in Israel?] Quasi dicat: Cõtra legẽ agis in hoc, ꝙ oppidum istud quæris distruere anteq̃ ei pacẽ offers, pſertim cùm ciuitas ista ob sapientiã habitantiũ in ea, sit mater Israelitarum, quos instruit. Aliq text⁹ habent matrẽ ciuitatum & sensus redit in idẽ, sumẽdo cõtinens ꝓ cõtento. Tñ in Hebræo nõ habet, ciuitatũ. [Quare pcipitas hæreditatẽ dñi?] hoc est, cur conaris deijcere vrbẽ hanc, quæ est pars terræ ꝓmissionis, quam Deus ꝓ hæreditate ꝓmisit ac cõtulit filijs Israel? [Respondẽsq́, Ioab, ait: Absit, absit hoc à me, nõ pcipito neq; demolior.] i. nõ intẽdo directè hoc facere, dummodò ipsiumSæbã seditiosum dederitis manibus nostris. [Nõ sic se habet res, sed homo de mõte Ephraim Sæba fili⁹ Bochri cognomine, leuauit manũ suam contra regem Dauid. Tradite illum solum, & recedemus à ciuitate.] ¶ Quo circa est quæstio, qualiter dicatur esse de monte Ephraim, cum sit dictum, ꝙ fuit de Beniamin tribu. Respondetur, ꝙ habitauit in monte Ephraim. [Et ait mulier ad Ioab: Ecce caput eius mittetur ad te per murum.] Vndè elicitur, ꝙ mulier ista cognouit, vel ex reuelatione diuina, vel ex coniectura humana, ꝙ ciues acquiescerẽt suo cõsilio. [Ingressa est ergo ad oẽm populum] q erat in Abela, potissime ad maiores, [& locuta est eis sapienter,] i. rationabiliter ipsis persuasit ꝙ nõ possent resistere regi Dauid, quia electus esset à Deo, & pualuisset in pljs vndiq;, & ꝙ oẽs qui oppusuerunt se ei, perissent seu victi essent. [Qui abscissum caput Sæbæ filij Bochri ꝓiecerunt ad Ioab] per murũ. Maluerunt em̃ illum solũ decapitari, q̃ periculis secum inuolui. [Et ille] videlicet Ioab [cecinit buccina,] in signum victoriæ, [& recesserunt ab vrbe, vnusquisq; in tabernacula sua. Ioab aũt reuersus est in Hierusalẽ ad regẽ. Fuit ergo Ioab sup omnem exercitũm Israel.] Qui aũt dicunt eum fuisse ab officio illo pauloantè depositum, asserunt eũ iã restitutum. Et q̃uis non legitur hîc increpatus à rege de occisione ꝓditoria Amasæ, ꝓbabile tñ est, ꝙ rex durè increpauerit eum, q̃uis in officio suo reliquerit eũ vitãdum disturbium. [Banaias autẽ filius Ioiadæ] erat [sup Cerethæos & Phelethæos] Hoc suprà fuit expositum. [Adurã verò] erat [sup tributa] leuãda ab his qui regi sub tributo seruiebãt. [Porrò Iosaphat filius Ahilud] erat [à cõmentarijs] hoc quoq; superiùs expositum est. [* Siba aũt scriba,] suprà scriptum est, & Saraias scriba. Vndè vir istè videt fuisse binomius, nec erat Siba seruus Mephiboseth. [Zadoc aũt & Abiathar, sacerdotes. * Irã autẽ Iairites] hoc est, de vrbe sua ita cognominatus, [fuit sacerdos Dauid,] i. specialis & ꝓprius eius sacerdos in sacrificijs offerẽdis, & quasi capellanus ipsius. Velut quidam exponunt, fuit sacerdos Dauid, i. magnus apud eum, queadmodum Iethro dicitur sacerdos Madiã fuisse, atq; (vt fertur, secũdũ Hier.) fuit magistar ipsi⁹ regis, ad cuius cõsilium corripiebatur. ¶ Iuxta mysticũ intellectũ, p Sębã virũ Belial, ĩtelligũt turbatores coĩnatis, rebelles & seditiosi, q facili occasiõe suis se opponũt superiorib⁹, atq; ad schisma, resistẽtiã ac inobedientiã cõcitãt alios, canuntq; buccina, supbè aut facũdè seu clãorosè loquẽdo, ad extrusionẽquoq; supioris sui aspirãt, & seipos ad psidẽtiã nitũt ingerere. [Viri aũt Iuda adhęserũt regi suo ab Iord. vsq; ad Hier.] Sic veri fideles corde ore

Per. Co. histo lib. 2. Re cap. 19.
Deut. 20.
Ibidèm
* ꝓficiebãt
Gene. 46.
2 Reg 8.
Ibidèm
* Seua
* Hira
Exod. 4. 18.
Hieronym.

ore & opere dño cõfitentes confessione propriæ culpæ ac laudis diuinæ, adhærent Chr̃o non in ꝓsperis tantùm, sed etiam in aduersis à tẽpore sui baptismi, quousq; ad superam Hierusalem perducantur. Et si aliqñ cadant peccando, surgunt veraciter pœnitendo. [Cumq; venisset rex in domũ suam in Hierusalem, tulit mulieres decem cõcubinas suas. [Per concubinas Dauid ab Absalone pollutas, intelliguntur aĩæ imperfectæ, à quocunq; hæresiarcha deceptæ, q hæresiarcha vocat se filium Chr̃i, i. verè fidelem, & in baptismo in Chr̃o renatus est. Christus verò tales animas qñq; illuminat, gratiosè redeundo ad eas, atq; ad ecclesiasticam vnitatem has reducẽdo, à qbus quasi discessit, cõsolationẽ seu grãm suspendendo aut subtrahendo, dũ eas tentari & falli permisit. Quas cùm ad veram reduxerit fidem, tradit custodię, ꝓseruãdo ac separando eas ab omni hæreticorum cõmunione ac pristina deceptione: nec ad eas ingredit̃, dum solita cõsolatione priuat easdem, vt magis humiliẽt se. [Dixit aũt rex Amasæ: Conuoca mihi oẽs viros Iuda in diẽ tertiũ, & tu adesto p̃sens.] Sic saluator iubet p̃latis, vt subditos suos reducãt ad ipsum in fide supbenedictissimę Trinitatis, & p̃sonaliter assint mẽbris ac ouibus Chr̃us sibi commissis, ne insufficientibus eas cõmittant vicarijs. [Dixit Ioab ad Amasam: Salue mi frater.] Per Ioab hoc loco intelligunt̃ homines fraudulẽtr, venenati, ambitiosi, simulatores, crudeles, inuidiosi, ác pessimi, qui proximorum tenent mentum dextera manu, dulciterq; salutant, sinistra verò occidunt, & intestina eorũ effundũt, dũ ipsis adulant̃, laudesq; exhibẽt, ac foris applaudunt, sed occultè obloquuntur, nocẽt, affligunt, seu supplãtare conãtur de qbus loqtur Hieremias: Sagitta vulnerans est lingua eorum, pacẽ cum amico suo loquit̃, & occultè ponit ei insidias. Vndè & in Prouer. asseritur: Homo qui blãdis fictisq; sermonibꝰ loquitur amico suo, rete expandit pedibus suis. Impijssima aũt ambitio ita excæcat, peruertit obdurat cor hoĩs, vt in oĩa scelera paulatìm labatur, nec propinquis parcat, neq; amicis: & ꝙ manifestè facere erubescit aut neqt, occultè perpetrare conetur, iustos quoq; & meliores se, nitatur à p̃latione deijcere, & oĩ timore Dei neglecto, seipsum studeat inthronizare, sed & fautores sibi studet aqrere, p quos palliet sua mala, & bonos accuset. [Ioab aũt & Abisai persecuti sunt Sæbam.] Sic non solùm iusti, sed & impij quidã p̃lati & officiati, per excoĩcatiões, interdicta, suspensiones, pecuniarumq; extorsiones, ac alios modos puniunt quosdam reos. [Exclamauit mulier sapiens de ciuitate.] Per mulierem hãc sapientem & eloquentẽ, designatur sacra p̃dicatorum religio & sapientia sacerdotum, q in ecclesia clamat, atq; ad inquisita respondet, & increpat eos, qui sacra loca demoliuntur. Caput etiam Sæbæ amputari procurat, & proijcit ipsi Ioab, qm̃ seditiosorum rebelliumq; superbiam, ostendit esse mox perituram & condemnandam. Fuit ergo Ioab super exercitum. Nam & Christus interdũ ambitiosos ac impios permittit ad tempus regnare, qui propter peccata populi, facit regnare hypocritam.

2. Reg. 16.

Hierem. 9.

Prouer. 29.

Iob. 34.

¶ Elucidatio cap. 21. Facta est quoq; fames in diebus Dauid. Arti. 31.

PRęsens describit capitulum, qualiter incõp̃hensibilis Deus, cuiꝰ iudicia sunt velut abyssus multa, declarauit suã iustitiã in vltione iusta ꝓpter iniuriã Gabaonitis illatam. [Facta est quoq; fames in diebus] regni [Dauid] hoc est, in regno suo, fames (inquam) sterilitatẽ terræ seqñs [tribus annis iugiter. Et cõsuluit Dauid oraculũ dñi:] i. responsum à Deo petiuit per sacerdotẽ pontificẽ, vt sæpiùs dictum est, aut per Prophetas. Dicuntq; aliqui ꝙ 1. anno illiꝰ famis nõ consuluit dñm, quia putauit sterilitatẽ illã ex naturali cõtingere causa: nec anno secundo, quia putauit eã venire ꝓpter idolum Michæ, ꝙ erat adhuc in tribu Dan, propter ꝙ, idolũ illud destruxit: sed sterilitate nõ cessante, consuluit dñm. Sed istud de idoli Michæ destructione facta per Dauid, non videt̃ consonare ei, quod scriptum est in Iudicũ lib. Posueruntq; sibi sculptile, & Ionathan filium Gersan, filij Mosis, ac filios eius sacerdotes in tribu Dan, vsq; ad diem captiuitatis suæ. Mansitq; apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo. Et quamuis verba hæc dupliciter exponantur, prout super Iudicum scripsi, tñ secũdum nullam expositionum illarum, conueniunt præfatæ assertioni. [Dixitq; dñs,] respondẽdo regi deuoto per sacerdotem, seu alio modo prætacto: [Propter Saul & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas] i. propter scelera ipsius Saul & sobolis suæ, atq; fautorum & cooperatorum ipsius, quia Gabaonitas interfecerunt iniustè, idcircò domus sanguinum appellantur. Vel quia multorum sanguinem fuderunt iniuste, vel quia sanguinis proprij effusionem promeruerunt: Vel sanguinum, i. vitiorum. ¶ Prætereà qritur, cur pro peccato Saul & suorum tamdiu p̃terito, puniti sint Dauid ac populꝰ eius fame tam longa, seu terrę sterilitate. Rñdetur, ꝙ Dauid negligens fuit, non faciendo iustitiam Gabaonitis ꝓ eorũ iniuria, & multi eorum qui participes erant peccati Saul, ac ei fuerunt cooperati, vixerunt adhuc. Cõmunitas quoq; freqnter punitur ꝓpter peccatum cõmissum ab aliq parte seu persona ipsius, inquãtũ oẽs dè vna coĩtate, sunt quodãmodo vnũ, queãdmodũ in lib. Iosuæ fert̃ de Achã & filijs Israel. Nec tñ deꝰ in tali casu derogat his qui in ipsa coĩtate sunt innocentes de huiuscemodi vitio ꝙ punit̃, qm̃ pius ac sapiens Deꝰ pœnam q sustinẽt, ordinat eis ad maius bonum, videlicet ad purgationem aliarũ qs habent culparũ, seu grã incrementum. [Vocatis ergo Gabaonitis, rex

Psal. 35.

Iudicũ 8.

Iosuæ 7.

rex dixit ad eos:]Cur aũt nõ licuit Saul & suis occidere Gabaonitas, subiũgit:[Porrò Gaba onitæ]habitantes in vrbe noĩe Gabaõ & alijs oppidis ei annexis, s. Caphira & Beerot & Cari
Iosuæ 9. athiarim, ꝓut Iosue describit, [nõ erãt de filijs Israel,]i. de stirpe Iacob, aut tribub⁹ eius, [sed
Ibidem reliquiæ]i. posteri quidã[Amorrhæorum]qui cõfugerũt ad Iosue.[Filij quippe Israel iuraue rãt eis,]videlicet Iosue & principes tribuum, ꝙ non occiderent, nec ipsi, nec eorum posteri à
Ibidem filijs Israel. Nã fœdus pacis inierunt cum eis, vt Iosue narrat, idcirco & Saul, ac suo tẽpore exi stentes Iudæi, tenebant fœd⁹ istud implere.[Et voluit Saul ꝑcutere eos zelo, q̃si ꝓ filijs Israel
Deut. 23. & Iuda: hoc est, interficere voluit Gabaonitas, & quosdã eorum percussit, fingens & simulans se hoc facere zelo legis, in qua Moses iussit Amorrhęos oĩno exterminari, ad vtilitatẽ vndecĩ tribuũ ac cõmodũ tribus Iudæ, dicens, ꝙ Gabaonitæ terrã filijs Israel promissam occuparent iniustè, & expedire ꝙ vrbes ac terræ Gabaonitarum filijs Israel redderent. Verũtñ zel⁹ Saulis fuit indiscretus, & magis credit motus auaritia, q̃ iustitia: q̃m vrbes & possessiones Gabaonitarum erant in Beniamin tribu, ideo eas optauit: atq; vt fertur, percussit Gabaonitas ex odio sa cerdotũ quos antè occiderat, q̃m Gabaonitæ sacerdotibus seruiebãt, ligna & aquas cõporan do ad domũ Dei, ꝓut Iosuę 9. scribitur eis iniunctũ ❡ Porrò, quod in multis libr. subiũgitur, ne perimerẽt eos, in Hebręo nõ habetur: ideo non est de textu, sed ab aliquo expositore fuit adiũctum, eo ꝙ subintelligat.[Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas: Quid faciã vobis, & ꝙ erit vr̃i piaculũ,]i. placatio ac satisfactio ꝓ iniuria vobis illata? Piaculũ q̃nq; sumitur pro peccato aliq̃n pro satisfactione peccati, & ita hic capitur.[vt benedicatis hæreditati dñi]hoc est, bona imprecemini filijs Israel, orando pro ipsis ex corde, & pro terræ fœcunditate, sicq; vobis recõciliatis. Deus populo suo peculiari ac terræ benedicat.[Dixeruntq; ei Gabaonitæ: Nõ est nobis super auro & argento q̃stio:]i. pecuniam non q̃rimus, [sed cõtra Saul & cõtra domum eius, neq; volumus vt interficiatur homo de Israel. Ad quos rex ait: Quod ergo vultis ut faci
*Iniquè am vobis? Qui dixerunt regi: Virum qui attriuit nos & oppssit*iniustè,]videlicet ipsum Saul seu posteros eius, & ipsum in sua posteritate ac sobole, [ita delere debemus, vt nec vnus quidem residuus sit de stirpe eius, in cunctis finibus Israel.] His auditis, Dauid eis persuasit, ꝙ
1 Re. 18. 20 id facere non posset, propter fœdus quod inijt cum Ionatha, vt dictum est sæpè, imò & cùm
1. Reg. 24. Saul, vt patuit primo lib. vbi legitur Saul dixisse ad Dauid: Iura mihi in dño, ne deleas semen meum post me, neq; auferas nomen meum de domo pr̃is mei. Et iurauit Dauid Sauli. Dixit etiam Dauid Gabaonitis, ꝙ vindictã quærerent nimis magnam, ideo temperauerunt postulationem suam, dicentes.[Dentur nobis septẽ viri de filijs eius,]i. de semine eius, & propinquiores eidẽ, [vt crucifigamus eos dño]i. ad Dei honorẽ, & ad diuinæ æquitatis ostẽsionem. quia nõ solùm peccauit in nos, sed itẽ in Deum, [in Gabaa]vrbe[Saul]in qua habitauit, quõ dam electi dñi.]q̃a electus fuit ex toto populo, vt vngeretur à Samuele in regẽ, & ad regnãdũ
1. Reg 9. 10 temporaliter sup populũ Dei, [Et ait rex: Ego dabo]q̃a Deo sic placet, & quia bonũ reipubl. id requirit. Qualiter aũt filij propter peccata parentum, q̃nq; tẽporaliter ac corporaliter iustè puniant, quia quantũ ad corp⁹, sunt aliquid suorum parentũ, & propter alias causas, dictũ est
Ezech. 18. sæpè. Filij aũt non portant iniquitatẽ parentũ, quantum ad aĩam, ita ꝙ bonis gr̃æ non priuant
1. Reg. 22. propter parentum excessus, q̃m aĩam immediate habent à Deo. ❡ Prætereà mirum videtur, ꝙ Deus filios Israel & posteros Saul ita puniuit, propter iniuriam à Saule Gabaonitis illatam, & nõ etiam ꝓpter interfectionẽ sacerdotũ, quos sceleratissimè interfecit. Ad quod aliqui di cũt, ꝙ filij & cognati sacerdotũ illorum, indulserunt tantam iniuriam. Multa quoq; sunt facta q̃ nõ sunt descripta. Sed & interfectio sacerdotũ & percussio ciuitatis eorũ, fuit vna causa non minima, ob q̃ interfect⁹ & regno priuatus est Saul. Est quoq; ꝓbabile, ꝙ populus Israel magis
2. Reg. 3. consensit Sauli in persecutione Gabaonitarum, quàm sacerdotum. [Pepercitq; rex Mephiboseth filio Ionathæ filij Saul propter iusiurandum dñi, quod fuit inter Dauid & Ionathan filium Saul. Tulit itaq; rex]Dauid[duos filios Rezpha filiæ Aia, quos peperit]ipsi[Saul,]ista est Rezpha concubina Saul, ad quam ingressus est Abner, vt supra legitur.[Armoni & Me
Pet. Co hi- phiboseth]ita vocati sunt. Et est iste Mephiboseth alter à filio Ionathæ ❡ Porrò, secũdũ mag.
stor lib 2. Reg ca. 20 in histor. hi duo adhuc pueri cum Doeg occiderunt sacerdotes Nobæ, & posteà Gabaonitas
1. Regũ 18. idcirco specialiter nominantur, qui specialiter erant culpabilis. Omnes aũt legitimi filij Saulis, iam mortui erat.[& quinq; filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzilai q̃ fuit de Meholathi, & dedit eos in manu Gabaonitarum,]Qui tanq̃ alieni à sanguine Israel
1. Reg. 15. itarum, fuerunt satis feruentes ad suarum vltionem iniuriarum. ❡ Deniq; in primo lib. continetur, ꝙ Merob filia Saul maior, data est Hadrieli vxor: & in eodẽ lib. fertur, ꝙ Michol vxorẽ Dauid dedit Saul Phalti filio Lais. Quom odò ergo Michol dicitur hos quinq; filios pepe risse Hadrieli? Et r̃ndendum, ꝙ erant naturales atq; legitimi filij Merob p̃fatæ ex Hadriele, sed filij adoptiui istius Michol.[Qui crucifixerunt eos in monte coram dño,]i. ad beneplaci tũ Dei. Paulo antè dixerunt Gabaonitæ, crucifigamus eos in Gabaa, quod fuit in maiorẽ Saulis cõfusionẽ, quod in vrbe sua seu ꝓpe eam in loco tam eminẽti, posteri sui sunt lignis appẽsi
[Et

Et ceciderunt hi septé simul occisi in diebus messis primæ, incipiente messione hordei. Tollens aút Respha filia Aia cilicium, substrauit] i. substratorium & quasi lectû sibi fecit [ibi supra petram] i. locum petrosum, [ab initio messis,] q in terra illa incipit citò propter calorem, [donec stillaret super eos aqua de cœlo.] i. circiter vsq; Calend. Septemb. quia tunc iuxta terræ illius naturã primò descendere solet pluuia post messem. Alij sic exponunt, & forsitan meliùs; dicentes, q iuxta cõmune legis pceptum, suspensi in patibulis debebant primo die deponi ac sepeliri, prout Deut. 21. habetur, sed hoc in istis seruatum nõ est, qm̃ David ex diuina reuelatione cognouit vt manerent in ligno, quousq; imber descenderet, in signũ, q dñs propiciatus esset terræ ac populo. Nã fames orta fuit ex sterilitate, sterilitas ex siccitate: cuius ablatio, fuit irrigatio terræ ex pluuia. Alij dicunt, q manserunt tam diu in ligno, quatenus gentiles audientes esse occisos ,pter iniuriã irrogatam Gabaonitis ex gentilitate ad iudaismũ conuersis, alli cerent ad ritũ fidemq; Iudæorum. [& non dimisit aues lacerare eos per diem, neq; bestias per nocté:] qa erant de semine regio, & filij sui aut affines. Habuit quoq; aliquos secũ custodientes corpora illa, alioquin timuisset sola de nocte, nec tempus dormiendi habuisset aliqñ. [Et nunciata sunt Dauid q fecerat Respha filia Aia concubina Saul] videlicet tanta eius fidelitas, reuerẽtia, & dilectio etiã circa defunctos, quod placuit regi. Vnde & ipse animatus exemplo Resphæ, fecit quod subditur: [Et abijt Dauid] cum comitiua honesta, [& tulit] p suos ministros [ossa Saul & ossa Ionathæ filij eius à viris Iabes Galaad] q morabãtur in terra Galaad, in oppido nomine Iabes. [Qui furati fuerãt ea de platea Bethsam, in qua suspenderãt eos Philistijm, cùm interfecissent Saul in monte Gelboe:] hoc est, qui in nemore iuxta oppidũ suũ sito sepelierant corpora Saul ac Ionathę, vt habetur in fine primi lib. Et absportauit inde ossa Saul & Ionathæ filij eius, & colligentes] cum reuerentia [ossa eorum, qui affixi fuerãt, sepelierunt ea cum ossibus Saul & Ionathæ filij eius in terra Beniamin, in latere in sepulchro Cis patris eius] hoc est, ad latus illius sepulchri, quod & fecerunt solennius. [Feceruntq; omnia q pceperat rex. Et repropiciatus est Deus terræ,] fœcunditaté condonans. ¶ Consequẽter tanguntur in litera quatuor bella Dauid aduersus Philistæos. [Factum est aũt rursus plium Philistinorũ aduersus Israel. Et descendit Dauid & serui eius cum eo, & pugnauit cõtra Philistijm. Deficiente aũt Dauid] forsitan ex labore & eo lassato, psertim qa iam erat antiquus, qa vt infrà tangetur, istud fuit vltimum plium eius. [Iesbi de Nob] Philistęus vir gigantęus, [qui fuit de gñe Arapha] i. gigantęo secundũ Hebræos. Veruntñ Magister in hist. circa hoc scribit: Tradũt Hebræi Arapham fuisse Orpham nurum Noemi, q genuit viro Gethæo quatuor gigãtes, qui hic nominantur, quorum vnus dictus est Iesbi de Nob, secundus Sephi vel Ziph, tertius Goliath, quartus qui habuit senos digitos in manibus ac pedibus, [cuius ferrum hastę trecentas vncias appendebat, & accinctus erat ense nouo.] Secundũ Lyrã, in Hebræo habetur: Qui accinctus erat de nouo, ita q ense, non est de textu. Et dicunt Hebręi, q factus erat miles die illo, ,pter quod voluit fortitudiné suam monstrare in persona regis, vt subditur: [Nisus est pcutere Dauid. Præsidioq; ei fuit,] i. subsidium impendit [Abisai filius Saruiæ,] interponens se fortiter, & caput regis defendens viriliter. [& percussum Philistæũ] illum [interfecit,] quod fuit probissimum factum. [Tunc] videlicet bello peracto, [iurauerũt viri Dauid,] i. pcipui & familiares pugnatores ac milites eius, [dicentęs: Iam non] i. plùs decætero [egredieris nobiscũ in bellum] Vnde elicitur, q istud fuit vltimum plium Dauid, [ne extinguas lucernã Israel] hoc est, ne clara tua psentia & persona tollatur à nobis. Vel, ne claritas tuæ memoriæ minuatur p hoc, q in bello victus dicaris. [Secundum quoq; bellũ fuit in *Gob,] i. loco sic nuncupato [cõtra Philistæos.] q ait, secundũ: nõ designat hic ordiné rei gestæ, sed narrationis. nam plium istud cõtigit ante illud, quod immediatè iam descriptũ fuit, quod vltimum erat tépore. [tunc] s. in plio illo [percussit Sobochai] i. vir & miles Dauid sic dictus, [de Husathi] i. loco illo, [Saph de stirpe Arapha,] sicut expositum est, [de gñe gigantũ.] Hic interponit Ioseph⁹ historiã belli vnius, quod in litera non narratur, & ait q aliud bellum fuit in Gob, in quo fuit robustus vir Ephron nomine, cognatus Dauid, q suis in fugã versis, plurimos hostium solus occidit, cæterosq; fugauit. [Tertium quoq;] secundũ ordiné descriptionis & narrationis istius, [fuit bellum in Gob contra Philistæos:] quod tñ secundũ ordiné temporis fuit primũ inter hæc bella. [in quo percussit Adeodatus filius salt⁹ polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæũ] istud oẽs exponunt de bello, in quo Dauid ,pstrauit Goliã seu Goliath giganté de Geth, & ponunt hic quatuor nomina Dauid, qui primò vocat Adeodatus, quia desuper fuit gratiosè cõcessus populo Israel pro eius regimine ac salute. Secundò vocatur filius saltus, quia de saltu seu locis arboreis & pascuis fuit assumptus in regé, cùm greges pauisset ibidé. Vel qm̃ tépore Saul frequẽter morabatur ac latebat in syluis. Tertiò dicitur polymitarius, qm̃ fuit de stirpe Bezeleel polymitarij egregij tépore Mosis, vt patet in Exodo. Vel, quoniam cultũ Dei magnificè decorauit & auxit. Est autem polymitarius, architector seu artifex. Et dicitur à poliendo. Quartò vocatur Bethlehemites, quia de Bethlehem natus. Veruntamen primo libro habetur, quòd

1. Reg 31.

Pet. Co. hi. lib. 2. Reg. cap. 21.

* Nob.

Iose lib. 7. an. iu. c. 12.

1. Reg. 17.

1. Reg 16. 20. 21. 24. 26.

Exod. 31. 34

mus in ira eius,& idem est sensus, quia metaphoricè fatur de Deo, quasi de homine irato, de cuius naribus fumus precedit, ex igne iracundiæ nascens.[& ignis de ore eius vorabit.] Psal. 17. fertur, Ignis à facie eius exarsit: sensusq́. idem est, qui super psalterium requiratur.[carbones succensi sunt ab eo,&c. Posuit tenebras in circuitu suo latibulum, cribrans aquas de nubibus cœlorum.] In psalterio dicitur, tenebrosa aqua in nubibus aeris. Dicuntur enim nubes cælorum, i. cæli aerei, quia gñantur ac mouentur in aere virtute ac influxu cælestium corporum & sicut per cribrum decidunt grana, ita de nubibus guttatìm aquæ descendunt, ꝙ Deus principaliter agit, quamuis fiat per causas naturales, imò qñq; Deus supernaturaliter facit huiusmodi, sicut ad Samuelis petitionem dominus dedit voces, hoc est, tonitrua & pluuias, vt dictum est 1. Reg. 12. [Et apparuerunt effusiones maris, &c.] Psal. 17. scriptum est: Et apparuerunt fontes aquarum. Fontes nanq;, sicut & flumina, ex mari magno fontaliter habent originem, ita quod fontes sunt effusiones maris, hoc est, aquæ effusæ ex mari originaliter profluentes.[Liberauit me ab inimico meo potentissimo[s. Saule rege. Psal. 17. pluraliter dicitur, Eripuit me de inimicis meis fortissimis, i. Saule & principibus eius. In scripturis quoq; frequenter ponitur singulare pro plurali, & econtrà.[& ab his qui oderant me, quia robustiores me erant &c. Et eduxit me in latitudinem. Liberauit me, quia placui ei.] Psal. 17. dicitur, quia voluit me, & idem est sensus, qm̃ ideo fecit hoc Deus, quia si placuit ei, & quia si voluit, sicut in Euang. Matt. 11. ait Saluator: Etiã pater, quia sic placuit ante te.[Cũ sancto sanctꝰ eris, & cum robusto perfectus. Et cum electo electus eris, & cum peruerso puerteris. Et populum pauperẽ saluum facies, oculisq; tuis excelsos humiliabis.] Psal. 17. scriptũ est. Oculos superborum humiliabis: & redit in idem, qm̃ sensus est, ꝙ Deus per sapientiam atq; iustitiam suam, quibus omnia intuetur ad iudicandum, humiliat, deprimit & condemnat superbos, & specialiter oculos eorũdem interiores, quibus se apprehendunt tanq̃ magnum aliqd & pclarum, quibus per æternam damnationẽ dat intelligere q̃tùm errauerint. ita ꝙ dicunt, Quid ꝓfuit nobis superbia? aut diuitiarũ iactantia quid contulit nobis? Interdum quoq; in vita hac misericorditer mẽtes eorũ illustrat, ita ꝙ se verè & virtuosè humiliant, dicentes: Qui se putat aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit. [Quis est Deus p̃ter dominum? & quis Deus fortis præter Deũ nostrũ? Psal. 17. legitur: Quis Deus p̃ter Deũ nostrũ? Dicitur aũt, nullus fortis p̃ter dñm, qm̃ omnis creatura ex se ipsa infirmata est atq; deficiens, & à diuina omnipotẽtia ac virtute infinitè occubẽs.[Deꝰ qui pcinxit me fortitudine, & complanauit pfectam viã meã.] Psal. 17. fertur: Posuit immculatã viam meam, & sensus est idem, vt potè ꝙ Deus conuersationem meam ab obliquitate vitiorũ, & distortitudine iniquitatis fecit immunem, dando mihi emendationẽ condignam in om̃ibus.[Coęquans pedes meos ceruis,] Psal. 17. Qui perfecit pedes meos tanq̃ ceruorum.[& super excelsa statuens me.] i. virtutem & agilitatem præstitit mihi ad insequẽdũ ac superandũ celeriter aduersarios meos inuisibiles atq; visibiles, quemadmodòm ceruus sine offendiculo currit velociter.[Dilatasti gressus meos subtus me, & nõ deficient tali mei. Psal. 17. Et non sunt infirmata vestigia mea, & redit in idem, qm̃ sensus est, ꝙ gressus seu ꝓcessus mei in bonis ac virtutũ ꝓfectibus perseuerabunt in finem. Cætera patent ex declaratione psalmi præfati super Psalterium introducta. Postremò, circa hæc quærit Isidorus, cur psalmus iste prę cęteris psalmis in lib. isto Regum sic inseratur. Et respondet, Non immeritò, qm̃ psalmus iste regnum illud significat, in quo aduersarium non habemus. Quis aũt figuratur in Dauid, nisi ille, qui secundum carnẽ venit ex semine Dauid, & in corpore suo mystico, quod est Ecclesia, adhuc patitur inimicos? Quando aũt meretur hoc corpus eripi de manu omnium inimicorum suorum, nisi dum nouissima destruetur mors, vt perueniatur ad regnum Dei? Porrò literaliùs poterit responderi, ꝙ ideo psalmus iste hîc ponitur qm̃ directè correspondet pinductis victorijs, beneficijsq; Dei regi Dauid concessis, de qbus in carmine isto regratiat altissimo, atq; vt Dauid in hoc ipso ꝓponatur alijs in exemplũ, & itẽ vt clariùs innotescat, ꝙ ipse in tot tantisq; periculis, prælijs, diffortunijs, dolis & inquitudinibus, sola præualuit diuina virtute. Quod totum in psalmo isto diffusius daclaratur.

Sap. 5.

Galat. 6.

Isidorus:

Roma. 1.

1. Cor. 15.

¶ Explanatio cap. 23. Hæc autem verba sunt nouissima. Art. 33.

EXcellentia ꝓpheticæ reuelationis regi Dauid cõcessa, hîc tangit.[Hæc autem verba sunt nouissima] supple à Dauid ꝓlata, & quæ sint illa, subiungitur:[quæ dixit Dauid filiꝰ Isai] Aliqui dicũt eum ꝓtulisse hæc verba in mortis articulo seu agone, & ꝙ verba ista sint psalmꝰ specialis, alijs psalmis nõ adnumeratus. Et vtiq; dici potest quoddam speciale canticũ, lausq; diuina.[Dixit vir cui constitutũ est de Cr̃o Dei Iacob,] i. cui desupèr facta est reuelatio atq; ꝓmissio de incarnatione, aduẽtu & mysterijs Mesiæ, saluatoris mundi, qui est Christus Dei, vnctus à Deo patre om̃i charismate spũssancti plenissimè, iuxta illud Ps. 44. Vnxit te Deꝰ Deus tuꝰ oleo lætitiæ p participibꝰ tuis. Et Esa. 61 Spũs dñi sup me, eo ꝙ vnxerit me. De quo & in actis sacratissimus princeps ait Apostolorũ: Vnxit eum Deus spũsancto & virtute. Quãuis aũt Deus om̃ipotens sit Deꝰ vniuersorũ iure creationis, gubernationis, conseruationis & sal-

Heb. 1.

Acto. 16.

uatiōis, specialiter tñ & frequenter in vet. test. vocatur Deus ipsius Iacob patriarchæ, seu populi nati ex eo. [egregius Psaltes Israel:] i. pclarus Psalmista Israeliticæ plebis, quæ psalmos Dauid præcipuè decantauit & frequentauit in tēplo, sicut nunc in Ecclesia faciunt Christiani. Psalmi etenī multis excellētijs decorant, videlicet sensuū pfunditate, deuotiōis feruore verborū suauitate, ac Chrī mysterijs. Vndè vt diuinus Dionysi⁹ ptestatur, qcquid in sacra cōtinetur scriptura, in lib. psalmorū per modū diuinæ laudis includitur, ideo psalmi in diuino officio maximè frequentantur. [Spūs dñi] videlicet spūssanctus, loquutus est per me. Itanq̃ per organū animatū & intellectuale, qm̄ ex diuina reuelatione pnunciaui Chrī mysteria, & alia multa futura ac diuina pconia, pter quod gloriosiss. Apostolici chori vertex in secunda sua ait canonica: Nō voluntate humana allata est aliqñ prophetia, sed spūsctō inspirati, locuti sunt sancti Dei hoīes. [& sermo eius p linguam meā] prolatus est, ita q̄ verba mea sunt sermo ipsius, cuius directione loquntus sum, & q speciale gratiā cōponendi psalmos, dulciterq; psallendi pstitit mihi, vt dicere queā. Dñs dedit mihi linguā eruditā. Deniq; sermo Dei increatus, videlicet verbū patris æternū, p os & linguā Dauid loquutū est. Nam opera supbeatiss. Trinitatis sunt indiuisa, de quo sermone Hebr. 4. asserit: Viuus est sermo Dei & efficax. [Dixit] Dauid, [Deus Israel mihi loquutus est,] alloquutione interna, iuxta illud: Audiā qd loquat in me dñs Deus. Reuelationes aūt pphet icæ ministerio angelorū sunt factæ, prout D. Dionysius & doctores cōcorditer tenent. Alijs quoq; modis loquut⁹ est Deus ad Dauid, videlicet per pontificē qñ petiuit Dei oraculū per arcæ applicationē, & per Nathan ac Gad prophetas. [Fortis Israel] i. cōfortator ac oīpotens ptector Israeliticæ plebis, seu ipsius Ioab, q alio noīe dictus est Israel. [Dñator hoīm iustus,] qm̄ legē iustissimam dedit hoībus, & nulli iniuriā fecit, aut violentiā infert tyrannicē, imò vnicuiq; reddit iuxta quod pmeretur, nec acceptor est psonarum. Dñatur quoq; hoībus non ob cōmodum suum, qa bonorū nostrorū non indiget, nec aliquid boni ex nostro obseqo ei accrescit quo ipse perficiat aut beatior fiat: sed vt hoīes pficiantur ac beatificentur in eo, obediēdo eius dñio. Hinc scriptū est Iob 34. Absit à Deo impietas, & ab omnipotēte iniqtas. Opus enī hoīs reddet ei, & iuxta vias singulorū restituet eijs [Dñator in timore Dei.] nō q̄ ipse cū timore dñetur hominib⁹, q nō veret psonam cuiusquā, sed dñando dat hoībus gratiā, per q̄ seruiunt ei cum timore filiali aut initiali, ac tali timore pcepit se timeri. Propter quod ait Apostol⁹. Seruiamus cum metu & reuerentia. Atq; Psal. 2. Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Vndè in Euāg. Mat. 10. ait Saluator: Eum timete qui habet potestatē corpus & animā perdere in gehennā. Cōsequēter Dauid declarat, qualiter factæ sint sibi reuelationes ppheticæ ac diuinæ. [Sicut lux auroræ oriēte sole manè absq; nubibus rutilat,] i. clarè per intellectualē, spiritalē ac anagogicam illuminationem, non per imaginarias visiones manifestatę sunt mihi veritates diuinæ, mysteria Christi, & ea quæ in psalmis cōscripsi. Sicq; lux gratiæ prophetalis menti meæ in sua puritate resplēduit absq; phantasmate, sicut lux solis lucet in aere absq; nube eam fuscāte & operiēte [& sicut pluuijs germinant herba de terra] i. sicut terra de se sicca & infœcunda, ex pluuiæ irrigatione fœcundatur ad germinandum virgulta: sic anima mea de se cæca & infructuosa, ex diuini luminis infusione, æterniq; fontis influctione, illuminata & fœcunda effecta est ad vaticinandum secreta cęlestia. Specialiter verò inducit similitudinē istam, ad inuendum q̄ sicut terra pluuiarum humore habet fœcunditatem, sic Deus pnunciauit regi Dauid ex suo semine Christum nesciturū, non virtute terrena, sed virtute cælesti ex superuentione & actione spūssancti in virgine, quemadmodū ab Esaia est pdictum de Christo: Ascendet corā eo, sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti. [Nec tanta est domus mea apud Deum,] i. ego & soboles mea non sumus tantæ reputationis, dignitatis aut meriti coram Deo, [vt pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus atq; munitum.] i. vt mihi certè promitteret Christū nasciturum de semine meo naturali & humana virtute, sed supernaturali, diuina, cælestiq; potestate operante spūsctō, cuius virtute formatum fuit corpus Christi in vtero virginis in instante. Idcircò subiungit: Cuncta enim salus mea] i. omnis gratia, virtus & felicitas animæ meæ, supple, ex Deo est: & ex sua pietate procedit, dependet, perficitur, non ex viribus meis. [& oīs voluntas] i. tota effectio mea, supple, in ipsum cōuersa est, & adunata ac stabilita, ita q̄ sicut oīe bonū ab eius misericordia pstolor, sic totū in ipsum refundo ac ordino. Veruntñ Deus pmisit idē Dauid certissimè Chrm̄ ex eius semine nasciturum, iuxta illud Psal. 131. Iurauit dñs Dauid veritatē & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponā sup sedem tuam. Similiter ei pdixit certissimè, q̄ regnum suum perpetuaretur Chro. Veruntñ Deus nō pmisit regi Dauid pmissione absoluta & certa, q̄ posteri eius regnarent super populū Israel indefinenter per oīe tēpus vet. test sed hoc promisit ei sub cōditione, videlicet si in Dei obsequio pmanerēt, put suprà dictum est pleniùs: & de hoc etiam potest exponi quod dictum est Nec tanta est dom⁹ mea. Prætereà aduertendū, q̄ in locutionibus prouenientibus ex pdoninante & excessiuo affectu amoris, doloris, deuotionis aut cōpunctiōis seu gaudij, solet esse trū-

ca-

Marginal notes: Dionysius. — 2. Pet. 1. — Esa. 50. — Psal. 84. — Dionysius. — 1. Reg. 30. — 2. Re 6 7. 12 — Gen. 32. 35. — Apoc. 22. — Esai. 42. — Psal. 15. — Hiere. 2. — Heb. 12. — Esa. 53. — 2. Reg. 7.

tatio q̃dam verborum, ita vt necesse sit, subintelligi aliq̃d, q̃a excessus affectionis, vehementia
doloris, ardor deuotionis, abundantia iucũditatis abrumpũt verba, sermonemq́; intercidũt Luc. 19.
sicut dum Christus deplorans Hierusalem, dixit: Quia si cognouisses, & tu, & quidem in hac
die tua q̃ ad pacem tuam, nũc aũt abscondita sunt ab oculis tuis. Sic & sponsa Can. 2. Ego, in-
quid, dilecto meo, & dilectus me⁹ mihi. Sic quoq; est cum pinductis iam verbis Dauid. [nec
est quicq̃ ex ea ꝙ non germinet.] i. tota voluntas mea iam ita accensa est, & deuotiõis spũ imp-
gnata, vt quicquid ex ea ꝓcedit aut fit, sit fructuosum, atq; ad Dei gloriam ordinatam. [Præ-
uaricatores aũt quasi spinę euellenť vniuersi,] i. de medio iustorum ac electorum tollentur ac
separabunť, sicut spinæ extrahuntur ab agro, ne noceant herbis & fructibus bonis. [q̃ non tol
lunť manibus.] Spinæ nanq; ob suam acutiem nuda manu non euelluntur, ne pungãt & lædant
manum tollentis seu auferẽtis. Ideo subditur. [& si quis tãgere eas voluerit, armabitur ferro
& ligno lanceato.] i. ferrato. Hoc est, cum ferreo instrumento aut pala ferrata eas eradicabit.
[igneq́; succensę, cõburentur vsq; ad nihilum.] i. ad nihil vtiles erunt, nisi vt totaliter cõburan Matth. 3.
tur, sicut dignissi. ait Ioan. bap. Oĩs arbor q̃ non facit fructum bonũ, excidetur & in ignẽ mitte
tur. Hinc impio ait Ps. 51. Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo
tuo, & radicem tuam de terra viuentiũ. Istud, q̃tum ad corpus & aĩam, reꝓbis fiet plenariè in
die gñalis iudicij, qñ iudex, rex & legifer noster segregabit electos à reprobis, sicut segregat Matth. 25.
pastor agnos ab hædis, & ibunt electi in vitam æternam, reprobi aũt in ignem perpetuum, iu
xta illud Esa. 26. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Vndè & Mal. 3. scriptum est: Videbi
tis q̃d sit inter iustum & impium. Ecce eñ dies veniet succensa quasi caminus, & erunt oẽs su
perbi & facientes impietatem stipula, & inflammabit eos, dies veniens, q̃ non relinq̃t eis radi
cẽ. De quibus & Nah. 1. ait: Sicut spinæ cõplectuntur se ad inuicẽ, ita cõuiuium eorum. Istud
quoq;, q̃tum ad aĩam, particulariter fit in mortibus singulorum prauorum. Porrò huiusmodi
spinis rectè cõparanť iniq, quia vitiorum aculeis pleni sunt, impatientes, pungitiui, asperi & a
mari, correptionem charitatiuam ac iustam & debitam correctionẽ non sustinẽtes, sed remor Amos 5.
dentes, de q̃bus loquiť Amos propheta: Odio habuerunt corripientem, & perfectè loquentẽ
abominati sunt: ideo manibus non tolluntur, i. miti ac simplici visitatione à sua nõ cẽssant ma
litia, sed si quis voluerit eas tangere, i. taliter induratos debitè castigare, armabitur ferro & li
gno lanceato, i. rigore iustitiæ & aspera inuectione, ac suæ authoritatis potentia, sicq́; per pœ
nas refrenabit huiusmodi, & ad meliora compellet, aut de corpore Ecclesiæ separabit. Qui-
dam putant ipsum Dauid hæc ad literam prophetasse de Iudæis incredulis, q̃ pro eo ꝙ chr̃m
& eius discipulos abiecerunt, per Romanos vastati sunt, & de terra sua euulsi, quorum ciuita-
tem, templum, partẽq́; populi cõbusserunt Romani. Conseq̃nter describuntur elegatiores pu
gnatores ac milites Dauid, [Hæc sunt noĩa fortium Dauid] regis, qui fuerũt pcipue fortes, cũ
tñ haberet multa millia robustorum virorum, [Dauid sedens in cathedra,] videlicet ipsemet
Dauid in regali residens throno, [sapientissimus] fuit præ cæteris, quia propheta eximius &
valdè illuminatus à Deo, peritissimus quoq; in bellicis rebus. Nam & regem decet esse oĩnò
diuinum & sapientissimũ p̃ subditis suis, quos oportet illuminari, iudicari & gubernari ab ip
so. Ideo sicut sol excedit astra in claritate, sic rex debet subiectos excedere in sapiẽtia & virtu
te. Quod aũt subiungitur, [princeps inter tres,] quidã referunt ad verba statim p̃habita, expo
nendo de ipso Dauid, vt dicatur princeps inter tres, i. fortior vnoquoq; trium fortissimorum
Habuit eñ tres fortissimos, vt infrà patebit. Alij referũt verba hæc ad seq̃ntia, ita ꝙ numerus
fortium Dauid regis incipit ab his verbis, vt sit sensus, Princeps inter tres, i. primus trium for
tissimorũ. [Ipse est quasi tenerrimus ligni vermicul⁹, qui 800. interfecit impetu vno,] qui 1.
Par. Iesbaam nuncupatur, quem Iosephus vocat Eusebium, & addit ꝙ interfecit 900. impetu 1. Parali. 11.
vno. veruntñ 1. Par. 11. fertur, ꝙ leuauit hastam suam supra 300. vulneratos, ꝙ aliqui exponunt Iose. lib. 7.
de alia & minori ei⁹ victoria, istud verò de victoria eius maiori. Siue aũt illud exponatur de an. iu. c. 12.
Dauid, siue de Iesbaam, dicendũ ꝙ idcircò comparatur tenerrimo ligni vermiculo, qui tere
do seu terebella vocatur: q̃m sicut vermiculus ille in sua natura est mollis valdè ac tener, & tñ
tam acriter rodit, acuteq́; mordet, vt durum perforet lignum: sic Dauid fuit valdè mansuetus
in domo & circa subiectos, & patiẽs in aduersis, tñ in solio iudiciali & cõtra hostes, nullus eo
acutior. Similiter Iesbaam ad suos fuit mãsuetus, sed acutissimus contra hostes. Vel propter
nobilitatẽ ac teneritudinẽ cõplexionis, cõparatur vterq; seu alter istorũ p̃fato vermiculo. Prę
tereà causa diuersitatis expositionis istius est, ꝙ quidã ipsum Dauid cõnumerãt fortib⁹ istis,
& sic totum quod dictum est, exponunt de ipso. Alij non connumerant eum, ꝙ magis videtur
textui cõsonare, in quo ita p̃mittitur, Hæc noĩa fortium Dauid, moxq́; subiungiť, Sedẽs in ca
thedra sapientissimus. Q. d. ipse rex p̃fertur fortibus suis qui deinceps enumerantur. Deniq;
sicut dicunt expositores, non legitur vbi vel qñ Dauid vel Iesbaam occiderit 800. viros im-
petu vno, sed puto id cõtigisse in p̃lio cõtra Amalechitas, quod (vt 1. Re. 30. scriptum est) dura
uit à vespera ad vesperam alterius diei, in quo & tot fuerunt occisi, vt ibi dicatur: Et non eua

sit ex eis quisquam, nisi 400. viri adolescentes. Dicit autem quidam, nó esse intelligendú, ꝙ Dauid interfecit 800. viros ꝓpria manu, sed ꝙ p eius probitatem fuerunt principaliter interfecti. Verùm per probitatem ipsius fuerunt in multis bellis occisi, non 800. duntaxat, sed & millia multa. [Post hunc Eleazar.] Ex hoc constat, ꝙ si prædicta exponantur de Dauid, nulla

1. Paral. 11. hic mentio esset de Iesbaam, qui tamen in Paral. ponitur primus inter fortes. Itaq; post hunc

Hierony. Iesbaam fuit Eleazar,] filius patrui eius Ahohi.] Vt refert Hierony. dicunt Hebræi, ꝙ Ahohi

Pet. Co. hi sto. lib. 2. fuit frater Isai patris Dauid. Propter quod in Scholast. fertur hist. ꝙ Eleazar fuit filius patrui

Re. cap. 22. Dauid. In Paralip. autem & etiam hic, si immediatè præhabita exponantur de Iesbaam, dici

1. Parali. 11. tur ꝙ fuit filius patrui ipsius Iesbaam: idcircò apparet dicendum, ꝙ etiam Iesbaam fuit cognatus, consobrinusq; Dauid regis. [inter tres fortes,] quia Eleazar iste fuit vnus de trib⁹ fortissimis, [qui erant cum Dauid qñ exprobrauerunt Philistijm,] i. Philistęi maledixerunt filijs

*phes dommim Israel, [& congregati sunt illuc in prælium.] i. in loco dicto *Aphes Dommim, prout 1. Par. 11. recitatur. [Cumq; ascendissent viri Israel] ad pugnandum contra Philistijm, & statim ex timore fugissent, prout ex Paralip. comprobatur, [ipse stetit & percussit Philistæos donec deficeret manus eius,] i. fortitudo corporalis seu vtraq; manus præ lassitudine, non tamen in bello succubuit. [& obrigesceret] i. stupida seu rigida fieret [cum gladio,] ictum ictui continuando, & ex concursu sanguinis occisorum decurrentis ac inspissati ad manus ipsius. Veruntamē non videtur solus istud fecisse, cùm 1. Par. 11. scriptum sit: Iste fuit cum Dauid in *Aphes Dommim, fugeratq; populus à facie Philistinorum. Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eum. Cumq; percussissent Philistæos, &c. [Fecitq; dñs salutem magnam in die illa] i. grandem prosperitatem atque victoriam contulit filijs Israel per ipsum Eleazar. [& populus qui fugerat,] s. eius exercitus, [reuersus est ad cæsorum spolia detrahenda.] i. ad spoliandum Philistæ

*Arari os occisos. [Et post hunc Semma filius Agæ de *Harari,] i. loco sic dicto, & ita non fuit Semmaa frater Dauid. [Et congregati sunt Philistijm in statione,] hoc est, in loco & expeditione [Erat quippe ibi ager lente plenus. Cumq; fugisset populus] Israel [à facie Philistijm, stetit ille in medio agri, & tutatus est eum,] i. pugnauit pro populo suo, & eum defendit. [Percussitque Philisteos, & fecit dñs salutem magnam.] Isti tres, videlicet Iesbaam, Eleazar & Semma, fuerunt tres fortissimi. Vndè aliqui dicunt, ꝙ quilibet horum fortissimorum expugnauit vnum exercitum, ideoq; fortissimi nuncupantur. Alij aût tres, qui post illos fortissimos fue-

2. Reg. 21. rant fortiores, ideo fortiores dicuntur, qm̃ vnusquisq; eorum occidit vnum gigantem, prout suprà dictum est de Abisai, & Sobochai ac Ionathan. [Nec non antè descenderant tres, qui erant principes inter 30.] De istis tribus est difficultas præcipua, an fuerunt tres primi robustissimi, vel tres alij qui post illos fuerunt robustiores: quia de his tribus, qui dicunť hic prīcipes inter 30. statim subiungitur, ꝙ attulerunt aquam Dauid regi de cisterna quæ erat in Beth

Iose. lib. 7. lehem. Hanc aût aquam dicit Iosephus fuisse allatam à tribus fortissimis primi ordinis. Cui

an. iu. c. 12. assertioni videtur consonare hic textus, qui post descriptionem apportationis aquę illius, adijcitur: Hæc fecerunt tres robustissimi. Idem habetur 1. Para. 11. imò si textus ille libri Parali.

Hierony. acutè inspiciatur, videtur apertè insinuari ibidèm, ꝙ erant tres robustissimi. Verùm his contrariari videtur, quod in libro de Hebraicis questionibus allatio illa aquæ, asscribitur tribus

Pet. Com. fortioribus secundi ordinis, videlicet Abisai, & duobus pfatis sibi adiunctis. Magister quoq;

hist. lib. 2. in hist. tenet hoc, & addit, ꝙ historia libri Regum, vtpotè textus iste, asscribit hoc Abisai & Ba

Reg ca. 22. naiæ atq; Sobochai. Quod & alij quidam affirmant, quia quod dictum est, Necnon & antè descenderant tres, qui erant principes inter 30. exponunt sic: Tres qui erant principes inter 30. i. principaliores & fortiores 30. fortibus, qui immediatè sequebantur in ordine istos tres fortiores. Vñ & infrà in isto cap. legitur: Hęc fecit Banaias, & ipse nominatus inter tres robustos qui erant inter 30. nobiliores. Veruntamen non oportet istud ita exponere, quia non solum isti tres, sed etiam tres primi fortissimi erant principaliores ac fortiores 30. fortibus: vndè pro eo quod dicitur hic, qui erant principes inter 30. 1. Paral. 11. legitur: Descenderunt autem tres de triginta principib⁹, i. tres de numero principum 30. virorum fortium, hoc est, tres principes ipsorum 30. robustorum virorum. Lyra quoq; qui studiosus fuit circa sensum literalem atq; historias, tenet ꝙ tres illi qui aquam attulerunt ad Dauid, fuerunt tres primi robustissimi, quod & probabilius reor. Nam & opus illud fuit opus summæ audaciæ, vt infrà patebit.

1. Reg. 22. Commendatio quoq; Abisai ac Banaiæ, tam hic quam in Para. describitur post recitationem apportationis aquæ illius. Itaq; de tribus illis fortibus primi ordinis, i. tribus fortissimis, subditur: [& venerant tempore messis ad Dauid in speluncam Odollam:] quando adhuc fugiebat à facie Saul, vt patuit 1. libro. Est aût Odolla nomen vrbis, de qua Mich. 1. habetur: Vsque ad Odollam veniet gloria Israel, à qua non multùm distabat desertum in quo erat spelunca. [Castra aût Philistinorum erant posita in valle gigantum.] 1. Para. 11. dicitur, in valle Raphaim

2. Reg. 13. est enim eadem vallis, de qua dictum est suprà. [& Dauid erat in præsidio.] i. loco munito & firmo, prout infrà clariùs exponetur. [Porrò statio Philistinorum tunc erat in Bethlehem.]

i. prop

i. propè oppidum illud. ¶Circa quod q̃ritur, qualiter statio Philistinorum tunc potuit esse in Bethlehē, si castra eorum erant in valle Raphaim. Ad hoc in Schol. respondetur hist. ꝙ castra posuerunt in valle Raphaim vsq; ad ciuitatē Bethlehē. [Desiderauit ergo Dauid aq̃ de lacu] i. puteo Bethlehē, [& ait: Si qs] In Para. addit: O si quis. [daret mihi potū aquæ de cisterna, q̃ est in Bethlehem iuxta portā.] Circa hoc ait Hierony. Dicunt Hebræi ꝙ magis desiderauit experiri militum suorum robur atq; audaciā, q̃ poculum aquæ. [Irruperunt ergo] i. audacter pertransierunt, [tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem q̃ erat iuxta portā, & attulerunt ad Dauid:] redeundo per castra Philistinorum, q obstupescē tes illorū audaciā, ab ipsorum impugnatione abstinuerūt. [Ait ille noluit bibere, sed libauit] i. sacrificauit [eā dño,] non ꝙ sacerdotis officium vsurparet, sed vel per manū sacerdotis libauit, vel extēso vocabulo libauit, i. ad Dei honorē effudit hanc aquam, grās agens Deo, q tā fortes & audaces milites sibi dedit, & de salubri reditu eorundē, vt tangit Glossa. [dicens: Propicius sit mihi dñs, ne faciam hoc] i. gratiosè & piè custodiat me, & ꝓseruet à potatione istius aquæ, q̃ potando peccarem, non quia culpa sit aq̃ potare, sed quia indecens erat aq̃ tā periculosè allatā, tam modicū reputare, atq; in ꝓprium vsum conuertere, & non potiùs Deus offerre, q tantā magnanimitatem ac vim dedit nobiliss. illis militibus, quorū periculū non erat paruipendendū. Hinc subditur: [Nū sanguinē hoīm istorum, q profecti sunt, & animarū] i. vitæ eorum [periculum bibā?] i. fas nō est vt bibā hanc aquam cū labore & periculo sanguinis ac vitæ ipsorum allatā. [Noluit ergo bibere. Hæc fecerūt tres robustissimi.] Ex quo patet, ꝙ isti erāt tres fortes primi ordinis. De fortib9 verò secundi ordinis sequit: [Abisai quoq; frater Ioab filius *Zeruiæ, princeps erat de tribus,] nō vtiq; de tribus fortissimis iā ꝑfatis, sed erat princeps de tribus, i. vnus de tribus fortioribus, seu tribus fortibus secundi ordinis, inter quos fuit ꝑcipuus. [Ipse est q leuauit hastā suā contra trecentos quos interfecit,] i. in vno bello, eodēq; tēpore, & forsan in bello contra Amalechitas ꝑtacto, in quo Dauid cū quadringentis viris interfecit maximā turbam. [nominatus in tribus,] i. inter tres fortiores computatos [& inter tres] illos [nobilior:] i. cæteris duob9 in factis ꝑclarior,] eratq; eorū princeps] i. principalis inter ipsos. [sed vsq; ad tres primos nō peruenerat.] i. nulli illorum triū fortissimorum fuit æqualis, peruenit tñ ad eos, & attigit ipsos, ita ꝙ immediatè seq̃batur eos in ordine fortium. [Et Banaias fili9 Ioiadæ] nō Ioiadæ pontificis, de quo infrà, sed alterius [viri fortissimi:] sed ꝙ subdit, [magnorum operū,] pōt exponi tam de Banaia, q̃ de pře ei9: quia vterq; magnorū fuit operū perpetrator. [de Cabzeel] vrbe nat9. [Ipse percussit duos leones Moab,] i. duos viros magnates, & instar leonū audaces ac fortes Moabitas. In Par. dicit, duos Ariel, sed idem est sens9, qa ibidē p Ariel intelligit Glossa leones. ideo nō videt posse saluari, ꝙ aliqui dicunt in Para. dici arietes. [Et ipse descēdit in lacū, & pcussit leonē in media cisterna in dieb9 niuis.] Nā tēpore niuis lapsus fuit leo ille in foueam, q̃ niue fueret cooperta, à qua cū egredi nō valeret, irrugijt cui9 rugitu pertransiens ibi Banaias audito, intrauit & interfecit leonē illum, q verè & ꝓpriè dicit leo, si cq; cisterna illa aut paruā aut nullam habuit aq̃. Porrò vt refert Hieronym. Hebræi per leonē istū intelligunt ipsum Ioab, quē post mortē Dauid Banaias occidit in tabernaculo dñi iuxta altare, quod vocat cisterna, qm̃ sicut cisterna purgat immunda, sic altare per sacrificia sua expiat hoīm vitia. Sed hāc expositionem doctores coīter nō sequuntur. [Ipse quoq; interfecit virum Aegyptium virū dignum spectaculo,] i. similem quasi gigāti, qa statura ei9 erat quinq; cubitorū, sicut in Par. cōtinet. [habentē in manu hastā. Itaq; cū descēdisset ad eū in virga,] i. cū baculo, & benè ait, descēxisset, qa Iudæa situ altior est Aegypto. [vi extorsit hastā de manu Aegyptij, & interfecit eū hasta sua:] quēadmodū Dauid Goliā ꝓprio ense. Glossa Hiero. per istum Aegyptium intelligit ipsum Semei, q idcircò vocat Aegyptius, qm̃ sicut Aegyptius quē in Leui legitur Moses ꝓpter suam blasphemiam lapidasse, Deū Israel blasphemauit, sic Semei Dauid regē, vt patuit suprà. Qui fuit dign9 spectaculo, qm̃ spectabatur an egrederet Hierusalē, habuitq; hastā in manu, i. legē, quā si bene meditatus fuisset, permanēdo in Hierusalē, nō periisset. Ad q̃m descēdit Banaias cum virga, i. in rectitudine iustitiæ. Verū hæc expositio videt nimiū spiritalis, nec em̄ Semei habuit quinq; cubitos in statura, ideo scribit hic Lyra: In lib. de Hebraicis q̃stionib9 exponitur istud de Semei sed expositio illa in nullo concordat textui, ꝓpter ꝙ & cōsimilia, lib. Hebraicarū q̃stionum sup Regū, à multis pitis dicitur nō esse Hieronymi, sed cuiusdā Iudæi, quia & Hieron. in lib. suo de viris illustribus, inter libros suos nominat tantùm super Genesim librum suum Hebraicarum q̃stionum. Hæc Lyra, Verū tñ si benè pensemus ista & consimilia verba Hieronymi, ipse potius scribit hæc recitatiuè q̃ asfertiuè. Porrò magist. in histo. istud exponit de duobus Aegyptijs, per quorum vnum intelligit Semei, Attñ textus Regum ac Paralipo. non loquitur hic nisi de vno Aegyptio, ideo sic tenendum est, ꝙ scilicet fuit vnus duntaxat natione Aegyptius. [Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, & ipse noīatus inter tres robustos:] i. vnus trium fortiorum, vt Petr9 Comest. & alij multi exponunt, dicentes: quod Banaias fuit secundus inter tres fortes secundi ordinis, quod vi-

Marginal notes: Pet. Com. stor. lib. 2. Reg ca. 22. — 1. Paral. 11. — Hierony. — *Saruiæ — 1. Paral. 11. — Hierony. — 3. Reg. 2. — 1. Paral. 11. — 1. Reg. 17. — Hierony. — Leuit. 24. — 2. Reg. 16. — Hierony. — Pet. Co. histo. lib. 2. Reg. ca. 22. — 2. Reg. 11.

detur repugnare pbabilis, cùm dictùm sit, ꝙ tres illi fuerunt qui suprà leguntur occidisse tres gigantes ibi notatos, videlicet Abisai, Sobochai & Ionathan. Et rñdendum, ꝙ tres fortiores à diuersis diuersimodè assignantur, omnes tñ dicunt ipsum Abisai atq; Sobochai fuisse de trib' illis, sed ꝓ Ionatha quidā ipsum Banaiā assignant. Quidam verò hic scribit, ꝙ Banaias nominatur inter tres robustos, non quia esset de numero eorum, sed qm̄ propter probitates suas
Ibidem poterat quasi æquiparari vni eorum, propter quod numeratur ante triginta sequentes. Dicit quoq; ꝙ alij duo fortiores, videlicet Sobochai & Ionathan, hic tacentur, qm̄ suprà satis expressi sunt. Attamen si iuxta expositionem istius, Ionathan ille ideo dicitur vnus trium fortiorum, quia occidit gigantem, videtur & Banaias posse dici vnus illorum, cùm & ipse (sicut iam patuit) Aegyptium giganteum occiderit virum. Plura quoq; magnifica de ipso leguntur, quā de Ionatha illo. Itaq; ipse nominatus inter tres robustos secundi gradus seu ordinis, [qui e-
* nobiliores rant inter triginta *meliores,] i. fortiores & eminentiores triginta fortibus tertij gradus. Veruntamen vsq; ad tres non peruenerat,] i. nulli trium fortium primi ordinis fuit æqualis. Tamen 1. Paral. fertur de eo, quod erat inter tres robustos nominatissimus, i. valdè famosus, non tñ nominatior ipso Abisai, & additur ibi, & inter triginta primus, non quod erat de numero triginta fortium, sed quia prior & elegantior fuit illis. [Fecitq; eum sibi Dauid auricularium à secreto] i. consiliarium suum constituit Banaiam & socium secretorum suorum, qm̄ vidit eum esse virum integrum ac prudentem, & benè celare scientem. Prætereà aduertendum, ꝙ etiam in assignatione trium fortissimorum aliqui diuersificantur. Vndè in schol. narratur
Pet. Co. hi. sto. lib. 2. Re. cap 22. hist. Ab enumeratione fortium prædicta Hebręus dissentit, numerans tantum triginta sex fortes, & in tribus primis numerat ipsum Dauid, quē dicit multos occidisse impetu vno, qm̄ pro
3. Reg. 11. peccato quod impetuosè fecit cum Bethsabee, multi occisi sunt. Deindè numerantur & exprimuntur in textu triginta fortes. [Asael frater Ioab inter triginta] fortes [Elchana filius patrui eius de Bethlehem, Semma de Harodi, Elika de Harodi, Heles de Phalti, Hira filius *I-
*Acces ckes de Thekua, Abiezer de Anathoth, Mobonnai de Husathi, *Zalmon Ahohites, Maharai
*Selmon Netophatithes, Heled filius Baana, & ipse Netophatithes, Ithai filius Ribai de Gabaath filio-
*Heddai rum Beniamin, Banaia Pharathonites, * Hiddai de torrente Gaas, Abialbon Arbathites, Az-
*Beromi maueth de *Berhami, Eliaba de *Saalboni. Filij *Iaben, Ionathan, & Semma de Harodi, Ahi
*Salaboni am filius Sarar Araritæ. Elipheleth filius Ahasbi filij *Maachiti, Eliam filius Achitophel Ge
*Iassen *Machati lonites, Hezrai de Carmelo, Phaarai de Arbi, Igaal filius Nathan de Soba, *Boni de Gaddi, *
*Bani Zelek de Ammoni, Naharai Berothites, armiger Ioab, filij *Zeruiæ, Hira Ietrites, Gareb & ip
*Selec se Iethrites, Vrias Hetthæus.] plana est litera, & constat ex verbo hoc ꝙ Dauid habuit fortes
*Seruię istos anteq̄ cœpit regnare super totum Israeliticum populum. Nam Asael fuit occisus, qn̄ ipse
2. Regū 2. Dauid super solam tribum Iuda regnauit, vel non habuit omnes simul, sed successiuè. Concluditur aūt in fine huius capituli: [Omnes triginta septem.] Si em̄ istis triginta fortibus addantur tres robustissimi & tres robustiores, fiunt triginta sex. Quibus si addatur vel Ionathā ab his qui dicunt eum non esse de numero trium fortiorum, vel Banaias ab his qui dicunt ipsum de numero illorum trium non esse, habentur triginta septem. Quibus si addanť Dauid & Ioab, inueniuntur triginta nouē fortes, & triginta octo fortes ipsius Dauid. Porrò Ioab non exprimitur hic inter fortes, vel quia eius fortitudo satis insinuatur per hoc, ꝙ scribitur fuisse princeps militiæ, vel quia pfuit om̄ibus fortibus regis, vel quia inter fortes demeruit nominari propter turpia facta sua, quib' proditorè & iniquè occidit strenuissimos viros, ipsoq; meli
3. Re. 3. 20. 3. Reg. 2. ores Abner & Amasam. Quo circa mirum apparet, quod strenuissim' ille Amasa inter fortes non ponitur, quod forsitan cōtigit, quia adhæsit Absaloni aduersus regē Dauid, vel qm̄ eius
2. Reg. 15. fortitudo sufficienter expressa est suprà, per hoc quod Absalon fecit eum principem militiæ,
2. Reg 19. Israel & qm̄ Dauid rex principatum militiæ ei promisit, aut etiam dedit, secundum quosdam
1. Paral. 11. Postremò, præter præfatos habuit Dauid & alios plures fortes, qui 1. Parali: exprimuntur, sed
Ibidem prænominati erant insigniores. Itaq; in Paralip. habetur: Porrò viri fortissimi, i. valdè fortes in exercitu regis seu principis militiæ, erant Asael frater Ioab & Eleauan, &c.

¶ De spiritali huius 23. capituli intellectu. Articu. 34.

DAuid regē & pphetam, esse Chri summi regis, altissimiq; pphetæ figuram, constat. Porrò Iesu Nazareno constitutū est de Chro dñi, i. in ipso verè impletum est, quę de Chro fuerunt prænunciata, ita ꝙ ipse verus Christus, cui oēs prophetæ testimonium perhibent: qui est egregius psaltes Israel, quia in Euangelio pclarissimè cecinit carmina laudis patri, q̄ docu
Actor. 10. it Israelē, i. populum Christianum diuinorū contemplatorē. Per hunc Iesum Christū loquut' spūssanctus, quia nunq̄ protulit verbum, nisi ex instigatione & motione diuina. Per hoc autē ꝙ Dauid præcæteris tam puras, mentales ꝙ anagogicas habuit illuminationes ac motiones, p figuratum videť, ꝙ Chrs filius Dei quātùm ad naturam assumptā, clarissimè atq; purissimè cognouit & vidit vniuersa in lumine gloriæ, & in diuina essentia, æternitatisq; speculo, qm̄ à primo incarnationis instante fuit cōphensor, quo ad superiores aīæ suę vires, q etiā aliquo mo
do

do fuit viator,& per species rerũ innatas,inditas, seu acceptas vel acquisitas,cognouit abdita & furta, sicq; ꝓpheta fuisse asserit.[Hęc noĩa fortiũ Dauid.]Sicut per Dauid Chr̃s,ita per fortes ipsius Dauid,intelligunt discipuli Christi,ꝓsertim gloriosi apostoli,qui verè erãt fortissimi,inter quos,tres robustissimi vno modo poterunt dici Petrus, Ioannes & Iacobus, q teste Apostolo Paulo,videbãtur columnæ esse. Et sicut fortissimi illi occiderũt gigãtes Philistinorũ,ita nõ solũ hi tres benedicti Apostoli,sed cæteri quoq; Apostoli ꝓlecti,spiritaliter deuicerũt inuisibeles hostes,& reges ac principes paganorũ,atq; põtifices Iudęorũ,q oẽs præ cordis supbia,excreuerũt in giganteæ magnitudinis enormitatẽ,reputãtes se cæteris vehemẽter maiores ac meliores,cũm malignissimi essent. Tropologicè demũ, sicut rex Dauid sibi adiunxit illos fortes,fortiores & fortissimos,ad resistẽdum visibilib' inimicis, sic ꝓlatus debet sibi adiungere viros literatos ac virtuosos,quorũ cõsilio & auxilio valeat suũ dignè officiũ exeq,atq; inuisibilibus æmulis ꝑualere. Et vtinã reges ac principes seculares ad extripãdos aduarsarios fidei Christianæ,associarẽt sibi strenuissimos viros Deũ timẽtes. [Sedẽs in cathedra sapientissim' inter tres.]Sapiẽtissim' iste est Chr̃s,virt' & sapiẽtia Dei patris,cui pater dedit om̃e iudiciũ,seditq; in cathedra iudicali, regali, põtificali & doctorali,cũ ipse sit iudex,rex,põtifex,& doctor vniuersorũ clarissimus,de quo p Malachiã est ꝓdictũ:Sedebit cõflans & emundãs,& purgabit filios Leui. Et Zacharias ait: Ipse portabit gloriã, & sedebit & dñabit in filio suo,& erit sacerdos super filio suo. In Esaia quoq; dicit:Sup soliũ Dauid & super regnũ eius sedebit. Hic est sapiẽtissimus inter tres diuinas & increatas æternas personas, i. vn' eorũ qui sunt tres sapiẽtissimi,adiectiuè sumẽdo nomẽ hoc sapiẽtissimi:ꝙ si substãtiuè sumat,sunt vn' sapiẽtissimus, sicut & vnus æternus,vnus increatus,& vnus immẽsus. Iste sapiẽtissimus interfecit octingẽtos impetu vno,qm̃ sua suberrima passione deiecit aduersarias potestates,& ꝓ cruciuoribus deꝑcando, plurimorũ salutẽ obtinuit, ꝑut per Esaiã pater ꝓdixit:Ideo dispertiã ei plurimos,& fortiũ diuidet spolia.[Ipse est quasi tenerrim' ligni vermiculus.]Chr̃s corporaliter tenerrimæ,æqualissimæ ac nobilissimæ fuit cõplexionis,vtpotè ex purissimis sacratissimæ virginis sanguinibus habẽs corpus supernaturali virtute spũssancti formatũ, qui etiã per mansuetudinẽ summã & cõpassionem maximã,fuit quasi tenerrimus ligni verniculus, ꝓrsus mollissim' dulcis,placabilis:q nihilominùs per rigorẽ iustitiæ & districtionẽ vindictæ,rodit, pugnit & penetrat vitiosos,quẽadmodum per Osee testat:Occurã eis quasi vasa raptis catulis dirumpã interiora eorũ,& cõsumã eos vt leo. Et rursus:Ego quasi tineæ Ephraim. Iterũ Chr̃s vocat vermis siue vermiculus,vel ꝓpter aspernationẽ qua ab impijs est cõtempt', iuxta illud Psalmi:Ego aũt sum vermis,& nõ homo,opꝓbriũ hoĩm & despectio plebis:vel qm̃ sicut qdã vermes nascunt de terra absq; semine,sic Chr̃s de virgine. Insup iuxta tropoligiã, vnusquisq; q ꝓest,debet per charitatis synceritatẽ,persuŋ ꝓlius humiliationẽ, per mititatẽ & pietatẽ esse quasi tenerrim' ligni vermiculus: per zelũ quoq; iustitiæ, iustãq; correptionẽ & correctionẽ rerũ,pũgere & punire,cordaq; dura penetrare ac vincere. Deniq;,sicut tres robustissimi fortissimè pugnauerũt ꝓ filijs Israel,in tm̃,ꝙ aduersariorũ ꝓstrauerunt exercit' magnos,sic debẽt ꝓlati se murũ opponere pro credito sibi grege,& inuisibilib' hostibus orãdo ac alijs modis infatigabiliter reluctari.[Desiderauit igitur Dauid aquã.]Dauid pręscius futurorum,aq̃ baptismi,& eã qua de Chr̃i ꝑforato latere fluxit,optauit fidelib':Aquã aũt sapiẽtiæ salutaris, lachrimas pœnitẽtiæ,rorẽ gr̃æ, lauacrũ internæ purgationis oẽs debemus appetere : quã qui per seipsum obtinere nõ valet aliorũ,subsidio studeat ꝓcurare,eãq; acqsitã nõ sibi asscribat sed offerat Deo,à quo oẽ bonũ originaliter deriuatur,ꝓsertim dõa supernaturalia grę,ac munera glorię. Desiderauit aũt & Chr̃s aquã,i. hoĩm cõuersionẽ,quã ardentissime cõcupiuit,& ei' ꝓcuratiõe flammã desiderij sui refrigerauit: q̃ & ꝓlati virtuosi ac feruidi sibi adducũt nõ sinẽ periculo:quia per viã laqueis hostiũ plenã tẽdunt,& per cãpum seculi huius,inuisibiliũ hostiũ cuneis circunuallatũ,qui tñ si plenè cõfidant in dño,citò euadũt. Quam aq̃ Chr̃s patri sacrificat,quia & ipse secundũ naturã assumptã om̃e bonum attribuit Deo,quẽadmodum in Euangelio ꝓtestatur: A meipso facio nihil. Tali siti debet oĩs ꝓlatus ardere,& per seipsũm ac suos suę sitis refrigerationẽ,i. subditorũ conuersionem ac salutẽ,ꝓ viribus adipisci. Amplius Chr̃s nõ solũ per Dauid,sed & per fortissimos eius milites,designatur,qm̃ leoninã,aĩositatem supborum ac paganorũ ꝓstrauit. Per hoc aũt,quòd null' fortiorũ aut fortiũ ipsius Dauid,ad tres primos fortissimos peruenit,est ꝑfiguratũ, ꝙ ad superbeatissimæ Trinitatis æqualitatem nullus sanctorũ ꝑtingere valet. ꝙPostremò q̃ritur circa ꝓdicta,quo tẽpore acciderit allatio illa aquę. Et videt ꝙ circa finẽ vitæ Dauid regis,cũ dicat Greg. & habetur in Glossa: Lex vetus adulteriũ vetuit,non aũt ꝓhibuit aquã optari,vel militibus fortia à rege iuberi. Et scimus ꝙ Dauid cõcupiscentia victus, vxorẽ tulit Vriæ, q cũ longè pòst cõtra hostiũ cuneos sederet,aquã ex eorũ cisterna desiderauit. Sed hui' oppositũ videtur ex textu, videlicet ꝙ allatio aq; illius contingerit anteq̃ Dauid peruenit ad regnum,cũ dicatur in isto cap. Descenderãt tres ad Dauid in speluncã Odollã. Castra aũt Philistinorum erãt in valle gigantũ,& Dauid erat in præ-

Galat. 2.
1. Cor. 1.
Ioan. 5.
Malach. 3.
Zachar. 6.
Esaiæ. 9.
Esaiæ. 53.
Osee. 13.
Osee. 5.
Psalm. 21.
Ioan. 15.
Eccl. 15.
Ioan. 8.
Gregorius.
Exod. 20.
2. Reg. 11.

præsidio. Porrò statio Philistinorum tunc erat in Bethlehem. Desiderauit ergo Dauid & ait: Si quis daret mihi potum aquæ,&c. Quòd autem descensus illorum trium ad Dauid in speluncam Odollam,& positio castrorum Philistinorũ in valle Raphaim, ad idem referẽda sint tempus,constat ex eo,ꝙ 1. Paralip. scriptum est: Descẽderunt aũt tres ad petram, in qua erat Dauid ad speluncã Odollam, qñ Philistæi fuerant castra metati in valle Raphaim. Itaq; ob hanc causam videtur allatio illius aquæ cõtigisse,qñ Dauid ad huc erat in psecutione Saulis, q̃uis hîc describatur post recitationẽ ædulterij Dauid. Veruntñ in Scolastica historia aliter dicitur. Nã legitur ibi,Philistæi quondã castra posuerũt in valle Raphaim, vsq; ad ciuitatem Bethlehẽ,& erat penuria aquæ in Hierusalẽ. Dauid aũt ascẽderat in arcẽ ad cõsolendũ dñm, & cõmendauit corã astãtibus aquã de Bethlehẽ& pcipuè eam quæ erat in puteo iuxta portã. Tũc tres isti p mediũ hostiũ iter faciẽtes,hauserũt aquã,&c. Hæc ibi:sed nõ videtur istud textui cõsonare, nec apparet ꝙ Dauid in potestate sui regni cõstitut⁹, pmisisset Philistæos terrã regni sui sic occupare,quin statim cũ exercitu pcessisset aduersus eos,imò si tres illi ausi fuerunt per castra Philistinorum pcedere, multo plùs Dauid cum eis ac reliquo toto exercitu, in quo erant tam validi pugnatores,ausus fuisset in vadere hostes illos, nec distulisset tã diu,

1.Para. 11.

Pet. Co.histo. lib. 2. Reg. ca.23.

¶ Expositio cap. 24. Et addidit furor domini irasci contra Israel. Arti. XXXV.

RElcitatur hîc factũ Dauid,in quo mirabilia Dei iudicia declarãtur,rigor iustitiæ,dulcor clemẽtiæ,immẽsitas diuinæ sapientiæ ostendur. [Et addidit furor dñi]i. iustitia Dei q̃ ob vehementiã suæ districtionis in vlciscẽdo, furori similis sæpè esse videtur, [irasci cõtra Israel,]i. Israeliticum populũ,infligẽdo eis malũ pœnæ, ꝙ infrà in isto narratur capitulo,& permittẽdo eorum regẽ incidere culpã,ob quã ipsi quoq; puniti sunt,quia & culpã illam rex permittebaĩ incidere, pter suorum demirita subditorũ. Quanuis em̃ non subtrahat De⁹ gratiã vni pter alterius iniquitatẽ,nisi & ipse cui subtrahiĩ gratia, aliquomodo illã gratiæ subtractionẽ pmereatur:potest tũ cõtingere,ꝙ is qui grãm habet,eam amittat: quã nõ amitteret,si alij p ipsius cõseruatione debito aut decẽti modo orarent, aut benè agendo mererenĩ grãm cõseruari vel augeri in illo. Sicq; à virtute & grã humilitatis pmissus est Dauid cadere ad vitium elationis,ad ꝙ nõ corruisset, si populus eius orãdo ac benè cõuersando meruisset grãm illam in suo cõseruari rectore. [Cõmouitq;] furor dñi [Dauid in eis]i. ad malũ populi,[dicẽtem ad Ioab,]hoc est,ad hoc vt diceret principi suæ militiæ:[Vade,numera Israel]i. vndicĩ tribus[& Iudã,]i.tribũ Iudæ,q̃ specialiter noĩnatur,q̃a regalis,populosior,audacior,bellicosior fuit tribubus cæteris. Iussit aũt numerari viros,videlicet à viginti annis & supra, eos qui secundũ legẽ poterãt ad bella pcedere. ¶Circa hæc duplex oriĩ quæstio: Prima est,q̃d Dauid peccauit in hac iussiõe,si furor Dei,seu diuina iustitia cõmouit eum ad hoc? Secũda, qualiter De⁹ dicatur eũ commouisse ad istud,cùm 1.Paral. scribaĩ: Consurrexit aũt satan cõtra Israel, & incitauit Dauid,vt numeraret Israel. Respondeĩ ad primũ, ꝙ Deus nõ mouit ipsum Dauid ad malũ culpæ directè & effectiuè, sed occasionaliter & pmissiuè. Diabol⁹ verò cõcitauit eũ ad hoc suggerẽdo, nõ compellẽdo:ideo ipse peccauit libere cõsentiẽdo,nõ implens ꝙ ait apostol⁹ Iacobus:Resistite diabolo,& fugiet à vobis. Et Paulus:Nolite(inquit) locũ dare diabolo. Ex hac aũt solutione, patet ad secundã quæstionẽ rñsio. ¶ Deniq; intantùm dependet om̃e bonum,om̃e meritũ, & om̃is culpæ deuitatio à pietate & grã Dei, vt iuxta modum iam tactũ,etiã mala culpæ Deo in scripturis videantur ascribi. Sic etem̃ dicitur indurasse cor Pharaonis,& obfirmasse cor regis Basan. Vndè & Esaias loqtur Deo: Quare nos errare fecisti de vijs tuis,indurasti cor nostrũ,ne timerem⁹ te? Atq; Psal. Declinasti semitas nostras à via tua. [Dixitq; rex ad Ioab principẽ exercitus sui:Perambula oẽs tribus Israel,à Dã vsq, Bethsabee, & numera populũ,vt sciã numerum ei⁹. Dixitq; Ioab regi: Adaugeat dñs De⁹ tuus ad populũ tuum,quantus nũc est,iterũq; cẽtuplicet in cõspectu dñi mei regis. Sed q̃d sibi dñs meus rex vult in huiuscemodi re? Quasi dicat:Nõ est bona iussio ista,sed ex elatione videtur pcedere. Vndè in Paral. legitur Ioab dixisse: Quare hoc quærit dñs meus, ꝙ in peccatum reputetur Israelis? hoc est:Cur iubet istud, p quo nõ solum rex, sed & popul⁹ eius est puniẽdus? Considerauit equidẽ ioab,regẽ & supbia esse motum,timuitq; p peccato eius,populum quoq; castigandũ,sicut in talibus casibus solet accidere,qm̃ bona & mala superiorũ,frequenter redũdant in subditos,& econtrà,cùm sint q̃dmodò vnum. Itaq; Ioab dixit,quòd in peccatũ,hoc est,pœnam peccati reputetur Israeli: vel in peccatum reputetur Israeli, qm̃ exigentibus demeritis populi,iudicabitur rex ad istam corruisse elationem,quod & Ioab forsitan intellexit. [Obtinuit autem sermo regis verba Ioab & principum exercitus,] hoc est, principiũ ipsarũ tribuum qui sub Ioab præerãt singuli in tribubus suis, seu principes militum. Vndè elicitur ꝙ & principes dissuaserunt regi numerationẽ hanc populi. Itaq; rex in hac re pertinax & indirigibilis fuit, sicq; præceptum suum dicitur obtinuisse verba Ioab ac principum,i. præualuisse. [Egressusq; est Ioab & principes militum à facie regis,vt numerarent populum Israel. Cumq; pertransissent Iordanem,venerunt in Aroer ad dexteram vrbis quæ est in valle Gad,

Numer. 1.

1. Paralip.2

Iacob 4.
Ephe. 4.

Exo. 4. 7. 10. 11. 24.
Deuter. 2.
Esaiæ 63.
Psalm. 43.

2. Paral. 21.

&

& per Iazer tranſierunt in Galaad, & in terrã inferiorem Hodſi, & venerunt in Dan ſylueſtria. Circumeunteſq; iuxta Sidonẽ, tranſierunt ꝓpe mœnia Tyri, & omnẽ terrã Heuæi & Chananęi, veneruntq; ad meridiẽ Iuda in Berſabee. Et luſtrata] i. circumita [vniuerſa terra], ꝓmiſsionis, [affuerunt,] hoc eſt, ad regẽ reuerſi ſunt Ioab & principes [poſt nouem menſes, & viginti dies in Hieruſalẽ. Dedit ergo Ioab numerũ deſcriptiõis populi regi. Et inuẽta ſunt de Iſrael] i. de nouẽ tribubus, nã ſicut in Paralip. dicit, tribũ Beniamin, tribumq; Leui Ioab nõ numerauit, eo ꝙ inuitus exequeretur imperiũ regis. [octingẽta millia fortiũ virorũ, qui educerẽt gladiũ, & de Iuda * quinquaginta millia pugnatorũ] Mirum videt, ꝙ tã pauci erãt in tribu Iuda, in qua etiã in egreſſu de Aegypto, erant ſeptuaginta quatuor millia, vt in Numer. lib. habetur. Ad hoc Rabanus & alij qdã dicunt, hic tantùm exprimi numerũ principum & maiorũ. Alij dicunt, in Hebręo & in libris correctis haberi, quingenta millia. Quo circa rurſus obiectio orit, qa ſecundũ hoc, ſola trib⁹ Iuda habuiſſet ꝓ media parte, quaſi tot viros, quot reliquæ trib⁹ ſimul ſumptæ, imò plùs q̃ tantos pro media parte, ſecundũ quod iſte textus videt ꝑtendere, qui octingẽta millia refert de Iſrael eſſe inuẽta. Deinde qa iſtud diſcordare videt ab eo quod ſcriptũ eſt 1. Paralip. De Iuda inuẽta ſunt trecẽta ſeptuaginta millia. Ad primũ horũ multi reſpondẽt, ꝙ in Iudæ tribu tanq̃ in bellicoſiori erãt plures bellatores, q̃ in aliqua alia tribu, ꝙ itẽ eis adnumerati ſunt bellatores ad Iudaiſmũ cõuerſi, q ex alijs nationib⁹ erant cũ Dauid, vt Ethai Gethæus & ſui. Et rurſus, ꝙ Ioab multos aliarũ tribuũ ꝑtranſiuit, nec numerauit, & de tribub⁹ Leui ac Beniamin neminẽ voluit numerare. Ad aliud reſpõdet, ꝙ Ioab ex ꝓpoſito multos de numeratis ex Iuda ſubticuit regi, ne amplius ſupbiret: ideo in Paralipomenôn poni numerũ quẽ ipſe regi expreſsit, in Regũ aũt poni catalogũ Iudæ verum. Iterũ dicũt triginta millia q de tribu Iuda in Paralipomenôn omittunt, fuiſſe capita populi Iudæ, idcircò ibi nõ numerari cũ reliquis, ſed in Regũ. Eodẽ modo ſoluunt, ꝙ in Paralip. leguntur fuiſſe de Iſrael millia milliũ, & centũ millia virorũ, videlicet ꝙ Ioab ſubticuit multos regi, & in Regũ poni quos ei expreſſit: vel in Paralip. etiã illos poni q de tribu Leui ac Beniamin poterant æſtimari: ſiue vt alij dicunt, in Paralip. numerati ſunt & illi, qui interfecti erãt antè cum Abſalon. [Percuſsit ergo cor Dauid eum, poſtq̃ numeratus eſt populus:] i. remorſum habuit cõſcientiæ de hoc, quod, clementer à Deo tactus, iam cõſiderauit ex ſuperbia ꝓueniſſe. [Et dixit Dauid ad dñm: Peccaui valdè in hoc facto:] nõ ſolùm ex ſuperbia numerando, vt ſcirẽ quantis ꝑſiderẽ hominib⁹, ſicq; in potẽtia & excellẽtia mea inaniter gloriarer, ſed etiã quia tranſgreſſus ſum legis ꝑceptum in Exodo ſcriptũ, quo dicitur: Loquutus eſt dñs ad Moſen, dicẽs: Qñ tuleris ſummã filiorũ Iſrael, iuxta numerũ dabunt ſinguli preciũ pro animab⁹ ſuis dño, & non erit plaga in eis cùm fuerint recenſiti. Hoc autẽ dabit omnis qui tranſit ad numerũ, dimidium ſicli. [ſed precor dñe, vt transferas iniquitatẽ ſerui tui, quia ſtultè egi nimis. Surrexit itaq; Dauid manè,] vt orationib⁹ & ſacrificijs Deũ ſibi ac populo recõciliaret, [& ſermo dñi factus eſt ad Gad ꝓphetã, &] pro, i. [videntẽ] ipſius [Dauid,] quia per Gad Deus frequẽter aliqua regi Dauid annunciauit, ideo dicitur eius ꝓpheta, [dicens: Vade & loquere ad Dauid:] non ait, ad ſeruũ meũ Dauid, vel ad ducẽ populi mei. quamuis enim iã pœniteret, nondũ tñ ſuſtinuit debitã pœnã, nec per ſatisfactionẽ fuit Deo reconciliatus. [Hæc dicit dñs: Trium] plagarũ [tibi datur optio. Elige vnum quod volueris. Cumq; veniſſet Gad ad Dauid, nunciauit ei, dicẽs: Aut ſeptẽ annis veniet tibi fames in terra tua,] i. cariſtia ad tuã afflictionẽ, qui de populi tui inopia affligẽris. [aut tribus mẽſib⁹ fugies aduerſarios tuos, & iſti pſequent te, aut certè trib⁹ dieb⁹ erit peſtilẽtia in terra tua. Núc ergo delibera & vide, quẽ reſpõdeã ei q miſit me, ſermonẽ. Dixit aũt Dauid ad Gad: Coarctor nimis,] i. anguſtijs premor valdè, qm̃ quicquid horũ elegero, graue eſt vehemẽter. [ſed melius eſt mihi,] i. ſalubrius animę meæ, [vt incidã in manus dñi:] i. vt peſtilentiã eligã q à Deo infligit. [multæ em̃ miſericordiæ eius ſunt:] ideo pœnã hãc forſitan relaxabit, & quod cõminatus eſt, pœnitentib⁹ nobis, forſan nõ adimplebit. [q̃ in manus hominũ] impugnãtium regnum meum, & ſpoliantiũ illud bladis, ita vt fames ſequat in populo meo. Illud dixit & petiuit ex charitate plebis ac zelo iuſtitiæ, tanq̃ diceret: Si famẽ petiero, ego & diuites ſatis habebimus, ſed pauperes affligentur: ſimiliter ſi fugã elegero, cõmunis plebs erit vaſtãda & occidenda, ſed ego & potentiores effugiemus, qui caſtris & fortalitijs abundamus. Ideo peſtem cunctis cõmunẽ volo eligere. Verùm his verbis Dauid obijci poteſt, quod in Daniele ait Suſanna: Melius eſt mihi incidere in manus hominũ, q̃ peccare in cõſpectu dñi. Et quod ait Apoſtolus: Horrendũ eſt incidere in manus Dei viuentis. Et reſpõdendũ eſt, ꝙ melius eſt q̃cunq; mala pœnalia ab hominib⁹ ſuſtinere, q̃ corã Deo malum culpę cõmittere ſiue admittere. Dauid verò facit cõparationem inter mala pœnalia vitę pſentis, ſicq; tolerabilius eſt à Deo in hac vita piè & paternaliter corrigi, q̃ ab inimicis hominibus deuaſtari. Hinc ſecundo lib. Machabæorum leguntur Iudæi Deum oraſſe, vt ſi quando peccarẽt, ipſe eos corrigeret: nec barbaris nationib⁹ eos traderet puniendos. Similiter in Iudicum lib. ſcriptum eſt: Dixerunt filij Iſrael ad dominũ: Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet: tantùm nunc libera nos. Immi-

1 Para. 21.
* quingẽta
Numer 1.
Rabanus.
1. Parali. 21.
Exod. 32.
Daniel. 13.
Hebræ. 10.
2. Mach. 10.
Iudic. 10.

ſitq;

sitq; dñs pestilentiã in Israel, de mane,] in quo Gad dixit ista ad Dauid, qui mane surrexerat, [vsq; ad tẽpus cõstitutũ] i. pfixũ. Ex quo videtur, & multi dixerunt, ꝙ per duos integros dies, & per tertiæ diei partẽ durauerit pestis illa: sed qm̃ paulò pòst subdit, Venit Gad in die illa ad Dauid, &c. quod videtur dici de die, in cuius mane venit ad Dauid, ideo p tempus constitutũ Iosephus intellexit prandij tẽpus, ita ꝙ pestis nõ durauit nisi vsq; horã prandij primę diei: sed qm̃ tẽpus prandij nõ vocat̃ in lege tẽpus constitutũ, seu sacrificijs & holocaustis pfixũ, sed potiùs tẽpus vespertinũ, in quo & agn⁹ paschalis, & iuge sacrificiũ offerebant̃, vt patet in Exodo, ideo p tẽpus constitutũ, alij dicunt tẽpus sacrificij vespertini intelligendũ. Attñ exponi potest de tertio die, put litera sonare videtur, vt sit sensus: Misit dñs pestilentiã vsq; ad tẽpus cõstitutum, i. vt duraret vsq; ad tertiũ diẽ pdeterminatũ, nisi Dauid & seniores sua humiliatione, oratione & pœnitẽtia obtinuissent plagæ abbreuiationẽ. Sed si cõstitutũ fuit vt duraret p triduũ, quomodo poterat aliter fieri? Respõdetur, ꝙ determinatio illa tridui fuit cõminatoriè pnunciata, & cum omni cõditione implicita intelligẽda, videlicet nisi pœnitẽdo aliqd remissionis ac veniæ mererent̃, iuxta quẽ modum dictũ est Ezechiæ: Dispone domui tuæ, qa morieris tu, & nõ viues. [Et mortui sunt de populo à Dan vsq; Bersabee septuaginta millia virorũ.] Magister in historijs circa hoc scribit: In Paralipomenõn legitur, ferè trecẽta millia, & aiũt Hebræi, ibi positũ numerum plebis defunctæ, hic aũt numerum nobiliũ peste hac mortuorũ. Veruntñ in libris quos vidi, etiã textus Paralip. in 1. lib. habet septuaginta millia. [Cumq; extẽdisset manum suã angelus dñi super Hierusalẽ, vt disperderet eam] i. aliquos de habitatorib⁹ eius peste occideret. Vnde elicitur, ꝙ ministerio angeli boni facta sit illa percussio, [misertus est dñs super afflictionẽ, & ait angelo percutienti populũ: Sufficit nunc, cõtine manum tuã. Erat autem angelus dñi iuxta areã Areunę Iebusęi. Dixitq; Dauid ad dñm, cùm vidisset angelum cædentẽ populum: Ego sum qui peccaui, & ego iniquè egi. Isti qui oues sunt,] hoc est, subditi mihi pastori & regi, vt grex, [quid fecerũt?] ex hoc videtur Dauid insinuasse, ꝙ populus suus etiã ille qui fuit percussus, non fuit in populi numeratione culpabilis. Cuius oppositũ apparet ex dictis, & ex verbis Gregorij aliorumq; dicentiũ ꝙ dñs permisit ipsum Dauid ad peccatum illud corruere, pter demerita plebis suæ. Ad quod dici potest, ꝙ Dauid hoc tunc forsitan ignorauit. Vel ideo populum excusauit, quia ipse immediatè fuit culpabilis in elatione, & populi numeratione, & transgressione pcepti de dando dimidio siclo pro quolibet numerato. [Vertatur, obsecro, manus tua cõtra me, & cõtra domum patris mei,] i. in domesticos atq; cognatos meos mecum culpabiles. Ecce verba fidelissimi regis, seipsum pro suo populo eruendo exponentis discrimini mortis: in quo declarantur charitas eius ad subditos suos, & zelus iustitiæ cõtra seipsum ac suos, humilima quoq; recognitio suę culpæ, & pcordialis cõtritio sua. Siquidem in Paralip. additur, ꝙ cùm Dauid vidisset angelum stantẽ inter cælũ & terrã, & euaginatũ gladium in manu eius, & versum cõtra Hierusalẽ, ceciderunt tam ipse q̃ maiores natu, vestiti cilicijs proni in terrã, & tunc angelus iussit Gad pphetæ, vt diceret Dauid regi, quatenus ascẽderet, & extrueret altare dño in area Ornan Iebusæi, tuncq; (vt legitur hic in textu) [venit aũt Gad ppheta ad Dauid in die illa, & dixit ei: Ascende, & * cõstrue] per manũ seruorum tuorũ [altare dño in area Areunæ Iebusæi,] Qui vt iam patuit, in Paralip. dicitur Ornan, & vidit cum quatuor filijs suis angelum Dei, atq; ex timore tã ipse q̃ filij sui se absconderunt. Fuit autẽ natione Gentilis ac Iebusæus, sed cum sobole sua erat ad Iudaismum cõuersus. [Et ascendit Dauid iuxta sermonẽ Gad, quem pceperat ei dñs. Conspiciensq; Areuna, animaduertit regem & seruos eius trãsire ad se. Et egressus, adorauit regẽ prono vultu in terrã, & ait: Quid caussæ est, vt veniat dñs meus rex ad seruum suum? Cui Dauid ait: Vt emã à te aream, & ædificem altare domino, & cesset interfectio, q̃ grassatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid: Accipiat & offerat dñs meus rex, sicut placet ei. Habes boues in holocaustũ. Et plaustrũ & iuga boum in vsum lignorũ. Omnia dedit Areuna regi. Dixitq; Areuna ad regẽ: Domin⁹ Deus tuus suscipiat votum tuum. Cui respondẽs rex, ait: Nequaquã vt vis, sed emã precio à te, & non offerã dño Deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid areã,] quã Areuna * pbuit gratis dare, [& boues] qui immolarentur in holocaustum, [argenti siclis quinquaginta] In Paralip. scriptũ est, ꝙ Dauid dedit ipsi Ornan pro loco areæ siclos auri iustissimi ponderis sexcentos: idcircò quod dicitur hic, argẽti siclis quinquaginta, referendũ est ad id quod immediatè pdictũ est, & boues, ita ꝙ precium areæ non ponitur in hoc loco, & faciendum est punctũ post verba hæc, Emit ergo Dauid aream. [& ædificauit ibi Dauid altare domino, & obtulit holocausta] q̃ ad diuinæ maiestatis honorem totaliter comburebantur. [& pacifica] hoc est, hostias pro pace & venia obtinenda, quæ partim cesserunt in offerentium vsum & esum. ¶ Deniq, area illa & locus, in quo Dauid construxit altare, erant in monte Moria, in quo Abraham voluit ipsum Isaac immolare, vbi & Iacob vidit in somnis scalam, in quo monte (vt infrà habetur) Salomon templum ædificauit. [Et propiciatus est dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel.] ¶ Circa præhabita quæritur, pro quo peccato populi fuit Dauid relictus sic cadere, & pro quo percus-

sus

Marginalia: Iose. lib. 7. an. iu. c. 13. — Exo. 12. 29. — Esa. 38. — Pet. Co. histo. lib. 2. Re. cap. 23. — 1. Para. 21. — Gregorius. — Paralip. 22. — Ibidem. — * constitue — for* voluit — Ibidem — Genes. 22. — Genes. 28. — 3. Re. 5. 6. 7. — Hierony. — 2. Reg. 11. — 2. Reg. 20.

ſus eſt populus. Ad quod aliqui dicunt, quod ſicut in libro de Hebraicis quæſtionibus fertur, peccatum illud fuit, quod populus communicauit ipſi Dauid in flagitijs contra Vriam, non ſatis diſſentiendo, aut conſentiendo, quæ innotuerunt. Alij dicunt, quòd fuit rebellio populi contra Dauid, quando ſecuti ſunt Sebā filiū Bochri, pro qua rebellione ſolus Seba fuit punitus. Vndè & populus fuit puniendus. ¶ Sed contra hoc obijci poteſt, quia in illa rebellione tribus Iuda & habitatores Hieruſalem adhæſerunt fideliter regi Dauid, & ideo non meruiſſent peſte hac percuti, cuius contrarium patet ex textu. Ideo verius reror, quòd populus ex multis proſperitatibus, opulentijs, victorijs, & conſimilibus donis ſibi deſupèr preſtitis, in ſuperbiam & vanam gloriam ſe erexit. ¶ Poſtremò, circa hæc ait Gregorius: Pro qualitatibus ſubditorum, diſponuntur corda & facta regentium, vt ſæpè pro culpa gregis, etiam boni delinquat vita paſtoris. Dauid à Deo laudatus, elatione repentè inflatus, populum numerando, peccauit: & populus pœnā ſuſcepit, quia ſecundum merita plebiū, diſponūtur corda rectorū. Iuſtus verò Deus, regis iniquitatē ex illorū animaduerſione corripuit, quorū cauſa peccauit. Sed quia propria voluntate ſuperbiens, à culpa alienus non fuit, vindictam etiam ipſe ſuſcepit. Ita quippe ſunt iuncta merita rectorum ac plebium, vt ſæpè ex culpa rectorum, deterior fiat vita plebium, atq; ex merito plebium, mutetur vita paſtorum. Sed quia rectores habent iudicem ſuum, non temerè iudicent ſubditi vitam regentium: imò magìs eam committant infallibili iudici vniuerſorum, qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus, Amen. Gregorius.

FINIS.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN PRIMVM MALACHIM, ID EST, REGVM trium librum, Enarratio.

In quo agitur de morte regis Dauid, de ſucceſſione, regimine & geſtis Salomonis ac quorundam aliorum Regum Iuda & Iſrael.

PROOEMIVM.



IN duobus libris præhabitis, de duobus regibus Iſrael actum eſt, quorū vnus regnauit poſt alium: iam de tertio rege, qui ſuper totum Iſraeliticum populum regnauit, tractatur per mediam circiter partem huius tertij libri. Deinde per aliam eius partem, atq; per totum quartum volumen, fit mentio de regibus Iſraelitici regni in duo regna diuiſi, & regibus eorundem, qui vel ſimul, vel ſucceſſiue regnauerunt. Hinc quidam expoſitores teſtantur, quòd in præhabitis libris duobus tractatum eſt de vnico filiorum Iſrael regno, hîc tractatur de regno illo diuiſo, quòd iuxta prætactum accipiendum eſt ſenſum: Ideo apud Hebræos duo præcedentes libri ſunt vnus liber, qui apud eos Samuel appellatur: ſimiliter duo ſequentia volumina ſunt apud eos vnum volumen, quod Malachim dicitur in plurali. Hinc magiſter in hiſtorijs ait: Incipit hîc Malachim ſecundum Hebræos, quod ſonat, Regum. Nam quanuis in duobus præcedentibus libris actum ſit de duobus regibus Hebræorum non ſimul regnantibus, tamen quia in opere iſto agitur de regibus qui ſimul regnauerunt in Iuda & Iſrael, meritò Regum dicitur. Pet. Co. hiſto. lib. 3. Reg cap. 1. 3. Re. 1.2.3.

¶EXPLANATIO LITERALIS CAPITVLI I.

Et rex Dauid ſenuerat. Arti. I.

IN primis duobus huius tertij libri capitulis adhuc de Dauid tractatur, qualiter ſcilicet ſucceſſorem regni ſui inſtituit. Vndè ſequitur: [Et rex Dauid ſenuerat, habebatq; ætatis plurimos dies.] Erat quippe circiter ſeptuagenarius, quia triginta erat annorum dum cœpit regnare, & quadraginta annis regnauit, prout in ſecundo libro habetur, tanta aūt duratio temporis, reputatur ſenectus in homine, cuius vitæ periodus vſq; ad ſeptuaginta annos ſecundū naturalē curſum communiter ſe extendere poteſt, iuxta id Pſalmi: Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. veruntamen vnus alio celeriùs ſenex efficitur, quod ex diuerſitate complexionum, infirmitatum, læſionum, fatigationū & ſolicitudinū poteſt accidere. [Cumq; operietur veſtibus, nō calefiebat.] cuiꝰ rei variæ cauſæ traduntur: vna, quia de parentibus ſenibus natus eſt, cùm & Ioab filius ſuæ materteræ, etiam iam fuerit canus & grandæuę ætatis, vt ſequenti patet capitulo. Alia, quia ex viſione angeli, præcedenti libro recitata, fuit vehemēter perterritus, ex qua exceſſiua perterritiōe infrigidationem incurrit, quæ permanſit in eo vſq; ad mortem. Vehemens etenim timor parit frigus. propter quod formidantes tremunt & pallent. Tertia, quia frequenter fuit in prælijs, in quibus (vt fertur) fuit aliquando vulneratus, ſicq; ex ſanguinis emanatione citiùs ſenuit atq; refriguit. hanc cauſam aſſignat Lyra, imò & aliqui ante eum, contra quā ſcribit Rabbi Paulus: 2. Reg. 5. Pſal. 89. 3. Reg. 2. 2. Reg. 24.

Nunq̃ legitur Dauid in bello vulneratus siue percussus, vel ꝙ sanguinis copia de ipso effluxerit: quod si accidisset, nõ est verisimile ꝙ scriptura hæc tacuisset. His verbis Rabbi Pauli videtur scriptura fauere, quia frequẽter ait ꝙ dñs saluauit Dauid in omibus ad quæcunq; ꝓfectus
1. Reg. 23. 25. 27. est, imò in ꝓlijs cunctis videtur valdè faciliter diuina ꝓualuisse virtute, in tantum, ꝙ raro vel
2. Reg. 2. 11. nunq̃ leguntur aliquí de suo corruisse exercitu, maximè ipso ꝑsente, imò nec ipso absente, nisi in strage Asaelis fratris Ioab, atq; in strage Vriç. Dauid quoq; in ꝓlijs habuit fortissimos & peritissimos capitis sui custodes. Hinc Rabbi Paulus aliã causam assignans: Veriùs, inquit, dici potest, ꝙ Dauid à iuuẽtute fuit libidinosus, & actibus veneris excessiuè implicatus, vt pa
Prouer. 31. tet ex toto ꝓcessu suæ historiæ, & ex multidudine suarũ vxorum & concubinarũ. Excessiuus aũt vsus venereorum, naturalẽ cõsumit calorẽ & humidum radicale, ꝓpter quod in Prouer. habetur: Ne des mulieribus substantiã tuam. Substantia namq; vitæ corporalis, in calore naturali & humido radicali cõsistit ꝑcipuè: ideo sicut igni seu calori illius deficientibus escis, mors naturaliter seq̃tur, sic ex illorũ notabili diminutiõe seu cõsumptione frigiditas q̃si irrecuperabilis subseq habet. Sed q̃uis hæc verba Rabbi Pauli ꝓ maiori parte sint vera, attamen valdè indecẽter & malè sonas, de tanto ꝓpheta & viro heroico ac maximè cõtemplatiuo asserere, ꝙ à iuuẽtute sua fuit libidinosus, venereisq; excessiuè intent⁹, nec tãtas credendum est accepisse vxores desiderio voluptatis, sed prolis ad Dei obsequiũ educãdæ. ¶ Prætereà certũ
1. Reg. 18. 19 20. 21. &c. est, ꝙ Dauid sex annis quib⁹ ꝑsecutiones Saulis sustinuit, multa tolerauit incõmoda in desertis, dieb⁹ ac noctibus, & quia tota sua ꝓgenies ac parẽtes ꝓpter ipsum sustinuerũt expulsi
2. Reg. 13. 2. Re. 15. 16. 17. 18. onẽ, deinde ex morte filij sui Amnon, & violatione Thamar, & ꝑsecutione occisioneq; Absalonis, ineffabiliter magnas gessit in corde tristitias atq; augustias, quę nõ mediocriter senectutẽ accelerãt, cõplexioneq; lędũt. Ad oculũ quoq; videmus, ꝙ reges & principes satis citò
Eccl. 10. senescunt. Propter ꝙ in Ecclesiast. scriptum est: Omis potentatus breuis vita: sic & rex hodiè est, & cras morietur. Aliqui verò dicũt, ꝙ Dauid ex vestibus nõ calefiebat in vltionẽ suæ, cul-
4. Reg. 24. pæ, qua orã chlamydis Saulis ꝑsciderat, vt in 1. lib. narrat, quatenùs per q̃ peccauerat, per ea &
Sapient. 11. puniretur, ꝙ dictũ modici est momenti. [Dixerũt ergo ei serui sui] in naturalibus periti, vt medici, alijq; experti. [Quæramus dño nostro regi adolescentulam virginẽ, & stet corã eo, & foueat eũ. dormiatq; in sinu suo, & calefaciat dñm nostrũ regẽ] & minùs affligat frigorib⁹, & viuat diutiùs, cuius ꝓuidentia vtilis est cõmunitati. [Quæsierũt igitur adolescentulam speciosam in oĩbus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamitẽ, & adduxerũt eã ad regẽ. Erat aũt puella pulchra nimis. Dormiebatq; cũ rege, & ministrabat ei. Rex verò nõ cognouit eã,] videlicet Abisag Sunamitẽ, hoc est, de vrbe noie Suna, de qua fuit & hospitatrix beatissimi He
4. Reg. 4. lisæi, vt infrà 4 lib. describitur. Certum est aũt, ꝙ Dauid rex nequaquã cum illa speciosissima dormiuit puella, nisi antè acciperet eã in coniugẽ. ¶ Porrò, ꝙ nõ cognouit eã, vel ex impotẽtia, vel ex occupatione interna circa diuina ꝓcessit. Verùm vt recitat sup Genesim Origenes:
Origenes Gene. 25. Hęretici, qui scripturã vet. test. dixerunt non esse à Deo lucis, irriserunt Abraham, Dauid, & alios quoq; testamẽti illius patres, eo ꝙ in senectute sua acceperunt vxores, quasi & tũc libidine insaniẽtes, vndè & Origenes cõnubia illa ad spiritalẽ intelligentiã trahit, per vxorem ac
Hieronym. cipiẽdo sapientiã, quã sibi sponsam sumpserunt, & iuxta hunc modũ dicit Glossa Hieronymi
2. Cor. 3. super hunc locum: Nonne videtur tibi, si literã q̃ occidit, sequaris, figmentũ esse, athletarumue ludicra, ꝙ frigidus senex vestibus obuolutus, nisi cõplexu adolescentulæ nõ calescit? sicq; secundũ mentẽ Hieronymi, videtur hìc esse parabolica seu metaphorica q̃dã locutio, vt per Abisag intelligat sapiẽtia, q̃ est pura & incorrupta, & senioribus magis coniugi solet, sicut in Dauid, in quo tẽpore senectutis magìs viguit spũs ꝓphetiæ. Hæc aũt sapiẽtia calefecit Dauid regẽ ad diuinũ amorẽ, & iuxta hunc sensum dicit in lib. Iudicum: Ierunt ligna, vt vngerẽt su-
Iudic. 9. per se regẽ. Sed cõtra hæc scribit Lyra, qm̃ circunstantia literæ manifestè ostendit, ꝙ Abisag fuit corporalis puella regi adducta in remediũ suę frigiditatis corporeæ, ꝙ etiã cõstat ex hoc
3. Reg. 2. ꝙ Adonias adhuc iuuenis, Dauid defuncto, petijt sibi hãc dari vxorẽ, cuius petitionis occasione fuit occisus. nõ aũt fuisset occisus, si sapientiã sibi desponsari petisset: ideo fateri oportet, ꝙ ad literã fuit puella. Dicunt etem̃ medici ꝙ ꝑcipuũ remedium contra frigiditatẽ membrorũ atq; paralysim imminentẽ, sit amplexus mulieris maximè iuuẽculæ virginis, ideo talis fuit adducta regi Dauid, nec peccauit in hoc, q̃a cum ea cõtraxit connubiũ. Senes em̃ quãtumcunq; possunt cõtrahere, q̃uis nõ valeãt generare, & vt dicunt doctores, si mulier sciẽter contrahat cum sene, quẽ scit impotentẽ, tenet matrimoniũ: Ideo vti amplexibus virginis huius in statu cõiugali, non videtur regi Dauid illicitũ, ꝑsertim cùm esset ei in tãto frigiditatis remedium, Sed cõtra hãc beati Hieronymi rephensionẽ satis aptè scribit hìc Rabbi Paulus: Glossa Hieronymi nõ est sic reprobãda, sed ad bonũ potiùs sensum trahenda. sequentes em̃ sensum literalẽ, sunt in duplici differẽtia, quidã etem̃ tenẽt, ꝙ solus sensus literalis est verus, & ab au-
Actor. 23. thore intẽtus sensus autẽ spirituales dicunt fictos & nullius authoritatis, quẽ errorem secuti sunt Sadducæi negantesq; resurrectionẽ, & alia q̃ ad pedẽ literæ prima facie nõ apparent. Alij

dicunt

dicũt ꝙ ſcriptura ſub vna litera habet plures ſenſus, vt patet per Gregoriũ tertio mo raliũ, & p Gregor iu
Auguſt. in epiſtola contra Vincentiũ, licèt oẽs fundenť ſup vnum ſenſum literalẽ. Error autẽ Auguſtin9
primorũ patet ex verbis Chri, volẽtis oſtẽdere errorem Sadducæorũ ex ſenſu literali eius, ꝙ Mat. 22.
ſcriptũ eſt: Ego ſum Deus Abrahã, Deus Iſaac, & Deus Iacob: ex qbus verbis ꝓbat, eſſe vitam Marc. 12.
poſt vitã pſentem, ꝙ tñ prima facie nõ videť inſinuari p verba illa. patet quoq; error illorũ ex
hoc, qa cõtingit, ꝙ aliqua ſcriptura ſecundũ vnũ ſenſum literalẽ intellecta, nõ inducit aliq̃ vti
litatẽ in fide aut moribus, vel ad conuerſationem humanã, & hoc modo allegat Apoſtolus il 1. Corin. 9.
lud Deuter. Nõ alligabis os boui triturãti, vbi quaſi arguẽs ſubdit, Nunqd cura eſt Deo de bo Deute. 25.
bus? q. d. ſi hoc pceptum ſolùm ad pedẽ literæ intelligať, nullam inducit vtilitatem, & hoc mo-
do arguit Hieronymus in verbis pallegatis cõtra ſeqntes literã occidentẽ, dicens: Si hęc hiſto
ria de Dauid & Abiſag tantùm ad literã intelligať, non referenda ad aliquẽ ſenſum ſpũalẽ vti-
liorẽ, videtur quaſi Athletarũ ludicra ſeu fabulationes q̃ nil proficiunt: idcirco hiſtoriam iſtã
exponit pulcherrimè, q ſenſus Hieronymi eſt in loco hoc literalis eo modo, quo Apoſtol⁹ ex 1. Corin. 9.
authoritate ptacta ſumit argumentũ ſecundũ myſticũ intellectum. Quod aũt inducit poſtilla
tor, videlicet Lyra, ꝓ fulcimẽto planæ expoſitionis literæ de authoritate medicorũ, dicentiũ
ꝙ optimum remediũ cõtra frigiditatẽ mẽbrorũ, eſt amplexus mulieris iuuẽculæ, non facit ꝓ
eo. Quãuis em̃ dicant, ꝙ calor alicui⁹ hoĩs aut aĩalis confortet ſuo contactu calorẽ naturalem
hoĩs debilitati, nõ tñ faciũt differentiã de calore iuuẽculæ virginis ſeu corruptæ, pulchræ aut
incõpoſitæ, ideo pinducta magis intelligẽda ſunt ſecundũ myſticã ſignificationẽ verborum,
q̃ principalis author ſcripturæ (q Deus eſt) hìc intendit ad nr̃am doctrinã. Hęc R. Paulus, cui⁹
dicta ſatis ꝓbabiliter ſonãt, dempto eo, ꝙ aſſerit medicos nõ diſtinguere in re illa, videlicet
ad confortandũ calorem hoĩs infrigidati, de calore iuuenculæ virginis aut corruptæ, pulchrę
aut incompoſitæ. Nam & phyſici tradunt, ꝙ puellæ virgines ſunt calidiores q̃ fractæ: pulchræ
quoq; plùs mouent appetitũ, cuius accẽſio calefacit. [Adonias autem filius Haggith eleuaba
tur,] i. erexit ſeipſum ambitioſè;, [dicens: Ego regnabo, fecitq;] i. pparauit [ſibi curr⁹ & equi
tes & quinquaginta viros, q ante eũ] in curru ſedentẽ [currerent,] ſicut hoc ſuprà lib. 2. magis
expoſitum eſt. Ideo aũt aſpirauit ad regnũ, qm̃ inter filios Dauid ſuperſtites ſenior fuit. nam
erat quartus in ordine, Amnon aũt & Abſalon fuerunt occiſi, & tertius, ſ. Cheliab, creditur 2. Reg. 13.
iam obijſſe, vel iners ſeu ineptus ad regnum fuiſſe; & item qm̃ fuit iuuenis pulcher, amabilis, 2. Reg. 13. 2. Reg. 18.
populoq; acceptus. [Nec corripuit eum pater ſuus aliqñ, dicens: Quare hoc feciſti?] Per hoc
videtur ſcriptura innuere, ꝙ Dauid per negligẽtiam fuit culpabilis, nõ corripiẽdo Adoniam
de vanitate & vſurpatione ſeu ambitione pſata, vndè & Adonias magis audacter ꝓſequebať
ſuũ cõceptum, ſuſpicans ꝙ pater ſuus nõ reſiſteret ei. Veruntñ expoſitores in hac re excuſant
Dauid à culpa ſiue à tãta, ſiue à tota, dicẽtes, ꝙ ignorauit Adoniã aſpirare ad regnũ. Nã paulò
pòſt Nathã dixit ad Bethſabee: Nũ audiſti ꝙ regnauerit Adonias, & dñs noſter Dauid hoc ig
norat? Bethſabee quoq; ad regẽ: Eccè, inquit, nunc Adonias regnat, te dñe mi rex ignorante.
[& ſermo ei⁹ cum Ioab filio Zeruiæ, & cum Abiathar ſacerdote, q adiuuabãt partes Adonię]
i. conſilio atq; auxilio Ioab principis militiæ, atq; Abiathar pontificis, pcipuè vtebať. Ioab em̃
in ciuilibus & bellicis rebus fuit ſummus poſt regem, & Abiathar in ſpũalib⁹ ac diuinis, ſicq;
per Ioab ſperauit acqrere aſsiſtentiã militũ, & per Abiathar ſacerdotũ ac Leuitarum, & ab ip-
ſo Abiathar tanq̃ à pſule volebat inungi. Diciť quoq;, ꝙ Ioab ſuſpicabatur, regẽ vindicaturũ
in ſe iniqtatẽ, q̃ cõmiſit in Abner & Amaſam, quos proditoriè interfecit, & ꝙ rex filio ſibi ſuc 2. Re. 3. 20.
cedenti in regno, vltionẽ illã cõmitteret: ideo voluit ſibi mercari fauorẽ filij regnaturi, ne pu
niretur ab eo: ſimiliter de Abiathar fertur, ꝙ nouerat Deũ dixiſſe ad Heli, ꝙ ſacerdotij dignitas
trãsferẽda eſſet à poſteris ſuis. Abiathar aũt deſcẽdit ab Heli, idcircò ne ſacerdotio priuareť, 1. Reg. 2.
voluit noui regis fauorẽ mereri. atq;, vt dicitur, Hebræi affirmãt, dñm nõ dediſſe rñſa per A-
biathar à tẽpore quo Dauid à Hieruſalem fugit à facie Abſalonis. [Zadoc verò ſacerdos [pri
mus poſt Abiathar, [& Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta & Semei,] alter ab illo, q ma 2. Reg. 15.
ledixit regi, [& Cerethi & Phelethi,] p quos q deſignentur, dictum eſt in expoſitione lib. 2. 2. Reg. 16.
[& om̃e robur exercitus Dauid,] videlicet robuſti, de qbus in 2. lib. ſatis dictum eſt, [nõ erãt
cũ Adonia,] quia ſciebãt pnunciatum eſſe à Deo per Nathan, ꝙ Salomon patri in regno ſuc- 2. Reg. 8.
cederet, ꝓut in 2. lib. patuit, in 1. quoq; lib. Paral. aperte habetur. [Immolatis ergo Adonias a- 2. Reg. 23.
rietibus & vitulis & vniuerſis pinguibus,] i. multis & magnis ſacrificijs, q̃ obtulit per manus 2. Re. 7. 12.
ſacerdotum velut rex nouus, [iuxta lapidẽ Zoheleth, qui eſt vicinus fonti Rogel,] volẽs Deo 1. Paral 12.
gratus videri, & quaſi religioſè incipere, [vocauit] i. ad conuiuium inuitauit, [vniuerſos fra
tres ſuos, filios regis, & oẽs viros Iuda ſeruos regis. Nathan aũt prophetam, & Banaiam, & ro-
buſtos quoſq;, & Salomonem fratrem ſuum non vocauit:] quia fuit ſibi ſuſpectus. Oẽs em̃ vi
ros Iuda ſeruos regis, ſibi putauit fauere. [Dixit itaq; Nathã ad Bethſabee matrẽ Salomonis:
Num audiſti ꝙ regnauerit Adonias fili⁹ Haggith, & dñs Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni,
accipe cõſiliũ à me, & ſalua aĩam tuã, filijq; tui Salamonis.] i. teipſam & filium tuum pſerua à

morte, qa si Adonias post Dauid regnauerit, faciet te occidi tanq̃ adulterã, & filiũ tuũ tanq̃ adulteræ ꝓlem, vel aliã cõtra eũ q̃ret occasionẽ ad occidẽdum. [Vade & ingredere ad regẽ, & dic: Nõne tu dñe mi rex iurasti mihi ancillę tuę, dicẽs, ꝙ Salamõ filiꝰ tuꝰ] ô Bethsabee [regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo?] vbi vel qñ Dauid hoc iurauit Bethsabee, scriptura nõ refert, sed cognita voluntate Dei ꝑ Nathan de Salomonis ꝓmotione ad regnũ, indicauit hoc tẽpore opportuno ipsi Bethsabee, & iurauit ei se ita factũrũ. [Quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loq̃nte cũ rege, ego veniã post te, & cõplebo sermones tuos. Ingressa ẽ itaq; Bethsabee ad regem in cubiculo. Rex aũt senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei. Inclinauit se Bethsabee, & adorauit regẽ. Ad q̃ rex: Quid tibi (inq̃t) vis? Quæ rñdens, ait: Dñe mi rex, tu iurasti per dñm Deũ tuum ancillæ tuæ, Salomon filius tuꝰ regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo, & eccè nunc Adonias regnat, te dñe mi rex ignorãte. Mactauit boues & pinguia quęq;, & arietes plurimos, & vocauit oẽs filios regis, Abiathar quoq; sacerdotem, & Ioab principẽ militiæ, Salamonẽ aũt seruum tuũ non vocauit. Veruntñ dñe mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis, quis sedere debeat in solio tuo dñe mi rex post te,] q.d. q̃uis iã multi sint cũ Adonia, cõmunitas tñ ꝑstolat̃ à te audire diffinitiuè, qs debeat tibi succedere in primatu. [Eritq;] i. eueniet, [cũ dormierit dñs meus rex, cũ patribus suis, erimus ego & filius meus Salamon peccatores.] i. si permiseris Adoniam tibi in regno succedere, ipse te defuncto obijciet mihi adulterij crimen, & Salomonem faciet accusari, vt occidat nos ambos, quasi aliter non sit pax in communitate possibilis. [Adhuc illa loq̃nte cũ rege, Nathan ꝓpheta venit. Et nunciauerũt regi, dicẽtes: Adest Nathan ꝓpheta. Cumq; introisset in cõspectu regis, & adorasset eum pronus in terram, dixit Nathan: Dñe mi rex, tu dixisti: Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronũ meum?] Interrogatio est, q.d. mirũ si hoc dixisti, cùm ego ex Dei pcepto reuelauerim tibi, ꝙ Salomon post te ꝑsidebit. [Quia descẽdit hodiè, & immolauit boues & pinguia, & arietes plurimos, & vocauit vniuersos filios regis, & principes exercitus, Abiathar quoq; Sacerdotẽ. Illisq; vescentibus & bibentibus corã eo, & dicentibus, Viuat rex Adonias, me seruũ tuũ, & Zadoc sacerdotẽ, & Banaiã filiũ Ioiadæ, & Salomonẽ famulũ tuũ non vocauit. Nunq̃d à dño meo rege exiuit hoc verbũ, & mihi non indicasti seruo tuo qs sessurus esset super thronum dñi mei regis post eũ?] q.d. absurda res est, ꝙ te nesciẽte atq; viuente, vsurpauerit sibi Adonias regiã dignitatẽ: [Et rñdit rex Dauid, dicens: Vocate ad me Bethsabee,] q̃ finito suo sermone, exiuit regis cubiculũ, [q̃ cũ fuisset ingressa corã rege, & stetisset ante eũ, iurauit rex & ait: Viuit dñs, q eruit aĩam meã de om̃i angustia, quia sicut iuraui tibi per dñm deũ meũ Israel, dicẽs: Salamõ filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super soliũ meũ pro me, sic faciã hodiè. Summissoq; Bethsabee in terrã vultu,] i. facie ꝓfundè inclinata ad regis honorẽ atq; in signũ gratitudinis, ꝙ rex suæ acquieuit petitioni, [adorauit regẽ,] adoratiõe duliæ, sicut & Nathan, dicẽs: Viuat dñs meus rex Dauid in æternum,] q.d. q̃uis filij mei promotionẽ desiderem, tñ quãtùm possibile est, malo vt tu Dauid rex adhuc feliciter viuas ac regnes, & cũ hic diutiùs viuere & regnare nõ poteris, opto vt inter sanctos post hanc vitam æternaliter perseueres. [Dixit quoq; rex Dauid: Vocate mihi Zadoc sacerdotem & Nathã prophetã & Banaiã filiũ Ioiadæ. Qui cùm ingressi fuissent corã rege, dixit ad eos: Tollite vobiscum seruos dñi vri] i. robustos q permãserũt in Hierusalẽ & in palatio, q sunt serui & milites Ioab principis militiæ, [& imponite filiũ meum Salomonẽ sup mulã meã,] cui ego solus

for*insidere — *sedere cõsueui, vt pateat, ꝙ dignitatẽ meã ad filiũ transtuli Salomonẽ, [& ducite eum in Githon,] i. ad fontẽ sic nominatũ, s. aq̃ Siloæ, iuxta quosdã. Gihon aũt qñq; est nomen fluuij de

Gene. 2. paradiso egrediẽtis, & terrã Aethiopiæ circueũtis, vt in Genesi habet. [& vngat eũ ibi Zadoc sacerdos, & Nathan ꝓpheta, in regẽ super Israel. Et canetis buccina, atq; dicetis: Viuat rex Salomon. Et ascendetis post eũ, & venietis in Hierusalẽ, & sedebit super soliũ meum, & ipse re-

Apocal. 3. gnabit pro me, illiq. pcipiã, vt sit dux super Israel & super Iudã. Et rñdit Banaias filius Ioiadę

Ioan. 12. regi, dicẽs: Amen.] i. sic fiat. Amen aũt qñq; nominaliter sumit̃, iuxta illud in Apoc. Hæc dicit Amen testis fidelis: & qñq; verbaliter, ꝓ fiat, vt hic: qñq; aduerbialiter, ꝓ verè, sicut apud Ioannẽ: Amen amen dico vobis. [Sic loquat̃ dñs Deus dñi mei regis,] q.d. verba tua ô rex, sunt

3 Regum 4. 5. 10. 11. verba Dei loq̃ntis per te, & verba tua quasi Dei suscipimus. Et ꝙ ait Banaias, sic loquatur, dixit cõgratulãdo. [sic sit cũ Salomone, & sublimius faciat solium eius à solio dñi mei regis Da-

2. Regũ 6. uid.] i. latiorẽ dñationem tribuat Salomoni, q̃ cõtulit tibi. Quod etiã infrà legit̃ factũ. [Descẽdit ergo Zadoc sacerdos, & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi & Phelethi, & imposuerũt Salomonẽ sup mulã regis Dauid, & adduxerunt eũ in Gihon. Sumpsitq; Zadoc sacerdos cornu olei] i. vasculũ cõtinens oleum vnctionis, quo rex & pontifex inũgebant̃ [de tabernaculo,] in quo fuit arca, vt patuit lib. 2. [& vnxit Salamonem] astante & cooperante ei in hoc Nathan propheta. Nã dixerat Dauid, Vngat eũ Zadoc sacerdos & Nathan propheta, sicq. dignitatem officij pontificalis ipsius Abiathar, cœpit Dauid transferre ad Zadoc. Fiebat aũt (vt aliq dicunt) vnctio illa regis in fronte ipsius in modũ coronæ. [Et cecinerũt buccina,

na,& dixit omis populus, Viuat rex Salomon. Et afscédit vniuersa multitudo post eũ,& pdoulus canẽtiũ tibijs,& letantiũ gaudio magno,& insonuit terra à clamore eorũ. Audiuit aũt Adonias,& oẽs q inuitati fuerãt ab eo. Iamq; cõuiuiũ finitũ erat. Sed & Ioab audita voce tubæ, ait: Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuãtis?] i. qd ptendit aut designat sonit⁹ existẽtiũ in Hierusalẽ, q vociferari videtur, tanq̃ tumultũ aut seditionẽ habẽtes, qa à remoto non poterat clamor pfectè discerni,& forsan suspicabaẽ aliqd ortũ in ciuitate cõtra Adoniæ psumptionẽ. [Adhuc illo loquẽte, Ionathã fili⁹ Abiathar sacerdotis venit. Cui dixit Adonias: Ingredere, qa vir fortis es,& bona nũcians. Respõditq; Ionathã Adonię: Nequaq̃, dñs em̃ noster rex Dauid regẽ cõstituit Salomonẽ. Misitq; cũ eo Zadoc sacerdotẽ,& Nathã ,pphetã, & Bananiã filiũ Ioiadæ,& Cerethi & Phelethi,& imposuerũt eũ sup mulã regis, vnxerũtq; eũ Zadoc sacerdos & Nathã ,ppheta regẽ in Gihõ,& afscenderũt indè lætantes,& insonuit ciuitas. Hæc est vox quã audistis. Sed & Salomõ sedet sup soliũ regni,& ingressi serui regis, benedixerũt dño nostro regi Dauid, dicẽtes: Amplificet De⁹ nomẽ Salomonis sup nomẽ tuũ,& magnificet thronũ ei⁹ super thronũ tuũ. Et addorauit rex Dauid in lectulo suo, insup & hæc loquut⁹ est: Benedict⁹ dñs De⁹ Israel, qui dedit hodiè sedentẽ in solio meo videntib⁹ oculis meis. Territi sunt ergo & surrexerũt oẽs qui inuitati fuerant ab Adonia,& iuit vnusquisq; in viã suam.] Puto q Ionathã ex industria & de cõsilio Ioab atq; Abiathar mansit in vrbe ad pscrutandũ, si aliqd ibi agerẽtur siue insurgeret cõtra Adoniã, vt illud velociter nũciaret, sicut & fecit, cui⁹ relatiõe audita, territi sunt q interfuerũt cõuiuio, ne indignationẽ Dauid ac noui regis incurrerẽt. [Adonias aũt timẽs Salomonẽ, surrexit,& abijt in tabernaculũ dñi, tenuitq; cornu altaris,] vt ibi tutiùs existeret. Nam ad altare holocaustorũ, q erat exterius, poterãt & vulgares accedere: ad altare verò thymiamatis, sacerdotes duntaxat. In Scholastica aũt fertur hist. q tenuit cornu altaris thymiamatis, q nõ crediẽ verum. Et nunc iauerũt Salomoni, dicentes: Eccè Adonias timẽs regẽ Salomonẽ, tenet cornu altaris, dicẽs: Iuret mihi rex Salamõ hodiè, q nõ interficiat seruũ suum gladio. Dixitq; Salomõ: Si fuerit vir bonus,] i. si decæterò ab isto & similib⁹ criminibus custodierit se immunẽ, [non cadet nec vnus quidẽ capillus eius in terram.] i. nil mali faciam ei. [sin aũt malum inuentum fuerit in eo.] i. aliquid criminale, psertim crimen læsæ maiestatis, aspiratio ad regnandum, seminatio seditionis in populo, aut partialitas contra regem,& cẽmunitatis turbatio, [morietur] i. statim faciam eum occidi. [Misit ergo rex Salomon] ministros solennes, [& eduxit eum ab altari,] non violenter, cùm esset ibi locus refugij, sed persuasit ei per nuncios vt confidenter egrederetur, dummodò decætero vellet se benè habere. [& ingressus] palatium, [adorauit] adoratione duliæ [regem Salomonem,] recognoscendo se nihil iuris habere ad regnandum, Sed Salomonem esse legitimè institutum in regem. [Dixitq; ei rex Salomon: Vade in domum tuam.] Filij etem̃ regis Dauid adultæ & virilis ætatis, habebant specialia habitacula quædã, quamuis ad placitũ fuerint in palatio. Vndè & dictum est lib. 2. quod Thamar mansit contabescens in domo Absalon fratris sui.

Exod. 28.

Pet. Co. hi. hist. lib. 3. Reg. cap. 1

2. Reg. 13.

¶ De spirituali huius cap. primi sensu. Arti. II.

ET rex Dauid senuerat. [Per Dauid pfiguratus est Chr̃s, qui in iuuẽtute sua est crucifixus, idcircò non senuit senio corporali, sed spiritali, de quo scriptũ est: Senectus venerabilis est, non diuturna, neq; annorũ numero cõputata. Cani aũt sunt sensus hoĩs,& ætas senectutis vita immaculata. Hæc ergo senectus est morũ maturitas, pbitas vitæ, sapientia salutaris, quæ in Chr̃o summè fuerunt. [Cumq; operiretur vestibus, non calefiebat.] Per vestes qñq; intelligũtur hoĩes aliquẽ circundantes, iuxta illud Esaiæ: His omibus quasi vestimẽto ornaberis, sed Iudæi qui Chr̃m in carne inter eos ambulantẽ corporaliter sequebãtur,& instar vestium circundabant eum, nõ calefecerũt.] i. ignẽ charitatis nõ continuerũt, nec cõsolationẽ pepererũt eidẽ, sed magis tristitiã, intantũ, q dixit: O generatio incredula, q̃diu apud vos ero? q̃diu vos patiar? [Dixerunt ei serui sui: Quęramus dño nostro regi adolescentulã virginẽ] sic apostoli vidẽtes incredulitatem obstinationẽq; Iudæorũ,& regẽ Chr̃m toto corde desiderare animarũ salutẽ, inter se cõcordauerũt ire ad gentes,& ex ea cõgregare ecclesiã, quã congregatã, regeneratã & speciosissimè decoratã, Chr̃o psentauerunt calidissimã in amore,& obdormientẽ in Chr̃i cõtemplatiõe. Potest quoq; p Abisag intelligi primitiua illa eccesia ex Iudaismo cõuersa, omniũ virtutũ splendore cõspicua, quæ in pace in idipsum dormiuit,& requieuit in suo dilecto,& dixit: Lęua eius sub capite meo,& dextera amplexabiẽ me. Rursus, Abisag virgo pudicissima atq; pulcherrima, Dauid regi desponsata, sed manens inuiolata, fuit beatiss. Christiferæ virginis Mariæ figura, q̃ est singularis & vnica Chr̃i sponsa, sed virgo mũdissima. Prætereà per Dauid designaẽ quicunq; fidelis platus, aut princeps seu rector, q senectute cõfectus, aut spiritali senio decoratus, in carnalib⁹ non inflammatur, neq; in exterioribus delectatur: idcircò q̃renda est ei adolescentula virgo pulcherrima, i. sapientia verè flãmigera & diuina, q̃ donũ est spiritussancti,& verè accendit vim affectiuã in charitate cum sit scientia sapida q formata, de qua ait syncerus & pudicus amator: Hanc amaui & exquisiui à iuuẽtute mea,

Sapient. 4.

Esaiæ. 49.

Math. 17. Marc. 9.

Psal. 4. Cant. 4.

Esaiæ. 11.
Sapient. 8.

mea,& q̃siui eam sponsam mihi assumere,& amator fact⁹ sum formæ illius. Intrans in domũ meã,conquiescã cum illa. Non enĩ habet amaritudinem conseruatio eius,nec tædiũ conuict⁹ illius,sed gaudium & lætetiã. Rursus per puellã illam potest intelligi sacræ scripturæ intelli-
2. Timot.3. gẽtia,q̃ etiã sciẽtia affectiua vocatur,& vtilis est ad docẽdũ,ad exhortandũ, ad increpandum, ad cõsolandũ,ad inflãmandũ seipsum ac ꝓximos, q̃ corruptionẽ(i. falsitatis admixtionẽ)nõ suscipit,sed inuiolata est veritas.Hæc in senib⁹ esse debet,iuxta illud in Iob:In antiq̃ est sapiẽtia,& in multo tẽpore prudentia.[Adonias aũt eleuabatur,dicẽs: Ego regnabo.]Quẽadmo
Iob. 12. dũ Dauid est Chr̃i figura,sic ea q̃ in domo Dauid fiebãt,ꝑfigurauerunt ea q̃ in Chr̃i fiunt ecclesia,sicq; per Adoniam pulchrum, & eius fautores Ioab atq; Abiathar,signantur superbi & ambitiosi,donis naturæ seu bonis fortunæ ornati, qui ad ecclesiasticas dignitates, ad principatum,ad regnum ingerunt semetipsos,& per potentes seculi huius,per p̃latos ecclesiæ q̃runt iuuari,atq; per munera ac lauta conuiuia, per promisiones ac ꝓmotiones alliciunt sibi quos possunt:sed viri timorati,sapientes,integri & constantes,qui per Zadoc,Nathan, Banaiam ac per robur exercit⁹ designantur,talibus nõ assistunt nec fauent,imò renitunẽ,& eos ꝓmouere cõantur,qui ætate,sciẽtia & moribus sunt p̃latione aut principatu condigni, qui vngunẽ per Zadoc & Nathã qñ legitimè consecrantur ac instituuntur,post quos canitur buccina,qñ eorũ institutio solenniter diuulgatur. Deniq; infelix & insensata ambitio aliquos sic excæcat, vt adhuc viventibus his qui p̃sunt,p̃lationem arripere non formidẽt,qui dum à suo impediuntur proposito,solent seruiliter eos vereri, qui ipsis p̃ficiuntur,& q̃runt sibi ignosci. Salomõ aũt,i.iustus ac sapiẽs pastor, iudex seu princeps, q sine acceptiõe iudicat personarũ, & magis dolet de Dei offensa,q̃ de sua iniuria,dat dignũ respõsum,vtpotè ꝙ iuxta eorũ merita fiet eis.

¶ Expositio cap.2. Appropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur Art. III.

QValiter Dauid rex extremũ clauserit diẽ,& q̃liter fili⁹ ei succedẽs in regno,cœpit regnare atq; iustitiã exercere,in isto cap.narraẽ.[Appropinquauerũt aũt dies Dauid vt moreret,p̃cepitq; Salomoni filio suo,dicẽs:Eccè ego ingredior viã vniuersæ terræ.]i.statim subbibo mortẽ,cunctis mortalib⁹ in terra cõmorantib⁹ generalẽ,per q̃ exeunt de hoc mundo,& redigunẽ in puluerẽ seu p̃iacentẽ materiã.Mors aũt hoĩbus q̃tũm ad principale suũ videlicet aĩam immortalẽ,est specialiter via,qa p eã tendũt ad aliud seculũ ac vitã futurã.[Cõfortare & esto vir frotis.]i.assume fiduciã,& in virtutib⁹ ꝑfice,ac aĩo sis virilis,q̃uis ætate & corpore puer sis, ita vt ætatẽ morib⁹,virtutibusq; excedas[& obserua vt custodias mãdata dñ Dei tui,]i. diuina imple p̃cepta q̃ De⁹ p̃cepit seruari, vel obserua custodias dñi,i. custoditionib⁹ cordis
Prouer. 4. tui & vigilantijs animi,quæ cõplacent Deo sis semp intẽtus,iuxta illud: Omni custodia custo
Deuter. 4. di cor tuum. Vndè & in Deut.iubetur:Custodi temetipsum & aĩam tuã solicitè. Oportet enĩ regẽ & oẽm q præest, tanto esse custoditiorẽ & solicitiorẽ in oĩbus, q̃to pluribus p̃sidet, tanq̃ districtiùs indicandum à Deo. [vt ambules in vijs eius,]i. consilijs & doctrinis ipsius, atq; in actibus bonis,per q̃ ad ipsum Deum itur ac peruenit,de q̃bus in Prouer.legitur: Viæ eius viæ
Prouer. 3. pulchræ,& oẽs semitæ eius pacificæ. [& custodias.]momoriter recolẽdo & opere adimplẽdo seu vitia euitãdo,[cæremonias eius,]i. p̃cepta cæremonialia quæ p̃figunt modum colẽdi Deũ in sacrificijs,obsernãtijsq; similibus,[& p̃cepta ei⁹]moralia[& iudicia]i. p̃cepta iudicialia,[& testimonia, sicut scriptũ est in lege Mosis,]i. ea q̃ credẽda sunt & speãrda, credas ac speres,[vt intelligas oĩa q̃ facis,]i. discernas an bona vel mala sunt opera tua,sicq; iuxta diuinæ legis p̃cepta, testimonia & doctrinas, in cunctis te dirigas.[& quôcunq; te verteris,]i. agnoscas in q̃bus retrocedis,deficiẽdo à ꝓcessu virtutũ,vel in q̃bus redis ad cõmoda tua, vel certè ad cõsiderandũ & discutiendũ teipsum aut subditos.Rex nãq;:& oẽs qui p̃sidet, debet
Aggæi. 1. esse circunspect⁹ in oĩbus,& maximè oculat⁹,ac iugiter cõsiderare seipsum atq; subiectos, sicq; (iuxta Aggæũ ꝓphetã) ponere cor suũ super vias suas. [vt cõfirmet dñs sermones suos quos loquutus est de me,]i.ꝓmissa sua mihi facta adimpleat,[dicẽs:Si custodierint filij tui] p̃sertim succedẽtes in regno,[vias suas,]i. in actibus.suis se habuerint custoditè, [& ambulauerint]i. vixerint[corã me in veritate] doctrinæ & vitæ atq; iustitiæ, cõuersando synceriter sine simulatione, duplicitate ac dolo,[in oĩ corde suo,]i. toto intellectu ac voluntate, [& in oĩ aĩa sua,]i. etiã secundũ vires inferiores & aĩales, appetitũ sensitiuũ, concupiscibilẽ & irascibilẽ cũ suis passionib⁹ refrenãdo,& rõni subdẽdo,imaginationesq; vanas abijciẽdo[nõ auferetẽ tibi vir de solio Israel.]i. successor in regno nõ deficiet ex semine tuo: ꝙ si fieret, esset ad minorationẽ famæ & eminẽtiæ tuæ, sicq; patescit ꝙ ꝓmissiones factæ ipsi Dauid de posterorũ suorũ successione in regno, erãt sub cõditiõe intelligẽdæ,vtpotè nisi peccando obicẽ ponerẽt impletiõi ꝓmissionis diuinæ.Veruntñ nõ sunt hæc ita intelligenda,quasi successio illa tẽporalis in regno terreno,fuerit principalis causa aut ratio implẽdi diuina p̃cepta:q̃m temporalia bona,terrena & exteriora,nequaq̃ sunt p̃miũ dignũ,plenũ atq; sufficiẽs actuũ virtuosorũ, per quos fit hõ aptus regno cęlesti & saluti ęternę. Multa hîc omittunẽ de factis & verbis ac ordinationib⁹ s̃cti Dauid,q̃ 1.Paral.p octo cap.describunẽ,à cap.21.vsq; ad finẽ lib. illi⁹.

Vndè

Vndè Magister in historijs refert: Volēs Dauid ostendere populo, regem se fecisse Salamonē, Pet Co. hi.
conuocauit in Hierusalem principes vniuersos & sacerdotes ac Leuitas, & Inuncto iterum Sa li.3.Re.ca.2
lamone, ac cōfirmato ab oībus regno ipsius, pcepit coram omnib⁹ Salamoni de legis custo-
dia, iustitia, pietate ac templi ædificatione. Tunc quoq; distinxit Leuitas & sacerdotes, & cæ
tera fecit, quæ in pfatis Paralip. cap sunt conscripta. [Tu quoq; nosti quæ fecerit mihi] i. ad
meam contristationem [Ioab filius Zeruiæ.] Dicunt aliqui, ꝙ Ioab monstrauit alijs epistolā
sibi à Dauid secrete missam de morte Vriæ, per quod regem scandalizauit, & hoc ipsum Da- 2. Reg 1.20
uid notasse in verbis istis. sed an Ioab hoc fecit, incertū est: textus quoq; videtur loqui de ge 1.Reg.14.
stis sequentibus. [quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner,] i. quem 2.Re.17.15.
Saul cōstituit principē militiæ totius exercitus Israelitici, [& Amasæ filio Iether,] quem Ab-
salon posuit principem militię super totum exercitū suum pro Ioab. tñ sicut Absalon non fuit
verus rex Israel, nec legitimè institutus, sed ambitiosè intrusus & vsurpatus, ita nec Amasa fuit
legitimus princeps militiæ Absalonis. Vndè ꝙ nunc vocatur princeps militiæ Israel, potest in 2. Reg. 19.
telligi pro eo, ꝙ Dauid promisit, vel (vt aliqui dicūt) dedit ei principatum illum pro Ioab, vt
fuit expositum in lib. 2. [quos occidit] proditoriè. ferociter & iniquè, quos non audebat ma-
nifestè inuadere. [& effudit sanguinem belli in pace,] i. sanguinem principum illorum, quos
non debuit occidere nisi in prælio iusto, vel iusto congressu, fudit tempore pacis, qñ videli- 2. Reg. 3
cet ipse Dauid cum Abner inierat fœdus pacis, & qñ indulserat Amasæ suum delictum. vel in
pace, i. sub apparatu & signo pacis. Nam Amasam interfecit, osculando eundē & salutādo ver 2. Reg. 21.
bis pacificis, dicendo: Salue mi frater. similiter ipsum Abner duxit seorsum, quasi alloquutu 2. Reg. 3.
rus eum ex parte regis pacificè.] & posuit cruorem plij in balteo suo q erat circa lumbos eius,
& in calceamēto suo quod erat in pedibus.] i. sine bellico labore illos occidit. ita ꝙ propter
tale quid ppetrandum nō indiguit se armare, sed sufficit ei, balteo esse pcinctū & corio calce
atum. Quidā exponunt sic, Posuit cruorem belli in balteo, i. balteū suum ac vestes & calceos
fecit sanguine illorum perfundi, non arma sua, quia cū eis nō dimicauit: vel ideo dictum est
istud, qa percussit illos in inguine, brachiū suum contra ipsos non leuādo, sed ab infra pun-
gendo, sicq; sanguis illorum super balteum eius ac calceamētum poterat prosilire, nō super
vestium suarum partes superiores. Aliqui exponunt, dicentes, pugnatores solebant in armis
suis insignia opera sua ad ostentationem describere: sed cum Ioab facinorosa homicidia illa
non auderet in suis describere armis & publicè ostentare, saltē in balteo & calceamento suo
ea notauit. [Facies ergo] ei [iuxta sapientiā tuam,] ipsum debitè puniēdo, [& nō deduces ca-
niciem eius pacificè ad inferos.] i. eum iam canum, facias violentia morte occidi, vt descen-
dat quò meruit. Circa hoc qdam scribit, Hebræi dicunt, ad fossam, qm̄ Dauid non intēdit, ꝙ
Ioab descenderet ad infernū, sed potiùs, vt per pœnam temporalē euaderet pœnam inferna-
lem. Ad quod dicendū, ꝙ infernus quatuor modis accipitur, putà pro loco & supplicio dam-
natorum, ꝓ purgatorio, pro limbo patrū, & ꝓ limbo puerornm. sed cur Dauid personaliter
non puniuit ipsum Ioab hoc modo? Rñdetur, ꝙ non poterat conuenienter hoc facere sine
grandi cōmunitatis pturbatione, in qua Ioab ppotens fuit, vel ꝓpter multa ipsius Ioab obse-
quia, q regi impēdit, pepercit ei ad tēpus, vel ex occulto Dei instinctu, ad pfigurandū magnū
mysterium in vltima mundi ætate & tēpore incarnationis. nam Dauid in hac re gerit personā Ioan. 5.
Dei patris, Salamon Chri filij patris æterni. Pater aūt omne iudicium dedit filio, in cuius rei
figura Dauid rex in extremis cōmisit filio suo Salamoni iudicium, tam circa reos q̄ circa be-
neficos, de quib⁹ subiungitur: [Sed & filijs Berzillai Galaaditæ reddes gratiā,] i. fauorē & vicē 2. Reg. 17.
pro bñfactis eorum, [eruntq; comedentes in mensa tua] i. volo & hortor vt sint cōmensales
tui. seu regis cibis reficiātur. [Occurrebāt em̄ mihi qñ fugiebam à facie Absalon fratris tui.]
de illo occursu antè nihil scriptū est, sed ꝙ Berzillai pbuit regi Dauid necessaria abundanter 2. Reg. 16.
verùm ex isto loco colligitur, ꝙ Berzillai misit filios suos in regis occursum. Præterea, vt aliq
opinant, ideo quoq; iussit Dauid Salamoni occidere Ioab, ne ipse Ioab post mortem Dauid
moliret aliquid mali cōtra Salamonē, laborādo ꝓ Adoniæ intrusione cui fauebat, put Dauid
ipse iam nouit, qui sciuit versutias Ioab, & practicas eius atq; potentiā. [Habes quoq; apud te
Semei filium Gera filij Iemini de Bahurim, q maledixit mihi maledictione pessima qñ ibā ad
castra.] i. ad fortia loca refugij ꝓpter persequutionē Absalonis. Hæc aūt historia in lib. 2. ex-
posita est, & cur Dauid ei pepercit ad tēpus. [sed quia descēdit mihi in occursum cùm trāsirē
Iordanē, & iuraui ei p dñm, dicēs: Nō te interficiā gladio, tu noli pati eum esse innxiū.] i. im
punitū in vita hac, vt in futuro saluet aut leui⁹ habeat. [vir aūt sapiēs es,] qñ Dauid hæc iussit,
Salamō adhuc puer erat, & iunior ac minimus inter fratres suos. Vñ in Scholast. hist. recitat, Pet. Co. hi.
ꝙ Dauid filios suos rogauit, ne grauiter ferrēt minimū inter eos sublimatū, qm̄ De⁹ ita māda li.3.Re.ca.2
uit, sicut & ipse minimus inter fratres suos fuerat vnctus. Deniq; 1. Paral. Dauid ait ad popu- 1. Reg. 16.
lum, Filiū meum Salamonem elegit Deus adhuc puerū & tenellū. Qualiter aūt Dauid iā di- 1. Par. 19.
xit ad Salamonem, Vir sapiens es? imò secundū Iosephū, aliosq; Hebræos, & vt videtur sentire Iose. lib. 7.
an. lu. ca. 16

Hierony. Hieronymus, non erat vltra 12. annos aut circiter. Verùm ad hæc erit infrà inquisitio maior, solutioq; diffusior, qui ergo vult tenere quod adhuc erat tam iuuenis, dicere potest quod túc vocat' est vir, non propter ætatem, sed propter prudentiã suam, quæ excessit ætatem. [* & scies quæ facias ei.] Nam Salamon multùm prudenter & piè egit cum Semei, eũ non statim occidẽdo, imò nisi transgressus fuisset Salamonis pceptum, non fuisset ab eo occisus. [deducesq; canos eius cum sanguine] i. morte illata ac violata, [cùm nõ ad inferos:] obseruauerit quæ per tuam prudentiam ei iniunges. [Dormiuit ergo Dauid cum patribus suis,] i. somno mortis quieuit à tumultibus vitæ psentis, & à vita corporea animali, sicut & patres eius ante eum. [& sepult' est in ciuitate Dauid,] i. in ea parte Hierusalem, in qua erat arx Sion. Vndè legitur 2. Reg. 5. Cepit aũt Dauid arcem Sion, hæc est ciuitas Dauid, ibi quippe construxit palatiũ, & in eodẽ monte templũ Salamonis constructum est. Circa hæc Magister in hist. refert, Circa tumultum eius, videlicet Dauid regis, fecit Salamon octo loculos thesaurorum, quorũ vnum post mille & 300. annos aperuit Ioannes Hyrcanus pontifex, alium Herodes, alij verò nondũ manifestati sunt. In diebus Dauid Carthago condita fertur. [Dies aũt qbus regnauid Dauid super Israel, 40. anni sunt. In Hebron regnauit 7. annis, in Hierusalem 33. Salomon aũt sedit super thronum] i. regale iudicialeq; solium [Dauid patris sui,] ita quod patre suo defuncto, habuit plenam regiæ potestatis iurisdictionem & exequutionem. Nam patre eius viuente, fuit sub eo, & detulit ei, & nõ nisi secundũ ipsius voluntatẽ vtebatur regia potestate. Siquidẽ ipse Dauid Salamonem sic statuit regem & sui successorem, vt exequutione fungeretur plenaria, suo patre defuncto. [& firmatum est regnum eius nimis,] ita quod omnes de populo subdiderunt se ei promtissimè, quia audierunt à Dauid, & Nathan, quod Deus elegisset eũ in regem. [Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bethsabee matrẽ Salamonis, quæ dixit: Pacificúsne est ingressus tuus?] formidauit em̃ quod aliquid mali intenderet, sicut & fuit. [Qui rñdit: Pacificus,] quod ita non erat. [Addiditq;: Sermo mihi est ad te. Cui ait: Loquere. Et ille: Tu (inquit) nosti, quia meũ erat regnum,] i. de iure cõmuni pertinuit ad me, tanq̃ ad filium seniorem & primogenitum inter superstites, [& me * ppposuerat oĩs Israel] i. quidã de oĩbus [sibi in regem. sed translatum est regnum, & factum est fratris mei. A dño em̃ constitutum est ei. Nunc ergo petitionem vnam deprecor à te, nec confundas faciem meam. Quæ dixit ad eum: Loquere. Et ille ait: Precor vt dicas Salamoni regi, neq; em̃ negare tibi quicq̃ potest,] i. nõ decet vt aliqd rationabiliter petitũ deneget tibi, tum ratione maternitatis, tum quia pmouisti eum tua petitione ad regum. [vt det mihi Abisag Sunamitẽ vxorem. Et ait Bethsabee: Benè, ego loquar pro te regi. Venit ergo Bethsabee ad regem Salamonem, vt loqueretur ei pro Adonia, Et surrexit rex in occursum ei'] matrem suam tam fidelem honorans. [adorauitq; eam,] adoratione duliæ, quæ debetur parentibus, quibus à prole non potest reddi æqualens, & q̃uis Salamõ inquantùm rex, fuit matre sua superior, tñ in quantùm filius eius, fuit ea inferior. [& sedit super thronum eius,] quia ad modicum tempus fecit eam super thronum suum sedere, quousq; poneretur ei sedes iuxta solium suum, [positusq; est] à ministris [thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius,] quia sic eam voluit honorare. [Dixitq; ei: Petitionẽ vnam paruulam deprecor à te, ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex: Pete mater mea. Neq; em̃ fas est vt auertam faciem tuam.] i. vt tuam pręsentiam faciam à me recedere non exauditam, aut vultum tuum à sua petitione repellã, dummodò rationabilis sit tua petitio, quia hoc vera amicitia exigit, vt vnus propter alium nil agat illicitum. [Quæ ait: Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. Respondítq; rex Salamon, & dixit matri suæ: Quare postulas Abisag Sunamitem Adoniæ?] quasi dicat, irrationabiliter petis, quanuis tu ipsa non aduertas hoc. Salamon quippe acuti sensus & prudens, & pristinæ ambitionis Adoniæ memor, statim aduertit quò tenderet ei' petitio, vtpotè ad regnum adipiscendum. ideo subditur: [Postula ei & regnum,] quod quasi ironicè ait, loquendo de iusta irora, quia fœmineam suæ matris simpilcitatem piè notauit atq; admoniuit, vt decæterò cautior esset. [ipse est em̃ frater me', maior] i. senior [me, & habet Abiathar sacerdotem,] i. pontificem', [& Ioab filium Seruiæ principem militiæ.] quasi dicat, ratione primogenituræ & fauore ac ope pontificis, principisq; militiæ habet occasionem aspirandi ad regnum. si aũt haberet Abisag vxorem, q̃ fuit patri meo desponsata, propter quod quasi regina est, magìs conarentur ad regnũ ascendere, tanq̃ maritus relictæ regis, & adiutorio tribus ac cõsanguineorum ipsius Abisag, quæ nobilis est puella. Dicunt demum nonnulli, quod ex instigatione Ioab Adonias fecit illam petitionem. [Iurauitq; rex Salamõ per dñm, dicens: Hæc faciat mihi Deus & hæc addat, quia contra animã suam] i. contra suam salutẽ & contra vitæ suæ conseruationem [loquutus est Adonias verbum hoc.] i. instigauit te ad istud petendũ. Considerauit em̃ Salamon petitionẽ suæ matris ex informatione Adoniæ venisse. [Et nunc viuit dñs, qui firmauit & collocauit me super soliũ Dauid patris mei, & qui fecit mihi domũ sicut loquutus est,] i. familiam dedit mihi vt condecet regem habere, sicut p Nathã pdixit, [qui hodiè occidetur Adonias.] tanq̃ machinator turbationis toti' coitatis,

&

Marginalia: * vt scias (beside line 3); Pet. Co. hi. li. 3. Re. ca. 2 (beside lines 12–13); * præposuerat. (beside line 26); 3. Reg. 14 (beside line 31); 3. Reg. 1. (beside line 57); 2. Reg. 7. 12 (beside line 59); Leui. 18. (beside line 61)

&reus in regem atq; in Deū & legē, qm̄ cōtra legis p̄ceptum petijt coniugem sui p̄ris habere vxorem, q etiam cessit in p̄ris sui opprobrium, q in illius puellæ sinu dormiuit. [Misitq; rex Salamon p manum Banaiæ filij Ioiadæ,]i. ipsum Banaiam cum viris robustis, [q interfecit eum, & mortuus est.] q2 p̄pter bonū cōmune cōseruādū in pace, oportet rigorē iustitiæ exercere, etiam in q̄tumlibet p̄ximos & p̄pinquos. Circa hæc scribit R. Paulus more solito contra Lyrā: Licèt prohibitum sit in lege matrimoniū contrahere cum p̄ris vxore, tn̄ illam petere in vxorē, non est prohibitum: q non est idoneè dictum, & videt̄ p̄cedere ex errore dicentiū, q lex vetus prohibuit opus, non affectum: & q cohibuit manū, sed non animū: q est falsum, & contra doctores catholicos, imò inter p̄cepta decalogi non solū fuit prohibita mœchatio, sed & concupiscentia rei alienæ, atq; per Esa. 1. dn̄s dixit: Auferte malū cogitationū vr̄arū ab oculis meis. Per Mich. quoq; 2. Væ qui cogitatis inutile. [Abiathar quoq; sacerdoti dixit rex: Vade in Anathoth ad agrum tuum]i. de hac ciuitate regali recede & habita in paruo oppido seu viculo sacerdotū, noīe Anathoth, de quo fuit Hieremias, & ibi egredere ad agrū quē habes in suburbanis loci illius ad spatiandū atq; ad intuendū pecora tua. q̄uis etem̄ sacerdotes non habuerint hæreditaria bona, sed solū loca ad cōmorandū & sacrificia dn̄i ad decimas siue primitias pro hæreditate habuerūt, tn̄ loca pascualia seu suburbana ad alendū sua iumēta, & pascualia illa poterāt sibi inuicē vēdere, quēadmodū Hie. 1. habet: Dixit Hieremias, factū est verbū dn̄i ad me, dicēs: Eccè Hananeel patruelis tuus veniet ad me, dicēs: Eme tibi agrum meum, q est in Anathoth, & emi agrū. [Et quidē vir mortis es,]i. meruisti occidi, adhærendo Adoniæ cōtra ordinationē diuinā & cōtra me conspirando cum Ioab, aut etiam Adoniā pariter inducēdo vt peteret Abisag in vxorē, vt sic facilius posset mihi rebellare, & ad regnum ascendere. [sed hodiè te nō interficiā,]i. pro malo p̄terito tibi ignosco, si tn̄ decętero tale quid attētaueris, faciā te occidi. [quia portasti arcā dn̄i Dei corā Dauid parte meo, & sustinuisti laborē in oībus in qbus laborauit pater meus. Eiecit ergo Salamon Abiathar, vt non esset sacerdos dn̄i: i. pōtificali officio ampliùs non fungeret, imò nec sacerdotali ad tempus. Veruntn̄ postea fecit ei clementiam, admittendo ipsum ad sacerdotale officium. Nā infrà 3. Re. 4. habet, Zadoc & Abiathar sacerdotes. Primo quoq; Para. 24. legitur Dauid ordinasse vt Zadoc & Abiathar oībus p̄essent in templo, sed hoc fuit ante ipsius Abiathar eiectionem, intelligendumq; erat, dūmodò Salamoni fideliter adhæreret. [vt impleretur sermo dn̄i, quē loquutus est super domum Heli.]i. de posteris Heli pōtificis qui habitauit [in Silo] q s. sacerdotio priuarent, put 1. Reg. 2. fuit expositum. Itaq; abiectio Abiathar q fuit de familia Ithamar filij Aaron, trāslatū est pontificiū ad Zadoc, qui fuit de semine Eleazari filij Aaron, & sicut Magi. in hist. ex Iosepho narrat, post Phinees filium Eleazari fuerūt 5. priuati sacerdotio, i. pontificali officio, s. Ioseph, Ioathā, Mareoth, Asophi & Achitobi, qui genuit Zadoc. Veruntn̄ priuatio illa nō est facta statī post Phinees, qm̄ ipsi Phinees successit in sacerdotio Abiezer, cui successit Busi, post quem pontifex fuit Ozi, quo sublato, trāslatum est sacerdotium de domo Eleazari ad Heli, qui fuit de Ithamar, fuitq; iudex & pontifex, vt 1. Reg. 2. dictum est. [Venit aūt nuncius ad Salamonem,]dicens q Ioab declinasset post Adoniam.] Iam Salamon nouerat, q ante suam promotionē ad regnum, ipse Ioab adhæserit Adoniæ, sed nuncius, de quo nunc sermo, creditur Salamoni insinuasse, q etiam post suam promotionē & vnctionem in regem, Ioab adhæserit Adoniæ, suggerendo ei, qualiter posset ad regnum pertingere, atq; vt peteret sibi Abisag dari in coniugem. [& post Salamonem non declinasset,] ei adhærendo ex corde, q̄uis vncto in regē. [Fugit ergo Ioab in tabernaculum dn̄i, & appræhendit cornu altaris.] prout dictum est de Adonia. Percepit etenim Ioab (vt fertur) quòd Salamon iste perceperat, & item quòd Dauid iusserat Salomoni, vt interficeret ipsum Ioab, sciuit quoque Adoniam Iam interfectum, Abiatharq; expulsum, ideo formidauit. [Nunciatumq; est regi Salamoni, quòd fugisset Ioab in tabernaculum dn̄i, & esset iuxta altare. Misitq; Salamon Banaiam filium Ioiadæ, dicens: Vade, interfice eum. Et venit Banaias ad tabernaculum domini, & dixit ei: Hęc dicit rex, Egredere,] quia in tabernaculo domini te interficere non præsumo. [Qui ait: Non egrediar, sed hîc moriar] hoc dixit, quia vidit se non posse euadere. si autem dixisset hoc ex vera contritione, tanq̄ paratus sustinere supplicium mortis pro suis sceleribus, magnum fuisset. [Renunciauit Banaias regi sermonem, dicens: Hæc locutus est Ioab, & hæc respondit mihi. Dixitque ei rex: Fac sicut locutus est, & interfice eum] in tabernaculo domini, [& sepeli:] i. fac eum honestè sepeliri propter dignitatem sui officij, & quia seruiuit, fidelisq; fuit patri meo in multis. [& amouebis sanguinem innocentem qui effusus est à Ioab, à me & à domo patris mei:]i. pœnam pro illis homicidijs infligendam, remouebis à me & posteritate patris mei, q̄ pœnam iustè incurrerem, nisi facinora illa in ipso Ioab vlciscerer. [& *reddat dn̄s sanguinem eius super caput eius:] hoc est, causam suæ interfectionis imputet ei, & pœnam quam meruit, ipse personaliter luat. Hoc Salomon dixit zelo iustitię, tanquam iudex.] quia interfecit duos viros iustos melioresq; se, & occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorante, Abner filiū Ner

Ra. Paulus

Pet. Co. hi. lib. 3. Reg. cap. 4. Iose. lib. 7. an. iu. ca. 1.

*reddet

2. Reg. 3. & 20.

prin-

principẽ militiæ Israel, & Amasam filiũ Iether principẽ exercitus Iuda:] quia in tribu Iuda fuit princeps & dux, secundũ quod quilibet tribus habuit principem specialẽ sub Ioab. Videtur aũt ex testimonio isto, quod Abner & Amasa sint saluati, vtpotè iusti: quia si aliqñ peccauerũt, pœnituisse creduntur. Vndè & sanguis eorũ dicitur innocẽs. nõ quod sine peccatis vixerũt, sed quoniam mortẽ quã Ioab intulit eis, inflixit eis iniustè, nec eam promeruerũt, nisi inquantum ex diuina prouidentia oĩa cõplectente ac ordinante, eam pro suis sustinuerũt peccatis, sed ob hanc causam Ioab nõ occiderat eos. [Et reuertetur sanguis illorum in caput Ioab, & in caput seminis eius in sempiternũ.] hoc est, pœna pro crimine interfectionis Abner & Amasæ infligẽda, infligetur ipsi Ioab & posteris eius quãdiu extiterint, præsertim si iniquitatem ipsius Ioab sequantur. Istud aũt intelligendũ est iuxta expositionem libri 2. vbi imprecatio malorum quã Dauid imprecatus est ipsi Ioab, pro interfectione Abner, exposita est. [Dauid aũt & semini eius & domui] hoc est, familiæ eius fideli, [& throno illius,] videlicet mihi successori ipsius sedenti in eius throno, [sit pax vsq; in æternum à dño,] Ista verba Salamonis fuerũt oratio, non prophetia. Nam & Nathan propheta prædixit Dauid regi, quod gladius nõ recederet de domo eius in sempiternũ, propter peccata eius in Vriã cõmissa, vt patuit suprà libro 2. Infrà quoq; habetur, quanta turbatio orta sit partim Salamoni propter scelera sua, deindè posteris suis propter eorũ excessus. Itaq; Banaias interfecit eum iuxta cornu altaris, vt in Schol. cõtinetur hist. vel persuasit ei ab altari recedere, siue (vt aliqui dicũt) vi fuit ab altari retractus, quoniam in Exodo dñs iussit, si quis per industriã occideret proximum suum, vel per insidias ab altari meo euellas eum vt moriatur, ex quibus etiã verbis ostẽditur, quod Salamon nõ peccauit, occidendo eum in loco sacro. Nam Ioab artifex homicida, per industriã nefariã proditoriasq; insidias ac tẽpore pacis, interfecit duos principes illos. ¶Deniq; ex hoc quod in tabernaculo illo typico erat reis refugij locus, monstratur, quã rationabiliter Constantinus Imperator inter cætera priuilegia dedit Ecclesijs, vt cõfugientes in eas sint liberi, & tñ qui violãt pacẽ, capiũtur in eis. [Ascẽdat itaq; Banaias filius Ioiadæ, & aggressus eũ interfecit, sepultusq; est in domo sua in deserto.] Quo circa recitat Lyra, dicit R. Salamon quod Ioab fecit ibi hospitale ad recipiendũ peregrinos ac pauperes transeuntes. vndè dicunt Hebræi eum esse saluatũ, & quod mors tẽporalis sibi inflicta fuit in expiationem peccatorũ suorum. sed an hoc sit verum, videlicet eum esse saluatũ, securius diuino videtur cõmittendũ iudicio, quã temerè asserendũ. nec ex hoc sequitur, quod sit saluatus, quia fecit huiusmodi hospitale: sed potius si mortẽ illã & manifestũ aggressum æquanimiter tulit, & de sua cõspiratione ac cæteris vitijs verè pœnituit. [Et cõstituit rex Banaiam filium Ioiadæ pro eo,] s. Ioab, super exercitum, hoc est, principem militiæ fecit Banaiam qui erat condignus, vtpotè vir strenuus, fortis, prudẽs & integer. [& Zadoc sacerdotẽ posuit] pontificẽ [pro Abiathar.] sicq; pontificiũ fuit reductum ad posteritatem Eleazari primogeniti Aarõ sacerdotis. [Misit quoq; rex, & vocauit Semei,] de tribu Bẽiamin, habitantẽ extra Hierusalẽ. [Dixitq; ei: Aedifica tibi domũ in Hierusalẽ, & habita ibi. & nõ egrediaris indè huc atq; illuc. Quacũq; enĩ die egressus fueris, & trãsieris torrẽtẽ Cedrõ,] qui torrens est inter Hierusalẽ, montemq; oliueti, & vocatur torrẽs Cedrõ, quoniam iuxta eũ oriũtur & stãt cedri. [scito te interficiendũ.] nõ quod eodẽ die quo exijt, occideretur, quia nec sic factũ est, sed quod die illo sic exeundo mereretur occidi. [Sanguis tuus erit sup caput tuũ.] effusio sanguinis tui imputabitur tuis demeritis. [Dixitq; Semei regi: Bonus sermo] pia ordinatio. [Sicut locutus est dñs meus rex, sic faciet seruus tuus.] Nã timuit statim occidi. Istud iniũxit Salamõ Semei huic, ne hinc indè vagãdo faceret seditionẽ in populo, quia erat seditiosus & inquietus. Vñ & Salamõ satis cõiecit, quod tãdem trãsgrederetur istud præceptum. [Habitauit itaq; Semei in Hierusalem diebus multis. Factũ est aũt post 3. annos, vt fugerent serui Semei ad Achis filiũ Maacha, regẽ Geth. Nũciatũq; est Semei, quod serui eius *essent in Geth. Et surrexit Semei, & strauit asinũ suũ, iuitq; ad Achis in Geth ad reqrendnm seruos suos, & adduxit eos de Geth. Nunciatũq; est aũt regi Salamoni, quod isset Semei in Geth de Hierusalem, & redijsset, & mittẽs vocauit eũ, dixitq; illi: Nõne testificatus sum tibi per dñm, & prædixi tibi, quacunq; die egressus fueris huc & illuc, scito te esse moriturũ? Et rñdisti mihi: Bonus sermo quẽ audiui. Quare ergo nõ custodisti iusiurandũ dñi, & præceptum quod præceperã tibi? Dixitq; rex ad Semei: Tu nosti oẽm malũ, cuius tibi consciũ est cor tuũ, quod fecisti Dauid pñi meo. Reddidit dñs malitiã tuã in caput tuũ,] hoc est, iusto iudicio permisit te cadere in transgressionem præcepti mei, propter iniqtates tuas in Dauid commissas, propter quas nunc debitam tibi pœnam infliget per me. [& rex Salamon bñdictus] sit à Deo, i. donis grãæ perornatus, [& thronus Dauid] hoc est, regia eius successio & præsidentia iudicialis, [erit stabilis coram dño vsq; in sempiternum.] Hoc fuit verbũ bonæ fiduciæ, quia sperauit ita futurũ, atq; implicita quãdam oratio, quia optauit sic euenire, sed propter Salamonis scelera regnum fuit diuisum, & propter posterorũ suorum facinora, fuit tempore Babylonicæ captiuitatis ablatum, quãuis posteà aliqualiter recuperatũ, sicq; verbũm hoc Salamonis fuit sub conditione intelligendum, videlicet nisi sua & suorum peccata aliud mererentur. [Iussit itaq; rex Banaiæ filio Ioiadæ, qui aggressus, percussit eũ, & mortuus est.]

¶De

2. Reg. 3.
2. Reg. 12.
3. Re. 11. 12.
Pet. Co. hi. lib. 2. Reg. cap. 4.
Exod. 21.
2. Re. 3. 20.
Exod. 6. 28
*issent
2. Reg. 16.
3. Reg. 12.
4. Reg. 25.
1 Esd. 5. 6.

¶ De spirituali huius capituli sensu. Art. 4.

PEr hoc q̃ Dauid recessurus de vita p̃sent, solicitus fuit de idoneo successore, & eum loco sui instituit, quem nouit à dño p̃electũ ad p̃sidendũ, atq; eundẽ diligẽter admonuit & instruxit de obseruatiõe legis diuinæ, & de executiõe iustitiæ, ac iusta remuneratiõe: mortaliter docemur, q̃ reges & principes seculares satagare debent, ac diligẽtissimè p̃uidere, vt virtuosos post se relinquãt suorum successores dñiorum, & eos quos æstimãt successores in principatu, vigilãtius exhortenẽ ad Dei timorẽ, ad æquitatis tenorẽ, ad p̃sidentiam iustã: p̃lati quoq; cũ summo conatu debẽt p̃spicere, vt eis succedãt verè idonei & condigni, q votenẽ a Deo vt Aaron, seu legitimè eligãtur ac instituãtur, nec ingerãt semetipsos, nec intrudantur. ¶ Deniq; sicut Dauid moritur⁹, filio suo regi ac iudici cõmisit executionẽ rigoris iuris in eos, quos ipse ex rationabili causa distulit, aut conuenienter nequit punire, sic potest rex seu princeps moriturus suo cõmittere successori. Rursus sicut Dauid moriturus, Salamonẽ cõstituit regem, sic Chrs p̃ximus passioni, beatiss. Petrum designauit sibi in potestatis plenitudine successurum quem & citò post passionẽ constituit totiꝰ Ecclesiæ p̃sulem ac rectorem, atq; ecclesiasticæ potestatis plenitudinẽ cõtulit ei, dicẽdo, Pasce oues meas: vt solueret & ligaret, & qa in vet. test. rex altior fuit ac dignior p̃sule, qa sacerdotiũ illud erat typicũ & carnale, ideo Salamon potuit iurisdictionẽ ac disciplinã in Abiathar exercere. In nouo aũt test. sacerdotiũ pontificatusq; dignitas ineffabiliter p̃eminent omi regali ac seculari potestati, authoritati & dignitati, idcircò nec imperatori, nec regibus, nec principibus licet aut cõuenit iurisdictionẽ aut correctionem exercere in clero, nisi forsan eis à summo põtifice concedatur. [Salamon aũt sedit super thronum eius, & firmatũ est regnum eius nimis.] sic Chro crucifixo atq; in cęlum eleuato, Petrus in plenitudine potestatis, & authoritate pontificij summi, resedit in eius regimine, ecclesia militã? vehemẽter p̃fecit & creuit, ita q̃ innumerabilia millia vndiq; cõuertebanẽ ad christianismũ, & p gloriosi Petri miracula, exempla & documẽta, roborabatur valdè Ecclesiæ populus. [Et ingressus est Adonias ad Betsabee.] per Adoniã fratrẽ Salamonis, designãtur quidã ex iudaismo ad Chrm cõuersi, sed hæretica prauitate infecti, q Abisag, hoc est, synagogã, in Chrm verè & plenè credentẽ, siq; ipsius sponsam & coniugẽ, petierũt sibi dari vxorem, qm eos q verè erãt catholici, nitebanẽ ad errores suos pertrahere, vt crederent legalia simul cum Euãgelio necessariò obseruanda, quẽadmodum in Actis Apost. de pharisæis credẽtibꝰ hæreticis recitatur, ad q̃ p̃curandũ miserunt Bethsabee ad Chrm, hoc est, scripturã vet. test. q̃ fuit quasi spiritalis mater ipsorũ, assumpserunt & alleganerũt, ex ea psuadere conãtes, sic esse credendũ. Chrs verò ipsam sacram honorauit scripturã, sed abutentes ea hæreticos condẽnauit. ¶ Insuper, per hoc q̃ Salamon matrẽ suã Bethsabee tam reuerẽter & maximè honorauit, atq; in suo solio fecit residere, ac deinde ad suã dexterã collocauit, eiq; dixit: Pete mater mi, neq; enĩ fas est, vt auertam faciem tuam, p̃figuratus est honor p̃cipuus, quem dñs & saluator suæ dignissimæ exhibuit genitrici, quã secum in throno gloriæ sup vniuersos angelicorũ spũum ordines exaltauit ac posuit, copiosissimeq; exaudit: attñ sicut Bethsabee p̃ Adonia nõ fuit exaudita, sic nulli p̃scito ac reprobo p̃stantissima Chri mater obtinere valet salutẽ. ¶ Rursus per Adoniam signanẽ ambitiosi & cõspiratores, q per interpositas personas, subornationes, calliditates, blandimenta & practicas, nitunẽ ad priuatũ cautè ascẽdere, aut meliores extrudere, ita vt opinẽtur suas ambitiones & machinas non esse deprẹhendẽdas aut cõsiderandas, q̃ tñ à verè sapientibꝰ & expertis citõ ac faciliter p̃penduntur & aperiuntur, ita q̃ tales cõfundunẽ, ac suis frustrantur intẽtis: cõplices quoq; & fautores eorũ, q per ipsos exaltari sperabãt, vehemẽtiùs deijciũtur, & eis q̃ habebãt, priuantur officijs, quẽadmodũ ipsi Ioab atq; Abiathar cõtigisse agnoscitur. ¶ Prætereà, sicut Ioab ad tabernaculũ cõfugiendo nequit euadere mortẽ, sic & nũc in populo Chriano qdam tam enormiter criminosi cõsistũt, q̃ nec In Ecclesijs consecratis possunt habere effugiũ, [Misit quoq; rex, & vocauit Semei.] Per Semei intelliguntur rebelles, seditiosi, inqeti, morte digni, qbus tñ Chrs misericorditer iubet, vt verè pœniteãt, & in Hierusalẽ cõmorentur, hoc est, in vnitate Ecclesię p̃seuerẽt, & ad mẽtis qetem se p̃parent, nec p pristina vitia euagẽtur, nec mũdi lucra auarẽ sectẽtur, vel in sacra religiõe Deo sine apostasia iugiter obsequãtur, alioqn p̃ibunt, sed qdam cũ Semei mẽte redeũt ad mũdana, p̃pter quod cõdemnari merẽtur. Religiosus ergo in cœnobio & solitudine p̃sistat non corpore tm̃, sed & mẽtis recollectiõe & cordis affectu: nec mũdum (cui renunciauit) teneat in se clausum per secularia atq; inania discurrendo, ac friuola & iniqua imaginãdo, sed in cælis sit cõuersatio eius, æternalia & diuina contẽplando. Deum laudando, salubria meditando, deuõte orãdo, & semper occupando se fructuosè, quia ad hæc agenda reliquit seculum, & ingressus est cœnobium. Quòd si ita non egerit, duplex sibi instat confusio.

Heb. 5. Math. 16. Ioan. 21. Acto. 2. 4. Act. 15. 23. philip. 3.

¶ Expositio cap. 3. Confirmatum est ergo regnum in manu Salamonis. Art. 5.

REcitatur in isto cap. qualiter sapientiã suam Salamõ accepit à dño, & qualiter cœpit eã mõstrare hoĩbus. [Cõfirmatũ est igitur regnũ in manu] hoc est, in potestate & actu [Sala-

nisterio angelorum, & cõuenienter facta fuit in nocte atq; in somno, qa tunc anima ad perci piendũ diuina est aptior, cessantibus exterioribus, strepitu & tumultu, occupatione & distractione, inquietudine quoq; apphensionum variarum sensuum exteriorum: qua cessante, sensus interiores & vis imaginatiua, magis quietę sunt. Hinc in somno fieri cõsueuerunt reuelationes pphеticæ & diuinæ, sicut in Euangelio legit̃ angelus apparuisse in somnis Ioseph, atq; dixisse: Accipe puerũ &c. Hinc scriptum est in Iob per somnium in visiõe nocturna, qñ irruit sopor super hoĩes, & dormiunt in lectulo, tunc aperit Deus aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina, [dicẽs: Postula, quid vis vt dem tibi.] hoc est, vnum ꝙ magis optas habere, pete à me, quatenùs postulando fias capacior, & merearis liberè appetẽdo. sicq; p verba hæc designatur libertas arbitrij, expeditusq; vsus rõnis ac voluntatis Salomonis in somno, in quo vsus rõnis cõmuniter est ligatus sed per grãm potest tunc esse liber & expeditus. Veruntñ per hæc verba nõ est intelligendũ, ꝙ Deus dedit Salomoni licentiã postulandi aliquid ꝙ non licet, vel ꝙ in talium petitione eum exaudisset, sed pstitit libertatẽ petendi quicquid rõnabiliter vellet, aut sine peccato appeti posset. Deniq; per hoc ꝙ Deus post immolationẽ immediatè pscriptam, & factã in excelso, apparuit Salomoni tam gratiosè, & optionẽ liberalissimam dedit ei, elicitur ꝙ oblatio huiusmodi placuit Deo, imò & meritoria fuit, templo nondum ædificato: attñ cæteris paribus, magis virtuosum & plus meritoriũ fuit, offerre in tabernaculo coram arca, quam alibi, queadmodũ meritorium est, propria bona pauperibus quotidiè eleemosynaliter dare: melius verò est, oĩa propter Deum simul relinquere: sicut & laudabilius est, Deõ seruire in castitate virginali, quàm viduali: & in viduali, quàm cõiugali. [& ait Salomon] in somno locutione mentali, qa ex prætacta apparitione statim fuit eleuatus ad Deum; & Deõ inspirante cognouit, ꝙ apparitio illa esset bona ac diuina, non fallax, prout sæpè in somno contigit. [Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiã magnam,] hoc est, gratiosissimos pietatis tuæ effectus ei exhibuisti, vt patet ex pinductis. vndè non immeritò dixit in Psalmo: Deus meus misericordia mea, & misericordia eis præuiniet me: Et: Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ mæ. [sicut ambulauit] hoc est, conuersatus est, [in conspectu tuo in veritate] vitæ & doctrinæ, [& iustitia] i. obseruantijs præceptorum, [& recto corde tecũ.] i. in interiori æquitate & synceritate, qua tibi & tuæ æquitati increatæ est conformatus, in tantùm, ꝙ de eo dixisti: Inueni Dauid virum secundũ cor meum, & hoc totum, ꝙ taliter coram te ambulauit, & ita se habuit, talisq; fuit, ex dono & grã tuæ pietatis processit. [Custodisti ei misericordiam tuã grandẽ,] i. grãm tuam finalem largit⁹ es ei, & in magna pietete tua custodisti eum, pseruando eum à multis peccatis, atq; post lapsum resuscitando eum ad pœnitentiã & cuatelã maiorem. [& dedisti ei filium sedentẽ super thronũ eius sicut est hodiè. Et nunc dñe Deus, tu regnare fecisti seruũ tuum, pro Dauid patre meo. Ego aũt sum puer paruulus.] Ex hoc aliqui trahunt & probant, ꝙ Salomon erat adhuc in pueritia cõstitutus, ita ꝙ duodecimo circiter vitæ suæ añо cœpit regnare, de qua re posteà inquiretur. Qui autem aliter opinãtur, dicunt ꝙ vocauit se puerum paruulum, non ratione ætatis aut corporeæ paruitatis, sed respectu magnitudinis officij sui regalis onerisq; iniũcti. [& ignorans egressum & introitũ meũ,] hoc est, non satìs intelligẽs qualiter debeã me habere in tanto regimine, nec pprios act⁹ valeo clarè dijudicare, an plceãt tibi sine grã speciali. Itaq; ignoro egressum, i. act⁹ exteriores, in quibus alijs exemplarijs existere, & eos in via virtutũ pcedere teneor: & introitum, hoc est, actus interiores, in qbus teneor tibi purã conscientiam exhibere, [Et seruus tuus in medio est populi tui quẽ elegisti,] i. inter eos sum cõstitutus, [populi infiniti, q numerari & supputari nõ potest præ multitudine.] hoc est, difficulter poterit numerari, nec est simpliciter infinitus, ideo istud est hyperbolicè dictum, vtpotè p excessum, ad insinuandum valdè copiosam multitudinẽ plebis illius. Cæterum Deus in numero, pondere, & mẽsura condidit & posuit vniuersa. [Dabis ergo] i. pcor vt dies mihi [seruo tuo] propter cõmune bonũ populi tui [cor docile:] hoc est, mentẽ verè prudentẽ, & donis spũssancti repletã, per q̃ sim in oĩbus docilis, informabilis, & dirigibilis à te, siquidẽ prima pars prudentiæ est, docilitas, & sicut hõ per virtutes mortales efficit̃ dirigibilis à rõne, ita p septẽ dõa spũssancti fit dirigibilis ab ipso spũ adorãdo. [vt possit iudicare populũ tuũ:] qa iudicare, est act⁹ elicit⁹ prudentiæ, q̃uis sit actus iustitię, tanq̃ inclanãtis & idoneizantis ad iudicãdum, ac pficientis ipsum iudiciũ, vt sit rectũ. [& discernere inter bonũ & malum. Quis em̃ potest iudicare populũ istum, populũ tuũ hũc multũ?] Quasi dicat, nemo sine adiutorio tuo, & sine vera prudẽtia q̃ est virtus, cui aliæ virtutes sunt annexæ, nec vitiosis inest hoĩbus, quã vtiq; Salomõ postulauit sibi dari in tanto excellẽtiæ gradu, vt per eã esset ad totius populi sui gubernationẽ iudiciũq; idoneus. Nã & ante iã habuit eã in aliquo gradu, qm̃ erat in charitate & grã, quib⁹ prudẽtia est cõiuncta, cùm & virtutes cõcatenatæ dicant̃. [Placuit ergo sermo corã dño, ꝙ Salomõ postulasset huiuscemodi rẽ, & dixit dñs Salomoni: Quia postulasti verbũ hoc,] & rẽ hanc significatã per verba, putà prudentiã, [& nõ petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut aĩas ini-

Mat. 1. & 2.
Iob. 33.
Psal. 58. 22.
Psal. 88.
Actor. 13.
2. Re. 12. 24
Sapient. 11.

micorũ tuorũ]i. viã hostium tuorum subijci tuæ potestati ad occidendũ, vel dñandũ: [sed postulasti tibi sapientiã, ad discernendũ iudiciũ, eccè feci tibi secundũ sermones tuos. Et dedi tibi,]i. dare decreui, & nũc do[cor sapiẽs]ad cognoscẽdum diuina, [& intelligẽs] ad sciẽdũ ac discernẽdum humana, aliaq; naturalia & creata, [intãtùm, vt nullus ante te similis tuí fuerit,]i. nullus regum aut iudicum Israel fuerit tibi æqualis in om̃i huiuscemodi sapientia atq; sciẽtia, hoc est, in vtroq; simul, ꝓut sciẽtie prudẽtiã quoq; includit, q̃ prudẽtia ꝓpriè versatur circa agibilia.i.act⁹ humanos. postulauit aũt Salamõ prudentiã ethicã, qua regit hõ seipsum: & œconomicã, qua regit domũ siue familiã: atq; politicã, qua regit cõmunitatẽ. [nec post te surrectur⁹ sit]aliqs tibi æqualis in sapiẽtia, prudẽtia & scientia simul acceptis. Quo circa du-
Exod. 33. bitatiões occurrunt, an s. in his excesserit Mosen, qui quotidiè loquebat̃ cũ Deo facie ad fa-
Num. 12 ciẽ, qui videt̃ fuisse magìs illuminat⁹ q̃ Salamõ, & de Adã apparet, ꝙ fuit creatus in maiori sa-
Gene. 1. piẽtia, sciẽtia ac prudẽtia, q & naturaliũ rerum ꝓprietates, naturas, & species cognouit tã lympidè, ꝙ visis singulis, mox cõgruentia noĩa eis imposuit. ¶ Deniq; cõstat, ꝙ Chrs in omnib⁹ illis Salomonẽ vehemẽter excessit, ꝓut in Euãgelio ꝓtestatur: Eccè (inquiẽs) plus q̃ Salomõ
Matth. 12. hîc. Gloriosi quoq; Apostoli fuerũt copiosiùs illuminati à Deo, q̃ patres vet. test. Itaq; ad-
Luce. 11. uertendũ, ꝙ multiplex est sapiẽtia: Vna, q̃ est primũ donum inter septẽ dona spũssancti, q̃ in vnoquoq; tãto est maior, quãto charitas eius est pfectior. Ideo quãto Dauid, Abrahã, Moses,
Esaiæ. 11. & similes eis, fuerũt viri magìs heroici & pfecti, q̃ Salomõ, tãto maior sapiẽtia fuit in eis, q̃ in ipso, loquẽdo de ista sapiẽtia. Alia est sapiẽtia, quæ est donũ gratiæ gratis datæ, q̃ est cognitio diuinorũ, & scripturarum, mysteriorumq; Chri, q̃ potest sine charitate haberi, per quã scit hõ defendere, persuadere, & declarare ea, quę fidei sunt, de qua ait Apost. Alij per spiritum da-
1. Cor. 12. tur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ. & hæc fuit valdè magna in Salomone, vt patet ex Cãticis canticorũ: maior tñ fuit in Paulo Apostolo, alijsq; apostolis. Tertia est sapiẽtia, q̃ per na-
Roman. 1. turalẽ rõnem potest ex rerũ naturis & ordine vniuersi inueniri atq; hri, sicut ait Apostolus: Inuisibilia Dei per ea q̃ facta sunt, intellecta cõspiciuntur: sẽpiterna quoq; virt⁹ ei⁹ & diuini-
3. Reg. 4. tas, q̃ in philosophis fuit & potuit maior esse, q̃ in Salomone ex subitanea infusione, sic etiam in Salomone creditur fuisse maior cognitio naturaliũ, q (vt infrà habet̃) disputauit de singulis à summo vsq; ad infimũ. Similiter de prudentia naturali sentiendum, inquantùm est regitiua aliorũ, & dispositiua de singulis. In his nãq; nõ fuerunt sancti Apostoli & Prophetę magìs illu-
Hieronym. minati, q̃ Salomõ, imò nec magís q̃ philosophi, cùm de Aristotele dicat Hieronimus in Regula sua, ꝙ fuit grãde miraculu in tota natura, videlicet ꝓpter eminentiã scientiæ ac prudẽtiæ suæ in naturalibus. Porrò scientia quę est donũ, tanto maior fuit in multis sanctis, q̃ in Salomone, quãto fuerunt eo magìs diuini. similiter intellectus. De primo demũ parẽte credẽdũ est, ꝙ in his quoq; maior fuit Salomone, & de Chrõ nulla est dubitatio: sed qa tã pauci in his excesserunt Salomonẽ, & ꝙ modicum est, nõ computatur, idcircò scriptura tam extensẽ facit hanc cõparationem, quam tñ aliqui referunt ad reges Israel, q ante & post eum fuerũt. Vndè
Eccles. 1. & ipse in Ecclesiaste testatur: Præcessi sapiẽtia oẽs q ante me fuerũt in Hierusalẽ. At verò ex-
Sapient. 7. cellentia sapientiæ atq; scientiæ Salomonis patet ex hoc, ꝙ author libri Sapiẽtiæ in ei⁹ persona testatur: Deus dedit mihi horum quæ sunt, sciẽtiam verã, vt sciã dispositionẽ orbis terrarũ, & virtutes elemẽtorũ, initiũ, cõsumationem, & medietatẽ tẽporum, vicissitudinẽ permutationes, & diuisiones tẽporum, añi cursus, & stellarũ dispositiões, naturas animalium, & iras bestiarũ, vim ventorũ, & cogitatiões hoĩm, differentias virgultorũ, & virtutes radicũ, & quæcunq; sunt abscõsa & imꝓuisa, didici. Omnium em̃ artifex me docuit sapientia. [Sed & hæc
* tui quæ non postulasti, dedi tibi] & pleniùs dabo[diuitias s. & gloriã]hoc est, famã ac inclytum
Eccles. 2. apparatum, & vitæ iucunditatẽ, imò & dies multos, ac hostium subiectionẽ, [vt nemo fuerit
Philip. 3. similis]i. æqualis[* tibi in regibus]Israel, quẽadmodum in Ecclesiaste ait: Supergressus sum opib⁹ oẽs, qui antè me fuerunt in Hierusalẽ[cunctis retrò diebus.]Retrò, qñq; designat præ-
2. Paral. 1. teritum, vt cũ ait Apost. Quæ retrò sunt, obliuiscens, in anteriora extendo meipsum: qñq, futùrum, & vtroq; modo potest hîc accipi. Vnde 2. Paral. aperitus dicitur: Diuitias & substantiã & gloriã dabo tibi, ita vt nullus in regibus, nec ante te, nec post te fuerit similis tuí, ꝙ si intelligatur tantũ de regib⁹ Israel, clarũ est: si aũt de regib⁹ oĩbus mundi huius, habet obiectionẽ, qm̃ Crœsus, Darius, Cyrus, Octauianus, Alexander magnus, multiq; alij Salomone ditiores fuisse leguntur, q etiã excesserunt eum in potestate, dñatione & gloria, seu famæ pclaritate saltẽ eo tẽpore quo fuerunt, qm̃ multi eorum fuerunt monarchæ. Deniq; Daniel sanctus ille ꝓ-
Danie. 2. pheta ait Nabuchodonosor regi: Tu rex regũ es, & De⁹ cæli, regnum & fortitudinẽ & imperiũ & gloriã dedit tibi, & om̃ia in qbus habitãt filij hoĩm, & bestiæ agri, & volucres cæli dedit in manu tua, & subditiõe tua vniuersa cõstituit. talis aũt aut tanta magnificentia & opulentia,
Danie. 4. non est Salomoni collata. similiter alio loco Daniel dicit regi illi. Arbor quam vidisti, tu es rex, qui magnificatus es & inualuisti, & magnitudo tua peruenit & creuit vsq; ad cęlum. & potestas tua in terminos vniuersæ terræ, quib⁹ verbis additur à Daniele posteà: Vniuersi populi,

tribus & linguæ,tremebāt & metuebant eum.Tantæ aūt famæ & reputationis nō fuit Salomō in toto orbe terrarum.Veruntñ quidam exponunt prędicta de regibus vniuersis,dicentes,ꝙ ꝗuis qdam eorum fuerint maiores Salomone in potestate & gloria, nō tñ fuerant ei æquales in omnibus iam p̄fatis simul acceptis, hoc est, in sapientia, scientia & prudentia,opulentia & gloria. [Si aūt ambulaueris in vijs meis, & custodieris p̄cepta mea & mandata mea, sicut ambulauit pater tuus:]i.perseueranter,& cùm cecideris, penitētiam egeris, [lōgos faciam dies tuos.] Vndè & Moses in Deuter. ac alibì sæpè hortatur:Custodi p̄cepta dñi Dei tui,vt longo viuas tempore. ¶ Sed circa hæc oritur quæstio,qa in verbis his videt̄ dn̄s insinuasse,ꝙ si Salomō nō ambularet in vijs suis,vt Dauid,nō faceret dies ipsius longos:quid est ergo,ꝙ Salomō legitur infrà peccasse grauissimè,& nihilomninùs senuisse?imò secundum Iosephum,vt infrà tangetur,octoginta annis regnauit. Ad ꝙ poterit responderi, quod dn̄s per ꝓmissionē illam voluit Salomonem ꝓuocare ad perseuerandum in bonis, non tñ negauit se ei daturum dies longos,si caderet.Rursus per verba illa significauit,ꝙ peccando merere t̄ vitæ abbreuiationē, ꝙ etiam in eo forsan impletum est. quid verò de verbis Iosephi sentiendum putetur, infrà pandetur.Aliqui etiā dicunt,ꝙ plurimis annis vixit iustè,& paucis iniustè,ac tandē pœnituit ꝓut dicetur inferiùs.[Igitur euigilauit Salomon,]ex quo constat,quia tota apparitio,allocutio & responsio iam p̄fatę, sunt factæ in somno ad aures & oculos cordis,ac ore mentis, quo verba ꝓferuntur interiora,quorum signa sunt verba exteriora.Nam in somno illo, vt dictū est,viguit ratio Salomonis,ac libertas arbitrij eius.[& intellexit quod esset somniū.Si,quod, sumatur ꝓnominaliter, sensus est, ꝙ cognouit quid reuelatio illa significauit. Intelligentia quippe est opus ac principale in visione, vt in Daniele fertur. Si aūt aliter accipiatur, sensus est,ꝙ intellexit ꝙ somnium seu viso illa facta in somno,esset verè reuelatio facta à Deo,quod etiam experiebatur in semetipso, ex plenitudine illuminationis ac sapiētiæ sibi infusæ. Propriè aūt loquendo,ab inuicem distinguuntur somnium,visio,oraculum:qm̄ visio dicitur reuelatio seu cognitio occultorum,magis clara & intellectualis,qua ōnditur,prout sunt aut fiunt siue in vigilia,siue in raptu & ecstasi,aut in somno.Somnium verò dicitur reuelatio facta in somno per imaginarias similitudines,magis obscurè: ideo secundum Hieronymum super Danielem,somnia sunt,quib' per symbola & ænigmata,aut per phantasmata,aliqua demonstrantur.Hinc Rabbi Moses loquitur,ꝙ somniū est casus à prophetia & visione,qm̄ ꝓphetia est visio in lumine intelligētiæ, somniū aūt est manifestatio futurorum aut secretorū in imagine,hoc est,phantastica specie, vbi cadit & quasi occumbit intelligētiæ lumē.¶Porrò,secundū Albertum,oraculum est expressa rerum p̄dictio,i. p̄nunciatio manifesta, & in somno percepta:frequenter tñ ꝓ reuelatione responsiua ad inquisita accipitur.[Cumq; venisset.] Salomō[Hierusalē,stetit coram arca fœderis dn̄i,]statìm nanq; ex deuotiōis feruore, intrauit tabernaculū, in quo Dauid posuerat arcam, in qua erant tabulæ testamenti seu pacti, ꝙ Deus percussit eum filijs Israel, [& obtulit holocausta] der manus sacerdotum, gratias agens Deo pro beneficijs tantis.[& fecit]hoc est,immolauit[victimas]i.hostias[pacificas]regratiando pro pace iā data,ac deprecando pro eadē conseruanda.fecit [& grande conuiuium vniuersis famulis suis]domesticis ac familiaribus,quos voluit suæ lætitiæ esse participes. Cōsequenter refertur in litera, qualiter Salomō sapientiam cœpit opportunè monstrare, quā non iactauit inaniter,neq; ex animi leuitate statìm petefecit dono gratiæ sibi collata,sed tēpus congruum expectauit,vt decet virum constantē ac sapientē, qui nil agit p̄cipitanter.[Tunc venerūt duæ mulieres meretrices ad regem,] forsan in signū, ꝙ à meretricibus fuit postea decipendus, vt tangit Glossa.[steteruntq; corā eo,quarū vna ait: Obsecro mi dn̄e,] patienter me audi,[ego & mulier hæc habitamus in domo vna,& peperi apud eā in cubiculo. Tertia aūt die postquā ego peperi,peperit & hæc. Et eramus simul,nullusq; alius nobiscum in domo,exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte. Dormiens quippe] hæc mulier [oppressit eum] filium tuum. [Et consurgens intēpestæ noctis silentio,]i. in ipsa quiete noctis intēpestæ,i.ineptę ad operandū. Intēpestum nanq; adiectiuè sumptum, vocatur incongruū seu inutile ad operandum,quasi sine actu & tēpore,sicq; nox dicitur intēpesta,tanq̄ incōgrua rebus gerendis. Intēpestum quoq; substantiuè sumptū,vocatur pars noctis,q̄ dicit̄ intēpesta, i.sine tēpore,cū sit deputata quieti. Tempus aūt motu & operatione p̄cipitur,secundum philosophum.Nihilominùs nox,sicut & dies, est pars ac differentia temporis. [tulit filium meū de latere meo ancillæ tuæ dormiētis,& collocauit in sinu suo,suum aūt filium q erat mortu', posuit in sinu meo.Cūq; surrexissem manè,vt darē lac filio meo,apparuit mortuus.Quē diligentiùs intuens clara luce,dep̄hendi nō esse meum quē genuerā. Responditq; altera mulier: Nō est ita vt dicis,sed filius tuus mortuus est,meus aūt viuit. Econtrariò illa dicebat: Mentiris,Filius quippe meus viuit,& filius tuus mortuus est. Atq; in hunc modū contēdebant corā rege:Tunc rex ait:Hæc dicit,Filius meus viuit,& filius tuus mortuus est. Et ista respondit: Nō,sed filius tu' mortuus est,meus aūt viuit.Dixit ergo rex: Afferte mihi gladiū,Cūq; attulissent

Deut. 5.17.
3. Reg. 11.
Iose. lib. 8. an.iu.ca.7.
Dani. 10.
Hieronym.
R. Moses.
2. Reg. 6.7.

lissent gladiũ corã rege: Diuidite, inquit, infanté viuũ in duas partes, & date dimidiã parté
vni, & dimidiã parté alteri.] Cùm em̃ Salomon iussisset sibi ensem afferri, infantéq; diuidi, se
nes & assessores ipsius factũ hoc tanq̃ puerile qd deridebãt, ingnorãtes regis intentioné, qui
nó intendebat infantem diuidere, sed per verba & gesta illa explorare, q̃ esset mater infantis,
certus ꝙ natura matris nó mentiretur, sed puero códoleret, quéadmodum subdit: [Dixit aũt
mulier cuius filius erat viuus, ad regé: Cõmota sunt quippe viscera eius super filio suo:] inti-
mè condoluit infantulo diuidendo ex se nato, intantùm, ꝙ dolor cõpassionis redundauit in
corpus suum, & om̃ia eius interiora alterauit. [Obsecrò dñe, date illi infantem viuum, & no-
lite] tu & minister tuus [interficere eum,] tu iubendo, ille exequendo. q. d. sufficit mihi vt vi
Iose. lib. 8. uat, q̃uìs in manu alteriùs. [Ecõtrariò illa dicebat: Nec mihi nec tibi, sed diuidat̃.] Iosephus
an. iu. ca. 2. narrat ꝙ rex p̃cepit vtrunq; infantulũ diuidi, vt vtraq; mulier medietatem acciperet vtriusq;
infantis. sed textus solùm refert de diuisiõe viui infantis, qa per illũ veritas fuit cõperta. [Re
spódit rex,] q optimè considerauit, ex quo fundo & fonte cordis vtraq; mulier loquebat̃, [&
Esaiæ 49. ait: Date huic infanté viuũ, & nó occidat̃, hæc est em̃ mater eius,] ꝑut patefecit materna com
passio. Vndè & Esaias fatetur: Nunqd obliuisci potest mulier infantis sui, vt nó misereat̃ filio
vteri sui? Qua audita sententia, senes & assessores admirati sunt sapientiã Salomonis, quem
primò q̃si paruipendꝑbãt, qñ gladiũ iussit afferri, tñ & ipsi hæsitabãt, audita meritricũ cóten-
tione, qd in tantæ rei discrimine esset agendũ. Porrò ex viui infantis diuisione nulli mulierũ
illarũ cõmodũ ꝑuenisset, sed vna earũ fuisset grãde damnũ ꝑpessa, videlicet mater interitum
suę ꝑlis. Idcircò videt̃ hoc irridendũ. Nã & p aliã viã potuisset veritas inuestigari, qa vicini
forsitã nouerat ipsios infãtulos, & qs ad quã spectaret, nisi dicat̃, ꝙ nemo eorũ viderit pueros.
[Audiuit itaq; om̃is Israel iudiciũ ꝙ iudicasset] i. iudicãdo ꝑtulisset ac iustũ dictasset [rex, &
timuerũt regé.] ne eũ offenderét, & ne dijudicarent̃ ab eo. Itaq; boni timuerũt eũ filiali timo
re, puerũ seruili. Vndè ad Rom. ait Apost. Principes nó sunt timori boni operis, sed mali. Vis
aũt nó timere potestaté? bonũ fac, & habebis laudé ex illa, si aũt malè feceris, time: Dei em̃ mi
Roman. 13. nister est, vindex in irã ei q malè agit. [vidétes sapientiã Dei] i. datã à dño, [esse in eo] excel-
léter [ad faciendũ iudiciũ.] Tantã aũt sapientiã atq; scientiã cótulit Deus Salomoni principa
liter ex sua pietate imméfa, & ꝑpter cõmune bonũ populi sui, & q̃m Dauid in extremis fer-
uéter dñm exorauit ꝑ Salomone, ipseq; Salomõ erat deuotus & Deũ amans. Quærit̃ circa p̃-
habita, q̃ fœminarũ illarum fuit vera mater viui infantis, an illa s. quæ primò q̃relam ꝑposuit
regi. Et apparet ꝙ nó, q̃m illa quæ filiũ suum oppresserat, videt̃ ex inuidia mota ad accusandũ
eã quæ adhuc viuenté habuit filium, à qua fortè timuit accusari de oppressione proprij nati,

¶ De spiritali huius cap. 3. intellectu. Art. 6.

PRætereà iuxta mysticum sensum, per hoc ꝙ Solomõ filiam Pharaonis duxit vxoré à gen-
tilitatis errore cõuersam, p̃figuratum est, ꝙ Chr̃s verus & summus pacificus, gentilitaté
ad veræ fidei lumé conuersam sumpsit in sponsam, quã [adduxit in ciuitaté Dauid] i. primi-
tiuæ ecclesię ex Iudæis collectę cõiunxit, [donec cópleret ædificãs domum dñi] i. ecclesiã to
to orbe terrarũ diffunderet. [Abijt Salomon in excelsum Gabaon, vt immolaret ibi] sic ꝑmo
ti ad p̃lationé aut principatũ, debét ad Deũ cófugere, & ei sacrificiũ laudis, cor cõtritũ & hu-
miliatũ, thymiama deuotę oratiõis & obedientiã sanctã offerre. Quéadmodùm aũt dñs dixit
ad Salomoné, Postula à me ꝙ vis:] sic vnicuiq; p̃sidenti, ꝑpriã insufficentiam humiliter reco-
gnoscenti, atq, diuinũ postulanti subsidiũ dñs p̃bet se paratũ ad succurrendũ ac dãdum quod
rõnabiliter ac ꝑseueranter petierit. [Ego sum puer paruulus, ignorans egressum & introitũ
meũ.] sic om̃is qui p̃est, debet se iugiter corã Deo humiliare, ignorãtiamq; fateri, atq; ꝑpen-
dere, ꝙ ad suijpsius directioné ac regimé impotens sit & ineptus, nisi desupèr adiuuetur: quã-
Coloss. 4. to magìs ad suã ac aliorum gubernationé? ideò debet à dño sapientiam postùlare, per quam
Leuit. 19. in om̃ibus ordinatè se habeat, & ad eos qui forìs sunt, & ad sibi cõmissos exemplariter con-
uersetur, ac sine personarũ acceptione iustũ in cunctis iudicium ꝑferat. Nempè, vt ait Glossa:
Si Salomon corporũ rector, sapientiã flagitauit: quanto magìs animarum rectores debét hãc
Sapient. 8. postulare, exemplo eius & instar illi' qui testatur: Adij dñm, & deprecatus sum illũ, & dixi ex
totis p̃cordis meis: Deus patrũ meorum, da mihi sediũ tuarum assistricé sapiétiam, vt mecum
sit & mecũ laboret, & sciam quid acceptũ sit apud te, [Placuit sermo coram dño, ꝙ sapientiã
Matth. 6. postulasset, & dixit, Quia postulasti verbum hoc, &c. & hæc quæ non postulasti, dedi tibi:]
hoc est, quod saluator in Euangelio hortatur ac spondet: Primum inquiens, q̃rite regnũ Dei
& iustitiam eius, & hæc om̃ia adijcientur vobis. His quippe qui spiritalia charismata & Dei
honoré fideliter & feruenter exquirũt, téporalia necessaria adijciunt̃. Postquã verò dñs abso
lutè ꝑmisit Salomoni sapientiã, diuitias & gloriã in hac vita ꝑmisit ei sub conditione. Si am-
bulaueris in vijs meis, longos faciã dies tuos. Multis quippe malis & etiã reprobis largitur in
seculo isto, famã, diuitias, scientiãq; informé & sapientiam verbi: sed solis electis & iustis, in
Gene. 46. vijs virtutũ perseuerantibus, tribuit æternitatis felicitaté. Dies equidé vitæ p̃sentis, sunt parui

&

& mali, & vita nostra est quasi vapor ad modicum parẽs, & tanq̃ vmbra super terrã: sed salus Iacobi 4.
vitæ futuræ, innumerabiles dies cõplectitur & includit, ꝓpter quod iusto dñs repromisit, Psal 90.
Longitudine dierũ adimplebo eum.[Fecit Salomon grande cõuiuium cunctis famulis suis]
sic ꝑlatus & om̃is qui ꝑest, subditos suos ac seruos debet verbo Dei reficere, aqua sapientiæ
salutaris potare, virtuosa exẽplaritate nutrire, cordis affectu, oratione, ꝑdicationeq́; pascere,
Etenim seruus fidelis & prudẽs talentũ sibi cõcessum ac creditũ, fructuosè nititur dispensare: Eccl. 15.
ꝙ qui negligit facere, seruus neq̃ vocatur, & donis sibi collatis priuaṫ, ac tanq̃ invtilis in tene
bras infernales ꝓijcitur. [Tunc venerũt duæ mulieres meretrices ad regẽ,] ꝑ hoc figuratum
est, ꝙ moderante altissimo frequenter contingit, vt bonis hominibus post spiritaliũ donorũ Matth. 25.
acceptionẽ & gustum, post illuminationem internã, obiecta carnalium deliciarum fallaciter
blandiantur, tentamẽtaq́; carnis eueniãt. & specialiter per duas has meritrices, duplex genus
peccatorũ mõstratur. Omnis nanq; anima mortali subiacens culpæ, adultera est, meretrixq́;
diaboli: q͞a relicto spõso cælesti, consentit maligno spiritui, & cõmiscetur idẽ ad ꝓducendũ
opus inquũ. Veruntñ q̃dam sunt aĩæ, q̃ & si peccatrices existãt, aliqua tñ agunt opera ex suo
genere bona, nec iustos ꝑsequunṫ, diffamãt aut lędũt, sed amant ac diligunt, flexibiles quoq;
sunt & pronæ ad cõpunctionẽ, ꝓpter ꝙ tandẽ misericorditer ꝑueniri solẽt à dño, & fructu vir
tutũ ditari. Aliæ verò adeò malitiosæ & inuidæ sunt, vt melioribꝰ obloquãtur, inuideãt, atq;
infestæ sint, ꝙ totũ gladius verbi Dei, discretio veri iudicij ꝓbat. Postremò, per inuidiã & to
tam malitiosam ac obstinatam meritriculã illam, perfida synagoga, plebs om̃is incredula, hæ-
reticorũ quoq; collectio aptè signantur, quæ meretricẽ aliam meliorẽ, i. ecclesiam catholicã
& maximè primitiuam, atq; ex gentilitate conuersam, & à pristinis fornicationibus expurga-
tã, inuidiosè sunt persecutæ, & fructũ ipsius extinguere sunt molitæ, sed gladio sacræ scriptu-
ræ ab inuicèm discernuntur, & improba illa meritricula confutatur atq; damnatur à Christo.

¶ Expositio cap. 4. Erat autem rex Salomon regnans. Arti. 7.

EXcellentia quã habuit Salomon in officiatis clarissimis, in ꝑfectis atq; domesticis, in mul
titudine copiosissima subditorũ, in abundãtia alimentorũ, in equis & curribus, in sapien
tia & rumore seu fama, hîc describunṫ. [Erat aũt rex Salomõ regnans sup oẽm Israel]i. super
duodecim tribꝰ, [& hi principes]i. principales officiati domestici, [quos habebat Azarias fili
us Zadoc]pontificis, [*sacerdos]erat specialis, & quasi cappelanus ipsius regis ad orandũ & * sacerdot.
sacrificandũ pro eo, [Elihoreph & Ahia filij Sisa]erãt[scribæ]i. doctores & periti ac sapiẽtes
in lege, vel vt q̃dam exponũt, scriptores regis ad scribendũ epistolas eius, gestaq́; temporum,
[Iosaphat filius Ahilud à cõmentarijs]i. cancellarius, [Banaias filius Ioiadæ super exercitũ.
Zadoc aũt & Abiathar sacerdotes]summi, ita ꝙ Zadoc fuit pontifex, & Abiathar mox post
eũ in ordine. Istud aũt in expositione secundi capituli declaratũ est pleniùs, vbi ostensum est
qualiter istud nõ contrarietur ei ꝙ scriptũ est ibì, ipsum Abiathar à Salomone de sacerdotio
esse eiectum, [Azarias filius Nathan]ꝓphetæ, erat [super eos q̃ assistebant regi,]i. super cu- 3. Reg. 2.
stodes ipsius, seu super eos qui familiariùs & magìs assiduè regi astabant, secundum ꝙ regibꝰ
solent quidam hoc modo assistere, [Zabud filius Nathan sacerdos, amicus regis.]i. regi ꝑci-
puè charus, & ad conseruandum ei amicitiam verã in cunctis specialiter deputatus, qui & sa-
cerdos regis vocatur, non rõne sacerdotalis officij, sed primatus cuiusdã, quia nec Nathan le 2. Reg. 8.
gitur de sacerdotali stirpe fuisse, & suprà lib. 2. leguntur filij Dauid sacerdotes fuisse hoc mõ
do, i. ꝑcipuè honorati post regẽ. sic itaq; Salomon honorauit filios Nathan, qui ad eius ꝓmo- 3. Reg 1.
tionem maximè fuit cooperatus, & à quo ipsemet Salomon fuit nutriùs ac informatus, & q̃m
digni erant, & patrẽ suum in virtutibus imitãtes. [Et Ahisar ꝑpositus domus,]i. ꝓcurator, di-
spositorq́; palatij, [& Adoniram filius Abda]erat [super tributa]i. ordinauit de receptione
tributorum, de quibus ratio sibi dabatur. [Habebat aũt Salomon duodecim ꝑfectos super
om̃em Israel,] non ꝙ quilibet eorum toti Israeliticæ ꝑfuerit plebi, sed vnusquisq; certæ parti
Israelitici regni, ꝓut in textu describitur. [qui prębebant annonam regi & domui eius,]i. ne
cessaria victui Salomoni & eius domesticis, [per singulos enim menses in anno, singuli neces
saria ministrabant,] videlicet quilibet in mense sibì ꝑfixo de redditibus regis & inter duode
cim illos duo fuerunt, quorum vxores erant filiæ regis. [Et nomina eorum, Ben Hur in mon
te Ephraim, Ben Decar in Maces & in Saalebim, in Bethsames & in Elon & Bethhanam, Ben
Hesed in Aruboth. Ipsius enim erat Socho, & omnis terra Hepher. Ben Abinadab, cuius om-
nis Naphat Dor, Tapheth filiam Salomonis habebat vxorẽ. Baana filius Ahilud regebat Tha
anach & Mageddo, & vniuersam Bethseam, quæ est iuxta Sarthana, subter Iezrael, à Bethiseã
vsq; Abel Mohola è regione Iecmaam. Ben Geber in Ramoth Galaad, habebat Auothiar, fi-
lius Manasse in Galaad, Ipse præerat in omni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta ciui
tatibus magnis atq; muratis: quæ habebant feras æreas. Abinadab filius Abda præerat in Ma-
naim, Achimaas in Nepthali. Sed ipse habebat Bathsemath filiam Salomonis in coniugio.
Baana filius Husai, in Aser & in Baloth, Iosaphat filius Pharuæ, in Isachar. Semei filius Ela

autem dñs. Et: Quosdam posuit Deus in ecclesia, primùm Apostolos, secundò ꝓphetas, tertiò doctores, deindè virtutes, exindè gratias curationum, opitulationes, gubernationes, gña linguarum, Porrò, sacerdos Chri, Petrus princeps apostolorũ, qui in apice sacerdotij Chro successit: scribæ Chri, S. Euangelistæ, seu Paulus & Nathanael legisperiti: amicus Chri, sacratiss. Ioannes Bap. amicus sponsi: 12. pfecti, sunt. 12. bñdicti & prælecti Apostoli, quos Deus Psal. 44.
constituit principes super omnem terram, quibus ad pdicandum diuisit orbem terrarũ, qui Chro pabula cum cura præbuerunt ingenti, incorporando eidem eos quos cõuerterunt ad fidem [Iuda & Israel innumerabiles,] quasi incomparabiliter innumerabilior factus est populus Chrianus, cõfitens dño, ac diuina cõtemplãs, edentes & bibẽtes panem q descendit de cæ Ioan. 16.
lo, & sanguinẽ eius in secramento, & gloriãtes in dño. [Salomon erat in ditiõe sua habẽs oĩa regna, &c.] hoc verè in Chro completum est, de quo fuit pdictũ: Reminiscent & conuertent ad dñm vniuersi fines terræ. obtuleruntq; munera ei seipsos & oĩa sua, sacrificia laudis, hostiã vociferationis, incensum orationis. [Erat aũt cibus Salamonis, &c.] per tam multa, magna & Psal. 21. Matth. 2.
varia cibariorũ gña Salamonis, pfigurata sunt spiritalia Chri vberrima, pinguissima atq; dulcissima alimenta, vtpotè Ecclesiastica sacramenta, panis lachrymarum & contritionis, infusio gratiæ ac virtutis. prælibatio felicitatis futuræ, contẽplatio diuinorum, abundantia spiritaliũ gaudiorum, libri sacræ scripturæ, & multiplex sensus eiusdẽ, cõfortatio cordis per opera bona, salutaris doctrina. Curus & equi Christi, sunt prædicatores deuoti, qui ad audientiũ corda Chrm deferũt & inducunt: virtuosi quoq; prælati & viri perfecti, qui instar aurigæ dirigũt proximos per viam psentis exilij ad patriam claritatis æternæ, & tanq̃ quadriga portant proximos adhuc pusillos, & curam gerunt eorum, atq; eorum supportant defectus, iuxta quem modũ beatiss. viri Helias & Helisæus vocati sunt curr' Israel & auriga eius. Vndè fertur Psal. 4 Reg. 2. 13.
67. Currus Dei decem millibus multiplex. Per Esaiam quoq; 66. loquitur dñs: Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad gentes, in mare, in Aphricam, in Italiam & Græciam, & adducẽt oẽs fratres vestros donũ dño in equis & quadrigis. [Et pcedebat sapientia Salamonis sapientiã oĩm orientalũ, & erat sapientior cunctis hoĩbus.] Hoc Chro plenissimè competit, qui stultã monstrauit sapientiã huius mũdi, cuius cõparatione sapientes, insipientes censentur, in quo 1. Cor. 1. Col. 1.
sunt oẽs thesauri sapientiæ atq; scientiæ reconditi. [Loquutusq; est Salamõ 3. millia parabolas,] per oĩa illa Salamonis prouerbia, documenta ac carmina, designantur sapientia & scientia ac doctrina Christi in Euangelio nobis descripta, qui & multa prędicauit & docuit, ac plurima egit miracula, quæ non sunt descripta. Et venerunt de cunctis populis ad audiendum sapientiam Salamonis:] sic ad Christi Ecclesiam confluxerunt innumerabiles hoĩes ad audiendum sapientiam saluatoris in Euangelio promulgatam. Ad Christi quoq; personam in terris conuersantem, Euangelizantem, miraculisq; fulgentem, multa millia cõcurrerunt, quẽ Marc. 3.
admodum scriptum est: Iesus cum discipulis suis secessit ad mare, & multa turba à Iudæa & Galilea secuta est eum, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.

¶Elucidatio cap 5. Misit quoq; Hirã rex Tyri seruos suos ad Salamonem, &c. Art. 8.

NArratur hîc, q̃liter ad ædificandũ tẽplum pparauit se Salomon. [Misit quoq; Hiram rex Tyri,] quæ fuit metropolis regni, cui' vrbis opulentia ac magnificentia Ezech. 27. & 28 describuntur. [seruos sous ad Salamonẽ,] ad cõgratulandũ eius ꝓmotioni. [Audierat enĩ q ipsum vnxissent regẽ super Israel pro patre eius, quia amicus fuerat Hirã] regis [Dauid omni tempore,] quo pariter regnauerũ, seu ab eo die quo amicitiã inuicẽm cõtraxerũt. [Misit aũt 2. Reg. 5.
Salamõ ad Hiram, dicens:] qa enĩ pueentus fuit in bonitate & dilectione ab Hiram rege, & beneuolentiã illius expertus in se, fidutialiùs misit ad eum. [Tu scis volũtatẽ patris mei Dauid,] etenĩ adhuc viuens, insinuauit Hirã regi tanq̃ amico ꝓpositum suum de templi ædificatione. [& quia nõ potuit ædificare domum] i. templum [nomini dñi Dei sui ꝓpter bella imminentia] ei [per circuitũ] à Philistæis, alijsq; gẽtilibus, [donec daret dñs eos sub vestiglo pedũ ei'] i. quousq; pfectè subijceret illos patri meo, quo facto, proposuit Dauid rex templum ædificare: sed Deus per Nathan ꝓhibuit eum, qa multum valdè effuderat sanguinem, prout 2. Reg. 7 cõtinetur. Nõ aũt fuit Dauid impeditus à templi ædificatione ꝓpter magnitudinem expensarum, nec ex defectu operariorũ, vt qdam hîc scribit, qm̃ satis opulẽtus & potẽs fuit, imò ipse absolutè ꝓposuit ædificare, & nisi per Nathan fuisset vetatus, protinùs incepisset, & erat tam prudens, q nõ incepisset ædificare, nisi potuisset & cõsummare. [Nunc aũt requiẽ dedit mihi dñs Deus meus per circũitũ, & nõ est satan,] i. aduersarius visibilis, [neq; occursus malus.] i. aduersitas seu dissortuniũ mihi cõtingens. Veruntñ inuisibilis ille satan nõ quienit à suis insidijs. [quãobrem cogito ædificare templũ nomini domini Dei mei, sicut locutus est Dauid patri meo, dicens: Filius tuus quẽ dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo. Præcipe igit seruis] & operarijs [tuis] Tyrijs atq; Sidonijs, [vt pręcidãt mihi cedros de Libano,] in quo crescunt, scilicet monte illo seu loco syluestri, [& serui mei sint cũ seruis

 tuis.

tuis. Mercedē aūt seruorum tuorum dabo tibi, q̄cunq; petieris. Scis em̄ quō non est in populo meo vir q nouerit ligna cædere.] i. arbores tam artificiosè abscindere ac ligna aptare, [sicut Sidonij. Cùm ergo audisset Hiram verba Salamonis, lætatus est valdè:] qa ex dilectione sua ad Salamonem gaudebat de eius ꝓsperitate ac deuotione, & etiam ꝓpter propria cómoda. [& ait: Bñdictus dñs Deus hodiè, qui dedit Dauid filium sapientissimum, sup̄ populum hunc plurimū. Et misit Hirā ad Salamonē, dicens: Audiui q̄cunq; mandasti mihi. Ego faciam oēm voluntatē tuam in lignis cedrinis & abiegnis] i. in cedris & abietibus. Est aūt abies arbor boni odoris, recta, sublimis, & nocēs bestijs venenosis, vt refert Isidorus. Porrò 2. Paral. 2. habetur, ꝙ Salamō dixit, sed & ligna cedrina & ✶ thina & pinea mitte mihi de Libano, quod ibi expositum est. [Serui mei deponēt ea de Libano ad mare, & ego cōponam ea in ratib' in mari,] i. disponā vt per naues mittantur tibi, [vsq; ad locum quē significaueris mihi, & applicabo ea tibi, & tu tolles ea, præbebisq; necessaria mihi, vt detur cibus domui meæ,] videlicet triticum & oleum, quæ magìs abundant in terra tua, q̄ mea. [Itaq; Hiram dabat] i. exhibebat non vtiq; gratis, sed per recōpensationem victualium, [Salamoni ligna cedrina & ligna abiegna,] thina quoq; & pinea, [iuxta oēm voluntatē eius. Salamō aūt pbebat Hiram] regi [20. millia coros tritici.] Corus aūt mēsura est continens 30. modios, vt patuit p̄cedenti artic. [in cibū domui eius, & 20 millia coros purissimi olei.] s. olei oliuarum, [hæc tribuebat Salamon Hiram] regi [per singulos annos,] q̄diu recepit ab Hiram ligna, obseq'q; p̄fata. 2. Paral. 2. habetur, ꝙ etiam tribuit ipsi Hiram singulis annis totidem, i. 20. millia coros hordei, tot quoq; bathos vini quot olei. scriptum est em̄ p̄fato libro: Triticum ergo & hordeum & vinū & oleum, quæ pollicitus es dñe mi, mitte seruis tuis. [Dedit quoq; dñs sapīam Salamoni, sicut locutus est ei. Et erat pax inter Hiram & Salamonem, & percusserunt ambo fœdus. Elegitq; rex Salamon operarios de omī Israel.] i. ꝓselytos conuersos ad fidem & ritum Israelis. siquidem de Israelitica natione nullum fecit seruire, vt infrà habetur. [Et erat indictio] i. summa operariorū illorum, [30. millia virorum.] qui ibant ad operandū in Libano cum famulis Hiram. Vndè subiungit: [Mittebatq; eos in Libanum 10. millia] simul [per singulos mēses vicissim] videlicet vno mēse vnum ternarium illorum 30. millium. & alio mense secundū ternarium, menseq; tertio ternarium tertiū, & sic 4. mense rursus mittebatur ternarius primus, ac ita deinceps. [ita vt duobus mēsibus] cōtinuis [essent in domibus suis] ad qescendū cùm suis vxoribus atq; domesticis, & ad vocandū ꝓprijs rebus, in hoc patuit sapīa, imò & pietas ac discretio Salamonis. Nam & si ꝓselytos illos immodaratè grauasset, fortè recessissent à lege Dei quam acceperunt. [& Adoniram erat sup huiuscemodi indictionē,] ex quo patet, ꝙ Salamō per seipsum nō elegit 30. millia illa, nec eos sic misit vicissim, sed cōmisit hoc totū ita agendū huic Adoniram, qui alio loco appellatur Aduram. An verò fuerit idem Adonirā, q p̄cedente cap. fertur p̄fuisse tributis, qui & ipse interdū Aduram vocat̄, potest in dubiū verti. [Fuerūt itaq; Salamoni,] p̄ter & vltra p̄fata 30. millia, [70 millia eorū qui onera portabāt,] videlicet ligna & saxa, [& 80. millia latomorū in mōte,] Latomi dicunt̄ cæsores saxorum, & extractores eorum de lapidicina. Per montē aūt intelligunt pluraliter loca saxosa ac montosa, de quib' lapides illi p̄cidebant̄, [absq; p̄positis q p̄erant singulis operibus, numero 3. millium & 300. p̄cipientiū populo] laboranti qd quisq; ageret, [&] ꝓ id est, [his q faciebāt opus.] hi aūt p̄positi operū, erāt natione Israelitæ. ❡ Circa hæc oritur q̄stio triplex: si em̄ p̄fata 30. millia erāt ꝓselyti, i. gentiles ad iudaismum cōuersi, & cōsimiliter 70. millia portantiū onera, 80. etiā millia latomorū, ergo ꝓselyti illi erāt simul 180. millia, cui obuiare videt̄ illud 2. Paral. 2. Numerauit Salamō oēs viros ꝓselytos, & inuenti sunt 150. & 3. millia & 600. Deneq; hìc habetur, ꝙ p̄cipiētes populo, erant 3. millia 300. p̄fato aūt Paral. lib. insinuātur fuisse 3. millia & 600. Tertia q̄stio est, qa ex p̄allegatis 2. Paral. 2. verbis elicitur, ꝙ 3. millia illa 300. siue 600. viri, p̄cipientes operarijs, erant ꝓselyti, cuius contrariū dictū est. Et r̄ndendum ad primū, ꝙ numerus ✶ militū hìc positus, nō exprimitur cum exclusiōe maris. Est quoq; cōsuetudo scripturæ, in talibus non cōputare minutias, per ꝙ soluitur q̄stio secunda. Aliq tñ dicunt, ꝙ 300. in Paral. positi, qui excrescūt, nō p̄erant operarijs immediatè: sed eis, tanq̄ altioribus, dabatur ratio ab his qui immediatè p̄sidebant operarijs illis, ꝙ non videtur textui 2. Paral. 2. consonare, in quo clarissimè dicitur, ꝙ numerauit 3. millia & 600. præpositos operum populi. Potest tñ dictum illud saluari, dicendo ꝙ & 300. isti erāt p̄positi operum mediatè. Ad tertium dici potest, ꝙ ratione cōexionis officij, præpositi illi cōnumerantur ꝓselytis. Multi tñ expositores & author Scholast. hist. dicunt, ꝙ præpositi erāt de Israelitis: si verò quis cōtendat, p̄allegatā lib. Paral. scripturā sentire oppositū, potest se cū textu iuuare: nec dubiū qn potiùs standū sit manifestę authoritati scripturæ canonicæ, q̄ Expositorū, si forsitā aliquo modo à veritate deuiarēt ✶ scripturæ. [præcepitq; rex] Salamon, [vt tollerent] i. apportarent siue acciperēt, [lapides grādes, lapides preciosos,] putà marmoreos, vel (vt dicere feruntur Hebræi) ponderosos, [in fundamentum templi,] i. ad hoc, vt in fundamēto collocarentur, [& quadrarent eos] i. ipsi latomi.

Marginalia: Isidorus; 3. Reg. 4.; Eze. 45.; 2. Paral. 2.; 3. Reg. 4.; for. ✶ milium; Pet. Cō. hi. lib 3 Reg. cap. 9.; 2. Paral. 2.

Nem-

Nempe vt Iosephus refert, Lapides illi erant tam magni, quod multi eorum continebãt 20. cubitus in lõgitudine, 10. in latitudine, & 5. in altitudine. ideo iussum est, vt latomi eos scopularét atq; quadrarét, scopulos amouendo: [quos] ita quadratos, [dolauerũt cæmẽtarij Salamonis & cæmentarij Hiram. Porrò * Byblij] i. artifices de ciuitate Phœnices noĩe Byblos seu Biblis quæ fertur fuisse de regno Hiram, [pparauerunt ligna & lapides ad domũ ædificandã.] Poliebãt etenim & sculpebãt ligna ac saxa, ex qbus tẽplum cõstrueretur. sicq; circa tria gña operariorũ circa lapides occupabant, videlicet latomi, cæmentarij, & Byblij, de qbus Ezech. 72. legitur: Senes Byblij & prudẽtes. Vndè apparet, quod erãt famosę artificiosi. Queadmodũ aũt Magister in hist. recitat, fabulant Hebræi, ad eruderãdos seu scopulãdos & cõplanandos celeriùs lapides, habuisse Salamonẽ sanguinẽ vermiculi, q Tamir vocatur, quo adspersi lapides illi faciliter secabant, quẽ sanguinẽ inuenit hoc modo: Erat Salamõi struthio habẽs pullũ, & inclusus est pull⁹ sub vitreo vase: quẽ cùm videret struthio, & habere nõ posset, attulit de deserto vermiculũ, cuius sanguine liniuit vitrum, & statim confractũ est. ¶ Postremò iuxta spũalitatẽ certũ est, per Salamonẽ intelligi Chrm: per domũ Dei, Ecclesiã: p Hiram, gentilitatẽ conuersam: per patrẽ Salamonis, pphetas & pr̃iarchas, q gentilitatẽ cõuertere, atq; ex ea Deo Ecclesiã ædificare conati sunt, sed neqerunt. Porrò Chrs post suã passionẽ, resurrectionẽ & ascensionẽ sortitus plenã quietẽ, volẽs per sctõs Apostolos gentilitatẽ cõuertere, & ex eã Deo pñl Ecclesiã ędificare, Apostolos suos ad gẽtiles derexit instruẽdos ac cõuertẽdos: deindè ad ipsos iã cõuersos, misit discipulos alios, imò & ipsos Apostolos, qui cõuersos à se gẽtiles, interdũ visitauerũt ac roborauerũt in fide, put in Actib⁹ Paulus & Barnabas fecisse legũtur. sicq; Chrs ex ipsis cõuersis gẽtilibus, assumpsit multos in adiutoriũm discipulorũ ex iudaismo cõuersorũ, ita quod ipsi gẽtiles cõuersi simul cũ gloriosis Apostolis, alijsq; discipulis, pdicare cœpẽrũt Euangelicã legẽ, & pcidere ligna atq; extrahere saxa vbiq; terrarũ (vel specialiter in Libano & montib⁹, hoc est, in florẽte seculo & tumẽte mũdo, gloriãte ac supbiente in sua tẽporali psperitate ac potestate) hoĩes varios diuersprũ morum, excelsos & pusillos, doctos & rudes, duros & mediocres, informare, cõuertere, spiritaliterq; circũcidere, & principi tenebrarum auferre, & eos quadrare, i. ad æqualitatẽ iustitiæ trahere, deindè dolare, polire & sculpere, i. virtutib⁹ ac sacramẽtis multipliciter decorare. sicq; simul fuerũt & sibi inuicẽ cooperati sunt serui Chri & serui Hirã, i. cõuersi ex iudaismo, & cõuersi ex gẽtilitate, quorũ quidã fuerũt in naturali sapiẽtia clari, & facti sunt pdicatores egregij, vt illustrissimi atq; sanctissimi vir, Dionysius, Ignati⁹, Polycarpus, Clemẽs, Hierotheus, & alij penè innumerabiles, qui p 30. millia operariorũ, septuagintaq; millia portantiũ onera, & per 80. millia latomorum significãtur p illis obsequijs & laborib⁹ dedit Chrs ipsis cõuersis gentilib⁹ & eorũ fidelib⁹ principib⁹ oẽm mercedẽ quã postulauerũt, & oĩa psũali vitæ necessaria alimẽta, abundantiã panis cælestis & olei, hordei ac vini, videlicet consolationis internæ, & pietatis ac æquitatis & pœnitẽtiæ salutaris.

¶ Elucidatio cap. 6. Factum est ergo 400. & 80. anno. Art. 9.

HIc consequenter describitur, qualiter ad ædificationem templi processerit Salamon: & primò, quo tempore. [Factum est ergo 400. & 80. anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti, in anno 4.] regni Salamonis, qui tribus præcedentibus annis se præparauit ad templi constructionem, faciendo ea quæ præcedenti cap. sunt narrata, [mense * Ziph] i. Maio apud nos, qui tamen partim cum Aprili potest concurrere, [ipse est mensis secundi regni Salamonis super Israel,] i. secundus mensis 4. anni præsidentiæ eius regalis, [ædificare cœpit domum domino.] hoc est, templũ ad Dei honorem. Longum est computare per singula annos prætactos à tempore exitus Israel de Aegypto, vsq; ad tempus quo cœpta est ædificatio templi: & mirum videri potest quod ab exitu illo vsq; ad ædificationis exordium, nõ fuerint nisi 480. anni, cùm in libro Iudicum Iepthe legatur mandasse regi Ammon, Habitauit Israel in Hesebon, & in ciuitatibus trans Iordanem per 300. annos, & antequàm cœperũt habitare in terra illa, iam 40. anni effluxerunt ab egressu de Agypto; sicq; à Iepthe vsq; ad inchoationem ædificij templi, non remanerent à numero illo 480. annorum, nisi 140. anni, cùm tamen post Iephthe legantur filij Israel per annos 40. dati in manus Philistinorum, deinceps præfuit Israeli ipse Heli annis 40. vt patuit primo libro, cui successit Samuel, post quem rex Saul fuit etiam annis 40. quemadmodùm in Actis loquitur Paulus. Post quem regnauit Dauid totidem annis. Iephthe quoq; præfuit 6. annis, vt in libro Iudicum legitur. Et sic multo plures anni fuisse videntur ab exitu de Aegypto, vsq; ad templi inceptionem, quàm dicatur in textu. Denique Iosephus ait, anno 502. egressionis de Aegypto, qui etiam asserit, ab Abraham vsque ad ędificationis exordium fuisse annos mille 20. à diluuio, mille 400. ab Adam, tria millia centum & duos. Itaque aduertendum, quod anni prętacti computantur per tempora, quibus rectores filiorũ Israel pręfuerunt à Mose inclusiuè vsq; ad Salamonem. Scriptura demum non exprimit, quod annos Iosue & Samuel pręferunt. Idcircò tempus pręsidentię eorum comprehenditur in eorum annis, qui eis successerunt in regimine & iudi-

Margin notes: Ioseph li. 8. an. iu. ca. 2. | * Gibiim | Pet. Cõ. hi. lib. 3. Reg. cap. 8. | Act. 13. | 3. Reg. 5. | * Zio | Iudic. 11. | 1. Reg. 4. 7. 10. 11. | Act. 13. | 3. Reg. 2. | Iudic. 12. | Iose. Lib. 8. an. iu ca. 3.

Iudic. 3. cio plebis. Othoniel aũt successit ipsi Iosuæ, q Othoniel iudicauit Israel annis 40. & Saul, qui
2. Reg. 11. 40. annis pfuisse narratur, Samueli successit, sicq; tẽpus illorum 4. rectorum, videlicet Iosuæ,
Othonielis, Samuelis, & Saulis, non cõtinet nisi annos 80. Itaq; sicut ex lib, Exod. & Deut. in-
Exod. 16. notescit, Moses pfuit añis 40. & totidẽ Iosue atq; Othoniel, qui Mosi successerũt. Post Otho
Iudic. 3. 4. niel præfuit Aioth, sub quo cõputantur anni 80. qbus terra dicitur qeuisse, vt in lib. Iudicium
Iud. 4. 5. 6. habetur, & ibi expositum est. Post Aioth pfuerunt Barach & Debora, sub quibus cõputantur
8. 9. 10. anni 40. qbus tunc terra quieuit. Post quos pfuit Gedeon annis 40. Post quẽ Abimelech 3. an
Iud. 10. 11. 12 nis, cui successit Thola præsidens annis 23. Post quem pfuit Iair 22. annis. Cui successit Ieph-
the præsidens annis 6. Post quem Abessan 7. præfuit annis. Post quem præfuit Elon 10. annis,
& post eum præfuit Abdon 8. annis, quæ oĩa in lib. Iudicum scripta sunt. Post Abdon præfuit
Iud. 12. 14. 15 Samson annis 20. Cui succesit Heli, qui annis præfuit 40. Post quem Samuel & Saul totidẽ
1. Re. 4. 9. 11. præerant annis. Post quos Dauid tot psidens annis, cui successit Salamon, cuius 4. anno cœp-
3. Reg. 2. tum est templum ædificari. præmemoratis quoq; annis adduntur 10. & 8. anni, quibus filij
Israel sine iudice fuisse creduntur, sicut ex lib. Iudicum trahitur. Porrò in ista annorum com-
Iudic. 10. putatione, non oportet multum strictè tempora numerare, qm cõsuetudo est scripturæ, in de
Iose. lib. 8. scriptione numerorum ac temporum minutias non curare, qualiter etiam intelligendi sint nu-
ant. iu. ca. 3 meri annorum ipsorum Iudicium Israel, quib' vel ipsi pfuisse, vel terra dicitur quieuisse, sup
Iudicum clarè expositum est. Potest quoq; & Iosephi cõputatio secundũ aliquam considera
tionem saluari. [Domus aũt quam ædificabat rex Salamon dño] vtpotè templum, [habebat
60 cubitos in longitudine, & 20. cubitos in latitudine.] Porrò cubitus continere dicitur pe-
dem cum medio. Tñ alij dicunt, ꝙ duorum contineat latitudinem pedum. sed primũ verius
reor. [& 30. cubitos in altitudine.] Cui verbo cõtrariari videtur illud 2. Paral. 32. Altitudo 120
cubitorum erat. Rñdetur ꝙ totius illius templi altitudo ab imo vsq; ad summum, 120. extitit
cubitorum: sed altitudo eius à terra vsq; ad primum tabulatum siue solarium, fuit cubitorum
30. [Et porticus erat ante tẽplum] à parte orientali, [20. cubitorum longitudinis,] i. habẽs in
longo cubitos 20. [iuxta mensurã latitudinis templi.] cuius latitudo erat cubitorum 20. sicq;
tanta fuit longitudo porticus huius, quanta templi latitudo. [Et habebat 10. cubitos latitudi
nis] porticus hæc sita [ante faciẽ] i. introitum [templi,] in quod intrabatur à parte orientali, à
qua intrabatur in tẽplum, quæ porticus in altitudine sua surrexit vsq; ad altitudinem templi,
vt Iosephus scribit. In secundo quoq; templo per Zorobabel facto porticus erat ante ingres-
Ioseph. li. 8. sum templi, vndè legitur Act. 3. Cucurrit oĩs populus ad Petrum & Ioannẽ ad porticum quæ
an. iu. ca. 3. appellatur Salamonis. [fecitq; in templo fenestras aliquas.] i. exterius strictas, quæ paulatim
1. Esd. 1. 6 interius tendebãt ad dilatationẽ maiorẽ, quas Salamõ excogitauit, quatenùs lumẽ deforis in
trãs, magis & clariùs diffunderetur interiùs. & ità nũc fiũt in multis Ecclesijs vitreæ fenestrę
in parietibus, & in muris. Hæ aũt fenestrę, erãt qdam aperturæ in muris tẽpli angustiores fo-
ris, latiroesq; intùs. [Et ędificauit super parietẽ templi tabulata per gyrum.] Tabulatum, dici
solet paries fact9 ex tabulis. Hic verò accipitur p structura quadã, ex coaptatis tabulis facta.
Itaq; Salamon iussit trabes poni in domo, seu in tẽplo per trãsuersum in tribus locis, in sum-
mitatibus trium mãsionum seu interstitiorum, i. partium tẽpli, quod infrá fuit diuisum in du
as partes, terræ cohærẽtes: quarũ exterior, dicebatur sctm seu sctã: & interior, sctã sctórum, si-
cut in tabernaculo Mosis, ad cuius similitudinẽ tẽplum istud factũ fuit, p maxima parte, secũ-
dum oẽs expositores catholicos & Hebræos. Porrò, super hanc partẽ templi inferiorẽ, erant
in ascendendo duo solaria: tectum quoq; templi fuit planum instar solarij, iuxta cõsuetudi-
Exod. 29. nẽ Palęstinorũ, quorũ tacta sunt plana, ita ꝙ residẽt sup ea ad circunspiciendũ hinc indè. sicq;
trabes illæ fuerũt situatæ per tria loca, videlicet sub primo & secundo solarijs, & sub tecto: &
erant tam longę, ꝙ extremitates earum seu capita pminebãt ex vtraq; parte, murũ ptranseũ-
do: ac sup extrema illa trabiũ sic pminentia, fecit ædificiũ ⁎tria⁎ tabulata, i. partib' illis trabiũ
ptranseuntib' murũ, fecit superponi tabulas seu asseres fortes. sup quas poterãt hoĩes ambu-
Matth. 4. lare: ideo deambulatoria vocabant, & in Euãgelio pinnacula templi dicunt. ¶ Circa ꝙ Magi-
Pet. Cõ. hi. ster in hist. scribit: Satìs patet, qualiter facta erãt tabulata illa in vtroq; latere, putà in parte au
lib. 3. Reg. strali & aqlonari. Qualiter aũt facta fuerint in frõte oriẽtali & occidẽtali, vbi s. trabes ita nõ
cap. 9. extẽtebant, nõ recolo me legisse. Nec sup hoc mihi somniare libet aut licet. Veruntñ credũ-
tur ibi fuisse, secundũ ꝙ Iosephus velle videt, agẽs de tẽpli euersione. Itaq; ædificauit sup pa-
Iose. lib. 10. rietẽ tẽpli tabulata per gyrum, i. super trabes sic pminentes, iuxta & extra parietes tẽpli, col-
an. iu. ca. 10 locauit, atq; extẽdit tabulas, sicr tiam dictũ est per gyrum, hoc est, ex omi parte tẽpli, vel saltẽ
ex latere australi & aqlonari. Vñ subiungit: [in parietibus domus,] hoc est, iuxta parietes qb'
Leui 16. 12. trabes innitebant ac sustẽtabant, [p circuitũ tẽpli & oraculi.] Nã ipsum tẽplũ frequẽter vocat
Ezech. 23. oraculũ, i. locus orationis: & sanctuariũ, qa in ipso cõtinebantur sacra, exercebanturq; sancta
Exod. 33. deitatis obsequia. Itemq; tabernaculũ & domus Dei, q ibidẽm specialiter habitauit per effe-
Hiere. 51. ctũ & gratiã. Interdũ verõ oraculũ dicitur interior pars tẽpli, videlicet sctm sctórum, in quo
da-

dabanť diuina respósa: & pars templi exterior, vocatur téplum, & sctm̄ vel sctã, ꝓut sup Exodum de tabernaculo Mosis proportionabiliter dictũ recordor. [Et fecit latera in circuitu.] Exo. 29.32.
Quidam per latera ista, intelligunt tabulata p̃fata. sed alij aptiùs dicũt, ꝙ latera erãt loriculæ, seu appodiamenta vel clausuræ, surgentes in extremitate tabulatorum in altum, ne ambulantes super tabulata, corruerẽt, & vt super ea appodiarent, quæ in Paral. appellãtur cãcelli, vt q̃dam exponunt. 2. Par. 3.
Vndè infrà 4. Reg. 1. fertur de Ochozia, ꝙ cecidit per cancellos domus suæ. Hinc Deut. 22. fuit p̃ceptum: Cùm ædificaueris domũ nouã, facies murum tecti p circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sit reus, labente alio & in p̃ceps ruente. ¶ Cõsequẽter agitur de inæqualitate trium p̃dictorum tabulatorũ, in latitudine eorundem. [Tabulatum ꝙ subtèr erat,] hoc est, inferius seu infimũ tabulatum, [qnq; cubitos habebat latitudinis: & medium tabulatum, sex cubitorum latitudinis] erat, hoc est, sex cubitos habebat in lato: [& tertium tabulatum] quod erat iuxta tectum templi, erat [habens 7 cubitos latitudinis. Istud secundum aliquos ad literã factum est, quatenùs existens in superioribus tabulatis, non impedirentur respicere inferiùs per inferioris tabulati obstaculum. Veruntñ vt ĩ Scholast. fertur Pet. Cõ. hi.
hist. Hebræi dicũt tria tabulata latitudinem habuisse æqualẽ, ita vt si à summo vsq; ad infimũ lib. 2. Reg.
plumbata cæmẽtarij demitteretur, ꝑpenderetur eorum ęqualitas. cap. 22.
Nihil ominùs inferiùs tabulatũ dicitur 5. cubitorum in lato, medium 6. cubitorum: qa superior murus arctior factus, quasi p cubitum erat retractus. Vltimum verò, hoc est, supremum tabulatum, dicitur 7. cubitorum fuisse, ꝓpter retractionem muri superiùs similiter factã. Quidã verò dixerunt infimũ tabulatum 7. fuisse cubitorum, medium sex, supremum 5. ita vt ascendendo arctarentur tabulata, sicut & murus. & quasi literã corrigentes, ꝓ subtèr, legunt super, aut certè legunt subter, dicentes, tabulatum ꝙ subtèr erat, non loco, sed numero. Quemadmodum em̄ altum qñq; vocať ꝓfundum, qñq; supremũ: sic & subtèr vocãt loco, quòd infrà est positum: subtèr aũt numero, ad ꝙ ascenditur numerando. [Trabes aũt in domo posuit per circuitum forinsecùs,] qa trabes ex trãsuerso positæ in domo, ꝓminebãt foràs per gyrum, vt dictum est: [vt non hærerẽt muris templi.] hoc est, ita ꝙ tabulata non tangebãt immediatè muros templi, qm̄ modicum spacium relinquebatur inter ea & muros, quod tñ erat tam paruum, ꝙ per ipsum nó poterat pes intrare, aut ambulãs cadere. & forsan relinquebať ibì ad intuendũ per illud qd ageretur inferiùs vel esset. Vel aliquid sculptile aut cælatum, interpositũ fuit ad ornatũ & perspectionẽ. Aliq aũt referunt illud ad tabulatorũ illorum cãcellos, q distabãt á pariete muroq; templi, q̃tùm congrua tabulatorum latitudo exegit. sed istud videť à textu extraneũ, cùm de cancellis non sit immediatè p̃habita mẽtio: ideo potiùs videreť referendum ad trabes, quæ licèt extenderenť per murũ, tñ dici possunt muro non hæsisse, qa non finiebanť ad murum, sed ꝑtransibant. Iosephi li. 8. ant. iu. ca. 3.
Verùm, vt refert Lyra, Hebræi & etiam Iosephus dicunt, ꝙ tabulata p̃dicta non erãt deambulatoria, sed tres ordines appẽdiciorum seu domuncularũ ꝓ habitatione ministrorum templi, vndè frequẽter laterales vocanť, ꝓpter quod non erant in oriẽtali tẽpli parte, qm̄ ibì porticus fuit. & erat q̃libet altitudinis 5. cubitorũ, ita ꝙ inferiores erãt immediatè super terram. Itaq; secundũ Hebræos, iuxta muros templi in parte exteriori, vnus fuit ordo appẽdiciorum, quorũ altitudo erat 5. cubitorum: & cùm murus templi eleuaretur per cubitos 5. à terra, restrict⁹ erat à parte exteriori per cubitum vnum: atq; in spatio illius cubiti ꝓminẽtis, erant capita trabium, vbi terminabať primus ordo appẽdiciorum: post quem, vt tactũ est, erant duo alij ordines appẽdiciorum: & secundũ istos, tabulata non erãt in oriẽtali parte templi. [Domus aũt cùm ædificaretur,] videlicet tẽplum, [de dolatis lapidib⁹ atq; ꝑfectis ędificata est. [Saxa em̄ erãt quadrata, & cõuenienter parata ac polita extra Hierusalẽ ꝓpe lapidicinã, anteq̃ deferebãtur ad ædificij locũ. & malle⁹ & securis,] i. martellus latomi, quo saxa sculpuntur aut p̃cidũtur, [& om̄e ferramẽtum,] necessariũ ꝓ lapidũ situatione & cõnexione, [nó sunt audita in domo cum ædificareť.] i. notabilis sonus instrumẽtorum illorũ & consimiliũ ibì non fuit. Istud, secundũ quosdã, ad lapides tm̄ est referendũ: qa vt dicũt, oportebat tabulata clauis cõsolidari. Nã & 2. Paral. 3. scriptũ est, Sed & clauos fecit aureós. & ibidẽ asserit Glossa, ꝙ laminæ aureæ cum clauis illis affigebãtur parietib⁹ tẽpli, ꝙ sine ꝑceptibili sono fieri non valebat. Aliqui demũ affirmãt, ꝙ lapides incidebãtur sanguine vermis cuiusdã, habẽte virtutẽ huiusmodi, secundum ꝙ sanguine hirci scindiť lapis adamãtinus. [Ostiũ lateris medij in Pet. Cõ. hi.
pariete erat domus dexteræ] i. ianua sita & facta in medio lateris seu parietis tẽpli, fuit in pa li. 3. Re ca. 9
riete tẽpli meridiano. vñ in hist. ferť: Iuxta terrã erat ostiũ lateris medij in pariete dom⁹ dexte Iose. lib. 8.
ræ, i. meridianę, hoc est, in parte & muro australi ipsi⁹ dom⁹. hinc alij dicũt: Ostiũ, per ꝙ erat ant. Iu. ca. 3
ascẽsus in sup̃iora solaria, erat in medio parietis meridiani iuxta terrã. Nihilomnin⁹ à parte oriẽtali intrabať in tẽplũ. nã & de p̃fato ostio Ioseph⁹ videť sentire, ꝙ fuit angulo muri in parte oriẽtali. [& p cochleã] i. ascẽsum anfructuosum, tortuosum, & q̃si circularẽ, seu p grad⁹ ita dispositos, [ascẽdebãt] de infima parte & mãsióe tẽpli, [in mediũ cœnaculũ] i. ad primũ solariũ, quod instar cœnaculi factũ, extitit mediũ inter infimũ tẽpli locũ, & inter secundũ ac supre-

premum eius solarium.[& à medio in tertium,]i. supremum templi solarium. [& ædificauit domum,& cõsummauit eam. Texit quoq; domũ laquearibus cedrinis:]i:trabibus templi affixit laquearia facta de cedro. Porrò laquearia,secundum Isidorum,cameram ornãt & subtegunt.sicq; laquearia noĩantur,quæ tignis affigebant̃, ita ꝙ in ipsis quasi allaqueabant̃ ac subiũgebantur ꝓ maiori decore. [& ædificauit tabulatũ sup oẽm domũ,]i. in gyro toti⁹ tẽpli in alto,quod fuit tertium tabulatum,de quo satis iam dictũ est,[5.cubitorũ altitudinis:]qa clausura tabulati illius;quæ erat quasi murus eleuat⁹ in extremitate tabulati,ne de illo quis caderet,fuit in altũ ascendens per spatiũ 5. cubitorum,demptis locis,in quibus fuerũt cancelli:su ꝑ quos existentes,ibidẽ se poterant appodiare,& infrà aspicere. Hinc dicit Petrus Com. De altitudine illorum laterum ignoramus, nisi de supremo, ꝙ habuerit in altitudine cubitos 5. [& operuit domũ lignis cedrinis.[Murus nãq seu paries inferieris loci seu mãlionis tẽpli, vndiq, fuit tabulis cedrinis ẽpatus. siquidẽ parietes erãt lapidei, sed operiebant̃ cedrinis asseribus.[Et factus est sermo dñi ad Salamonẽ,dicẽs:]i, dñs per angelũ in visione dixit ad eum. [Domus hæc quã ædificas,si ambulaueris in p̃ceptis meis]perseueranter, [& iudicia mea feceris,& custodieris oĩa mandata mea,gradiẽs per ea, firmabo sermonẽ meum tibi quẽ loqnutus sum ad Dauid patrẽ tuum,]i. promissionẽ quã ei feci de successione sobolis suæ in regno opere adimplebo. [& habitabo in medio filiorum Israel,]i. in templo isto, exaudiendo ibi preces orãtium, & acceptãdo eorum oblationes atq; obseqa,sicq; in cordib⁹ eorũ per gratiã cõmorabor.[& nõ derelinq̃ populũ meum Israel.] In his verbis videtur De⁹ salutẽ cõseruationẽ & gratiã populi cõstituisse in manu Salamonis regis ipsorum:quia vt ait scriptura,secũdum iudicẽ populi, sic & ministri eius:& qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitãtes in ea. acsi dñs diceret.Si tu vixeris virtuosè,popul⁹ tibi cõmissus, erit vitę laudabilis:si verò cecideris,cadẽt & ipsi ꝓ magna parte. Veruntñ ista nõ sunt ita intelligenda,ꝙ solo rege cadẽte, De⁹ populũ reliquisset,aut templũ dirimi ꝑmisisset: sed p̃scius futurorũ,ita loquutus est dñs, p̃uidens casum populi ex regũ secuturũ ruina. Præterea aliq dicũt, Deũ ista esse loquutũ ad Salamonẽ,qñ templi ædificatio fuit cõpleta.sed textũ sequẽdo,magis apparet, ꝙ bis ista loquutus sit ei:primò,durante illa cõstructione,ad cõfortandũ eum in bono incepto: secundò,ædificio cõsummato,ad auisandũ eundẽ,& ꝓ habẽda cautela in posterũ.Quid aũt cõtra hoc obijci posset, tãgetur inferiùs & soluet̃. [Igitur ædificauit Salamõ domũ,& cõsummauit eam.Et ędificauit]i.operuit[parietes]lapideos[dom⁹ intrinsecùs tubulatis cedrinis,]hoc est,tabulis de credo copuletis.[à pauimẽto dom⁹ vsq; ad summitatẽ parietũ.]i. vsq; ad primũ solariũ[& vsq; ad laquearia]trabib⁹ affixa[operuit lignis,]vtpotè tabulis [cedrinis intrinsecùs, & texit pauimẽtum dom⁹]ꝙ ex pulcherrimis marmoreis lapidibus fuit factum,[tabulis abiegnis,] hoc est,asseribus de abietibus cæsis. Aedificauitq; 20 cubitorũ ad posteriorẽ partẽ tẽpli tabulata cedrina.] Per tabulata ista cedrina, q̃ in altitudine erãt 20. cubitorũ, doctores catholici inteligunt parietẽ situatũ inter partẽ tẽpli interiorẽ & exteriorẽ,dicẽtes,ꝙ vtraq; pars tẽpli,videlicet sctm̃,& sctm̃ sctõrũ,extitit æquè alta,s.cubitorũ 30.& ꝙ 10. cubitorũ altitudo mansit aperta, vt p illã apturam fumus ascendẽs de altari incensi, ꝙ fuit in parte tẽpli exteriori, intraret in partẽ tẽpli interiorẽ,quæ vocatur sctm̃ sctõrum:siuę (vt alij dicunt) vt dulcis ille vapor aromatũ,de altari thymiamatis ꝓcedens,intraret oraculũ.ædificauit itaq; hæc tabulata cedrina,[à pauimẽto vsq; ad superiora,]vtpotè ascendẽdo ad mensurã cubitorum 20. non tñ vsq; solariũ pertingendo. Veruntñ Hebræi per tabulata ista cedrina,intelligũt partem templi interiorem, quã dicunt in altitudine fuisse breuiorẽ parte templi exteriori, in cubitis 10. quę pars exterior fuit 30.cubitorũ in alto,vt patuit,& ista 20. vt dicũt.[& fecit interiorẽ domũ oraculi in sctm̃ sctõrum.[hoc est,exteriorẽ partẽ templi, diuisit ab interiori,per interpositum parietẽ iam p̃fatum, ita vt pars illa interior, esset & vocaretur sctm̃ sctõrũ, in quo cõtinebant̃ arca,& tabulæ testamẽti,ꝓpiciatoriũ quoq; & Cherubim.[Porrò 40.cubitorũ] in lõgitudine[erat ipsum tẽplum *pro foribus oraculi.]i. pars templi exterior,quæ vocatur hìc templũ, habuit in lõgo cubitos 40. ante fores siue introitũ sancti sanctorũ: qa exterior pars sita erat immediatè ante & iuxta ianuam partis interioris:sicq; pars illa exterior, fuit in duplo lõgior parte interiori:propter quod, tanq̃ in duplo maior, illa vocatur hìc tẽplum. & sicut tabernaculũ Mosis fuit diuisum in duas partes per interpositum velum,vt patet Exo. 25. sic diuisum fuit tẽplum Salamonis per intermediũ credrinum parietẽ,imò etiam per velum 4.colorum, quod ante patietem illum pendebat, iuxta illud 2. Paral. 3. Fecit quoq; velum ex hyacintho, purpura,cocco & bysso,quod, secundũ Glossam, gr̃a decoris est factum, vt inter parietes deauratos holosericum refulgeret.[& cedro oĩs domus intrinsecùs vestiebatur,]hoc est, totũ tẽplum in paretibus & in tecto atq; sub trabib⁹, operiebat̃ cedrinis asseribus, [habens tornaturas & iucturas suas fabrefactas,& cælaturas eminẽtes:]hoc est,in ipsis tabulis templi cedrinis,erãt cum torno formatæ operationes q̃dam artificiosæ in ipsis tabularum iuncturis,ne locus iuncturæ depræhendi valeret. Erant quoq; in tabulis factę eminentes picturæ, putà imagi-

Isidorus

Pet. Co. hi. lib. 3. Reg. ca. 10.

2. Reg. 7.

Eccle. 10.

* præ

gines Cherubim,ac palmarum diuersarumq; rerum, vt infrà exprimitur. sed & picturæ atq; sculpturæ illæ,erãt aureis laminis subtilibus cógruenter opertæ, ita ꝙ euidéter apparuerunt. [Oñia]s.muri lapidei & trabes[cedrinis tabulis vestiebanť,] à parte interiori, [nec oĩnò lapis apparere poterat in pariete.]i.in nullo parietú templi illius quadrangularis,potuit aliquis lapis videri ab interiori(vt dictũ est)parte,quia asseribus erãt operti.[Oraculum aũt in medio domus in interiori parte fecerat, vt poneret ibì arcam fœderis dñi.] Oraculũ qñq; dicit ipsum téplum:frequétiùs tñ pars eius interior, s. sctm̃ sctórum, vocatur oraculũ, núc aũt pars intra illud existés,in qua collocata est arca,videtur oraculum appellari.ideo diciť, factum in medio domus,i.infrà templũ in parte eius interiori, i. magis distanti à parte oriétali,per quã intrabatur ad téplum. [Porrò oraculum]i. pars templi interior, quæ vocatur sctm̃ sctórum, [habebat 20.cubitos lógitudinis:]nam totum téplum habuit 60.lógitudinis cubitos,& pars eius exterior 40.vt dictũ est.[& 20. cubitos latitudinis,]sicut & pars tépli exterior,sicq; pars illa exterior fuit quadrũ æqlaterum,[& 20.cubitos altitudinis.]ex hoc videtur Hebræorum fulciri opinio,quia (vt tactum est) dicunt,ꝙ non habuit in altitudine,nisi 20.cubitos.sed expositores fideles altitudiné istam 20. cubitorum, referũt ad parieté situm inter partes templi ꝑfatùs,sicut expositum est.[& operuit illud atq; vestiuit auro *mũdissimo,]i.aureris laminis ex purissimo auro factis,ꝙ 2, Paral. vocatur aurum obrizum. vbi & additur pódus auri illius cùm dicitur, talentis 600. [sed & altare vestiuit cedro.] ꝙ exponitur de altari thymiamatis, seu incensi, super quod incendebatur thymiama ad bonu odorem in templo habendum, ne odor sacrificiorũ quæ in atrio offerebanť & incendebanť, grauaret existentes in templo, in cuius primam parté ingrediebantur sacerdotes,atq; in secundam parté ipsius pontifex solus, vt docet Apost.ad Hebr. 7. hoc altare fuit intùs solidum atq; lapideum,sed cedrinis tabulis coopertum,imò & desupèr aureis laminis tectũ,vt paulo post subditur.[Domum quoq; ante oraculum]i. exterioré partem tépli sitã cótiguè ante sctã sctórum, [operuit auro purissimo] sicut iam dictum est,abintus,[& affixit laminas clauis aureis.]aureas laminas, quas antè vocauit aurum purissimum,affixit tabulatis laterum laquearijs trabium pauiméto, ac parietibꝰ inferioris mãsionis tépli cũ aureis clauis,quorũ ꝗlibet erat 50.siclorũ,iuxta illud 2. Paral. 3. Clauos fecit aureos, ita vt singuli claui siclos qnquagenos appenderét. [Nihilq; erat in templo]de partibꝰ eius integralibꝰ, existentibus in parte seu mãsione eius inferiori, [ꝙ non auro]hoc est,aureis laminis [tegeretur,]in tm̃, vt vultus intrantium faceret auri lumine resplédere,vt in Scholast.fertur hist. De quantitate aũt seu spissitudine laminarũ illarũ aurearum, nó legitur alıqd certum. [sed & totum altare oraculi,] videlicet altare thymiamatis seu incési ꝑfatum, quod erat in exteriori parte tépli,[texit auro.] & illud altare vocatur altare oraculi, non ꝙ fuerit situm intra sctm̃ sctórum,seu in parte inferiori ipsius templi,sed quia stetit ante oraculum extra & prope illud, & qm̃ vapor, odor seu fumus indè asscendens, intrauit oraculum,i. sctm̃ sctórum per modum ꝓhabitum. At verò 2.Paral. 4. habetur: Fecit quoq; altare æneum 20.cubitorũ lógitudinis,& 20.cubitorum latitudinis,& 10. cubitorum altitudinis,ꝙ stetit in atrio sacerdotum,sicut ibidèm expositum est, & super illud holocausta cóburebanť, alia quoq; sacrificia offerebantur in eo. Incensum verò & holocaustum,aliqñ pro eodem accipiuntur, qm̃ holocaustum incendebať totaliter. sed nnuc altare incensi, pro altari thymiamatis sumptum est,qa & thymiama cremabatur super altare illud, prout super Exodum plenius dictũ est.[Et fecit]i.posuit,[in oraculo] vtpotè in parte templ inferiori, [duos Cherubim,]q secundũ Hebræos erant formati instar pulchrorũ splendidorumq; iuuenũ.Sed Iosephus ait,ꝙ erãt formati ad similitudiné auiũ hoibus nunq̃ ostensarũ, sed Mosi in visióe imaginaria,qua vidit Deum quasi in sublimi solio residenté, [de lignis oliuarum:] idcircò non erant aurei,vt Cherubim quos Moses fecit,de quibꝰ Exo.25.dñs iubet,duos Cherubim aureos & ꝓductiles facies.[10.cubitorum altitudinis]sic ꝙ vnusquisq; Cherub habuit altitudiné 10.cubitorũ, & stabãt super pauimétum in lateribus arcæ.[Quinq; cubitorũ ala Cherub vna, & 5.cubitorum ala Cherub altera.]i, qlibet Cherub habuit alas duas, & q̃libet ala fuit 5. cubitorũ in lógitudine sua,ita ꝙ simul habebãt lógitudiné 10.cubitorũ,& tanto spatio distabãt summitates seu extremitates alarum illarũ expensarũ ab inuicèm. & hoc est ꝙ in litera subditur:]i. 10. cubitos habentes à summitate alæ vnius, vsque ad alterius alę summitaté. [Decem quoq; cubitorum erat Cherub secundus in mensura pari] quia eodé modo fuit dispositus & formatus in lógitudine sua & alius,vt primus. vndè subiungiť:[Opus vnũ]i. similis formatio,[erat in duobus Cherubim,i.in altitudinem habebat vnus Cherub 10. cubitorũ, & similiter Cherub secúdus. posuitq; Cherubim in medio tépli interioris.]i.in medio interioris partis totius templi, cuius interior pars vocať hìc téplum interius, sicq; arca stetit inter duos hos Cherubim. [Extedebãt aũt alas suas Cherubim, & tangebat ala vna parietem] vnum,i. ala vna vnius Cherub, extésa fuit vsq; ad murum templi meridionalé.[& ala Cherub secundi,tangebat parietem alterum.]i.murũ oraculi seu sancti sanctorum aquilonarem.[Alæ aũt al-

*purissimo 2. Paral. 3.

Pet. Cõ.hi. lib. 3. Rge. cap. 11.

Exod. 25.

Iose. lib. 7. an.iu.ca.8.

alteræ in media parte templi se inuicē contingebāt.]i. alia ala vnius Cherub tāgebat alteram alā alterius Cherub, ita ꝙ alæ illę non erant directè extensæ in altum, sed trāsuersaliter versus arcā quam & operuerūt. sicq; 4. alæ illæ fuerūt extēsæ per totam latitudinē sancti sanctorum, cuius latitudo (vt patuit) fuit cubitorū 20. Hinc 2. Paral. 3. scribitur, ꝙ extēdebantur per cubitos 20. alia quoq; aliqua scripta sunt ibì de Cherubim istis, quæ hîc non sunt descripta, sicut ecōtrà, quæ diligēs lector simul cōsideret. [Texit quoq; Cherubim] istos [auro,]i. laminis aureis. alæ verò istorum Cherubim, vt aliq dicunt, aureæ erāt. [& oēs parietes templi per circuitum sculpsit varijs cælaturis & torno,]i. cum instrumēto sic dicto. Dictū est nanq; ꝙ in tabulis illis cedrinis, qbus muri inferioris partis tēpli erāt operti, sculptæ, formatæ siue cælatæ erāt ꝓminentes imagines. [Et fecit in eis Cherubim, & palmas, & picturas varias, quasi ꝓminētes dē pariete & egrediētes. vndè & 2. Paral. scribitur: Sculpsit in eis palmas, & quasi catenulas se inuicē complectentes, & cælauit Cherubim in parietibus. [sed & pauimentū domus] de quo 2. Paral. 3. legitur. Strauit pauimentū tēpli p̄ciosissimo marmore decore multo, [texit auro intrinsecùs & extrinsecùs]i. tam in parte tēpli interiori, q̄ exteriori, operuit pauimentū illud lapideū aureis laminis. [Et in ingressu oraculi]i. in pariete, per quē transibāt ab exteriori parte templi sc̄tm̄ sc̄tórum, [fecit duo ostiola,] quæ dicūtur ostiola, qm̄ parua erāt respectu ianuarum, per quas fuit ingressus ab orientali plaga in exteriorem templi partem. [de lignis oliuarum, postesq; angulorum 5.]i. ipsos postes ita formauit, ꝙ quilibet postis secundū lōgitudinē
Pet. Cō. hi. lib. 3. Reg. cap. 16. suam habuit angulos 5. & vt in Scholast. fertur hist. in 5. angulo medio, hoc est, in medio anguli 5. cardines stabāt affixi, circa quos ostiola mouebantur. Veruntn̄ quidam exponunt ita supplendo, & postes angulorū erant 5. supple, cubitorum.] & 2. ostia de lignis oliuarum. Et sculpsit in eis picturā Cherubim] sicut expositum est, [& palmarum species, & anaglypha valdè ꝓminentia,]i. eminentes picturas seu ꝓminentes cælaturas, [& texit ea auro,]i. laminis aureis, [& operuit tam Cherubim q̄ palmas & cætera auro. fecitq; in introitu templi]i. in pariete orientali, per quē intrabatur in primā & exteriorē templi partem,] postes de lignis oliuarum quadrāgulatos:]i. 4. angulorū. & sic postes oraculi, qui erat 5. angulorū, erāt ornatiùs facti q̄ isti, sicut oraculū sancti⁹ fuit. [& 2. ostia de lignis abiegnis altrinsecùs.] Nā inter ostia illa situs extitit postis firmùs & grādis, ad quē claudebantur. sicq; vna ianua fuit ex vna parte postis illius, & alia ex altera postis parte: idcirco dicuntur fuisse altrinsecùs. [Et vtrunq; ostiū duplex erat, & seinuicē tenēs aperiebatur.] quod duob⁹ modis exponitur. Primò, qa vnū pēdebat in exteriori parietis superficie, & aliud in superficie eiusdē parietis interiori ꝓpe ostiū iam p̄fatum. Secundò, ꝙ vtrunq; ostium fuerit de duab⁹ partibus fortiter sibi connexis, ita ꝙ vna pars ianuæ poterat claudi, alia aperta manente, sicut in ostijs quæ fracta vocantur, videmus: & iuxta hunc duplicē sensum, etiam ꝙ dictum est de ostiolis oraculi, dupliciter explanatur: quia secundū quosdam, ambo ostiola erant in eadem parietis parte, vnum in exteriori superficie muri, aliud in interiori, sic ꝙ dum ambo clausa fuerūt, videbaẗ paries ille ex vtraq; parte continuus: secundū alios aūt erāt sic posita, ꝙ vnum stetit iuxta latus meridionale oraculi, aliud iuxta latus aqlonare in muro oraculi, qui diuidebat inter sc̄tm̄ & sc̄tm̄ sc̄tórum. [Et sculpsit Cherubim & palmas & cælaturas valdè eminentes, operuitq; oīa laminis aureis opere quadro] ꝓut forma eorum quæ operiebantur, exegit, [ad regulā.] hoc est, ad lineā. vel aureæ illæ laminæ factę fuerūt quadrāgulari figura cum lineali directiōe. De p̄fatis ostijs scribit
Pet. Cō. hi. lib. 3. Reg. cap. 10. Psal. 17. Iose. lib. 8. an. iu. ca. 3. Magist. in hist. Fores istæ tātæ fuerāt venustatis, vt etiā Dauid ꝓphetans de tēpli destructiōe, eas noīatìm expresserit, dicēs: Exciderūt ianuas eius. atq; vt Iosephus ait, nō erat in eis lignū maius palmo, ꝙ fortè notatur in lib. Reg. cùm dicit, opere quadro ad regulā. & erat altitudo earū 30. cubitorū secundum altitudinē inferioris cœnaculi seu partis tēpli. sed quia dicit latitudinē earum fuisse 20. cubitorū, videẗ stare non posse, qm̄ tanta extitit tēpli latitudo, sicq; ab oriēte non fuisset murus. sed ex lib. Reg. patet determinatio, vbi sic legitur: Ostiū duplex erat, & seinuicē tenēs operiebaẗ. Erat equidē latitudo muri 10. cubitorum, & apertura, in qua ianuæ erāt, similiter 10. & ita in muro oriētali altrinsecùs supererāt 5. cubiti. In apertura verò erant 4. fores, duę extrinsecùs, & duę intrinsecùs, quarum vnaquæq; habuit latitudinē 5. cubitorū, & erant tam artificialiter positæ & clausæ, quasi continuū parietē facerēt. Intùs aūt & extrà apertæ, sibi in medio muri obuiabāt, & totā latitudinē eius tegebant: tamq; artificiosè mutuò adhærebāt, ꝙ qn̄ claudebātur exteriores, claudebātur simul & interiores. Nullus em̄ nocte in tēplo remāsit, q claudere eas interiùs. Cumq; aperiebanẗ exteriores, aperiebanẗ simul & interiores. Propterea dictum est: Ostium duplex erat, & seinuicem tenēs, aperiebatur. ¶ Insuper patet ex dictis in isto cap. & ex his quæ Exo. 25. scribuntur, ꝙ Cherubin isti in tēplo Salamonis, & Cherubin qui erāt in tabernaculo Mosis, cōueniebāt in forma & situ: qa eodem
Exod. 25. modo erāt dispositi & alati, & ex vtroq; latere arcæ locati: sed differebāt in materia & qātitate. Nā Cherub. quos Moses fieri iussit, erāt parui & aurei, isti verò magni & lignei ac deaurati atq; sub alis suis cōtinebāt arcā ac Cherubin factos sub Mose. [Et ædificauit atrium interius]

hoc

hoc est, iuxta téplum murauit atrium, quod atriũ fuit muro clausum. Vndè subiungitur: [tribus ordinibus lapidum politorum,] ita q̃ in spissitudine, vel (vt aptiùs dicunt) in altitudine muri erant tres ordines lapidum politorũ, hoc est, lapides politi, diuersorum colorũ triplici ordine collocati. [& vno ordine lignorũ cedri,] hoc est, lignis tabulísve cedrinis sub vno ordine sitis interiùs. Ad intelligentiã huius valet, q̃ in Schol. hist. fertur hist. Plura (inquit) fuerũt atria circa téplum, sicut Psal. 133. legitur: Qui statis in domo dñi, in atrijs domus Dei nostri. Pet. Cõ hi. lib. 3. Reg. cap. 14.
De interiori aũt atrio fit hîc tm̃ mẽtio. De eodẽ & de secundo tractat Iosephus, p̃ter quæ duo fuerũt & alia atria duo. Itaq; atriũ istud interius erat platea grandis, ex om̃i parte circa téplũ Iosc. lib. 8. an. iu ca. 3.
diffusa p quadrũ, hoc est, quadrata in gyro tépli, sicut & téplũ erat in quadro formatũ, eratq́; platea illa altera parte lõgior, sicut & téplum: & ante fores templi ad orientẽ plurimũ extendebatur, qm̃ ibì stabat altare holocaustorũ æreum & mare, in quo lauabãt se sacerdotes, & luteres, in qbus hostię lauabãtur, atq; ibidèm sacerdotes ac Leuitæ coram dño (astãte populo) ministrabãt, & circa vtrunque latus tépli nõ erat tam magna. Ab occidente verò strictior erat. pauimentũ aũt vario marmore stratum erat, & diuersis imaginibus venustatum: & breuis murus cingebat ipsum, q murus fuit in altitudine 3. cubitorũ, eratq; cubitus vnus de lapidib' vnius coloris, cubitus secundus de lapidibus alterius coloris, & tertius tertij. Interiùs quoq; murus iste vestiebatur cedro, & politus fuit murus per gyrum in extremitate huius, vt cæteros à ministris diuideret, & ab ingressu atrij huius p̃hiberet. Ad hunc murum se appodiabãt psallentes, & cõuersi ad populũ, alloquebant̃ eundẽ. [Anno 4.] regni Salomonis [fundata est domus dñi,] hoc est, incepta fieri, vt patuit in exordio hui' capitis. [mense Ziph, & in anno 11.] regni eius [mense Bul] vel (vt aliq dicũt) Zebul. [ipse est mensis octauus] 11. anni p̃lati, cui mẽsi correspondet secũdum nos September, vt dicit Beda, seu partìm October, vt aliqui dicunt. p̃fecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus suis, ædificauitq́; eã annis 7.].

¶ De spirituali & mystica expositione huius cap. 6. Art. 10. Beda

PEr hoc quod Salomon rex opulentus ac sapientissimus, ædificauit Deo speciosissimum ac preciosissimum templum: præfiguratum fuit, q̃ Christus, in cuius manu sunt regnum, potestas & imperium, ædificaret Deo patri seu superbeatissimæ Trinitati pulcherrimum incomparabilis preciositatis, dignitatisq́; templum, vniuersalem Ecclesiam, quam toto terrarũ Dan. 7.
orbe per Apostolos per fidem, charitatem, & gratiam congregauit, pro cuius salute preciosissimum proprij sanguinis effudit ac dedit thesaurum, de quo à Zachar. 6. prędictum est: Eccè Apoc. 1.
vir oriens nomen eius, & ædificabit templum dño. Quemadmodũ aũt Salomon fecit téplum in monte Moria, sic Chr̃s in sublimitate gratię ac virtutum, in apice cõtemplationis, in charitatis perfectiõe statuit, construxit & cõsummauit Ecclesiã suam. ¶ Deniq; per hoc q̃ in area Ornan Iebusæi templũ Salomonis constructũ est, pręsignatum videtur, q̃ in terra gentilitatis Ecclesia est diffusa. At verò per hoc, q̃ téplum Salomonis quadrangularis fuit figuræ, p̃monstrabatur, q̃ Ecclesia Chr̃i æqualitate & iustitia ornaretur, & 4. virtutibus cardinalibus ad p̃claram pertingeret quadraturã. per longitudinẽ templi, lõganimitas Ecclesiæ in expectatione futuræ beatitudinis denotatur: per latitudinẽ, charitas, q ad oẽs extẽditur, & inimicos cõplectit̃: p altitudinẽ, p̃fectio insinuatur internorũ p̃fectuum, sublimitas contẽplationũ, vertex diuinorũ charismatum: per porticum tépli, status incipientiũ: per primã tépli partem, status p̃ficientiũ: per partem tépli interiorem, status p̃fectorũ exprimitur, per fenestras tépli obliquas, intelliguntur libri sacræ scripturę, illuminãtes Ecclesiam: vel ipsi p̃dicatores, q lumen veritatis pandunt hoĩbus, & solẽ iustitiæ adducunt credentib'. sed quia in scripturis est q̃dam obscuritas, atq; in p̃dicatoribus ac p̃latis cognitio imperfecta, quia per speculũ in ænigmate videt̃: culparum quoq; admixtio ac defectus iustitiæ inuenitur in eis, rectè fenestræ istæ dicũtur obliquæ. Vndè & Esa. 64. Vniuersæ inquit, iustitiæ nostræ quasi pãnus mẽstruatæ. Insup, 1. Cor. 13.
per tres tépli mansiones seu partes ab infimo vsq; ad supremũ, significantur tres status fidelium, vtpotè coniugatorum, religiosorum, ac p̃latorum: inter quos, coniugati sunt infimi, religiosi medij, p̃lati supremi. Per parietes tépli, signãtur diuersæ gentes, ex quib' cõstat Ecclesia: p pauimentũ, sc̃tã humilitas multipliciter decorata: per deambulatoria, diuina p̃cepta & Euãgelica Chr̃i cõsilia, in quib' & per quæ salubriter ambulatur ac tenditur ad salutẽ: per latera & appodiamenta à casu p̃seruantia, intelliguntur discretio, timor Dei, custodia cordis, Matth. 7.
oratio ardẽs, & cõfidentia iugis in dño: per atrium tépli, occupatio fidelium in exterioribus rebus, per quã ab arcta vita salutis frequenter receditur: tñ ne nimium recedatur, per murũ atrij, regimen pastorale muniẽs ac circundans gregẽ fidelium, rectè accipitur, per q̃ à damnabili p̃seruantur ac cohibentur recessu. Tabulæ cedrinæ quibus parietes sunt opertæ, designãt exteriorum exemplaritatẽ, & virtuosæ famæ odorẽ, per quas efficimur bonus Chr̃i odor in 2. Cor. 2.
om̃i loco, proximisq; suaues: atq; nosipsos ac proximos, ac vitiorum putredine p̃seruamus, dæmones quoq; persequimur & fugamus. Deo etenĩ cõscientiæ puritatem, proximis exemplaritatem ac bonam tenemur famam. Nempè vt asserit Glossa, Cedrus est imputribilis ar-

 bor,

bor, boni odoris, iucundi aspectus: quæ accensa, suo odore fugat perimitq; serpētes. Trabes sunt grādia illa diuinæ pietatis auxilia, angelicarum potestatum subsidia, pſidentiū sustentamēta, qbus in electis cōseruātur, deportātur ac roborant virtutes, gradus & status fidelium. [Dom⁹ aūt cùm ędificaretur, de dolatis & pfectis lapidibus ædificata est.] Nō enī aliqs Chr̄o atq; Ecclesiæ potest salubriter incorporari, nisi in baptismo aut pœnitētię sacramento ab inculta, rudi & cruda cōuersatione sua pristina, originalíve culpa mundatus, & fide, spe ac charitate ornatus. [Et malleus & securis & om̄e ferramentū, nō sunt audita in domo dum ædificaretur:] quia fideles capiti suo Chr̄o ac matri suæ Ecclesię incorporant qeta & interiori ac insensibili operatiōe spūssancti, p vitiorum expulsionē & infusionē virtutū. Spiritalis nanq; & interna est ædificatio ista, sicut ait Apost. Ephe. 4. In Chr̄o oīs ædificatio cōstructa crescit in tēplum sc̄m in dn̄o, in quo & vos coædificamini in habitaculū Dei in spū sc̄tō. Per ostiū templi intelligitur fides, quā primò ac firmiter oportet habere: vel baptismus, qui est ianua sacramentorū, vel Chr̄s, qui ptestat Ioan. 10. Ego sum ostiū ouiū. [Et per cochleam ascendebāt] per cochleam designatur difficilis ad virtutum pfectum ac pfectionē ascensus. Ars quippe & virtus sunt circa difficilia, & in ascēsu nostro ad veram felicitatē non itur semp directè, sed frequēter hincindè gyratur, tardè pceditur, tortuositates occurrūt, quib⁹ oportet resistere, nec coronatur nisi q pualet. [Texit quoq; domū laquearijs cedrinis.] Laquearia ista, sunt or

2. Tim. 2. nata ac dulcia dona spūssancti, quib⁹ & ipsæ virtutes pficiuntur & expediūtur, ac ipsi fideles, dirigibles ac dociles à spū sc̄tō reddunt, sicut in Euāg. Ioan. 6. ait Saluator: Erūt oēs docibiles Dei. Et Psal 142. Spūs tuus bon⁹ deducet me in terram rectā. [& ædificauit tabulatū sup oēm domum.] Tabulatū istud altissimū toti Ecclesię eminens, est conuersatio Chr̄i in seculo isto, q̄ nullus valet plenariè imitari. Rursus, Tabulatum seu deambulatorium vel domiciliū istud est charitatis pfectio, mystica theologia, angelica & cælestis cōuersatio ducta in carne, vt quidam fatetur: Nostra, inquiēs, cōuersatio est in cęlis. Deniq; tria deambulatoria illa, designāt tres vias pueniendi ad totius fontē salutis. Prima & infima est via mandatorum. Secunda est

Philip. 3. pfessio & cōuersatio religiosorū cœnobitarū in societate viuētiū. Tertia Anachoretarū, quorum vita est sup hoīem, cùm homo sit naturaliter animal sociale ciuile. [& operuit domū lignis cedrinis,] Ligna cedrina sunt hoīs sublimis dignitatis, exemplaris ac dulcis conuersationis, synceri ac integri cordis: quib⁹ Ecclesia operit, dum tales cæteris pficiuntur. [& texit pauimētū domus tabulis abiegnis,] queādmodùm p pauimētum humilitas, quæ in basso & imò se collocat, designatur, sic p abietem arborē altam, magnanimitas insinuat, quæ diuinæ oipotentiæ innitendo auxilijs, in summo se figit. Deus aūt mira moderatione disponit, vt in electis suis humilitas magnanimitatē non excludat, & magnanimitas humilitatē pficiat ac venustet. Insupèr, per hoc, q exterior pars templi, fuit interiori parte ipsius in duplo maior ac longior, figuratur, q in Ecclesia multo plures sunt seculares & cōiugati, q̄ spiritales ac religiosi. Per arcam significatur Chr̄i humanitas, seu eucharistiæ sacramentū, vel mēs viri heroici: quæ

1. Cor. 13 arca in oraculo ponitur, quia in secretiorib⁹ Ecclesiarū locis, atq; in deuotissimis Dei seruis Chr̄s homo ac sacramentū custodiunt. [Altare vestiuit cedro.] Altare, est fides, in qua quicquid boni agimus, Deo offerimus: vel charitas, sine qua nil meritorium & Deo acceptum est: seu Chr̄us, in cuius merito Deo oīa nostra sacrificia immolamus. Huius altaris operimentū & vestit⁹ ac decoratio, est deuotionis suauitas, feruor orationis, cōuersatio sacrificijs correspōdens. [Domū opuit auro purissimo.] i. Chr̄ifideles fide & opere, Chr̄ianos tegi t ac pficit dn̄s syncero ac spiritali amore, de quo fertur Apoc. 3. Suadeo tibi emere aurum ignitū, pbatum. [Et fecit duos Cherubim,] per quos intelligūtur excellentes illuminatiōes atq; sciētiæ vtriusq; testamēti, ac dignitates angelicæ, & supnorum obsequiū ciuium aut etiam sacerdotū qui in scripturis angeli nuncupant, qui ad Chr̄i obsequia sunt parati, & in ipsum respiciunt, dum om̄e q operantur, ad eius honorem & gloriam recti intētione ordināt ac reducūt. Alæ

Malach. 2. Cherubin, sunt agilitates eorum, ad exequendū celerrimè quicqd iusserit cōditor Deus: vel subsidia obseqiq; ipsorum, quib⁹ & creatori iugiter obsequunt, & militanti Ecclesiæ suffragantur, ac sibi cōmissos custodiūt, obumbrāt ac tegūt: ideò alæ Cherubin tāgebant parietes, sed & ala vnius alā alterius: qa concorditer faciunt hæc, & sibi inuicèm cooperātur, charitate quoq; nectunt, & totā militantē pambulabant ac circundāt Ecclesiā. Qui tecti sunt auro, i. ardētissima charitate. [& sculpsit varijs cælaturis.] p oēm illam tēpli picturam & cælaturam, rectè accipiuntur multi ac magni ornatus Ecclesiæ in fructibus & beatitudinibus, in desiderijs sanctis, in operibus supererogatiōnis, exercitationibusq; internis & aspirationibus ac occu-

Isidorus pationib⁹ mentis in Deo assiduis. Vndè Cant. 2. loqtur spōsa: Fulcite me floribus, stipate me mâlis, qa amore langueo. q̄ & per anaglypha exprimuntur. Nempe vt ait Isidorus, Anahlypha sunt vasa escaria sursum sculpta ἀπὸ τῦ ἀνὰ, q est sursum, & γλύφω sculpere. Et vt asserit Beda. ἀναγλυφα Græcè, Latinè dicuntur cælaturæ, qbus infigi Cherubin facit, q puritatem angelicā

Beda edocet esse sectandā, pſertim religiosis & clericis ac platis, quatenùs q gradu ac ordine pminent

bent alijs, ꝑpolleant & virtutum operibus. [Nihilq; erat in templo ꝙ non auro tegeretur.] sic nemo est in ecclesia, tan꜄ viuum ipsi⁹ membrum, & fide ac merito, nisi q charitate resplēdet, Sapie. 7.
& salutari sapiētia decoratur: siquidem neminem diligit Deus, nisi q cum sapientia inhabitat Sapi. 13.
& vani sunt oēs, qbus non subest scientia Dei, q per Oſe. 4. testatur: Quia tu sciētiā repulisti, repellam & ego te, ne sacerdotio fungaris mihi. [Sed & pauimentū domus texit auro.] Vera Prouer. 11.
nanq; humilitas semper charitate ornatur. Et rursus veraciter ait scriptura: Vbi humilitas, ibi & sapientia. [In ingressu oraculi fecit duo ostiola:] per q̄ designant vita ꝑlatica & contēplatiua monastica, per quas ad interiora pertingit. Rursus, ostiola ista sunt humiliatio ꝓfunda sui ipsius, & timor diuinæ maiestatis, per quæ ad secreta altissimi cōtemplanda intratur. Ostiola quoq; sunt, lumen naturæ & lux gratiæ, per quæ ad lumen gloriæ itur ac peruenitur. Postes demū & columnæ, sunt maiores & perfectiores, q portare possunt minorū imbecillitates. qui postes esse debēt de lignis oliuarum, i. personæ gratia pietatis & lumine sapiētiæ decoratæ, vt nouerint quib⁹ & qualiter debeant cōdolere, ita vt bonitate, disciplina, discretiōeq; vigeant, & vinum rigoris, oleūq; dulcoris ꝓportionatè cōtemperēt. [& duo ostia de lignis abiegnis.] duo ostia, intelligi possunt obseruatio ꝑceptorū, atq; impletio consiliorū, iuxta illud Mat. 19 Si vis ad vitā ingredi, serua mandata. Itemq; Lu. 9. Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Iterum, ostia sunt pastores ac ꝑdicatores, ꝑsertim Apostoli & ꝓphethæ, vel patiētia in aduersis, & cōstantia in ꝓsperis. [Et vtrunq; ostium duplex erat] i. per fidē & operationē distinctū, charitate Dei ac proximi copulatū, intùs & extrà illuminatum. [& se inuicē tenens, aperiebatur,] qm̄ vnum istorum fulcitur ac adiuuatur ex altero, sicq; ad ꝓfectū procedunt. [Et operuit oīa laminis aureis.] i. charitatiuis affectib⁹, sine quibus nil meriti sortirētur. affixæq; erāt aureis clauis, i. incitamentis ac motib⁹ filialis timoris ac sancti amoris, quib⁹ nil fortiùs ligat, 1. Cor. 13.
nectit aut penetrat. Vndè & scriptum est Psa. 118. Cōfige timore tuo carnes meas. vel claui aurei, sunt verba diuinæ scripturæ ac salubria documenta, per q̄ homo adhæret virtutibus, cōpūgitur & vnitur. Hinc Eccl. 12. scriptū est: Verba sapientū quasi stimuli, & quasi claui in altum defixi. [Aedificauitq; eam annis 7.] Septenario vniuersitas designatur, iuxta illud Tob. 12. ꝙ Raphael dixit: Egò sum Raphael angelus, vnus ex septem qui stamus ante dn̄m. Atq; Apoc. 1. Et à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. Chr̄s aūt ecclesiam suam ędificat per totum tempus seculi huius, queadmodum cōtestatur Mat. 28. Eccè ego vobiscū sum cunctis dieb⁹ vsq; ad consummationē seculi. Quā & septē donis spūſſctī cōstruit, perficit & sustētat.

¶ Declaratio literalis cap. 7. Domum autem ædificauit Salamon. Art. 11.

HVius capituli exordium describit ędificia illa regalia, q̄ Salomon fecit pro se & coniuge sua & pro commodis suis. Deindè reditur in isto capi. ad describenda instrumenta cultus diuini, & vtensilia templi, ac rerum quarundam contentarum in eo. [Domum autem suam] i. regale palatium cum attinentijs suis, [ędificauit Salamon 13. annis, & ad perfectum vsq; perduxit.] non ꝙ domus sua fuerit preciosior aut pulchrior templo & attinentijs suis, imò econtrariò fuit, sed quia adhuc erat multum deuotus, ardentior fuit circa ea quæ Dei sunt, q̄ circa ꝓpria: multoq; plures operarios habuit simul occupatos ad templi, q̄ ad palatij sui, constructionem. Populus quoq; fertur fuisse feruentior circa structuram templi, q̄ domorum regalium: sed & necessaria pro templo ædificando, erant Salamoni præparata à Dauid: non aūt pro alijs domibus construendis, facta fuit ei talis prouisio. Sequitur de secunda domo regali, non quod in ea commoratus sit rex, sed in ea reposuit aliqua preciosa, quę infrà tangentur. 2. Reg. 7.
[Aedificauit quoq; domum saltus Libani,] quæ domus interdum vocatur domus saltus, interdum domus Libani, aliqn̄ domus saltus Libani, quia constructa fuit de lignis Libani montis seu syluæ circumiacentis. saltus nanque pro sylua accipitur. De quantitate aūt & dimensionibus domus saltus, subiungitur: [100. cubitorum longitudinis,] sicq; longior fuit templo, ꝙ 3. Reg. 6.
habuit 60. cubitos longitudinis, vt in principio præcedentis cap. recitatur. [& 50. cubitorum latitudinis,] latitudo aūt templi fuit cubitorum 20. [& 30. cubitorum altitudinis.] templum verò fuit altitudinis 120. cubitorum, vt 2. Paral. 3. habetur. Veruntn̄ quod domus saltus, dicit in altitudine cubitorum fuisse 30. quidam exponunt, ꝙ tanta extiterit altitudo ipsius vsq; ad eius solarium, quod vocatur mansio secunda, quia in duas mansiones fuit ascendendo diuisa, habens tm̄ vnum solarium. Tectum quoq; ipsius fuit planum, iuxta consuetudinem Palestinæ, cuius pars fuit Iudæa. [& 4. deambulatoria inter columnas cedrinas.] In vtraq; etenim mansione domus istius, erant 3. cedrinarum ordines columnarum secundum longitudinem mansionum: sicq; tam inferius quam superiùs inter ipsas columnas erant deambulatoria duo, & inter columnā ex vna parte extremā, & parietē sibi ꝓximū, fuit deambulatorium vnū similiter inter columnā in alia parte extremā & parietem sibi vicinū. Vndè subiungitur: [ligna quippe cedrina exciderat in columnas,] i. de ipsis cedris fecit columnas in domo ista. [& tabulatis cedrinis] i. asseribus de cedro præcisis, [& vestiuit totam camerā] domus istius, videlicet superiorem concamerationem, [quę 45. columnis sustentabatur.] In quolibet nanq;

trium ordinum columnarum,erant 15.columnæ, quæ simul sunt 45. Hinc subditur:[vnus aût ordo habebat columnas 15.contra se inuicem]lateraliter [positas,& eregionê se respiciêtes] ex latere,[æquali spatio inter columnas]existête,ita ꝙ ęqualiter distabat vna ab alia,& similiter vnꝰ ordo columnarū ab alio.[& sup colūnas]posita erant[quadrangulata ligna in cunctis æqualia]in quantitate,& similia in qualitate figurę quadrangularis,quę erant ibi ꝓ trabibus sita,ad sustentandum solariū & etiam tectum planum. Deniq; ante palatium erāt tres porticꝰ: prima,palatioq; vicinior,fuit maior,de qua sequitur:[Et porticū columnarū]i.columnis sub nixā,[fecit 50.cubitorū lōgitudinis,]totq, cubitorū fuit latitudo palatij.[& 30.cubitorū latitudinis]de cuius altitudine hic tacetur.Sequit̃ de porticu secunda:[& alteram porticum]fecit[in facie porticus maioris,]i.directè ante eam. In secunda hac porticu fiebant & ꝓferebantur cōmunia quęq; iudicia.[& columnas & epystilia,]q̄ ponebant̃ in capitibus columnarum, & erant capitella ac ornamenta earum, [super columnas fecit. Porticum quoq; solij] in qua rex Salamon sedebat ad iudicandū:vndè subdit̃,[in qua tribunal est,fecit,& texit] i.intùs operuit[lignis cedrinis à pauimento vsq; ad summitatē] i.tectum.[& domuncula , in qua *sedebatur ad iudicandum,erat in media porticu]i.in medio porticus huius,seu in̄fra eam,[simili opere.]Quidam per domunculā istam,intelligunt ipsum thronum iudicialem Salamonis situm in porticu ista.Alij verisimilius dicunt,ꝙ in porticu ista erat facta q̄dam domuncula,in qua collocatus fuit thronus regis p̄fatus,de cuius formatione,dispositione, & preciositate inirà habetur.Porrò vt Rabanus ait,Solium propriè dicitur regum,thronꝰ iudicum, cathedra doctorum.Frequēter tn̄ vnum istorum ꝓ alio sumit̃.Præterea ꝓ clariori horum intelligētia aduertendū,ꝙ Mag.in hist.scribit: Domus,inqt,saltus duplex erat, i.in superiorē & inferiorē partē diuisa,vnū habēs solariū, & exduplici erat materia:pars inferior erat lapidea,& dicebatur nechota,i.pigmentaria, in qua reponebant̃ aromata & pigmenta ad vsus templi ac regiæ domus,vt ex beneficio(i.proprietate & virtute)terræ ac muri lapidei,diutiùs vigerent quasi recentia. Vndè & super Esa.31.scribit Hieronym. Pro domo Nechota quidam transtulerunt,domus thymiamatis:qdam,domus storacis.Porrò superior pars domus istius, lignea erat de lignis Libani facta:propter quod vocata est domus saltus Libani. Aliqui tn̄ putāt eam ideo sic vocatā,qm̄ circunquaq; consita erat arboribus & viridarijs miræ recreationis, iuxta densitatem seu diuersitatē & amœnitatē saltus Libani.Scriptum est em̄ 2.Par.Posuit ea,videlicet scuta,rex in armamentario,ꝙ consitum erat nemore. In hac etem̄ parte reponebātur arma,vt beneficio ligni,rubiginem non sentirent,i.non contraherēt.Nec solū ponebant̃ ibi arma ad pugnandū,sed etiam ad decorem & ostentationē regij fastus. Fecit em̄ rex Salamō 200 aurea scuta,in quorum vnoquoq; erāt 600.sicli auri,imò & totidē lanceas aureas, vt 2.Par.9. habetur. Fecit quoq; 300.aureas peltas,quarum q̄dam erant rotundæ, aliæ instar semicirculi factæ.Peltæ nanq; dicunt̃ hic media scuta,figurata instar lunæ semiplenæ. His vtebantur custodes regis,ante ostium domus excubantes:& qn̄ rex egrediebatur,p̄cedebant eum equitantes,& ferentes huiusmodi arma iuuenes flaui,quorum capilli descēdebāt vsq; ad dorsa equorum,adijcientes comis suis tincturā auri,siue vt aliqui legūt,cincturam auri,i.aurea q̄dam serta,vt eorum capita radijs solis perfusa,fulgerent ac radiarēt:Hos rex sequebatur in curru.Solebat èm̄ exire Hierusalē vsq; ad quendam locū,distantē ab vrbe duobus funiculis,i.duobus appensis.& dicebatur locus ille,hortus *Edem,i.deliciarum. ¶ Seqtur de domo reginę.[Domum quoq; fecit filiæ Pharaonis] cōiugis suæ supremæ, [quam duxerat Salamon vxorem,] q̄ & p̄ cæteris valdè dilexit,[tali opere,quali & hāc porticum:]de qua immediatè iam dictū est.non tn̄ per oīa similis fuit domus reginæ huic porticui,quia non claudebatur columnis vt porticus:sed in materia similis fuit,qa de preciosis lapidibus habuit fundamentum & muros siue parietes. Vndè subiungitur:[Oīa lapidibus preciosis,qui ad normam quandā]i.regulam [atq; mensuram]congruę quantitatis, [tam intrinsecùs q̄ extrinsecùs]i.in vtraq; superficie, [serrati erant,]i.secti & complanati, [à fundamento vsq; ad summitatē parietum,]videlicet vsq; ad solarium, [& intrinsecùs]s.in domo positi erāt huiusmodi lapides,putà in pauimēto, [vsq; ad atrium maius:]ꝙ fuit in circuitu huius domus,vel vsq; ad atrium domꝰ regis, ꝙ fuit rotundū. Atrium aūt templi erat quadratum,sicut præhabitum est. [Fundamēta aūt] domus reginæ,erant[de lapidibus preciosis]forsan marmoreis,[lapidibus magnis 10.siue 8.cubitorum]in longitudine aut latitudine.[& desupèr]videlicet super lapides illos in fundo locatos,[lapides preciosi,]forsan alterius speciei,[ęqualis mensurę secti erant]dispositi.[similiterq; de cedro.]i.ligna cedrina erant ibi disposita, [Et atrium maius rotundum] iam præfatum,[trium ordinum de lapidibus sectis]fuit,qui tripartito ordine erant situati,& vnius ordinis de dolata cedro.]i.tabulis cedrinis dolatis vestiebantur[Necnon & in atrio domus domini interiori,]fuit dispositio talis, hoc est,in atrio sacerdotum. Vndè in fine præcedētis cap. scriptum est:Aedificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum,& vno ordine lignorum cedri:sicq, ex illorum expositione verborum ibi inducta, patet sensus istiꝰ passus. [&

*sederet. vel sederet
3. Reg. 10.
Rabanus
Pet.Cō.hi. stor. lib. 3. Reg. ca.12.
Hieron.
* Eden
3. Reg. 6.

[& in porticu domus,] videlicet templi, taliter fuit dispositũ. Hæc est porticus sita in facie tẽpli, de qua præcedenti cap. scriptum est, Et porticꝰ erat ante templum. [Misit quoq; rex Salomon] ad Hiram regẽ Tyri, [& tulit] i. indè fecit sibi spontè adduci, [Hiram] operariũ artificẽ, regis ministrum, [de Tyro, filium mulieris viduæ de tribu Nephtalim, patre] eiꝰ [Tyrio] existente, i. de Tyro, & sic ex parte pr̃is fuit gẽtilis, vt litera sonare videtur: & si pater ille fuit ad cultum vnius veri Dei, seu ad Iudaismum cõuersus, excusabilior fuit illa Hebręa ꝙ contraxit cũ illo. Tñ de hoc, an s. pater eius fuit natione gentilis, pleniùs super Para. dictum est. Sed his obuiare videtur, ꝙ 2. Para. sic legitur: Misit Salomon ad Hiram regem Tyri, dicens: Mitte mihi virum eruditum, qui nouerit operari in auro & argento, &c. & posteà legitur ibi Hiram rex Salomoni inter cætera scripsisse, Misi tibi virum prudentem & scientissimum &c. sed horum concordantia facilis est, vt dicatur, quòd Salomon per literas & per nuncios rogauit & procurauit sibi mitti huiusmodi virum, sicque rex Tyri ad instantiam Salomonis misit hunc ipsum. Quòd verò hic scribitur, Salomon misisse & tulisse hunc virum de Tyro, per recapitulationem est accipiendum. Nam fecit hoc, anteꝙ̃ constructionem templi incepit. [Artificem ærarium, & plenum sapientia & intelligentia & doctrina ad faciendum omne opus ex ære] i. scientem operari in ære, imò & in auro, argento, ferro, marmore, lignis, purpura, hyacintho, bysso & coccino, & sciuit cælare oẽm sculpturam, & inuenire prudẽter quicquid in opere necessarium fuit, vt præallegato Para. continetur lib. Vndè ob tantam viri illius peritiã, Hirã rex vocauit eum patrem suum. ¶ Prætereà quæri potest, qualiter artifex ille dicatur hic filius mulieris viduæ de Nephtalim tribu, cùm in Para. asseratur filius mulieris de filiabus Dan? Ad ꝙ super præallegata Para. verba responsio est conscripta. [Qui cùm venisset ad regem Salomonem, fecit omne opus eius,] i. ædificia q̃ Salomon fieri iussit, & vtensilia eorundẽ. non ꝙ Hiram ille ꝓpria manu fecerit oĩa illa, sed tanꝙ̃ architectus, direxit cooperatores suos, & aliqua per se fecit. [Et finxit] i. formauit [duas columnas æreas,] q̃ fusiles erant, & fusæ ex ære, non ductiles: & erant cauæ, non solidæ, iuxta illud Hieremiæ: Grossitudo columnæ quatuor digitorum, & intrinsecùs caua erat. [decem & 8. cubitorum altitudinis] fecit [columnam vnam,] tantæ quoq; altitudinis fuit & alia. Verùm his obuiare videtur illud 2. Paralipom. Triginta & quinq; cubitos altitudinis habebant. Respondetur, quod stipes vtriusq; columnæ habuit decem & octo cubitos in altitudine, vt hic fertur, & præter stipitem, quęlibet habuit basim & caput ac capitellum, longitudoq; capitis fuit quatuor cubitorum, vt aliqui dicunt, tñ in Paralip. legitur: Porrò capita earum, 5. cubitorum: Longitudo quoque capitellorum, quinq; cubitos continebat, vt in textu hic scribitur: ex quibus relinquitur, quod longitudo basis, de qua scriptura non loquitur, fuit septem seu octo cubitorum. [& linea duodecim cubitorum ambiebat] i. circuibat [columnam vtranq;.] Hoc aliqui sic exponunt, ꝙ quælibet columna continebat in circuitu seu rotunditate sex cubitos: sed verius perhibetur, ꝙ q̃libet in gyro rotunditatis suæ, continebat 12. cubitos, cùm in Hieremia scriptum sit: Decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna, & funiculus 12. cubitorum circuibat eam. Quidam verò istos duodecim cubitos lineę seu funiculi, addunt cubitis columnarum, dicentes, quod erant triginta cubitorum. sed ineptè hoc dicunt, quia in Paral. scriptum est manifestè, quod erant triginta quinq; cubitorum in altitudine. In isto quoq; cap. & in Hieremia fertur, ꝙ duodecim cubiti erant in circuitu columnarum, qñ videlicet aliquis voluit cingere eas. Attñ per lineam duodecim cubitorum, ambientem ipsam columnam, quidam intelligunt lineam opere fusili circunductam columnæ in medio eius, quod alijs non videtur, quia ab Hieremia linea illa vocatur funiculus, quo noĩe designatᷣ mensura [Duo quoq; capitella fecit, q̃ ponerentur super capita columnarum fusilia ex ære] i. vnicuiq; columnę fecit vnum capitellũ ęre fusum, imò totũ columnarũ capitellorũq; opus, formatum fuit per fusionẽ, non per malleorũ percussionem. [Quinq; cubitorũ altitudinis] fuit [capitellum vnũ,] similiter aliud. Nã subditur, [& 5. cubitorũ altitudinis capitellũ alterũ, &] sic facta erant [q̃si in modum retis & catenarum sibi inuicèm miro opere contextarum,] Circa ꝙ ait Petr. Comest. Latera capitelli ex oñi parte in modum retis & catenarum erant cõtexta, tam artificiosè, vt retia & catenæ magis viderentᷣ apposita, q̃ insculpta: vel quia solida non erant, sed concaua, perforata vndiq; fusa sunt, vt connexiones formã retis præferrent. Hinc 2. Par. fertur, & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum, ꝙ ibidèm diffusè expositum est. [vtrunq; capitellum columnarũ fusile erat, septena versuum retiacula in capitello vno] erant, [& septem retiacula in capitello altero:] i. septem ordines habentes eandem cælaturã, occupantes in gyro totum capitelli circuitũ vel septem ordines isti, erãt dispositi, ascendendo à parte capitelli inferiori, ita ꝙ omnes illæ protractiones, erant eodem modo cælatæ, considerariq; poterant ex omni parte per transuersum siue per longum. sicq; versus vocãtur hic, lineæ ꝓtractæ in latitudine ad modum versuum in eadẽ linea ac latere cõscriptorũ. Hinc alij dicunt, ꝙ versus sumitur hic pro ordine, sicut & in Exodo, vbi scribitᷣ: In primo versu erat sardius, vt sit sensus, septẽ versuũ retiacula, i. septem

Marginal notes: Ibidem (beside "Misit quoq; rex Salomon"); 2. Paral. 2. (beside "cũ illo"); 2. Par. 2. (beside "Hirã rex"); Ibidèm (beside "Ad ꝙ"); Hiere. 52. (beside "Grossitudo columnæ"); 2. Para. 3. (beside "cem & octo cubitos"); Hiere. 52. (beside "Decem & octo cubiti"); 2. Paral. 3. (beside "quinq; cubitorum in altitudine"); Hiere. 52. (beside "erant in circuitu"); Ibidèm (beside "tur funiculus"); Pet. Co. hi. lib. 3. Reg. cap. 12. (beside "Circa ꝙ ait Petr. Comest."); 2. Parali. 3. (beside "pitibus columnarum"); Exodi. 28 (beside "in Exodo")

retiacula erãt in quolibet duorũ ordinũ pfatorũ.Erãt etẽm ibi duo ordines retiaculorũ,vnus sup malogranata inferiora,& alter super superiora:atq; in quolibet ordine illo fuerant septẽ partes perforatæ,q̃ retiacula hic vocãtur.Retiacula verò ,ppriè noĩantur retia parua.[Et perfecit columnas]duas pdictas,in qbus epystiliũ fuit suprà,stylus aũt seu stipes in medio, & basis inferiùs.[& duos ordines singulorum retiaculorũ p circuitum,]q de duobus retiaculorũ ordinibus pinductis exponiť,[vt tegerét capitella q̃ erant super summitaté malogranatorũ,] q̃ dependebãt pro parte sub capitellis,vt infrà patebit.[Eodẽ modo fecit & capitello secũdo Capitella aũt q̃ erant super capita columnarũ,q̃si opere lilij fabricata erant.]i.in suprema sua parte fuerant liliata,hoc est,lilij figurã habentia,erant situata[in porticu]tẽpli,vt patuit,[4. cubitorum.]Iam dictum est,q capitellũ quodlibet fuit quinq; cubitorũ,q̃liter ergo nunc dicitur,quatuor cubitorum?Ad istud quidam rñdent,hoc q dicitur hic 4.cubitorum, esse referendum ad capita columnarum,q̃ dicunt fuisse 4.cubitorum in alto,sed hoc videtur alienum à textu,quia pmittitur:Capitella aũt,&c.& rursus,quia vt allegatum est,2.Para.legitur:Capita earum quinq; cubitorũ.Ideo rñdendum ex verbis Bedę dicentis, Cum opus lilij in capitellis 4.cubitorum esse memorať,nec additur longitudinis vel latitudinis,relinqtur lectoris iudicio,vtrũ in longitudine vel latitudine intelligi debeat.Cum ergo superiùs dictum sit,altitudinem capitellorum fuisse 5. cubitorũ,restat,mensurã hãc quatuor cubitorum,ad latitudinem posse referri.[& rursum alia capitella in summitate columnarum desupèr iuxta mensurã columnæ cõtra retiacula.]Circa hoc scribit qdam:Loquiť de pdictis capitellis q̃ erant sup capita columnarum.Sed hoc videtur textui repugnare,dicẽti,& rursus alia capitella. Meliùs ergo istud referẽdum censeť ad capitella aliarum columnarum tẽpli, de qbus hucusq; specialẽ mentionẽ nõ fecit.Hinc in schol.fertur hist.De reliqs columnis vestibuli,i.porticus,modicũ agit scriptura,dicẽs,& rursus alia capitella in summitate columnarum.Fecit ergo alia capitella in summitate,i.capitibus seu super epystilia columnarum illarum iuxta mensurã columnæ,i.secundũ exigentiã ,pportionis quantitatis vniuscuiusq; columnarum illarum minorum q̃ quãto minores fuerunt in stipite,q̃ columnæ illæ duæ maiores,eo & earum capitella fuerũt minora,cõtra retiacula,i.eregione seu exopposito lateraliter aut directè ipsorum retiaculorũ,q̃ erant in columnis maioribus.[Malogranatorum aũt]i.pomorum sic dictorum,[ducenti ordines erãt in circuitu capitelli secundi.]Locus iste est multum difficilis,non propter ,pfunditatem materiæ,sed ex imaginationis defectu de re non visa,& obscurè discripta. Vndè secundum magist.in hist.ambiguum est an istud dicatur de capitellis prioribus.Multi quoq; expositores pertranseunt locum istum,sicut & alia q̃dam cap. huius obscura. Porrò Lyra circa hæc scribit: Propè inferiorẽ partẽ capitelli,erant centum malogranata superposita,& totidem dependentia eis correspondentia:sicq; vnum malogranatum superpositum,& vnum dependẽs ei corrñdens, faciebant vnum ordinẽ:ideo erãt ibi centum ordines malogranatorũ, & ducẽta malogranata:& eodem modo in malogranatis supioribus tales & tot ordines erãt, sicq; erãt ibi ducenti ordines malogranatorũ in vniuerso in vno capitello. Ideo subditur, In circuitu capitelli secundi:quod vocať secundum, respectu capitis columnæ, cui superpositũ erat:quod qdem caput vocať hic quodãmodo capitellum,respectu stipitis columnæ. Iterum antè hæc scribit:Capita columnarũ illarum,in parte superiori dilatabantur ad modũ floris lilij,& capitella ponebanť super stipitẽ quasi in medio dilatatiõis illius,& inferior pars capitelli aptabatur stipiti illi,& post aliquã eleuationem erat q̃dam dilatatio in circuitu capitelli per modum cuiusdã circuli eminentis,& super circulum illum erant septem malogranata, & sub eodem erãt totidẽ dependentia:& super circulum istum & super eius malogranata, erat quædã eleuatio strictior,vsq; quasi prope medium altitudinis capitelli,& diuidebatur in septem portiones seu partes per intermedias lineas seu circulos graciles,& quælibet pars erat perforata in circuitu subtiliter secundum varias figuras,sicut fieri solet in ostijs laternarum ærearũ & qm̃ capitella & columnæ erant interiùs concauæ,ideo lumen transiẽs per illa foramina circunquaq; ostendebat pulchritudinem operis illius.Et super istas septem portiones,quæ in litera vocantur retiacula & catenæ,eo q in retibus & catenis talia foramina & intricationes apparent,erat prope medium capitelli alia dilatatio circularis,prædictæ dilatationi omninò cõsimilis;& ibi erant centum malogranata superposita, & centum supposita, & desupèr septem portiones distinctæ ac perforatæ,sicut prefatæ:sed erant strictiores,qm̃ capitellum in ascendendo restringebatur,& in summitate capitelli erat opus simile lilio,quia videlicet figura lilij fuit ibi impressa seu sculpta.Hæc Lyra.Contra cuius verba obijci potest,quia ex eis habetur,quod in quolibet capitellorum illorum fuerunt malogranata quadringenta, cuius contrarium apparet ex eo,quod 2. Paralip.dicitur, Malogranata centum fecit,quæ catenulis interposuit.Vndè videntur in quolibet capitello fuisse ducenta malogranata duntaxat, & sic p ducentos ordines malogranatorum, intelligenda videntur ducenta malogranata linealiter sita, ordinateq; posita per capitelli circuitũ in locis duobus. Deniq; in Hieremia scriptũ est: Fue-

2.Par. 3. Beda

Pet.Co.hi. lib.3. Reg. cap.12.

Pet.Cõ.hi. stor. lib.3. Reg. ca.13.

2.Para: 3.

Hiere. 52.

Fuerunt malogranata nonaginta & sex dependentia, nec aliqd dicit ibì de malogranatis suppositis & erectis super illa pendētia. Iterum scriptū est 2. Paral. Malogranata quoq; quadraginta & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorū singulis retiaculis iūgerentur. Circa quod quidā dicunt expositores. Duo erant ibì ordines malogranatorum, & in quolibet ordine centū malogranata, & ita ducentia in duobus ordinibus. Deniq; in isto cap. infrà malogranatorū numerus quasi summariè videtur expressus, cùm dicitur: Et malogranata quadringēta in duobus retiaculis. nec alicubì ponit scriptura, ꝙ fuerint in columnis illis malogranata octingenta. Prætereà extraneum esse videtur, vt p capitellum secundum, intelligat caput vtriusq; columnæ, per respectū ad caput columnæ cui superpositum erat: qa in toto isto cap. & in Paral. loquitur scriptura de capitibus & capitellis columnarū istarum distinctè, tanq̃ de rebus diuersis. Ampliùs, paulò ante hæc verba habetur in litera, Eodē modo fecit capitello secūdo: & ibì capitellum secundū, pro capitello sumitur speciali. Ista inquisitiuè sint tacta. ¶Prætereà q̃ritur, qualiter in Hieremia dicātur fuisse malogranata nonaginta & sex, cùm in Paralip asserantur centum fuisse. Ad hoc aliqui dicunt, ꝙ quædā malogranata tēpore Hieremiæ forsan iam deciderunt. Alij dicunt, ꝙ quatuor malogranata, q̃ Hieremias omittit, ingredientibus porticum nō apparuerunt: qm̄ columnæ steterunt iuxta muros porticus hincindè, sicq; capitella parietibus iungebātur, ꝓpter quod videri nō poterant q̃dam malogranata, vndè nec exprimūtur ab Hieremia. Hanc vltimam responsionem ponit & seqtur quidā ex verbis R. Salomonis, quæ tñ responsio apparētiam modicā habet, ꝓsertim cùm ex ipsius verbis iā dictum sit, ꝙ portiones columnarum erant vndiq; ꝑforatæ, ita ꝙ lumē transiens per illa foramina, satis ostendere potuit omnia malogranata cuiuslibet capitelli, cùm & porticus fuerit luminosa. ¶Iterum q̃ritur, quomodo in Paral. dicantur fuisse quadraginta malogranata, cùm in eodem legātur fuisse centū, & in Hieremia nonagintasex, atq; in isto cāp. quadringēta? Ad quòd satìs ꝓbabiliter respondetur, ꝙ vitio scriptorū ex similitudine dictionum, textus ille Paral. sit corruptus, habendo quadraginta ꝓ quadringētis, ꝓsertim cùm in Hebræo habetur, quadringenta. Itaq; cùm in textu isto dicuntur fuisse ducenti ordines malogranatorum in circuitu capitelli secundi, potest per capitellum secundum, intelligi capitellum secundæ columnæ: & quod de eius capitello asseritur, de primo quoq; columnæ capitello datur intelligi. [Et statuit duas columnas in porticu tēpli.] hoc est, ꝓfatas duas collocauit ibidèm, vt dictum est, iuxta muros seu parietes porticus, inter quos fuit ipsius porticus latitudo. [Cumq; statuisset columnam dexteram,] i. eam q̃ fuit in dextera porticus parte, [vocauit eam noīe Iachin,] quod interꝑtatur firmitas, qm̄ valdè excellentis fuit firmitatis. [Similiter erexit columnā secūdam in sinistra porticus parte, nō sine multorum adiutorio & labore, [& vocauit nomē ei⁹ Booz,] vel (vt aliqui dicunt) Booth aut Bez, ꝙ significat robur, sicq; per duas illas columnas disignabatur regni Dauidici fortitudo, q̃ populum sustentauit atq; portauit, secundum Hebræos. [Et sup capita columnarum, opus in modum lilij posuit, perfectumq; est opus columnarū.] Porrò istæ duæ columnæ præ cæteris describuntur, ac ꝓprijs nominibus designantur, tanq̃ alijs in quatitate maiores, in qualitate ornatiores, eminentiores in multis, & ꝓpter earū mysticam significationem, de qua in sequenti articulo sermo. siquidē columnæ illæ nō fuerunt factæ aut situatæ in porticu, ad sustentandum aliquod pondus, sed ad decorē & ꝑfigurationē. Nam & infrà muros porticus stabant, & liliatæ erāt in vertice. Lilialis aūt figura, nō est ad portandum aliquod onus apta. ¶Prætereà quæstio oritur circa ꝓhabita, qm̄ dictum est, q̄libet illarum columnarum habuisse in altitudine cubitos trigintaquinq;, quod nō videtur possibile, cùm in principio ꝓcedentis dicatur capitili, ꝙ altitudo tēpli fuit tringinta cubitorum, videlicet vsq; ad primū solarium: si ergo columna vtraq; fuit triginta quinq; cubitorū, extendisset se quinq; cubitis vltra primū tabulatū solarij. Ad istud tñ aliqui tā Catholici q̃ Hebræi dixerūt, argumētum istud cōcludere: ideò posuerūt, ꝙ colūna q̄libet seorsum vnà cū sua capitello & epistylio, nō fuit nisi decē & octo cubitorū, sicut in textu insinuari videtur, cùm dicit, decem & octo cubitorū columnā vnā: atq; ad id quod 2. Paral. legit, Ante fores tēpli fecit duas colūnas, q̃ triginta & quinq; cubitos habebant altitudinis, respondēt, hoc esse intelligēdū cōiunctìm, vt si sensus, ꝙ ambæ simul erāt altitudinis tātæ, sed cōtra hoc arguunt alij, qa cùm vna habuerit ad minus decē & octo in altitudine cubitos, ambæ simul habuissent in altitudine cubitos triginta sex. ¶Prætereà, expressa altitudine columnarum, textus specialiter addit hìc de altitudine capitellorum, & in Paral. de altitudine capitum. Vndè apparet, ꝙ eorū altitudo, in altitudine colūnæ nō fuit inclusa. Ampliùs, altitudine capitellorū subtracta, nō remanēt nisi 13. cubiti ꝓ altitudine colūnę, sicq; fuisset tā grossa q̃ lōga, dēpto cubito vno, cū in textu dicit, ꝙ linea duodecim cubitorū ambiebat colūnam vnā. Verū istæ obiectiōes faciliter solui possunt. q em̄ vult istā positionē tenere, dicere potest, ꝙ scriptura in tali cōputatione nō solet minutias numeri curare, nec in Paral. scriptū est, ꝙ ambæ erant tantū vigintiquinq; cubitorum: ideò sicut numerus maior includit minorem, sic minor nō excludit maiorem. Ad aliud dice-

Marginalia: 2. Paral. 4. — 2. Paral. 3. — Hierem. 52 — 2. Paral. 3. — R. Salomō — 2. Paral. 3. — Hierem. 25 — 3. Reg. 6. — 2 Paral. 3. — Ibidem

diceretur, ꝙ scriptura primò summatìm ponit totam altitudinẽ columnarum. Deindè in speciali altitudinem capitellorũ & capitum, tanq̃ principaliũ partium, & ampliùs ornatarũ. Ad tertium poterit dici, ꝙ si columna fuisset sine capitello relicta, indecens fuisset forma huiusmodi: sed quia cum capitello suo erecta stetit, nõ apparuit indecentia aliqua. ¶ Porrò q vult primã positionem tenere, ad ꝑinductã potest instantiam respõdere, ꝙ columnæ istæ nõ steterũt infra tabulata aut solaria tẽpli, sed in porticu, de cuius altitudine scriptura non loquitur. Veruntñ Iosephus dicit, ꝙ altitudo porticus ad altitudinẽ tẽpli surrexit, seu extendebatur: ꝙ si de tota tẽpli altitudine intelligatˀ, obiectio illa est nulla: si aũt de altitudine tẽpli vsq; ad primũ solariũ, rñdent nonnulli, ꝙ porticus fuit cõstructa in parte mõtis decliui, ita ꝙ per gradˀ ascendebatur in tẽplum: & columnæ istæ stabãt in inferiori porticus parte, ita ꝙ terra fuit bassior ibì quinq; cubitis ipso tẽpli pauimẽto. Sed huic solutioni obuiare videtur, ꝙ 2. Paral. leguntˀ istæ columnæ antè fores templi stetisse. sicq́; valdè modicũ à pauimẽto templi distabãt. nec verisimile est ꝙ spatio quinq; cubitorum pauimenti extremitas, iuxta fores extiterit altior loco porticus sibi quasi cõtiguo, in quo stabãt colũnæ, ꝑsertim qm̃ Iosephus & magister in historijs cõtestantˀ, ꝙ Salomõ vidẽns cacumen montis Moria angustum, deiecit illud, atq; in aream spatijs amplioribˀ diffudit. ¶ Postremò, vt fertur, quidã Hebræi aliter q̃ dictũ est, imaginãtur de capitellorum figura, dicẽtes ꝙ erãt formata instar grossi pomelli superiùs liliati: in quorum latiori parte, dicunt fuisse duos malogranatorum circuitus, vnũ supèr, aliũ subtèr, ita ꝙ in vno capitello nõ erant nisi ducenta malogranata: ꝙ quantum ad numerũ malogranatorum, arbitror verum sed de forma seu figura capitellorum, veriùs reor ꝙ suprà inductum est, qm̃ talis forma est pulchrior. ¶ Sequitur de æneo mari, ꝙ ita vocatur, qm̃ erat aqua in vase de ære facto cõtenta. Nã iuxta Hebræi idiomatis ꝓprietatẽ, quæcunq; cõgregatio aquarum notabilis, mare nuncupatur. Interdum tñ vas illud vocatur æneum mare, eratq; lauatorium in atrio sacerdotum locatũ, in quo fuit & altare holocaustorũ, in quo lauacro sacerdotes, ministraturi in tẽplo & sacrificaturi, abluebãt manus & pedes. [fecit quoq; mare fusile] quia vas illud in quo erat aqua, fuit fusum ex ære, ꝙ Iosephus nominat cãtarum grandem in figura hemisphęrij factũ, hoc est cypho cõsimilem. [decẽ cubitorũ à labio vsq; ad labiũ,] tanta fuit latitudo ipsius ab extremitate superficiei sụperioris, vsq; ad extremitatẽ sibi directè oppositã ꝑ diametrũ. Illa quippe extremitas in circunferentia, labiũ appellatˀ. [rotundũ in circuitu] qa vt tactum est, dicitur fuisse hemisphęrialis figuræ. [Quinq; cubitorũ] fuit [altitudo eius] à labio ꝑfato vsq; ad fundum. Veruntñ eleuatum fuit à terra plus q̃ per cubitos quinq;: sed altitudo boum, super quos stetit, nõ cõputatur in altitudine ista quinq; cubitorum. [& resticula] hoc est, funiculus [triginta cubitorum cingebat illud per circuitum.] sicq́; ambitus ille fuit in triplo maior, q̃ latitudo. Nã & Geometrę probant, ꝙ circunferentia ter continet diametrum & septimã eius partem. Cùm ergo linea diametraliter ducta à labio in labium, fuerit decem cubitorũ: constat, ꝙ circunferentia fuit triginta cubitorũ, imò & vltrà plùs q̃ dimidij cubiti. sed illud modicum scriptura non exprimit, quia in numeris, mensuris atq; temporibus non cõputat ipsas minutias. [& sculptura subter labium, circuibat illud decem cubitis ambiens mare.] Nã mare illud paulatim fiebat strictius infra, ita ꝙ circa fundum habuit cubitos decẽ in gyro: & ibì secundum quorundam expositionẽ, sculptura ambiuit mare, vel si sculptura fuit iuxta labiũ, circuiuit mare nõ totaliter, sed per cubitos decem. [Duo ordines sculpturarum *historiatarum,] hoc est, historias quasdam cõtinentium, [fusiles erãt:] i. fusæ: quia literæ illæ æneæ, in duobus ordinibus circuibant mare in parte eius ꝑfata ac fusa. ¶ Porrò quidã Hebræi aliam habent imaginationẽ de forma ænei maris, vt recitat Lyra, sed non videtur curandum. [& stabant super duodecim boues,] qui erant ænei, imò & fusiles, vt 2. Paral. habetur. [E quibus tres respiciebant ad aqlonem, & tres ad meridiem, & tres ad occidentẽ, & tres ad orientẽ.] Vndè elicitur ꝙ versus quamlibet mundi plagã situati pariter erãt boues tres, capita sua ad eandẽ mundi plagã vertẽtes. [& mare super eos erat, quorum posteriora vniuersa intrinsecùs latitabant.] i. sub mari, ita ꝙ non ꝓminebant, nec apparebant. Vndè in Paral. scriptum est: Posteriora boum erant intrinsecùs sub mare. [Grossitudo autem luteris] hoc est, ænei maris, quod dicitur luter, quasi latus vter qm̃ multam in se continuit aquam, vel luter à luendo, ꝓut luere vno modo designat abluere, quia in aqua illa abluebantur manus pedesq́; sacerdotum, nõ ꝙ aquam introierunt, sed ꝙ aqua trahebatur ex mari, quẽadmodùm in lauatorijs quorundã claustralium. sicq́; intelligendum est illud 2. Paral. Sacerdotes lauabantur in mari. Itaq; grossitudo, i. spissitudo luteris [trium vnciarum erat.] hoc est, palmi seu quatuor digitorum. Nam (vt fertur) in Hebræo habetur, Quatuor digitorum erat spissitudo. Atq; in Paralipomenôn, Vastitas eius habebat mensuram palmi. [Labiumq́; eius] videlicet ænei maris seu luteris, erat [quasi labium calicis, & folium rapandi lilij.] Labium illud comparatur labio calicis, inquantùm rotundum: & folio repandi lilij, quoniam instar lilij fuit repandum siue recuruum extrinsecùs, repandum enim & recuruum, idem significant. [Duo millia

batos

Marginal notes: Iose lib. 8. an. iu. ca. 3. — 2. Paral. 3. — Iose. lib 8. an. iu. ca 3. — Pet. Cõ. hi. sto. lib 3. Reg. cap. 12 — Iose. lib. 8. an. iu. ca. 3. — *striatarũ — 2. Paral. 9. — Ibidem — 2. Paral. 4. — Ibidem

batos capiebat,]i.tria millia metretarũ,vndè in quibusdã libris adiectũ est,[tria millia metretas.] ꝙ tñ non est de textu, nec in Hebræo habetur, sed ab aliquo expositore fuit primò per modum glossæ appositũ. Batus aũt continet metretã cum media, estq; batus mensura trium modiorũ,vt aliqui dicunt. sed ꝓpriè est mẽsura liquidorũ, & est æqualis capacitatis cũ ephi, q̃ propriè est mensura aridorũ. Porrò secundum Isidorum,batus cõtinet quinquaginta sextarios.tñ de quantitate mensurarum nil certũ scire valemus,qm̃ nomina & cõtinentiæ mẽsurarum apud diuersos multipliciter variantur & distinguũtur. Seqtur de basib⁹ luterum decẽ, & de ipsis decẽ luterib⁹,qui erãt facti ad alium vsum,q̃ mare p̃fatum.[& fecit bases decẽ æneas] i. ære fusas,iuxta numerum decẽ luterum, de quib⁹ infrà habetur, quorum quilibet habuit ꝓpriam basim,sup quam stetit[quatuor cubitorum longitudinis bases singulas]hoc est,q̃libet basis facta fuit instar corporis q̃drati, habens in lõgitudine cubitos quatuor.[& quatuor cubitorũ latitudinis]& tres in altitudine,sicut subiungitur,[& triũ cubitorum altitudinis.& ipsum opus basium,interrasile erat.]i. *interpolatìm seu in vna sua parte planum,atq; in alia sculptum, & hoc hincindè per loca diuersa. sicq; basis q̃libet fuit interrasilis,quasi rasa inter sculpturas in suis laterib⁹,qm̃ inter plures sculpturas mãserunt aliquæ partes planæ.[Et sculpturæ]formatæ erant[inter iuncturas:]hoc est,in laterib⁹ basis istius quadratæ,cui⁹ iuncturæ erãt in angulis suis. Nã facta fuit ex 4. tabulis,q̃ in angulis cõnectabantur.[& inter coronulas & plectas]i.inter circulos & semicirculos,seu certè in laterib⁹ sculptos,sculpti erant[leones & boues,]ita ꝙ imagines leonũ & boum continebantur infrà coronullas illas & plectas.Propriè aũt dicitur plecta, corona aut seruũ cõtextum de iuncis & florib⁹.[& Cherubin]sculpta erãt ibidèm.vndè ꝙ dñs toties in lege,p̃sertim in Deut. ꝓhibuit imagines fieri & locari in tabernaculo,& in tẽplo,intelligendũ erat, vt non fierent ad colendum. Nam & in tabernaculo Mosis iussa fuerunt Cherubin formari ac statui.[& in iuncturis similiter desupèr] hoc est,in laterib⁹ tabulæ superioris ipsius basis,erant sculpturæ tales quales in laterib⁹ basis, vt dictum est.[& super leones & boues,quasi lora ex ære dependentia.]i. subter colla leonum ac boum sculpta erãt ærea lora,q̃ dependebãt sub collis,quib⁹ loris videbant̃ ligati.Lorũ aũt vocat̃ habena seu ligamẽ,& etiã ferreus circulus quo lorica cõtexitur.[Et 4. rotæ per bases singulas,] hoc est,sub qualibet basi stabãt quatuor rotę fusiles æneę,ita ꝙ sub quolibet angulo basis,stetit inferiùs vna rota in exteriori anguli parte,[& axes ærei]hoc est.æneæ scalæ, q̃ pertingebãt de rota ad rotam.[Et per 4. partes, quasi humeruli subtèr luterem fusiles, contra se inuicem respectantes]hoc est,in quatuor partibus superioris tabulæ basis, factæ erant & fusę quatuor breues colũnæ ad luterẽ sustentandũ,q̃ vsq; ad mediũ luteris ptingebant,& se inuicem ex latere respiciebãt:quæ humeruli appellãtur,qm̃ in humeris onera differũtur, & grauia sustentãtur.De hoc ait Pet.Comestor:In summitate 4.columnarũ angularium,hoc est,4. angulorum erant humeri expansi in similitudinem manus humanæ, pedisq;,aquilæ, sup quos tabula, ferens luterem,ita extitit coaptata,vt naturaliter videretur inserta.[Os quoq; luteris,intrinsecùs erat]hoc est,recuruatum interiùs,quẽadmodum os ænei maris recuruatum fuit,& replicatum exteriùs, [in capitis summitate:] i. orificium hoc luteris, situm fuit in suprema ipsius parte,[& ꝙ forinsecùs apparebat]vtpotè apertura oris luteris, quæ foris apparuit, [vnius cubiti erat,]ita ꝙ linea tracta directè per orificium illud, vnius fuit cubiti, [& totum rotundũ] fuit orificiũ illud. [pariterq; habebat vnum cubitũ & dimidium] hoc est, luter in fundo suo erat vnius cubiti ac medij in ꝓtractione sui diametri.[In angulis aũt columnarum,]i. angulis seu iuncturis supioris tabulæ basis p̃fatæ, qui anguli finiebantur ad quatuor illas columnas in quatuor angulis basis sitas,quib⁹ angulis & latera iungebantur, [varię cælaturę]sculpturæ seu picturæ[erant,& media intercolumnia]erant[quadrata, nõ rotunda.] Intercolumnium nuncupetur,ꝙ situatur inter columnas,vel medium diuidens eas. Vndè per media intercolumnia,quidã intelligunt latera basis.quę inter p̃dictas erant columnas.Alij dicunt media intercolumnia,ipsas tabulas basis,q inter columnas fuerunt. Porrò, secundum Glossam, media inter columnia vocati tabulam basis superiorem, quæ instar aliarum erat quadrata,ac consimiliter sculpta,habens in summitate sua rotunditatem seu concauitatem,hoc est,foramen rotundum vnius & dimidij cubiti in qua luter ponebatur ac residebat. [quatuor quoq; rotæ, quæ per quatuor angulos basis erant,] sicut expositum est, [cohærebant sibi subter basim:]i. duæ rotæ quæ erant ab vna basis parte, cõiungebantur sibi per axem præfatum ptingentẽ sub basi à rota ad rotam. Simili quoq; modo duæ rotæ, q̃ erant ab alia parte basis, mutuò iungebantur & cohærebant,[vna rota habebat altitudinis cubitum vnum & semis.] hoc est,vnum cũ medio,imò quælibet rota habuit altitudinem vnius cubiti atq; dimidij. Cubit⁹ autem,secundum veriorem positionem,continet longitudinem vnius pedis cum medio. Tales autẽ rotæ erant, quales solent in curru fieri,] id est, in figura seu forma artificiali, non in materia, similes erant rotis quadrigarum : idcircò habebant & alia, quæ solent in curribus fieri. Nam subditur: [& axes earum,] de quibus axibus dictum est: [&radij, & canthi, & mo-

*interpolatum.

Exod. 20.
Leuit. 19.
Deut. 4.
Exod. 25.

Pet. Cõ. hist. lib. 3. Reg. ca. 19.

modioli.] Radij hîc vocantur, recta atq; subtilia illa ligna, aut eius similia, q̃ de medio rotæ ad eius circunferentiã extẽduntur, & vtriq; infigunt. Câthi verò extrema rotæ, q̃ per terrã circũuoluntur, seu partes circunferẽtiæ, quæ inter radios collocãtur. Modoilus aũt est illud rotũ-
Pet. Cõ. hi- dum, ꝙ est in medio rotæ. [omĩa fusilia.] hoc est, fusa ex ære. Vndè videtur verum non esse, ꝙ
sto. lib. 3. quidã affirmat, secundũ doctores catholicos, potuisse bases illas cũ luteribus trahi de loco ad
Reg. ca. 19. locum per rotas illas. Magister enĩ in historijs insinuare videtur oppositum. [Nã & humeruli illi quatuor,] i. quatuor p̃dictæ breues columnæ, [per singulos angulos basis vnius] disposi- tæ, [ex ipsa basi fusiles & cõiuncti erant:] hoc est, simul cũ basi formati & fusi erãt, nó posteà additi, & erant duo coniũcti in vna basis parte, alij duo in alia, sicut expositum est. [In summitate aũt basis,] videlicet in tabula eius superiori, [erat quædã rotunditas,] i. perforatio circularis [vnius & dimidij cubiti, ita fabrefacta, vel luter desuper posset imponi, [habens cælaturas suas, variasq; sculpturas ex semetipsa.] istud iam dictum est atq; expositũ. [Sculpsit quoq; in tabulatis illis] æreis, nó ligneis, quia subiungitur, [quæ erãt ex ære, & in angulis] earundẽ, videlicet propè iuncturas tabularũ, [Cherubin & leones & palmas,] hoc est, arbores sic vocatas, [quasi in similitudinẽ hominis stantis:] i. erectas, vel ꝙ ait, in similitudinẽ hominis, refertur ad Cherubin, quæ (vt aliqui dicunt) humanã habebant effigiem. Iosephus tñ & magister
Iose. lib. 3. an iu. ca. 8. in historijs per Cherubin intelligere vidétur similitudinem auium non visarum, [vt non cæ-
Pet. Cõ. hi- lata,] hoc est, tam artificiosè, vt non sculpta, [sed apposita per circuitum viderentur. In hunc
sto. lib. modũ fecit decem bases futura vna, & mensura vna sculpturaq; consimili.] i. simili in specie.
Exod. 47. Nã reliquæ nouẽ bases, consimiles erãt in forma atq; materia primæ basis.] Fecit quoq; decẽ
*æneos luteres *æreos,] qui positi sunt super p̃fatas decẽ bases, vt patuit. [Quadraginta batos capiebat luter vnus.] de mẽsura bati, iam dictum est, [eratq; quatuor cubitorum] sicq̃, luteres isti fuerunt multo minores æneo mari, omẽs quoq; luteres, eiusdẽ dispositionis ac materiæ erãt. [Singulos quoq; luteres per singulos,] i. decem bases, posuit & constituit, [hoc est, collocauit decem bases præmemoratas cum superpositis sibi luteribus in atrio sacerdotum, [quinq; ad dexteram partem templi, & quinq; ad sinistram. Mare aũt] æneum [posuit ad dexterã partem templi contra orientem] hoc est, in orientali parte atrij sacerdotum, non tñ directè ad orientem, quia subiungitur, [ad meridiem] i. magis diuertẽdo ad plagã australem. ¶ Deniq;
Beda præinducta expositio de formatione luterum ac basium, p̃cedit secundum expositores ca-
Rabanus tholicos, Bedã, Rabanum, Petrum Comest. & alijs. Quo circa conscribit Lyra: Quoniam lu-
Pet. Cõ. hi- sto. lib. 3. teres facti erãt, vt lauarẽtur in eis hostiæ cremãdæ super altare: vas autẽ, ꝙ in superiori parte
Reg. ca. 19. multo est strictius, quàm in medio & in parte inferiori, nó est aptum vt aliquid in eo lauetur, sed in superiori parte potiùs debet esse latum & apertum: ideo p̃dicta luteris figura, nó videt̃ rõnabilis. Item, vas cuius labium est recuruatum interiùs, nó est aptum ad hoc, ꝙ immersa in eo liberè extrahantur: qa recuruatio illa detinet ibì immersa, maximè qñ orificium est restrictum, vt ponit p̃fata opinio. ideo pono hîc imaginationẽ Hebræorum, dicentium ꝙ luter ascendendo dilatabatur, & in superiori sua parte latior erat, putà in orificio. Hæc Lyra. Sed qa expositio catholicorũ p̃habita, consonat textui, videtur tenenda: & obiecta in opositum, sunt
2. Paral. 4. soluenda. Haberent quippe apparentiã aliq̃, si hostiæ in sua integritate fuissent in luteribus abluendæ: sed quia concisæ per partes, lauabantur in illis, iuxta illud secundi Paral. Fecit cõchas decem, hoc est, luteres, quæ dicuntur conchæ à concauitate, qua erant magnæ capacitatis, vt lauarẽt in eis omĩa quæ in holocaustum oblaturi erãt. Quo circa dicunt expositores, ꝙ Nathinnæi primò lauabant membra hostiarum in piscina probatica, & lota tradebãt sacerdotibus, qa ea rursus immergebant luteribus, ne interìm aliquid maculæ forsitan cõtraxissent: sicq; reuiscerata, superposuerũt altari. Præcipuè aũt lauabant ibì pedes & intestina hostiarũ. Ad imponendum aũt & extrahendũ huiusmodi, sufficiebat in orificio vnius cubiti latitudo. Nec vim habet quod de recuruatione obijcitur: qm̃ recuruatio illa statìm reflectebatur ad interiorem superficiẽ luteris, idcirco non poterat detinere immersa, ne extraheretur expeditè ac liberè. Sequitur de qbusdam vasis altaris, & vtensilibus tẽpli. [Fecit quoq; Hiram] artifex
1. Reg. 2. [lebetes,] hoc est, ollas atq; caldarias, in quib' vel cineres & prunæ altaris recipiebantur, atq;
Zachar. 14. ad locum congruũ portabantur, vel carnes quorundã sacrificiorum coquebantur, de quibus dictum est pleniùs suprà 1. lib. Vndè & Zacharias ait: Erunt lebetes in domo dñi. [& scrutas,] hoc est, vasa æqualis amplitudinis in ore ac fundo, facta ad calefaciendum in eis aquã, vel (vt alij dicunt) ad ponendũ in eis carbones de altari holocaustorũ acceptos, vt portarentur intra primam partẽ templi ad incendendum thymiama super altare incensi. [& hamulas,] hoc est, fuscinulas ad extrahendum disponendùmve carnes. Aliq legunt amulas, i. vasa ad vina fundenda super hostias seu altare. Porrò, secundum Hugutionem, amula est phiala facta instar vrceoli. [& perfecit omne opus regis Salomonis in tẽplo dñi. Columnas duas] præcipuas, de quibus p̃habitũ est, imò & alias plures, vt patuit, [& funiculos capitellorum] stantium [super capitella columnarum duos:] videlicet vnicuiq; capitello vnum funiculum, hoc est, cir-

culum instar funiculi, capitellum illud cingentem. [& retiacula duo, vt operirent duos funi culos, qui erant super capita columnarũ. Consequenter resumuntur, quæ iam in isto cap. descripta sunt, esse facta, & patet sensus ex pinductis. [& malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos versus malogranatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum, qui erant super capita columnarum, & bases 10. & luteres 10. super bases, & mare vnũ, & boues 12. subter mare, & lebetes, & scutras, & amulas. Omia vasa quæ fecit Hirã] Tyrius [regi Salomoni in domo dñi,] non ꝙ in templo sint facta, sed alibi, vt verterentur in vsum templi, & essent ibidèm in obsequiũ cultus diuini, [de aurichalco erant.] Aurichalcũ est materia habens auri duritiam ac splendorem, nõ veritatẽ neq; valorem. Circa hoc in Scholast. fertur hist. Omnia vtensilia tẽpli ęrea, nec te moueat ꝙ aliqñ de ære, aliqñ de aurichalco dicuntur facta, qm̃ ibidèm est, cuius splendor & pulchritudo similes erãt auro, vt Iosephus ait: Et [in campestri regione Iordanis fudit ea rex] i. fundi ac formari fecit ea rex per Hiram & cooperatores ipsius, [in argillosa terra] quæ aptior est alijs terris, tanq̃ tenacior ad ꝓducendum ex ea formas, in quib⁹ funduntur metalla. [inter Socchoth & * Zarthan.] i. loca seu oppida sic vocata, [& posuit Solomon oĩa vasa in domo dñi. Propter multitudinem aũt nimiam] vasorum, [nõ erat pondus æris.] hoc est, ignota fuit quantitas ęris ex quo formata sunt, hoc tñ per hyperbolem dicitur ad insinuandũ maximã æris illius molem. [Fecitq; altare aureũ,] Nõ ꝙ totum fuerit factum ex auro, sed aureis laminis fuit opertum. sicq; vocatur aureũ, hoc est, deauratum, de quo in p̄cedenti cap. dictum est, Altare vestiuit cedro. & intelligitur de altari thymiamatis, ꝙ erat in prima & exteriori parte tẽpli. [& mensam, sup quam ponerentur panes ꝓpositionis, auream: [super quam diebus sabbati manè ponebãtur 12. panes recentes & calidi, mundiq; valdè, facti de simila, & manserũt ibi vsq; ad manè sequentis sabbati: tuncq; tollebantur, & à solis sacerdotib⁹ mãducabantur, & alij totidem panes similes priorib⁹, ponebantur ibidèm, & dicebant panes ꝓpositionis, qm̃ corã Deo sic ponebãtur: De quib⁹ Exo. 25. p̄cepit dñs: Pones super mensam panes ꝓpositionis in cõspectu meo semper. Hinc & mẽsa super quã ponebantur, mẽsa ꝓpositionis vocata est. Ponebantur quoq; in memoriã 12. tribuum Israel. De his super Exodũ atq; Leuiticum pleniùs scripsi. ¶ Præterea, hoc in loco cùm dicitur & mensam, ponitur singulare pro plurali, cùm scriptum sit 2. Paral. 4. Et mensas 10. posuitq; eas in templo, 5. à dextris & 5. à sinistris. [& candelabra aurea] fecit [decẽ: 5. ad dextram, & 5. ad sinistram] templi constituens [contra oraculum:] hoc est, in exteriori templi parte coram sancto sctõrum, seu expositio arcæ & oraculi eius, q̃ infrà sctã sctõrum steterunt. [& quasi lilij flores,] i. liliorum similitudinem in candelabris statuit, seu ex eis dependere ac ꝓcedere fecit, qm̃ facta erant iuxta formam & ornatum candelabri Mosis, de quo in Exo. legitur: Facies & candelabrũ ductile de auro mũdissimo, hastile eius & calamos, scyphos & sphærulas, ac lilia ex ipso ꝓcedentia. Vndè 2. Paral. 4. habetur: Et florentia q̃dam. [& lucernas desuper] hoc est, sup cãdelabra [aureas.] Quẽadmodum super candelabrũ Mosis erãt 7. lucernæ, quæ erãt 7. aureæ lampades, secundũ expositores, quarũ vna stabat in summitate candelabri, & tres ex vno latere eius, tresq; ex latere alio, vt dictum est super Exodum. [& forcipes aureos] ad abscindendum quod combustum fuit de lychno, & flammæ charitatem fuscauit, [& hydrias,] in quibus positum fuit oleum lucernarum, [& fuscinulas,] hoc est, instrumenta ad extrahendum immunditiam lucernarum formata, [& phialas] i. vasa in quibus conseruabatur oleũ pro vnctione regum atq; pontificum, [& mortariola,] in quibus species, ex quibus fiebant vnguenta, comminuebantur seu terebantur, [& thuribula de auro mundissimo, & cardenes ostiorũ domus interiores, &] pro, id est [sctĩ sctõrum, & ostiorum domus tẽpli,] ꝙ hic pro exteriori parte templi accipitur, [ex auro erãt.] Cardines aũt sunt, in quibus ostia suspendũtur atq; voluuntur. [Et intulit Salamon in tẽplum q̃ sanctificauerat,] hoc est, ad diuini cultus honorem deputauerat, [Dauid pater suus argentum & aurum & vasa, reposuitq; ea in thesauris] hoc est, inter diuitias [domus dñi.] ¶ Demum in expositione 2. Paral. 4. dicta sunt aliqua, ad horũ intellectũ habendũ valentia: atq; vt Iosephus refert, Salamõ tẽpore ꝓcedente fecit & alia vtẽsilia, valdè copiosa ac p̄ciosa, quæ in Scholastica historia satis compendiosè tanguntur.

Pet. Cõ hi. lib. 3. Reg. cap. 19. Iose. lib. 8. an. iu ca. 3. * Sarthan. 3. Reg. 6. Exo. 30. 25. Iose. lib. 8. an. iu. ca. 4. Pet. Cõ. histo. lib 3. Reg. cap. 19

¶ De spirituali eiusdem cap. 7. intellectu. Art. 12.

FInxit duas columnas æreas.] ipsa Ecclesia vocatur columna, dicẽte ad Thimoth. Apostolo: Scias quõ oporteat te cõuersari in domo Dei, q̃ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentũ veritatis. ¶ Insupèr, sũma ac robustissima Ecclesiæ colũna, cui tota innitit plebs fidelis est dñs & Saluator, q ait: Sine me nihil potestis facere. De beatiss. quoq; Apost. Petro, Iacobo & Ioanne, vas electiõis testatur, ꝙ videbant columnæ esse. Nihilomninùs possunt p duas istas p̄cipuas templi columnas, Petrus & Paulus intelligi, q suis p̄dicationibus, miraculis, virtutib⁹ & doctrinis sustẽtant Ecclesiã. Rursus duæ columnæ p̄claræ sunt scriptura vet. test. & Euãgelicæ legis doctrina, qb' innitit sctã Ecclesia. Et iterũ, authoritas Ecclesiastica, & ciuilis, seu duplex vis, sunt duæ columnæ, quæ decẽ & octo cubitos habẽt in altitudine, quia per obseruan-

1. Tim. 3. Ioan. 15. Gal. 2.

tiam decalogi, ad octo beatitudines pducuntur: imò per decem pcepta & octo beatitudines vitæ pñtis, ad regni cælestis sublimitatem pertingunt. [& linea 12. cubitorum ambiebat columnam vtranq;.] Linea ista, est vita rectissima seu prędicatio prorsus verissima, & preces ac merita 12. Apostolorũ, quib⁹ circundãtur & adiuuant fideles: ipseq; chorus 12. Apostolorum, cingit, munit ac tuetur Ecclesiam. linea quoq; 12. cubitorum, est cõnexio 12. fructuum, spũs, quos ad Gal. enumerat Paul. quibus gloriosi Apostoli, & cæteri viri perfecti, fuerunt repleti. [Duo quoq; capitella fecit, quæ ponerentur sup capita columnarũ.] Capita columnarum, sunt intellectus & voluntas earum, seu sapientia & charitas. Capitella verò, Ecclesiasticæ dignitates & authoritates eis supimpositæ & concessę. quæ in oĩbus debent iustè pcedere, ꝙ per capitellorum quadraturam est pfiguratum. adq; ad oẽs sine personarum acceptione æqualiter se habere, secundum ꝙ illorum merita videntur exigere, quæ etiam debẽt virtutum contẽperationibus decorari, hoc est, virtuosis actibus discretè exhibitis perfici; qm̃ dona gratiæ gratis datæ, sine donis gratiæ gratum facientis, nullum efficiũt Deo acceptum, ꝙ per capillorum reticulationem & catenationem pfiguratum censetur. [Vtrunq; capitel. fusile erat.] qa pfatæ Ecclesiasticæ authoritates, atq; prelaticæ potestates, sunt supnaturalia dõa à Deo infusa dicente Apost. Roma. 13. Non est potestas nisi à Deo. vndè iudicibus & eis qui pręsunt, dicitur Sap. 6. Data est vobis potestas à dño, & virtus ab altissimo. [Septena versuum retiacula in capitello vno:] retiacula ista, sunt canones & decreta sctõrum patrum, quib⁹ capiuntur & depræhenduntur, qui rei sunt, & per quæ dirigi debet, exerceri ac informari prelatorũ, principũ iudicũ potestas: alioqn in tyrannidẽ aut negligentiã verterentur, quid eñ est psidẽs sine æquitate & legibus, q̃ idolum aut tyrannus? Erant demum capitella hæc liliata in vertice: qm̃ decore exẽplaritatis ac bonæ famæ odore debẽt esse ornati, qui regũt & psidẽt. Pulchritudo etenim illa & talis suauitas, rectè per lilium exprimuntur. Capitella hæc erãt in porticu ante templi ingressum: qm̃ hi qui psunt, debẽt se oĩbus exhibere conspicuos ac paratos: erãtq; 4. cubitorũ, quia quatuor virtutibus cardinalibus debẽt præcipuè pfulgere, iustitia qua inclinentur ad pferendum recta iudicia: prudentia, qua dirigantur in iudicando ac discernendo malum ac falsum à bono & vero; fortitudine, qua magnanimiter exequantur ea quæ ad eorũ spectãt officia: ppter ꝙ scriptum est Eccĩ 10. Noli q̃rere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere impietates: temperantia, ne per oblectamnta gustus & tactus, obruatur in eis lux rationis, ac vigor synceritatis. vinum nanq; & ebrietas auferunt cor, & mulieres apostatare faciunt etiam prudentes. [Malogranatorum aũt 200. ordines erant in circuitu capitelli] per malogranata, quæ sunt pulchra ac dulcia poma, significantur sacræ scripturæ eloquia illibata, refectiua atq; suauia, de quib⁹ psallit Propheta: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua? his vndiq; debẽt esse ornati & abundare qui pręsunt, vt valeãt informare, cõsolari, & gubernare subiectos. ¶ Porrò 200. ordines malogranatorum, sunt ordinati pcessus, & copiosæ cõnexiones salutariũ doctrinarum, quibus vnusquisq; secundum suam capacitatem decẽter instruitur, vt paulatìm ad perfectiora leuetur: quia vt ait Apost. 1. Cor. 15. Non priùs ꝙ spũale, sed quod animale. [dexterã columnã vocauit Iachin] quod interpretatur firmitas, & sinistram Booz, quod interpretatur robur vel fortitudo: per quod figuratur, ꝙ in aliorum rectoribus debet esse firmitas rationis, & robur insuperabile charitatis, vt nullo impetu passionum, nullo motu vitiorum à recta ratione ac vera charitate recedant: per illud quoq; est significatum, ꝙ in prosperis & aduersis debẽt inuiolabiliter esse constãtes, vt nec psperis inaniter exaltentur, nec aduersis pusillanimiter deijciantur. Iustus etenim quasi fundamentũ æternum. Et nõ contristabit iustum & verè sapientẽ, quicquid acciderit ei. ideo ait scriptura: Nõ te vẽtiles in oẽm vẽtum: esto firmus in via Dei, & in veritate sensus tui. Hinc 1. Cor. 15. scripsit Apost: Stabiles estote & immobiles, abundantes in opere dñi semper. Qui ista impleuerit, audit & obtinet, ꝙ Apoc. 3. Christus pmittit: Qui vicerit, faciã illum columnam in templo Dei mei. ¶ Præterea, per duas istas columnas fortissimas & præclaras, significatum est robur regni Christi in Ecclesia militanti. Nã regni eius nõ erit finis, de quo Dan. 7. fertur: Dedit ei antiquus dierum, videlicet pater æternus, potestatem, honorem & regnum. Per dexteram quoq; columnam, firmitas spiritualis authoritatis, cuius plenitudo & vertex in summo põtifice residet, insinuatur. Per sinistrã, robur brachij secularis. [Fecit quoq; mare æneum fusile 10. cubitorum] per hoc æneum mare, sacramentum baptismi fortissimum denotatur, seu gratia lachrymarum, & compunctionis contritio, seu diuinorũ exuberantia gratiosa charismatum: quæ oĩa, sunt bona desupèr fusa, & vsq; decalogi adimpletionem pertingunt. In hoc mari lauantur, qui seipsos Deo sacrificant, & qui Christi sacramenta dignè conficiunt, & oẽs qui oĩpotenti in mentis puritate cupiunt deseruire. Nempe in cõfessione oĩa lauantur, atq; Thren. 2. Hieremias testatur: Magna velut mare cõtritio tua. [Quinq; cubitorũ altitudo eius:] qa hoc mare extendit se ad abluendum, quicquid p quinq; sensus iniquè cõmittitur. [& resticula 30. cubitorum circuibat illud.] Hoc est, fides superbeatiss. Trinitatis, seu trium theologicarũ virtutum custodia, cum adimpletionibus

Marginal notes: Matt. 5. — Galat. 5. — Osee. 4. — Eccl. 19. — Psal. 118. — Prou. 10. — Prouer. 12. — Eccle. 5. — Apoc. 3. — Luce. 1.

bus pceptorum,gratiā plati maris cōseruat ac ptegit.[& sculptura circuibat illud:] p sculptu
ram hāc opera supererogationis,quę pulcheè perornāt agentē,accipiunt. Cū eñ in multis of Iac. 2.
fenderimus Deum innumerabiliter plùs q̄ scimus,debemus semper esse feruentes,& nullum
tēpus infructuosè expendere,sed vltra ea ad quæ tenemur,assiduè aliqd boni pagere.[Duo
ordines sculpturarum ✶ historiatarum erāt fusiles.] Duo ordines isti, sunt descriptiones ex-
emplariū operū sctōrum noui ac veteris test. quorum exēplis instrui & accendi debemus ad
certandū legitimè,ad laborandū idoneè,ad pmanendum in via iustitiæ vsq; in finem.[& sta-
bant super duodecim boues,]hoc est, 12. Apostolorū pdicatione pręfatū mare seu baptisma
innotuit,& ipsi ad Gentes illud deportauerunt: & sicut tres boues respiciebāt ad orientē,tres
ad meridiem, tres ad aqlonem, & tres ad occidentem: ita Apostoli vultus suos ad oēs mundi
partes ac terminos direxerunt, qbus fuit pceptum : Euntes in mundum vniuersum, pdicate Marc. 16.
Euang. omi creaturæ, baptizantes oēs Gentes &c. [quorū posteriora intrinsecùs latitabant
sub mari,]quia virtute & grā baptismali,carnalia quæq; opera occultant ac remouentur. vel Esai. 64.
posteriora, sunt pmia vitæ seqentis, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec mēs cōpræ- 1. Cor. 2.
hendere valet. Vndè ait Apost. Vita vestra abscondita est cū Chro in Deo. [Grossitudo lute Col. 3.
ris,trium vnciarū erat,] Qm scti viri qui aliorū columnæ dici merentur, & pusillorū imbicilli
tatem piè subportāt,pondere discretionis,maturitatis,& fraternæ dilectionis ornant: nec le- Psal. 34.
ues,sed graues sunt animo,& dicunt altissimo : In populo graui laudabo te. [Labium quoq;
eius,quasi labium calicis,& folium repandi lilij.]Labia eñ prelatorū,columnarumq́; psona-
rum,nō est clausum ex indiscretione,sed apertū ex ratione,ita q sicut calix potu in se cōten-
to reficit, exhilarat & confortat potantes, & sicut lilium suo aspectu atq; odore oblectat, sic
ipsi sapīa in ipsis cōtenta, instruūt,alunt & roborāt audiētes,suorūq; amœnitate sermonū de Psal. 118.
lectant eosdem,ita vt dicāt: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Idcircò per Hieremiam Thre. 3.
pmiserat dñs: Dabo vobis pastores iuxta cor meū,& pascēt vos sapīa & doctrina. [Duo mil-
lia batos capiebat.]Sancti etenī viri ac pręsidentes, quantò plus in grę donis pficiunt, tanto
maioris incrementi capaces reddunt: & quo plures ad Deum conuerterint,tanto plures op-
tant cōuertere. Gloriosi etenī Apostoli multa millia ex Iudaismo & multa millia ex paganis- Act. 2. 4.
mo conuerterūt ad fidem,ac Chro incorporauerūt [Et fecit bases æneas decem.] Per bases,
quæ erant luterum fundamēta & sustētationes,signant sanctæ humilitates,in quib⁹ fundaue-
runt se & totam vitam suam Septuaginta & alij discipuli Christi,q denario exprimunt,qa de
calogi pcepta cum eminentia impleuerūt.vel decem bases,sunt decem pcepta seu decem epi Hieron.
stolæ Pauli,scriptæ & missæ decem Ecclesijs,vt ait Hieron. [Et ipsum opus interrasile erat] i.
viri perfecti & aliorum rectores,conuersationem habēt in multis ornatam virtutibus, in ali-
quibus tñ planam ac simplicem, & quotidianis humanę fragilitatis defectibus mixtā, ita q
partim ornati sunt,partim non decorati.pter quod vnus eorum: Si dixerimus,inquit, quia 1. Ioan. 1.
pctm̄ non habemus,nosiipsos seducimus. Et alius: In multis aūt offendim⁹ oēs.[Et sculpturæ Iac. 2.
inter iuncturas.] Per varia & decora illa ornamēta sculpturarum atq; imaginū aīalium,hoīm
& arborum, pfigurati noscunt magni & multi ornatus Ecclesiæ, in oñi suo statu & gradu, in
donis grę gratum facientis & grę gratis datæ, in ordine incipientiū, pficientium & pfecto-
rum,in varijs religionib⁹ & sacris ordinibus,in virtutibus,donis, beatitudinib⁹ & fructibus
in cōtemplationib⁹ & affectionib⁹ sctīs,exercitijsq́; internis. [Et 4. rotæ per bases singulas]
i. doctrina,legis instructio,pphetarum documenta,Euangelij & Apostolorū traditio in suis
epistolis: per quæ 4. feruntur fideles ad oñe bonum,& de perigrinatione exilij ad lucē glo-
riæ æternalis.[& axes ærei]i. pfectus spūales de virtute vna in aliam,iuxta illud Psal. 63. Ibūt
de virtute in virtutem.[& per 4. partes quasi humeruli subter luterem fusiles.] Quatuor hu-
meruli, sunt quatuor ordines mendicātium regulariter conuersantiū,qui respectu maiorum
platorum piè portantiū in humeris paternæ dilectionis ac pastoralis solicitudinis oues Chri
sibi cōmissas,sunt quasi humeruli,vtpotè coadiutores & cooperatores pastorum, psidentiū-
q; maiorū.[Os luteris intrinsecùs erat.] Os eñcuiuslibet sapientis ac timorati, ad rōnis im-
perium & charitatis instinctum est introuersum,vt non aliter nec aliud pferat,q̄ ratio dictat
charitasq; instigat. Ideò ait scriptura Eccl. 21. Os sapientū in corde ipsorum, & cor stultorū
in ore ipsorū.[In capitis summitate]i. apice intellectus q dirigit os ad loquendū salubria,iux
ta illud sacratiss. principis Apostolorū: Si qs loquit quasi sermones Dei. Vndè & vas electio-
nis hortat: Oīs sermo mal⁹ ex ore vro nō pcedat,sed q vtilis est ad ædificationē,vt det grām
audiēti.[In summitate aūt basis erat qdam rotunditas.] Per rotunditatem hāc,designat coha 1. Pet. 4.
bitudo, cōproportioq; virtutū, q̄ vna alteri copulat & cōcatenat.[Quadraginta batos capie Col. 4.
bat luter vnus.] Per quadragenariū,tēpus pœnitētię & opera eius signātur. Hos aūt q ad act⁹
pœnitentiæ se extēdunt,spiritalis pater & pdicator libēter acceptat. [Et cōstituit qnq; bases
ad dexteram partem templi,& qnq; ad sinistram.] Aliquos eñ cōstituit Christus in vita con-
templatiua & in actibus spiritalis lætitiæ, quæ per dexteram intelliguntur : quosdam in vita

actiua & afflictionibus pœnitentiæ, q̃ per sinistram accipiuntur. [Mare aũt posuit ad dexterã partem tẽpli.] qm̃ grã baptismi offert se oĩbus gaudiosẽ, put necessarium est conuerti volẽtibus, cùm sit ianua sacramentorũ. [Fecit quoq; lebetes & scutras & amulas.] p vasa huiusmodi, figurata sunt fideliũ corda, varijs modis disposita ad suscipiendũ grãrum charismata. [Oĩa vasa de aurichalco erãt,] qm̃ corda humana fragilia sunt, & hoĩes quos de⁹ facit esse vasa misericordiæ suæ, ex fragili cõstant materia, q̃ foris videtur fulgerę, sed intùs est sordida. [Et in cãpestrĩ regione fudit ea:] qua in loco isto plorationis, calamitatisq́; valle pducit ac statuit eos. [Altare aureum & mensam super q̃ põerentur panes ppositionis, auream] Altare aureum, est charitas feruens seu fides formata, vel recta intentio, in qua charitate, fide & intentione agenda sunt oĩa bona. Porrò aurea mensa est diuina scriptura, super quam panes propositionis ponuntur, i. variæ & salubres expositiones ac spiritalia alimẽta fundantur. [Et candelabra aurea 10.] per candalabra 10. sumuntur personæ sapientes ac virtuosæ in decalogi obseruatione perfecti, psertim plati, qui verbo, fama, exemplo ac opere alijs fulgent. [Et lilij flores] per quos accipi possunt virgines mente & corpore, quarum corã Deo castitas flagrat. [Et lucernas desupèr aureas] per quas septẽ dona spũsancti designantur, quæ à charitate non separantur. Lucernæ quoq; vocantur viri illuminati ac feruidi, quẽadmodum de felicissimo Ioa. Bap loquit veritas increata: Ille erat lucerna lucens & ardens. sed & septẽ sacramenta grẽ contentiua, per septem illas intelliguntur lucernas. [Et forcipes aureos] i. moderatas correptiões, quib⁹ auferuntur sordes peccãtium. [Et hydrias] i. mentes aquã salutaris sapientiæ continentes. [Et fuscinulas] i. peritas examinationes, quib⁹ quæ intùs latẽt, extrahuntur ac innotescũt, & ipsis fidelibus refectio salutaris exhibetur. [Et phialas, & mortariola, & thuribula.] Hęc sunt 12. Euangelica Chrĩ consilia, salutarẽ doctrinam pstantia, quib⁹ conteruntur, & ad nihilũ rediguntur desideria & pcã carnalia, vanitatesq́; mundi, & qcquid charitati contrariatur, ac ipsæ virtutes cõtemperantur, virtuosæ quoq; actiones teruntur, & quasi ad minutissima redigunt dum p humilitatẽ paruipenduntur pter mala annexa, atq; p nihilo reputãtur respectu infinitæ honorabilitatis incircunscriptibilis & supuenerandissimi Dei, qui reuerẽtia in infinitũ maiori est dign⁹, q̃ ei ab vniuersitate creaturarũ q̃at impendi. In eisdem quoq; consilijs Deo thus sanctæ mortificationis offertur, odor suauitatis orationum, psalmodiarum & oĩm monasticorum exercitiorum iugiter immolatur. [& cardines ostiorum] i. authoritates & rationes, quib⁹ fides, spes, charitas, obedientia, virtutesq́; cæteræ, quib⁹ in regnum cæleste intratur innituntur, & ad opera bona voluũtur. [ex auro erãt] qa ex diuina scriptura sumũtur. [Intulit ergo Salomõ q̃ sanctificauerat Dauid pater suus.] sic Chrs nõ nisi pdestinatos à patre inducit in triũphantẽ Ecclesiã, imò nec finaliter in Ecclesiã militantẽ. [aurũ] i. pfectos, [argentum] i. pficientes, [& vasa] i. incipiẽtes, ideo dixit: Pater, quos dedisti mihi, non pdidi ex eis quenq̃.

Ioan. 5.

Ioan. 18.

¶ Expositio literalis cap. 8. Tunc congregati sunt omnes maiores natu Israel. Art. 13.

RЕcitata templi ædificatiõe, nunc dedicatio eius describitur. [Tunc congregati sunt oẽs maiores natu Israel cum principib⁹ tribuum,] quia in qualibet tribu fuit vnus princeps specialis tribui psidens, tñ sub rege ac principe militiæ. [& duces familiarum filiorum Israel.] In vna etiam tribu erãt plures familiæ, atq; in vna familia multæ domus. Nã oẽs nati ex vno quouis filiorum Iacob, dicebãtur vna tribus, nisi q tribus Ioseph fuit in duas diuisa: nati aũt ex vno quouis filio filiorum Iacob, erãt vna familia, vt patet Num. 26. [ad regem Salamonẽ] qui vt 2. Paral. 5. habetur, vocauit & cõgregauit illos ad se, [in Hierusalem] vrbem regni metropolim, [vt deferrẽt arcã fœderis dñi de ciuitate Dauid, i. de Sion.] Nam illa pars ciuitatis Hierusalem, vocabatur specialiter ciuitas Dauid, quia ibidèm cõstruxit sibi palatium, & mãsionem elegit in Sion, i. in monte sic dicto, in cuius vna parte Salamon fecit templum. Porrò vt dictum est 2. Reg. 5. & 6. Dauid rex transtulit arcã de domo Obededom in tabernaculum, q ei tetenderat & parauit iuxta palatium suum. [Conuenitq́; ad regem Salamonem vniuersus Israel] i. pfati maiores ac nobiliores, in quib⁹ subditi virtualiter cõtinebãtur. Aliq quoq; subditorum de singulis tribubus, cum maioribus suis venerunt. [in mense * Ethanim in solenni die,] vtpotè 10. die mensis illius, quo festum expiationis celebrabatur. [ipse est mensis septimus] apud Hebræos, & apud nos vocatur Septembris, iuxta illud Alexandri: Mensem Septemb. * Betauim signare memento: circa quod loquitur Petrus Com. Mense septimo, i. septima lunatiõe quæ intrauit Octobrem, qa (vt fertur) fuit tũc embolismus. Erat quoq; mẽsis ille quasi totus solennis apud Hebræos, vt patet Leuit. 23. & Num. 24. & item Deut. 16. Sed obijci potest, q in fine 6. cap. huius lib. iam dictum est: Anno 4. fundata est domus dñi, & in anno 11. mense Ebul, ipse est mensis octauus, pfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus. Nõ aũt est dedicata, nisi priùs pfecta. Nõ ergo in mẽse septimo, sed octauo facta sunt ista. Ad hoc in historijs rñdet Magister: Potest dici templum in Septẽbri dedicatum, rege accelerãte, & eundẽ post templi dedicationem fecisse vtensilia aliqua quæ deerãt mense septimo; sicq́; vtrunq; est verum, q s. octauo mense p fecta est domus in omi opere & vtẽsilibus,

*Bethan.

Pet. Cõ. hi. li. 3. re. ca. 21

3. Reg. 6.

Pet. Cõ. hi. li. 3 re. ca. 21

libus,& tñ septimo mense sit dedicata.[veneruntq; cuncti senes de Israel,& tulerunt sacerdotes arcam.]Num.3.continetur,ꝙ dñs iussit arcam portari humeris Leuitarum,ꝓut plenius dictum est supra in expositione 2.Reg.6. Vndè & 2 Paral.5.conscriptum est, Portauerũt Leuitæ arcam.Quõ ergo nunc fertur,ꝙ sacerdotes eam portauerint? Ad ꝙ dici potest, ꝙ sacerdotes direxerũt Leuitas in arcæ portatione,astiteruntq; eis,seu ꝓpter reuerẽtiã ampliorẽ,exhibuerunt circa deportationem obsequium. 5. etiam sacerdotes arcam portabant,licut in transitu per Iordanem,& in circuitu Hiericho,prout Iosu.3.& 6.habetur.[& portauerunt arcam dñi & tabernaculũ fœderis,]i. tabernaculum Mosis, ꝙ erat cum arca in pfato tabernaculo à Dauid constructo:tabernaculũ quippe poterat dissolui ; & dissolutum, portabaẽ p partes à filijs Gerson,vt Num. 3. legitur. [& oĩa vasa sanctuarij]i. sacra vasa sub Mose facta, & quæ Dauid addiderat,[q̃ erant in tabernaculo]Mosis seu Dauid regis vsq; ad tempus illud. [& ferebant ea sacerdotes & Leuitæ]quia ad filios Cahad pertinuit ea portare,vt pallegato Numerorum lib . scribitur,sicut sacerdotes pceperũt Leuitis.[Rex aũt Salomõ,& oĩs multitudo Israel quæ cõuenerat ad eum,gradiebãtur cum illo ante arcam]ad Dei & arcæ honorem,siquidẽ nõ solum ꝓpter venerabiliorem templi dedicationẽ,sed item ob honorabiliorem arcæ deportationem, populus fuit cõuocatus. [& immolabant oues & boues]per manus sacerdotum. q̃uis aũt capra & hircus erãt aĩalia immolatitia iuxta legem,vt Leuit.5.& 22.patet,boues & oues erant sacrificia puriora,& ex eis immolationes principaliores fiebant,vtpotè holocaustum,& iuge sacrificium, & agnus pascalis.[absq; æstimatiõe & numero.] ꝙ hyperbolicè dictum est, Deut. 28.
ad insinuandum magnam valdè copiam aĩalium oblatorum. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis dñi in locum suum,]videlicet[in oraculum tẽpli]i. in secundam interiorẽ & sanctiorem tẽpli partem. vndè subiungitur: [in sctm̃ sctõrum:] quia sic vocabatur pars illa, qm̃ erant in ea sacratissima q̃dam, vtpotè arca,tabulæ testamenti,virga Aarõ,vrna aurea cõtinẽs manna, Cherubim gloriæ, ꝓpiciatoriũ,de quo ꝓcedebãt diuina responsa,eratq; sedes Dei,qui in illa tẽpli parte specialiter morabatur. [subter alas Cherubin.] Siquidem Cherubim expandebant alas suas sup locum arcæ,& ꝓtegebant arcã.[& vectes desupèr.] nã alæ illæ arcã operiebant,sicut in literali pcedẽtis cap. expositiõe innotuit. Verum his obijci potest illud Apostoli ad Heb.9.In priori tabernaculo semp introibãt sacerdotes, In secũdo aũt semel in añо solus põtifex.Si ergo solus põtifex intrauit sctã sctõrũ, quõ sacerdotes illuc arcam licitè intulerũt? Dici potest ꝙ solus põtifex intrauit sctã sctõrum ad offerendũ, & hoc regulariter tẽpore pstituto,sacerdotes verò ad immolãdũ, ea & ad efferẽdũ, atq; ad dãdũ inuoluta Leuitis, q ea ꝓprijs humeris portauerunt, deindè cùm Leuitæ ea portassent vsq; ad exteriorẽ tẽpli partem, reportauerunt ea sacerdotes ad pristinum locum. Ista videtur expositorum intentio 3. Num. [Cumq; eminerent]i. ꝓminerent seu extenderentur[vectes,]in quib⁹ Leuitę arcã portabãt [& apparerent summitates]i.extremitates seu(vt 2.Paral.5.legitur)capita[eorum foris sanctuarium]i.extra sctã sctõrum,[ante oraculum]i.in exteriori parte templi ante oraculum situata,& existentibus ibi propè oraculum seu sctm̃ sctõrum,[non apparebant vltra extrinsecùs] i.eis qui longiùs stabant ab ingressu & vello scti sctõrum. De his duob⁹ vectibus scriptum est Exo.25.Facies & vectes de lignis sethim, inducesq; eos per circulos q sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis,i.arca portetur per vectes,quorum quilibet transiuit per circulos duos circa latera arcę per lõgitudinem eius. Veruntñ circa hũc passum scribit Lyra: Dicit R.Salomon, ꝙ vectes transibãt per latitudinem arcę.& sic capita vectium erãt contra cortinam pedentem in R. Salomõ
ingressu sanctuarij,& eam aliquantulum impellebant: sicq; apparebãt ibi duæ mamillæ sub * * vecte.
vest.i.duo tumores,videlicet partes illius cortinæ sic ꝓminentes ex illa impulsione:sed quia cortina fuit intermedia,non apparebãt corpora victium nuda,sed tm̃ figura, sicut videtur manus per chirothecam. His verbis Lyra subiungit: Doctores nostri aliter exponũt, dicẽtes, ꝙ licet vectes possent videri ab his qui erant prope ostium,nõ tñ ab his qui lõgiùs erãt.Circa ꝙ dico, ꝙ expositio ista catholicorum est verior, vtpotè magis cõsona scripturæ canonicæ : qm̃ 2.Paral.5.asseritur,vectium quibus portabaẽ arca,quia paululùm longiores erant,capita parebant ante oraculum:si verò fuisset quis paululùm extrinsecùs,eos videre non poterat. Circa ꝙ ait Glossa : Apparebant summitates vectium foris ante oraculum, nõ semp, sed cùm ostia oraculi aperirentur:neq; hoc oĩbus, sed illis qui propiùs accedẽtes,ea q̃ intùs erant, attentiùs intuebanẽ. Ipsa aũt arca qualis & qualiter esset posita, illis solùm qui intrabant oraculum, videre licebat.Et rursus loquiẽ Glossa:Quanuis capita vectiũ accedentibus propiùs & diligẽter intuentibus patebant ante oraculum cùm eminerent, tñ necesse erat, vt clauso oraculo, & appenso ante ostia velo, ipsi quoq; vectes ꝓducendis ad claudendum ostijs locum darent. [Qui &]vectes[fuerãt ibi vsq; in psentem diem.]Nõ em̃ separabanẽ ab arca, iuxta id Exo.25. Vectes semper erunt in circulis arcæ, nec vnq̃ extrahentur ab eis. Idcircò pro eo ꝙ dicitur, Hi qui fuerant ibi, &c 2.Paral.5.scriptum est:Fuit itaq; arca ibi vsq; in psentem diem.[In arca aũt non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in ea Moses in Horeb]i.in monte

Sinai, vel prope, cuius montis pes vocatur Horeb. Hæ sunt tabulæ in qbus digito Dei scripta fuit decalogus, prout Exo.34. inducitur. Vndè & dominus dixit ad Mosen: Pones in ea testificationem q̄ dabo tibi, i. tabulas testamenti. [qñ pepigit fœdus dñs cum filijs Israel,] i. pactum inijt cum eis, ꝙ ipse esset de cætero Deus ipsorum, & ipsi populus eius, in cuius signum contulit eis legem & tabulas testamenti, [cùm egrederent de terra Aegypti] i. egressi essent de ea, vel qa desertum in quo mons Sinai situs est, erat desertum Aegypti, nondum erant in toto de terra illa egressi. Veruntamen quando fœdus hoc pepigit Deus, quiescebāt ibi, sed tempore illo, videlicet antè & paulò pòst exierunt. Præterea ei quod dictum est, non fuisse in arca nisi tabulas testamenti, videtur contrariari ꝙ ad Heb.9. affirmat Apost. In qua, vtpotè arca, est vrna aurea habens māna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti: Rñdetur, ꝙ scriptura hæc loquitur de eo, quod fuit principaliter collocatum in arca, putà de tabulis ad quarum repositionem arca fuit principaliter facta. [Factum est aūt cū exissent sacerdotes de sanctuario,] in quo reposuerant arcam, quo facto, introierunt exteriorem templi partem, [nebula impleuit domum dñi.] In Para. pro nebula, ponitur nubes: sicq; creditur nubes nebulosa fuisse. [& non poterant sacerdotes stare] in templo, [& ministrare] Deo in eo, durante nebula illa, [propter nebulam.] 2.Par.6. dicitur, propter caliginem. [Impleuerat em̄ gloria dñi] i. magnificus Dei effectus, videlicet nubes præfata, siue (vt aliqui dicunt) claritas ingens, [domum dñi,] vtranq; f. eius partem. Nebulam illam quidam dicūt fuisse tam tenebrosam, ꝙ sacerdotes in templo stare & ministrare nequibant, & hoc videtur ex eo, quod in Para. (sicut iā allegatum est) dicitur, propter caliginem, & rursus ex eo quod subditur, Dñs dixit vt habitaret in nebula. 2.Para.6. habetur, Dñs pollicitus est vt habitaret in caligine. In Hebræo quoq; hoc loco habetur, in caligine: & apud Nahu. 1. conscriptum est, Dñs in tempestate & turbine viæ ei⁹, & nebulę puluis pedū eius. Alij dicūt ꝙ nebula ista fuit clara ac lucida, sicut Chr̄m in sua transfiguratione obumbrauit lucida nubes, vt dicunt Euangelistæ. sicq; propter claritatis excessum, non potuisse sacerdotes ibi subsistere, nec tñ sustinere splendorem. Vndè in Schol. fertur hist. Nebula impleuit domum dñi non metuenda, sed temperata & fulgens, & obumbrauit facies sacerdotum, ita vt seinuicèm videre non possent, nec ministrare. Cęteri opinant, ꝙ nebula ista fuit in parte lucida, atq; in parte aliqua caliginosa, quemadmodùm Exo.14. fertur de nube, filios Israel p̄cedente, ꝙ erat tenebrosa & illuminans noctem, qa in parte sua ad Aegyptios versa ac respiciente, fuit caliginosa: sed in parte ad filios Israel versa, fuit luminosa: ad quod persuadendum apparet valere, quod 2.Par.7. narratur: Maiestas dñi impleuit domū, & oēs filij Israel videbant descendentem ignem & gloriam dñi super domum. [Tunc ait Salamon: Dñs dixit vt habitaret in nebula.] q.d. Ista apparitio est verè diuina, non deceptiua, qa cōcordat verbis Dei, q ꝓtestatus est se habitare in nebula, ad designandum suæ maiestatis incompræhensibilitatem, suæq; lucis æternæ plenitudinem superexcellentem. Quo circa in hi. ait Magist. Nunq̄ dñs legitur hoc dixisse, sed qa in monte Sinai apparuit in nebula, & filios Israel p̄cessit in nube, & ante Mosen positum in cauerna transiuit nebula, ideo Salomon posuit dictum ꝓ opere, & est sensus: Dñs dixit, i. opere demonstrauit. Verū tñ dici potest, dñm istud ante hæc verba Salamonis dixisse, quia iam spūssanct⁹ per Dauid Psa.17. erat loquutus: Posuit tenebras latibulum suum, & caligo sub pedibus eius. In Iob quoq; 22. iam fuerat dictum: Nubes latibulum eius. Et iterum dominus dixit ad mosen Leu.16. In nube apparebo super oraculum. [Aedificans ædificaui domum] videlicet templū, [in habitaculū tuū firmissimū] i. ad hoc ꝙ tu dñe Deus in eo gratiosè iugiter cōmoreris & in ipso resideas, quia oraculum fuit sedes Dei. vndè subditur: [solium tuum in sempiternū,] i. ad hoc ꝙ sit locus residentiæ tuæ per om̄e testamenti veteris tempus, vel quamdiu domus illa durare valebit. cognouit vtiq; Salamon cultum legis Mosaicæ post aduentum Messiæ cessaturum, & nihilominùs ipse, quantum in se fuit, optauit vt templum à se ædificatū vsq; Messiæ aduentū duraret, eiusq; cultui manciparet. [Conuertitq; rex facię̄ suā] ad plebē stantē in atrijs, hoc est, in atrio mūdorū, & atrio immūdorum atq; in atrio mulierū. Habuit qppe, vt Iosep. & Magist. in histo. referunt templum atria 4. Primum & templo ꝓpinqui⁹, fuit atrium sacerdotū, de quo iam dicta sunt multa: & tñ inter illud & templū, fuit portic⁹ sita. Secundū atriū & eo inferi⁹, fuit mundorū secūdū legē, quod fuit in decliui montis latere positū, & à Iosepho vocatur basilica grādis vel aula: eratq; multo maius atrio sacerdotum, & continebat seu includebat illud in se, & pauimentatum fuit vario marmore, habens murum altitudinis 25. cubitorum interiùs, exteriùs verò altitudinis 50. cubitorum secundum collis decliuitatē. & quamuìs fuit tam altum, non tamen pertingebat vsq; ad fabricam templi, propter quod nec ipsius impediuit aspectum. In hoc atrio orabant mundi sub diuo, id est, sub aere tempore serenitatis: sub porticibus verò circuniacentibus, tempore tempestatis. Deindè sub hoc atrio, id est infra illud, fuit atriū tertium in decliui montis latere sitū eiusdē schematis, i. facturæ cum secundo, non tamē ita venustū & preciosum, in quo orabāt mulieres mundæ tm̄. Insupèr infra istud fuit & atriū quartum,

Exodi 25. Exo. 19.20. Matt. 17. Mar. 9. Lucæ 9. Pet Cō hi. li.3.re ca.21 Pett Com. histo lib. 3. Regum, cap 21. Exodi 24. Iose. lib. 8 an iu c.3.4 Pet. Co hi. libr.3.Re c. 15.16.17. Iose libr 8. an.iu. ca.3.

tum, in quo orabât viri & mulieres, immúdi atq; Gétiles. Salamó aút ftetit in atrio facerdotú corá altari holocaufti fuper ęneam bafim q̃ fecit, iuxta illud 2. Par. Stetit coram altari dñi ex aduerfo vniuerfæ multitudinis Ifrael, fiquidem fecerat bafim æneam, & pofuerat eam in me dio bafilicæ, ftetitq; fuper eam. aliqui tñ, ficut & Iofephus, per bafilicam grandem intelligunt atriú mundorum, & in eo Salomonem dicunt ftetiffe [& bñdixit omni ecclefiæ Ifrael,] i. bona imprecatus eft toti Ifraelitico populo, pro eis orando. Porrò ecclefia propriè fumi folet pro congregatione Chrianorum, & fynagoga pro collectione Iudęorum, fed hic fumitur genera liter pro adunatione fidelium. [Omnis em̃ ecclefia Ifrael ftabat, & ait Salomon,] gratias agés Deo, qui per fenfibile fignum nubis oñdit fibi gratum effe ædificium Salomonis: [Benedict' dñs Deus Ifrael, qui loquutus eft ore fuo] i. per os Nathan prophetæ, qui fuit quafi os Dei, lo quendo [ad Dauid patrem meum] verba fequentia ex diuina commifsione. Rurfus os Dei, eft fapientia fua, qua loquitur & reuelat fua fecreta. Iterum os Dei, eft intellectus fuus, quo æternaliter intra fe profert, verbum internum & æternum, quod eft vnigenitus filius eius, iux ta illud: Eructauit cor meum verbum bonum. Et item: In principio erat verbum. [& in mani b' eius perfecit,] i. per ipfum Dauid impleuit q̃ ei promifit, q; f. victorias ei, foboléq; regni fuccefforé conferret, [dicés: A die qua eduxi populum meú Ifrael de Aegypto, nó elegi ciui taté de vniuerfis tribubus Ifrael, vt ædificaret dom'] i. téplum. [& effet nomé meú ibi,] i. ego ipfe ibi habitaré, ficut in téplo, & inuocatio mei fieret ibi. Hęc aút & verba fequentia legitur Deus dixiffe ad Dauid fuprà libr. 2. cap. 7. [fed elegi Dauid, vt effet fup populú meum Ifrael. Voluitq; Dauid pater meus ædificare domú nomini dñi Dei Ifrael, & ait dñs ad Dauid patré meum: Quòd cogitafti ædificare domum nomini meo, bñfecifti hoc ipfum mente tractans.] i. virtuofa & mihi accepta fuit illa cogitatio tua, ficq; facere, fumitur hic pro actione interiori cú tñ communiter accipi foleat ꝓ operatione ad extrà, i. tranfeunte in exteriorem materiá. ¶ Quo circa quæri poteft, qa fi Dauid id virtuofe cogitauit, & Deo cogitatio illa complacuit, cur Deus ꝓhibuit ipfum Dauid ab exequutione fui ꝓpofiti? Refpódetur, q; Dauid ex charitate & zelo diuini honoris ꝓpofuit téplum Deo cóftruere, & indè laudal: fed aliundè fuit iu ftú obftaculum ꝓpter q; fuit ꝓhibitus exeq illud. fic bona fuit volútas Chri, qua petijt calicé fibi auferri: fed melior fuit voluntas, i. volitio ipfa qua dixit, Fiat vol tas tua. Multa etem̃ pof fum' meritoriè velle, q̃ Deus nó vult: ficut volo & cupio aliqué virú feu patré meú non mori, qué De' vult mori, feu reꝓbum & ꝑcitú cóuerti atq; faluari, qué De' abfoluta volútate vult códénari. Vndè fecundú doctores, nó tenemur voluntaté nr̃m femp cóformare voluntati di uinæ in re volita, ꝑfertim qñ ignoram' qd velit De': nunq̃ tñ poffumus meritoriè velle, nifi q; Deus vult nos velle: neq; contrariú eius, q; nos velle vult De', ꝓut de hac re pleniùs loquitur In enchiridio Augu. & Magifter fententiarum 1. lib & ibidé doctores fcholaftici. Etem̃ volun tas humana & voluntas diuina freqnter ad diuerfa refpiciunt, & ex diuerfis motiuis mouent. [Verum ñ tu nó ædificabis mihi domú, fed filius tuus q egredietur de renibus tuis, ipfe ædifi cabit domú nomini meo. Confirmauit dñs fermoné fuum quem loquut' eft, ftetiq; ꝓ Dauid patre meo, & fedi fuper thronum Ifrael, ficut loquutus eft dñs. Et ædificaui domum nomini dñi Dei Ifrael, & conftitui ibi locú arcæ, in qua fœdus dñi eft, quod percufsit cum patrib' no ftris, qñ egrefsi funt de terra Aegypti.] i. tabulæ teftaméti ac fœderis, quod Deus cú filijs Ifra el inijt & percufsit. [Stetit aút Salomon ante altare dñi] holocaufti in atrio, nó in prima parte tépli, in qua ftetit altare thymiamatis feu incenfi, ad qué locum foli facerdotes intrabant. [in confpectu ecclefiæ Ifrael, & expandit manus fuas in cælum, & ait: Dñe Deus Ifrael, non eft fi milis tui Deus in cælo defuper, & fuper terram deorfum,] i. parem feu æqualem non habes, q fubftantialiter diftinguatur à te. Itaq; per hæc non excluditur pluralitas perfonarú in fuper fimplicifsimo Deo, [q cuftodis pactum] i. fœdus feu promiffum adimples, [& mifericordiam feruis tuis, q ambulant coram te in toto cordæ fuo:] i. iuxta bñplacitum tuú cum omni cordis fui diligentia conuerfantur & in confpectu tuo iugiter timoratè fe habent, indefinenter pen fantes tuá adorandá ac metuendá ꝑfentiam oí i intuenté ac iudicanté, itaq; cum propheta di cere qúnt: Seruaui mandata tua & teftimonia tua, qa oés vitæ meę in confpectu tuo. Talis fuit S. Iob, dicens: Nónne Deus cófiderat vias meas, & cunctos greffus meos dinumerat? [q cufto difti feruo tuo Dauid patri meo, q̃ loquutus es ei: ore loquutus es,] promittendo regi Dauid, q; filius fuus cóftrueret tibi téplum, [& manibus perfecifti,] i. operibus adimplefti hoc ipsú per me, [*vt hæc dies ꝓbat] i. ꝓut hoc die monftrat per effectum ædificij cólummati ac dedi cati. [Nunc igitur dñe Deus Ifrael, conferua famulo tuo Dauid pr̃i meo q̃ loquutus es ei,] i. da mihi ac pofteris meis ex femine Dauid natis aut nafcituris, gr̃am benè viuendi, ne peccan do ponam' obftaculú adimpletiói tuæ ꝓmifsionis, q̃ fub códitióe eft intelligéda, [dicés: Nó auferet de te vir corá me, q fedeat fup thronú Ifrael. Ita tñ, fi cuftodierint filij tui viam fuá, vt ambulent coram me, ficut tu ambulafti in confpectu meo. Et nunc dñe Deus Ifrael, firmentur verba tua q̃ loquut' es feruo tuo Dauid patri meo.] i. hui'modi tua ꝓmiffa ope impleant ne

2 Paral 6. Iofe lib. 8. an. iu. ca. 3. 2. Reg. 7. Pfal. 44. Ioan. 1. Matth. 26. Auguftin. Exodi 34. Heb. 9. Mich. 6. Pfalm. 118. Iob 31. 2. Reg. 7. *ficut

per nr̃a peccata salubris ac pius eorum impediat effectus.[Ergóne putandum est,ꝙ verè habitet De⁹ super terrã?]tanq̃ dicat,nõ ideo dico hæc,aut domũ istã cõstruxi,q̃si puté aut æstimãdũ docuerim,ꝙ Deus immaterialis,incircunscriptibilis,simplicissimus & immensus,habitet in aliquo loco aut spatio corporali terreno circũscriptiue atq; localiter,ei⁹ subiungitur ratio:[Si em̃]i.qa[cælum]empyreum & supremũ,ꝙ est,continentia visibilium & inuisibiliũ entium creatorũ,[& cæli cælorũ] i.cælum crystallinum seu aqueũ & firmamentũ,sub quib⁹ cõtinentur orbes & 7.cæli planetarũ,cælum quoq; ætherum,olympiũ,aereum,vel cæli cælorum,i.orbes cælestes,sub quibus cõpræhenduntur & situantur cæli elemẽtares,[te capere]i. circunscribere & includere [nõ possunt,] quia nec circunscriptiuè nec diffinitiuè in loco es: [q̃to magìs domus hæc q̃ ædificaui?]i.tẽplu istud materiale ita nequit te capere,cùm sit quasi incõparabiliter angustius,minusq; cælo,cùm & minima stella visibilis,q̃ est quasi punctum respectu cæli,sit maior nõ solùm hoc tẽplo,sed & tota habitabili terra. [sed respice ad orõnẽ serui tui & ad p̃ces eius dñe Deus me⁹]i.ad hoc domum istã ædificaui,vt in ea tanq̃ in loco tuis obsequijs deputato,specialiter exorabilis sis,& cum speciali dignitate adimpleas,ꝙ iã oraui ꝓ me,& ea q̃ cõsequenter orabo ꝓ alijs.cõsimiliter & orationes aliorum,qui in loco isto te inuocabunt. Quẽadmodùm em̃ cęlum empyreũ dicit̃ locus & mansio angelicorum spirituũ, nõ ꝙ immateriales illi sp̃ũs sint circunscriptiuè in loco,aut corporeum habitaculum eis sit necessarium,sed per adaptationẽ & cõgruẽtiã quandã factus est eis orbis ille supremus,qm̃ decet nobilissimas creaturas in nobilissimo esse loco: sic templum seu materialis ecclesia est locus oratiõis & cultus diuini,nõ ꝙ alibì exorari nõ possit Deus & coli,sed qm̃ decet ad nobilissimos actus honorificentiæ Dei,specialẽ locũ fieri,esse & cõsecrari. Hinc 2. Paral. legit̃ Salomõ ꝓtulisse:Ad hoc tantũ,(i.principaliter) facta est domus hæc, vt respicias orationẽ serui
2. Paral. 6. tui,& * exaudias in loco habitaculi tui,putà in cælo,p̃sertim empyreo, ꝙ specialiter appellat̃ locus & habitaculum Dei, qm̃ ibì excellentiùs & gloriosũs opatur, & seipsum clariùs feliciusq; oñdit.Nempe cùm Deus incõpræhensibilis & pfectus,sit(q̃tum in ipso est)penitùs inde terminatus, intẽporalis & illocalis, nõ ꝓpriè dicitur esse in loco, nisi per transcendentiã qua oĩa implet,nec continetur alicubì, sed infinitè vniuersa excedit: nihilominus ibì dicitur esse seu habitare,vbi operatur,vel seipsum oñdit aut clare per speciẽ, aut per effectum, Cumq; in om̃ibus operetur,qa oĩa conseruat in esse,dicitur esse oĩbus per essentiã,p̃sentiã atq; potentiã Porrò in iustis est per gr̃am, in beatis per gloriã, in Chr̃o hoĩe per hypostaticã vnionẽ, in reꝓbis & dãnatis per iustitiæ operationẽ,impietatũq; vltionem. Attñ ipse supermundissimus & supersimplicissimus Deus, in quo nec est materia limitãs,nec differentia cõtrahẽs,nec poten
Esaię 66. tialitas coarctans,est intra oĩa nõ inclusus,& extra oĩa nõ exclusus. Hinc apud Esaiã cõtestat: Cælũ mihi sedes est,& terra scabellũ pedum meorum:Quæ est ista domus,q̃ ędificabitis mihi?& qs est iste locus quietis meæ?oĩa hæc man⁹ mea fecit.[Audi hymnũ] i. laudẽ qua te laudo,piè accepta,vel hymnũ vocat deprecationẽ,laudib⁹ Dei mixtã. Vndè ait ꝓpheta: Laudãs
Psal. 17. inuocabo dñm, [& orationẽ q̃ seruus tuus orat corã te,vt sint oculi tui aperti sup domũ hanc nocte ac die,sup domũ de qua dixisti:Erit nomẽ meũ ibì,vt exaudias orõnem quã orat in loco isto ad te seruus tuus,vt exaudias deprecationẽ serui tui,& populi tui Israel,ꝙcunq; orauerit in loco isto,& exaudies in loco habitaculi tui in cælo,& cũ exaudieris,ꝓpicius eris.]i. intellectus & sapientia tua,qua vniuersa ac singula distinctissimè ac pfectissimè intueris ac noscis,clemẽter oñdãt se aspicere eos,qui orãt in domo hac,implẽdo q̃ orãt. Deniq; ista loquut⁹
Pet. Cõ. hi. li.3.re.ca.21 est Salomon ad excludendũ eorũ errorẽ,qui putabãt Deum in deitatis natura esse corporeũ, & lineamẽtis corporalibus circunscribi. Vt em̃ in ecclesiastica fertur historia,dum nebula descendit in tẽplum,intrauit multos phantastica q̃dam opinio, dñm localiter descendisse in tẽ-
Matth. 6. plum:quẽ errorẽ rudissmum & iniquum Salomon per p̃dicta destruxit. Hoc quoq; pensandum,ꝙ tota Salomonis oratio in isto descripta cap.cõtinet septẽ particulas seu petitiões particulares,quẽadmodùm oratio dñica quam saluator edocuit. ¶Prima petitio fuit pro se ipso & sobole sua,vt benè viuẽdo,succederẽt iugiter regi Dauid in regno,vt patuit,¶Secũda fuit, vt Deus iustitiã suã declararet in verè aut mẽdosè iurantibus.vndè subiungitur: [Si peccauerit homo in proximum suum]per rapinã,furtum,aut depositi negationẽ,[& habuerit aliqͦ iuramentum quo teneatur astrictus,]i.secundũ legẽ obligatus sit vel suũ fateri pc̃m̃,vel per iurationẽ se expurgare,dũ veritas aliter inuestigari & sciri non valet.[& venerit ꝓpter iuramẽtum]exhibendũ,i.ob hoc,vt iuret se immunẽ,[corã altari tuo]i. ad atriũ sacerdotum coram altari holocaustorũ, [in domũ tuã:] intelligẽdo p domum, tẽplum cũ attinentijs & appendicijs suis,vtpotè atrijs atq; porticibus,iuxta quem modum in isto cap.infrà quinq; accipitur. Cõstat nãq; in tẽplum ingredi nõ licuit vulgo.[tu exaudies in cælo,]i.p̃cor vt tu in cælo existẽs,exaudire digneris orationes petẽtium,vt iustitiã tuã declares in eo q iurat,vindicãdo eius impietatẽ si falsè iurauerit,vndè subiungit̃:[& facies]sicut orauerint, [& iudicabis seruos tuos]reddẽdo singulis ꝙ merentur, & declarãdo p effectum qs iniustã habeat causam,[condem-

demnās]i.iustè puniés,[impium & reddés viam suā super caput suū:]i.ei infligés ꝙ sua com
missione vel omissione iniqua ꝓmeruit,[iustificāsq; iustū, & retribués ei secundū iustitiam
suā:]declarando per effectū innocentiā eius. Quemadmodū aūt in nouo testaméto,excom-
municati tépore primitiuæ ecclesiæ cōsueuerunt à diabolo corporaliter vexari,etiā sæpè vsq; 2. Cor. 10.
ad morté,vt ad Corint. tangit Apost. In promptu, inquiens, habétes vlcisci oém inobedien-
tiā:ita in vet.test. piurantes solebāt,interdū statim puniri,quéadmodū etiā mulieres adulte-
ræ in sacrificio zelotypiæ, vt patet Num.5. Demum de exhibitione iuraméti in ꝑditione de-
positi,Exo.22.habetur.¶Sequitur petitio tertia:[Si fugerit populus tu⁹ Israel inimicos suos,
quia peccaturus est etiā tibi,]ideò in pœnā suæ transgresionis destituetur tuo auxilio, & ti- Deut. 28.
more afficietur ac fugiet,ꝓut in Deut. Deus ꝑdixit,& in lib. Iudicū legitur sæpè impletū. [& Iud. 1. 3. 6.
agétes pœnitentiā,& cōfitentes nomini tuo, venerint & adorauerint, & deꝑcati te fuerint in
domo hac,]vel corporaliter existédo in ea,vel menté suā dirigédo ad ipsam.:[exaudi in cælo
& dimitte peccatū populi tui Israel.]ꝙ aūt non solū de corporali existétia in téplo,sed etiā de
spiritali directióe cordis ad ipsum,loquaꝛ,apparet ex eo ꝙ subditur:[& reduces eos in terrā,
ꝗ dedisti patribus eorū.]Nā illa reductio fuit effectus ꝑtactæ oratiōis,nec ante reductionem
ad terrā suā post fugā, poterāt corporaliter esse & orare in téplo. Sequitur petitio quarta: [Si
clauum fuerit cælū,& nō plueri t]i.si de cælo aereo nō descenderit pluuia,& corpora cælestia
solitā influentiā nō emiserint ad pluuiarū ꝓductioné,[ꝓpter peccata eorū, & orātes in loco
isto,pœnitentiā egerint nomini tuo,& à peccatis suis conuersi fuerint ꝓpter afflictioné suā,] Esaiæ. 28. Iudic. 1. 3.
vexatióe eis intellectū ꝑstante,sicut in lib.Iudicū frequéter legūtur clamasse ad dn̄m præ affli
ctióe,ꝗ ab aduersarijs tolerabāt,[exaudi eos in cælo,& dimitte peccata seruorū tuorū & po-
puli tui Israel.] Veruntn̄ à peccato cessare & pœnitere solùm aut principaliter propter mala
pœnalia,seu aduersa inflicta aut infligenda,nō esset pœnitétia salubris & vera,sed ex seruili ti-
more aut priuato amore ꝓcederet,nō ex charitate aut zelo iustitiæ,ideo nō sufficeret ad salu
té.Si aūt aduersitas sit occasio & incitamétum ac admonitio ad pœnitédum,& supueniat ꝑpa
ratio sufficiés ad gr̄ę infusioné, & cōuersio métis ad Deū, fit vera cōtritio,& ita hîc loquitur
Salomon.[& ondē eis viā bonā,per ꝗ ambulent:]i.corda eorū illumina ad cōsiderandū effi-
caciter tua ꝑcepta,& qualiter oporteat ea seruari.Nō em̄ sufficit humana notitia siue instru-
ctio,sed illuminatio Dei gratiosa requiritur.Propter ꝙ orauit Psalmista : Viā iustificationū
tuarū instrue me.Et:Da mihi intellectū,& scrutabor legē tuā. ¶Seqtur petitio quinta:[& da Psal. 118.
pluuiā sup terram,ꝗ dedisti populo tuo in possessioné. Fames si oborta fuerit,]ex caristia,vi- Ibidem
ctualiumq; penuria,[in terra,aut pestilentia,aut corruptus aer]pesté inducés,[aut ærugo]ꝗ Iacobi 5.
est vitium corrodés ferrū,aliáve metalla & segetes. Vndé scriptū est: Aurū & argentū vestrum
æruginauit. Hic aūt nunc sumitur ꝓ læsione seu vitio segetū,ꝙ in terris quibusdā solet acci-
dere circa festum S. Ioan. Bap. ex quadā minutissima pluuia.[aut locusta,]ꝗ est bestiola bre-
uis,terræ nascentiū corrosiua.[vel rubigo,]ꝗ est alia corruptio segetū, dū teneræ fruges læsi-
uo rore aut vento ꝑcutiuntur,ita ꝙ culmi seu stipulæ desiccātur,& in ruboré quendā vertunꝛ
& segetes pauca vel nulla ꝓferūt grana,[& afflixerit eum inimicus,eius portas obsidens,oīs
plaga,vniuersa infirmitas,cuncta deuotatio,]i. ꝗcunq; maledictio,[& imꝑcatio]i. mali opta-
tio ꝗ quis orat alicui ꝓuenire,[ꝗ acciderit oīmi homini de populo tuo Israel:si quis cognoue
rit plagā cordis sui,& expanderit manus suas in domo hac,tu exaudies in cælo,in loco habita
tionis tuæ,& reꝓpiciaberis,& facies,vt des vnicuiq; secundū oēs vias]i.actiones,affectióesq;
[suas]sicq; pœnitéti & te inuocāti indulgeas. ¶Sequitur petitio 6.[sicut videris cor eius: qa
tu nosti solus cor oīm filiorum hoīm, vt timeāt te cunctis diebus, quibus viuūt super faciem
terræ,ꝗ dedisti pr̄ibus nr̄is. Insupèr & alienigena qui nō est de populo tuo Israel,]i.gétilis na
tione,siue sit ꝓselyt⁹,siue in paganismo Deū verum colés,secundum legé naturalé, cum fide
Chr̄i futuri saltē implicita,[cùm venerit de terra lōginqua ꝓpter nomē tuū]i. ad inuocandū
te in domo hac.[Audieꝛ em̄ nomē tuū magnum,& man⁹ tua fortis,& brachiū tuū extétum v-
biq;:]qm̄ Deus tātā ꝓsperitaté, tātos triūphos, tāta mirabilia exhibuit filijs Israel sub Dauid Actor. 8.
& Salomone, ꝙ maiestas eius indè vndiq; multis innotuit. [Cùm venerit ergo & orauerit in
loco hoc,]quéadmodū in actis,Aethiops Eunuchus Cādaces reginæ Aethiopū,legiꝛ venisse Ioan. 12.
adorare in téplo Hieru. Ioannes quoq; refert:Erāt Gétiles quidā ex his q ascéderant vt ado
rarét in die festo.[tu exaudies in cælo,in firmaméto habitaculi tui,& facies oīa,ꝓ quib⁹ inuo 2. Mach. 2.
cauerit te alienigena, vt discāt vniuersi populi terrarū nomē tuum timere, sicut populus tuus 2. Mach. 3.
Israel.]Vndè 2. lib. Machab.narratur,secundū téplum Hierusalē fuisse famosissimū toto or-
be terrarū.Et rursus 2.lib.Machab.dicitur: Cū sancta ciuitas habitaretur in oīmi pace, fiebat
vt & ipsi reges & principes locū summo honore dignū ducerét, & téplū maximis muneribus
illustrarét, ita vt Seleucus Asiæ rex de reditib⁹ suis ꝑstaret oēs sumptus ad ministeriū sacrifici
orū ꝑtinentes,[& probét qa nomē tuū inuocatū est,sup domū hāc ꝗ ædificaui]i. ꝑ suæ exau-
ditiōis effectum experiātur,ꝓtestentur & approbét, ꝙ tu ipse exoratus & inuocatus es à me,

vt sis gratiosè exaudiēs eos qui in tēplo isto te inuocāt. Itaq; inuocatio illa Dei sup tēplum,& cōsecratio tēpli in locū diuini cultus atq; orōnis,cōfert ad exaudibilitatē orantium in eodē, & idoneitatē quandam largit tēplo, vt sic cooperet ad exauditionē orantiū in se. Deniq; qdā p debitā suā punitionē pbauerūt nomē Dei esse inuocatū sup templū Salomonis, vt infrà ha
4. Reg 15. betur de rege Ozia, qui pcussus est lepra ibidē,& etiā sup tēplum secundū,in quo Heliodor⁹
2. Paral. 27 ob suum excessum fuit plagatus, vt 2. Mach. describitur. Sequitur petitio septima:[Si egressus fuerit pupul⁹ tuus ad bellū cōtra inimicos suos per viā quôcunq; miseris eos, orabunt te contra viā ciuitatis q̃ elegisti]i.vultu verso ad vrbē Hierusalē & ad tēplum, [& ad domū quā ædificaui nomini tuo,& exaudies in cælo oratiōes eorū & p̄ces eorum,& facies iudiciū eorū Quòd si peccauerint tibi,nō est eñ homo q non peccet,& iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terrā inimicorū, longè vel ppè, & egerint pœnitentiā in corde suo in loco captiuitatis,& cōuersi,deprecati te fuerint in captiuitate sua, dicētes: Peccauimus, inìquè egimus, impiè gesim⁹,& reuersi fuerit ad te, in vniuerso corde suo & tota aīa sua, in terra inimicorū suorū,ad q̃ captiui ducti fuerint]in pœnā suæ p̄uaricationis,[& orauerint te cōtra viā terræ suæ,q̃ dedisti patrib⁹ eorum,& ciuitatis quā elegisti, & tēpli q ædificaui nomini tuo,] conuertendo in terra captiuitatis suæ faciem suā ad locū tēpli,[exaudies in cælo,in firmamento solij tui oratiōes eorū,& p̄ces eorū,& facies iudiciū eorum,]i.eos clementer erues de captiuitate,[& ppiciaberis populo tuo, qui peccauit tibi,& omnib⁹ iniqtatibus eorum quib⁹ p̄uaricati sunt in te,& dabis misericordiā corā eis, qui eos captiuos habuerint, vt misereant eis. Populus eñ tuus est,& hæreditas tua, quos]i.quorū patres,[eduxisti de terra Aegypti de medio fornacis ferreæ,]i.de tribulatiōe & seruitute grauissima,q̃ in Aegypto sustinuerūt, vbi & lateres Pharaoni coxerunt. Iuxta p̄fatum modū Daniel ptestat se ter in die orasse
Exod 1. cōtra Hierusalē, cùm esset in regno Darij regis Persarum,[vt sint oculi tui aperti ad depreca-
Daniel. 6. tionē serui tui,& populi tui Israel,& exaudies eos in vniuersis, pro quib⁹ inuocauerit te. Tu
Deuter. 7. eñ separasti eos]s. filios Israel,[tibi in hæreditatē]i. in populū hęreditariū & peculiarē, [de
Ibidèm vniuersis populis terræ.]Et eñ multis & magnis bñficijs, gratijs, miraculis honorificauit & exaltauit Deus populū illū, p̄sertim qa ex eo voluit incarnari, [sicut loquutus es p Mosen seruū tuū.]qui ait: Te elegit dñs, vt sis ei populus peculiaris de cūctis populis qui sunt sup terrā[qñ eduxisti patres nostros de Aegypto dñe Deus. Factum est aūt cùm complesset Salomō orans dñ, oēm orationē & deprecationē hanc, surrexit de cōspectu altaris dñi. Vtrunq; eñ genu in terrā fixerat,& manus expāderat in cælū] rex Salomō, vt humiliùs dñm exoraret:q̃ rephensibiles ergo sunt, qui tēpore eleuatiōis genua sua nō flectunt, dum oportunū ad hoc habent lo
2. Paral. 6. cum? ¶Quærit, q̃liter hìc dicatur Salomō genua sua fixisse in terrā, cùm in Paral. scriptum sit, q sup æneā basim stetit, ac genua fixit: & rñdendū, q noīe terræ, q̃cunq; terrenā & mixta, sæpe intelligūtur.[Stetit ergo & bñdixit omi ecclesiæ Israel, voce magna, dicens: Bñdictus dñs Deus, qui dedit requiem populo suo Israel, iuxta oīa q̃ loquutus est, Nō cecidit ne vnus quidē sermo, ex oībus bonis, q̃ loquutus est per Mosen seruū suum,]hoc est, quicquid boni De⁹ pmisit filijs Israel in terra pmissionis olim per Mosen, iā opere adimpleuit.[Sit dñs Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, nō derelinquēs nos, neq; pijciens, sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulumus in vniuersis vijs eius, & custodiamus mādata eius, & cæremonias eius,& iudicia q̃cunq; mandauit patribus nostris.]i. gratiosè p̄ueniat nos, & actualiter excitet ac moueat mētes nostras ad meritoriè cogitandū, loquendū,& operandū. Non eñ
2. Cor. 3. sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed De⁹ est qui operat in nobis
Philip. 2.
Esaiæ. 26. velle & pficere, de quo loqtur Esai. Oīa opera nostra operatus es nobis. ideo orauit Prophe-
Psal. 118. ta: Inclina cor meū in testimonia tua. Nihilominùs alibì ait: Inclinaui cor meū ad faciēdum
Ibidèm iustificatiōes tuas in ęternū. Et rursus alibi ait scriptura. Hoīs est animū pparare. Itēq; Appro
Prouer. 16.
Iacob. 4. pinquate Deo,& appinquabit vobis. Nō eñ Deus inclinat hoīm corda, vt pprijs actib⁹ priuet ea, sed p̄uenit, tangit,& mouet, vt & ipsi inclinēt corda sua,& se cōuertāt ad ipsum. Nō aūt
Thren. 5. possunt meritoriè aliquid agere, nisi Deo intùs mouēte, imò in omi meritoria actiōe indige
Hierem. 31. mus actuali sancti spiritus motione. Vndè orauit Hierem. pphata: Cōuerte nos dñe ad te,& cōuertemur. Qui rursus depcatur: Cōuerte me dñe,& conuertar, quia tu es dñs meus. Postq̃
Hierem. 10. eñ cōuertisti me, egi pœnitentiā. Et postq̃ oñdisti mihi, pcussi femur meum. Hinc denuo dixit: Scio dñe, quia nō est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet & dirigat gressus suos. Hoc
Psal. 72. aduertēs Psalmista, cecinit Deo: Tenuisti manum dexterā meā,& in voluntate tua deduxisti
Hierem. 9.
1. Cor. 4. me. Qui ista aduertit, de suis meritis non superbit, nec gloriatur, nisi in dño, dicēs sibijpsi in animo: Quid habes q non accepisti?[& sint sermones isti mei, quibus deprecatus sum coram
Eccle. 25. dño, appropinquātes dño Deo nostro] non loco, sed acceptatiōe, ita vt exaudiantur ab ipso iuxta quem sensum oratio iusti penetrat cælos,& oratio humilitantis se penetrat nubes,[die ac nocte, vt faciat iudicium seruo suo, & populo suo Israel per singulos dies] hoc est, piè & cum discretionis moderamine reddat ei quod promeretur, exaudiendo eum clementer,

de

de quo iudicio Hieremias orauit, dicés: Corripe me dñe, veruntñ in iudicio, & nõ in furore Hiere. 10.
tuo, ne fortè ad nihilum redigas me. Est aũt & aliud iudicium rigoris diuinæ iustitiæ, de quo
orauit vir sanctus: Nõ intres in iudicium cũ seruo tuo dñe. [vt sciant oẽs populi terræ, quia Psal. 142.
dñs ipse est Deus, & nõ est vltrà absq; eo. Sit quoq; cor nostrum perfectum cum dño Deo no
stro, vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius, sicut & hodiè] Hoc est, in
pceptis Dei iudicialibus & cæremonialibus ambulemus, q̃ ipse recta & bona esse instituit, &
iuxta quæ viuẽdum esse decreuit. [Igitur rex & oẽs Israel cum eo immolabãt victimas corã
dño. Mactauitq; Salomõ hostias pacificas, quas immolauit dño boũ vigintiduo millia] i. p
manus Leuitarum & sacerdotũ fiebãt mactatio atq; ablatio illa. [& ouium cẽtum viginti mil-
lia. Et dedicauerunt tẽplum dñi, rex & filij Israel. In die illa sanctificauit rex mediũ atrij,
q erat ante domum dñi. Fecit quippe holocaustum ibi, & sacrificium, & adipẽ pacificorum,]
hoc est, p manus pontificis cõsecrauit medium seu pauimentũ atrij interioris, videlicet atrij
sacerdotũ, vt super illud mediũ, hostiæ offerrentur seu holocausta cremarẽtur, quæ sup altare *æreum
in atrio positũ offerri non poterant, nec cremari, [qm altare * æneum, quod erat coram dño, Leuit. 3.
minus erat, & capere nõ poterat holocaustum,] hoc est, holocausta, [& sacrificium & adipem
pacificorum] i. adipẽ, quæ pro pace & gratia offerebant. Specialiter aũt adeps immolari ius-
sus fuit in Leuitico, quo habet: Oẽs adeps dñi erit iurẽ ppetuo. [Fecit ergo Salomon festi-
uitatẽ celebrẽ,] vtpotè valdè solennẽ, sicut & apud nos est festum dedicationis. [& oẽs Isra-
el cum eo multitudo magna.] hoc est, quidã, imò & multi de singulis tribubus, pſertim maio-
res natu & principaliores, qui venerũt ad regẽ, [ab introitu Hemath.] i. à termino terræ pmis-
sionis aqlonari, [vsq; ad riuum Aegypti,] qui riuus Rinocorura appellat. Estq; in plaga terræ
pmissionis australi, per quos terminos intelliguntur & alij duo termini terræ eiusdẽ, quia à
quatuor finibus regni venerunt ad regẽ, de quib⁹ terminis habetur in lib. Numerorũ. [corã
dño Deo nostro septẽ diebus & septẽ diebus, i. quatuordecim diebus.] Cur scriptura non ait
cõpendio, quatuordecim diebus, sed coniunctiuè pmittit, septẽ dieb⁹ & septem diebus? Re-
spõdet, q ideò, qa tota solennitas illa nõ fuit de eodẽ. Nã primis septẽ dieb⁹ fuit solẽnitas de
dicationis, & alijs septẽ festũ scenopegiæ, hoc est, tabernaculorũ, in memoriã q filij Israel de
Aegypto egressi, manserũt in tabernaculis in deserto, vt habetur in Leuitico. ¶Porrò Magi- Leuit. 23.
ster in historijs ait: Sic intelligendus est locus iste, quinq; diebus continuè celebrata est de- Pet. Cõ hi-
dicatio: in sexto die, qui fuit quintadecima dies mensis, occurrit scenopegia, quæ interposita sto. lib 3.
est septẽ diebus: qua terminata, iterum celebrata est dedicatio diebus duobus, q fuerãt inter Reg. cap. 21
missi. [Et in die octauo] i. post duas illas hebdomadas, [dimisit] rex [populum.] vel dedica-
tio septem cõtinuis diebus est facta, & posteà scenopegia totidem diebus, atq; in octaua sce-
nopegiæ post collectam dimisit populum, dando licentiam, vt vel die illo facta collecta, vel
die sequenti, ad ppria remearent. Vndè 2. Paral. scriptum est: Fecit in die octauo collectam 2. Paral. 7.
de qua in Leuitico legitur, & in expſitione pfati libri Paral. est inductum, quid per collectam Leuit. 23.
intelligatur. [Qui benedicentes regi, pfecti sunt in tabernacula sua.] paulò antè in isto cap.
habetur, q Salomon benedixit populo: hic aũt, q populus benedixit Salomoni, quia sibi in-
uicẽm imprecati sunt bona. Rex quippe tanq̃ princeps & dux, orauit pro populo sibi com-
misso: & populus tanq̃ grex fidelis & gratus, orauit pro rege suo. Qualiter aũt ad pontificem
& sacerdotes pertinuit benedicere populo, habetur Num. 6. De benedictione verè conse-
crationis accipitur, quod ad Hebræos Apostolus loquitur: Sine vlla contradictione, quòd mi
nus est, à meliori benedicitur. [lætãtes, & alacri corde] existentes, ac gratias referentes, [sup Hebræ. 7.
oẽibus bonis q̃ fecerat Deus Dauid seruo suo.] In Paral. additur, & Salomoni. quod enim
ipsi Dauid de templi cõstructiõe & regni successore pmisit, in Salomone cõpleuit, & Dauid 2. Paral. 7.
regem, etiam post mortẽ suam, honorauit in filio suo. sicq; benefecit ambobus. [& Israel po- 2. Reg. 7.
pulo suo.] cui sub Salomone pręcipuam dedit pſperitatem, imò & spiritualium charismatũ
largitatem. Circa hoc recitat Lyra: Dicunt Hebræi, q dum sacerdotes vellent inducere arcam
portæ templi clauserunt se. Cumq; sacerdotes pro ianuarum illarum apertione cantarẽt Psal Psal. 131.
mum, qui incipit, Memento dñe Dauid: in quo Psalmo habetur, Surge dñe in requiem tuam,
tu & arca sanctificationis tuæ: & venissent ad versum illum, Propter Dauid seruum tuum, i. ob
merita eius, non auertas faciem Christi tui, vtpotè Salomonis in regem vncti, denegando in
gressum arcæ in locum quem ei parauit, tunc portæ aperuerunt se, ad insinuandum q meritis
Dauid Deus locũ acceptauit: quod cernens populus, Deum laudauit de beneficijs q̃ exhibu 2. Paral. 6.
it ipsi Dauid. & istud videtur cõsonare ei quod 2. Paral. habetur, quo Salomon in fine oratio-
nis suæ fertur dixisse: Nunc ergo consurge dñe in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ,
Domine Deus, ne auertas faciem Christi tui, memento misericordiarum Dauid serui tui.

¶Spiritalis expositio eiusdem cap. 8. Art. XIIII.

SIcut per templũ Salomonis designant materiales ecclesiæ Christi, sic per tẽpli illius con-
secrationem & dedicationem à pontificẽ factam, pręfigurata est dedicatio materialium

Christi ecclesiarum, quæ ab episcopis solùm fit, ad quam populus cum suis superioribus confluit, in qua dedicatione fundatores ecclesiarum & cósecratorès, solent dñm speciali deuotione rogare, vt ipsos ac alios de quacunq; tribulatione & transgresione ad ipsum clamantes, exaudire dignetur. In ecclesijs istis constituitur arca, i. sacratissimû dñici corporis sacramen-
Matth. 5. tum, imò & totus Chrs in sacramento, in quo Chro sunt tabulæ testaméti, i. vtriusq; legis perfectio. Nam & ipse non venit legé soluere, sed implere. & legis decalogû cófirmauit, exposu-
Hebræ. 9. it & perfecit. In ipso quoq; fuit vrna aurea habens manna, i. omnis plenitudo diuinitatis cor-
Coloss. 2. poraliter, seu spiritalis consolationis suauitas & virga Aaron, i. iudiciaria authoritas, omnisq; potestas in cælo & in terra. per vectes aût arcæ eminentes, intelligûtur apostoli, qui sua pdicatione Chrm ad corda tulerunt gentilium, quorum apostolorum extrema nobis patescunt, quia eorum martyria, exterioraq; gesta cognoscimus. Quid aût per arcæ dedicationé & pcessioné illam solenné ac iubilationé designetur, patet ex dictis circa deportationé arcæ sub Da-
2. Reg. 6. uid rege. [Factû est aût cùm exissent sacerdotes de sanctuario, nebula impleuit domum dñi.]
Esaiæ. 61. sic Chri apostolis, de quib Esaias loquutus est, Vos sacerdotes dñi vocabimini, de synagoga egressius ad pdicandum vbiq; gétilibus, nebula, i. infidelitatis obscuritas, synagogam impleuit. Potest quoq; per nebulam ænigmatica Dei notitia accipi, de qua ait Apostolus: Videm
1. Cor. 13. nunc per speculû in ænigmate. qua cognitione replebatur tunc domus militantis Ecclesiæ &
Esaiæ. 11. vniuersa gentilitas, put per Esaiam fuit prędictum: Repleta est terra scientia dñi, sicut aquæ maris operientes. Rursus per splendidam nebulã illam intelligitur gratia Dei, illuminatioq; diuina: qua dum mens copiosè pfunditur, videt se nihil códigni obsequij vel honoris posse impendere Deo incircunscriptibilis maiestatis, omnesq; nostras iustitias esse vt pannû men-
Esaiæ. 64. struatæ, respectu puritatis æternæ summæ ac infinitæ, imò & cóparatione honorificentiæ, qua Deus in seipso superdignissimus est. [Dñs dixit vt habitaret in nebula,] quia ipse per gratiã
Prouer. 8. & illuminationem prætactam inhabitat animam, qui & in Prou. fatetur: Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. [si clausum fuerit cælum, & non pluerit.] propter peccata clausum est cælum, dum Deus dona misericordiæ suæ nó diffûdit hominib, nec
Esaiæ 5. pdicatores mittit ad hoíes, qui stillicidia sapientię, i. verba salutis dispergant. Vndè per Esaiam testatus est: Mandabo nubibus meis, ne pluant sup eam imbrem. [fames] audiédi verbû Dei, vel spiritualium refectionum inopiæ, [si oborta fuerit vel pestilentia,] i. falsa doctrina, scádalosa've actio, qua vnus inficit alium, [aut corruptus aer] i. aspiratio ad illicita, aut impiæ vitæ fama [aut ærugo,] hoc est, cupiditas quę spirituales diuitias facit marcescere, [aut locusta,] hoc est, vermis inuidię corrumpens opera bona. [aut rubigo,] hoc est, concupiscentiæ flamma, q̃ fructum necat virtutû, tunc Deus exaudiet, si toto conatu inuocauerimus eum, vt auferat vitia ista. ¶Præterea, si populus Christianus, q verè est populus Dei pecularis & Christi hæreditas, exierit ad bellû contra visibiles aut inuisibiles hostes, debet Deum in Ecclesia inuocare, vel se ad ecclesiam facie cordis conuertere. ¶Insupèr cum Salomone totis pcordis Deum assiduè deprecemur, dicentes: [Sit dñs Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris] sanctis apostolis, martyribus, confessoribus, & veris ac perfectis religiosis. Non derelinquens nos in tentationibus, nec proijciens cum peccauerimus, sed inclinet corda nostra ad se, misericorditer pueniendo, contritionem donando, ac reducendo, ita vt cautiores surgamus, imò etiam dum sumus in charitate & gra, dignetur corda nostra indesinenter compúngere & mouere, inflammare atq; erigere in se. Offeramus quoq; cum Salomone oues, hoc est, innocentiæ actus & ouium proprietates: & boues, i. carnis mortificationes, atq; nosipsos totaliter Deo absq; æstimatione & numero, ita vt incessabiliter talibus actibus insistamus.

3. Reg. 8. ¶Elucidatio cap. 9. Factum est autem cùm perfecisset Salomon ædificium. Art. XV.

* ædificiû EXauditio oratiōis præcedẽti capitulo recitatæ describit̃ hîc. [Factû est aût cùm pfecisset Sa
3. Reg. 3. lomó ædificium domus dñi,] i. téplum cum attinentijs suis, eaq; dedicasset, [& *domum regis] i. palatiû suû, [& omé q optauerat & voluerat facere Salomon, apparuit ei dñs secúdò, sicut apparuerat ei in Gabaon:] qm̃ ista apparitio, sicut & illa, in nocte & in somno est facta & imaginaria fuit, ac ministerio angeli sancti exhibita. Vndè q̃ suprà de apparitióe illa prima sunt dicta, hîc quoq; repeti possent, sed plixitas est vitanda. Denìq; Salomon spiritum habuit pphetiæ, vt ex descriptione patet cantici canticorû: ideò Deus frequenter apparuit ei in visione & reuelatione pphetica sed apparitio ista vocat̃ secunda, respectu illius primæ, & descri
Ioan. 21. ptionis eius historicæ, sicut in Euang. Ioannis dicit̃ Christus tertiò manifestus ad mare, non q manifestatio illa fuerit tertia in ordine apparitionû, qbus post resurrectioné apparuit, sed qm̃ tertia est in ordine apparitionum, quas Ioan. Euangelista describit. [dixitq; dñs ad eum: Exaudiui orationé tuã,] qua orasti p te: [& deprecationé, q̃ deprecatus es coram me,] qua orasti p alijs, [sanctificaui domum hanc quam ędificasti,] hoc est, ratam habeo eius sanctificationem, qua à te dedicata est & sanctificata, i. meo cultui deputata, cui & ego eam appropriaui [vt ponerem nomen meum] i. nominis mei inuocationem, ibì in sempiternum, [hoc est,

vt

vt inuocer semper in ea, vel vt nomen sortiatur à me, & dicatur domus mea, seu templū Dei, vel vt ego ipse dignanter habitē in eadē. [& erunt oculi mei] i. pietatis meæ respect⁹, [& cor meū, [& dilectio, seu intentio, aut prouidentia mea, [ibi cūctis diebus,] qbus seruieritis mihi in ea, ita φ erit loc⁹ mihi dilect⁹, in quo singulari ꝓuidētia intuebor orantes, & benè faciā eis. [Tu quoq; si ambulaueris corā me,] hoc est, mihi seruieris, & in conspectu meo fueris cōuersatus, [sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis] columbina syncerē sine dublicitate, simulatione, atq; hypocrisi, [& æquitate,] reddendo vnicuiq; quod ei tenēris, videlicet mihi debitam seruitutē; tibijpsi custodiam, & populo tibi cōmisso bonū exemplum ac salubrē directionē, [& feceris oīa quæ ꝑcepi tibi, & iudicia mea & legitima mea seruaueris, ponā thronum regni tui,] i. ꝓ̄sidentiam ac authoritatē regiminis tui cōseruabo ac roborabo, [sup Israel in sempiternū,] hoc est, per omne tempus Mosaicæ legis, ita φ post te præerunt posteri tui, dūmodò & ipsi taliter vixerint, sicut nunc tibi viuendū esse ꝑcipio, ideo subdit: [sicut loquuatus sum Dauid patri tuo, dicēs: Non auferet vir de genere tuo, de solio Israel. Si aūt auersione auersi fueritis vos & filij vestri, non sequētes me, nec custodiētes mādata mea, & cæremonias quas proposui vobis: sed abieritis, & colueritis deos alinos, & adoraueritis eos, auferam Israel] per mortē aut captiuitatē, [de sup̄ficie terrę quā dedi eis,] videlicet duodecim tribubus Israel, [& tēplum φ sanctificaui nomiui meo, proijciam à cōspectu meo,] hoc est, à pietatis meę respectu, ita φ illud nō protegā, sed demoliri permittā, quēadmodum factū est, postea per Chaldæos. [Eritq; Israel in ꝓuerbiū,] hoc est, tāta erit Israelitici populi tribulatio, φ ex ea sumetur ꝓuerbiū quoddam siue parabola, φ dicetur, qn̄ quis voluerit magnā alicuius tribulationē exprimere vel optare, ita φ dicet, Sicut contigit filijs Israel, cōtingat & tibi: vel, sic cōtigit tibi. [& in fabulā cunctis populis,] ita quod oēs loquētur de eis tanq̄ de hominib⁹ vltra modū oppressis ac miseris. [& domus hæc erit in exemplū] iustæ vltionis, diuinæ offensiōis, ita φ ex destructione huius tēpli patebit, quā graue ac impiū sit Deū offendere: sicq; deiectio tēpli illius, poneret alijs in exemplū, ne audeāt offendere dn̄m maiestatis. oīs q trāsierit p eam,] i. per locū in quo stetit, [stupebit & sibilabit] i. meritò poterit multū mirari, & ex admiratione sibilū oris emittere de tam inopinata ꝑciosissimi ac famosissimi templi destructiōe. [& dicet: Quare fecit dn̄s sic terrę huic, & domui huic? Et respōdebūt, Quia derelinquerūt dn̄m Deū suum, q eduxit patres eorū de terra Aegypti, & sequuti sunt deos alienos, & coluerūt eos, & adorauerūt eos: idcircò induxit dn̄s super eos oē malū hoc. Expletis aūt annis vigīti, postq̄ ædificauerat Salomō duas dom⁹, i. domū domini, & domū regis] i. à tēpore quo cœpit tēplū ædificare, φ septē annis cōstructū est. Dom⁹ aūt regia tredecim annis, qui simul sunt anni viginti, Hirā rege Tyri, ꝓ̄bēte regi Salomoni ligna cedrina & abiegna, & aurū, iuxta oē φ opus habuerat: tūc dedit Salomō Hirā viginti oppida in terra Galileę] in maritima trib⁹ Nephthalim forte, q̄ non multùm distabat à Tyro. hæc oppida dedit Salomō Hirā regi non gratis, sed ꝓpreciosis lignis, auro atq; obsequijs q̄ ei impenderat, & hoc vltra blada, vinū ac oleum, q̄ singulis annis exhibuit regi illi, vt suprà patuit. [Et egressus est Hiram de Tyro, vt videret oppida, q̄ dederat ei Salomō, & nō placuerunt ei. [Et ait: Hæcine] i. istę ne [sunt ciuitates quas dedisti mihi frater?] quasi diceret, viles sunt & indignę in recompēsam eorum q̄ tibi exhibui. [Et appellauit eas terrā Chabul vsq; in diē hanc.] Chabul interpretat displicentia, qa displicuerūt sibi. ¶ Prætereà quærit, qualiter licuit Salomoni terrā ꝓmissionis in tanta parte alienare à filijs Israel. Ad quod vedet posse aliqualiter respōderi ex verbis scholasticæ historiæ, asserētis φ dedit eas regi Hirā, nō φ Gētiles habitarēt in eis sed qa in ditione regis gētilis posuit eas. sed tūc rursus est q̄stio, qualiter licuit sibi populū Dei subijcere ditioni regis pagani, ꝓ̄sertim cū ex hoc periculū & occasio idololatrādi videret imminere populo Dei. Istas quæstiōes nō legi motas, nec vidi solutas: attamē, ni fallor, poterit dici, φ Hirā fuit conuersus ad cultū veri Dei, cui⁹ vtiq, notitiā habuit magnā vt patuit ex p̄inductis, & forsan Salomō dedit vrbes has regi Hirā ad vitā ipsi⁹, nō ꝑpetua alienatiōe à terra ꝓmissionis, ita φ Hirā habuit annuas pensiōes oppidorū illorū. Deniq; ex tūc terra illa vocata est Galilæa gētiū, q̄ sic appellat in Esa. & Matt. [Misit quoq; Hirā ad regē Salomonē centū viginti talēta auri.] pro quib⁹ Salomō reddidit Hirā iustū valorē. [Hæc est summa expensarū q̄ obtulit] i. dedit, [Salomō rex ad ædificadū domū suam,] i. palatiū, [& murū Hierusalē,] quē triplicauit, [& Mello.] quid designetur p Mello, & ædificatiōe eiu⁹, dictū est super illud 2. Reg. Aedificauit per gyrum à Mello & intrinsecùs. [& Hezer & Mageddo & Gazer,] i. castra seu oppida sic vocata, [Pharao rex Aegypti ascendit & cepit Gazer,] i. vrbem sic dictam, extra terram promissionis sitam. [succendiq; eam igni, & Chananæum qui habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eam in dotē filiæ suæ vxori Salomonis. Aedificauit ergo Salomon Gazer] quam Pharao incenderat, [& Bethhorō inferirem, & Baalad, & Palmirā in terra solitudinis, & omnes vicos qui ad se ꝑtinebant, & erāt absq; muro, muniuit & ciuitates curruū,] in qb⁹ quadrigæ bellicæ seruabātur, [& ciuitates eqtū,] i. militū pugnatorū. Hę vrbes vocātur ciuitates tabernaculorū in

4. Reg. 25.

3. Reg. 5.

Pet. Com. hist. libr. 3. Reg. ca. 24.

Esaiæ 9. Matth. 4.

3. Reg. 5.

Pet Co hi. sto. lib. 8. Re ca. 24. Iose. lib. 8. an. iu. ca. 5. in schol.hist.& sitæ erant in terminis terræ promissionis pro eius munitione, atq; vt Iosephus protestatur. Salamon occupauit oppida multa vltra fines terræ ꝓmissionis, adiuuante eũ suo socero Pharaõe p̄fato.& ꝙcũq; ei placuit, vt ædificaret in Hierusalem, & in Libano, & in om̃i terra potestatis suæ. Vniuersũ populũ qui remanserat de Amorrhęis, & de Hethęis, & de Pherezæis, & Heuęis, & Iebusęis, qui nõ sunt de filijs Israel, horum filios qui remanserant in terra quos s. nõ potuerant filij Israel exterminare, fecit Salamon tributarios, vsq; in diẽ hãc.] Estq; credẽdũ, ꝙ induxit eos ad iudaismũ, imò iam antè pro maxima parte facti erant ꝓselyti. [De filijs aũt Israel nõ constituit rex Salamon seruire quenq̃,] ad soluendum tributa, vel ad opandũ coactè, vel ad exercendũ vilia opa, dabãt tñ tributa, stipendia, seu vectigalia regi, puta expensas, qñ vehebaꝛ de vna vrbe ad aliã. [sed erãt viri bellatores,] i. deputati ad p̄liandũ, si esset necesse, ꝙ raro fuit, [& ministri eius] in opibus dignioribꝰ, [& principes & duces & præfecti curruum & equorũ. Erant aũt principes super oĩa opera] i. negocia & operarios, [Salomonis p̄positi 50. quingenti qui habebant subiectum populum,] vnus plures, alius pauciores, secundum ꝙ eorum officium erat maius aut minùs. [& statutis operibus imperabant:] hoc est, fieri p̄ceperunt ea q̃ ipsis erant commissa. Isti fuerunt officiati & principes alij ab eis, de quibus habetur, ꝙ erant numero 3000. & 300 p̄cipiẽtes populo operãti ad ædificia facienda, quibus isti principaliores fuerunt. De supremis autem principibus ac officialibus Salomõis, dictum est superiùs.

1. Reg. 5.

1. Reg. 4. 2. Paral. 14

¶Sed quæri potest, qualiter dicantur hic principes quingenti quinquaginta, cum 2. Para. legatur: Omnes principes exercitus regis Salomonis, fuerunt ducenti quinquaginta. Verum ad hoc in expositione illius libri est introducta responsio. [Filia aũt Pharaonis] vxor regis, [ascendit de ciuitate Dauid in domum suam, q̃ ædificaueaat ei Salomon,] qui solenniter transtulit eam de ciuitate Dauid ad domũ ei paratam. Cur aũt sic transtulit eã, expositum est in prȩallegato Para. lib. [Tunc ædificauit Mello. Offerebat quoq; Salomon tribus vicibus,] hoc est, in tribus p̄cipuis solennitatibus legalibus, [per annos singulos holocausta et pacificas victimas super altare quod ædificauerat dño,] i. super altare holocausti situm in atrio sacerdotũ, [& adolebat] hoc est, incendebat [thymiama coram dño] super altare thymiamatis positũ in prima templi parte. Obtulit aũt & incendit per manus sacerdotum, quibus hæc ex officio cõpetebant. Istud verò intelligendum est de sacrificijs principalibus regis, p̄ter quæ & alia frequentius obtulit.

Ibidem

2. Parali. 8. Nume. 28. Exodi 12. Deute. 16.

¶Porro tres solennitates p̄fatæ, fuerunt festum azymorum, hoc est, pascha, solennitas hebdomadarum, i. Pentecostes, & celebritas tabernaculorum, vt 2. Par. describiꝛ. De sacrificijs quoq; tunc offerendis habetur in lib. Numer. & item in Exodo ac Deute. ¶Insuper, p̄ter hæc p̄cipua sacrificia regis, fiebant super altare holocausti sacrificia multa, q̃dam quotidiè, vt sacrificium iuge, q̃dam in Sabbatis, q̃dam in Calendis, hoc est, mẽsiũ exordijs, ꝓut in p̄memorato Para. lib. scriptũ est, quo habetur: Tunc obtulit Salomon holocausta dño super altare quod extrũxerat ante porticũ, i. in atrio sacerdotũ, vt per singulos dies offerretur in eo iuxta p̄ceptum Mosis in sabbatis & calendis, de sacrificijs quoq; in offerẽdis sabbatis & calendis, in lib. Nume. habetur. [perfectumq; est templum. Classem quoq;] i. grande & forte nauigium [fecit Salomon in Aziongaber,] hoc est, ad hoc vt in ea serui sui nauigarent in locũ illum, vel in loco illo facta est classis, [q est iuxta Ahilam,] i. locum seu oppidum sic vocatum [in littore maris rubri in terra Idumææ] i. iuxta eã. Aziongaber autem est insula q̃dam Aegyptiaca rubri maris. [Misitq; Hirã in classe illa seruos suos viros nauticos,] hoc est, pitos circa naues regendas & gnaros maris] i. scientes præuidere & vitare pericula in mari occurrentia, [cum seruis Salomonis,] qui non erant tam periti in his, vt Tyrij illi habitantes in corde maris, [qui cum venissent in Orphir] hoc est, prouinciam Indiæ sic vocatam, [sumptum indè aurum quadringentorum viginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem] post triennium, vt infrà habetur. ¶Circa hæc aliqui narrant, quod in India sunt montes aurum continentes, qui à leonibus ac alijs atrocissimis feris custodiuntur & habitantur: ideo nautæ verentur accedere, sed explorantes ferarum absentiam absentibus feris accedunt. nauibus stantibus pro refugio apud littus, sicq; terram vnguibus ferarũ effossam arripiunt, & in naues proijciũt ac recedunt. Deindè terrã illam iactant in ignem, & quod terrestrum atq; impurum est, igne consumitur: quod verò remanet, aurum est purum. ¶Postremò, vt recitat Iosephus, Menander historiographus scribit, ꝙ Salomon & Hiram mutuò sibi scripserunt ac miserunt problemata siue ænigmata, ac figuras ceu figura & typicas locutiones, q̃ qui nõ solueret, daret alteri pẽsionẽ præfixam. Cumq; Hiram angustiaretur in talium solutione difficultatum, consuluit Abdunum Abdæmonis filium iuuenem Tyrium, qui omnia illa faciliter enodauit.

Iose. lib. 8. an. iu. ca. 5

¶Declaratio cap.10. Sed & regina Saba &c. Art. XVI.

Psalm. 71. Iose lib. 8. an. iu. ca. 6

HIc ponitur argumentũ, quo declarata, & omnibus manifestata est sapientia Salomonis. [Sed & regina Saba,] Saba q̃nq; est nomen regionis, iuxta illud: Reges Arabum & Saba dona adducẽt. Hic aũt, vt fertur, est nomẽ regiæ vrbis Aethiopum. Iosephus opinatur reginã hanc dictam fuisse Mycaulam, & fuisse reginam Aethiopię ac Aegypti. [audita fama Salomonis

uis]pſertim rumore ſapientiæ eius,quæ magis fecit eum famoſum,q̃ opulentia aût potentia, ſeu cætera eius geſta,[in noïe dñi]hoc ẽ, ſecundũ Dei voluntatẽ & diſpoſitionẽ, ſeu ad Dei honorem. Vnde eliciunt qdam,ꝙ coluit verum Deum. [venit tentare eum in ænigmatibus.] i.propoſitionibus & quæſtionibus difficilibus ac obſcuris,ad ſciendum an eſſet tantæ ſapiẽtiæ, vt ipſa audiuit.Non em̃ credebat narrantibus,vt infrà fatetur. Voluit ergo regem tentare non malitioſè,nec ex ſola curioſitate,ſed deſiderio veritatis & informatiõis, vt à ſua dubitatione eriperetur & inſtrueretur,ac noua & inaudita cernendo proficeret.Quis em̃ nõn credidit,Salomonẽ eſſe ſapientiæ tantæ,vt fama iactabat,non tñ dubitauit,quin eſſet valdè ſapiẽs vir,cuius fama vbique terrarũ ſic diffundebatur.Hinc Chriſtus in Euangelio loqtur,ꝙ venit audire ſapientiam Salomonis.vocat quoq; eam reginã Auſtri,& dicit,ꝙ venit à finibus terrę, Matth.11. qa venit à terrra valdè remota,videlicet Aethiopia,quæ reſpectu terrę ꝓmiſsionis, ſita eſt in Lucæ 11. in plaga auſtrali.Deniq; ænigma vocať obſcura ſentẽtia,propter ſimilitudines rerũ occultas; [& ingreſſa Hieruſalem cũ comitatu multo & diuitijs,camelis portantibus aromata & aurũ infinitum nimis.]quod hyperbolicè dicitur,ad innuendum eminentiã opum,& abundantiã auri quod attulit.Vndè 2.Paral.habetur,& auri plurimũ. [& gemmas ꝓcioſas,venit ad regem 2.Parali.9 Salomonẽ,& locuta eſt ei vniuerſa q̃ habebat in corde ſuo:]hoc eſt,quę ei ꝓponere intẽdebat.[Et docuit eã Salomon oĩa verba]i.ſenſum & ſolutionẽ oĩm verborũ,[quæ propoſuerat.Non fuit ſermo qui poſſet regẽ latère,& nõ reſpõderet ei.Videñs aũt]oculo interiori,i.conſiderans[regina Saba oẽm ſapientiã Salomonis,]q̃ ex tã plana & facili regis reſpõſione perpendit,[& domum quã ædificauerat,]ꝙ qdam exponunt de tẽplo,ꝙ fuit principaliſsimum à rege cõſtructũ,alij verò de domo ſaltus Libani,quã(vt ferunt)tam ipſa,q̃ Pharao pater vxoris Salomonis,præ cęteris mirabanť.Quidã per domũ intelligunt omnia illa Salomonis ædificia tam ꝓclara,videlicet templũ,palatiũ,domum ſaltus,& domum filiæ Pharaonis.[& cibos menſæ eius,]de qbus ſuprà dictum eſt,[& habitacula ſeruorũ]precioſa,diſtincta & fortia,& 3.Reg. 4. ordines miniſtrantium,]in quibus multitudo confuſionẽ non peperit,ſed ordinatiſsima diſtinctio fuit,[veſteſq; eorum.]Nam eidẽ officio deputati,veſtes habebãt cõſimiles, vt in tanta miniſtrantiũ multitudine nullus ambigeret,quis cui eſſet officio deputatus,[& pincernas, & Ioſe. lib. 8. holocauſta q̃offerebat in domo dñi,]i.in atrio manibus ſacerdotũ.Quotidiè etẽ obtulit oblationes ſpontaneas vltra debitum,vt tanti regis magnificentiã decuit,quod & Ioſephus tangit.Vndè in Paral.legitur:Et victimas quas immolabat,tñ ter in anno fecit ſolenniores oblationes.[non habebat vltrà ſpiritum.]i.præ admiratione, defecit alienata à mente atq; in ecſtaſi conſtituta.Idcircò in Paral.fertur:Non erat præ ſtupore vltrà in ea ſpiritus.Cùm em̃ ſapiẽntis ſit ordinare,& multa decẽter ac ordinatè diſpõnere, nõ potuit ſatis mirari ſapientiã regis in tam ꝓclara ordinatione miniſtrorum ac operum eius, atq; vt in hiſt.ait magiſter, Præcipuè mirabatur domũ ſaltus,vt tactum eſt:ordinẽ quoq; & frequentiam miniſtrantiũ in tẽplo ſacerdotum ac Leuitarum,quam rem etiam Pharao potiſsimũ mirabatur:deindè diſtinctionem & ordinẽ ſeruientium regi in mẽſa.[Dixitq; ad regem:]cùm poſt aliquantulã horã rediſſet ad ſe,[Verus eſt ſermo,quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis,& ſuper ſapientia tua,& non credebã narrantibus mihi,donec ipſa veni, & vidi oculis meis,& probaui ꝙ media pars mihi nunciata non fuerit.Maior eſt ſapientia & opera tua, q̃ rumor quẽ audiui:] quia & hoc fuit vulgatum de Salomone,ꝙ erat deuotus valdè & liberalis,atq; pacificus populi rector. Hæc aũt,& alia multa ac magna ꝓconia,qbus in textu regẽ extollit,non dixit adulando,ſed veritatis amore,rem ipſam vt erat pandendo,& prę admirationis vehementia ſe cõtinere nequibat.[Beati viri tui,& beati ſerui tui,q hîc ſtant corã te ſemper,]i.omni tẽpore vitæ ſuę,[& audiunt ſapientiã tuã,]viuẽdo ſecundũ eam,qa nec indiſciplinatos corã ſe toleraſſet. [Sit dñs Deus tuus benedictus,cui cõplacuiſti,& poſuit te ſuper thronũ Iſrael,eò ꝙ dilexerit te dñs Deus Iſrael.]i.Iſraeliticę plebis,[in ſempiternũ,& cõſtituit te regẽ, vt faceres iudiciũ & iuſtitiam.]Hoc regina dixit ex pia cõfidentia,quia ſperauit regẽ tã ſapientem,in ſapiẽtia permanſurum,vſque in finẽ.Porrò ſi ſaluatus eſt Salomon,dilexit eum dñs in ſempiternũ ſecundũ ꝓdeſtinationẽ æternã.In paral.legiť,reginã dixiſſe,quia diligit Deꝰ Iſrael,i.Iſraeliticũ populũ,& vult ſeruare eũ in æternũ,videlicet in ꝓſenti p gr̃am, & in futuro p gloriã: idcircò 1.Parali. 9 poſuit te regẽ ſuper eũ. Vndè cõſtat ꝙ ꝓcipuũ beneficiũ,ac diuinæ dilectionis euidens ſignũ ſit,habere virtuoſum ꝓlatum aut principem.[Dedit ergo regi centũ viginti talenta auri,& aromata multa nimis,& precioſas gẽmas:quibus Aethiopia ſatis abundat,quia & Gigon vnus de quatuor fluuijs paradiſi,circuit oẽm Aethiopię terrã,vt in Geneſi habetur.Fluuij aũt paradiſi efferunt & effundunt huiuſmodi gemmas.[Non ſunt allata vltrà]in Hieruſalẽ[aromata Gen.2. tam multa,q̃ ea q̃ dedit regina Saba regi Salomoni. Sed & claſsis Hirã, q̃portabat aurũ de Ophir,]q̃ fuit cõmunis Salomoni & Hirã regi,in qua vtriuſq; ſerui pariter verſabantur,[attulit Pet.Co.hi. ex Ophir,]videlicet ꝓfacto Indię territorio.[ligna thyina multa nimis,]q̃,vt legitur in Scho lib.3. laſt.hiſt.ſunt ſimilia lignis ſethim & odorifera.In lib.quoq; de proprietatibus rerum, fertur, Reg.ca.29.

Margin notes: an.iu.ca.6. — 2. Paral. 9 — Ibidem — Pet.Co.hiſtor. lib. 3. Re.cap.26.

ꝙ sunt valdè alba & quasi polita. in tantùm, vt in eis similitudines rerum resplendeant ac resultent. Iuxta Papiam vero & Glossam, sunt imputribilia & spinosa, in similitudinem albę spinæ candida ac rotunda. [& gemmas preciosas, fecitq; rex de lignis thyinis fulcra domus dñi & domus regiæ,] Fulcra, à fulciendo dicunt. secundũ quosdã sunt apodiamenta, quibꝰ homi-
Ibidem nes innitunt eundo ne cadãt. secundũ alios, fulcrũ vocatur pars lecti, & ponitur qñq; ꝓ lecto
2. Parali.9. seu quolibet eius ornatu. De eidem etiam lignis (secundũ Magist. in hist.) fecit sedilia tẽpli atq; palatij. Porrò in Paral. legitur: De lignis thyinis fecit gradus in domo dñi & in domo regis. Hinc aliqui dicunt, ꝙ fecit ex eis gradus ad ascendendũ de palatio in tẽplum, vel ꝙ in lateribus illius ascensus, sita erant hæc ligna pro apodiamẽtis. [& cytharas, lyrasq; cãtoribus] i. diuersa musica instrumenta, quibꝰ vtebãtur Leuitæ cãtores in Dei obsequio. [Non sunt allata huiusmodi ligna thyina, neq; visa vsq; in ꝓsentẽ diẽ,] dempta hac vice & lignis ꝓfatis exceptis. [Rex aũt Salomon dedit reginæ Saba oĩa q̃] ipsa [voluit & petiuit ab eo,] vtpotè aliqua q̃ in terra ꝓmissionis abundabãt, & in regno Aethiopiæ nõ habent, vt sunt fructus. herbę ac semina, q̃ regina potuit honestè postulare à rege, sicut & ipsa regina, ꝓter ea q̃ in textu legũ-
Iose. lib. 8. an. iu. ca. 6. tur, attulit & donauit Salomoni radicẽ balsami, de qua ꝓpagatæ sunt vineæ balsamitæ in Engaddi, vt Iosephꝰ scribit. [exceptis his q̃] Salomon ipse [vltrò] i. spontè [obtulerat ei munere
2. Parali.9. regio,] quæ s. tanta ac talia erant. ꝙ regalem munificentiã, magnificẽtiãq; decebãt, & sicut in Paral. additur, erãt multo plura q̃ quę ipsa attulerat regi. [Quæ reuersa est, & abijt in terrã suam cũ seruis suis,] eratq; prudẽtissima ac studiosissima mulier. Idcircò ex hoc, ꝙ ipsa in tantũ mirata est sapientiã Salomonis, innotescit excellentia sapiẽtiæ eius. Magnæ eñ expertæ & sapientes, personæ nõ solent parua mirari, q̃ homines imperiti ac pusilli mirantur de facilĩ. Præ-
Pet. Co. hi. lib 3. Reg. ca. 26. tereà in scholast. ser. hist. Tradunt quidã, reginã hanc rescripsisse Salomoni, ꝙ ei ꝓsentialiter dicere timuit, videlicet se vidisse quoddã lignũ in domo saltꝰ, in quo suspẽdendꝰ erãt quidã, ꝓpter cuius mortẽ regnũ Iudęorũ periret: certis indicijs regi lignũ hoc indicauit, ꝙ timẽs Salomon, in profundissimis terræ visceribus illud occultauit. sed quó circa tẽpora Chri in Pro-
Iohan 5. batica piscina supere natauit, incertũ est, & credit hoc lignũ dñicæ crucis fuisse. Hæc ibi. Aduntq; aliq, ꝙ angelo in piscinã descendente & aquã mouente, vt habet in Ioanne, lignũ hoc forsan supernatauit. De ista re multa legunt, nec de incertis audeo aliquid affirmare, tñ quãtùm cõijcere queo, nõ videtur credibile ꝙ Salomon lignũ illud sic occultasset, habuit eñ spiritum prophetiæ, & multa de Chri mysterijs nouit, vt patet in Cãticis, & nouerat, ꝑ Chri aduẽtum, ac passionem redimendũ esse genus humanũ. ꝓut pater suus Dauid in multis prophetauerat psalmis. ideo non apparet, ꝙ Chri passionẽ optauerit impedire, nec verba reginę videtur intelligere debuisse, nisi de Chri in ligno suspẽsione. [Erat aũt põdus auri, ꝙ offerebatur Salomoni ꝑ singulos annos, sexcentorũ sexagintasex talẽtorum auri,] ꝙ adduxerunt ad eum redditυarij seu receptores prouentuum eius, [excepto eo ꝙ offerebãt viri qui super vectigalia erant, & negotiatores, vniuersiq; scuta vendentes, & oẽs reges Arabiæ, ducesq; terræ,] sic-
3. Regũ. 9. que istud est aliud pondus à pondere auri quod adducebatur ei ex Ophir, quod (vt in fine ꝓcedentis cap. legit) quadringentorum viginti talentorum fuit, quantũ aũt talentum cõtineat iuxta nrã numismata aut mẽsuras, ignoramus. [fecit quoq; rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo.] Scuta ista, dicuntur intùs fuisse alterius materiæ, vtpotè æris aut ferri, & deau-
2. Parali.9. rata forinsecùs laminis aureis magnis, quorum subiungitur quãtitas: [sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti vnius.] i. tot sicli auri expendebãtur in laminas scuti vnius. Veruntñ in Paral. legitur: Trecenta quoq; scuta aurea trecentorum aureorũ, quibus tegebantur scuta sin-
Ibidem. gula, sed numerus minor non excludit maiorẽ, & maior includit minorẽ; vel forsan ducenta erant eminentiæ alicuius in forma. Additur itẽ 2. Paral. Fecit rex Salomon & ducentas hastas aureas de summa sexcẽtorũ aureorũ, qui in singulis hastis expẽdebãtur. [& trecentas peltas] fecit [ex auro probato] forinsecùs, sed intùs erant de materia alia. Vndè subiungit: [Trecẽtæ
Pet. Co. hi- stor. lib. 3. Reg. ca. 29. mnæ auri vnã peltã vestiebãt.] i. laminæ aureæ trecentarũ mnarũ, q̃libet peltã operiebãt. Peltę autẽ dicuntur breuia scuta, q̃à pellẽdo nomẽ sumpserunt, qm ictus repellunt, quorum (vt in Scholast. narratur hist.) q̃dam erant rotunda, alia instar semirculi facta, quibus vtebantur custodes regis & iuuenes speciosi regẽ egredientẽ extra Hierusalẽ ꝓcedentes, vt antè iam dictũ est pleniùs. Posuitq; eas rex in domo saltus Libani. Fecit etiã rex Salomon] i. ꝑ manus Hiram
Ios. lib. 8. an. iu. ca. 6. artificis fieri fecit [thronum de ebore grandẽ,] i. magnã sedem regalem eburneam, atq; vt Iosepus sentit, fuit de marmore porphyrio, i. purpureo, secundum Priscianum, vel à loco sic ap-
2. Parali.9. pellato. [& vestiuit eum auro fuluo nimis,] i. rubeo valdè, & dicitur fuluum à fulgeo, qm maximè splendet, [qui habebat sex gradus,] quibus ascendebatur ad soliũ, vt in Paral. additur,
Per Co. hi- stor. lib. 3. Reg. ca. 25. hoc est, ad locum sessionis; [& summitas throni, rotunda erat in parte posteriori:] quemadmodum in cathedris ligneis fieri solet. Magister in hist. ait, ꝙ reclinatio throni posterior, erat rotunda, i. auriculare, cui caput incumbebat sedentis, sedens super vitulũ respicientẽ, i. retrò aspicientem. [& duę manꝰ hic atq; indè,] videlicet ĩ parte anteriori & posteriori, [tenẽtes sedile,]

dile,]videlicet ipsum thronum. In Par.scribit,& brachiola 2.altrinsecùs,sicq; similitudo manus,ròne sustentationis,vocat brachiolū,& qa aliqd de similitudine brachij ei adhęsit.[& 2. leones] aurei [stabant iuxta manus singulas,]pro ornatu. sicq; manibus illis existentibus 4. erant 8.sculpti leones:vel si manus erant duæ,leones 4.erant,sed primum magis apparet,[& 12.leunculi]aurei sculpti,[stantes super sex gradus]pfatos,[hinc atq; indè] i.ex vtraq; parte gradus cuiuslibet,ita q duo leunculi pertinebant ad vnū gradum, vno leunculo stante ex vno latere gradus,& altero ex alio latere. Additur quoq; in Paral. quod thronus habuit aureum scabellum.[Nō est factū tale opus in vniuersis regnis.]i.in nullo alio regno factus est thronus tā speciosus ac preciosus.[Sed & oīa vasa,de qbus potabat rex Salamō,]i.scyphi & amphorę ex quibus ipse & sui cōmensales bibebāt,[erāt aurea.]Hinc in Para.scriptū est, Oīa vasa conuiuij regis aurea erāt.[& vniuersa supellex]i.*massaraticū[domus saltus Libani,]de qua dictum est suprà.[de auro purissimo erat[facta.In Par.fertur,vasa dom⁹ saltus Libani ex auro purissimo.[Nō erat argentū,]supple,magnæ æstimationis,ideo subdit,[nec alicuius precij]i.modici valoris[putabat,]psertim in Hierusalē,[in diebus Salamonis.]Vndè in schola. hist.recitatur,sedilia ante fores domorū plurima in Hierusalē argentea erāt,[qa classis regis per mare]rubrū,vt in pcedēti insinuatur cap.[cum classe Hirā]regis.Vndè elicitur,q saltem interdum miserunt classes distinctas & plures,seu vterq; eorum suam.[semel per tres annos ibat in Tharsis.]Tharsis,videt hic sumi pro pfacto Indiæ loco,q̄uis interdum sumatur pro vrbe quadā Ciliciæ,& iuxta Hebræos,Tharsis generaliter mare designat,atq; vt legitur in Genesi,Vnus filiorū Iauan filij Iaphet,vocatus est Tharsis,[deferēs indè aurū & argētū]in copia [& dentes elephantorū]q speciales habēt virtutes.Quidā tn̄ per dentes elephantorū, intelligunt pectines indè factos. [& simias,] q̄ sunt bestiæ ridiculosæ,ad solatium puocantes. [& pauos]i.pauones,quorū pulchræ & diuersicolores sunt pēnæ, & quasi imputribilis caro. Vn̄ in lib.de ciuitate Dei loqtur Aug. Quis dedit carni pauonis imputribilitatē?[Magnificatus est ergo rex Salomon super oēs reges terræ,]q suo tēpore erāt,[diuitijs & sapientia,]ita q in illis duobus simul sumptis,nullus rex tunc eum excessit,q̄uis forsan tunc aliq reges Indiæ fuerint ditiores.Istud tn̄ suprà in expositione supiorum pleni⁹ fuit expositum. [Et vniuersa terra desiderabat vultum Salamonis]i.quidam de habitatoribus oīm territoriorū, psertim reges & principes,ad quos fama eius peruenit,cupiebant eū videre,[vt audirēt sapientiam ei⁹, q̄ dederat Deus in corde eius,& singuli deferebant ei munera,vasa argentea & aurea,vestes & arma bellica,aromata quoq; & equos & mulos,per annos singulos. Congregauitq; Salomon currus & equites,& facti sunt ei mille 40.currus,& 12.millia equitum. Et disposuit eos per ciuitates munitas,& cum rege in Hierusalem, fecitq; vt tanta esset abundantia argenti in Hierusalē,quāta & lapidum,]quod per hyperbolen dicitur,ad innuendum magnā valdè abūdantiā argenti ibidē.[& cedrorum pbuit multitudinē quasi sycomoros, q̄ nascuntur in cāpestribus.]cùm tn̄ cedri sint ligna preciosa,sycomori vilia.Sycomori etenī dicuntur quasi fatuę ficus,quia in folijs moro sunt similes,in alijs ficui. Verùm prędictis de numero curruum & equitum Salomonis,videtur illud 2. Par. non concordare:Habuit Salomon 40. millia equorum in stabulis,& curruum equitumq; 12.millia. Ad quod(iuxta præhabita)respōdere qs poterit,q currus quinq; sumantur pro equis trahentibus currum:quatuor quoq; equos, pertinuisse ad currū vnum:vel notabiliores currus exprimuntur in Regum. ¶Quo circa iterum q̄ritur,an Salomon peccauit,congregando tot opes. Videtur quòd non,quia scriptura videtur hæc recitare in præconium Salomōis,Nullus aūt in scripturis commendatur de vitio. Quòd aūt in isto peccauerit,apparet,qa egisse videtur cōtra illud Deu. Cùm cōstitutus fuit rex,non multiplicabit sibi equos,neq; agenti & auri immēnsa pōdera. Ad istud arbitror rn̄dendum q nisi Salomon dicatur tot & tantas opes,quadrigas & equos congregasse ex diuino instinctu, ad declarandū q̄ plenè suo tēpore Deus impleuit ea,q̄ per Mosen de psperitate filijs Israel benè viuētibus repromisit,videtur excessisse in illis.[Et educebantur eq Salomoni de Aegypto,& de*Coha]loco sic dicto,vbi meliores eq inueniebātur:ideo ibi empti, pducebātur ad regē. Vn̄ subiungitur:[Negociatores enī regis emebant equos de*Coha,& statuto precio quod eis p eorū labore dabat,vel quod ipsi exposuerūnt pro equis.[perducebāt]equos ad Salamonē,Circa hæc refert Lyra, q Coha secundum R.Salomonem,sit hic nomē appellatiuū,significans societatē,vt sit sensus,q negociatores Salomonis emerūt oēs equos Aegypti, ita q alij reges non poterāt habere nisi p mercatores Salamonis,q equos quos emerant alijs cari⁹ vēdiderūt,ex quo regi magnū lucrū puenit.sed istud fictū videt,qa fuisset qst⁹ (vt apparet)inhonestus ac turpis,in eodē loco sic emere leui⁹ & vēdere cariùs,nec decuit regē tam sapiētē ac opulētū,q̄rere lucra hui⁹modi:fuisset quoq; aliorū puocatiuū.[Egrediebat aūt quadriga ex Aegypto 600.siclis argēti;& equus centum 50. Atq; in hunc modū cuncti,reges Hethæorum & Syriæ equos venundabant.]Per quadrigam hoc loco intelligūtur equi curruales seu currum trahētes,& q 4.equi,patet ex hoc,quòd dicitur. Vnus equus centum 50.siclis exisse,

2.Parali 9.
Ibidem.
Ibidem.
3.Reg.7.
1. Parali.9.
Petr.Com. histo.lib.3. Reg.ca.25.
3.Reg.9.
Genes. 10.
Augustin.
3. Reg. 3.
2.Parali.9.
Deute. 17.
*Coa
*Choa

isse Aegyptū,sicq; 2.equi ꝑ trecētis,& 4.equi pro sexcētis siclis egrediebātur. Est itaq; sens' ꝙ quadriga,i.4.equi,egrediebatur,i.empta educebatur de Aegypto pro siclis 600. argēteis.

¶Spiritalis explanatio eiusdem cap.10. Art. XVII.

PEr reginā Saba Aethiopissā,ꝑfigurabatur ecclesia ex gētib' cōgregata, olī vitijs denigrata,q̄ audito rumore ꝑdicatiōis & sapiētiæ,virtutū,miraculorūq; Chr̄i, cōcupiuit eius audiētiā & aspectū. Nā & in Chr̄o corporaliter adhuc inter Iudæos conuersante ac prædicante,
Mar.3. Matt.4. Marci.3. Matt.4. multi gentilium ex Tyro,Sidone,Syria,Idumæa atq; Decapoli, confluxerunt ad eum, sicut ex Euangelio comprobatur. Vndè & in die palmarum quidam eorum dixerunt Philippo a-
Ioan.12. post:Dn̄e,volumus Iesum videre. Deinde Christo in cælū assūpto,ꝑdicātibus vndiq; gloriosis apost.multi gentiles mirabilia Chr̄i audientes,festinauerūt ad ipsū,& ꝑ fidē atq; baptismū facti sunt eius filij atq; discipuli,sicq; ecclesia[ingressa est Hierusalē,]i.primitiuę ecclesiæ ex Iudaismo cōuersæ vnita,& vnū cū illa mysticū corp' effecta,[cū multo comitatu,]qa cōuersi gētiles q̄ plures,facti sunt euāgelicę legis ꝑdicatores eximij,q̄madmodū beatiss.viri,Clemēs Dionys.Ignati',Polycar.alijq; innumerabiles,q & innumerabilia millia conuerterūt,& secū duxerūt ad verè sapientiss.Salomonē dn̄m saluatorē. Venit quoq; ecclesia ista cū multis[diuitijs[corporalib',q̄s tn̄ ꝑpter Chr̄m reliquit,cū spiritalibus quoq; diuitijs,i.naturalib' donis intellectu,voluntate,synderesi,scientijs ac virtutibus acquisitis. Nam quidā eorū fuerunt magni philosophi,& in lege naturæ laudabiliter cōuersati.[& cū camelis,]i.idiotis, carnalib'q; hoībus,imò oēs rōne idololatriæ ac carnaliū vitiorū, poterāt dici cameli onere iniquitatum multiplicitur ꝑgrauati,qui tn̄ ꝑperando ad Chr̄m,portauerunt secū(aromata,)i.bonarū affectionū fragrantiā,bonæ indolis suauitatē,(& aurū)i.sapiētiam naturalē,atq; argentum,in eloq̄ntiæ venustatē.ꝑciosasq; gēmas,)qm̄ multi eorū valdè erāt studiæ virtutū intēti. ꝑciosę etiā gēmæ,sunt opera bona ex gn̄e,aut certè meritoria,q̄ quidā habebāt ante baptismū in lege na-
Acto.10. turæ,cū fide saltē implicita Chr̄i ventur.talis fuit Cornelius.Centurio,q timuit Deū cū oī domo seu familia sua,cuius orōnes & eleemosynę erant Deo acceptæ,anteq̄ à prīcipe apostolorum sacratiss.Petro verbum Dei audiuit. Hæc ecclesia(de qua fert Psa.44. Astitit regina à dextris tuis:Et Apo.12.Mulier amicta sole,& in capite eius corona stellarū 12.)loquuta est Chr̄o q̄cunq; erant[in corde suo,]vel in sacramentali confessione,sacerdotibus Christi vicarijs cō-
Threno.2. fitēdo, vel in deuotionali alloquutione,iuxta illud in Threnis. Effunde sicut aq̄ cor tuum ante conspectum dn̄i Dei tui.[docuit eam Salomon]qm̄ Christus ꝑ illuminationem internam & apostolorum aliorumq; sanctorum ꝑdicationem,de oībus necessarijs ad salutem instruxit ecclesiam:q̄ perpendens oēm Christi[sapientiam,& domum quam ædificauit]i.primitiuam ecclesiam ex Iudæis.[& cibos mensæ]i.multiplicem expositionem scripturæ ac sanctorum patrum doctrinas,Ecclesiastica quoq; sacramenta,p̄sertim corpus & sanguinem saluatoris.[& habitacula seruuorum eius]videlicet claustra & collegia ac congregationes deuotas,[& ordinē ministrantiū]in ecclesia,in qua q̄dam sunt subdiaconi,q̄dam diaconi,quidam sacerdotes,q̄dam abbates,q̄dam episcopi:sicq; deinceps.[vestesq; eorū]i.virtutes & dona ac opera bona,quibus decorant interiùs,& ꝑtegūtur cōtra calorē cōcupiscētiæ,flāmā iræ,& contra frig' acediæ,& contra intēperiē passionū,vestes quoq; materiales & sacrę ecclesiasticorū, sūt valdè dicētes & speciosæ,in quibus seruiūt in diuinis.[& pincernas]i.ꝑdicatores ac sacerdotes,q poculum vitæ,q̄ sapientiæ,vinū iustitiæ & sanguinē Chr̄i propinant fidelib.[& holocausta q̄ offerebat in domo dn̄i:]i.religiosas personas,q̄ seipsas Deo totaliter mancipāt,sicq; Chr̄s eas offert pr̄i in holocaustū,[nō habebat vltrà sp̄m]sed cōfessa est Chr̄o humiliter excellētiā suam,potissimū qa iam didicit eū nō solū esse hoiem purum,omī sapīa adimpletū, imò etiam ipsam sapīam increatā & verū Deū,ideo ait:[Beati viri tui,& beati serui,q stāt coram te
Luc.10. semper.)Hoc de ipsis apost.verè accipi potest,qb' dixit saluator Beati oculi qui vidēt q̄ vos
Psalm 83. Psalm 30. videtis. Insuper beati q habitant iam cū Christo in regno gloriæ æternalis,& faciē deitatis ei' clarè cōspiciunt. Beati item sunt viri cōtemplatiui & verè monastici,quib' daf gustare,q̄ magna sit multitudo dulcedinis Dei,quos Deus abscondit in abscondito faciei suæ à cōturbatio-
Ioann.20. ne ho m,& protegit eos in tabernaculo suo à contradictione linguarū.(Sic dn̄s De' tuus bn̄-
Matt 3.17. dict',cui cōplacuisti:)i.Deus pr̄,qui est De' tuus,q̄tū ad naturā assumptā,de quo dixisti: Ascē-
Marci 1. do ad Deū meum,& qui dixit tibi in baptismo & transfiguratione: Eccè filius meus dilectus
Lucæ 3.9. in quo mihi bn̄ cōplacuit.(Dedit ergo regi centum 20.talenta auri,& aromata multa,& gemmas preciosas)& quicquid boni habuit in naturalibus & acquisitis,in habitibus & operibus Christo asscripsit humiliter,& deinceps odorē bonæ famę,meritoria opera,sapientiamq; infusam obtulit ei.(Nō sunt vltrà allata aromata tam multa,)quia ecclesia in donis gratiæ ac virtutum,cunctisq; charismatibus spūssancti,abundauit ꝑ cęteris populis vniuersis.(Classis Hiram)i.rete ꝑdicationis eorum,qui ex paganismo conuersi sunt,(attulit)Christo (ligna thyina de Ophir,)quia vsq; in Indiā ꝑcesserunt,& indè ꝑclarissimos viros adduxerunt per fidem & charitatē ad dn̄m,qui vitiorū putredinē deinceps vitarunt, nec verborū folijs defluxerūt. Ex q̄bus Chr̄s(fecit fulcra,)quia fecit eos aliorū columnas ac sustentamenta.(& citharas,lyrasq; cātoribus:)qm̄ tanta gr̄a sunt repleti,tot meritis decorati,quod laudatores Dei ex eis ec

cipiunt copiosam diuinæ laudis materiam, laudantes Deum in sanctis suis. (Salamon dedit reginæ Saba oîa quę volebat.) sic Christus exaudit copiosissimè preces Ecclesiæ, ac multo meliora dona dat ei, q̄ ab ipsa accipiat. (Fecit quoque 200. scuta) aurea. Hæc sunt fidei formatæ munimenta. vnde ait Apostolus: Sumentes scutum fidei, in quo possitis oîa tela nequissimi ignea extinguere. (& peltas) quæ sunt armaturæ spei, quę facit hominem ad Deum confugere, & ipso tutari. Quis eñ sperauit in domino, & derelictus est? (Fecit etiam rex Salamō thronum de ebore grandem.) per thronum istum significatur Christifera ac præstantissima virgo Maria, cuius caro instar eboris fuit purissima, nullo vnquam inordinato motu pulsata, quæ fuit auro rubicundissimo, i. ardentissima charitate vestita, habens 6. gradus virtutum, quia p humilitatis profunditatē, mansuetudinis tranquillitatem, patientiæ immobilitatem, fortitudinis constantiam, paupertatis amorem, castimoniæ synceritatem peruenit ad summam perfectionem, & per gradus prę fatos ad ipsam ascendimus, cuius summitas fuit rotunda, quia pfectio eius sicut à Deo effluxit, sic eam ipsa ad Deum plenè reduxit. (Et duæ manus tenentes sedile.) quia in virgine gloriosissima fuit vtriusq; vitæ, s. contemplatiuæ & actiuæ, óperatio, q̄ eam in cũctis roborauit in Deo. (Et 2. leones stabant iuxta manus singulas.) Duo isti leones sunt, magnanimitas cordis, & robor stabilis voluntatis, seu firmitas mentis in prosperis ac aduersis. (Et 12. leunculi stantes super 6. gradus.) Duodecim isti leunculi, possunt intelligi 12. euangelica consilia Christi, quibus audacter pugnamus contra omnem aciem vitiorum & inuisibilium inimicorum. Vel 12. gradus humilitatis, seu 12. prærogatiuæ virginis excellentiss. quas in sermone assignat S. Bernardus. vel certè 12. fructus spiritus, quos ad Galatas ponit Apostolus. Aureum verò scabellum, est fidei formatę fundamentum. (Non est factum tale ôpus in vniuersis regnis,) quia nullus sanctorum sanctarum ve fœminarum, pstantissimę virgini est æqualis, quam is qui ex ea nasci dignatus est, incomparabiliter & prorsus inestabiliter decorauit, dignificauit & sublimauit. Rursus, per thronum istum potest Ecclesia designari, in qua Christus residet, regnat & iudicat. & qm̄ scriptū est, Anima iusti sedes est sapientiæ, potest per thronum q̄cunq; virtuosa persona seu anima accipi. Thronus quoq; est sancta religio & ex pinductis faciliter potest perpendi, qualiter istis spiritualiter queant aptari ea, quæ dicta sunt de virgine matre, aut consimilia. [Omnia vasa de quibus potauit rex, aurea erāt.] vasa ista sunt corda deuota, quæ membris Christi potum sapientiæ & doctrinæ effundunt, atq; cœlestium influxionem donorum suscipiunt, ac charitatis fulgore aurea fiunt. Iterum, vasa ista sunt sacræ scripturæ volumina supernaturalis sapientiæ contentiua, quibus recreantur, reficiunt ac refrigerantur Christifideles, & ipse saluator in membris suis. [Argentum in diebus illis pro nihilo reputabat] quia in Christi Ecclesia modicum reputatur facũdia seu acquisita vel naturalis scientia, quam non informat, ornat ac perficit laudabilis vita, charitasq; infusa & obediētia vera, imò scienti & non facienti, pctm̄ est illi. [qa classis regis cum classe Hirami bat in Tharsis, deferens indè aurum & argentum & dētes elephantorum & simias & pauos.] Classis Salamonis est ecclesia Christi primitiua ex Iudæis collecta, q̄ obstinatis Iudæis tandē relictis, ad informationem est profecta gentiū, q̄ gentes noîe Tharsis,] i. maris signantur, qm̄ instar fluctuum marinorum erant vitijs inquietæ, amaræ, & numero copiosæ. Porrò per classē Hirā accipitur ecclesia ex gentilitate cóuersa, quæ sctis Apostolis & alijs Chri discipulis cooperata est in gentilium conuersione, mittens & ipsa hincindè filios suos ad gentes erudiēdas sicq; istæ Ecclesiæ attulerunt Christo viros feruentes & sapientes, q auri noîe exprimunt, & argētū, i. fama claros & eloquentia resonantes, in pceptorum obseruantia diligētes, q̄uis non dũ perfectos: & dētes elephantorū, i. disputatores egregios, q dente disputationis fidem persuaserunt ac defenderunt: ac simias, i. etiam imperfectos, leues, pusillos, q instar simiarum in quibusdam assimilantur virtuosis hoîbus, atq; in multis deficiunt ab eisdē, sicut & simiæ ab hoîbus, qa adhuc leues & ludicres sunt: ac pauones, per quas diuites, nobiles & potentes hui⁹ seculi exprimuntur, quorū aliqui tam ex Iudæis q̄ ex gentibus crediderunt, qui instar pennarũ pauonicarum suis nobilitatibus, opulentijs, potestatibus, familijs, vestibus ornabant. Deniq; pauo dicit habere caput instar serpētis, vocē terroris, qa horribilē fundit sonū, gressū latronis, quia latenter progreditur: pennam decoris multipliciter coloratam ac speciosam, carnem imputribilem, turpesq; pedes: & sic per pauum intelliguntur viri religiosi ac spiritales, qui sunt prudentes sicut serpentes, & vocem orationis dæmonibus metuendam, insidiasque inuisibilium aduersariorum obseruant, ac latenti virtutum progressu sanctitatem suam occultāt, exercitijs quoq; obseruantiæ regularis pulcherrimè decorantur, & per continentiam à carnalium putredine abstinent vitiorum. hos Christo adduxit nauis Ecclesiæ, de qua Prou. 31. fertur, Facta est quasi nauis institoris de longè portās merces suas. sic tandem vniuersa terra, i. fideles toto orbe terrarum diffusi, faciem Christi videre, & eius sapiētiam pcipere cupierunt, obtulerūtq; ei munera spũalia & corporalia, imò & corpora sua & animas, & ita spiritalibus ac diuinis charismatibus ecclesia Christi præ cæteris quasi incomparabiliter est repleta habens illuminatissimas ac deuotissimas personas in abundantia tāta, vt sycomori & lapides solent haberi.

Psalm. 150. Ephes. 6. Eccles. 2. Gala. 5. Sapient. 7. Iaco. 4.

Declaratio cap. 11. Rex aūt Salamon adamauit mulieres alienigenas *Art. 18.*

Recitatis pꝑperitate & excellētia Salamonis, nunc enarrat eius aduersitas, impietas & in-
Nume. 28. sipientia. [Rex aūt Salamon adamauit mulieres alienigenas] i. gentiles [multas,] quas duxit vxores contra legem & ex irrationabili causa, quia non cepit eas in prælio, nec conuerterat eas ad Iudaismū, neq; pro pace communitatis, sed desiderio voluptatis ad eas ingressus est. [filiam quoq; Pharaonis,] quæ fuit eius vxor prima, principalis, charissima, quam an li-
3. Reg. 3. center acceperit, discussum est suprà. [& Moabitidas] i. de stirpe Moabitarum, [& Ammonitidas, & Idumæas, & Sidonias, & Cethæas de gentib⁹, super q̄bus dixit dn̄s filijs Israel,] i. de q̄bus pcepit Hebræis, [non ingrediemini ad eas, neq; de illis ingredientur ad vestras,] per copulam carnalem aut coniugalem. Istud quippe prohibuit dn̄s Exo. 34. & Num. 36. & Deut. 7. [Certissimè em̄ auertent corda vestra] à cultu vnius veri Dei, nisi fuerint ad eius fidem conuersæ, [vt sequamini deos earum,] illos colendo. Fœminea etem̄ blandimenta, oblectamenta, importunæq; preces virilem animum sic eneruant, flectunt & vincunt. [His itaq; copulat⁹ est Salamō ardētissimo amore,] qui amor ἔρως appellatur, & est pessimus amor, rationi oīnò
Iose. lib. 8. pdominans, & rationalem creaturam quasi in brutum conuertens, ita vt non sapiat nisi carnē,
an. Iu. c. 7. & eius concupiscentijs sit prorsus subiectus. [fueruntq; ei vxores quasi reginæ 700.] Ioseph⁹ ait, 70. dicuntq; aliqui, q̄ erāt principaliores, vel q̄ reginis cōnumerantur earum pedissequæ. Alij dicunt, q̄ iuxta literæ veritatem erāt 700. non q̄ oēs fuerint filiæ regum gentilium, sed
Hester. 2. reginæ vocantur, vtpotè regi nuptæ. & addunt, Salomonem ad tantam carnalitatem prolapsum, q̄ delectabatur frequenter habere adolescentulas virgines, quemadmodū narratur de Assuero, q̄ quasi quotidiè recentē habuerit. Nempe libido quo magis extenditur & vagatur, eo plùs furit: nec vsu suo restringitur, sed insanissimè dilatatur. [& concubinę 300. Et auerterunt mulieres cor eius. Cumq; iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres] cum tñ in senibus solet libido remitti, & auaritia augmentari. estq; inhonestissimum in antiquis, agitari concupiscentijs carnis, & ineffabiliter scandalosum in prælidētibus, potissimum in his qui sapientes & docti fuerunt. [vt sequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum dn̄o Deo suo, sicut cor Dauid p̄ris eius. Sed colebat Salomon Asthartem deam Sidoniorum] quæ alio nomine dicitur Iuno, fuitq; vxor ac soror Iouis. [& Chamos deum Moabitarum] Iudic. 11. legitur, Iephthe mandasse regi Ammonitarum, Nónne ea quæ possidet Chamos deus tuus, iure tibi debentur? quomodò ergo Chamos nunc appellatur Deus Moabitarum, prę sertim cùm in Hieremia dicatur, Si mutauit gens deos suos? q. d. non mutauit. Ad quod dici potest, q̄ interdum tempore procedente, nunc istud, nunc illud idolum ampliùs coluerunt. Ammonitæ quoq; & Moabitæ loco & natione propinqui, communicasse creduntur in suorum cultu deorum. [& Moloch idolum Ammonitarum.] Vndè Leui. 18. præcipitur, De semine tuo non dabis, vt consecretur idolo Moloch. [Fecitq; Salōmon quod non placuerat coram domino, & non adimpleuit vt sequeretur dn̄m, sicut & Dauid pater eius. Tunc ædificauit Salomon phanum] i. templum ipsi [Chamos idolo Moab in monte qui est contra] i. exopposito, q̄tum ad situm, [Hierusalem,] vtpotè in monte Oliueti e regione templi Dei, quod vehementer displicuit Deo, quia & idololatria ibi facta, à tota poterat ciuitate videri. sicq; fuit maximè scandalizatiua plebis ad idololatriā inclinatæ, ideo locus ille dictus est postea locus & mons offensionis. [& Moloch idolo filiorum Ammon. Atq; in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura & immolabant dijs suis] i. oībus illis qui eiusdem cultus seu idololatriæ erāt, fecit phanum vnum. Præterea habuit quoq; concubinas
2 Re. 15. 16. 300. de quibus non videtur dicendum, q̄ fuerunt vxores eius legitimæ ac secundariæ, prout
20. de concubinis Dauid dictum est suprà. Non em̄ oportet Salamonem excusari à fornicatione huiusmodi, qui nec ab idololatria excusatur. Ad tantam aūt carnalitatem videtur occasionaliter esse prolapsus post consummatiōem ædificiorum, in quibus diu & multùm fuit occupatus ex quiete & ocio, opulentia & nimia prosperitate. sicq; carnalitate hac victus, ad idolola-
Gene. 3 triam lapsus est. non fuit tñ sic excæcat⁹, q̄ putauit idola honorāda, aut aliquid numinis esse
1 Timo. 2. in eis, sed ne suas contristaret delicias, i. vxores, quēadmodùm Adam comedit de fructu vetiti ligni, non q̄ crediderit promissioni serpētis, quia in hoc (secundum Apostolum) non fuit deceptus, sed ne eam contristaret, non conformando se ei in esu illo, prout Augustinus libro
Augustin9 de ciuitate Dei testatur. [Igitur iratus est dn̄s Salamoni, q̄ auersa esset mens eius à dn̄o Deo
3. Reg. 3. Israel, qui apparuerat ei secundo, & præceperat de verbo hoc, ne sequeretur deos alienos, &
3. Regū. 9. non custodiuit quæ mandauit ei dn̄s. Dixit itaq; dn̄s Salomoni,] vel in visione, sicut apparuerat ei semel in Gabaa ante templi constructionem, & posteà semel in Hierusalem, templo iā consummato, vel per prophetam aliquem, atq; (vt aliqui opinantur) per Nathan prophetam [quia habuisti hoc apud te] i. in tantis sceleribus tam immansiuè & incorrigibiliter excessisti, [non custodisti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, disrumpens scindam regnum tuum] i. populum tibi subiectum, in duas diuidam partes, [& dabo illud] i. partē maio-

lorem,[seruo tuo,puta Hieroboam,q fuit vnus officialium Salamonis. Istud iustissime fecit Deus.Nam ex quo Salamon subtraxit & minuit cultum & honorificentiā Dei.decuit eius regium minorari honorem.[Veruntñ in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuū,] quem in te filio suo volo sic honorare,ad declarandum merita eius.[De manu filij tui scindā Illud,]vt sequēti narratur cap.[Nec totum regnum auferam, sed tribū vnam dabo filio tuo,] pter tribum Iuda,vt quidam exponunt. Vndè & quidam ait,tribus Iuda nō fuit filio Salamonis data,quia fuit sua.sed dicit Apost.1.Cor.4. Quid habes quod nō accepisti? ideo non fuit sic sua, qn etiam data,imo dum dñs dixit hæc,nondum fuit sua,quia necdum cœpit regnare. Infrà quoq; in isto cap.legitur,Vna tribus remanebit ei,i.Salamoni seu filio eius:& ibi per vnam tribum intelligit trib⁹ Iuda:idcircò & hic dum dicit,tribum vnam dabo ei,per tribū vnam intelligenda videt trib⁹ Iuda,q̄ principaliter ac directè ex intentione data est filio Salamonis.Tribus aūt Beniamin in quasi ex occasione,quia in medio trib⁹ Iudę manebat.Trib⁹ verò Leui,qa Hieroboā eiecit eam,vt dicit infrà.Hinc quoq; sequēti habet cap.Nec sequut⁹ est quisq̄ domū Dauid pter tribū Iuda solam.[ppter Dauid seruū meū,& Hierusalē q̄ elegi] i.propter continuandū cultū meū in vrbe Hierusalē,in qua tēplū est,& q̄ ad locum tēpli ac cultus diuini elegi,quē cultū puideo in alijs tribub⁹ cessaturum,vel propter Hierusalem,i.habitatores deuotos & sctōs q fuerunt tēpore Dauid,& posteà ibi.[Suscitauit aūt dñs Salamoni] sic transgresso[aduersarium,Adad Idumæum de semine regio,q erat in Edom,] regum Idumæorum.[Cùm eñ esset Dauid in Idumæa,& ascendisset Ioab princeps militiæ ad sepeliendos eos qui fuerāt interfecti]de Idumęis ab exercitu Dauid,quos iussit occisos misericorditer sepeliri,qm Idumæi & filij Israel nati erāt ex duobus fratrib⁹,f.Esau & Iacob, & qm Deu. 23.scriptū est:Non abominaberis Idumæum,quia frater tu⁹ est.[& occidisset omē masculinū in Idumæa,(Sex eñ mensib⁹ ibi morat⁹ est Ioab & oīs Israel, donec interimeret omē masculinū in Idumæa,)fugit Adad ipse & viri Idumæi,de seruis patris eius cū eo,vt ingrederetur Aegyptū.Erat aūt Adad puer paruul⁹.Cumq; surrexissent de Madiā]hoc est,vrbe seu territorio Madianitarū.Madiā quippe interdum est nomen prouinciæ,interdū pprium nomē ciuitatis in illa,qnq; propriū nomen viri nati ex Abrahā & Cethura,vt patet Gen.25.[venerunt in Pharan,]ꝙ qnq; est nomen vrbis in terra pfata inter Madian & Aegyptum,qnq; nomen partis deserti inter Aegyptum & Chanaan,vt patet Exo.16.[Tuleruntq; secū viros de Pharan, & introierunt Aegyptum,ad Pharaonem regem Aegypti, Qui dedit ei domum, & cibos cōstituit,& terram delegauit.Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valdè]cōdolenti regio adolescenti,ita fugato,[intm̄ vt daret ei vxorem,sororem vxoris suæ germanam Thaphnes reginæ]Taphnes qnq; est pprium nomen loci sic dicti in Aegypto,iuxta illud Hier. 43. Venerūt vsq; ad Taphnes.Hic aūt est propriū nomen coniugis Pharaōis reginæ Aegypti. Nam subditur;Genuitq; ei soror Taphnes Genubath filium,& nutriuit eum Taphnes in domo Pharaōis, Eratq; Genubath habitans apud Pharaonem cum filijs eius.Cumq; audisset Adad in Aegypto.dormisse Dauid cum patribus suis,& mortuum esse Ioab principem militiæ] Salamonem quoq; infatuatum,vt in Scholast.hist.additur,[dixit Pharaoni:Dimitte me, vt vadam in terram meam,Dixitq; ei Pharao: Quaenim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam? At ille respondit:Nulla.Sed obsecro te,vt dimittas me]ad Idumæam,de qua natus sum,& iure successionis competeret mihi.vndè & spe atq; affectu recuperandi eam redijt illuc.Subditur de secundo aduersario Salamonis:[Suscitauit quoque dñs ei aduersarium Rezon filium Eliada,qui fugerat Hadadezer regem Zoba dñm suum]i.regionis sic dictæ in Syria, de quo rege dictum est 2.Reg.10.[Et congregauit contra eum viros,& factus est princeps latronum, cùm interficeret eos Dauid.]i.quosdam eorum.[Et abierunt Damascum , & habitauerunt ibi & constituerunt eum]i.ipsum Rezon[regem in Damasco. Eratq; aduersarius Israel cunctis diebus Salamonis.] Nec obest quod dictum est.Salamonem in summa pace regnasse, & ex omni parte pacem habuisse:quia quod modicum est,p nihilo reputat:nec Rezon iste audebat aut poterat publicè impugnare regē aut populū Israel, sed corde magis q̄ opere aduersarius fuit regis,Hinc itē elicitur,ꝙ nō fuit suscitat⁹ à principio cōtra Salamonem,ppter eius pctā,qa diu iustus pmansit,sed pmissiuè à Deo fuit suscitatus ex ppria inuidia cōtra Salamonē,eo ꝙ Dauid latrones socios suos occiderat.Salamone aūt infatuato , suscitatus fuit à dño in vltionē criminū Salamonis,& tunc magis nocere conat⁹ est.[& hoc est malū Adad & odiū cōtra Israel.]Quare non ait:hoc est malū Rezon?Rñdetur ꝙ Adad cōfortauit ipsum Rezon cōtra Salamonē,adiuuitq; eū,vt rursus iuuaretur ab eo ad obtinēdum Idumęā Salamone inuito.[Regnauitq; in Syria,Hieroboā quoq; fili⁹ Nabat Ephratę⁹ de Zareda, seru⁹ Salamonis,cui⁹ mater erat noīe Zerua mulier vidua,leuauit manum cōtra regē.]Dicunt aliqui ꝙ Nabat pater hui⁹ Hieroboā,fuit ipse semei quē Salamō interfecit,vt dictū est suprà. sed hoc falsum videt,qa vt patuit,Semei fuit de Beiamin, Nabat de Ephraim.[Et hęc ē causa rebellionis cōtra eum,quia Salamō ædificauit Mello , & coęquauit voraginē ciuitatis Dauid patris sui]

hoc

Marginalia: 3.Reg.12. — Ibid. — 2.Reg. 8 — Gen.25. — Pet.Co.hi. lib.3. Reg.ca.27. — 3 Regū. 2. — 2.Regū.16.

lamone recederet. & alij dicūt, ꝙ animatus verbis Ahiæ, cœpit alios incitare ad rebellãdū Salamoni, & murmurare aduersus eum, ꝙ si verū est, fuit culpabile: quia vt patet in textu, Abias inter cætera ꝑdixit Hieroboam: Ducē ponam eum, videlicet Salamonem, cunctis diebus vitę suæ. Auferam aūt regnū de manu filij eius. Et iterum: Si audieris oīa quę ꝓcepero tibi, sicut fecit Dauid, ero tecum. 3.Reg.3. Ideo debuit virtuosè secundū Deum ꝓcedere, non ad rebellionē inducere. [Qui] Hieroboam [surrexit & aufugit in Aegyptum ad Sesac regē Aegypti.] Iste rex fuit alter à Pharaone, cuius filia vxor fuit Salamonis. imò & Iosephus scribit, hic vltim⁹ regum Aegypti appellatus est Pharao, quod est nomen cōmune, interpretaturq; regnãs. Veruntn postea fuit Nechao, qui vocatur & Pharao, vt infrà 4.Re.12. asseritur. Iose. lib.8 an.iu. ca.7 Ad quod poterit r̄nderi, ꝙ non fuerunt oēs per ordinem ita vocati, post mortem Pharaonis præfati vt antè. [& fuit in Aegypto vsq; ad mortem Salamonis. Reliquum aūt verborum Salamonis, & oīa quæ fecit, & sapīa eius, eccè vniuersa scripta sunt in libro verborum dierum Salamonis.] Per quem librum quidam putauerunt librum Parali. intelligendum, quia ⁊ παραλειπομένων latinè interpretatur verba dierum, quod stare non potest, quia nec in Paralipo. scripta sunt reliqua verba & opera Salamonis, imò 2.Par.9. sic legitur: Reliqua verò operum Salamonis priorum & nouissimorum, scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis. In visione quoq; Addo Videntis. Idcircò liber iste dierum Salamonis, creditur non haberi, & forsan à Chaldæis fuit cōbustus. forsan etiam per librum istū intelligunt pluraliter illi libri in Paralipo. allegati. [Dies aūt quos regnauit Salamon in Hierusalem super oēm Israel, 40. anni sunt. Dormiuitq; Salamon cum p̄rib⁹ suis, & sepultus est in ciuitate Dauid patris sui, regnauitq; Roboam filius ei⁹ ꝓ eo] ¶ Circa ꝓhabita q̄ritur, ꝙ annorū fuerit Salamō, qn̄ incepit regnare. Ad ꝙ certitudinaliter r̄ndere difficile est, ꝓpter verba scripturæ q̄ hīcidē videt̄ diuerso modo indè sentire, & quia expositores sup hoc diuersimodè sentiūt, tam catholici q̄ Hebræi. Nēpe Mag. in hist. ait, Salamon duxit vxorem filiam Pharaonis, de qua (vt aiunt Hebræi) genuit filium, quasi contra naturam, cùm adhuc 11. ageret annum. Pet.Co hi. li 3.Re c.5. Iosephus quoq; testatur: Mortuus est Salamon valde longæuus, qui regnauit annis 80. vixit aūt annis 94. Iose. lib.8. an. Iu. c.7. sed diuina scriptura eos tm̄ exprimit annos quibus regnauit, anteq̄ præuaricaretur, & hæc verba inducit Magist. in hist. pro solutione quæstionis, qua q̄rit, qua ratione dicitur Salomon senex fuisse, cùm modicùm vltrà 50. annos legatur vixisse. Roboam eñ 40. & vnius anni erat, patre suo Salamone defuncto, quem Salamon cùm 11. esset annorum, genuisse perhibetur. Petr.Com. histo.lib.3. Reg.ca.27. ¶ Prætereà, circa hæc recitat Lyra: Occurrit hic dubium, qualiter dicatur Salamon senex fuisse, qn̄ deprauat⁹ fuit per mulieres, quia dicit R. Salamon, & alij Hebręi, ꝙ erat tm̄ 12. annorum, qn̄ cœpit regnare, & in isto cap. dicitur, ꝙ 40. annis regnauit, & sic vixit tm̄ 52. annis, ipse aūt deprauatus fuit per mulieres ante mortem suam, per 6. annos aut circiter, q̄m ædificauit templa idolorum pro vxoribus suis postquam fuit deprauatus, in quorum ædificationibus fluxerunt plures anni. & sic qn̄ fuit deprauatū cor eius, non videtur habuisse vltra 46. annos vel circiter, ex tali aūt ætate nullus dicitur propriè senex. R.Salamō. Petr.Com. histo.lib.3. Re.cap.27. Iose. lib.8. an.iu. ca.7 his addit: Ad hoc autem r̄ndit Mag. in hist. ꝙ Salamon regnauit 80. annis, ad quod allegat Iosephum dicentem, scriptura tacet 40. annos regni sui, quibus impiè vixit, sicut de Saule dicitur suprà primo libro, ꝙ duob⁹ annis regnauit, & tacent̄ decē & octo anni, q̄bus malè se habuit, sed istud reprobat Lyra, adijciens: De dicto magistri parùm est hic curandū, q̄m cōtradicit sibijpsi & scripturæ. 3.Regū.14. Nam dicit ꝙ Salamon 11. annorum genuit Roboā & ꝙ Roboam patre suo mortuo, fuit 41. annorum, in qua etiā ætate cœpit regnare, vt infrà dicitur, sicq; reuertitur primum dictum, videlicet ꝙ Salamon vixit tm̄ 52. annis. deindè r̄ndet iuxta ꝓpriā mētē, addēdo: Saluo meliori iudicio, videt̄ dicēdū, ꝙ Salamō postq̄ 40. annis regnauit, mortuus est, & successit ei in regnum filius eius Roboam, habens 41. annos, sicut dicit scriptura. sed qn̄ Salamon cœpit regnare, non solùm habuit 12. annos, vt ab alijs dicitur, sed non probatur, nec ex ipsa scriptura habetur, quia exprimit annos regni sui tm̄, non aūt oēs eius, qn̄ cœpit regnare, nec annos totius vitæ suæ, imò habuit 20. annos vel plures in principio regni sui: & sic, qn̄ mortuus fuit, habuit ad minus 60. annos: & ita conuenienter potest dici, ꝙ post 50. annos ætatis suę deprauatus fuit per mulieres, & tūc poterat dici senex, q̄m & Leuitę completo anno vitæ suæ 50. seruire cessabant in tabernaculo, tanquàm senes, vt habetur Leu.9. & ex hoc patet ꝙ Salamon non genuit Roboam 11. vel 10. annorum, sed multo plurium, quia cō traxit cum matre ipsius Hieroboam post suam coronationem. Deindè Lyra contra hæc obijcit, quia Hieronymus in epistola ad Vitalem presbyterum de Salamone & Achaz videtur dicere, quod Salamon 11. annorum vel minùs genuit Roboam, & quod 12. ætatis suę anno, accepit regnum. Hierony. & soluit istud, dicendo ꝙ Hieronymus non loquitur ibi assertiuè, vt manifestè patet ex fine eiusdem epistolæ. sed supposito, ꝙ tunc regnare inceperit, & ipsum Roboam genuerit, ita vt dictum est, r̄ndet, quō hoc sit possibile, adducens ad hoc exemplum cuiusdam mulieris nutriētis paruulū, q in eodē cum ea lecto iacebat, & cū 10 annū impleisset, & ipsa calefacta fuisset vino, induxit puerū ad carnalem copulā, & sic alijs noctibus seq̄ntib⁹, q̄ de puero

Hierony. illo cōcepit,& infra duos menses vterus eius intumuit. Hieronymus tamen attribuit hoc magìs virtute diuinę, q̃ naturæ, vt occultū facinus per euidens signū panderetur.& sic arguendū est ad oppositū, ꝙ Salamon virute naturæ non genuit Roboam cùm 11. esset annorū. Hæc Lyra. In cuius verbis multa continentur incerta, & q̄dam quæ non videnť posse saluari.& primò, ꝓsequendo id ꝙ ad B. Hieronymi verba rn̄det, apparet dicendū, ꝙ ipse S. Hieronymus in illa
Hierony. ad Vitalē epistola ꝓsupponit pro vero, ꝙ Salamno 12. existens annorū, cœpit regnare, sic etenim ait: Deprecaris vt exponā tibi causas, quare Salamō & Acha z11. annorum, filios genuisse dicātur. si em̄ 12. anno Salamō sup Israel accepit imperium, & 40. annis regnauit, filiusq́; eius Roboā cum 40. annum ageret ætatis, patri successit in regnum, perspicuum est, 11. annorū fuisse Salamonem vel 10. qn̄ videlicet genuit Roboam. Quis crederet, vt 11. annorū puer generet filium? Multa & alia in scripturis dicuntur. quæ vidētur incredibilia, & tn̄ sunt vera. Neq; enim valet natura cōtra naturæ dn̄m. Deindè in illa epistola multipliciter persuadet, illud nec impossibile, nec incredibile reputari debere, nec dubiū esse potest diligēter legēti illam epistolā, quin istud fuerit de mēte Hieronymi, ꝓsertim qm̄ & in alijs multis locis idem testatur. siqdem & in epistola ad Rufinum presbyterū scribit: Interpretatio iudicij Salamonis super iurgio duarum mulierum meretricū, quantùm ad simplicē historiam pertinet, perspicua est, quod puer 12. annorū contra ætatis suæ mēsura iudicauerit de intimo humanę naturę affectu,
Iosep lib. 8 vndè admiratus est & timuit oīs Israel. sup Esaiam quoq; idipsum testatur, vt infrà tangetur.
ant. iu. c. 7. ¶ Prætereà, cùm Iosephus alijq́ Hebræorū doctores & expositores ꝑcipui in isto gn̄aliter satis concordēt, verisimile est, ꝙ à senioribus & maioribus suis sic acceperūt & didicerunt. Nec
Petr. Com. histo lib. 3. Reg. ca. 27. verum est quod Magist. in hist. contradicit scripturæ, imò qcqd scriptura de ista materia narrat, ipse cōcedit, nec ipse ex persona sua affirmat, quòd Salamon regnauit annis 80. sed recitat Iosephi verba & Hebræorum opinionē. ¶ Ampliùs, incertū oīno est, ꝙ Lyra affirmat Salamonē habuisse 20. annos vel plures. qn̄ incepit regnare, nec ipse hoc ꝓbat, nec videtur consonare scripturæ, qm̄ 1. Paral. 19. legitur Dauid dixisse maioribus Israel, Salamonē filium meum
Iose lib. 8. an. Iu. ca 3. elegit Deus adhuc puerum & tenellum. suprà quoq; scriptum est 3. Reg. 3. queadmodum Salamon qn̄ à Deo accepit sapiētiā, dixit: Et nunc dn̄e Deus, tu regnare fecisti seruum tuum ꝓ Dauid pr̄e meo. Ego autē sum puer paruulus, ignorans egressum & introitum meum. hæc autē non vidētur conuenire homini virilis ætatis. Nam quàmuìs in scripturis viri frequēter vocētur pueri, non tn̄ pueri tenelli & paruuli. Nec Dauid vocauit Salamonem puerum & tenellum, respectu regimiuis ei imponēdi, sed ratione ætatis, & qa inter fratres suos iunior fuit, & qm̄ intēdebat populo persuadere, vt ꝓmotioni Salamonis filij sui ꝓberēt consensum, non ita paruificasset eum, nisi absolutè tam tenellus fecisset. Nec obstat, ꝙ Dauid dixit ad Salamonē,
3. Reg 2. Vir sapiens es: qa vt super Esaiam scribit Hieronymus, vocauit eum virum, non ratione viri-
Hierony. lis ætatis, sed ob maturitatem morum, atq; prudentiā. sed si ita quis teneat, restat videre. qualiter Salamon asseratur in sua senectute de prauatus per mulieres, cum iuxta hæc videatur vix
Hierony. ipse non vltra 50 & 2. annos. Ad ꝙ in pallegata ad Vitalē epistola rn̄det Hieronym᷒: Ad summam dici potest, quod in regno Dauid regis, Salamon cum 12. esset annorum, obtinuerit solium, & posteà, qa scriptura hoc reliqt incertum, vixerit ipse Dauid aliquot annos, regnante suo filio Salamone, qui sibi & non Salamoni deputentur, & mortuo ipso Dauid, posteà Salamon filius eius regnârit annis 40. quib᷒ sine patre regnauit, atq; ita & initium regni Salamonis, & tempus quo solus ipse regnauit, ab historia demōstratur, nec tn̄ omnes anni vitæ Sala-
4. Reg. 15. monis 52. annorū circulis contineri. si aūt dubitas ꝙ regnantibus filijs, patribusq́ eorum viuentibus, non filijs tempus regni eorū, sed patribus computeť. lege regnorū volumen, & inuenies ꝙ Ozias rex Iuda, post q̃ lepra ꝑcussus est, habitauit in domo separata, & filius eius Io-
4. Reg. 16. athan imperium rexerit, & iudicauerit populū terræ asq; ad diem mortis patris sui, & tn̄ post mortē illius cùm 25. esset annorū, 16. annis regnasse dicatur, qbus solus regnauit. Hæc Hieronymus. ¶ Insupèr prorsus incertū est, nec ex aliqua authentica ꝓbari potest scriptura, ꝙ Salamon non nisi 6. annis aut circiter fuit deprauatus ꝑ mulieres, sed videť diutiùs vixisse in tanta libidine, cùm habuerit tot vxores reginas & tot concubinas, imò & adolescentulas, atq; vt
Hierony. verbis vtar Hieronymi in epistola ad Vitalem presbyterm, tot scorta quorū non erat numerus, tot phane construxerit coniugibus suis idololatris. De hac demum materia tam diffusè conscripsi non aliquid asserendo, sed magìs, ne quis in re tam obscura aliquid incautè affir-
R. Paulus met, aut venerandos patres irreuenter expediat. ¶ Postremò, R. Paulus sic ait: Rationabiliter dici posset, quod Salamon dicendus fuerat senex, cùm ferè esset 50 annorū, quia ætates mensurantur, non solùm secundum annos vel secundum ea quæ ad incrementum aut diminutionem corporalium virium pertinent, sed etiam respectiuè secundum status moresq́; personarum sicq; Salamon respectu tantæ scientiæ sibi datæ & dignitatis suæ, senex tunc vocabatur.

¶ De spirituali eiusdem capituli sensu. Art. 19.

HIstoria hui᷒ capituli multipliciter atq; salubriter admonet nos & informat, ne qs vnquā

de

de viribus suis p̄sumat, de scientia sua se iactet, de parentū sīlitate confidat inordinatè, aut in dignitate & eminētia, p̄speritate & fama, donisve gr̄æ gratis datę inaniter glorieť, sed in omnibus iūgiter timoratus, custoditus, atq; solicitus coram Deo cōsistat, in vera & sancta humilitate semp p̄sistens, ac oēm suā fragilitatem, defectuositatē, & p̄nitatē ad malū incessabiliter pensans, ac tanti viri istius, videlicet Salomonis, tā admirabilem ac miserabilē ruinā perpendens, nec propter p̄terita merita sua, periculosa securitate pigrescēs. Ecce em̄ Salomon iste sanctissimi Dauid filius, tanta sapientia, fama, prosperitate p̄fulgens, prophetiæ dono ornatus, copiosissimis documentis abundans, & diu in veris virtutibus Deo fidelis, & p̄clarissimum templum ei molitus, ad tam extremam & infinitam insipientiā, ad tantā impietatum voraginem, ad tā sordidissimā & inuerecūdissimam carnalitatē est deuolut', lapsus, demers', vt nemo de hoc sufficiat admirari, p̄sertim q̄ desup correptus, & cōminationibus auisatus nō cessauit, & subditis suis totiq; regno suo, imò & seculo vniuerso tantā scandalositatē p̄buit & reliquit, in quo clariss. patet ineffabilis & semp deflenda humanæ conditiōis fragilitas, atq; in om̄e malū procliuitas. Iugiter ergo & profundiss. humiliemus nosipsos, & qui stat, videat ne labatur, nec glorieť sapiens in sapientia sua, & cui plus datum est, ampliùs vereatur. ¶ Præfereà ppendamus ad q̄ horribilia crimina trahat luxuria, & immundissima illa voluptas, q̄ & sapientiss. virū hunc ad tam ridiculosam fœminarum, vxorū, concubinarū, scortorū multitudinē traxit & insupèr ad idololatriam perduxit eundem, heu qualiter fœditas illa obtenebrat hoīem, vt nec Deū nec hoīem vereať, nec de sua turpissima & scandalosissima vita verecundeť, & nō solum nō acquiescat correptioni & informationi humanæ, sed nec angelico, neq; diuino obtēperare curet instinctui, q̄madmodùm scriptura fatetur: Impiùs cùm in p̄fundum venerit peccatorum, contēnit. Eccè qualiter paulatim fit lapsus ad deteriora, quia peccatum q̄ p pœnitētiam nō deletur, suo mox pondere trahit ad aliud. Hoc quoq; pensandū, q̄ is cui maiora gr̄æ dona sunt p̄stita, & qui ad virtuosiorē tenetur vitam, in immaniora cadit facinora, dum p̄pter suos excessus iustè à Deo relinquitur. Eccè q̄ periculosum est in hoc seculo prosperari, abundare diuitijs, & vndiq; reputari, ocio & torpori locum p̄bere. Ecce qualiter impia cōsuetudo incorrigibilitatem inducit. ¶ Præterea legitur Salamon specialiter deseruisse idolis tribus, videlicet Astarthi deæ Sidoniorum, per quam effœminata designatur libido. Nā & Astarthes plasmationis superfluitas designatur. luxuria quippe semper quærit superflua, cum natura modicis minimisq; contenta noscatur. In hoc sequuntur Salomonem libidinosi, quorum deus venter est, & gloria in pudendis eorum. Coluit quoq; Moloch, quod interpretatur rex eorum: per quod notatur superbia, in quo sequuntur eum ambitiosi & animosi, qui intantum suam p̄sidentiam appreciantur & amant, vt persequantur, ac de vita hac tolli cupiant eos: per quos principatu suo priuari verentur. Coluit etiam Chamos, quod interpretatur congregās, per q̄ auaritia figuratur. opulentiam nanq; quærunt lasciui, qua suarum obtineāt oblecta delitiarum, quemadmodùm etiā Salomon propter has tres idolorum culturas acqsiuit specialiter tres inimicos, videlicet Adad Idumæum, Razon Syrū, atq; Hieroboā Israelitā. sic q p̄fatos vitijs obsequūtur, tres specialiter aduersarios sortiunt, vtpotè mundū, q inclinat ad auaritiā: carnē, q̄ ad concupiscētiā mouet: diabolū, qui ad supbiam trahere nititur. ¶ Postremò, ex isto docemur cap. q̄ propter scelera principum trāsferantur regna ac principatus de gente in gentē, & de vno ad aliū. Nā sicut clementia roboratur thronus regis, sic per crudelitatem atq; tyrannidē eradicatur. Hinc scriptum est in Ecclesi. Principatus sensati stabilis erit. In Prouerbi. quoq;: Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabiť. Nēpe vt in Danie. habeť, deus mutat tēpora & ætates, transfert regna atq; cōstituit. Hinc rursus in Ecclesi. legitur: Regnū à gente in gentē transfertur p̄pter iniustitias & iniurias & contumelias & dolos diuersos. & rursus ait scriptura: Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Nempe vt ait beatiss. virgo, Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Hebr. 5. 6.

1 Cor. 10.
Hierem. 9.
Lucæ 12.

Prou. 18.

Gregorius

Philipp. 3.

Prouer. 20.
Ecclesi. 10.
Proue. 29.
Daniel. 2.
Eccl. 10.
Ibidem

Lucæ 1.

Expositio cap 12. Venit autem Roboam in Sichem &c. Art. 20.

TRactatum est hucusq; de vnico Israeliticæ plebis regno, in quo vnus præfuit illi populo vniuerso. nunc & in sequentibus de eodem agitur regno bipartito, sicut patebit. [Venit autem Roboam] filius Salomonis cum suo exercitu [in Sichem] i. in locum seu oppidum sic vocatum, de quo in Genesi legitur: Missus Ioseph de valle Hebron, venit in Sichem, de quo etiam in Iudicum lib. multa leguntur. ¶ Deniq; Sichem etiam proprium nomen est viri, de quo in Gen. habetur, Egressa est Dina, quam cùm vidisset Sichem princeps terræ illius. [Illic enim congregatus erat om̄is populus Israel.] i. quidam de om̄ibus tribubus & principaliores, demptis his qui venerunt cum Roboam, qui p̄fixit eis locum ibidem: quia fuit locus famosus, & in tribu Ephraim situs, q̄ tribus post tribū Iudæ fuit egregia, atq; vt quidam addit, fuit quasi in medio regni, quod non videtur, q̄m super lib. Iudicum dictum est sæpè, & expositores coīter dicunt hoc, q̄ tribus Iudæ & tribus Ephraim, tanq̄ cæteris fortiores sortē & mansionē acceperunt in extremitatibus Israelitici regni pro totius munimine populi, vna ab vna parte, & alia ab altera. additq; idem, fuit etiam ibi primus rex Israel, s. Abimelech institutus,

Genes. 37.
Iudicum 9.
Genes. 34.

ideo populus fuit ibi congregatus.[ad instituendum eum regem:ꝙ propter duo stare nō po
Iudi. 9. test;primò,q Abimelech fuit iudex,nō rex. Vndè in li.Iudicū de ipso ē mētio, & q̄uis scriptū sit,ꝙ constituerunt eū regē,non tñ cōstituerunt regem sup 12.tribus, sed super Sichimitas:
1. Reg 9 10 idcircò nō fuit rex Israel,imò Saul primus rex Israel fuit,vt patuit 1.lib. Vndè in Actibus asse-
Actor. 13. Beda. Rabanus rit Paulus ꝙ Deus 1.dedit iudices vsq; ad Samuelem,& exindè postulauerūt regem, & dedit eis Saul.istud Beda, Rabanus,aliiq; affirmant. Vnde magi.in hist.ait: q̄ritur,quō Saul primus
Petr Com. rex Israel dicitur?Ad quod rñdet,ꝙ propter regimen vniuersale,Abimelech autem solùm re
histo.lib 3. gnauit in Sichimitis.Secundò,qm̄ totum negocium Abimelech,fuit tyrannicum, ambitiosū
Re.cap 28. & pessimum,nec inter iudices à dño suscitatos,& in quibus spūs dñi fuit, est computandus,
Iudi.9. vt patet in lib Iudicū,ideo propter eius promotionem in Sichem factam, aut ob illius honorem non conuenerunt ibidem [At verò Hieroboam filius Nabat,cùm adhuc esset in Aegypto,profugus à facie Salomonis regis,audita morte eius,reuersus est de Aegypto]confidens se promouendum in regem,prout ab Ahia ꝓpheta sibi erat p̄dictum.[Miseruntq;]viri de tri
3 Reg 11. bu Ephraim,& alij multi,[& vocauerunt eum,]vt interesset noui regis creationi. Nam erat
3.Reg.9. vir fortis & potens,atq; industrius bonæq; indolis,ideo volebant eius vti consilio. [Venit er
3 Reg.4. go Hieroboam,& oīs multitudo Israel,& locuti sunt]p̄sertim 10.tribus,& vnus ex parte oīm [ad Roboā,dicētes:Pater tuus durissimum iugū imposuit nobis]ꝙ non intelligitur de iugo tributi,aut viliū operū seruitute,cū dictum sit suprà de filijs Israel,Nō fecit seruire quēq̄, sed
Ibidem. de persolutione vectigaliū in expēsas ipsius regis.Dictum est quoq; antè,ꝙ Salomon habuit 12.p̄fectos super oēm Israel,i.super 12.tribus,qui p̄bebant annonam regi per singulos mēses, q̄ leuabant à tribubus ipsis:quod fuit non modicum onus,qm̄ sumptus Salomonis fuit grandis,vt superiùs narrat̄.forsan etiā Salomon post suam infatuationem aliquid plꝰ exegit à populo in constructionē phanorū & aliorū magnorū inutiliumq; cū mulieribus sumptuū.[Tu itaq; nunc imminuè paululū n]iugū illud,ꝙ videbatur pia petitio,qa dixerunt, Minue paululū.[de imperio p̄ris tui duriss.& de iugo grauissimo ꝙ imposuit nobis,& seruiemus tibi.Qui ait eis:Ite]ad ꝓpria[vsq; in diem tertiū]remanentes in locis vestris, vt interim bona deliberē.[& reuertimini ad me.Cūq. abijsset populus,iniit consiliū rex Roboam cū senioribus q as
Iob 12. sistebant coram Salomone p̄re eius, cùm adhuc viueret,& ait eis:Quod datis cōsiliū,vt rñde
Ecc.25. am populo?]hoc ipsum fuit prudentiæ,ꝙ primò à senioribus illis q̄siuit cōsiliū, qm̄ erant valdè experti,prudētes,maturi,atq; vt scriptū est in lib. Iob:In antiquis est sapientia,& in multo tēpore prudentia. In Ecclesiast.quoq;.q̄ speciosum est à veteranis q̄rere sapiētiam.[Qui dixerūt ei:Si hodiè]i.tēpore isto[obedieris populo huic & seruieris,& petitioni eorum cesseris] hoc est,eorū acquieueris petitioni,sicq; obedire sumitur hic extensè. Nam ꝓpriè spectat ad inferiores.[loquutusq; fueris ad eos leuia,erūt tibi serui cūctis diebus]vitæ tuę.[Qui dereliquit cōsiliū senū,ꝙ dederunt ei,]qa erat rudis,superbus,carnalis,ideo verba humilitatis & sapientiæ ei non sapiebāt.[& adhibuit adolescentes q nutriti fuerant cū eo,& assistebant illi.] ¶Sed quæri potest,quomodò erant adolescentes,]q erant cum eo nutriti,cùm ipse esset iam 40.vnius annorum. Dici potest ꝙ adolescentia sumitur hic largè, ꝓut iuuentutem includit si
Eccl.11. ue pro iuuentute,sicut in Ecclesia.legitur:Lætare iuuenis in adolescentia tua.Hinc 2.Para.di
2. Par. 10. Hierony. cit,ꝙ cum iuuenibus tractare cœpit. Veruntñ iuxta Glossam dicunt adolescētes seu iuuenes
Pet Co hi. non ætate,vel non solum ætate,sed potiùs animo & moribus.¶Prætereà,2.Hiero.& Glossam,
sto lib.3. seniores à qbus Roboam petiuit cōsiliū,fuerunt(vt dicūt Hebræi)Banaias & Achiel.In scho
Re. ca. 28. la.aūt narratur hist.ꝙ erāt Zadoc,Banaias,Ioiada,& reliqui principes Salomonis. [dixitq; ad eos:Quod datis mihi consiliū,vt rñdeam populo huic, q dixerunt mihi:Leuius fac iugum ꝙ imposuit pater tuus super nos?Et dixerunt ei iuuenes,qui nutriti fuerant cum eo:Sic loquere populo huic,q locuti sunt ad te,dicētes:Pater tuus aggrauauit iugum nostrum,tu releua nos Sic loqueris ad eos:Minimus digitus meus grossior est dorso p̄ris mei.]hoc est,multo maior est rigor disciplinæ iurisdictionisq; meæ & potentia mea q̄ patris mei,ita vt parua pars rigoris atq; vigoris mei,magnam partem rigoris patris mei excedat. Istud fuit puerile & stultum consilium ab inexpertis probatum,& iuuenili audacia datum. Vndè 2.Para.10.fertur,ꝙ rñderunt ei,vt iuuenes in delicijs secum nutriti, [& nunc pater meus posuit super vos iugum graue,egò aūt addam super iugū vr̄um.Pater meus cecidit vos flagellis,ego aūt cædā vos scorpionibus,Venit ergo Hieroboā & oīs populus ad Roboam die tertia,sicut locutus fuerat rex, dicens;Reuertimini ad me die tertia.Rñditq; rex populo dura, derelicto consilio seniorum quod ei dederāt,& locutus est eis 2.consilium iuuenum,dicens; Pater meus aggrauauit iugū
Iose. lib. 8. an.iu.ca.8. vestrum,ego autem addam iugo vestro.Pater meus cecidit]hoc est,percussit[vos flagellis,ego aūt cædam vos scorpionibus.]i.multo acriùs regam & corrigam vos qnam pater meus. Iuuenes isti,vt Iosephus tangit,cōsuluerunt Roboā regi, vt imperiosè & comminatoriè loq̄ret putantes quod sic populus terreretur,nec reclamare auderet.¶Porrò scorpio, 2.Glossam,est genus flagelli,& propriè dicitur rubus aculeatus seu flagellum virgarum nodosum,vel scutica in summitate habens plumbeas glandes.Interdum ponitur pro vno de 12.signis. Nonnun-

quam

nunquã ꝑ quadã bestiola, q̃ vultu blãditur & cauda pungit. [Et nõ acquieuit rex populo.]i. ꝓcibus populi, vt mitiũs rñderet, [qm̃ auersat⁹ fuerat eum dñs,]hoc est, Deus iusto iudicio ad uersabatur ipsi Roboã in hac causa, nõ inclinãdo cor eius ad cõsentiẽdum sano seniorum cõ silio, sed relinquẽdo eum in sua imꝓbitate. Hinc 2. Paral. 10. dicit: Erat eñ Dei voluntas, non ꝙ culpa ipsius Roboã placuerit Deo, sed pmissio Dei fuit, [vt suscitaret]i. impleret [verbum suum ꝙ locut⁹ fuerat in manu]hoc est, p obseum [Ahiæ Silonitæ ad Hieroboã filium Nabat. Vidẽs itaq; populus]oculo interiori, i. cõsiderãs [ꝙ noluisset eos audire rex,]i. Roboã, cui iu re hæreditario cõpetebat in regno succedere, qui tamẽ nõdum fuit acceptatus à populo. [resp õdit ei, dicẽs: Quæ nobis pars in Dauid? vel q̃ hæreditas in filio Isai? vade in tabernacula tua Israel.]Hæc eadẽ verba dixit Sæba filius Bochri in rebelliõe aduersus Dauid regẽ, vt lib. 2. cõ tinetur, vbi hæc verba exposita sunt. [Nunc vide domum tuã Dauid.]i. tu posteritas & cogna tio Dauid regis, ꝓpende populũ tuum, quia iam pauci remanẽt tecum, & ꝓuide populo tuo, vel vide domũ tuam, hoc est, templum ex Dauid ordinatione cõstructum, & in eo sacrificia. q.d. nõ veniem⁹ illuc ampliũs ad offerẽdum. [Et abijt Israel in tabernacula sua. Sup filios aũt Israel quicunq; habitabãt in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboã misit ergo Roboã Adurã, qui erat sup tributa,] ad vectigal leuãdum, vt decẽ tribus reuocaret, excusando ipsum Roboã de verbis ꝓlatis, qua si ex leuitate, nõ animo malo dictis, & quia iam parat⁹ esset reuocare. [& la pidauit eum omis populus Israel]hoc est, qdam ex decẽ tribubus de cæterorum consensu, & hoc fecerũt in despectũ Roboã regis, & ex indignatiõe cõtra eum ac eius officiatũ. [& mortuus est.]Dicit Glossa, ꝙ secundũ Hæbræos, ipse Roboã ex suggestiõe istius Adurã, tam sup bẽ rñderat, & de hoc (vt aliqui opinãtur) decẽ tribus habuerũt eum suspectũ, & ꝙ ꝓpria q̃re ret lucra: qa qui pꝛsunt tributis, cupiunt ea augeri. Veruntñ incertũ videt, an de consilio Aduram, ita rñderit Roboã, q de consilio iuuenũ seu adolescentũ rñdisse sic phibetur, sed Adurã iam erat senex. Nã & tẽpore Dauid pꝛfuit tribitis, vt lib. 2. scriptũ est, si tñ sit idẽ Adurã. [Porrõ rex Roboã festinus ascendit currum, & fugit in Hierusalem. Recessitq; Israel à domo Da uid vsq; in pꝛsentem diem. Factum est autẽ, cùm audisset omis Israel, ꝙ reuersus esset Hierobo am, miserunt, & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum] videlicet, ipsum Hieroboam, [regem super omnem Israel,]hoc est super decem tribus quæ decætero reserua uerunt sibi nomẽ hoc Israel, qm̃ plures erant. Itaq; elegerunt & fecerunt Hieroboam regem, quia sciuerunt sibi à Deo p Prohetã esse ꝓmissum decẽ tribuum regnũ, & qa fuit vir aptus ad hoc, vtpotẽ fortis, strenuus, prudens, & qa fuerat aduersarius Salamonis: sicq; eum ꝓmouẽdo magis iritauerunt Roboã regẽ, & item qm̃ fuit de tribu Ephraim, q̃ post tribũ Iuda fuit nobi lis & famosa, potens ac bellicosa, In hac quoq; ꝓmotione Hieroboã, impleta fuit ꝓphetia Iacob patriarchæ, qui benidicendo filijs Ioseph, iuniorem noĩe Ephraim ꝑposuit seniori Manassæ, dicens: Frater eius minor, maior illo erit. Id quoq; ꝙ in bñdictione Ioseph ꝓfertur, Indẽ pastor egressus: quidã exponũt de isto Hieroboã, quidã de Iosue Ephratæ. [Nec sequutus est quisq̃ domũ Dauid]i. nullus de tribubus Israel ex intentione & directẽ adhæsit Roboam nato ex Dauid tanquã regi, [pꝛter tribuum Iuda solam.] Tribus quoq; Beniamin sequuta est Roboam occasionaliter, quia non poterat se separare à tribu Iuda, in cuius medio habitauit, similiter tribus Leui, qm̃ locus diuini cultus & sacrificiorum, videlicet templum, in Hierusalem stetit, & quia Hieroboã eos abiecit. [Venit autẽ Roboam Hierusalẽ, & congregauit vniuersam domum Iuda] i. totã illam tribus Iudæ familiam, quantum ad viros pꝛlio aptiores, [& tribum Beniamin in centum 80. millia electorum virorum & bellatorum, vt pugnarent contra domũ Israel, & reducerent regnũ Roboã filio Salomonis. Factus est aũt sermo dñi ad Semeiam virũ Dei, dicẽs: Loquere ad Roboam filium Salomonis regẽ Iuda, & ad oẽm domum Iuda, & Beniamin, & reliquos de populo, dicẽs: Hæc dicit dñs: Nõ ascendetis, neq; bellabitis contra fratres vestros filios Israel. Reuertaĩ vir in domũ suam. A me eñ factũ est verbum hoc.]i. diuisio ista monarchiæ regni Iudæorũ in duo regna, propter Salomonis peccata & imꝓbam Roboam regis respõsionẽ. [Audierũt sermonẽ dñi, & reuersi sunt de itinere, sicut pꝛcẽperat eis dñs. Aedificauit aũt Hieroboã Sichem in monte Ephraim, & habitauit ibi]vrbẽ illam meliorauit in ędificijs, & loca munita aut fortalitia in ea cõstruxit ad resistendũ Roboam regi. [Et egressus indẽ, ædificauit Phanuel]i. oppidũ sic vocatũ, de quo in lib. Iudic. fit mẽtio. [Dixitq; Hieroboã in corde suo: Nunc reuerteĩ regnũ ad domum Dauid,]i. pꝛsidentia super decem tribus auferetur à me, & redibit ad posteros regis Dauid, [si ascenderit populus iste] 10. tribuum, [vt faciat sacrificia]p manus sacerdotũ, [in domo dñi in Hierusalem,]quia amore templi & suggestione sacerdotũ redibunt ad sobolẽ Dauid, & conuerteĩ cor populi huius ad dñm suum Roboam regẽ Iuda,] cui iure successionis cõpetisset dñium sup populũ illum, [interficientq; me] tanquã scismaticũ principem, [& reuerteneĩ ad eum,]ad memoriã reuocando beneficia Dauid ac Salomonis. [Et excogitato consilio] vitiosissimo, ad cauenda illa pericula, vtpotẽ priuatiorẽ regni & mortẽ, [fecit duos vitulos aureos,]secũdũ ꝙ Aarõ in soli

2.Reg 20.
2.Reg.20.
3.Reg 11.
Gene.48. & cap.49.
Iudicum 8.
Exodi 32.

tudine fecerat vnũ, & qm̃ in Aegypto didicit idololatriǫ huiꝰ formationẽ. Aegyptij eǫdẽ tau rum colebãt. [Et dixit eis: Nolite vltrà ascẽdere in Hierusalẽ,] ad sacrificia offerenda in festis paschæ, pentecostes & tabernaculorum, prout pceptum fuit Exo. 34. Leu. 22. & Num. 28. [Ec cè dij tuí Israel qui eduxerũt te de terra Aegypti.] Simili modo formato aureo vitulo per Aa ron, filij Israel dixisse leguntur. Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerũt de terra Aegypti, i. simu
Exodi 32. lacra ista colatis pro Deo, qui eduxit vos de Aegypto. Sed qualiter vir ille ingeniosus potuit tam stultam & apertissimè falsam propositionẽ proponere populo? & quó populus ille, qui hactenꝰ coluit verũ Deũ, potuit tali mẽdacio cõsentire aut credere, ꝙ s. imagines illæ recẽter
Sapien. 1. factæ essent dij eorum? Ad ꝙ dici potest, ꝙ excæcauit eos eorum malitia. vel dixit sic, non ꝙ ratio sua hoc verũ putauit, sed vt p hanc viã ptacta vitaret pericula, quemadmodùm Salomó
3. Reg. 11. idola adorauit, ne suas contristaret delicias. Populus aũt ad idololatriam fuit procliuis. Verũ
Iose libr. 8. tñ Iosephus nititur aliqualiter excusare Hieroboam & filios Israel, dicens, ꝙ Hieroboam per
an. iu. ca. 8. suasit populo, dicẽs: Vbiq; psens est Deus, nõ oportet vt in vrbe aduersariorũ Hierusalẽ ipsũ q̃ratis, sed in vitulis istis ipsum adorare potestis & colere. Verũ excusatio ista non valet, nec cõcordat scripturæ, q̃ infrà sæpissimè asserit, ꝙ adorauerunt vitulos & eis sacrificauerunt. [Po suitq; vnum in Bethel & alterũ in Dan] i. in locis seu oppidis illis aut montibus fecit duo pha na, in quolibet vnum, & in quolibet phano posuit vitulum vnum, & erant loca illa remota ab inuicẽ, vt longà habitantes, facilius deuenirent ad vnũ illorum. [& factum est verbum hoc in
Ibidem peccatũ] i. ex illo pcepto seu facto Hieroboam, sequuta sunt peccata grauissima, idololatria s. & alia multa. Nã subdiẽ, [ibat enĩ populus ad adorãdũ vitulũ vsq; in Dan.] similiter ad ado randum vitulum alium in Bethel, q vituli à Iosepho vocãtur vitulæ, & Osee 10. dicunẽ vaccę. [& fecit phana in excelsis] i. duo ptata vitulorum templa in locis sublimibꝰ montosis Bethel
Iof. lib. 8. & Dan, [&] fecit [sacerdotes de extremis populi] i. de reliquis tribubus sibi subiectis, [q nõ
an. iu. ca. 8. erant de filijs Leui,] Vnde 2. Iosephum dixit: Faciam vobis ministros & sacerdotes ex vobis metipsis, vt non indigeatis filijs Leui, & tñ hæc oĩa erant cõtra legis pcepta, videlicet facere si militudinem ad colendũ in ea Deũ, vt Exo. 20. legitur, similiter sacrificare extra Hierusalem templo ibi constructo, & de alijs tribubus facere sacerdotes. Constituitq; diem solennem in mense octaua, 15. die mensis] i. diem dedicationis phanorum suorum atq; alterium, quemad-
3. Regũ. 8. modùm Salomon 7. mense ad hoc certum deputauerat diẽ. ideo subditur: [in simili[illegible]dinem solennitatis] dedicationis [q̃ celebratur in Iuda [i. in Hierusalem & in templo ac populo tri bus Iudæ. [Et ascendens altare] i. ad altare accedens, [similiter fecit in Bethel] i. phano ibi cõ structo, [vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat,] sicq; assumpsit sibi sacerdotale officiũ & manifestè dicit scriptura, ꝙ vitulis immolauit, nõ Deo verò in vitulis. & q̃uis Deus verus q
Exod 32. eduxit Israel de Aegypto, sit vnus, pluraliter tñ dixerunt, Eccè dij tui, iuxta modum loquen di idololatarũ, vel plurale pro singulari ponẽdo, sicut de vitulo Aaron loquebantur, Isti sunt dij tui. [Cõstituitq; in Bethel sacerdotes excelsorum, q̃ fecerat, & ascendit sup altaré ꝙ extru xerat in Bethel, 15. die mensis octaui, quem finxerat de corde suo. Et fecit solennitatem filijs Israel, & ascendit super altare, vt adoleret incensum] i. solennitatem dedicationis celebraret
Iose. lib. 8. sicut expositum est, de qua multa loquuntur Osee 7 Dies regis nostri, i. hæc est dies solennis,
an iu. ca. 8. q̃ rex noster Hieroboam instituit nobis, prout ibi expositum fuit. Circa hæc scribit Lyra: Di
Ra. Paulus cũt aliqui, & satis pbabiliter 2. ista Iosephi verba, ꝙ populus in illis vitulis adorauit Deũ. Cõ
Exodi 32. tra ꝙ scribit R. Paulus, & ait, ꝙ populus in illis vitulis adorauit Deum, & sic excusatus fuit à peccato idololatriæ, est penitus incõueniens: qm̃ sub eisdem forma & modo coluerunt vitu los, sicut populus Israel in deserto vitulũ aureum, dicẽdo: Isti sunt dij tui Israel, &c. sicq; vitu-
Psa. 105. los receperunt in deos, iuxta illud: Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli come
Eccl. 34. dentis. Vndè & Amos 8. habetur; Qui iurant in delicto Samariæ, & dicũt: Viuit Deus tuus
Prou. 11. Dan. ¶ Iuxta tropologiam patet ex isto cap. q̃ stultum sit, sapientiorum, seniorum & experto rum cõsilia nõ sectari, & iuniorum cõsilijs adhærere. Qui enĩ nõ expertus, pauca recognoscit & vir in multis expertus cogitat multa, eritq; salus vbi sana consilia. Insupèr Roboam malos, duros & ambitiosos psidentes designat, qui subditis suis nesciunt humiliter rñdere, mititer loq, cõdescẽdere, & in pijs acqescere pcibus, sed ppria cómoda q̃rũt, timeri & honorari desi derant, & cũ austeritate ac potentia piunt. Similiter Hieroboam eos pfigurauit, qui in princi pio suæ promotionis sunt boni, sed tempore procedente, honores peruertunt ipsorum mo- res, ita ꝙ timore perdendi principatum aut sustinendi molestiam, in multa & grauia labunẽ facinora, nec confidunt in dño, sed honores, dignitates & plationes suas, quasi simulacra q̃dã
3. Regũ. 11. colunt, amant, appciãtur. Nec Hieroboam iste ex formidine qua occidi, timuit, excusatur: qm̃ per prophetam Deus sibi promisit, ꝙ esset cũ eo, & domũ ei ædificaret fidelem, si in suis per maneret pceptis, sed ipse diuinam promissionem non perpendit, nec eius iussionem implere curauit. Postremò cõstat ex his, ad quãta facinora trahat ambitio, qa Hieroboã iste in tãtum ad suã dñationem afficiebatur, ꝙ timore perpẽdi eandẽ, introduxit idololatriam pessimam,

& totũ populũ dei sibi cõmissum, auertit à cultu dei, & ad multiplicẽ diuinorũ transgressiõnẽ pceptorũ, vniuersam sibi creditam cõmunitatẽ induxit, nõ cõsiderãs neq; formidãs diuini rigorẽ iudicij, acerbitatẽ ęterni supplicij, nèq; suorũ immanitatẽ innumerabilitatẽq; scelerũ.

¶Expositio cap. 13. Et eccè vir Dei de Iuda. Articulus XXI.

INcrepatio & obstinatio ipsius Hieroboam, hic describũtur. [Et eccè vir Dei] videlicet sanctus ꝓpheta, qui fuit Dei, nõ solũ p creationẽ & generalẽ gubernationẽ, sed itẽ p pdestinationẽ æternã & specialẽ deuotionẽ, [venit de Iuda] i. de terra regni Iudæ, [in sermone dñi] i. habens sibi cõmissum sermonẽ impio regi denunciandũ. vel in sermone dñi, i. ex dei pcepto. De isto viro Magi. in hist. ait, ꝙ 2. Par. 12. vocetur Addo sed aduertendum ꝙ 2. Paral. scriptum est, opera Roboam scripta sunt in lib Addo videntis. Similiter eodẽ lib. fertur: Reliqua verba Salamonis scripta sunt in visione Addo, Videntis cõtra Hieroboam, ex quib' ꝓbabiliter æstimatur, ꝙ vir iste fuerit Addo, non tñ in Parali. dicitur istud. [in Bethel] ad phanum quod erat ibidèm, [Hieroboam stante super altare] i. ante illud, ita ꝙ pro parte eminebat superius, [& thus iaciente, & exclamauit cõtra altare in sermone dñi, & ait: Altare [nõ ꝙ altare potuerit verba intelligere vel audire, sed ꝓpter astantes, ad altare verbum direxit, vt ipsi aduerterent. Hæc dicit dominus: Eccè filius nascetur domui Dauid] i. in regno Iudæ ex semine Dauid ad magnum illius regni commodũ ac ꝓfectũ. [Iosias noĩe:] ꝙ additur, propter maiorem excellentiã ac certitudinẽ vaticinij huius, & propter sanctitatem tanti regis, [& immolabit] i. cõburet quantũ ad ossa, [super te sacerdotes excelsorũ] i. phanorum & altarium seu vitulorum aureorũ in locis sublimibus positorũ, [q nunc in te] i. super te [thura succendunt, & ossa hoĩm super te incendet.] quod qualiter factum sit, infrà lib. 4. describit, & hoc fecit Iosias in contemptũ idololatriæ & phanorũ. Vndè infrà vocatur pollutio illorum altariũ, ꝙ etiam fuit deo placitũ tanq̃ sacrificiũm, ꝓpter ꝙ vocatur hic immolatio. [Deditq;] ꝓpheta [in illa die signum,] i. miraculum fecit ad probandum ꝙ verè loqueretur ex parte Dei, [dicens: Hoc erit signum ꝙ loquutus est dñs: Eccè altare scindetur] cum tñ sit forte ac factũ de nouo, [& effundet cinis q in eo est] i. qui super altare mansit ex cõbustione holocaustorum, dècidet per scissuram altaris. [Cũq; audisset rex sermonẽ hoĩs dei, quẽ inclamauerat contra altare in Bethel extendit manum suam de altari, dicens: Appræhendite eum.] i. captiuate. [Et exaruit manus eius q̃ extenderat contra eum, nec valuit eam retrahere ad se. Altare quoq; scissum est, & effusus est cinis de altari, iuxta signum ꝙ pdixerat vir Dei, in sermone dñi. Et ait rex ad virum Dei,] ex plaga dei perterritus: [Deprecare faciem dñi Dei tui,] i. pietatis eius respectum, [& ora pro me, vt restituatur man' mea mihi.] i. vt curetur à deo, sicq; vti valeam ea, & quantùm ad vsũm, eam recipiã. [Orauit vir Dei faciem dñi,] reddens bonum pro malo, & reuersa est manus regis ad eum, & facta est sicut priùs fuit.] vt ex tantis dei miraculis ac beneficijs cõpungeret ac pœniteret. [Loquut' est aũt rex ad virum dei,] volẽs esse grat' eidẽ: Veni mecum domum, vt prãdeas, & dabo tibi munera.] Si pro curationis supnaturalis bñficio tẽporale qd rependere voluit, Simoniacũ fuit, prout infrà de Naaman inducetur. [Rñdit vir Dei ad regem: Si dederis mihi mediam partẽ domus tuæ,] imò & totam domum, totumq; regnum, [non veniã tecũ, nec comedã panem, neq; bibã aq̃ in loco isto. Sic eñ mãdatum est mihi in sermone dñi,] & ꝓ nulla remũdi, licet dei mãdatũ ꝑuaricari. [pcipientis: Nõ comedes panem, neq; bibes aq̃, nec reuerteris p viã qua venisti. Abijt ergo p aliã viã, & nõ est reuersus p iter quo venerat in Bethel, Prophetes aũt quidam senex habitabat in Bethel, ad q̃m venerunt filij sui, & narrauerunt ei oĩa opa q̃ fecerat vir dei illa die in Bethel, Et verba quæ loquut' fuerat ad regẽ, narrauerũt pr̃i suo. Et dixit eis pater eorũ: Per quã viam abijt? Oñderunt ei filij sui viam p quam abierat vir Dei, q venerat de Iuda. Et ait filijs suis: Sternite mihi asinũ. Qui cum strauissent, ascendit & abijt post virum Dei, & inuenit eum sedentẽ subtus terebynthum. Et ait illi: Tũ ne es vir dei, q venisti de Iuda? Rñdit ille: Ego sum. Dixitq; ad eum: Veni mecum domũ, vt comedas panẽ. Qui ait: Nõ possum reuerti, neq; venire tecũ, nec comedã panẽ, neq; bibam aquam in loco isto, quia loquut' est dñs ad me, in sermone dñi, dicẽs: Nõ comedas panẽ, & nõ bibas aquã ibi, nec reuertèris per viam qua ieris. Qui ait: Et ego propheta sum similis tui. Et angelus loquutus est mihi in sermone dñi dicẽs: Reduc eum tecum in domũ tuam, vt comedat panẽ, & bibat aquã. Fefellit eum, & reduxit secũ.] Timuit eñ ille bonus propheta offendere Deum, non obediendo cõmissioni diuinæ factæ per angelum, vt putauit, tñ nõ debebat ita faciliter credere, sed dñm inuocare, vt sibi super hoc veritatẽ oñderet, quẽadmodùm si alicui appareat quis in specie Chr̃i, & dicat se Chr̃m ac iubeat adorare. ideo ait Ioannes aposto. Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spũs vtrũm ex Deo sint. [Comedit ergo panẽ in domo eius, & bibit aquã. Cumq; sederent ad mensam, factus est sermo dñi ad prophetã q reduxerat eum.] i. ad pseudoprophetã. Quid aũt dñs dixerit huic falso per angelum in textu non exprimitur, sed ex sequẽtibus elicitur. Annunciauit etenĩ ei quid bonus ille propheta passurus esset pro inobediẽtia sua, & forsan nõ vidit exteriùs angelum in aliqua forma

Pet. Com. hist. libr. 3. Reg. ca. 29

2. Regũ. 9.

4. Reg. 23.

Roma. 12.

4. Regũ. 5.

1. Iohan. 4

sensibilis,sed in vi imaginatiua audiuit & vidit ꝙ subdit[Et exclamauit ad virū Dei, q̄ venerat de Iuda,dicēs:Hęc dicit dn̄s:Quia nō obediēs fuisti ori dn̄i,& non custodisti mandatū ꝙ p̄cepit tibi dn̄s]Deus tuus,& reuersus es,& comedisti panē, & bibisti aq̄,in loco in quo p̄cepit tibi,ne comederes panē,neq; biberes aquā,non inferetur cadauer tuū in sepulchrum patrum tuorum]i.ad patriā tuā viuus non reuertēris,nec sepelieris in ea.Deniq; prophetica reuelatio cùm sit donum gr̄æ gratis datæ,cōmunis est bonis & malis:sicq́, impio huic facta est reuelatio illa.[Cumq́; comedisset & bibisset,strauit asinū suum ꝓpheta quem reduxerat. Qui cùm abijsset,inuenit eum leo in via,]q leo, Deo sic ordināte,ibi aduenit ductu angeli boni,quo ductu animalia venerunt ad Noe in arcam.[& occídit,]non corpus eius dilaniādo, sed forsitan simpliciter suffocando,iuxta quem modum leones occiderunt sanctum Ignatium martyrem illustrissimum. [Et erat cadauer eius proiectum in itinere,] vbi & leo corpus extinctum proiecit,vt factum à transeuntibus videretᷓ & publicaretur. Vndè apparet ꝙ sanctus ille ꝓpheta viso leone,paululùm declinauit à via ex naturali mortis timore,& tñ ipsam mortē ęquanimiter pro sua culpa sustinuit.[Asinus aūt stabat iuxta illū,]puta leonē,nō fugiens neq; læsus,vel iuxta illum ꝓphetam occisum,[& leo stabat iuxta cadauer,]custodies asinū & corpus exanime,in quo facto cōsideranē multa miracula,ꝙ s.leo nec defunctū nec asinū laniauit aut manducauit,nec facto cūmisso recessit, vt suæ naturæ est, & instar rationalis creaturæ custodiuit occisum,ne à bestijs aut auib⁹ tangeretur,atq; vt ait Glossa.Ex hoc ꝙ leo cadauer sic honorauit,cōstat,ꝙ culpa ꝓphetæ relaxata fuit in sua morte.Pręterea aliq dicunt,ꝓphetam illum fuisse partim inductum ad credēdū pseudoprophetæ desiderio corporeę escę,qa esurijt. Gregorius aūt videtur sentire,ꝙ sanct⁹ ille ꝓpheta per miracula,ꝑ se exhibita,inani motus sit gloria,ideoq; ꝑmissus sic decipi.Iterū ait Gregorius:Benè ex ore mali ꝓphetæ sententiā mortis accepit,cuius seductione à p̄ceptis vitæ declinauit,vt indè pœnā veraciter sumeret,vndè culpam negligēter admisit.[Et eccè viri trāseuntes,viderāt cadauer ꝓiectū in via, & leonē stantem iuxta cadauer,& venerunt,& diuulgauerunt in ciuitate, in qua ꝓphetes ille senex habitabat,Quod cùm audisset ꝓpheta ille,q reduxerat eum de via,ait:Vir Dei ē]i.corp⁹ ipsius,[q inobediens fuit ori dn̄i,& tradidit eūm dn̄s leoni]ad occidendum,[& confregit eum, & occídit iuxta verbum dn̄i ꝙ loquutus est ei.]Ex hoc apparet,ꝙ non solùm suffocauerit eum,sed & dentibus læsit vel confregit eum,qa à vitæ integritate eum subtraxit, imò quia ꝓ culpa sua fuit occisus,forsitan fuit & læsus.[Dixitq́; ad filios suos:Sternite mihi asinum. Qui cùm strauissent,& ille abijsset,inuenit cadauer eius proiectum in via,& asinum & leonem stantes iuxta cadauer:non comedit leo de cadauere,nec læsit asinum. Tulit quoq; ꝓphetes cadauer viri Dei,& pósuit illud super asinum,]super quem venit ille sanctus ꝓpheta, nec timuit malus ille propheta à leone occídi.qa perpēdit leonē ideo iuxta cadauer manere, vt traderetur mox sepulturæ.[& reuersus,intulit in ciuitatem* prophetę senis,vt plangerent eum.Et posuit cadauer eius in sepulchro suo]quod sibi ipsi iam p̄parauit aūt deputauit, sicq́, honōrauit verū prophetam, quem & ideò in proprio posuit monumento,vt iuxta eum sepeliretur. [Et planxerunt eum,heu heu,mi frater.]Iste fuit tunc modus deplangēdi defunctos,dicuntq́; aliquí, ꝙ fictè tantùm deplorauerunt eum,quia ad hoc falsus ille decepit eum, vt propter inobediētiam suam mereretur occídi,vel ꝓbaretur mentitus esse regi,, dicendo se ibi nullatenus comesturum,vel transgressus diuinum p̄ceptum.sed dato ꝙ falsus ille defleuerit ipsum fictè, probabile tñ est,ꝙ alij eum deplanxerūt ex corde.p̄sertim propter miracula circa ipsum in morte exhibita.Cumq́; planxissent eum,dixit]pseudopropheta ille [ad filios suos: Cùm mortu⁹ fuero,sepelite me in sepulchro,in quo vir Dei sepult⁹ est,iuxta ossa ei⁹ ponite ossa mea. Profectò em̄]i.indubitāter & certè[veniet]i.implebitur[sermo quē p̄dixit in sermōe dn̄i]i. Dei verba sibi dicta ac reuelata repetendo.vel veniet sermo, i.res significata ꝑ sermonē,[contra altare ꝙ est in Bethel]ꝙ s.supra ipsum cōburentur ossa sacerdotum ipsius sacrilegorum, [& contra om̄ia phana excelsorum,q̄ sunt in vrbibus Samariæ]in locis altis constructa. Veruntn̄ hucusq́; non legitur bonus ille Propheta prophetasse de prophanatione phanorum illorum, sed ex verbis istis elicitur,ꝙ etiam cōtra illa om̄ia ꝓphetauit, quæ post tempus istius pseudoprophetæ multiplicata fuerunt,& infrà lib.4.legunᷓ à Iosia esse destructa.Hinc falsus iste iussit se sepeliri iuxta sanctum ꝓphetam,vt ossa sua cum ossibus illius prophetæ manerent intacta,nec cremarenᷓ sup illud altare.[Post hæc verba]i. post præfata gesta & signa ac vaticinia, [non est reuersus Hieroboam de via sua pessima]cùm vidisset pręfata miracula de scissione altaris & curatione propriæ manus,nec dubium quin & percepit q̄ gesta erant circa bonū illū prophetam,[sed econtrariò fecit de nouissimis*populi]i.etiam de vilioriḃ⁹ hominiḃ⁹ decē tribuum,[sacerdotes excelsorum]i.idolorum & phanorum q̄ erant in locis sublimibus constituta.[Quicunq́;volebat,implebat manum suam,& fiebat sacerdos excelsorum]i.cōsecrari se fecit & hostiā obtulit,q̄ in consecratione sacerdotū cōsueuit offerri : vel impleuit manum suā,portando in maniḃ⁹ suis munera regi,per q̄ obtinuit sacerdotiū illud;vel impleuit manū ipsius

Marginalia: Gen.6,7. — Gregorius — *prophetes senex. — 4.Reg.23. — *populis

ipsius

ipsius regis, dando ei precium siue pecuniam pro sacerdotio obtinēdo. [& propter hanc causam peccauit domus Hieroboam,] i. cognatio seu soboles & familia eius atq; domestici sequentes scelera regis, [& euersa est & deleta de superficie terræ.] ¶Circa hæc quæritur, primò, qualiter potuit esse ꝙ Hieroboam post signa prætacta mansit tam obstinatus? Ad quod Iosephus, alijq; expositores & Magister in historijs ipsum sequentes, dicunt ꝙ pseudo ꝓpheta ille persuasit Hieroboam regi, non fuisse verum ꝓphetam, quem dñs per leonem occidit, dexteramq; ipsius ex labore thurificandi & immolandi obstupuisse seu aruisse, & cùm inde geuisset ad pristiuum redisse vigorem, atq; altare fuisse scissum ex onere impositarū hostiarum, sed textus non videtur his consonare, qm̄ sicut iam patuit, falsus ille euidenter dixit ac fatebatur, ꝙ propheta ille fuisset vir Dei, & ꝙ in nomine Dei esset loquutꝰ, ꝙ item oṁia quę prędixit, certissimè implerentur, ꝙ etiam esset à leone occisus, eò ꝙ Dei pceptum fuit transgressus comedendo in loco ꝓhibito. ¶Deinde quæritur, an bonꝰ ille ꝓpheta peccauit mortaliter comedendo in loco illo. Videtur ꝙ sic, quia diuinum violauit præceptum, & fuit inobediens Deo, & quia fuit statim occisus. Ad illud non audeo aliquid affirmare, nisi ꝙ peccatum illud fuit aut leue mortale, aut grossum veniale, & quis materialiter præuaricatus fuit ꝑceptum diuinum, nō tñ formaliter, vt apparet, quia putauit Deum interim mutasse pręceptū. Ex his infert Henricus de Hassia, ꝙ homo difficulter excusetur à diuini transgressione præcepti, imò & faciliter incidat eam, quia propheta iste, non obstante ꝙ credidit dñm pręcepisse, ꝙ falsus ille asseruit, nihilominùs iudicatus est inobediens fuisse: quid ergo de his, qui ex certa scientia, ex proposito, ex mera malitia peccant? & si iustus atq, omnipotens Deus tam citò ac dire vltus est culpam illam, quæ tātam habuit excusationem & alleuiationem: qualiter puniturus est eos, qui sine freno absq; timorre ac numero transgrediuntur? Denįq; constat ex isto, qualiter Deus suos electos in præsenti castigat, reprobos verò æternæ damnationi reseruat. Nam sanctum illum prophetam pro culpa sua mox interemit, sed pseudoprophetam illū reliquit hìc impunitum. Innotescit itèm ex his, qualiter dominandi libido obtenebret, induretq; animum & incorrigibilem efficiat hominem, ita vt nec signis, nec beneficijs, nec ratione, nec cōminatione retrahatur à vitijs. Itaq; qn̄ in vita hac occurrunt nobis mala morte minora, pensemus qualiter ille vir Dei pro modica (vt apparet) culpa patienter tulit mortis illius tormenta, sicq; semper patientes ac humiles permaneamus.

¶Expositio cap. 14. In tempore illo ægrotauit Abia. Artic. 22.

DE vitijs, debitisq; punitionibus Hieroboam regis decem tribuum, & Roboam regis Iudę, hìc agitur. [in tēpore illo ægrotauit Abia filius Hieroboam] primogenitus. ægrotauit aūt ægritudine, de qua paulò pòst obijt, & quis ægrotatio illa ex naturalibus potuit culis procedere, ex diuina tñ prouidētia, cui naturalia cuncta subduntur, principaliter venit, vt impius rex in ægrotatione & obitu primogeniti, chariorisq; filij sui grauiter affligeretur. Secundò, ne bonus iuuenis ille paulatim inficeretur criminibus patris ac populi sui, sicut de iusto legitur Sapient. 4. Viuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ipsius, aut ne fictio deciperet animam eiꝰ. Tertiò, ne iuuenis ille diutiùs viuendo, videret mala pœnalia suę cognationi futura, quemadmodùm infrà habetur de rege Iosia: Iam colligam te ad patres tuos, vt non videāt oculi tui oīa mala quæ inducturus sum super locum istum. [Dixitq; Hieroboam vxori suæ: Surge & commuta habitum,] induēdo plebeia ac vulgaria vestimenta, [ne cognoscaris, ꝙ vxor sis Hieroboam,] vtpotè regina, ne forte propheta ad quem ibis, abneget tibi dicere veritatem propter me, quia eius informationi & præceptis Dei mihi per eum datis, non acquieui, vel ne propter, regium fastū vereatur tibi dicere quod verum est. [& vade in Silo, vbi est Ahias propheta, qui loqutus est mihi, ꝙ regnaturus essem super populū hunc. Tolle quoq; in manu tua] i. in aliquo repositorio seu canistro manu portando, [decem panes & crustulam] i. panem paruū ac tenuem sic vocatū, quia totaliter quasi crustra est, de quo sæpè Leuit. 2. & 6. agitur mentio, [& vas mellis,] quę oīa misit prophetę antiquo quasi in eleemosynam, & vt ad beneuolentiā ꝓuocaretur, non aūt vt precium ꝓphetæ, imò magis vt stipendium vitæ: Vel si impius rex corrupta misit intentione, sc̄tus tñ propheta non accepit nisi vt sustentaculum vitæ. [& vade ad illum Ipse em̄] Ahias ꝓpheta q mihi prędixit ꝙ regnarem, [indicabit tibi qd euenturū sit huic puero.] credebat ergo Hieroboam, ꝙ ꝓpheta ille de hoc faciliter impetraret reuelationē à dño. [Fecit, vt dixerat Hieroboā, vxor eius. Et consurgens, abijt in Silo, & venit in domum Ahiæ. At ille non poterat videre, qa caligauerant oculi eius ꝑ senectute. Dixit aūt dñs ad Ahiam: Eccè vxor Hieroboam ingreditur, vt cōsulat te super filio suo, qa ægrotat. Hæc & hæc loqueris ei. Cùm ergo illa intraret, & dissimularet se esse q̄ erat, audiuit Ahias sonitum pedum eius introeuntis per ostium,] cui Deus iam reuelauit quæ esset, cur venisset, & qd puero eueniret. [& ait: Ingredere vxor Hieroboā. Quare aliam te esse simulas?] q. d. frustrà hòc agis, qa diuina reuelatiōe pādunt occulta: etsi humanam, non tñ propheticam ac diuinam, potes effugere notionem. [Ego aūt missus sum

Iose. lib. 8. an iu ca. 9. Pet Co. historlib. 3. Reg. ca. 29.

4. Reg. 22.

Leu 2. & 6. Exod. 29.

3. Regū. 11.

 ad

ad te durus nūcius]i.aduersa & aspera nunciās. sed cū mulier ista missa fuerit ac venerit ad ꝓphetam, non ille ad ipsam, quó verum est ꝙ ait: Ego missus sum ad te? Et rñdendum, ꝙ qdam missio est localis, qua fœmina ista venit missa ad vatem. Alia est missio spiritalis, qua quis dicitur mitti, qa ad agendū aliqd deputatur, dirigitur, ordinatur, sic propheta istę fuit missus, i. directus à spūsancto ad loqndū fœminę huic verba sequētia, de qua missione Hie. 94. habet Auditum audiuimus à dño, & legatus ad gentes missus sum. & Abd. 1. Legatum ad gentes misit; qa nec Hieremias, neq; Abdias corporaliter missus fuit gētilib⁹. [Vade, & dic Hieroboā] tuo marito: [Hæc dicit dñs Deus Israel; Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem sup populum meum Israel, & scidi regnum domus Dauid, & dedi illud tibi, & non fuisti sicut seru⁹ me⁹ Dauid, qui custodiuit mandata mea, & sequutus ē me in toto corde suo, faciens, ꝙ placitū esset in cōspectu meo, sed opat⁹ es male sup oēs qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos & cōflatiles, vt me ad iracūdiam prouocares] i. peiùs q̄ reges Israel te peiores opatus es, ex quo videtur grauiùs peccasse, q̄ Salamó, q non coluit deos alienos ex aīo, sed ne cōtristaret suas delicias, neq; induxit communitatem gñaliter ac directè ad idololatriā, nec cultum veri Dei in templo prohibuit. [me aūt ꝓiecisti post* corpus tuū] i. tanq̄ aliquid vile reliquisti atq; à tuo corde abiecisti. [idcircò eccè ego inducam mala sup domū Hieroboam, ꝑcutiā de Hieroboam mingentē ad parietē,] i. quicquid masculini est sexus, cui cópetit stādo ad parietē emanere vrinā, [& clausum & nouissimū in Israel] i. etiam incarceratos ac viliores quousq; de semine eius, q ei cómunicauerunt in crimine, cùm tñ talibus miserabilibus personis soleat parci. Porrò, ꝙ p mingētem ad parietē debeat intelligi masculus, patet ex eo, ꝙ suprà 1. Re. 25. Dauid dixit de Nabal: Non mansisset mingens ad parietē vsq; ad manè. Quidam p mingentē ad parietē, intelligunt vel canē qui crure leuato superparietē mingit, vel infirmos ac debiles qui mingere neqūnt, nisi se ad parietē appodiando, qui sensus non videt conueniens, nec textui cōsonus. Deus em̄ pricipaliter minabatur sanis ac fortibus viris, deindè infirmiorib⁹: & hoībus, nō canibus. [& mundabo reliquias domus Hieroboā] i. terram purgabo ab eis, auferendo eos de vita hac. ideo subditur, [sicut mundari solet fumus vsq; ad purum] i. sicut purgatur domus à fumo, per hoc ꝙ fumus educit. [Qui mortui fuerint de Hieroboam in ciuitate, comedēt eos canes: qui aūt mortui fuerint in agro, vorabūt eos aues cæli, quia dñs loquutus est. Tu igitur surge, & vade in domū tuā, & ipso introitu pedum tuorū in vrbem] i. intrāte te domū tuam, [morietur puer] videlicet filius tuus Abia, qui tñ fuit virilis ætatis aut circiter. [& plāget eū oīs Israel, & sepeliet. Iste em̄ solus inferet de Hieroboā] i. de sobole eius, [in sepulchrū] ita ꝙ reuerēter sepelietur, [quia inuēt⁹ est sup eo sermo bon⁹ à dño deo Israel in domo Hieroboam.] i. iste solus inter filios Hieroboā bon⁹ est & de⁹ de ipso bona loquutus est ad suum honorē. Fuit equidem virtuosus, atq; vt fertur, cùm pr̄ eius ꝓhibuisset populo suo ire & sacrificare in tēplo Hierusalē, & in vijs posuisset aliquos ad obseruandū, an aliquis illuc iret vt caperēt eos, iste Abia ꝓ posse amouit illud impedimētū, & cooperabatur ad hoc, ꝙ liberè irēt ad teplū. Multi quippe ex 10. tribubus illuc iuerunt, iuxta illud 2. Pa. 11. De cunctis tribub⁹ Israel quicunq; dederāt cor suum, vt q̄rerent dñm Deum Israel, venerunt Hierusalē ad immolandū victimas dño Deo patrum suorum. [Cōstituet aūt dñs sibi regem sup Israel, qui pcutiat domū Hieroboā in hac die] i. de ꝓximo vel eadē die circulo redeunte, [& in hoc tempore, & pcutiet domin⁹ deus Israel] i. 10. tribus ꝓ suis sceleribꝰ puniet, & de terra
Matt 11. ista expellet, [sicut moueri solet arundo in aqua,] vbi vento faciliter agitatur, sicut in Euang.
Luc 7. dicitur. Quid existis in desertum videre? arundinem vēto agitatam? [Et euellet Israel de ter-
4. Reg. 17. ra bona hac, q̄ dedit patribus eorum, & ventilabit eos trans flumen, quia fecerunt sibi lucos, vt irritarent dominum] i. disperget eos in terram Assyriorū, vt infrà legitur factum. sicq; p fluuiū potest intelligi vel Iordanis, vel Mesopotamiæ aut Syriæ flumen, de quo Ios. 24. ait: Trās fluuium habitauerunt patres vrī. [Et tradet dñs De⁹ Israel] vtpotè 10. tribus, aduersarijs suis, [ꝓpter peccata Hieroboam, qui peccauit & peccare fecit Israel,] i. propter crimina regis sui, in quib⁹ & ipsi imitati sunt eum. [Surrexit itaq; vxor Hieroboam, & abijt, & venit in Thersa. Cumq; illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est, & sepelierunt eum. Et planxit eum oīs Israel iuxta sermonē domini q̄m loquutus est in manu serui sui Ahiæ ꝓphetę. Reliqua aūt verborū Hieroboā, quō pugnauerit, & quō regnauerit, eccè scripta sunt in lib. verborū dierum regū Israel. Dies aūt quibus regnauit Hieroboā, 22. anni sunt. Et dormiuit Hieroboam cum patribus suis, regnauitq; Nadab filius eius pro eo.] Expedita descriptione vitæ ac mortis primi regis 10. tribuum, redit scriptura ad describendum facta regis Iuda contemporanei eius. [Porrò Roboam filius Salamonis regnauit in Iuda. Quadraginta & vnius anni erat Roboam, cum regnare cœpisset, & 17. annos regnauit in Hierusalem ciuitate q̄ elegit dominus, vt poneret nomē suū ibi, ex oībus tribubus Israel. Nomē aūt matris eius Naama * Amanithis] Vñ apparet, ꝙ Salamō de prīa prīcipali cōiuge sua filia Pharaonis, nō habuerit filiū masculū: vel si habuit, nō māsit superstes vsq; ad mortē Salamonis. aliàs successisset ei in regno, si tamē
ad

ad hoc apt⁹ fuisset.[Et fecit Iudas]i.rex Roboā & popul⁹ ei⁹.[malum coram dño] oī intuēti te,ad cuius irreuerētiā,peccatiq; grauitatē spectat,ꝙ infelix creatura ipso p̄sente ac inspiciēte audet peccare.[& irritauerunt eū sup oībus q̄ fecerant p̄res eorum,in pc̄tis suis q̄ peccauerunt. Aedificauerūt eñ & ipsi sibi aras & statuas]i.altaria & idola,qbus sup altaria illa immolaret, [& lucos]i.nemora ꝓ idololatrijs & luxurijs exercendis,[*sup oēm collem excelsum,& sub ter oēm arborē frōdosam.]q̄ distributio accōmoda est,atq; intelligēda ꝓ gñib⁹ singulorum nō ꝓ singulis gñum,sicut & infrà sæpè.[sed & effœminati fuerunt in terra] Iudę,i.euirati natura,arte aut actu,seu molles ad fœmineā fragilitatē deducti & eneruati seu ephebi vitijs Sodomiticis dediti,prout 2.Mac.4.narrat,& Esa.2.pueris alienis adhæserūt.[feceruntq; oēm abominationē gētiū,quas attriuit dñs ante faciē filiorū Israel.] Consequnter tātorū punitio scelerū recitatur:In 5.aūt anno regni Roboā,]q(vt 2.Pa.12.legitur)tribus añis cum populo suo ambulauit in via dñi,[ascendit Sesac rex Aegypti in Hierusalem]q̄ tunc fuit tribus muris fortiss. clausa & munita,ideo eā tam citò ac faciliter non potuisset intrare,nisi intromissus fuisset, cū & potentissimus ille Nabuchodonosor,quasi triennio obsederit eam anteq̄ eam potuit obtinere:quam nec tunc obtinuisset,nisi fames inualuisset in ciuitate.Itaq; prout Iosephus & magist.in histo.tradunt,rex Aegypti p̄cedentibus pactis fuit intromissus,sed fœdera non seruauit,imò templum,palatium,ciuitatem spoliauit non modicè,vt consequenter textus q̄ui planus est,enarrat.[& tulit thesauros domus dñi,& thesauros regios,& vniuersa diripuit. Scuta quoq; aurea q̄ fecerat Salamon,pro quibus fecit rex Roboā scuta ærea,& tradidit ea in manū ducū scutariorū,& eorū q excubabant ante ostium domus regis.Cūq; ingrederetur rex in domū dñi,portabāt ea qui p̄eundi habebāt officium,& posteà reportabant ad armamentarium scutariorū.Reliqua aūt sermonū Roboā,& oīa q̄ fecit,ecce scripta sunt in lib sermonū dierū regū Iuda.Fuitq; bellū inter Roboam et Hieroboā cunctis diebus.Dormiuitq; Roboā cum p̄ribus suis,& sepultus est cū eis in ciuitate Dauid.Nomē aūt matris eius Naama* Amanithis & regnauit Abia filius eius ꝓ eo.]Quæ hic non exponuntur,2.Pa.12. patent & exponunt.Passibus aūt planis atq; facilibus nō est immorandū,nisi fortè ꝓpter moralitatem aut sententiarum fœcunditatē,moralitatisq; fructū.¶Spiritaliter p Hieroboam designant iniq p̄lati ac p̄sidentes iniusti,q de bonis ecclesiæ aut inferiorū ditati,& ecclesiasticis dignitatibus sublimati,ingrati sunt deo,à quo oīs ꝓmotio,& negligenter,carnaliter ac scādalosè se gerūt,non inducentes populū ad virtutes,sed magis ad vitia.Talium vnicuiq; potest dñs dicere,Quia exaltaui te de medio populi,&c.Tales nāq; grauissimā dānationē merent.Postremò,quēadmodùm Roboam suis sceleribus meruit subdi regi Aegypti,spoliari ab eo,ac ei seruire,sic pastores ac rectores iniusti,inuisibilibus hostibus aperiunt aditum & pandunt ingressum in ecclesiam Dei ad perimendum ac spoliandum plebem Christi charismatibus spiritussancti.

*sub

4.Reg.25.

¶Explanatio cap.15. Igitur 18.anno regni Hieroboam. Articu. 23.

NVnc de Abia & filio eius Asa regibus Iuda,de Nadab quoq; & Baasa regibus Israel,tractat scriptura.[Igitur in 18.anno regni Hieroboam filij Nabat,regnauit Abia super Iudā.Trib⁹ annis regnauit in Hierusalē]non integris,sed duobus & parte 3.anni. [Nomē m̄ris eius Maacha filia* Abssalom.]Aliqui dicūt in Hebræo haberi,filia Abisalom,q̄m putāt alium esse ab Absalom filio Dauid.Magist.in hist. ait ꝙ Maacha fuit filia Thamar filiæ Absolonis. Vñ dictum est 2.Re.14.ꝙ Absalom habuit filiā elegantis formæ noīe Thamar.[Ambulauitq; in oīb⁹ peccatis p̄ris sui, quæ fecerat ante eum,nec erat cor eius p̄fectum cum dño Deo suo, sicut cor Dauid patris eius.] Veruntñ sicut Roboam fuit ad tēpus bon⁹,ita Abia,quēadmodū 2.Par.13.continet.¶Præterea q̄ritur,quō Maacha dicatur hic filia Absalō, cùm in p̄allegato 2. Par.13.legat nomē eius Michaja filia Vriel de Gabaa. Ad quod in expositione illius lib. diffusè responsum est.[Sed ꝓpter Dauid dedit ei dñs Deus suus lucernā in Hierusalem,vt suscitaret filium eius post eum,& staret in Hierusalē,eo ꝙ fecisset Dauid rectū in oculis dñi,& nō declinasset ab oībus q̄ p̄ceperat ei cunctis diebus vitæ suæ,excepto sermone Vriæ Hitthęi,]i.de p̄tis criminib⁹ q̄ cōmisit in Vriā & coniugem eius, q̄ erāt ita enormia, ꝙ cōparatione illorum alia eius pc̄tā quasi nulla aut minima reputant.Nihilomin⁹ vt patuit suprà lib.2. imò & 1. ipse Dauid in qbusdā etiā alijs nō parùm peccauit,sicut in populi dinumeratione & in ipsum Mephiboseth.[Attñ bellum fuit inter Abiā & Hieroboā,]in quo Abia inopinatā obtinuit Deo auxiliante victoriā,vt patet 2.Par.13.[omni tēpore vitæ ei⁹,]putà Abiæ,ita ꝙ inimicitia fuit inter eos,& sibi inuicē particulariter nocuerunt,tñ sicut in p̄tacto 2.Para.13.fertur, post p̄dictū triumphū nequiuit Hieroboam huic Abię resistere.[Reliqua aūt sermonum Abiæ & oīa q̄ fecit,nōne hæc scripta sunt in lib.verborū dierū regū Iuda?Fuitq; p̄lium inter Abiā & inter Hieroboā.Et dormiuit Abia cum p̄ribus suis,& sepelierūt eū in ciuitate Dauid, regnauitq; Asa fili⁹ eius ꝓ eo. In anno ergo 20.Hieroboā regis Israel,regnauit Asa rex Iuda,& 41.annis regnauit in Hierusalē.]Iā dictū ē ꝙ Abia q cœpit regnare anno 18.ipsi⁹ Hieroboam, regnauit 3.añ.ergo Asa cœpit regnare añō 21.Hieroboā.Rñdet vt tactū ē, ꝙ Abia nō regnauit ex inte-

* Abessalō

Pet. Co hi. li.3.Re.c.31

1.Regū.25. 2 Regum 24.16.

gro 3. annis, ideo tertius ille ann⁹ p synecdochen, nunc regno Abiæ, nunc regno fili
*Abisalom asscribitur. [Nomē matris eius Maacha filia *Absalom] Iam dictum est, ꝙ mater Abie, eius Asa
Asa fuit Maacha filia Absalom: quō igitur Maacha illa fuit mater isti⁹ Asa? Ad hoc cōmuniter
* Abessalō rñdetur, ꝙ mater hic pro auia ponitur. Alij opinant, ꝙ duæ fuerūt eodē noīe nuncupatæ, & so
3. Reg. 14. rores, quarū vna fuerit vxor Roboā pr̄is Abiæ, q̄ mater Abiæ vocatur: alia vxor Abiæ, materq̄;
2. Paral. 15. Asa. [Et fecit Asa rectū ante conspectū dñi, sicut Dauid pr̄ ei⁹. Et abstulit effœminatos de ter
ra] i. à populo regni & territorij sui. q aūt dicantur effœminati, p̄cedenti ē dictum artic. [Pur
gauitq; vniuersas sordes idolorum q̄ fecerunt pr̄es eius.] i. idololatrias seu sordida idola Ro
boā & Abiæ destruxit, & ab eis plebē suā purgauit, inducendo eā ad pœnitentiā, cultūq; *Dei*.
[Insup & Maachā matrē suā amouit] à suo pricipatu superstitioso sacrilego, quo p̄fuit in ido
lolatrijs Priapi. vñ subdit, [ne esset pri:ceps] i. quasi p̄lata & Abbatissa [in sacris Priapi,] qui vo
cat de⁹ hortorū, & erat iuuenis, q̄m ꝓpter insolitā magnitudinē mēbri virilis, mulieres cole-
bāt ꝓ deo, [& in luco eius quē cōsecrauerat] i. ne in nemore illo in quo exercebantur sacrifi
cia Priapi, ampliùs p̄sideret Priapi cultricib⁹. [Subuertitq; specū eius] i. speluncā, in qua tēpo
re sacrorum illorum exercebantur luxuriæ, [& confregit simulacrū turpissimum] ipsius Pria
pi, cuius idolum factum erat cum similitudine membri virilis nimiū magni & nudi: idcircò
vocatur turpissimū. Nam & in sacris Priapi viri ac fœminæ incedebant totaliter nudi. [& com
bussit in torrēte Cedrōn] i. iuxta vel suprà torrentem illū, extra & prope Hierusalem situm,
in cuius ripa nascuntur cedri, sicq; vocatur torrens Cedrōn siue Credorū. pulueres quoq; cō
busti simulacri sparsit in aq̄m illam, ne mater sua aut aliæ fœminæ aliquid de reliquijs illi⁹ sta
Pet Co hi. tuæ possent colligere, atq; vt in Schol. fertur hist. Dicūt Hebræi, Asa regem comminuisse ido-
li. 3. Reg. 24 lum illud in puluerem, clamq; sparsisse puluerem in torrentem, quod vt palàm fieret, ignem
ꝓcessisse ex aqua illa virtute diuina, in signum ꝙ placuit Deo. [Excelsa aūt non abstulit,] i.
loca illa sublimia seu altaria in eis facta non dissipauit, in qbus filij Israel deo sacrificabant an
te tēpli ædificationē, ꝙ tunc licuit, & etiam postea qñ non licuit: non tñ videt fuisse pc̄m̄ mor
tale, deo sup hoc moderāte rigorē aut dispensante, & hoc insinuari videtur ex eo quod subdi
tur: Veruntñ cor Asa perfectum erat cū dño Deo suo cunctis diebus suis.] nihilominùs 2. Pa.
16. legitur in quibusdam peccasse, p̄sertim ponēdo prophetā, à quo erat correptus, in neruo,
sed indè pœnituit, & cōparatione tantarū suarū virtutum, excessus illi defluxerunt vt fumus,
[& intulit ea q̄ sanctificauerat pater suus & vouerat, in domū dñi, argentū & aurum & vasa.]
Hoc intelligendum videtur sic, ꝙ pater eius Abia sortitus p̄fatam victoriam, vouit Deo offer
re argentum & aurum vasaq; preciosa, sed paulopòst ad idololatriam lapsus, nō adimpleuit.
Asa verò intulit ea in templum, & dño deputauit ad vsum cult⁹ diuini. At verò ꝙ dictum est,
3 Regū. 11. Excelsa nō abstulit, qdā exponūt de phanis, q̄ Salomon fecit idolis suarum vxorum in monte
Oliueti, & alibi, sed p̄fata expositio verior est, textuiq; concordior, qua in phanis illis filij Is-
1. Reg 9. rael nō sacrificauerunt Deo, qui frequenter leguntur in excelsis obtulisse, de excelsis quoq;
2. Reg. 22. fit mentio suprà, in primo, secundo, ac 3. lib. pro tempore, quod ædificationē phanorum Salo
3. Regū. 3. monis p̄cessit. [Bellum aūt erat inter Asa & Baasa regem Israel] de quo infrà est mentio, [cū
ctis diebus eorū] quibus pariter regnauerunt, hoc est, opportunis dieb⁹. sed obuiare videtur
illud 2. Para. 14. Regnauit Asa, in cuius diebus quieuit terra 10. annis, & regnauit in pace, quia
qetus erat, & nulla tēporibus ei⁹ bella surrexerāt, pacē dño largiēte. sed ad hoc ibidē rñsio da
ta est. [Ascēdit quoq; Baasa rex Israel in Iudā] i. in terram regni Iudæ, [& ædificauit Rama] si
cut Iosu. 18. ac Iud 19. patet, Rama fuit ciuitas in tribu Beniamin, & quidam dicūt, ꝙ sumitur
hic ꝓ fortalicio magno, quod circa oppidum illud construxit. Interdum quoq; Rama est no
mē commune, significatq; excelsum, sicut in Euang. Matt. 2. Vox in Rama audita est. [vt non
posset q̄spiam egredi vel ingredi de parte Asa regis Iudæ] hoc est, vt ipsum Asa ac populum e
i⁹ arctaret, ac impediret à libero exitu de terra sua ad loca alia oppurtuna, saltem ex illa parte,
& à regressu ad ꝓpria, quia in fortalicio voluit ponere bellatores ad infestandum hoc modo
regnum Iudæ. [Tollens itaq; Asa omne argentum & aurum, quod remanserat in thesauris do
mus dñi, & in thesauris domus regiæ, dedit illud in manus seruorum suorum, & misit ad Ben
hadad filium Tabremmon, filij Hezion regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens: Fœ-
dus est inter me & te,] i. decætero sit inter nos amicitiæ pactum, vel sens⁹ est, ꝙ & antè iam fu
it. [& inter patrē meum & tuum] fuit fœdus, i. confœderatio pacis, [ideo misi tibi munera, ar
gentum & aurum, & peto vt venias & irritum facias] hoc est, cassum & violatum, [fœdus ꝙ ha
bes cum Baasa rege Israel, & recedant à me,] si fœdus initum inter regem illum Syrię, regēq;
Israel, fuit in se honestum aut licitū, videt Asa peccasse, petendo vt cassaretur: quia vt August.
fidelitas etiā inter infideles est cōseruanda, & fœdera pacis cum illis inita, sunt tenenda. [Ac
quiescens Benadad regi Asa, misit principes exercitus sui in ciuitates Israel, & percusserunt
Athon, & Dan, & Abel domum Maacha, & vniuersam Cenneroth, omnem s. terram Nephtha
li. Quod cùm audisset Baasa, intermisit ædificare Rama, & reuersus est in Thersa. Rex aūt A-
sa nuncium misit in oēm Iudā] s. ad totum populum regni sui, etiam ad Beniamin,] dicēs: Ne

mo sit excusatus]venire ad me, nisi q̃m impossibilitas excusat. Et tulerunt lapides de Rama, ligna eius, q̃bus ædificauerat Baasa, & extruxit de eis rex Asa, Gabaa Beniamin & Maspha]i. oppidum sic vocatum, ea meliorando aut in eis fortalitia construendo. [Reliqua autem oĩm sermonum Asa, & vniuersæ fortitudines eius, & cuncta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nónne hæc scripta sunt in lib. verborum dierum regum Iuda? In 2. Para. multa magnalia de i- 2. Para 14.
pso sunt scripta, & ibi exposita. [Veruntñ in tempore senectutis doluit pedes]vehementissi- 15. 16.
mè & meritò, quia in compedes misit prophetam, à quo fuerat Deo iubente correptus, & ita in præsenti est castigatus. [& dormiuit cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui. Regnauitq́; Iosaphat filius eius pro eo.] Consequenter scriptura reuertitur ad reges Israel, qui fuerunt sub tempore Asa. Nadab verò filius Hieroboam regnauit super Israel anno 2. Asa regis Iuda]i. anno illo secundo cœpit regnare. [Regnauitq́; super Israel 2. annis. Et fecit quod malum est in conspectu dñi, & ambulauit in vijs patris sui, & in peccatis eius quibus peccare fecit Israel. Insidiatus est aũt ei Baasa, filius Ahiæ de domo Isachar, & percussit eum in Gebbethon quæ est vrbs Philistinorum.] Quare non ait scriptura, q̃ interfecit eum anno 4. regis Asa, ex quo Nadab cœpit regnare anno illius secundo? Rñdetur q̃ Iosu. 19. 21.
Nadab non regnauit per 2. integros annos. [Siquidem Nadab & oĩs Israel]& multi de singulis 10. tribuum, [obsidebant Gebbethon]i. vrbem sic appellatam, q̃, vt in Iosue legitur, ad tribum Dan pertinebat, sed Philistæi eam inhabitauerunt, ideo Nadab cũ populo suo eam obsedit, vt reduceret eam ad regnum suum. [Interfecit ergo illum Baasa in anno 3. Asa regis Iuda, & regnauit ꝓ eo. Cumq́; regnasset, percussit oẽm domũ Hieroboam. Non dimisit ne vnã q̃dem aĩam de semine eius, donec deleret eum, iuxta verbũ dñi, quod locutus fuerat in manu serui sui Ahiæ Silonitæ ꝓpter pc̃tã Hieroboam q̃ peccauerat, & q̃bus peccare fecerat Israel, & propter delictũ quo irritauerat dñm Deum Israel. Reliqua aũt sermonum Nadab, & oĩa q̃ operatus est, nonne hęc scripta sunt in lib. verborum dierum regũ Israel? Fuitq́; bellum inter Asa & Baasa regem Israel cunctis dieb. eorum. Anno 3. Asa regis Iuda regnauit]i. circa finem illius anni cœpit regnare [Baasa filius Ahiæ super oẽm Israel]i. vniuersas 10. tribus [in Thersa]vrbe imperij sui [24. annis. Et fecit malum coram dño, ambulauitq́; in vijs Hieroboam, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Israel.] Ita in vita præsenti habuit suam mercedem pro obsequio diuinæ iustitiæ, exhibito in extirpatione cognationis & sobolis ipsius Hieroboam regis. Hæc litera difficultatem non habet, idcircò prolixam expositionem non exigit. Iuxta tropologiam, per Asa & cæteros bonos reges Iudæ, intelliguntur veri catholici. per impios reges ac populos Israel idololatras, hæretici infideles atque schismatici, qui vel idola vel errorum suorum figmenta colunt pro vero Deo, inter quos sunt assidua prælia.

¶Expositio cap. 16. Factus est autem sermo dñi ad Iehu. Art. 24.

AGitur mentio in isto cap. de Baasa, eiusq́; filio Hela, & alijs quibusdam regibus Israel, [Factus est autem sermo domini ad Iehu filium Hanani contra Baasa, dicens:]2. Para. 16. legitur, q̃ Hanani propheta corripuit Asa regem, propter quod fuit ab eo missus in neruũ sicq́; Iehu iste vir sanctus, creditur fuisse filius Hanani illius, succedens patri suo non solùm in temporalibus, sed & in diuinis charismatibus gratiæ gratum facientis & gratiæ gratis datę. [Pro eo quod exaltaui te de puluere,]i. de paruo statu promoui ad regnum saltem permissiuè, [& posui te ducem super populum meum Israel. tu autem ambulasti in via]i. idololatriã & pessima conuersatione, [Hieroboam, & peccare fecisti populum meum Israel, vt me irritares in peccatis eorum, eccè ego demetam posteriora Baasa, & posteriora domus eius, & faciam domum tuam sicut domum Hieroboam filij Nabath] i. instar metentium succidam & de vita hac tollã morte violenta posteros tuos. [Qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate, comedent eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cæli. Reliqua autem sermonum Baasa, & quæcunq́; fecit, & prælia eius: nónne hæc scripta sunt in lib. verborum dierum regum Israel? Dormiuit ergo Baasa cum patribus suis, sepultusque est in Iose. lib. 8.
Thersa, & regnauit Hela filius eius pro eo.]Iosephus scribit eum occisum à Creone suo com an. Iu. c. 12.
militone. [Cùm autem in manu Iehu filij Hanani prophetæ, verbum domini factum esset contra Baasa & contra domũ eius, & contra omne malum quod fecerat coram domino, ad irritandum eum in operibus manuum suarum, vt fieret sicut domus Hieroboam, ob hanc causam occidit eum: hoc est, Iehu filium Hanani prophetam. Anno 26. Asa regis Iuda regnauit * *Hela
Ela fili⁹ Baasa super Israel in Thersa 2. annis.]i. anno 1. & parte alterius anni. [Et rebellauit cõtra eũ seruus suus Zamri, dux mediæ partis equitum. Erat autem Hela in Therza, bibẽs, & temulentus, in domo Arsa præfecti Thersa. Irruens ergo Zamri percussit & occidit eum, an. 27. Asa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cumq́; regnasset, & sedisset super solium eius, pcussit omnem domum Baasa, & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, & propiquos & amicos eius. Deleuitq́; Zamri omnem domum Baasa, iuxta verbum domini quod loquutus fuerat ad Baasa in manu Iehu prophetæ, propter vniuersa peccata Baasa, & peccata Hela filij eius, qui peccauerunt, & peccare fecerunt Israel, prouocantes dominum Deum Israel in vanitati-

bus

bus suis. Reliqua aũt sermonum Hela, & oĩa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regũ Israel? Ann. 27. Asa regis Iuda, regnauit Zamri, 7. diebus in Therza. Porrò exercitus obsidebat Gebbethon, vrbem Philisthinorum. Cumq; audisset rebellasse Zãri, & occidisse regem, fecit sibi regẽ oĩs Israel Amri, q erat princeps militiæ super Israel in die illa in castris. Ascẽdit ergo Amri: & oĩs Israel cũ eo, de Gebbethõ, & obsidebãt Therza. Videns aũt Zamri ꝙ expugnanda esset ciuitas, ingressus est palatium, & succendit se cum domo regia, & mortuus est in peccatis suis, q̃ peccauerat, faciens malum coram dño, & ambulans in via Hieroboam, & in peccato eius quo fecit peccare Israel. Reliqua aũt sermonũ Zamri, & insidiarũ eius, & tyrannnidis: nónne hæc scripta sunt in lib. verborum dierum regũ Israel? Tũc diuisꝰ est populus Israel in 2. partes. Media pars populi sequebatur Thibni filium Gineth, vt constitueret eum regem, & media pars Amri. Pręualuit aũt populus qui erat cum Amri, populo, qui sequebatur Thibni filium Gineth: mortuusq; est Thibni, & regnauit Amri. An. 31. Asa regis Iuda, regnauit Amri sup Israel 12. añis. In Therza regnauit 6. añis.] patet ergo quó Zãri irruẽs occidit Hela ann. 27. Asa regis. Deleuit etiã, i. interfecit Zãri oẽm domũ Baasa. Cũq; audisset exercitus ipsum Zãri occidisse regẽ Hela p̄fatum, fecit sibi regem Amri, qui erat princeps militiæ, & obsidebant Therza vrbem, in qua fuit Zamri, qui videns se capiendum, incendit palatium & seipsum in illo. Anno quoq; 31. Asa regis, regnauit Amri super Israel 12. annis. Nam mortuo Zamri diuisus est populus Israel in duas partes, quarum vna nitebatur Thibni facere regem, alium istum Amri, durauitq; ista contentio 3. annis, sicq; succumbente, & mortuo ipso Thibni, regnauit Amri pacificè. Regnauit autem 12. annis à prima sua electione. [Emitq; montem Samariæ] i. partem montis, in qua erat ciuitas nomine Marion, emit autem eum [à] viro nomine [Somer duobus talentis argenti, & ædificauit eam] i. in ędificijs reparauit ac meliorauit. [Et vocauit nomen ciuitatis quam extruxerat, noĩe Somer dñi montis Samariæ] i. nomen vrbi imposuit ex noĩe viri, à quo partem montis emit, qui vir dictus est Somer, & erat dñs montis illius, sicq; vocauit eam Samareon à Somer, & Mareon, quæ Græcè appellatur Samaria, atq; in ea constituit sedem regni, & ex tunc facta est Samaria metropolis regni. Interdum tñ Samaria est nomen illius prouinciæ. [Fecit aũt Amri malum in conspectu dñi, & operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eum. Ambulauitq; in omni via Hieroboam, filij Nabat, & in peccatis eius, qbus peccare fecerat Israel, vt iritaret dñm *Deum* Israel in vanitatibus suis. Reliqua aũt sermonum Amri, & prælia eins quæ gessit, nonne hæc scripta sunt in lib. verborũ dierum regum Israel? Dormiuitq; Amri cum patribus suis, & sepultꝰ est in Samaria. Regnauitq; Achab filius eius pro eo. Achab verò filius Amri, regnauit super Israel an. 38. Asa regis Iuda. Et regnauit Achab filius Amri super Israel in Samaria 22. annis.] Si vt dictũ est Amri pater Achab regnauit 12. annis. & regnare cœpit an. 31. regni Asa, ergo Achab regnare incepit post mortem Asa duobus circiter annis, qm̃ Asa regnauit annis 41. Ad hoc in schol. rñdetur histo. qñ scriptura dicit ipsum Amri 31. anno Asa regis regnasse, intelligendum est, ꝙ tunc solus & plenè super 10. tribus, mortuo s. Thibni, cœpit regnare. Qñ aũt dicit eum regnasse 12. annis, tunc numerat à 37. anno Asa, qñ Israel elegit ipsum Amri in regem, quod tempus extenditur vsq; ad 38. annum regni Asa, qñ Achab cœpit regnare. Deniq; huic concordãtiæ cósonat in sequentibus scriptura, q̃ dicit ipsum Iosaphat filium Asa, incepisse regnare 4. anno regni Achab. sed si ista ita se habent, non videtur stare, ꝙ Iosephus ait, ꝙ regnãte Iosaphat filio Asa, cœpit regnare Achab, sicq; iuxta iã tacta, Asa fuisset defunctus, qñ Achab regnare exorsus est, ꝙ textui huic non consonat. ideo aliq dicũt, vitio scriptorũ hic esse erratũ in numero, prout in fine huius articuli, de hoc pleniùs dicam. [Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu dñi, sup oẽs] reges Israel [qui ante eum fuerũt. Nec suffecit ei, vt ambularet in peccatis Hieroboã filij Nabat. Insupèr duxit vxorẽ Iezabel, filiam Ethbaal regis Sycioniorũ. Et abijt & seruiuit Baal, & adorauit eum, & posuit aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria, & plantauit lucum. Et addidit Achab in opere suo iritans dominum Deum Israel super omnes reges Israel q fuerant ante eum] Et Deus tñ multa beneficia ac triumphos ei impẽdit, per miracula quoq; p̄clara, & per sanctissimum ꝓphetã Heliã ipsum admonuit, nec tñ se emendauit. [In diebus eius ædificauit Hiel de Bethel Hiericho] non recordãs aut non pónderans maledictionem quam Iosue fuerat imprecatus ei qui vrbẽ illam reædificaret. [In Abirã *primogenitu suo fundauit eam] i. in pœnam culpæ suæ, qua vrbem illã cœpit reędificari, statim obijt filius eius senior noĩe Abiram, qñ ædificationem illam incepit, [& in Segub nouissimo] filio [suo posuit portas eius] i. vrbe constructa, qñ portas eius appendit, obijt iunior filius eius. dicuntq; aliqui, quod in ꝓsecutione ædificationis vrbis illius, inter mortem istorum duorum, obierunt successiuè & alij filij eius, & si ignorauit præfatam ipsius Iosuę imprecatiõem, non tñ fuit ex illa ignorãtia excusatus à culpa, qa scire id debuit. [iuxta verbum dñi quod locutus fuerat in manu Iosuæ filij Nun.] Qui ait: Maledictus vir coram dño, qui suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Hiericho, in primogenito suo fundaméta illius iaciat, & in nouissi-

Petr. Com. histo. lib. 3. Reg. ca. 33.

Iof 6.

* primitiuo.

Iof. 6.

nissimo liberorũ ponat portas eius, Vnde elicitur ꝙ iusto Dei iudicio parentes frequẽter puniuntur in sobole sua, & propter parentũ peccata ꝓles sustinet pœnam: ꝙ qualiter non derogat æquitati diuinæ, nec iniuriosum sit ꝓli, sed Deo sic moderãte, potiùs ꝓsit animæ eius declaratum est sæpè. ¶Amplius intuendũ, quia vt ait in epistola ad Vitalẽ presbyterum S. Hieronymus, in lib. Reg. frequenter occurrit tanta quasi dissonantia, difficultas & cõtrarietas in cõputatione annorũ regũ amborũ regnorũ, vt potiùs videatur hominis ociosi q̃ studiosi, circa hoc pro concordantia immorari. Verũtñ quia necesse est sacram scripturã ab omni errore atq; mẽdacio excusari, sicut reuerà ab illis prorsus immunis est ideo expositores catholici, Beda, Rabanus, Petrus Comestor, & alij laborauerũt, ꝓ assignãda concordia, ꝓsertim ad defendendũ scripturã ab incredulorũ calumnia. Itaq; ex dictis catholicorũ doctorũ concordatur, primò p mysticam numerorũ designationẽ. Magna etẽm mysteria in numeris continẽtur, & qñq; taxat scriptura annos iuxta mysteriũ, aliqñ iuxta literam & rem gestam. Secundò, quia scriptura interdũ non curat, nec computat minutias numerorũ ac temporũ. Tertiò p tropos, qm sæpè denominatur pars à toto, & econuersò: sicq; idem tempus ob vnã sui partem ascribitur vitæ seu regno vnius, & ob aliam sui partem regno seu vitæ alterius. Quartò, specialiter per synecdochen, per quam dicitur Christus tribus diebus in monumẽto fuisse. Quintò, qa vt ait Hierony. filij qñq; conregnauerũt patribus suis, sicq; interdũ dicuntur tot aut tot annis regnasse, vel quia soli regnauerũt tã diu, vel quia vnà cũm patribus regnauerunt tot annis, vt specialiter patet de Ozia rege & Ionathan filio eius, sicũt & infrà patebit. Sextò, quia vt iterum ait Hieronymus, regnum Iuda seu Israel qñq; vacauit ad tempus, quemadmodùm & iudiciaria præsidentia illa temporib⁹ iudicum prout super Iudicum fuit expositum, & tempus illius vacantiæ, numeratur interdum in tempore regis sequentis, qñq; non nnmeratur. Septimò, quia nònunquam scriptura solùm exprimit tempus & annos, quib⁹ rex benè vixit ac laudabiliter ꝓfuit, iuxta quem modũ 1. Reg. 13. legit̃, filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus autẽ annis regnauit. Octauò, ex vitio & errore scriptorũ. Vnde in hist. ait Magist: In lib. Reg. emergunt cõtrarietates de collatiõe annorũ regum Iuda & regum Israel, quę determinari qñq; possunt: vbi verò determinatio non inuenitur, vitio scriptorum hoc credimus euenisse, qui in ꝓprijs noĩbus ac numeris sæpè falluntur. Ex his memoriter retentis poterunt difficultates in sequentibus solui. ¶Moraliter ex ꝓsenti docemur cap. quã terribiliter post hanc vitam puniantur principes ac ꝑlati iniqui, ꝓsertim ex modico statu aut stricta cõpetẽtia ad magna ꝓmoti, quorũ ingratitudo est grande piaculũ, & cum subditis suis, q eorũ negligẽtia ac prauis exẽplis seducunt̃ ac pereunt, de electorũ cõsortio ꝓscinduntur, & vitam gratiæ ꝑdunt ac gloriæ. Rursus p Baasa, qui sctm̃ ꝓphetam à quo increpabat̃, intelliguntnr impatiẽtes, iracundi, supbi, qui increpantib⁹ & castigãtib⁹ se indignantur, ꝓteruè rñdent & obloquuntur. Insup cõstat ex cap. huius historia, quanta facinora gignat in mundo dñandi libido ex qua spiritalia ac corporalia nocumẽta, homicidia, infestationes, insidiæ inuidiæ, partialitates nascunt̃, imò & inquietudines ac timores: qa ꝙ quis intulit alteri, veretur & sibi posse inferri, idcircò vt Sap. 17, legitur: Semp ꝓsumit sæua perturbata cõscientia. Iob quoq; 15. fertur: Sonitus terroris semper in auribus impij, & cùm pax sit, ille insidias suspicatur. qui autẽ de alterius læsiõe cõscius sibi nõ est, viuit securiùs. Innotescit demum ex isto cap. q̃ verè dixit Saluator: Oẽe regnũ in se ipsum diuisum, desolabitur: qa regnũ illud 12. tribuum, non solùm in duo diuisum, contra se inuicèm ꝑliabatur, sed & regnũ decẽ tribuum in se ipsum grauiùs debacchabatur, & reges inuicèm se truncabant, donec paulatìm ad nihilum est redactum. Per ꝙ etiam designatur, ꝙ quamuìs oẽs hæretici ab Ecclesiastica vnitate dissentiant, tamen inter se multipliciter grauiterq; discordãt. Ideo qui de talibus moritur, in ciuitate, i. militante Ecclesia, quæ est gloriosa ciuitas Dei altissimi, à canibus deuoratur, i. à malignis ferociæ, iræ, furoris spiritib⁹ absorbetur, quia non ꝓdest ei inter catholicos corporaliter conuersari, qbus per fidẽ & charitatẽ nõ iungitur. Si verò in regiõe obierit, i. in latis & spatiosis itineribus suæ pfidiæ atq; malitiæ, vel inter suæ incredulitatis, impietatisve socios, comedũt eum aues, i. aereæ potestates, spũs elatiõis & immansiõis, qui auferũt semẽ verbi cælestis de corde. ¶Postremò, p Hiericho q̃ sctũs vir Iosue primò totaliterq; destruxit, & sub terribili maledictiõe reædificari ꝓhibuit, designatur hoc seculum neq̃, seu mũdus positus in maligno, vel vanitas atq; impietas seculi huius. hanc Hiericho reædificat, qui post cõtritionẽ & cõfessionem, post fidei & baptismi susceptionem, post religiosæ vitæ assumptionem, mente aut corpore redit ad pristina vitia, nec implet quod iubet Aposto. Nolite, inquiens, conformari huic seculo, sed renouamini spiritu mentis vestræ. Talis in exordio suæ auersionis ac recidiuationis, qua incipit mundum in seipso cõstruere, priuatur primogenito, boni totius fructu vero ac spiritali amore, deinde bonorum operum fructificatione multiplici, ac præmio tandem salutis æternæ. Non itaq; diligam⁹ mundum, nec ea quæ in mundo sunt: quia si quis diligit mundũ, i. vanitates, voluptates, peruersitates hoim, caduca ista in ordinatè amãtium, non est charitas Dei in eo.

Margin: Hierony. — Beda — Rabanus — Hierony. — 4.Reg 15 — Matt. 12. — Luc. 11. — Psal. 78. — Luc. 8. — Iosue 6. — 1. Ioan. 5. — Rom. 12. — 1. Ioan. 2.

NN ¶Expo-

¶Expositio cap. 17. Et dixit Helias Thesbites Art. 25.

Mirabilia quædam Dei, in Helia & per Heliam peracta, consequenter narrantur, ex quibus impietas Achab ac filij eius & subditorum, clarius innotescit. [Et dixit Helias Thesbites,] i. natus de oppido Thebes, in quo Abimelech est occisus, [de habitatoribus Galaad] hoc est, terræ sic dictæ. Galaad autem quandoque est proprium nomen viri, vt patet Nu. 26. & 27. quandoque est nomen ciuitatis, aliquando terræ vltra Iordanem, in qua Helias forsitan maluit commorari, vt ab idololatris rege ac populo se, quantum congruè poterat, elongaret. [ad Achab: Viuit dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto] i. sum & viuo, atque per gratiam sum erectus, & in virtutum semitis ambulo. Iste fuit tunc modus iurandi. Helias verò tanquam vir excellenter heroicus, pensauit assiduè se iugiter in diuinæ maiestatis præsentia, atque in diuini vultus intuitu esse, viuere, conuersari, ideo reuerenter in cunctis se habuit coram Deo. [si erit] i. non erit [annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba] i. nisi tunc & quando prædixero rorem, pluuiamque venturos, vel nisi quando verba orationis fudero pro impetrandis rore & pluuia. Hæc totius magnanimitatis ac confidentiæ verba dixit Helias zelo iustitiæ, ex plenissima quam habebat ad deum fiducia, quia amicus Dei erat, & quasi consiliarius & secretarius eius, vel ex instinctu diuino & inspiratione spiritussancti, impellentis sanctum virum ad ista dicenda. vel Helias primò dominum exorauit, vt impijssimum regem ac populum pessimum, per subtractionem roris ac pluuiæ paternaliter castigaret, vt vel sic vexatione intellectum præstante, conuerterentur ad verum Deum à cultu idolorum, à quibus infrà tamen tempus nec rorem, nec pluuiam impetrare quærunt. Cumque dominus reuelasset Heliæ se esse desupèr exauditum, loquutus est verba prohabita regi. Dicunt autem quidam Hebræi, quod Achab videns maledictionem ipsius Iosue adimpletam in eo, quod vrbem Hiericho ædificauit, non autem maledictionem Moysis, qui idololatriam sub eadem, imò sub multum maiori maledictione prohibuit, cum tamen Moses fuerit pater magisterque Iosuæ, dixit Heliæ à quo de sua idololatria arguebatur: Potest accidere, vt verbum discipuli, s. Iosue impleatur, cùm tamen verbum magistri, vtpotè Mosis, contingat non adimpleri. quod in paruipensionem comminationum Mosaicæ legis dixit. quo audito, Helias orauit, vt nec ros, nec pluuia ad tempus descenderet, seque exauditum intelligens, locutus est verba prius ducta ad Achab. [Et factum est verbum domini ad eum,] videlicet ad Heliam per angelum. [dicens: Recede hinc.] discedendo ab impio Achab, ne durante defectu roris ac pluuiæ, te persequatur. Nam licèt bonis hominibus propriæ personæ fugere persecutionem, dum sine scandalo fieri potest, sicut in Euangelio Math. 10. ait Saluator: Cùm persecuti vos fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam, [& vade contra orientem,] i. versus plagam orientalem, [& abscondere in torrente Carith, qui est contra Iordanem] hoc est, iuxta torrentem sic dictum absconde te. [& ibi de torrente bibes] coruisque præcepi] i. ad hoc eos mouebo ministerio angelico, [vt pascant te ibi] quod victualia tibi apportabunt ibidem. [Abijt ergo, & fecit iuxta verbum domini. Cumque abijsset, sedit in torrente Carith qui est contra Iordanem. Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane] hoc est, hora prandij, [similiter carnes & panem vespi] i. hora cœnæ, & erant carnes allatæ, ad edendum paratæ. Angelus autem coruis attulit illa. [& bibebat de torrente.] voluit autem omnipotens Deus omnipotentiam ac prouidentiam suam monstrare, etiam per irrationales creaturas, ideo non per angelum, sed per coruos fecit illa afferri, sic & in nouo test. coruus attulit quotidiè panem beatiss. Paulo primo eremitæ Hinc quoque perpenditur, quod iuxta consuetudinem ac congruentiam loci ac temporis nutriendus sit homo. Nam Heliæ sub Mosaica lege allati sunt panes ac carnes bis quolibet die, quia tunc nondum venerat euangelicæ legis perfectio, de abstinentia à carnibus & quotidiano ieiunio. ideo Paulo Anachoretæ non nisi semel in die allatus est panis duntaxat. Denique vt super Ioannem ait Chrysostomus, quæ Deus supernaturaliter operatur, sunt optima, sicut vinum quod Christus ex aqua fecit in nuptijs, sic de panibus & carnibus Heliæ supernaturaliter apportatis, dicendum videtur, quod erant valdè boni saporis: quemadmodum etiam in 1. lib. Vitaspatrum refert Hierony. de pane quotidiè diuinitus exhibito cuidam sanctiss. monacho, quod erat candidissi. optimique saporis: quod & in eodem lib. narrat de victualibus supernaturaliter apportatis beatiss. patri Apollonio & monachis eius. [Post dies autem aliquantos siccatus est torrens. Non enim pluerat super terram] Poterat Deus facilimè aquam conseruare, imò producere in torrente, sed voluit subuenire non solum Heliæ, sed & deuotæ viduæ per Heliam, sicut subiungitur: [Factus est ergo sermo domini super eum, dicens: Surge & vade in Sareptam] vrbem [Sidoniorum] quæ paruula vrbs inter Tyrum & Sidonem magnas vrbes fuerat situata, sylua quoque iuxta oppidum sita, vocabatur Sarepta. [& manebis ibi, præcepi enim ibi mulieri viduæ.] i. inclinabo mentem illius, daboque ei voluntatem & facultatem, [vt pascat te] imò tu potiùs pasces eam, quoniam meritis tuis prouidebo & illi. [Surrexit & abijt in Sareptam Sidoniorum. Cumque venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua, colligens ligna] & tunc Deus reuelauit Heliæ, quod de illa fœmina fuit ei locutus, vel antea ei prædixit, quod illa esset quam inueniret ibidem, siue (vt quidam dicunt Hebræi) Helias ignorans in particulari, de qua muliere Deus sibi esset locutus, orauit, vt dominus sibi ostenderet, quæ esset mulier illa, per hoc quod mulier illa promptè præberet sibi petenti poculum aquæ, quemadmodum & Gen. 24. legitur seruus Abra-

Judicum 9.
Esa. 24.
Iosue 6.
Deuter. 12. 27. 28.
Hierony.
Chrysosto. Ioan. 2.
Hierony.

Abrahæ exorasse. Hinc sequitur: Et vocauit eam, dixitq; ei: Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam. Cumq; illa pergeret, vt afferret] aquam, [clamauit post tergum eius.] Tunc certificatus Helias, quod de illa fœmina dñs ei dixisset, adiecit. [dicens: Affer mihi, obsecro, & buccellam panis in manu tua. Quæ rñdit: Viuit dñs Deus tuus] Cōsiderauit hæc mulier Heliam esse deuotum Dei cultorem, ideò Deum vniuersorum vocauit specialiter Deum ipsius. [quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululū olei in lecytho. En colligo duo ligna] hoc est, pauca ligna, ponendo numerū determinatū pro indeterminato. [vt ingrediar, & faciā illud mihi & filio meo] i. ex lignis cōstruam ignē, sicq; coquā panē ex farina quam habeo in hydria, quam farinam cōspersi oleo, quod habeo in lecytho, hoc est, vase ad hoc apto, & propriè appellatur lecythus vas amplum de aurichalco, [vt comedamus] ego & filius meus panem illum, [& moriamur] ex inopia, quia iam fuit ibi caristia, nec putauit vidua hæc se posse acquirere necessaria vitæ, pane illo cōsumpto. [Ad quam Helias: Noli timere] te & filium tuum ex inopia morituros, [sed vade, & fac sicut dixisti,] faciendo ignem, & oleo cōspergendo farinam. Veruntñ mihi primū fac de ipsa farinula subcinericiū panē paruulū.] hoc est, sub cinere coctum, quem voluit sibi propheta primò parari atq; afferri, non principaliter ex magnitudine famis, sed vt mulier in tanta caristia sibi credendo ac obtēperando mereretur adiuuari à dño, [& affer ad me, tibi aūt & filio tuo facies posteè. Hæc aūt dicit dñs Deus Israel: Hydria farinæ non deficiet, hoc est, non euacuabitur hæc farina, sed dñs supernaturaliter multiplicabit farinā in ea. Eodē modo [nec lecythus olei minuetur,] ita quod satìs inuenietur in eo tēpore opportuno, tñ in ipsa olei effusiōe forsan minuebatur, sed mox miraculosè oleum multiplicabatur in eo. [vsq; in diē in qua dñs daturus est pluuiā super faciem terræ. Quæ abijt, & fecit iuxta verbū Heliæ. Et comedit ipse & illa] i. Helias & vidua, [& domus] hoc est, domestici [eius] præcipuè filius, & forsan iam tam gratiose prouisa, accepit aliquos pauperes & propinquos in domo sua, vt secum reficerentur. Tale quid frequēter in nouo cōtigit test. misericordissimis hospibus, quia tēpore necessitatis omnia sua liberalissimè atq; pijssimè cōmunicauerunt pauperibus: propter quod eorū blada, panes, oleū & cōsimilia tēpore lōgo nō defecerūt, quantumcunq; tollebatur ab ipsis. [Et ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei nō est imminutus, iuxta verbum dñi quod locutus fuerat in manu Heliæ. Factū est aūt post verba hæc, ægrotauit filius mulieris matrisfamiliæ,] i. viduæ huius, [& erat languor fortissimus,] totaliter vincens naturam, [ita vt non remaneret in eo halitus.] i. vis respirandi, quod est signum vicinæ mortis. Potuit aūt infirmitas illa ex naturali accidere causa, potius tñ ex diuina prouidentia, vt per pueri suscitationē Deus oīpotentiam suam inter gentiles ostenderet, ac sui prophetæ panderet sanctitatem. [Dixit ergo ad Heliam: Quid mihi & tibi vir Dei] i. quid cōmune est nobis, & quare conuenimus, qui tam impares sumus in vita, ita quod ex tua præsentia videtur mihi maius incōmodum quam cōmodum cōtigisse? ideo sequitur: [Ingressus es ad me, vt rememorentur iniquitates meæ, & interficeres filiū meum?] quod interrogatiuè intelligendū est, tanquam dicat, an idcircò venisti ad me, vt respectu & cōparatione sanctitatis tuæ magìs appareat, & grauiores à Deo iudicentur culpæ meæ, sicq; occasione tui propter mea demerita Deus iussit filium meum mori. Cùm enim opposita iuxta se posita, magis appareant: quotidiana peccata fœminæ huius, quamuis deuotæ, respectu excellentiæ meritorum quotidianorum Heliæ, plùs apparebant: sic gnanus inter pigmæos magnus, respectu viri pulchri est paruus: & oīs sapiētia, perfectio, puritas creaturæ, respectu excellentiæ Dei, nullius momenti est. iuxta hunc sensum intelligendum est, secundū Hebræos, quod Loth dixit ad Angelum: Non possum in monte saluari, i. cum Abraham viro in sanctitate sublimi. Veruntñ huic expositioni à catholicis & Hebræis inductæ contradicit R. Paulus, & ait: Opinio illa est penitùs irrationabilis. Nam licèt sanctitas mulieris esset modica respectu sanctitatis Heliæ, sicut Iustitia Loth respectu iustitiæ Abrahæ, ex hoc tñ nō debet dici iniquitas esse in muliere, vel Loth non posse saluari in mōte, i. iuxta Abraham. Nam minùs virtuosi, iuuantur magìs quā vitientur ex cōsortio perfectorū. Nam bonum est sui diffusiuum. Deindè scribit contra exemplum quod Lyra inducit de pallido, quod respectu rei multùm albæ, videtur ad nigredinem declinare, & ait: Quanuis iudicium sensitiuum secundum cōparatiões & respectus decipiatur, non tñ iudicium rationis, vt patet de sole, qui secundum sensum iudicatur ferè bipedalis, tñ ratio iudicat eum multo maiorem totā terra: quanto igitur incōparabiliter æstimandū est de diuino iudicio, quod non iudicat aliquem esse iniustum ob hoc quod non æqualis est alteri. Reddit enim vnicuiq; iuxta opera sua. Vndè talis respectus nihil hìc operatur. Ideo ad intelligentiam textus sciendum, quod mulier hæc deuota reputabat se peccatricem, & Heliam maximum iustitiæ zelatorem, ideo præsumebat & quod aduentus Heliæ in domum suā procurauerat mortem filij sui ex iniquitate sua, s. matris, & quod Helias recordaretur iniquitatē illam coram Deo ad finem istum, vt per mortē sui filij temporalē mulier illa cōuerteretur ad Deum, sicut frequēter hoīes per pœnas tēporales castigati emendant se. Hæc R. Paulus. Circa quæ dico, quod iustitia minùs iusti dicitur iniustitia respectu multo maioris iustitiæ, non

Gen. 19.

R. Paulus.

Apoc. 22.

simpliciter, sed respectiuè & propter mala annexa, nec in hoc errat ratio sic dictãdo, imò hoc
Luc. 18. modo dixit Saluator Mar.10. Nullus bonus nisi Deus, & sic solus dicitur esse, iuxta illud Iob 14. Nonne tu q solus es? sic quoq; ait Apost.1.Tim.1. Soli sapienti Deo. imò sic loquit Esa.64. Quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. iuxta hunc sensum multa scribuntur Iob 25. vtpotè: Ecce luna non splendet, & cæli non sunt mundi in conspectu eius. Et Iob 9. Non iustificabitur homo compositus Deo: sic boni & humiles viri cóparatione sctórum patrũ psertim Apostolorum, se reputant prorsus defectuosos, immundos, culpabiles. Insupèr quis minùs boni iuuent meritis meliorũ, hi tñ q cũ perfectis hoibus conuersantur, culpabiliores redduntur, dum eorũ vestigia tm̃ vt opus est non sequunt: sicq; cum sctó viro se malè habere, est valdè damnabile, ideo mulier illa reputans se minùs debitè exemplis Heliæ proficere, dixit verba phabita iuxta sensum inductũ. [& ait ad eam Helias: Da mihi filium tuũ] i. corpus eius exanime, intelligendo partem per totum. [Tulitq; eum de sinu ei' & portauit] i. corpus illud [in cœnaculum vbi ipse manebat,] videlicet in camera separata, in qua solus soli Deo cũ inæstimabili deuotione vacabat, & vt ibi solus Deum deuotius atq; liberiùs exoraret. [& posuit super lectulũ suũ. Et clamauit ad dñm.] corde magìs q̃ ore, qa affectuosissimè postulauit: [& dixit: Dñe Deus meus,] hoc est verbũ ardentissimi amatoris, qui Deũ oĩm, specialiter noiat Deum suum, primò ob specialissimã Dei pietaté & gratiã circa se, secundò ob singularissimũ affectum & cultum suì ad eum. [etiam ne] i. an ne [viduam, apud quam ego vtcunq; sustétor] i. aliqliter repauso & nutrior in terra hac aliena, [afflixisti] in tm̃, [vt interficeres] morte naturali [filium eius?] Ecce ista sunt verba familiarissimi amici Dei altissimi, loquẽtis ad Deũ ex summa fiducia, quasi per modũ admirãtis, & quodãmodò veluti increpantis, q ita tractauerit viduam bonã cũ seruo & ppheta Dei tã misericorditer omi die agenté. sic in nouo test. Paulus Simplex vir sanctissimus, dum quendam infirmũ, nõ posset tam citò curare vt affectauit, dixit ad dñm: Verè nõ comedã, hodie, nisi sanaueris eum. & ptinùs, quasi delectato dño in simplicitate atq; fiducia feruentissimi famuli & amici, curatus est æger ille. [Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus,] vt virtute & contactu sancti corporis sui, corpus illud exanime disponeretur ad reuiuificationé, atq; vt coram Deo ostenderet, q̃tùm defuncti resuscitationem optauit, & q̃tùm puerum illum dilexit, & pter rationem mysticam, q tangeẽ: Expandit quoq; se ter, ad insinuandum superbeatissimæ Trinitatis mysterium, cuius virtute & fide postulauit obtinere supernaturalem illum effectum: & qm̃ vniuersorum entiũ operumq; perfectio, in quadam trinitate consistit, prout primo sententiarũ habeẽ. [Et clamauit ad dñm, & ait: Dñe Deus meus, reuertatur obsecro aĩa pueri huius in viscera eius,] ita vt denuò corpus informet. [Et exaudiuit dñs vocem Heliæ] in hac secunda exclamatione, q videtur fuisse humilis magìs q̃ prima, ideo in secunda ista oratione est exauditus: qm̃ suscitatio mortui, tam supernaturale & magnũ miraculum est, vt oĩpotenti Deo sit pprium: idcircò magìs impetratur humili oratione, quã adiuratiõe aut quasi increpatorio quodã sermone. Et quãuis Helias fuerit vir eximiæ sanctitatis, pensãdũ tñ, quã faciliùs & quasi imperiosiùs, nõ solũ Chrus, sed & gloriosi Apostoli & alij quidã viri sanctissimi in Euãgelica lege suscitauerũt mortuos q̃ Helias. siquidẽ adolescenté iuxta portã Naim Chrs suscitauit, dicẽdo: Ado-
Lucæ 7. Matth 9. Actor. 9. lescens, tibi dico, surge. similiter duodenné puellã. sic & dignissim' Appstolici ordinis princeps breui oratiõe pmissa, suscitauit Tabitã, dicés: Tabita surge. Ioannes quoq; Euang. Drusianã, dicẽdo: Drusiana surge, & ppara mihi. q etiam superpositiõe & cõtactu tunicæ suæ, duos suscitauit simul defunctos. ❡ Prætereà q̃ritur, qualiter Helias vir perfectæ staturæ virilis, potuit se non solùm expandere, sed & metiri seu mensurare super puerũ illum? Circa hoc aliq dicunt, q miraculosè diuina virtute cõtraxit se ad mẽsuram & adæquationẽ puerilis corpusculi, q etiam dicunt de Helisæo. de quo infrà 4. Reg. 4. habeẽ, q ascendit & incubuit sup puerũ, posuitq; os suũ sup os eius, & oculos suos super oculos eius, & man9 suas super manus ei', in signum & typum Chri, q in sacramẽto sub modica panis specie cõtineẽ. Potest etiã dici q Helias mensus est sup puerum, coaptando se eius corpusculo, non per adæquationẽ, sed conuenienté extensionẽ atq; possibilẽ applicationẽ. [Et reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitq; Helias puerum, & deposuit eum de cœnaculo in inferiorẽ domũ, & tradidit matri suæ, Et ait illi: En viuit fili9 tuus. Dixitq; mulier ad Heliam: Nunc in isto] tam supernaturali effectu [cognoui] certiùs q nouerã antè, [qm̃ vir Dei] i. *Deo* veraciter excellenterq; placẽs [es tu,] Quãuis enĩ miracula qñq. fiãt p malos ac reprobos, sicut in Euãg. Mat.7. ait Saluator. Multi dicẽt mihi in die illa, Dñe dñe, nõne in noĩe tuo pphetauim9? rarò tñ, imò rarissimè fiunt p illos, psertim miracula tam pclara, vt est suscitatio mortui, q per nullum iniquum legit facta. [& verbũ dñi in ore tuo verum est] i. verè ex parte Dei loqueris & verus Dei ppheta es, ac vera sunt vaticinia tua. Refert Hieronymus q puerũ istum ab Helia suscitatũ, dicunt He-
Hierony. bræi Ionam esse pphetam, de quo infrà 4. Reg. 14. q vocatus est filius Amathi, i. filius veritatis, vt super Ionam exponit Hieronymus, quia dum Helias suscitauit eum, mater eius loqu-
tu

ta est:Nunc in isto cognoui,qm̃ vir Dei es tu,& verbum dñi in ore tuo verũ est, hæc ẽ vidua,
de qua apud Lucam veritas protestat̃:Multæ viduæ erãt in diebus Heliæ in Israel,& ad nullã
illarũ missus est Helias,nisi in Sareptã Sidoniæ.¶Mysticè,p Heliã exprimitur Chr̃s summus Lucę 4.
zelator iustitiæ,qui dũ principes Iudæorũ de eorũ superstitionib⁹ atq; criminib⁹ acriter in-
crepasset,abscõdit⁹ est in torrente Carith,i.in abundantia & fluctibus suæ acerbissimæ passi- Abac. 3.
onis,in qua abscondita fuit fortitudo & oĩpotentia eius,iuxta illud Esa.53.Quasi absconditꝰ
vultus eius & despectus. Vndè nec reputauimus eum.& ibì corui eius eum pascebãt , quia in
sua passione de suæ passionis copiosissimo fructu,hoc est,gentilium vitijs denigratorum cõ-
uersione mens eius delectata est & refecta,& sicut corui attulerunt Heliæ carnes & panes, sic
conuersi gentiles Chr̃o obtulerunt corpora sua & opes.Cessante aũt & extincta Chr̃i passiõe,
missus est ipse p Apostolorũ p̃dicationẽ ad viduam in Sareptam,i.ad gẽtilitatẽ vbiq; terrarũ,
q̃ duo ligna collegit,dum crucis mysterium didicit,ex cui⁹ consideratione in se ignẽ amoris
accẽdit,quo sibi & filijs suis spiritalia fercula p̃parauit, cui⁹ farina & oleo,i.puritate & vncti-
one superna ac subcineritio pane,i.humili ꝓpriæ fragilitatis recognitione delectat⁹ est dñs.
Porrò,per defunctũ viduæ filiũ accipit gen⁹ humanũ pc̃tis sopitũ & morte culpæ infectũ, su
per ꝗ fili⁹ Dei pijssima cõdescensione in sua incarnatione incubuit, & ei⁹ naturã assumpsit,
ac ꝓ ei⁹ salute in crucis patibulo mẽsus est & extentus,atq; ꝓ spiritali ipsi⁹ reuificatiõe dep̃ca
tus est patrem,quem pr̃ ꝓ sua reuerẽtia exaudiuit. Ter quoq; incubuit,quia ter patrẽ orauit, Heb. 5.
atq; in sua incarnatiõe,p̃dicatione & passiõe humano se generi misericordissimè coaptauit. Matth. 26.

¶Expositio cap.18.Post dies autem multos verbum dñi factũ est ad Heliam. Art. 26.

RECitant̃ hìc duo mirabilia Dei per Heliam peracta,ꝓ emendatione impij Achab ac po-
puli eius idololatræ.Primũ est,cõsummatio holocausti Helię facta per ignem.Secundũ
est,collatio pluuiæ.[Post dies multos verbũ dñi factum est ad Heliam]per angelum[in anno
3.].i.circa finem 3.anni à tempore suæ egressiõis ac fugæ de terra Israel,q̃uis etm̃ fames seu ca
ristia illa durauit annis 3.& mensib⁹ 6.vt dicitur Iacob.5.illa tamẽ caristia cœpit atq; durauit p
mediũ annũ aut circiter anteq̃ de terra Israel exijt,p̃sertim quia multis diebus mansit ꝓpe tor 3.Regũ.17.
rentẽ Carith situm in terra illa anteq̃ iuit Sareptã,[dicens: Vade & ostende te Achab, vt dem
pluuiam super faciem terræ.Iuit ergo Helias,vt ostẽderet se Achab.Erat aũt fames vehemẽs
in Samaria]non solùm in vrbe metropoli sic vocata,sed & in tota ille ꝓuincia ex terræ arefa-
ctiõe.[vocauitq; Achab Abdiam dispensatorem domus suæ.Abdias aũt timebat dñm Deum
valdè,]filiali & sancto timore,ideo dignus fuit inuenire Heliã, & ab eo accipere opem. [Nã
cùm interficeret Iezabel ꝓphetas dñi,]cupiens cultũ veri Dei totaliter extirpare,idololatri-
amq; augere.[tulit ille 100.ꝓphetas]i.ad se vocauit occultè totidem viros q vocant̃ ꝓphetę,
vel q̃a ꝓphetiæ gr̃a coruscabant,vel quia discipuli erant ꝓphetarum maiorũ, intenti diuino
obsequio,psalmis atq; eloquijs ꝓphetarũ sc̃tórum. [& abscondit eos 50.& 50.in speluncis]i.
in duabus speluncis,in qualibet 50.[& pauit eos pane & aqua]i.cibo quocunq; ac potu, quæ
in scripturis per panem designantur & aquam.[Dixit ergo Achab ad Abdiam:Vade in terrã]
regni mei[ad vniuersos fontes aquarum,]in quibus dudum fuerat aqua,quamuìs modo sint
exiccati , ad vniuersos inquam fontes in partæ terræ tibi assignanda locatos,[& in cunctas
valles,]iuxta eundẽ sensum,[si fortè inuenire possimus herbam]i.fœnum seu gramina, quæ
in locis prope aquas magìs solent abundare.[& saluare possumus equos & mulos, & non pe-
nitùs iumenta intereãt]fame,quibus & aqua permodica est.Itaq; deficiẽte imbre, defecerũt
& gramina terrę, quibus equi & muli,oues,vaccæ & boues aluntur.[Diuiseruntq; sibi regio-
nes]i.terras & sortes decem tribuum,in quib⁹ tempore Iosuæ & anteà plures reges cõmora-
bant̃.[vt circumirent eas.Achab ibat per viam vnam,& Abdias ver viam alterã seorsum. Cũq;
esset Abdias in via,]Cum Achab & cum Abdia aliqui serui curebãt,qui hinc inde discurrẽdo,
q̃rebant pascua iuxta regis p̃ceptum.[occurrit ei Helias.Qui]Abdias[cùm cognouisset eum,
cecidit super faciem suam]i.in terram prostrauit se ex humilitate ante faciem Heliæ, quẽ ob
suam sanctitatẽ atq; multiplicẽ excellẽtiam in donis Dei venerabatur,imò & Deum in famu-
lo suo.[& ait:Num tu es dñe mi Helias?Cui ille respõdit:Ego.Et dixit:Vade dic dño tuo,ad-
est Helias.Et ille:Quid peccaui,inquit,qm̃ tradis me seruũ tuũ in manu Achab , vt interficiat
me?]i.ob quam culpam meam iniungis mihi istam legationem,mea æstimatiõe mihi pericu-
losem,vt dicam dño meo Achab te adesse. ex qua denunciatiõe seq̃tur occisio mea , si subitò
ad alium locum fueris deportatus per angelum,vt aliq̃n accidit circa te, sicq; te non inuento,
occídet me,putans me sibi esse mentitum,vel quia non p̃sentaui te ei etiam vel inuitum & ca-
ptũ,qm̃ vndiq; te fecit inquiri ad capiendũ.[Viuit dñs Deus tuus,quia nõ est gens aut regnũ,
in quo non miserit dñs meus te reqrens.Et rñdentib⁹ cunctis,nõ est hìc,adiurauit singula re-
gna & gentes,eo ꝙ minimè repérireris,]& vt vnumq̃q; eorum ꝙ perceperit vbi sis,significet
ei. Prætereà mirum ꝙ nemo perceperat vbi esset.cùm fuerit in terra Sidoniorum nõ remotè Prouat.
à regno Israel,& per suscitationem mortui forsan fuit ibì famatus.sed non est consiliũ contra

dominum.[Et nunc tu dicis mihi,vade,& dic domino tuo,adest Helias?Cumque recessero à te,spiritus domini absportabit te in locum quem ego ignoro, & ingressus nunciabo Achab & non inueniens te,interficiet me.Seruus autem tuus timet dominum ab infantia sua. Nunquid non indicatum est tibi domino meo quid fecerim,cùm interficeret Iezabel prophetas domini,quòd absconderim de prophetis domini centum viros, quinquagenos & quinquagenos in speluncis,& pauerim eos pane & aqua?Et nunc tu dicis,vade,& dic domino tuo,adest Helias,vt interficiat me?Et dixit Helias: Viuit dominus exercituum, ante cuius vultum sto,quia hodiè apparebo ei.Abijt ergo Abdias in occursum Achab,& indicauit ei. Venitque Achab in occursum Heliæ.Et cùm vidisset eum,ait:Túne es ille qui conturbas Israel?]id est, totum regnum decem tribuum inquietas?quasi dicat,cùm sis hostis boni communis, qui sterilitatem procurasti,dignus es morte.[Et ille ait:Non ego urbaui Israel] turbatione iniusta, vel aliquam eis irrogando iniuriam,quanuis procurauerim eis iustam punitionem,[sed tu & domus patris tui]id est,tu & consanguinei siue domestici tui,qui per idololatriam meruistis pœnas istas,[qui dereliquistis mandata domini,& sequuti estis Baalim. Veruntamen nunc mitte,& congrega ad me vniuersum Israel,]id est,maiores, principalioresq; ex tribubus decem & alios quosdam cum illis,[in monte Carmeli,]existentis in funiculo Ephraim, sicque

Iosu. 15. 1.Regũ..25. mons iste Carmeli alius fuit ab eo,iuxta quem cõmoratus est Nabal,& fuit in tribu Iuda.Hic autem Carmelus,in quo immolauit Helias,est in confinio Palestinæ atq; Phœnices. [& prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasq; lucorum,id est,idolorum,vel potiùs dæmonum,qui in nemoribus colebantur,[quadringentos,qui comedunt de mensa Iezabel. Misit Achab ad omnes filios Israel,& congregauit prophetas in monte Carmeli.Accedés autem Helias ad omnem populũ Israel, ait:Vsquequò claudicatis in duas partes?] i.ad vtranque partem erratis,nec in via Dei rectè inceditis,& estis ab inuicèm differentes, dum aliqui vestrùm nunc Deo,nunc idolis immolant,& quidam idolis tantùm,aliqui Deo solùm. sicq; pro maxima parte à regia via virtutum receditis, & ad vtrunq; vitiosum declinatis extremũ, iuxta illud psalm.17.Filij alieni inueterati sunt,& claudicauerunt à semitis suis. [Si dominus est Deus]i.si is qui in lege & prophetis communiter vocatur Deus,est verus & æternus & incommutabilis Deus,[sequimini eum:]id est,adhæreatis ei,& accedatis ad eum per fi .m & debitum cultum.[si autem Baal]est verus Deus,cui soli debetur adoratio & sacrificatio,[sequimini illum.Et non respondit ei populus verbum,]quia erant pusilli, nutantes & ambigẽtes,cui potiùs assentirent,impio regi & prophetis eius superstitiosis,an sancto prophetæ Heliæ.[Et ait rursus Helias ad populum:Ego remansi propheta domini solus.]Iam Helias audierat ab Abdia,quòd centum abscondisset prophetas,quomodò ergo mansit solus propheta Dei?Et respondendum,quòd dixit se solum superstitem de prophetis in manifesto audẽtibus apparare.[Prophetæ autem Baal quadringenti & quinquaginta, prophetæq; lucorum quadringenti viri sunt.Dentur nobis duo boues,& illi eligant sibi bouem vnũm, & in frusta cędentes,ponant super ligna,ignem autem non supponant.Et ego faciam bouem alterum,& imponam super ligna,ignem autem non supponam.Inuocate nomina deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen Dei mei,& Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus.] hoc est,boum horum vnus offeratur à me,& alter à prophetis Baal, & ille habeatur & colatur pro vero Deo,qui fecerit ignem descendere de cælo, & holocaustum sibi oblatum consumpserit igne illo. [Respondens omnis populus,ait:Optima propositio quam locutus est Helias,]quia

Genesis 4. Iudi.c 3 6. Leuit. 9. 2. Reg. 24. 3. Regũ. 8. in sacrificijs Abel,Manuæ,Gedeon, Aaron, Dauid & Salamonis descendit ignis virtute diuina consumens illorum holocausta.[Dixit ergo Helias prophetis Baal: Eligite vobis bouem vnum,& facite primi, quia vos plures estis, & inuocate nomina deorum vestrorum, ignemque non supponatis. Qui cùm tulissent bouem quem dederat eis]id est, quem Helias assignauerat eis. Dicunt tamen quidam Hebræi,quòd dum prophetæ,sacerdotesque Baal elegissent bouem vnum, bos ille statim declinauit ab eis nutu diuo, quasi sacrificari falsis dijs abhorrens,& ad Heliam confugit, vt per hoc quoque populus instrueretur,tuncque Helias tradidit illis bouem.[& fecerunt]id est, bouem illum ad Baal honorem mactauerunt, frustatim consciderunt, obtulerunt, & super ligna posuerunt, [& inuocabant nomen Baal de manè vsque meridiem,]quia vt fertur,prima medietas diei illius fuit illis deputata ad offerendum, reliqua autem Heliæ, [dicentes: Baal audi nos.Et non erat vox, nec qui responderet,]quoniam Deus non permisit dæmonem respondere per idolum.Cumq; esset meridies, illudebat illis Helias,dicens: Clamate voce maiori. Deus enim vester est, & forsitan loquitur,aut in diuersorio est,aut in itinere,aut certè dormit, vt excitetur. Clamabant ergo voce magna,& incidebant se iuxta ritum suum,]id est, obseruantiam cæremonialem idololatriæ suæ,[cultris & lanceolis,donec perfunderentur sanguine,] vt per hoc Deum suum ad exauditionem & misericordiam flecterent, certi quòd dij in sanguinis, præsertim humani effusione in sacrificijs facta, complacentiam habeant magnam. [Postquàm autem transijt meridi-

ridies,& illis]videlicet prophetis Baal [prophetantibus]de corde suo & instinctu diaboli, ꝙ Baal iam offensus ab eis, posteà placeretur & exaudiret, aut simile aliquid per modum propheticalem loquentibus,[venerat tempus quo sacrificium offerri solet,nec audiebatur vox, nec aliquis]deorum[respondebat,nec attendebat orantes]prophetas Baal. [Dixit Helias omni populo: Venite ad me. Et accedente ad se populo,curauit]i. reparauit[altare dñi ꝙ destructũ fuerat]ab idololatris,ꝙ ab aliquo Israelitarum fuerat ibì constructum, & tulit duodecim lapides iuxta numerum]duodecim[tribuum filiorum Iacob, ad quẽ factus est sermo dñi,dicens:Israel erit nomen tuum. Et ædificauit de lapidibus altare in nomine dñi. Fecitq; aquæductum quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris]i. paruas arationes seu sulcos. fecit em̃ paruum fossatum per gyrum altaris.[& composuit ligna,diuisitq; per membra bouem,& posuit super ligna, & ait:Implete quatuor hydrias aqua,& fundite super holocaustum,]i.super carnes bouis diuisas, Deo in holocaustum offerendas,[& super ligna,]q̃bus superpositæ sunt illæ carnes.[Rursumq; dixit:Etiam secundò hoc facite. Qui cùm fecissent secundò, ait: Etiã tertiò idipsum facite. Feceruntq; tertiò,]duodecim hydrias aquę fundendæ super carnes illas & ligna,[& currebant aquæ circum altare, & fossa aquæductus repleta est,] quia hydriæ erant magnæ,paruaque fossa.[Cumq; iam tempus esset, vt offerretur holocaustum,accedens Helias propheta,ait:Dñe Deus Abraham,Isaac & Israel,ostende hodiè, quia tu es Deus Israel,& ego seruus tuus,& iuxta præceptum tuum feci om̃ia verba hæc. Exaudi me dñe, exaudi me,vt discat populus iste,quia tu es dñs Deus,& tu conuertisti corda eorũ iterũ. Cecidit aũt ignis dñi]de cęlo aereo,angelico ministerio ibì productus,& ad cadendum deorsum motus cùm Helias fudisset orationem in litera positam,[& vorauit holocaustum & ligna & lapides, puluerem quoq; & aquã quæ erat in aquæductu lambẽs,] quam ideò Helias ibì infudit, vt ex consumptione maius esset miraculum.[Quòd cùm vidisset omnis populꝰ, cecidit in faciem suam,& ait:Dñs ipse est Deus,dñs ipse est Deus,]cuiꝰ virtute refrenata iam fuit operatio Baal seu dæmonis,cuius tñ potestate posset ignis formari in aere atq; descendere, Deo hoc pmittente,sicut Apoc.17.ferẽ de bestia,i.Antichristo,ꝙ fecit,i.faciet signa magna, ita vt ignem faceret de cęlo descendere. Nam & hoc modo ignis descendit,q oues & pueros Iob consumpsit.[Dixitq; Helias ad eos:Apprehendite prophetas Baal,]& occidite eos ibi manibꝰ populi,vel & propria manu quosdam,quemadmodum Samuel regem Amalech, [& ne vnꝰ quidẽ effugiat ex eis:Quos cùm apprehendissent,duxit eos Helias ad torrentẽ Cison] de quo & in lib. Iudicum legit,Torrens Cison traxit cadauera eorum:vt & istorum cadauera in illũ proijcerentur torrentẽ:de quo & in Psal. 82. fit mẽtio.[Et interfecit eos ibi.] Hoc fecit zelo Dei, & ne ampliùs seducerẽt populũ,& quia fecerũt p imperiũ Iezabel,pphetas Dei occidi. Achab quoq; ita fuit attonitus ex miraculo ꝙ conspexit,ꝙ non audebat resistere, quia sperauit per Heliam pluuiã impetrare,[& ait Helias ad Achab: Ascende, comede & bibe, quia sonus multæ pluuiæ est]i.citò tantus imber descendet,ꝙ ruendo grandẽ faciet sonũ.[Ascendit Achab vt comederet & biberet. Helias aũt ascendit in verticẽ Carmeli,] qui locus iam fuit sanctificatus ex constructione altaris,oblatione holocausti,& pfato miraculo. [Et pronus in terram posuit faciẽ suã inter genua sua,]vt sic vultu depresso, clausisq; oculis deuotiùs exoraret. [& dixit ad puerum]i.ministrũ[suum: Ascende & prospice contra mare]i.versus mare, (forsan mediterraneũ)dirige oculos tuos ad videndũ an de mari ascendat,vel de aere descẽdat aliqua nubes. Materia quippe nubium,puta vapores,solent eleuari à mari,& mare solet nubibꝰ operiri,iuxta illud in Iob:Quis conclusit ostijs mare,cùm ponerẽ nubẽ vestimentũ eiꝰ? [Qui cùm ascendisset & contẽplatus esset,ait:Non est quicq̃]i.nihil de nube apparet. Voluit autẽ Helias scire an oratio qua pluuia depcabatur, esset audita,& quãuìs iam ex diuina reuelatiõe nouerat,& pdixit pluuiã mox futuram,tñ sciebat ꝙ Deus qñq; vult talia deuotorũ orationibꝰ impetrari,quẽadmodum Christus orauit pro sui corporis glorificatione, & pro Apostolorũ cõfortatiõe atq; illustratiõe,& spiritussancti missione,q̃uis pdixit & nouit certissimè oĩa illa esse futura.[& rursum ait illi:Reuertere]ad videndum,an nubes appareat,nam aer serenissimus erat. Reuertere inquam [septem vicibꝰ,]ita vt post quamlibet vicem nuncies mihi quid videris,& ego iterum septiès orando, nisi citiùs fuero exauditus, impetrem veniam populo pro vniuersitate vitiorum eorũ,q̃ vniuersitas septenario designatur,ita vt pluuia eis diutiùs non negetur.[In septima autem vice eccè nubecula parua quasi vestigium hominis] i. excrescens ad hominis quantitatem[ascẽdebat de mari,]quæ paulò pòst creuit in nubẽ grandem. [Qui ait]ministro suo:[Ascende & dic Achab:Iunge currum tuum]i.iube eum parari,& applica eũ tibi,vt in eo citò veharis in vrbem Iezrael nomine.[& descende ne occupet te pluuia. Cumq; se verterent huc atq; illuc,eccè cæli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grandis. Ascendens itaq; Achab,abijt in Iezrael. Et manus dñi facta est super Heliam,]i. diuina virtus confortauit eum,& spiritus diuini feruoris eum accendit.[accinctisque lumbis, currebat ante Achab,]vtpotè currum eius pręcedens,[donec veniret in Iezrael.] Tantùm

Iob 1.
1. Reg. 15.
Iob 38.
Ioan. 19.

gloriabatur in dño de idololatrarũ deiectione, idololatriæ reprobatione, & diuini cultus ꝓmotione, impetrationeq; pluuiæ, & eos qui erant in Iezrael, informare optauit. ¶Circa prę habita quæritur, an ne Helias peccauit, monẽdo cultores Baal ad sacrificandũ ei. atq; ad inuocandum eum? Respõdetur ꝙ non hortabatur eos ad cultũ idolorũ directé, vt scilicet facerẽt illa ad idolorũ honorẽ, sed vt facerent illa, quatenùs ꝑ ea ostenderetur eorum perfidia, & veri Dei omnipotentia, sed permisiuè, non inductiuè, secundum quod Christus dixit ad proditorem: Quod facis, fac citiùs. At verò circa illud. Vsquequò claudicatis in duas partes, afferit Lyra: Aliqui eorum colebant Deum, & cum hoc Baal, sicut de Samaritanis dicitur infrà. Sed contra hoc scribit R. Paulus, Samaritani non colebant Deum, sed Deos suos, nec infra dicitur de eis, nisi quod timebant Deum. Aliud enim est timere Deum, & aliud colere eum, quoniam timor seruilis potest esse sine charitate, non tamẽ cultus Dei, qui in fide, spe & charitate cõsistit, secundum Augustinum. Hæc R. Paulus, cuius verba sunt inconsideratè prolata, quoniam infrà lib. 4. scriptum est, Vnaquæq; gens fabricata est Deum suum, posueruntq; eos in phanis excelsis quæ fecerant Samaritæ, & nihilominùs colebant dominũ. & paulò pòst subditur ibi, & cum dominum colerent, dijs quoq; suis seruiebant. Nec verum est, ꝙ cultus Dei non posset esse sine charitate, cùm Christus in Euangelio ex Esaia allegat: in vanum autẽ colunt me. De Sarracenis quoq; asseritur, ꝙ colunt vnum Deum, quorum cultus est sine charitate, & quanuis cultus Dei formatus & meritorius atq; interior principaliter consistat in fide, spe & charitate, consequenter tamen in aliorum quoq; obseruantijs præceptorum cultus Dei cõsistit, imò & aliquo modo in actib⁹ bonis ex genere. Vndè & sancto Eustachio adhuc gentili. sed actibus misericordiæ valdè intento, loquutus est Christus: Ego sum quẽ ignorans colis. Postremò, quanuis non sit conuertibiliter idem, Deum colere & Deum timere, quoniã habent se sicut genus & species, tamen Deum timere, est colere eum, ꝑsertim quia in lib. Iob, vbi nostra habet translatio, Eccè timor domini, ipsa est sapientia: habet translatio vetus, Eccè pietas seu cultus Dei, ipsa est sapientia. Iterum Lyra ait in huius expositione cap. ꝙ prophetæ Baal acceptauerunt propositionem Heliæ, dicentis: Dentur nobis duo boues, &c. quia compulsi fuerunt ad hoc à populo approbante verba Heliæ. quo circa loquitur Paulus iste: Potest dici ꝙ prophetæ Baal, tanq̃ penitùs infideles, sicut non confidebant de suis dæmonibus, ꝙ facerent ignem descendere, ita nec credebant ꝙ Helias hoc faceret. Ad ꝙ dico, ꝙ dictum hoc Pauli non consonat textui. nisi enim prophetæ Baal credidissent, ipsum Baal posse ignem desursum deponere, non incidissent se cultris atq; lanceolis donec sanguine perfunderetur, vt vel sic exaudirentur à Baal. Hi quoq; qui colunt falsos deos, æstimant eos posse cõferre subsidiæ & salutem, sicut Sapient. 13. & Esaiæ 44. manifestè habetur.

Ioan. 13. — 4. Reg. 13. — Augustin. — 4. Reg. 17. — Esa. 29. — Matt 15. — Marc. 7. — Iob 28.

¶De spirituali eiusdem cap. 18. sensu. Artic. XXVII.

Ex huius exordiò cap. edocemur, q̃ infinita sit misericordia Dei, qui hominib⁹ est clemẽtior, propter ꝙ Dauid: Melius est (inquit) mihi incidere in manus Dei, multæ ænim miserationis eius, quàm in manus hominum. Eccè enim Helias, qui orando impetrauit à domino pluuiæ subtractionem, non legitur dominum primò orasse, vt miseratus redderet pluuiam, sed quantùm ex tenore ac seriæ literæ datur intelligi, dominus in pietate sua immensa ꝑuenit suum prophetam in zelo iustitiæ abundantem, & non obstante continuatione scelerum populi, miseratus dominus super magnitudinem mali pœnalis, iussit prophetę vt se monstraret regi, ob cuius facinora ex parte magna inflicta erant tot & tanta aduersa, denunciaretque ei pluuiam mox futuram, quatenùs ipse ac populus eius sic reuerterentur ad dominum, contra cuius imperium dij, quos coluerunt, nil potuerunt. [Vade, ostende te Achab, vt dem pluuiam super terram.] poterat dñs pluere, Helia non misso ad regem, sed voluit dñs honorare prophetam zelo diuini honoris succensum, iuxta quod dixit 1. lib. Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum. Moraliter per Achab designantur negligentes, carnales, vitiosi prælati, ac principes, propter quorùm negligentias & excessus in subditos redundantes, aufertur ros gratiæ supernæ, & pluuia fœcundationis internæ, tam ipsis quam eorum subiectis, superiorum suorum prauitates sequentibus: quos volens dominus in sua pietate immensa misericorditer præuenire, iubet Heliæ, i. deuotis ac feruidis prædicatoribus, vt talibus principibus ac prælatis se repræsentent, eorum vitia increpando, eosq́; exhortando & inducendo ad vitæ emendationem in omnibus, quatenùs detur eis & ipsorum communitatibus irrigatio supernorum charismatum, fœcunditas actuum virtuosorum. Achab verò quærens herbam in fontibus & vallibus, designat prælatos & principes prauos, non in domino confidentes, sed ad humana solatia recurrentes. Denique quamuis Salomon dicat, Rex impius omnes ministros habet iniquos, aliquando tamen contingit, ꝙ in domibus prǽlatorum & principũ pessimorũ sint aliqui iusti, ꝙ Deo dispensante sic accidit, in consolationem, opem ac releuamen bonorum ac pauperum, ne nimiùm ab impijs opprimantur. sicq; Abdias existens cum impijssimo Achab, abscondit & pauit Dei prophetas. [Ait Achab ad Heliã: Tu ne es q cõturbas Israel?]

2. Reg. 24. — 3. Reg. 17. — 1. Reg. 2. — Prou. 29.

sic praui ac pessimi homines mala quæ oriuntur, imponunt iustis ac innocentibus. [At ille: Non ergo turbaui Israel, sed tu & dom⁹ patris tui.] Certè vt Salomon loqtur, Iustus quasi leo confidens, absq; terrore erit. Ideo Helias tam imperterritè & audacter respondit, non formidans regē à quo poterat trucidari, sed eum constantissimè reprehendit. Hinc ad Hieremiā dñs dixit: Dedi te in columnam ferream & in murum æneum. atq; ad Ezechielē: vt adamantem (ait) & silicē posui faciē tuā [Congrega ad me vniuersum Israel,] sic boni euangelizantes vniuersam cupiunt plebē instruere, eiq; dicunt, si dñs est Deus, sequimini eum: si aūt Baal, sequimini eum. Ideo, [quousq; claudicatis in duas partes?] i. vultis duobus dñis seruire, cupiētes placere mundo & creatori, cùm tñ dicat Apostol⁹ Galat. 1. Si hominibus placerē, Christi seruus non essem: nec possibile sit, nunc gloriari cum seculo, ac deindè regnare cum Christo, qb⁹ dicendū est, si Deus est summū. pfectū, infinitumq; bonum, ei estote intenti, tanq̄ incōparabiliter vniuersis ac singulis meliori, amabiliori & honorabiliori Si aūt Baal, i. in prīcipatu, opibus & prosperitatibus mundi vestra cōsistit salus, sequimini eū, quod vtiq; nō est. imò de talibus dictum est: Vanitas vanitatū & oīa vanitas. Itēq; rex hodiè est & cras morit̄. [Dētur nobis duo boues.] Bos electorum & iustorū, est ꝓpria caro, ad Dei honorē discretè castigata & immolata, iuxta illud Rom. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiā viuentē, sanctā, Deo placētem, rōnabile obsequiū vestrum. Et alibi: Mortificate (inquit) membra vestra, q̄ sunt sup terrā. Bos verò impiorū, est caro ex vana gloria pro mūdi honore & cōmodo, per exercitia pœnitentiæ macerata. [& Deus q exaudierit p ignē, ipse sit De⁹] i. ille colatur pro vero Deo, qui solus potest apicē affectiuæ accēdere. & cor ad libitū immutare ac inflāmare, q ait: Ignē veni mittere in terrā. q & in die sacratissimo pentecostes exaudiuit p ignē. [Facite primi, quia plures estis.] Nempe vt ait Saluator: Multi vocati, pauci electi. [Non erat vox] per hoc ꝙ Baal exaudire & rñdere nequiuit, ꝑfiguratū est, ꝙ mundus & ea q̄ mundi sunt, homini in extrēma necessitate nequeunt succurrere, [Curauit Helias altare dñi, ꝙ destructū fuerat.] Ara interior est fides seu charitas, in qua oīe bonum opus Deo est offerendū, q̄ per tentatiōes & peccata destruitur, sed p bonā informationē & pœnitentiā reparatur. [Et tulit duodecim lapides] i. duodecim virtutes morales, seu duodecim fructus spūs, quib⁹ decoratur & cōfortatur altare charitatis ac fidei. [Fecitq; aquæ ductum.] Aquæ ductus est sacramentū confessionis, seu humilitas. per q̄ grā obtinetur. [Diuisitq; per membra bouem.] qm̄ vnumquodq; membrū quo mundo seruiuimus, deinceps diuino mancipandū est obsequio, dicente Apostolo: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē. [Implete quatuor hydrias aqua.] Quatuor hydriæ istæ sunt, voluntas, intellectus, vis concupiscibilis, & irascibilis, in quibus possunt esse virtutes ac vitia, q̄ implendæ sunt lachrymis cōtritiōis, fletu procedēte ex desiderio beatificæ fruitionis, aqua sapientiæ salutaris, q̄ aquæ super holocaustum sunt effundendæ, i. bonis actibus ad Dei honorem exhibitis coniungendæ, vel holocaustum nostrum est propriū corpus, propter Deū cruciformiter mortificatū. qui em̄ sunt Christi, carnē suam crucifigunt cū vitijs & concupiscentijs. Hoc holocaustū debemus Deo ita offerre cū fletu cōtritiōis, cū lachrymis supernæ affectionis, cū aqua sapiētialis cōsideratiōis. Rursus, holocaustū nostrū est sacramētū altaris, videlicet corpus Christi, vel ipsemet Deus & saluator, q obtulit semetipsum patri hostiā recōciliationis in odorē suauitatis, ꝙ cū lachrymis deuotionis offerendū est in officio celebrationis. Est equidem flet⁹ qdam interior & ignita aqua, ex quibus exterior solet ꝓcedere fletus, quis aliqñ nō ꝓcedat. Ista effusio aquæ super holocaustū faciēda est ter, videlicet in deuota ꝑparatione ad offerendū, in ipsa oblatione, & pòst in gratiarū actiōe. [Cecidit ignis de cælo,] videlicet accensio charitatis seu infusio spūs sancti, q est ignis consumēs, & in se absorbēs, totaliterq; cōuertens deuotissima corda. eorūq; opera faciēs Deo accepta, vt nihil ꝓprij cō nodi aut priuati amoris in ipsis sit permanēs. ¶Porrò, occisio ꝓphetarū Baal. designat reproborū impiorūq; ministrorū damnationē: quib⁹ sublatis, sonus pluuiæ, i. abūdantia grē imminet. [Helias aūt ascendit in verticē Carmeli.] sic boni ꝑlati in alta cōsideratione se figūt ad cōsiderandū pertinētia ad cōmunē salutē, & concernentia Dei honorē, & mittūt pueros suos, i. vicarios & ꝑdicatores ac inferiores ministros ad prospiciendū cōtra mare, i. ad intuēdum hoc seculū neq̄ instar maris amarum, inquietū, & magnū, an s. in hoībus mundanis sit aliquid gratiæ spūalis, q̄ per nubeculā designatur, ad quos gratia destitutos non sufficit semel misisse, septies mittitur, i. per omne tempus durationis vitæ eorum, quandiu est spes de emendatione ipsorum, pro quorum conuersione interim orat fidelis ac feruidus pastor.

¶Enarratio cap. 19. Nunciauit aūt Achab Iezabel oīa q̄ fecerat Helias &c. Art. XXVIII.

QVid ex propria infirmitate & hoīm prauitate Helias ꝑtulerit, & magnalia ei desupèr cōtributa, hic recitāt. [Nūciauit aūt Achab] rex [Iezabel] suæ vxori [oīa q̄ fecerat Helias. & quomodò occidisset vniuersos prophetas Baal gladio.] adhuc enim permansit in sua idololatria atq; malitia, visis tot signis, ac pluuia descendente: quo patēt obstinatio & ingratitudo

Prou. 28. Hiere. 1. Ezechi. 3. Math. 6. Gregorius Ecclesi. 1. Ecclesi. 10. Coloss. 3. Lucæ 12. Actor. 2. Mat. 20. 22 Galat. 5. Roman. 6. Ecclesi. 15. Galat. 5. Ephes. 5. 3. Regū. 19.

do ipsius.[Misitq; Iezabel]quæ & ipsa fuit in vitijs indurata, [nuncium ad Heliam,dicens: Hæc faciant mihi dij,& hæc addant,nisi cras posuero animã tuam]hoc est, teipsum tractauero,vitam tuam extinxero,& animã tuam à corpore separauero,violentam morté tibi inferendo,[sicut animam vnius ex illis]i.sicut tu posuisti animam cuiuscũq; ex Prophetis Baal. [Timuit ergo Helias]hoc fuit humanæ fragilitatis,& q̃uis naturale sit morté timere,tñ ex timore sic fugere,sicut de Helia subiungitur,imperfectionis esse conuincitur, nisi forsan ex diuino instinctu sic egerit.Nam & Christus ad tépus recessit ex oculis Iudæorũ, q in eius mortem conspirauerunt,iuxta illud Ioannis:Iesus iam nõ in palàm ambulabat apud Iudæos,similiter Paulus a Damasco.[& consurgens,abijt]ex Iezrael,[quocunq; eũ ferebat voluntas] hoc est, per vias quas putauit sibi securiores-vel ideo dicitur,Quòcunq; eũ ferebat voluntas,qa in fuga ista magis videbatur sequi voluntaté,q̃ rationé. ¶Sed q̃ri potest:Cur Iezabel eum sic prẹauisauit,nec auisatum fecit custodiri,ne fugeret?Respõdetur ꝙ Iezabel audiens eũ tã cõstanter redi occurrisse & respondisse, atq; in eius ꝑsentia occidisse Prophetas Baal, ac tanta signa patrasse,putauit ꝙ minimè fugeret.[Venitq; in Bersabee Iudæ]i.vrbé sic dictã, in tribu Iudæ sitam.de qua dictum est suprà i.lib.[& dimisit ibi puerum suum,& perrexit in desertum viam vnius diei]hoc est,volebat intrare desertũ,& manere ibidèm,ꝙ puero graue fuissèt sufferre. Dicut aũt expositores, ꝙ puer ille fuit filius viduæ qué suscitauit à morte, qui creditur fuisse Ionas Propheta,qué vidua illa dedit & cõmisit Heliæ,vt ei obsequeretur,& instrueret ab eo. [Cumq; venisset & sederet]in deserto,[subter vnam iuniperum]q̃ est spinosa arbuscula,cuiꝰ radix est pauperum cibus,iuxta illud Iob:radix iuniperorũ cibus eorum.[petiuit animæ suę] hoc est,pro solatio animæ suæ afflictæ rogauit dñm, [vt] ipse ibi [mox moreretur] quatenùs in sinu Abrahæ repausaret,nec afficeretur tot malis,neq; tot crimina cerneret in hoc mundo, sic & Moses:Obsecro,inquit,vt interficias me,& inueniam gratiam in oculis tuis,iuxta quem modum ait Apostolus Paulus:Supra modum grauati sumus,ita vt tæderet nos viuere. Nec istud in patientiæ fuit,quia aduersitas fuit eis occasio cupiendi quieté, ad quã per morté erat perueniendum,ita ꝙ mors nõ optabatur,nisi vt via & ianua vitæ melioris.[& ait:Sufficit mihì dñe]tam diu vixisse in corpore isto mortali,[tolle animã meam]à corpore, & pone eam in limbo patrũ.[Neq; enĩ melior sum q̃ patres mei:quia mortalis sum,sicut illi fuerunt, & eiusdem naturæ,& sancti patriarchę fuerunt tam sancti,ꝙ eis me melioré aut digniore non arbitror.[Proiecitq; se,& obdormiuit in vmbra iuniperi.]Nã & somnus releuatiuus est tristitiæ, Aptè quoq; in vmbra dormiuit iuniperi, qm̃ vmbra arboris huius fugat serpentes, vt legitur. ¶Deniq; dato ꝙ Helias sanctior fuit patribus suis,de quibus loquebatur,tñ ex humilitate sic loquitur,& secundum quandam considerationem sic fuit, cùm & Apostolus fateatur: Venit Iesus peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.[Et eccé angelus dñi tetigit eum]suscitando à somno,[& dixit illi:Surge & comede. Respexit]admirãs à quo esset suscitatus,sed angelus vt apparet,iam disparuit.[& eccè ad caput suum]positus fuit[subcineritius panis & vas aquæ.Comedit & bibit,& rursum obdormiuit. Reuersusq; est angelus dñi secũdò, & tetigit eum,dixitq; illi:Surge,comede.Grandis enim tibi restat via. Qui cùm surrexisset, comedit & bibit,]sumens partem illius panis & aquæ,[& ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus]hoc est,opportunis horis tot dierum ac noctium. Nec enim ad conficiendum iter illud necessarium fuit indesinenter, sine interpositione quietis,tot diebus ac noctibus proficisci.[vsq; ad montem Dei Horeb]qui est mons Sinai,cuius pes vocatur Horeb,qui est locꝰ sanctus,in quo voluit Deus apparere Heliæ zelatori pręferuidò legis Mosaicæ ac diuinæ ilicò datæ.Dicunt quidam ꝙ panis ille ab angelo ꝑparatus, habuit potestatem & vim nutriendi,confortandi & conseruandi corpus Heliæ tam diu, absque consumptione & læsione humidi radicalis à calido naturali,quod in lib.de mirabilibus sacræ scripturæ videtur Augustinus sentire.[Cumq; venisset illuc,mansit in spelunca]in qua (vt aliqui dicunt)Moses stetit,qñ gloria dñi coram eo pertransijt,iuxta illud Exodi: Cũq; transibit gloria mea,ponam te in foramine petræ:ideò ob loci illius sanctitaté mãsit in eo Helias. [Et eccè sermo dñi ad eum,dixitq; illi:Quid hìc agis Helia?]Non ex ignorantia quærit,sed vt iuxta responsum Heliæ congruenter prosequatur verbũ suum ad ipsum.[At ille respondit:Zelo zelatus sum pro dño Deo exercituum,]i.feruentem habui affectionem,indignationem & iram contra idololatras ex Dei amore, cuius cultum & reuerentiã opto affectu ardenti,[qa dereliq̃runt pactum dñi]hoc est,à fœdere amicitiæ quod Deus cũ populo Israel inijt, ab obseruantia decalogi quem cũ protestatione dedit per Mosen, [filij Israel] recesserũt. [Altaria tua destruxerunt] Vndè in ꝑcedenti cap.scriptum est,ꝙ Helias curauit altare dñi antè destructum,similiter alia quædã altaria in excelsis cõstructa, in quibꝰ Deo factæ fuerũt oblatiões, q̃ destruxerunt in conteptũ cultus veri Dei,atq; ad idololatriæ ꝓmotioné:ꝙ impium fuit. attamen téplo cõstructo,nõ licuit alibi Deo sacrificare,nisi ex moderamie dispẽsatiõis diuinę. Ideò infrà Ezechias laudaẽ,eo ꝙ excelsa,videlicet altaria ibi cõstructa abstulerit,sed in contem-

Ioan 12. Actor. 9. Iosue 15. 1.Regũ. 17. Iob 33. Numer. 11. 2.Cor.1. 1.Tim.1. Augustin. Exodi 33. Exod. 20. 3.Reg. 18. 4.Reg. 18.

tẽplū cult⁹ veri Dei ea nō licuit demoliri,[& ꝓphetas tuos occiderūt gladio.] Circa hæc scribit Lyra: Nō loquit̃ hic de altarib⁹ q̃ in Hierusalē erāt, videlicet de altari incensi & altari holocaustorū, q̃ illa manebāt, sed de altarib⁹ factis in excelsis eo tẽpore, q̃n tẽplo nōdū ædificato licuit imolari in illis. quo cōtra loqtur R. Paul⁹, rōnabiliter dici potest, ꝙ Helias hic loquitur de altarib⁹ Hierusalē, q̃ q̃uis realiter nō erāt destructa, tñ idololatræ, q̃tū in eis erat, cupiebāt ea destruere, & cultū Dei in eis reputabāt inanē: & iste mod⁹ intelligēdi, patet ex eo ꝙ sequit̃ & ꝓphetas tuos occiderūt gladio. Nō em̃ legitur, ꝙ tẽpore Heliæ, vel ante ipsius tẽpus, aliqui ꝓphetæ fuissent occisi gladio. Hæc paulus, de quo sæpè admiror, ꝙ scribit tam im ꝓpriè & incautè. Nec em̃ sequitur, cupiebant altaria destruere, ergo erāt destructa. ꝑcedēti quoq; habetur cap. ꝙ Abdias dixit Heliç: Nunquid non indicatū est tibi dño meo q̃ fecerim, cum occideret Iezabel prophetas dñi? Veruntñ apparet, ꝙ etiam de altaribus tẽpli Dei hęc possent intelligi, non ꝙ corporaliter erāt destructa, sed q̃tum ad vsum seu actum super ea exercendum. Iam enim Roboam & Abia reges Iuda ad idololatriam declinauerunt, vt patuit, sicq; altaria Dei prophanauerunt. [& derelictus sum ego solus] in cultu veri Dei, vel relictus sum ego sol⁹ de numero prophetarum, alijs à Iezabel interfectis. sed horum vtrunq; videtur falsum, q̃m ꝑter Heliā adhuc multi erāt cultores veri dei in Israel paulopòst habetur in litera, superant adhuc centum prohetæ, quos in speluncis abscondit Abdias, vt ꝑcedenti habetur cap. quorū aliqui prophetiæ spm̃ habuisse credūtur. sed ad istud rñdere quis poterit, ex his q̃ dicta sunt in expositione literali ꝑcedentis cap. super illud: Ego remansi propheta dñi solus. Alij dicunt ꝙ ait se solum relictum, q̃m respectiuè loquendo, paucissimi erant superstites persecutioni Iezabelis iuxta quem modum Chrs in Psalm. testatur: Sustinui qui simul cōtristaretur, & nō fuit. ¶Porro, Glossa Gregorij videtur innuere, ꝙ Helias ex quadam velut elatione, dixit se solum rectū sic etenim ait: Qui humilis etiā occulta Dei nouerat, elatus, & manifesta nesciuit. Vñ elicitur ꝙ humilitatis radio se ipsum illuminat, qui aliorum bona subtiliter pensat. ¶Præthereà, videtur Helias ex quodā errore dixisse: Relictus sum ego solus, non putans in regno 10. tribuum permansisse tot Dei cultores, quot permanserunt. Ait nanq; Apostolus ad Romanos: An nescitis in Helia quid dicit scriptura, quēadmodùm interpellat Deū aduersus Israel? dñe, ꝓphetas tuos occiderūt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & q̃runt aĩam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi 7. millia virorum, qui non curauerunt genua sua ante Baal. [& quærunt animam meam, vt auferant eam,] hoc est, à corpore separent, mortem mihi infligendo, vel animam meam, i. vitam animalem & corporalem q̃runt extinguere Iezabel & eius satellites. [Et ait ei. Egredere & sta in monte coram dño] vbiq; ꝑsente ac oĩa intuētem, vt stando in loco patenti & claro, videas magnalia Dei. [Et eccè dominus trāsit] i. in effectu aliquo ante te transiet, & se tibi oñdet in tali effectu, & alloquetur, [& spūs grandis & fortis] i. impetuosus ac vehemens ventus, [subuertens montes, & conterens petras] hoc est, tam validus, puluerūq; agitationem & ascensum sit concitans, vt videatur mōtes deijcere, & saxa destruere [ante dñm] i. ante eius apparitionem ꝑtactam ꝑcedet. [Nō in spū dominus] hoc est, In hoc vento tibi nō apparebit, neq; loqtur. [Et post spm̃ commotio] i. post ventum sequitur motus terræ prope montem aut circiter. [Nō in cōmotione dominus] hoc est, non apparebit tibi in ea. [Et post cōmotionē ignis,] apparebit ante te visibiliter transiens ministerio angeli formatus, & taliter motus, cuius etiam virtute fiebāt motio illa terræ ac venti impulsio. [Non in igne dñs] apparebit, ꝑcesserūt ergo hæc tria apparitionē Dei, ad designandū oĩpotentiā & terribilitatē ipsius, qui elemẽtis oĩbus dñatur, qui respicit terrā, & facit eā tremere, qui transfert mōtes & nescierunt hi quos subuertit in furore suo. sic olim dñs legē daturus, & Mosi locuturus ac Israelitis, ꝑmisit fulgura atq; tonitrua ac nubē densissimam, ꝑut in Exodo legitur. Psalm. 103.
[Et post ignē] apparuit [sibil⁹ aurę tenuis] designās tranquillā, gratiosam ac dulcē dei ꝑsentiā Iob 9.
qui in effectibus suæ iustitiæ tā metuẽdus existit. [ibi dñs] hoc est, in sibilo illo apparuit. Hæc Ex. 19. 20.
itaq; dicta sunt Heliæ adhuc in spelunca. Vndè subiungitur: [Quod cùm audisset Helias, operuit vultum suum pallio.] Vt deuotioni magis insisteret oculis clausis. Propter ꝙ præcedēti cap. legitur posuisse faciem suam inter genua sua. [& egressus, stetit in ostio speluncæ] vt videret tria ꝑdicta, videlicet ventum, motum terrę, & ignem. quibus visis, [eccè vox facta est ad eum, dicens] quia tunc dominus transiēs, & in sibilo illo apparēs, locutus est ei.] Quid hic agis Helia?] Et ille rñdit] vt antè: [Zelo zelatus sum pro dño deo exercituū, quia dereliq̃rūt pactum tuum filij Israel. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, vt auferant eam, Et ait dñs ad eum: Vade, & reuertere in viam tuam per desertum in Damascū. Cumq; perueneris illuc, vnges Hazael super Syriam] Infrà 4. lib. habetur, ꝙ Heliseus prædixit Hazaeli promotionem suam super Syriam, de qua promotione videtur Hazael antè nil cognouisse, ideo magister in historijs, & alij dicunt, ꝙ Helias non vnxit aliter Hazaelem in regem, nisi ꝙ Heliūse discipulū suū ꝑdixit illū regē futurū, vel per aliqua verba aut facta in Damasco ꝑsignauit Hazaelis promotionem. [& Iehu filiū Nansi vnges regē sup Israel] nec illū corporaliter, aut ꝑsonaliter vnxit in regem

Margin notes: Ra. Paulus — 3.Regū. 18. — 3.Re. 12.15. — 3.Reg. 18. — Ibid. — Psal 68. — Gregorius — Roman. 11. — 3.Regū. 18. — 4. Regū. 8. Pet. Co hi. stor lib 4. Re. cap. 12. — 4.Reg 9.

Helias, sed Helise o cõmisisse hoc creditur, qui p vnum de filijs ,pphetarum impleuit hoc, vt
4.Reg.2. infrà describitur. [Heliseum aũt filium Saphat qui est de Abel Mehola, vnges ,pphetã ,p te]
i.pallium tuum sup ipsum ponẽdo, ,pmonstrabis eum adepturum à dño gratiã ,pphetiæ te sub
lato, ,put infrà narratur. [Et erit quicuq; de idolatris Israelitis, [fugerit gladium Hazael, oc-
4.Reg.8. cidit eum Iehu.] Vndè inferiùs 4.lib. cõscriptũ est, qualiter hi duo multos Israelitas idolola-
4.Reg.10. tras occiderunt, q̃uis nõ ob idololatriæ culpã quanq̃ Iehu cultores Baal ob idololatriã illam
occiderit, & tñ ambo illi fuerũt idololatræ, quia nec Iehu à cultura vitulorũ recessit. ¶Porrò
ꝙ ait, quicunq; intelligẽdum est p modum distributionis accõmodæ ,p generibus singuló-
rum. [quicunq; fugerit gladium Iehu, interficiet eum Helise⁹.] Nõ legitur Heliseus aliquos
4.Reg.2. corporaliter occidisse, nisi quod quadraginta pueris vitiosis maledixit, qui protinùs ab vrsis
sunt lacerati, qui & idololatriã cœperant exercere, sed non omnia sunt descripta. Nec tamen
est intelligendum, ꝙ vniuersi ex regno decẽ tribuum idolatrantes, fuerunt ab istis tribus oc-
cisi, sed quidam de omibus. Hæc itaq; Deus p̃dixit Heliæ pro ipso zelanti cõtra idololatras
,p ipsius Heliæ cõsolatiõe, & quia querebatur se solum relictum, docet & cõsolatur eum do-
minus, subdens. [Et derelinq̃ mihi in Israel septem millia virorum,] hoc est, tot millia homi-
num cõseruabo in regno decem tribuum ad meum honorẽ & cultum, [quorum genua non
sunt curuata añ Baal, & omne os ꝙ nõ adorauit eum, osculans manum] idoli Baal ex deuoti-
one supstitiosa ad ipsum, vel osculans ad reuerentiã idoli ,ppriam manum, ꝙ aliqui fecerunt
idololatræ, & sanctus Iob se fecisse negat, dicendo: Si vidi solem cùm fulgeret, & osculatus
Iob 31. sum manum meã ex ore meo, q̃ est iniqtas maxima. Veruntñ istud non est intelligendũ, quasi
ad salutem suffecerit ipsum Baal non coluisse, vel quia cultores idolorum vitulorũ aureorum
fuerint excusati, sed quod cultus Baal fuit præcipuum atq; grauissimum scelus, & item ꝙ 7.
millia ista aliundè etiam iusti extiterint. [Profectus ergo Helias indè, repperit Heliseum fili
um Saphat arantem in 12.iugis] i.paribus [boum] iuxta illud in euangel: Iuga boum emi 5. &
Luc.14. in Iob: Facta sunt ei mille iuga boum. [& ipse in 12.iugis boum arantibus] i.inter 12. viros il-
Iob 42. los arantes, [vnus erat] sicq; vnusquisq; eorum arauit cum iugo vno. [Cumque venisset Heli-
3.Reg 18. as ad eum, misit] Helias [pallium super eum,] in signum dilectionis suæ ad ipsum, quem-
admodùm Ionathas exuit suas vestes, & induit Dauid eas, atq; in præsagiũ futurorum, quod
scilicet ipse Heliseus spiritualiter cooperiendus erat, ac vestiendus duplici spiritu Heliæ, vt
4.Reg.2. infrà habetur, varijsque charismatibus spiritussancti. [Qui statim relictis bobus cucurrit post
Heliam] cupiens & confidens particeps fieri gratiarum ipsius, tantoq; viro adhærere, obseq
& astare, ad quod motus fuit à spiritu sancto. [Et ait: Osculer, oro, te patrem meum & matrẽ
meam,] i.da mihi licentiam valedicendi parentibus meis, [& sic sequar te. Dixitq; ei] Helias
[Vade] vt hoc agas, quo facto [& reuertere] ad me. [Quod em̃ meum erat] i.quod mihi com
missum fuit à Deo, & quod amoris atque obsequij mei fuit, [feci tibi:] per quod aptaui te ad
gratiam prophetalem, imò vt Iosephus ait, mox vt Helias pallium suum super Heliseum ex-
Iose lib.8. tendit, Heliseus continuò prophetauit. ¶Præterea, videtur Christus altius aliquid docuisse.
an Iu.c.12. Cùm em̃ quidã volentiũ eum seq dixisset, Sequar te dñe, sed primùm permitte mihi renunci
Luc.9. are his q̃ domi sunt, ait ad illũ Iesus: Nemo mittẽs manũ suã ad aratrum, & adspiciens retrò, a
ptus est regno Dei, [Reuersus aũt ab eo] s.ab Helia, post q̃m cucurrit, [tulit par boũ] hoc est,
duos boues suos cũ quibus arauit, [& mactauit illud] par p carnificem, [& in aratro boum]
i.per ignẽ quem fecit ex lignis aratri in frusta cõcisi, [coxit carnes & dedit populo, & come
derũt:] hoc est, ex contribulibus suis & socijs ad comedendum, & ita se habuit liberaliter &
curialiter valdè, & gaudij sui alios voluit esse consortes, ac honestè recessit ab eis, quos tñ bñ
& charitatiuè refecit. Ipsoq; facto mõstrauit se nolle ad pristinũ reuerti officiũ, sed Heliæ in
separabiliter adhærere, q̃m aratrũ suũ cõscidit, & boues mactauit. Hoc aũt cõuiuiũ fecit in lo
co in quo habitauit, nõ ĩ agro: sed cũ aratro & bobus redijt domũ, & exhibuit ibi cõuiuium.
[Cõsurgẽsq;] manè, osculatis parẽtibus, [abijt, & secutus est Heliã] q noluit interesse illi con
uiuio, [& ministrabat ei] nõ delicata cibaria p̃parando, sed sub obediẽtia tanti vatis viuẽdo.

¶De spiritualibus huius deciminoni capi. sensibus. Arti.29.

Rabanus DE mysticis intellectibus p̃sentis capi. Rabanus, Richardus, & Glossa multa inducunt, q̃
Richardus magna ex parte ex verbis S. Gregorij sunt accepta. Itaq; ex ista docemur histo. quid vi
Gregorius ri virtutum habeant ex seipsis, quid ex deo. Nempe Helias qui cælum clausit oratione, & dep
Iacob 5. catione sua aperuit illud, qui suscitauit defunctum, & gratia claruit prophetię, prouidentiáq;
3.Re.17,18. diuinam circa se tam specialiter & frequenter fuit expertus, audita comminatione mulieris
nefariæ, nõ oratiõe cõtra illã armauit se, nõ diuinum q̃siuit oraculum, qd sibi agendum esset,
nõ, de diuina ,ptectione angelicoq; munimine tutus, mansit intrepidus, sed fugam inijt terri
tus: & q paulopòst tædio vitę petijt mortẽ à dño, iam ,p iustitia mori expauit. sancti etem viri,
subleuãte spiritu, ad supna rapiuntur, ac supnaturalia operantur: & tñ durante hac vita, ne de
sua excellẽtia intumescãt, tẽtationibus reprimuntur, & solita grẽ exuberãtia ad temp⁹ dispẽ-
satiuè

satiuè priuant. In virtutibus miraculisq; Heliæ, oîpotētia Dei relucet: in timore & fuga, infirmitateq; eius, qd in se fuit ac potuit, innotescit. In magnalibus suis ostendit, quid desuper gratiosè accepit: in infirmitatibus suis ad se reuersus, accepta munera per humilitatem custodiuit. Tropologicè impius Achab designat diabolū, Iezabel carnē, cui diabolus suggerit, vt persequatur Heliam, hoc est, virum deuotū, qui fugit à tētationib⁹ carnis occasiões vitando, atq; impuras ac fœdas cogitationes abijciendo, & intrat desertū, i. religionē seu pœnitentialē exercitationem, in qua mundi vanitas, & carnis deliciæ deserunt. Itaq; si interdū alicui viro bono subrepat tentatio, oriaturq; timor humanus & naturalis defectuositatis imperfectio accidat, non desperet, nec pusillanimitate frangat, sed penset, ꝙ tantus Propheta humanum quid passus sit, & cum eo ingrediat desertū, hoc est, orātiōis & meditationis secretū, in quo coram Deo recolligat & effundat cor suū. [Cūq; venisset & sederet subter vnā iuniperū,] Per spinosam iuniperū, cuius vmbra fugat serpentes, & sub cuius cineribus dicit ignis cōseruari ꝑ annū, intelligit crux saluatoris, in qua ipse mortis aculeos tolerauit, q̄ sua virtute fugat dæmonia, & cuius memoria ignem cōseruat diuini amoris toto vitæ huius curriculo in animo deuoti meditatoris. sub hac cruce debemus sedere, hoc est, amorosè reuoluere corde, qd, quāta & qualia ꝓpter nos passus sit filius Dei. ¶ Deniq; Helias ingressurus desertū, reliqt puerum suum, ad designandū, ꝙ volens desertū pœnitentiæ aut religiōis intrare, debet vniuersa puerilia desideria, signa & opera prorsus relinqre, vt cū Apostolo dicere queat: Cùm essem paruulus, sapiebā, loquebar, agebā vt paruulus: cùm aūt factus sum vir, euacuaui q̄ erant paruuli. [Petiuit animæ suæ vt moreret,] sic planè q Chr̄i passionē intentè & efficaciter pēsat, eidē appetit cōformari, hoc ē, cōpati & cōmori saluatori, ac ꝓpriæ volūtati ac vitijs mori, atq; salubriter mortificare se ipsum, vt viuat, iā non ipse in se, sed Chr̄s in eo, sicq; tandē cupit dissolui & esse cum dn̄o, dicēs cum Paulo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Et ait: Sufficit mihi dn̄e gr̄a tua, imò tuipse q solus necessarius es. Etem̄ pars mea Deus. Quid em̄ mihi est in cælo, & à te qd volui sup terrā Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum? [Tolle aīam meā] sicut orat Psal. 141. Educ de custodia aīm meā ad confitendū nomini tuo. [Neq; em̄ melior sum q̄ patres mei.] Certè si ꝑpendamus q̄ virtuosè, timoratè, & sanctè cōuersati sint patres nr̄i gloriosi Apostoli, martyres, cōfessores, & q in religiōe nos ꝑcesserūt in vita verè monastica, erubescemus oculos nostros leuare ad cælū, sed cū publicano ꝑcutiem⁹ pectora nr̄a, dicētes: Deus, ꝓpici⁹ esto nobis pauperrimis. [Proiecitq; se, & obdormiuit in vmbra iuniperi.] ita & nos ꝓijciamus nos corā Deo, ꝓsternētes nos maiestati eius humiliter, iuxta id Psal. 94. Procidamus ante eum qui fecit nos: & ꝑ contemplationē obdormiam⁹ & quiescamus in amore & admiratiōe ipsius, quēadmodū scriptū est: In pace in id ipsum dormiam & requiescā. Insuper, de serò reclinati in lectulo, studeam⁹ in meditatiōe sacra passiōis dn̄icę obdormire. [Et eccè angelus dn̄i tetigit eū.] Quēadmodū Heliā afflictū, esurientē, lassatum ac dormientē tetigit angel⁹ Dei, sic quoscunq; deuotos, pœnitētes, tētatos in bonis operibus fatigatos, ac cōtēplatiuos De⁹ suo instīctu diuino pijssimo, & ꝑ sctūs angelos misericorditer visitat, cōsolatur, roborat, & accēdit, & aqua sapię potat, atq; subcinericio reficit pane, videlicet corpore Chr̄i, q ait: Ego sum panis vitæ. Et rursus: In puluerē mortis deduxisti me, siquidē igne passionis decoctus est. [Comedit ergo & bibit, & rursus obdormiuit.] qui em̄ Chr̄m in sacramēto salubriter suscipit, in eius contemplatiōe & amore obdormit, ab oīm sensibilium inqetudine ac strepitu qescendo, bonitatē charitatēq; Dei, & ei⁹ bn̄ficia recolēdo. [Reuersusq; angelus secundò, tetigit eum, & dixit:] Non em̄ sufficit nobis semel tangi, & excitari ab angelis sctīs, sed subsidio isto indigem⁹ quotidiè. [Surge, comede,] qa quotidiè debem⁹ saltē spiritaliter Chr̄m suscipere, & eius refici sacramētis, donis ac gratijs, atq; ab actib⁹ vitæ contemplatiuæ ad opera vitæ actiuæ, loco & tēpore opportunis ꝓcedere. [Grandis em̄ tibi restat via,] quia egem⁹ magno ꝓfectu, anteq̄ ad optatā possim⁹ virtutū ꝑfectionē ꝑtingere. Magna quoq; est via à fide ad speciē, ab exilio ad patriā, à miserijs vitæ ꝑsentis ad gaudia æternæ felicitatis, à terra ad cælū empyreū. [Qui cùm surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montē Dei Horeb.] ita Chr̄ifideles in virtute dn̄ici corporis, q est viaticū peregrinationis ꝑsentis, ambulat ꝑ oīne tēpus vitæ istius, ꝙ est pœnitētiæ tēpus, & quadragenario designat vsq; ad montē Ecclesiæ triūphantis. vel vsq; ad sublimitatē Euangelicæ ꝑfectiōis, in qua interrogat & examinat à dn̄o qui corda & renes scrutat, quid operet. & felix, qui ex sentētia dicere valet: Zelo zelat⁹ sum ꝓ dn̄o, cui⁹ vniuersa ꝑcordia cupiūt Deū ab oībus debitè honorari, & de inhonorationibus ei⁹ contristant, atq; ꝓ eius honorificētia studēt, & dicere possunt: Tabescere me fecit zelus me⁹, quia obliti sunt verba tua inimici mei. & certè oēs verè deuoti ac feruidi deformationē Ecclesiæ habēt deplangere, destructionē, ruinā, peruersitatē in cœnobijs atq; collegijs in oīni tribu, ligua ac natiōe populi Christiani: specialiter quoq;, ꝙ pfidi hæretici ac impij Chr̄iani sancta loca ꝓphanant, iustos ꝑsequuntur, ac necare conantur. [Et ait: Egredere, & sta in monte coram domino.] hoc est, ꝑpara te, vt dignè te re-

Margin: Thre. 2. · 1. Cor. 13. · Galat. 2. · Philip. 1. · Roman 7. · Thren. 3. · Psal. 72. · Luc. 18. · Psalm. 4. · Eccles. 25. · Ioan. 6. · Psal. 21. · Psal. 7. · Psal. 118.

præsentes cóspectui maiestatis diuinæ.[& egressus, stetit in ostio speluncæ.]Spelunca est corpus mortale, sordibus & culparum tenebris plenum: in cuius ostio stat, qui ad occurrendum iudici summo semper paratum se exhibet, & quotidiè est dispositus ad egrediendú de carcere corporis huius.[spûs grandis & fortis, subuertes mótes, & cóterés petras ante dñm.] spûs iste pijssimû & suauê? Dei pcedés aduentú, est cóminatio Dei in diuinis scripturis, q̃ interdú superbos pterret & deijcit, ita q̄ côuertunť ac pœnitent. Petras quoq;, hoc est, dura & lapidea corda emollit ac carnea facit. Non tñ in hac cóminatione dñs, qm̃ ex cóminatióe & seruili timore Deo seruire, non est meritoriú aut acceptú.[& post spm̃ cómotio.] hoc est, trepidatio ex comminatione incussa, q̃(vt tactú est) nó sufficit ad saluté.[Et post cómotioné ignis]i. intensa memoria incendij gehennalis, quam parit diuini timor iudicij, sed nec in igne hoc dñs, cui sine charitate nil cóplacet.[Et post ignem sibil' auræ tenuis:] hoc est, interna, qeta, & dulcis adspiratio spûssancti, q instar suauissimi roris menté perfundit, recreat, implet, iuxta illud Cant. 6. Veni auster, perfla hortû meum, ideò dñs est in sibilo isto. Vndè & Iob 4. dicit: Vocem quasi auræ tenuis audiui.[Quod cùm audisset Helias, operuit vultû suû pallio] qa vir speculatiuus in cótéplatióe mirabiliú altissimi deficit, atq; ad ppriá defectuositaté pensandá, oculos cordis reflectit. ¶ Deindè per Heliá cui pcipitur vngere quosdá in reges, & Eelíseû in vaté, exprimit Chřs, q vnctióe spûssancti quosdá dignificauit ad regnandú, ac psidendú in iure spirituali, quosdá in iure ciuili, p quos correxit iniquos.[Et derelinquá mihi Israel 7. millia virorú, quorú genua nó sunt curuata ante Baal.]Semp quippe sunt aliqui boni in Ecclesia Dei, qui nequaq̃ adhærent rebus terrenis, caducis & vanis, magisq̃ incómutabili & incircunscriptibili bono.[Profect' indè Helias, reperit Heliseum, sup quem misit palliú suú.] Ecce q̄ dñs virum illum rusticanum & simplicem elegit in Prophetá pcipuum, & sicut super illum extendit Helias pallium suum, sic viri virtutú gratiá sibi concessam, alijs cómunicare nituntur. Qui statim relictis bobus, cucurrit post Heliá, qm̃ hi quos tangit & incédit spûssanct', relictis carnalib' affectib' & pctis, festinát ad dñm, ac boues occídút, atq; de eis parát cóuiuiú pximis, qm̃ carnalia oblectaméta ac opa cóterút, & p hoc alios suis exemplis reficiút. Osculantur aût & suos parétes, dum vínculo charitatis manét eis cóiuncti, & verbis salubriter admonét ipsos.

¶ Expositio cap. 20. Porrò Benhadad rex Syriæ cógregauit oém exercitú suú &c. Art. 30.

Hic describunť duæ admirandæ victoriæ impio Achab cócessæ, nó ob merita eius, sed ex bonitate Dei immensa, vt vel sic cóuerteret ad Deum verú, videns se ab idolis suis non posse iuuari.[Porrò Benhadad rex Syriæ congregauit oém exercitú suum, & 32. reges secum, & equos & currus, & ascendens pugnauit cótra Samariá,] metropolim regni decé tribuú,[& obsedit eam. Mittésq; nuncios ad Achab regé Israel in ciuitaté, ait: Hæc dicit Benhadad: Argentú tuum & aurum tuum meum est,] hoc est, requiro vt mittas mihi ea,[& vxores tuæ & filij tui optimi]i. aptiores ad plia,[mei sunt] iuxta sensum ptactú, vel iure plij, seu ob aliam causam q̃ contra te habeo.[Rñditq; rex Israel: Iuxta verbú tuum, dñe mi rex, tuus sum ego] hoc est, paratus tibi seruire sub rationabili tributo, seu alio modo.[& oïa mea] bona mobilia. De filijs aût & vxoribus suis subticuit, quia non intendebat eos exponere voluntati illius.[Reuertentesq; núcij] ad Achab,[dixerút: Hæc dicit dñs Béhadad, q misit nos ad te: Argentú tuú & aurú tuú, & vxores tuas & filios tuos dabis mihi] vt nó remaneat tibi supstes q succedat tibi in regno, nisi forsan qué constituero ego.[Cras igitur hac eadé hora mittá seruos meos ad te, & scrutabunť domú tuá, & domú seruorú tuorú, & omé q̄ ex eis placuerit, ponét in manib' suis, & auferent. Vocauit aût rex Israel oés seniores terræ] volens in tam arduo negocio communitaté cócernente vti gñali cócilio, potissimè seniorú, in qbus solet esse maior experientia atq; prudétia.[& ait: Animaduertite & videte, qm̃ insidiať nobis] hoc est, occasioné cótra nos q̃rit ad destruédú regnú nostrú totaliter, vel ad subdendú illud suæ iurisdictioni oïnó.[Misit em̃ ad me p vxoribus meis, & filijs & pargento & auro, & non abnui.] Hoc videtur cótra iá dicta. Idcircò exponitur sic, nó abnui, i. postulationé eius nó negaui ei in toto, qa de argéto & auro cósensi.[Dixerútq; oés maiores natu, & vniuersus populus ad eú: Non audias neq; acquiescas illi:] quia penitùs irrationabiliter & tyrannicè habet se. Aliqui tñ dicút, q̄ consensit etiá de vxorib' & filijs, sed nó de scrutatióe domus suorú seruorú, put textus videtur ptendere.[Rñdit itaq; núcijs Benhadad: Dicite dño meo regi: Oïa ppter q̃ misisti ad me seruú tuú in initio, faciá, hanc aût ré facere nó possum. Reuersiq; nuncij retulerút oïa ei. Qui remisit & ait] ferens ægrè q̄ rex Achab nó acquieuit.[Hæc faciát mihi dij, & hæc addát, si suffecerit puluis Samariæ pugillis oïs populi qui sequitur me:] hoc est, tanta est mecùm hoïm copia, q̄ vnusquisq; eorú vix posset manum suá semel implere de terræ fragmentis, quæ in Samaria sunt, potissimè propè muros. vel sic, tam multi sunt mecùm, vt si vnusquisq; acciperet & comportaret lapidé aut stipité vnú, vel vnum terræ pugillú, tam magnum facerent aggeré extrà, vt ciues fecerát intrà, sicq; impleréntur fossata, & ex æquo pugnarét aduersus illos, comportauerant aût ciues Samariæ terrá multá intùs ad muros suos, quasi in altitudinem murorum ipso-

rum

rum, vt muri essent inexpugnabiliores. [Et rñdés rex Israel, ait: Dicite ei: Ne glorieť accinctꝰ æquè vt discinctus] hoc est, ipse Benhadad adhuc armis accinctus, & pugnaturꝰ, nõ sit ita securus, & de futuro triumpho exultans, vt is qiam victoriã habuit, & exuit arma, qm̃ euẽtus belli incertus est, atq; in pendulo positus, & pauci qñq; ꝓualent multis. Idcircò nõ debet cũgressurus aduersariũ suum paruipẽdere nimis. Nimia quoq; securitas & incautela multos decipit. [Factũ est aũt cũ audisset Benhadad verbũ istud, bibebat ipse] rex Syriæ, [& reges] qui secum erant [in vmbraculis] i. papilionibus, [& ait seruis suis: Circundate ciuitatem. Et circunderunt ciuitatem. Et eccè ꝓpheta vnus accedens ad Achab regẽ Israel,] Hunc aliqui dicũt fuisse Michæam, ꝙ non videtur, cũm de illo infrà asserat Achab, non ꝓphetat mihi bonum, sed malum omi tẽpore, [ait ei: Hæc dicit dñs: Certè vidisti oẽm multitudinẽ hãc nimiã. Eccè ego tradã in manum tuã eã] hoc est, oẽm multitudinẽ regis Syriæ, [hodiè, vt scias quia ego sum dñs,] oĩa potens, ac oĩbus dñans, & ita conuertaris ad me. [Et ait Achab: Per quem? Dixitq; ei: Hæc dicit dñs: Per pedissequos principum ꝓuinciarum.] Pedissequi hic vocantur scutiferi seu armigeri principum, i. principalium nobiliumq; virorum decẽ tribuum. Aliqui tñ principes illos dicunt fuisse obsides, nobiles, quos de alijs regionibus Achab acceperat. Et ait: Quis incipiet ꝑliari? Et ille dixit: Tu. Recensuit ergo] hoc est, numerauit [pueros] i. ꝑfatos pedissequos [principum, ꝓuinciarum, & reperit numerum 232. Et recensuit post eos populum oẽs filios Israel 7. millia.] mirum quòd tam pauci fuerunt, & forsitan ex timore multi fuerũt. [& egressi sunt meridie. Benhadad autem bibebat temulentus in vmbraculo suo, & reges 32. cũ eo, qui ad auxilium eius venerant. Egressi sunt autẽ pueri principum ꝓuinciarum in prima fronte. Misit itaq; Benhadad qui nũciauerũt ei, dicẽtes: Viri egressi sunt de Samaria. At ille ait: Siue ꝓ pace veniunt, apprehendite eos viuos: siue vt ꝑlientur, viuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri principum ꝓuinciarum, ac reliquos exercitꝰ sequebatur. Et pcussit vnusquisq; virum] de exercitu Syrorũ, [qui cõtra se veniebat, fugerunt Syri,] Deo oĩpotenti corda eorũ subitò immutãte, obstupefaciẽte, pterrẽte & debilitãte, [& psequutꝰ est eos Isral. Fugit quoq; Benhadad rex Syriæ in equo cum equitibus suis. Necnon egressus rex Israel, pcussit equos & currus, & pcussit Syriã plaga magna nimis. Accedens autẽ ꝓpheta ad regem Israel, dixit ei: Vade & cõfortare, & scito, & vide quid facias] i. ꝓuide tibi, & noli offendere Deum, q tibi cõcessit victoriã. [Sequẽti eñ anno rex Syriæ ascẽdet cõtra te. Serui verò regis Syriæ dixerunt ei: Dij montiũ sunt dij eorũ,] videlicet Israelitarũ. hoc suspicabãť, quia Samaria fuit in mõtibꝰ sita, imò tota terra ꝓmissiõis extitit mõtosa, iuxta illud Deut. 11. Terra ad q̃ ingrederis, mõtosa est & cãpestris. Helias quoq; in mõte Carmeli erexit altare, & vituli aurei quos filij Israel adorabant, erant in phanis sublimibus positi, similiter tẽplum in mõte Syon. [ideò superauerũt nos,] quia pugnauimus contra eos in montibꝰ, in quibꝰ dij eorum potestatẽ exercẽt. Putabãt autem gentiles, diuersis terræ partibus, diuersisq; elementis diuersos deos ꝑesse, sicut de hoc in lib. de ciuitate Dei pleniùs loquitur Augustinus. [Sed melius est, vt pugnemus contra eos in campestribꝰ, & obtinebimus eos. Tu ergo verbum hoc fac. Amoue reges singulos ab exercitu suo,] i. à turmis eorum, quia reges frequenter inertes sunt & nimis delicati ad sustinendũ pericula ꝑliorum ac formidolosi, ne pcutiantur, iuxta illud Iob 15. Angustia vallauit impiũ, sicut regẽ qui paratur ad ꝑlium. & forsan in ꝑscripto bello satis citò fugerunt, [& pone principes ꝓ eis,] vt exercitui cuiuslibet regis ꝑsit princeps militiæ strenuus. [& instaura numerum militũ qui ceciderunt de tuis, & equos secundũ equos pristinos & currus secundũ currus quos antè habuisti. Et pugnabimus contra eos in cãpestribus,] in quibꝰ dij eorũ nil possunt, [& videbis ꝙ obtinebimus eos] i. vincemus. [Credidit cõsilio eorũ, & fecit ita. Igitur postq̃ annus transierat, recẽsuit Benhadad Syros, & ascendit in Aphec,] quæ fuit ciuitas in regno Israel situata, sed eis p Syros ablata, iuxta q̃ erat magna campi planities, [vt pugnaret contra Israel] i. in qua decreuerunt Syri pugnare. [Porrò filij Israel recensiti sunt, & acceptis cibarijs, ꝓfecti ex aduersò castrametati sunt] i. tentoria sua fixerunt, [cõtra eos, quasi duo parui greges caprarũ.] vndè elicitur, ꝙ exercitũ suũ diuiserunt in duas partes, q̃ ambę simul fuerũt paucissimi respectu Syrorũ. Hinc subdit: [Syri autẽ repleuerunt terrã] ꝓ magna parte. Erãt eñ 127. millia, imò & plures, vt in textu insinuatur. [Et accedẽs vnꝰ vir Dei,] vtpotè sanctus ꝓpheta, vel is de quo iã dictum est, aut alius. [dixit ad regẽ Israel: Hæc dicit dñs: Quia dixerunt Syri, Deꝰ mõtium est dñs, & nõ est Deꝰ vallium] i. ob istã eorum blasphemiã, qua dixerunt Deum Israel habere potestatẽ iuuãdi suos in mõtibꝰ, eo ꝙ si mõtium Deus ac dñs, & non in vallibꝰ, cũm tñ habeat indeterminatã & infinitã potentiã. [dabo oẽm multitudinẽ hanc grandẽ in manu tua, & scietis quia ego sum dñs] vniuersorum verè oĩpotens ex tã miraculoso effectu, & q̃uis Achab & sui hoc cognouerunt cognitiõe informi, nõ tñ Deum sicut Deum honorificauerunt aut gr̃as dignas egerunt, sed ꝑmanserunt in idololatrijs, impietatibꝰ & ingratitudinibꝰ suis. Sed quõ nunc dicuntur Syri dixisse, Deus montium est dñs, cũm suprà legantur dixisse, Dij montium sunt dij eorum? Rñdetur, ꝙ in scripturis frequenter ponitur plurale ꝓ singulari, & econuer-

3. Reg. 22.

3. Reg. 7.

Augusti.

Iof. 12. 13.

Roman. 1.

4. Reg. 17.

sò,& quia multi filij Iſrael colebãt ſimul cum vitulis ſuis ac idolis Deum verum, ſicut Samaritani,vt dictum eſt. Idcircò dicendo,dij montiũ, intellexerũt & verum Deum. [Dirigebant
4.Re.17. itaq; 7.diebus exaduerſo hi atq; illi acies, ſeptima aũt die cõmiſſum eſt bellum,Percuſſerũtq; filij Iſrael de Syris 100.millia peditũ in die vna. Fugerunt aũt Syri,qui remanſernt in Aphec, in ciuitatem,& cecidit murus]ciuitatis Aphec[ſuper 27.millia hoĩm,qui remanſerant,]& fugerunt quia acceſſerunt ad murum vt eum firmarẽt,ne à filijs Iſrael deſtrueretur, ſed virtute diuina & miniſterio angeli vel boni vel mali ꝑcipitatus eſt murus ſup illos cũ impetu. [Porrò Benhadad fugiens ingreſſus eſt ciuitatẽ in cubiculum,ꝙ erat intra cubiculũ]i.locũ ſecretiſsimũ ad latendũ,atq; vt Ioſephus refert,cum paucis ei fidelioribus introiuit ſubterraneũ
Ioſe. lib. 8. an.iu.ca.13 locum,cuius aditus in cubiculo fuit.[Dixeruntq; ei ſerui ſui,]formidãtes ne à rege Iſrael inuenirentur,& ſine miſericordia occiderẽtur. [Eccè audiuimus ꝙ reges dom⁹ Iſrael clemẽtes ſint.]i.ꝓni ad indulgendũ,qm̃ Deo Iſrael ꝓpriũ eſt miſereri ac parcere.& vtiq; vera clemẽ-
Prou. 20. Cicero tia eſt in om̃ ꝓlato ac principe valdè laudanda,cùm & Salamon fateatur: Roboratur clemẽtia
Seneca thronus regis. Vndè Tullius in laudib⁹ Iulij ait:Nulla te virtus ita cõmendabilẽ reddit, vt tua clemẽtia. Idcircò & Seneca in lib.de clemẽtia cõteſtatur: Nihil adeò principẽ decet,ſicut cle-
Pſal. 118. mentiæ virtus. Veruntñ clemẽtiæ cõtẽperandæ ſunt diſcretio atq; iuſtitia,ꝓpter ꝙ orauit rex pius,bonitatẽ & diſciplinã & ſcientiã doce me.[Ponam⁹ itaq; ſaccos in lumbis noſtris]i.ſaccis nos accingamus in ſignũ pœnitẽtię & humiliatiõis,[& funiculos in capitib⁹ noſtris,]quaſi ipſo facto mõſtrantes nos meruiſſe ſuſpendiũ,[& egrediamur ad regẽ Iſrael, forſitan ſaluabit animas noſtras]i.à morte nos ꝑſeruabit, vidẽs nos tã mirabiliter ſibi occurrere ſpõtè. [Accinxerunt ſaccis lumbos ſuos,& poſuerunt funiculos in capitib⁹ ſuis, veneruntq; ad regẽ Iſrael, & dixerunt ei:Seruus tuus Benhadad]quẽ paulò antè dñm appellaſti, ſed nunc ſubitò facta
Pſal.76. eſt tanta rerũ mutatio,q̃ vtiq; fuit opus dexteræ excelſi, [dicit:]vndè patet, ꝙ nõ venit cũ famulis ſuis.[Viuat,oro,anima mea.]i.ego ipſe nõ occidar à te,ſicut ꝓmerui, tanq̃ dicat,q̃cũq; emendã aut mulctã impoſueris mihi,acceptabo eã ꝓ mea euaſione, iuxta illud Iob 1. Cuncta q̃ habet homo,dabit ꝓ anima tua.[& ille ait:Si adhuc viuit,frater meus eſt]i. dilectus vt frater,& amicitiæ fœdus feriã ſecũ,[ꝙ acceperunt viri ꝓ omine.]i.ꝓ bonæ fortunæ eloquio ſeu
Valerius Max. ꝓ augurio,ꝓſperoq; euentu. Vndè Valerius Max. loquitur,ꝙ omen eſt ſermo inſperati auditus,ex quo cõſequitur bonũ alterius,&vocatur omẽ illi⁹.[& feſtinãtes rapuerũt verbũ ex ore ei⁹]repetẽdo illud,vt tanq̃ à rege ꝓlatũ, inuiolabiliter ſeruaretur. Timebãt nanq; ne Achab retractaret illud tanq̃ ſine deliberatiõe ꝓlatũ,[atq; dixerunt: Frater tuus Benhadad viuit, & dixit eis:Itẽ & adducite eum ad me. Egreſſus eſt ergo ad eum Benhadad,& leuauit eũ in currum ſuum. Qui dixit ei. Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo,reddã,&plateas fac tibi]i. forũ rerũ venaliũ,ex quo tributũ accipias,[in Damaſco]metropoli Syriæ, iuxta illud Eſa.7. Caput Syriæ Damaſcus.[ſicut fecit pater meus in Samaria,& ego fœderat⁹ recedã à te.[Iſtud autẽ Benhadad non dixit ex animo,ſed magìs ad decipiendũ ipſum Achab, vt aliqui opinantur. Pepigit ergo fœdus,& dimiſit eum.] Deniq;,qm̃ Achab peccauit in iſto,indiſcretã iſtã clementiã impẽdẽdo regi blaſphemo morti obnoxio,dñs ꝑdixit ei de hoc debitã pœnã, vt ſubditur:[Tũc vir quidã de filijs prophetarũ]q(vt in Scholaſt.ferẽ hiſt.)fuit Michęas, de quò in
Pet. Com. hiſt.libr.3. vltimo huius libri cap.plura habẽtur,[dixit ad ſociũ ſuũ in ſermone dñi:] i.ex reuelatione &
Reg.ca. 38. cõmiſsĩone diuina:[Percute me. At ille noluit percutere.]forſitàn propter reuerentiã viri tã ſancti & ſanctitatis ipſi⁹.[Cui ait:qa noluiſti audire vocẽ dñi,]ĩ. verbis meis ex parte Dei ꝓlatis obedire abnuiſti. Vndè elicitur,ꝙ ſoci⁹ ille nouit prophetã illũ ex ore Dei loquutũ:ideò nõ obediẽdo verbis prophetę,fuit inobediens Deò,ſicq; promeruit mortẽ,queadmodũ ſubditur:[Eccè recedes à me, & ꝑcutiet]i.occidet[te leo. Cumq; paululũ receſsiſſet ab eo, inuenit eum leo atq; ꝑcuſsit. Sed & alterũ inueniẽs virũ,dixit ad eum:Percute me. Qui ꝑcuſsit illum,& vulnerauit.]qa credebat ꝙ ex Dei ꝑcepto propheta petiuit ſe ꝑcuti. [Abijt ergo propheta,& occurrit regi in via,& mutauit adſperſione pulueris os & oculos ſuos]i.diſpoſitionẽ vult⁹ ſui alterauit,puluerẽ ſanguine ſuo intinctũ vultui ſuperponẽdo,ne agnoſceretur. Fecit quoq; ſe vulnerari, vt ſua vulneratione futurã regis vulnerationẽ ꝑſignaret. [Cũq; rex trãſiſſet,clamauit ad regẽ & ait:Seru⁹ tu⁹]videlicet ego famul⁹ tu⁹,[egreſſus eſt ad ꝓliandũ cominùs]i. propè.[Cumq; fugiſſet vir vn⁹]de ꝓlio vel de manu ei⁹,à quo fuerat capt⁹,[adduxit eũ quidã ad me,& ait:Cuſtodi virũ iſtũ. Qui ſi lapſus fuerit,] i. manum tuã euaſerit,[erit aĩa tua pro aĩa illius]i.pro ipſo erit mihi ſeruus, vel loco ipſius interficieris, [aut talentũ argẽti appẽdes]i.pro eius euaſione ꝑfixam ſolues pecuniã. Dum autẽ ego turbatus huc illucq; me verterem,]vndiq; circũſpiciendo propter imminens belli periculum euitandum, [ſubitò nõ comparuit ille]captiuus,quia repẽtè clàm fugit.[& ait rex Iſrael ad eum: Hoc eſt iudiciũ tuum ꝙ ipſe decreuiſti]i.pœnam quã tetigiſti,ſuſtinebis,ꝙſ.anima tua erit pro anima illius qui fugit de manu tua, vel ſolues pecuniã,ita ꝙ alterum horum duorum ſubibis & lues. [At ille ſtatim abſterſit puluerem de facie ſua]vt cognoſceretur à rege iam illaqueato proprij oris iudicio,

&

& cognouit eum rex Israel ꝙ esset de prophetis. [Qui ait ad eum] Achab, applicando ei parabolam, in qua sub persona propria fuit loquutus de persona ipsius. [Hæc dicit dñs: Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua,] s. Benhadad regem blasphemum, quem Deus dedit in manū tuam vt eum occideres, quod & tibi denunciauit, [erit anima tua pro anima illius] i. tu occideris pro eo, imò & ab eo seu eius exercitu, vt infrà habetur 3. Reg. 22. [& populus tuus] erit [pro populo eius] i. occidetur à populo eius ꝓ magna parte, vt infrà dicetur. sicq; propter scelus regis, percussus est simul & populus eius, ꝑsertim quia consensit ei in crimine, & rex in subditis suis punitus est. Itaq; per virū qui fugit de ꝑlio, intelligitur Benhadad rex, quem Deus dedit in manus Achab. [Reuersus est igitur rex Israel in domū suam, audire contemnens] i. increpationē istam aspernans, [& furibundus venit in Samariā:] in quo patet eius obstinatio, ingratitudoq; maxima, imò & istum ꝓphetā iussit claudi & custodiri, vt Magister in hist. tangit, & ex Iosepho sumptū est, q affirmat ꝙ incarcerauit prophetā. Itaq; sicut Nathan ꝓposuit regi Dauid parabolā qua proprio ipsius iudicio ipsum conuicit, ita propheta iste impio Achab. ¶ Moraliter docemur ex isto cap. q̄ periculosa & vitiosa sit ꝑsumptio, iactātia, securitasq; incauta, ꝑsertim blasphemia, ꝓpter quę vitia multi etiā fortiores hostib⁹ suis succūbunt. Itē q̄tùm inobediētia sit displicens Deo, & ꝙ inobedientia perimanī à diabolo, q velut leo rugiēs circuit, q̄rens quē deuoret. Insupèr vnicuiq; vana securitate resoluto, ꝑsumptuoso incauto dicendū est: Ne glorietur accinct⁹ æquè vt discinctus. Durante etm̄ via ꝑsente, durat cōtra nos inuisibiliū aduersariorū cōflictus. propter ꝙ debemus esse spiritalibus armis semp accincti. Postremò, si nostra negligētia scādali prauitate perierit aliqs, erit aīa nostra ꝓ illius aīa, i. simol cū illo ꝑire mereē. Patet itē ex dictis, ꝙ falsa clemētia, ꝑsertim q̄ vergit in detrimētū boni cōmunis & derogat iuri, sit detestāda omi iudici ac ꝑlato. hoc quoq; tangendū, qa circa exordiū, expositiōis huius cap. scribit Lyra: Diuina prouidētia, q̄tū in se fuit, ipsum Achab à malitia reuocauit, cōtra ꝙ R. Paulus affirmat: Si diuina ꝓuidētia, q̄tū in se fuit, ipsum Achab à malitia reuocasset, fuisset indubiè reuocatus, qa (vt cātat Eccclesia) diuina prouidētia in sui dispositione non fallitur. Veruntn̄ istud incautè prolatum est, & communi doctorum sententiæ aduersatur: qm̄ Deus, quantùm in se, nullum relinquit nec perire permittit, dicente Apostolo: Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Pet. Co. hi. lib. 3. Reg. ca. 31. Iose. lib. 8. an. iu. ca. 13 2. Regū. 12. 1. Pet. 5. 1. Tim. 2.

¶ Expositio cap. 21. Post hæc autem verba vinea erat Naboth. Art. 31.

Recitatur hic diuiua iustitia circa trāsgresionē impijssimi Achab. [Post hæc aut verba.] i. post gesta ꝑscripta secundū narratiōis ordinē saltē. [vinea erat Naboth Iezraelite, q erat in Iezrael] i. ipse Naboth in vrbe noīe Iezrael habitās, habuit vineā [iuxta palatiū Achab regis Samariæ. Loquutus est ergo Achab ad Naboth, dicens: Da] i. vende, [mihi vineā tuā, vt faciā mihi hortū olerū, qa vicina est & prope domum meā, daboq; tibi pro ea vineā meliorē. Aut si cōmodius tibi putas, argēti ꝑcium q̄tum digna est dabo. Cui rn̄dit Naboth: Propicius sit mihi dn̄s, ne dem hæreditatē patrū meorū tibi] i. ab hac culpa ꝑseruet me, qa sine rōnabili causa nō sunt hæreditaria bona vendenda, atq; in lege fuit prohibitū filijs Israel vendere possessiōes suas in sempiternū, sed solū vsq; ad annū Iubileū poterāt in necessitate eas venundare, vt habetur Leuit. 25. Vndè dn̄s dixit: Terra hæc mea est, & vos coloni mei estis. Achab aūt legis ꝑuaricator atq; idololatra non curauit de lege diuina, voluitq; vineā emere in possessionē ppe tuā. [Venit ergo Achab in domū suā, indignās & frendēs sup verbo, ꝙ loquut⁹ fuerat ad eū Naboth Iezraelites, dicens: Non dabo tibi hæreditatē patrū meorū. Et proijciens se in lectulū suū, auertit faciē suā ad parietē, & nū comedit panē. Ingressa est aūt ad eū Iezabel vxor sua, dixitq; ei: Quid est hoc, vndè anima tua cōtristata est? & quare nō comedis panem? Qui rn̄dit ei: Loquutus sum Naboth Iezraelite, & dixit ei: Da mihi vineā tuā, accepta pecunia, aut si tibi placet, dabo tibi vineā meliorē pro èa. Et ille ait: Non dabo tibi vineā meā. Dixit ergo ad eū Iezabel vxor eius:] textus est planus. [Grandis authoritatis es, & benè regis regnum Israel.] Hoc mulier tyrannica irrisoriè dixit marito, q. d. ita te habes, ꝙ subditi tui nō curāt de te. Voluit impia fœmiua illa, vt magìs timerēt regē mortalē, q̄ Deum oīpotentē. [Surge & comede panē, & æquo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth Iezraelitę. Scripsit itaq;] Iezabel [literas ex noīe Achab] i. sub eius persona, [& signauit eas annulo eius,] qm̄ olim cōsueuerunt epistolæ regum eorum annulis sigillari, vt patet Hest. 3. quo habetur: Literæ signatę annulo regis, missæ sunt. In Scholastica fertur hist. ꝙ Iezabel literas istas scripsit secretò. Alij dicūt, ꝙ ipse Achab sciēte & cōsentiēte. [& misit ad maiores natu & optimates q erā in ciuitate ei⁹, & habitabāt cū Naboth,] videlicet in oppido Iezrael, [Literarū aūt] i. epistolæ, [hæc erat sententia: Prędicate ieiuniū] i. iniungite populo vt ieiunēt, quasi ad obtinendū directionē deorā in isto negocio, vt videamini iustè procedere, & sedere facite Naboth inter primos populi] i. inter superiores, quorum etiam vnus fuit, ne videamini eum despicere ante accusationē ipsius & accusationis ꝓbationē. [Et submittite duos viros filios Belial] i. sine iugo disciplinæ atque timoris DEI, contra eum & falsum testimonium dicant,] videlicet: [Benedixit] id est,

Pet. Co. hi. stor. lib. 3. Reg. ca. 19.

& peccare fecisti Israel. Sed de Iezabel loquutus est dominus, dicens: Canes comedent Iezabel in agro Iezrael] q̄ qualiter sit impletum, infrà 4. lib. continetur. [si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedēt eum volucres cæli.] Quomodò verū est hoc, cùm sequenti capitulo in Samaria esse sepultus legatur? Ad quod respondendum videtur, quòd istud erat vel comminatio, quam paulò pòst pœnitendo euasit: vel ideò dicuntur eum canes comesturi, quia sanguinem eius linxerunt. Sanguis nanq; est in dispositione propinqua ad carnem. Vndè filius dicitur natus de substantia patris, quia de semine eius, quod vocatur sanguis coagulatus. [Igitur nō fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est, vt faceret malum in conspectu domini. Concitauit enim eum Iezabel vxor sua, & abominabilis factus est, in tantùm vt sequeretur idola, q̄ fecerant Amorrhæi, quos cōsumpsit dn̄s à facie filiorū Israel. Itaq; cùm audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua] non ex furore, secundum q̄ in fine p̄cedentis capituli legit̄ venisse in Samariā furibund⁹, sed ex timore atq; in signū humiliatiōis ac pœnitētiæ, q̄uis humiliatio & pœnitētia illa credant̄ venisse ex timore seruili, nō ex fide formata charitate & zelo iustitię. Aliq̄ tñ dicūt, q̄ ad tēpus verè pœnituit, sed paulò pòst recidiuauit. [& operuit cilicio carnē suā, ieiunauitq; & dormiuit in sacco & ambulauit demisso] i. inclinato [capite] tanq̄ cōsternatus ac desolatus, & cōfitebat̄ se grauiter excessisse, vt Ioseph⁹ addit: Cur nō spreuit verba Heliæ, nec eū incarcerauit, sicut cōtempsit verba p̄phetæ, de quo in fine p̄cedētis cap. quē & secundū Iosephū in carcere posuit, quēadmodū etiā in sequēti cap. legitur, Micheā incarcerasse? Ad q̄ videtur dicendū, q̄ Helias fuit valdè famosus p̄pheta, cuius oratione nouerat cælum tribus annis fuisse clausum, & alia p̄clara mirabilia esse pacta, ideo verba eius magìs ptimuit, & forsan supersapientissimus, pi⁹, iustusq; dn̄s videns ipsum Achab ad occisionē Naboth & possessionē vineæ eius fuisse collapsum ex malicia impijssimæ Iezabel magìs q̄ ex se, dedit ei timorē istum seruilem. Pēsandum quoq; q̄ impterritè loquutus sit Helias onmia verba hæc regi animoso & iracundo, qui antè sic fugerat ex cōmunicatione fœminæ vitiosæ. [Et fact⁹ est sermo dn̄i ad Heliam Thesbiten, dicēs: Nonne vidisti humiliatū Achab corā me? Quia igitur humiliatus est causa mei] i. ex timore vindictæ meæ seu æquitatis & ex intuitu suorū facinorū, [non inducā malū in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius] i. p̄fatas plagas & vltiones differā vsq; post eius mortē. Nam dato q̄ non pœnituerit zelo iustitiæ, sed seruili formidine, tñ p pœnitētiam illam & humiliationē ac satisfactoria opera, quæ (vt dictum est) fecit, potuit mīam hanc mereri, qm̄ opera bona ex genere extra charitatē facta, sunt benè meritoria tēporalis p̄speritatis & p̄longationis vitæ præsentis, cùm Deus nullum bonū dimittat irremuneratū. ¶ Moraliter patet ex isto cap. qualiter innocentes ac iusti frequenter falsis testimonijs opprimuntur, & q̄ graue crimen sit hoc, quomodò etiā superiores frequēter iniustè inferioribus indignentur, eosq; p̄sequantur, eo q̄ non cōsentiant ipsis in rebus illicitis. Insupèr qualiter viri sæpè ad magna & grauia excitentur peccata à suis vxoribus, & quō iudices inferiores multotiès falsa p̄ferant iudicia ad cōplacendū maiorib⁹ suis, & ad instigationē ipsorū, vel ex inordito eorū timore. Postremò, ex hoc quòd sceleratissimus Achab ex cōminationib⁹ tēporaliū nocumentorū & ex timore eorū tantā pœnitentiā egit, vestes suas scindendo, cilicium induendo, ieiunando & dormiēdo in sacco, inclinatoq; capite incedendo, nō obstāte regio fastu & cōsuetā mollitie, declaratur, quāta sit iniquorū p̄uersitas Chr̄ianorū, qui nec ex cōminationibus scripturarū, sanctarum æterna supplicia comminantium, nec ex sermocinationibus deuotorum super hoc terribiliter exclamantium, nec ex terrore tam incōparabilium tormentorū, neq; ex cōsideratione sempiternæ damnationis eorū q iam perierūt, humiliant semetipsos, vel pœnitentiā agunt, aut mœstū vultū ostēdunt, sed absq; timore ppetrant mala, imò glorianī in illis.

Margin notes: 4.Reg. 9. — 3.Reg. 22. — 3.Regū. 20. — Iose. libr. 8. an. iu. ca. 14 — 3. Reg. 20. — Iose. lib. 8. an. iu. ca. 13 — 3. Regū. 22. — 3. Reg. 17. — 3. Reg. 19. — Eccles. 8. — Prou. 2.

¶ Expositio Cap. XXII. Transierunt igitur tres anni absq; belloo. Artic. XXXII.

IN isto cap. recitatur, qualiter punitio prænunciata regi Achab præcedenti cap. q̄ s. anima sua esset p̄aīa regis Syriæ, quē iniustè dimisit mortē euadere, sit impleta in ipso. [Trāsierūt igitur tres anni absq; bello inter Syriam & Israel,] p̄pter fœdus pacis q̄ Achab & Benhadad inierunt, vt dictum est suprà, & cōputantur tres anni isti à tēpore pacti illius. [In anno aūt tertio,] fine eius ap p̄pinqānte, [descendit,] quia terra regni duarū tribuū altior situ fuit, quàm terra decem tribuum, [Iosaphat rex Iuda ad regem Israel] visitandum. Nam filia Achab & Iezabel, nomine Athalia, fuit vxor Ioram filij Iosaphat regis, sicq; ad inuicem amicitiam contraxerunt. [Dixitq; rex Israel ad seruos suos: Ignoratis quòd nostra sit] de iure [Ramoth] ciuitas, sita in terra [Galaad, & negligimus eam tollere] id est, recuperare [de manu regis Syriæ, qui iniustè vi prælij abstulit eam nobis, cùm tamen sit notabile oppidum, vtpotè vrbs refugij pertinens ad tribū Gad, vt patet in libro Iosuæ, & Deuteronomij, & ciuitas sacerdotū. [Et ait ad Iosaphat: Veniēsne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad? Dixitque Iosaphat ad regem Israel: Sicut ego sum, ita & tu] i. confœderati atq; vnanimes sumus in talibus, [populus meus & populus tuus vnū sunt, & eqtes mei & equites tui] p confœderationem & ami-

Margin notes: 3. Reg. 21. — 3. Reg. 20. — Iosu. 20. — Deuter. 4. — Iosue 21.

citiã. Nã & ideò Iosaphat vir pacificus fecit filiũ suũ cũ filia Achab contrahere, vt inter regnũ suũ & regnũ Israel esset pax. [Dixitq; Iosaphat ad regẽ Israel: Quære, oro te, hodiè sermonem dñi] i. oraculũ Dei p prophetas, quid sit expediẽs ac futurũ in causa ista piculosa. sciuit etenĩ Iosaphat, regẽ ac populũ Israel esse superstitiosos atq; idololatras, ideò periculosum esse eos iuuare. [Cõgregauit ergo rex Israel pphetas quadringẽtos circiter viros] q erãt pphetę Baal, sed iuxta morẽ loquẽdi vocanť prophetæ, [& ait ad eos: Ire debem⁹ in Ramoth Galaad, an quiescere? Rñderũt: Ascẽde, & dabit eã dñs in manu regis.] Quidã ait, ppositionẽ hãc dubiã extitisse, qa intelligi poterat tã de rege Israel, q̃ de rege Syrię. Veruntñ ex cõsequẽtib⁹ istorum pseudo verborũ manifeste habeť, q̃ p regẽ intellexerunt regẽ Israel. [Dixit aũt Iosaphat] falsos illos pphetas cultores Baal, abhorrẽs, & forsan pphetæ illi p dñm intelligebãt deũ suum Baal. [Non est hic propheta dñi quispiã, vt interrogem⁹ p eũ? Et ait rex Israel ad Iosaphat: Remansit vir vnus p quẽ possemus interogare dñm. Sed ego odi eũ, quia nõ prophetat mihi bonũ,] i. prospera [sed malũ] i. aduersa, [Micheas filius Iemla.] Cæteros putauit à Iezabel interfectos. sed quare siluit de Helia? forsan quia recesserat, & nesciuit Achab vbi iã esset. [Cui Iosaphat ait: Ne loquaris ita rex] i. nõ dicas te odire prophetã Dei, eò q̃ vera tibi pdicat, siue sint pspera siue aduersa. [Vocauit ergo rex Israel eunuchũ quendã, & dixit ei: Festina adducere Micheã filiũ Iemla. Rex aũt Israel & Iosaphat rex Iuda, sedebat vnusquisq; in solio suo, vestiti cultu regio, in area iuxta ostiũ portæ Samariæ, & vniuersi prophetæ pphetabãt in cõspectu eorũ. Fecit quoq; sibi Zedechias filius Chanaan] i. de genere Chananæorũ, vel fili⁹ viri noïe Chanaan, [sibi cornua ferrea, & ait: Hæc dicit dñs: His ventilabis Syriã, donec deleas eã] i. potestate & exercitu tuo designatis per cornua ista, disperdes & vinces Syros: vel hoc signũ tibi oñdo, q̃ illos fugabis, queadmodũ aliqñ prophetæ Dei prophetabãt p sola verba, qñq; p verba & sensibilia signa seu gesta. sic & iste pseudopropheta psumpsit, vt magis authẽticus videreť. Oẽsq; prophetæ similiter prophetabãt, dicẽtes: Ascẽde in Ramoth Galaad, & vade prosperè, & tradet eã dñs in man⁹ regis. Nũcius verò q ierãt vt vocaret Micheã, loquut⁹ est ad eũ, dicẽs: Eccè sermones prophetarũ ore vno regi bona pdicãt, sit ergo & sermo tu⁹ similis eorũ, & loqre bona. Cui Micheas ait: Viuit dominus, quia quodcunq; dixerit mihi dominus, hoc loquar. Venit itaq; ad regem, & ait illi rex. Michea, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare?] i. an expedit vt eamus ad præliandum pro Ramoth recuperanda? [Cui ille respondit: Ascende & vade prosperè] i. opto vt prosperè vadas, sicut communiter dicimus abeunti. Vade in pace. vel ironicè dixit hoc zelo iustitiæ, quia rex impius indignus fuit vero rñso, quanuis hoc posteà datum sit ei, [& tradet dominus in manu regis] non dixit quos, vel in cuius regis manu, sed obscurè loquut⁹ est, vel quia rex potiùs voluit audire prospera quàm vera, dedit ei irrisoriè rñsum huiusmodi: ac si diceret, taliter tibi rñdeo, vt mereris & dignus es, quod Achab suspicans, dixit: [Dixit autẽ rex ad eum: Iterum atq; iterum adiuro te, vt non loquaris mihi, nisi q̃ verum est in nomine dñi. Et ille ait] verum dando responsum propter reuerentiam noïs dei quo fuerat adiuratus, sicut & Chrus à põtifice adiuratus, respondit, qui anteà siluit. [Vidi] in visione imaginaria prophetali mihi ostẽsa, [cunctũ Israel] i. exercitum tuum, [dispersum in montibus, [quibus terra illa abundat, [quasi oues nõ habẽtes pastorẽ,] q. d. sicut collecti vadunt bellatores ad prelium, sic isti dispersi diffugient, & rex seu dux eorũ cadet, auferetur q; eis. [Et ait dñs] mihi in visione. [Non habent dñm isti, i. rex eorum lætaliter vulneratus, mox morietur. [Reuertatur vnusquisq; in domũ suam in pace.] ex hoc aliqui trahunt & dicunt, q̃ nullius de exercitu Israel cecidit in prelio illo, nisi rex Achab. suprà tamẽ dixerat dominus, q̃ anima Achab esset pro anima regis Syriæ, & populus Israel pro populo Syriæ, quod aliqui soluunt, q̃ ideo populus Achab fuit pro populo illo, quoniã fugit de prælio. [Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat: Nunquid nõ dixi tibi, quia non prophetat mihi bonũ, sed semper malum? q. d. non verè, sed inuidiose loquitur mihi. [Ille verò addens, ait] clariùs exponendo suam reuelationem & seriem deceptionis perfidi regis: [propterea] i. ob tuã incredulitatem confutandam seu informandam, [Audi sermonem domini: Vidi dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitũ cæli assistentẽ ei à dextris & à sinistris.] Certũ est q̃ Deus in seipso sit incircũscriptibilis, immaterialis, simplicissimus, illocabilis, & intẽporalis, idcircò nec angeli incorporei situaliter Deo assistũt, nec eũ inter se terminãt aut includũt, ideò visio ista Micheæ fuit imaginaria, qua vidit Deũ in similitudine, forma seu specie quadã ipsum repsentãte, siue fuerit similitudo ille tantùm in imaginatione illa prophetæ, siue formata exteriùs, prout sanctus Iob loquiť Deo: Auditu auris audiui te, nũc aũt oculus meus videt te. Cõmuniter aũt fiebant tales visiones ipsis prophetis ab omni exteriori sensu alienatis, huicq; visioni Micheæ similis fuit visio Esaiæ protestantis: Vidi dñm sedentẽ sup solium excelsũ & eleuatũ. Illa quoq; Danielis, de qua ipse ait: Aspiciebãt in visiõe mea nocte, donec throni positi sunt & antiquus dierũ sedit. Millia milliũ ministrabãt ei, & deciès milliẽs cẽtena millia assistebant ei. Iuxta quẽ etiam modũ Ezechiel in exordio voluminis sui, innuit sibi domi-

Marginalia: fol. intel- lectus isto- rum. | Ioan. 18. | 3. Regũ. 20. | Iob 42. | Esaiæ 6. | Daniel. 7.

dñm apparuisse: Super firmamentum, inquens, quasi aspect⁹ lapidis sapphiri similitudo throni & super similitudinē throni, similitudo quasi adspectus hoīs desuper. Potest quoq; huiusmodi visio fieri i in vigilia & in somno. Porrò q̄ dictum est, oēm exercitum cæli assistentē ei à dextris & à sinistris, expositores cōmuniter sic explanant, q̄ oīs exercit⁹ cæli dicit̄ Dño assistere à dextris, quātùm ad angelos bonos: & à sinistris, quātùm ad angelos malos: & in hoc sequuntur Gregorium, sicq; dicuntur angeli Deo à sinistris assistere, q̄a frequenter sunt executores æquitatis diuinæ, nec aliquid possunt nisi altissimo permittente. Vndè scriptum est: Factum est cùm quadā vice filij Dei venissent & stærent corā dño, venissetq; sathan inter eos & staret in conspectu eius. & quanuìs expositio illa sit cōmendanda, videtur tñ locus iste aliter posse exponi, & magìs consonanter ad formā textus. Loqtur eñ ꝓpheta de Deo tanq̄ de rege magno residenti in throno suo, & de toto eius exercitu lateraliter ipsum ambiente, ꝓut milites solent principē circunstare. sic autē ꝓpriè non circunstant neq; assistunt, nisi milites boni aut serui fideles. Itē hoc loco p̄ oēm exercitum cæli videt̄ intelligēdus tot⁹ exercitus cæli empyrei, ad quē non pertinent angeli tenebrarum. Ideò p̄ oēm exercitū istum videntur soli angeli sancti intelligēdi, q̄a & hi q̄ in regno beatitudinis sunt, ad sinistrā regis beati sunt. Vnde mater filiorū Zebedei orauit, dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterā, & vnus ad sinistrā tuā in regno tuo. In Prouerbiorum quoq; lib. legitur: Longitudo dierū in dextera ei⁹, & in sinistra eius diuitiæ & gloria. Sponsa quoq; in Cāticis: Læua eius, inq̄t, sub capite meo, & dextera illius amplexabit̄ me. [& ait dñs: Quia decipiet Achab regē Israel, vt ascēdat & cadat in Ramoth Galaad?] Loqtur scriptura ista de Deo more humano, cum om̄ipotens De⁹ nihil ex ignorantia q̄rat, nec per se vocaliter sciscitet̄, sed interna allocutiōe loqtur supernis spiritibus, ꝓut de hac re sup Iob dictū est plenius. [& dixit vnus verba huiuscemodi] intellectualiter respondēdo, seq; ad Dei obseq̄a exhibendo paratum, [& alius aliter] non q̄ in ciuibus cęli empyrei sit discordia vlla, sed oēs ad eundē finē vnanimiter tendebāt, quāuìs per media plura ac varia. Nec est intelligendum, q̄ Deus, aut angeli sancti voluerunt ipsum Achab directè & efficienter decipere, aut falsa aliqua reuelare, sed p̄missiuè duntaxat, iuxta quem sensum in Ezechiele scriptum est: Propheta cùm errauerit, ego dñs decipi prophetam illum. Nempe in tantùm dependent efficientialiterq; procedunt à Deo oīs illuminatio, gratia, virtus, compunctio, directio & ꝓfectus, q̄ etiā opposita horū dicuntur esse ab ipso, q̄m non nisi ipso permittēte cōtingunt. Vndè Esaias loquitur Deo. Quare errare nos fecisti de vijs tuis? indurasti corda nostra ne timeremus te? Et Psalmista: Declinasti, ait, semitas nostras à via tua. Hinc in Deuter. Moses loqtur: Noluit Seon rex Hesebon filijs Israel dare trāsitū, quia indurauit dñs Deus spiritum ei⁹ & obfirmaueurat cor illius. [Egressus est autē spiritus, & stetit coram dño.] Iste fuit spūs malus, q̄ exiuit de praua volūtate ad op⁹ seu actū illicitū, stetitq; corā dño vbiq; p̄sente, & in imaginaria visione videbat̄ de sua societate consurgere, & corā Deo sedentē in solio apparere, tanq̄ paratus implere iniquè, q̄ Deus p̄misit fieri iustè, non q̄ spiritus ille malignus vnq̄ empyreum intret cælum, aut ibì inter angelos Dei cōsistat: sed sicut angeli sancti paratos se exhibent obsequi creatori & om̄i bono, sic ille in malo, vel etiam in executione diuitiæ iustitiæ, tñ peruersa intentione & ex vitiosa radice. [Et ait: Ego decipiā illū. Cui loqut⁹ est dñs: In quo? Et ille ait: Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium ꝓphetarum eius. Et dixit dñs: Decipies & p̄ualebis, egredere & fac ita.] Ista locutio Dei ad dæmonem, est iusta permissio eius, & collocutio per angelum bonū, cuius est refrenare & relaxare potestatē diaboli, sed spiritalia & interna non capiuntur ab hominibus grossis, nisi p̄ similitudines corporalium exprimantur more humano, tamē ad intelligendum hæc plenius, recurrendum est ad expositionē primi capituli libri Iob. [Nunc igitur eccè dedit dñs] permissiuè [spūm mēdacij in ore oīm ꝓphetarum tuorum q̄ hic sunt] i. à spiritu diabolico, q̄ est mēdax & p̄r mendaciorum, permisit hos falsos inspirari, falli & ꝓuocari ad ꝓphetādum mendosè. Vndè elicitur error Hebræorum quorundā dicentium, q̄ spiritus iste fuit anima Naboth lapidati ac mortui, quæ aīa cū fuerit virtuosa atq; in sinu Abrahæ posita, non exiuit ad ꝓferendū ista mendacia. [Et dñs loquutus est contra te malū. Accessit autē Zedechias filius Chanaan, & percussit Micheam in maxillem, & dixit: Méne ergo dimisit spiritus domini, & loquut⁹ est tibi?] Zedechias iste superbus & laudis humanæ ac proprij commodi cupidus, qui & cornua fecerat sibi, prę ceteris, ægrè tulit, quod dicebatur deceptus atque deceptor, nec verum habens spiritum prophetiæ, [& ait Micheas] vir patiens, & percutientem non repercutiens, neq; cum turbulentia loquens, sed modestè respondens, [visurus es] vera esse quæ dixi, [in die illa quando ingredieris cubiculum, intra cubiculum vt abscondaris;] videlicet cùm insonuerit rumor de regis occisione, quia tunc metues à filijs regis occidi tanquàm falsarius & deceptor, cùm fuerint à bello regressi. Circa hæc magister in historijs Iosephum sequens, addit. Vidit Zedechias regem dubitantem quid ageret, confortauitque eum secretò, dicens: Si Micheas esset propheta, aruisset manus mea in eum extensa, sicut aruit manus Hieroboam quā extendit

Margin notes: Ezech. 1. — Gregorius — Iob 2. — Matth. 20. — Prou. 3. — Cantic. 2. — Ezech. 41. — Esa. 63. — Psal. 42. — Deuter. 2. — Iob 1. 2. — Ioan. 8. — Pet. Co. hi. stor. lib. 3. Re. cap. 39. Iose. libr. 8. an. iu. ca. 14

3. Reg.13. dit contra pphetã in Bethel, vt suprà patuit, & etiã loquutus est cõtra Heliã, q dixit te moritu-
3. Reg.21. turũ, vbi lapidatus est Naboth ppe Israel. Hic aũt dicit, te moriturum in Ramoth, vndè vltrà cõclusit, q nulli eorũ esset credendũ, quia inter se discreparẽt, tunc rex audacior factus, iussit incarcerari Micheam, sicut cõsequẽter in textu describit: [Et ait rex Israel: tollite Micheã, & maneat apud Ammon principẽ ciuitatis, & apud Ioas filium Amalech, & dicite eis: Hæc dicit rex: Mittite virum istum in carcerẽ, & sustentate eum pane tribulatiõis & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. Dixitq; Micheas: Si reuersus fueris in pace, non est loquutus in me dñs. Et ait Micheas] qñ iam appræhendebat, vt duceret ad carcerẽ. [Audite populi oẽs] i. sitis memores eorũ q dixi, vt cum fuerint adimpleta, phibeatis testimoniũ veritati. [Quidã dicunt, q dixit hoc, volens plùs loqui, sed non fuit pmiss⁹. [Ascendit itaq; rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. Dixit itaque rex Israel ad Iosaphat: Sume arma] tua, i. regijs armis te muni, [& ingredere plium] tanq̃ dñs totius exercitus, [& induere vestib⁹ tuis] i. regalẽ indue apparatum atq; vestitum, regalia assumẽdo insignia, q̃ ferre consueuisti ad bella, & cõmunem vestẽ nunc deponendo. Hoc Achab locutus est, vel vt Iosaphat regi tanq̃ maiori deferret, vel ne ipse Achab cognosceret à Syris, sicq; minùs impugnaretur ab illis, vel vt pondus belli sup Iosaphat immineret. Hinc sequitur. [Porrò rex Israel mutauit habitũ suum] militari vestitu & armatura quasi opiens se. [& ingressus est bellũ. Rex autẽ Syriæ pcepit principib⁹ curruũ,] ex qbus qdam pugnabant [trigintaduobus, dicens: Non pugnabitis cõtra minorẽ & maiorem quempiã, nisi contra regẽ Israel solũ] i. illũ solũmodò inuadetis, tanq̃ incitatorẽ principalem
3. Regũ. 20. totius huius negocij, & quia fœdus pacis, q secum inij, violat modò. Dicũt tñ quidã Hebræi, q per exploratores suos clam pcepit, qualiter Micheas pdixit eum casurum ibidẽ, & cæteros euasuros, ideò iussit eum dũtaxat impugnari. [Cũ ergò vidissent principes curruũ Iosaphat, suspicati sunt q esset rex Israel. Et impetu facto, pugnabant contra eũ. i. cõtra Iosaphat quem
2. Par. 18. videbant regio diademate decoratũ, putantes q esset Achab [& exclamauit Iosaphat] 2. Para. habetur, q clamauit ad dñm, i. Deũ p defensione & euasione rogauit, vocauit quoq; ad se auxiliarios suos pcipuos, & capitis sui custodes. [Intellexeruntq; principes curruum, q nõ esset rex Israel, & cessauerunt ab eo. Vir autẽ quidã tetẽdit arcũ, in incertum sagittã dirigẽs, & casu pcussit] iaculo [regẽ Israel inter pulmonẽ & stomachũ] Non sine diuina pordinatiõe hoc cõtigit, imò respectu diuinæ puidentiæ oĩa certissimè intuentis ac æternaliter pnoscentis, nihil est casuale, neq; fortuitũ, imo sic cert⁹ est ordo causarũ, q̃uis ex hoc nõ tollãt à reb⁹ creatis li-
Ibidem. bertas, fortuna & casus, vt experiẽtia quoq; testat. Veruntñ in Para. legit, q pcussit regẽ Israel inter ceruicẽ & scapulas, p quorũ concordia rñdetur, q sagitta à parte anteriori ppe pulmonẽ intrauit, & retrò circa scapulas exijt, quia tẽdendo in alti⁹ mouebat, vtpotè à pedite missa, & regẽ in curru stantẽ tangens, ac pforans. ¶ Quòd si q̃ratur, qualiter regẽ armatũ potuit pforare: Rñdetur ex eo, q in Hebræo habetur, pcussit eum inter squamas & loricã, videlicet, quia rex sup loricã habuit armaturã, vt fertur de laminis ferreis inter squamas cõnexis, eleuataq; vna earũ à loco suo, sagitta p eum intrauit. [At ille dixit aurigæ suo: Verte manum tuã, & eijce me de exercitu, quia grauiter vulnerat⁹ sum. [paulopòst subdit: Rex Israel stabat in curru suo
Ibidem contra Syros, & in Paral. additur, vsq; ad vesperã, quomodò ergò iussit se de exercitu eijci? Rñdetur ex eo q 2. Paral. asseritur, Educ me de acie. Itaq; sensus est, q iussit se de prima acie
Ibidem reduci ad posteriorẽ in curru, in qua minùs impugnaretur, suamq; læsionẽ ampliùs occultaret: stetit in curru suo, ne exercitus suus cognita vulneratione sua territus fugeret. [Commissum est ergo plium in die illã. Et rex Israel stabat in curru suo cõtra Syros. Et mortuus est vespere. Fluebat autẽ sanguis plagæ] regis [in sinum] hoc est, interiora ac fundũ [currus, & pco insonuit in vniuerso exercitu, anteq̃ sol occũberet, dicẽs: Vnusquisq; reuertatur in ciuitatẽ & in terrã suã] ita vt populus Iosaphat cum ipso ad terrã regni redeat Iudæ, sicq; præco iste iubente principe militiæ, primò insonuit buccina, deindè protulit verba ista rege iam mortuo aut penè defuncto. [Mortuus est autem rex, & perlatus est in Samariam. Sepelieruntq; regem in Samaria. & lauerunt] mulierculæ [currum eius,] sanguinem de sinu currus extergendo, [in piscina Samariæ, & linxerunt canes sanguinem eius,] sic extersum in aqua. [& lauerunt habenas eius] hoc est, lora seu retinacula freni sanguine regis adspersa, [iuxta verbum domini quod locutus fuerat. Reliqua autem sermonum Achab, & vniuersa quæ fecit, & dom⁹ eburnea, quam ædificauit, cunctarumq; vrbium quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in libro sersermonum dierum regum Israel?] Qui liber non superest, nec habetur. Non eñ est liber Paral. in quo de domo eburnea regis Achab nil legitur. [Dormiuit ergo Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius p eo. Iosaphat verò filius Asa regnare cœperat super Iudam, anno quarto Achab regis Israel. Trigintaquinq; annorum erat, cum regnare cœpisset, & vigintiquinq; annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Azuba, filia Salhi. Et ambulauit in omni via Asa prĩs sui, & non declinauit ex ea. Fecitq; q rectum erat in cõspectu dñi.] Iosaphat ergo regnauit año quarto regni Achab, de cui⁹ verbi intellectu dictũ ẽ suprà diffusè.

[Verun-

[Veruntñ excelsa nō abstulit,]Quid per excelsa intelligatur,& qualiter licuit,aut illicitū fuit in eis Deo immolare,dictū est suprà.[Adhuc eñi populus sacrificabat & adolebat incēsum in excelsis.Pacēq. habuit Iosaphat cū rege Israel. Reliqua aūt verborū Iosaphat, & opa ei⁹ q̄ gessit,& p̄lia,nónne hęc scripta sunt in libro verborū dierū regū Iuda?]De opulentia,magnificentia,victorijs,deuotlone,fama,iustitia,ædificijs,copiosis exercitibus regis Iosaphat,multa 2.Paralip.in diuersis capitulis sunt cōscripta,& tñ ante editionē libri Paral. scripta erant & alibi.[sed & reliquias]hoc est,residuos[effœminatorū qui remāserāt in dieb⁹ Asa patris ei⁹, abstulit de terra.]Qui dicātur effœminati,in expositione superiorū cōtinetur. [Nec erat rex tūc cōstitutus in Edom]i.Idumæi quibus Dauid rex abstulit regiā dignitatē & principatū regalē,à tēpore illo vsq; ad tēpus Iosaphat nō cōstituerūt sibi regē,sed sub tributo seruierunt regibus Iuda.Istud hîc tangitur, ad insinuandū ꝙ & Idumæi erāt subiecti Iosaphat regi, quanq̄ 2.Paral.nō legātur cū Moabitis & Ammonitis cōtra Iosaphat cōuenisse,sed interierūt,& decęterò māserūt ei subiecti.[Rex verò Iosaphat fecerat classes]i.naues q̄ irent[in mari,q̄ nauigarent in Ophir]i.locū sic appellatū in India,[ꝓpter aurū]indè portandū, [& ire nō potuerūt,]i.vsq; Ophir ꝓcedere,[quia cōfractæ sunt in Asiongaber]i.loco intermedio sic vocato, de quo loco & de Ophir dictū est suprà.De causa huius dissipatiōis nauiū Iosaphat, habetur 2.Paralip.videlicet ꝙ amicitiā inijt cū sceleratissimo rege Israel Ochozia, cuius soror extitit sua vxor.[Tunc]s.post primā nauiū cōfractionē,[ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat:Vadant serui mei cū seruis tuis in nauibus]pro auro. [Et noluit Iosaphat,] in hac secunda vice, quæ misit pro auro neq; deinceps,quia vt in Paral.recitatur,increpatus fuit à dño p ꝓphetam de amicitia & societate sua cū Ochozia,fuitq́; ei p̄dictū,ꝙ ideò naues suæ dissiparētur in via. Fuit nāq; in hoc ipso culpabilis,quia & anteà fuit ab alio prōpheta correptus de hoc,ꝙ impio Achab p̄buit opē,i.amicitiā eius admisit. [Dormiuitq; Iosaphat cū p̄ribus suis, & sepultus est cū eis in ciuitate Dauid patris sui,regnauitq́; Iorā filius eius ꝓ eo. Ochozias aūt filius Achab regnare cœperat sup Israel in Samaria anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda, regnauitq́; super Israel duobus annis.]Prȩhabitū est, ꝙ Achab regnauit annis vigintiduobus, & item ꝙ quarto anno regi Achab,incepit Iosaphat rex regnare,ergo Achab regnauit vsq; ad consummationem decimioctaui anni regni Iosaphat. Vndè sequi videt̄,ꝙ Ochozias fili⁹ Achab cœpit regnare anno decimonono Iosaphat regis.Ad ꝙ rñdetur, ꝙ prim⁹ & vltimus anni,in quibus Achab regnauit simul cū Iosaphat,non fuerunt cōpleti,idcircò nec cōputantur hoc loco, & vt in Scholast.fertur historia, ex dictis & libris diuersorum prophetarū collectus est liber Regū.Hinc est ꝙ alius aliud,& alius aliud assignauit initium inchoatiōis regni, tā regū Iuda, q̄ regnum Israel,secundū diuersitatē rōnum atq; respectuū.[Et fecit malū in conspectu dñi, & ambulauit in via patris sui,& matris suæ, & in via Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel.Seruiuit quoq; Baal, & adorauit eū,& irritauit dñm Deū Israel,iuxta oīa q̄ fecerat pater eius. Videlicet Achab. Qualiter aūt incōmutabilis & trāquillissim⁹ Deus irritari dicatur, vtpotè quantùm ad similitudinē effectus,non p veritatē affectus, iuxta quē modū attribuuntur ei furor,indignatio,ira,dictum est sæpè ¶Iuxta tropologiam,per Achab designantur qui veritatem dicentibus & increpantibus indignantur, quales sunt multi magnates & diuites ac potentes,de quibus loquitur Esaias:Dicunt videntibus.Nolite videre:& aspiciētibus,Nolite adspicere nobis ea q̄ recta sunt:loquimini nobis placentia,videte nobis errores. De talibus fertur & in Amos:Odio habuerunt corripientem,& loquentem perfectè,abominati sunt. O quam multi nunc tales sunt,quibus si veritas nudè dicatur, & iusta fiat correptio, non emendantur,sed persequuntur dicentem:Adulatores aū amāt ac audiunt, sicut Achab Sedechiam, ꝓphetasq́; Baal,p quos figurati sunt p̄dicatores, pastores & clerici, qui prīcipib⁹ & maiorib⁹ p̄latis blandiuntur,& ꝓspera sermocinantur,q̄rentes illis placere,& ꝓpria cōmoda, ꝓmotiones,būficia obtinere,nō pensantes illud sancti Hieronymi:Nil graui⁹ in sacerdote, q̄ personarū acceptio. ꝙ Ambrosius quoq; fatetur.Porrò,per Iosaphat exprimuntur,qui veros & iustos p̄dicatores,pastoresq́; diligūt & requirunt, & verba correptiōis ac saluberrimę directionis audiunt patiēter,& amplectūtur libēter,Tales demū iusti ac timorati p̄dicatores ac p̄sidētes,& amatores fratrū,signati sunt p Micheam,qui omni humano timore postposito, & omni ꝓpriorum commodorū affectione sopita,cōstantissimè dixit:Viuit dñs,quia ꝙcunq; dixerit mihi dñs,hoc loquar.Sic boni & verè sapientes loquuntur ac prȩdicant tempore opportuno, quicquid dñs loquitur in scripturis,& quicquid cōsciētia dictat, ac spirit⁹ suggerit veritatis. ¶Postremò docemur ex isto cap.quantùm vitāda sit iustis principib⁹ ac cæteris timoratis familiaritas,societasq́; prauorum.quia ex ea in diuersa & magna labuntur pericula.Iterùm cōstat ex p̄inductis,ꝙ reges & principes qñq; succumbunt in p̄lijs,quanuis iustā habeāt causam, quia aliundè sunt culpabiles, & id ꝙ eis debetur ex iure communi, recipere sunt indigni ex crimine speciali.Siquidem Ramoth Galaad pertinebat de iure ad regnum Israel, non ad Syros:& tamen rex Israel in bello,quo vrbem illam conabatur recuperare, est victus.


3. Reg.15.
2.Par.17.18 19.20.21.
3. Reg.15.
2.Para.20.
3. Regū. 9.
2.Para.20.
Ibidem
3.Regū.16.
Pet.Co.historlib.3. Reg.ca.40.
Esa. 30.
Amos 5.
Hierony.
Ambrosius

D. DIO-

Regum quartum librum, Commentaria.

In hoc libro agitur de casu regni Iuda & Israel, propter regum suorum præuaricationem. De captiuitate & transmigratione populi, & de subuersione vrbis Hierusalem & templi in ea.

PROOEMIVM SEV PRAEFATIO.



VIA post mortem Iosaphat regis virtuosi, & Achab nomine regis indigni, facta est notabilis mutatio, tam in regno Iuda quam Israel, ideò post descriptionem mortis amborum regum, hic incipit nouus & quartus liber, tractans de posteritate successoribusq; illorum. Hinc quidam scribit, postquam in tertio libro actum est de vtroq;, bipartitóve regno pro tempore illo quo floruit, hic agitur indè pro tempore quo cadere cœpit: quod quanuis forsan aliquo modo possit saluari, non tamen videtur irrepræhensibiliter dictum, cum constet regnum Iuda cadere incepisse tempore Roboam, sub quo decem tribus ei ablatæ sunt, & ipse cum populo suo ad idololatriam lapsus, regi Aegypti tributarius effectus est, vt 2. Paralip. 12. legitur, & suprà 3. Reg. 12. similiter regnum decem tribuum cadere cœpit statim vt vitulos aureos adorare exorsi sunt. Propter quod Abia rex Iuda occidit de eis (regnante Hieroboam) quinquaginta millia vna die, sicut 2. Paralip. 13. fertur, & iam diu ante mortem Achab, reges Israel se inuicèm occiderunt, & meritò defecerunt ac numero decem tribus, intantùm, quod tempore Achab non nisi septem millia erant, qui processerunt secum aduersus Syon, & ducẽti triginta
4. Re. 17. 18. pueri principum prouinciarum, vt patuit 3. Reg. 20. Denique regnum Iuda magis floruit
15. 22. 23. postcà sub Ezechia, imò & sub Ozia ac Ioathan & Iosia, quam tempore Roboam & Abiæ, si-
2. Para. 27. cut ex dictis in tertio, & dicendis in hoc quarto libro monstratur, verum est tamen, quod regnum decem tribuum magis defecit post Achab quàm antè.

¶ ENARRATIO CAPITVLI PRIMI. PRAEVARICATUS est autem Moab in Israel. Artic. I.

PRæuaricatus est autem Moab in Israel] id est, rex ac populus Moabitarum renuerunt decætero soluere consueta tributa regi Israel, ad quæ erant constricti. [Postquam mortuus est Achab] qui filio suo Ochozia bellicosior fuit atque potentior, & magnos contra Syros habebat triumphos: ideò eo viuente, non renue-
3 Regũ. 20. * Ahazias runt tributa persoluere. [Ceciditq; * Ochozias per cancellos cœnaculi sui, quod habebat in Samaria,] quia dum quadam die in deambulatorio superioris cœnaculi domus suæ incederet, lapsus est improuisè per cancellos seu appodiamenta, vel * luridas eiusdem cœnaculi, [& ægrotauit] corpore conquassato ex lapsu. [Misitq; nuncios, dicens ad eos: Ite, consulite Be-
1. Reg. 6. elzebub Deum Accaron] i. quem habitantes in vrbe Accaron nomine pertinente ad Philistæos, colunt, [vtrùm viuere queam] i. an possum curari, [de infirmitate mea hac] dæmones nanq; qñq; per idola dabant responsa atque remedia, vel ab afflictione quam intulerunt ces-
2. Thess. 2. sando, vel naturalia applicando. & hoc propter vitia hominum, Deus qñq; iusto permisit iudicio, sicut pro tempore Antichristi ait Apostolus, quod Deus mittet illis operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati. [Angelus autem domini locutus est ad Heliam Thesbiten, dicens: Surge, & ascende in occursum nunciorum regis Samariæ, & dices ad eos: Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulẽdum Beelzebub deum Accaron?] Quasi dicat, vtiq; in terra Israel est verus Deus, qui vbique est pſens, & à multis in Israel colitur, ideò non debuistis ad Beelzebub habere recursum. [Quãobrem hęc dicit dñs: De lectulo super quem ascendisti, nõ descendes, sed morte morieris] tu Ochozia de ægritudine tua. [Et abijt Elias: Reuersiq; sunt nũcij ad Ochoziam: Qui dixit eis: Quare reuersi estis? At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, & dixit ad nos: Ite, & reuertimini ad regẽ qui misit vos. & dicetis ei: Hæc dicit dñs: Nunqd q̃a nõ erat Deus in Israel, mittis vt cõsulatur Beelzebub deus Accaron? Idcircò de lectulo super quẽ ascendisti, nõ descẽdes, sed morte morieris. Qui dixit eis: Cuius figuræ habitus est vir ille, q occurrit vobis, & locutus
Math. 3. est verba hæc?] & fecit reuerti vos. [At illi dixerunt: Vir pilosus est,] q̃a longos habuit pilos in
Marc. 1. capite, in barba, putà intonsus, tanq̃ eremi cultor, vel vocat pilosus, q̃a hirsutum habuit tegumẽtũ instar beatissimi Ioannis Baptistæ, q de pilis camelorũ habuit vestimentũ. [& zona pellicea] i. de corio, [accinctus renes] i. circa renes. [Qui ait: Helias Thesbites est] cũ quo pater
3. Regũ. 18. istius, videlicet Achab, frequenter habuit conflictũ verborũ. [Misitq; ad eum quinquagenariũ principẽ & quinquaginta viros q erant sub eo,] quos misit armatos non ob reuerentiam sancti ꝓphetæ, sed vt vi facerent eũ secũ venire, si spõtè venire abnueret. [q ascendit ad eũ] i.

vsque

vsq; ad pedē vel aliquantā altitudinē montis,[sedentiq; in vertice mōtis]forsan carmeli, vbi orationi & cōtēplationi erat intentus,[ait]nō ex deuotione, sed ironicè, tanq̄ idololatra verum veri Dei irridens cultorē,quē putauit sibi p violentiam posse subijcere.[Homo Dei,rex pcepit vt descendas.Rñdensq; Helias dixit quinquagenario:Si homo Dei sum] verè per cultum condignū,nō ridiculosè vt putas,[descēdat ignis de cælo] aereo,[& deuoret te & quinquaginta tuos.]Hoc dixit Helias zelo iustitiæ & diuino instinctu,quo etiā nouerat,quo animo ille fuit loquutus,iuxta quē modū sacratissimus princeps Apostolorū impcatus est mortem Ananiæ & cōiugi eius,vt in Actis narrat.[Descendit ergo ignis de cælo, & deuorauit eū, & quinquaginta q erāt cū eo.Rursumq; misit ad eū principē quinquagenariū alterū, & quinquaginta cū eo.Qui loquut⁹ est illi;Homo Dei,hæc dixit rex:Festina,descēde. Rñdēs Helias ait:Si homo Dei ego sum,descēdat ignis de cælo,& deuoret te & quinquaginta tuos. Descēdit ergo ignis de cælo,& deuorauit illum & quinquaginta eius.]Huic ergo successit, sicut & priori,qa eodē animo loquebat̄.Et mirū q̄ ex prioris & suorū cōbustione non fuit cōuersus aut tertius. An forsan putauit se ,ptegendū virtute deorū suorū, & pcedentē deos nō inuocasse?vtrùm verò oēs isti fuerint vsq; ad cineres deuorati ab igne, vel solùm occisi, puto incertū, quēadmodū etiā reor incertū,an interfectio horum contigerit ministerio angeli sancti,sicut Assyriorū,an ministerio angeli mali, vt occisio. Ananiæ & suæ vxoris, secundū Bedam super Acta Apostolorū.[Iterum misit principem quinquagenariū tertiū]q credit̄ fuisse Abdias ,ppheta,vel si fuit idololatra,iam exēplo priorū fuit cōuersus.[& quinquaginta cū eo.Qui cùm venisset,curuauit genua cōtra Heliam]i.corā eo seu ex opposito situ,[& precatus est eū,& ait: Homo Dei,noli despicere aīam meam,& animas seruorū tuorū q mecum sunt. Eccè descendit ignis de cælo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos,& quīquagenos qui cum eis erant.Sed nunc obsecro vt miserearis animæ meæ. Loquutus est autē angelus dñi ad Heliam,dicens:Descēde cum eo:Ne timeas.Surrexit igitur & descēdit cum eo ad regē.]sicq; Helias iuit cum quinquagenario tertio,ne ille sine Helia rediens,malè tractaretur à dño suo. Helias quoq; cōstanter corripuit regē,prædixitq;ei mortem,qua mox regem inuadente,illęsus recessit Helias.vndè subditur:]& loquutus est ei:Hæc dicit dñs: Quia misisti nuncios ad consulendum Beelzebub deum Accaron,quasi non esset Deus in Israel, à quo posses interrogare sermonē,ideò de lectulo sup quē ascendisti,non descendes,sed morte morieris. Mortuus est aūt iuxta sermonem dñi quem loquutus est Helias, & regnauit Ioram frater eius pro eo,anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iudæ. Non enim habebat filium, Reliqua autem verborum Ochoziæ quæ operatus est,nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? [Circa hæc rursus oritur difficultas de computatione annorum istorum, cùm dictum sit pcedenti libro, ipsum Iosaphat regnasse annis vigintiquinq; & anno regni eius decimoseptimo istum Ochoziam sumpsisse regnandi exordium,qui regnauit tantùm annis duobus etiam incōpletis,ita q̄ mortuus fuit año Iosaphat decimooctauo aut decimonono, sicq; superant adhuc sex aut septem anni de Iosaphat regno , nō ergo Ioram frater Ochozię cœpit regnare anno secūdo Ioram filij Iosaphat,sed ante hunc Iorā per sex annos aut septem.Insup infrà in principio capituli tertij scriptum est: Ioram filius Achab regnauit super Israel anno octauodecimo Iosaphat regis,non ergo anno secundo Ioram filij Iosaphat, Ad ista vt recitat Lyra,rñdent Hebræi,q̄ Iosaphat iturus ad bellum,Ioram filium suum instituit regem,qui Ioram regnauit cum Iosaphat patre suo octo circiter annis, qui anni aliqñ deputantur in regno Ioram filij Iosaphat.Cumq; hîc dicitur,q̄ Ioram frater Ochozię cœpit regnare anno secundo Ioram filij Iosaphat,accipitur hîc annus secundus Ioram filij Iosaphat quo cœpit cum patre suo regnare,qui annus fuit decimusoctauus anni Iosaphat regis,vt infrà legit̄. Porrò Magist. in historijs circa hæc scribit:Duo anni quibus regnare dicitur Ochozias, sunt quib⁹ regnauit solus & sanus antequā cecidit per cācellos. Reliqui verò vel octo vel nouem anni, quibus eo languente frater eius Ioram administrationē regni agebat,nō sibi,sed fratri deputātur.Vndè in decimooctauo anno regni Iosaphat Ioram frater Ochoziæ regnasse perhibetur, quia tunc regni administrationem ,p fratre languente suscepit.Scriptura verò quæ dicit, q̄ Ioram filius Achab regnauit anno secundo Ioram filij Iosaphat regis,attendit tēpus quo solus cœpit regnare fratre suo defuncto.Illa quoq; scriptura quæ posteà dicit , videlicet infrà octauo cap. q̄ anno quinto Ioram filij Achab regnauit Ioram filius Iosaphat,attendit tēpus, qñ ,p fratre suo adhuc viuente regimē administrare cœpit.❡Moraliter docemur ex isto cap.in omni necessitate & infirmitate ad Deum verum confugere, nec in incerto diuitiarū aut in rebus vanis cōfidere,nec sortilegorū aut diuinorū inuestigare cōsilia vel optare subsidia. Rurs⁹ patet ex dictis,q̄ enorme & piculosum sit, sanctos hoīes irridere, & q̄liter viri sancti aliqñ suam iniuriā vlti sunt,inquantum eorum iniuria in Dei iniuriam redundauit,quod & sequenti docet̄ cap. per hoc q̄ Heliseus pueris ipsum subsannantibus maledixit, & mox ab vrsis sunt lacerati.

Actor. 5.
4.Reg.19.
Actor.5.
Beda.
3.Reg.22.
4.Reg.3.
Ibidem
Per Com.
hist.lib.4.
Reg.ca.1.
1.Tim.6.
4.Reg.2.

❡Expositio cap.2. Factum est aūt.cùm leuare vellet dñs Heliam per turbinē. Art. II.

POst descriptiones virtutum & miraculorum magni & iusti Heliæ, describitur hîc quędam pmiatio eius. [Factum est aũt cùm leuare vellet dñs Heliam per turbinẽ] hoc est, impetu quodam & per impulsum seu inuolutionem ventorum, [in cælum] aereum, quia p aerem volitando venit in paradisum terrestrem. [ibant Helias & Heliseus de Galgalis.] Locum etenim qui Galgala appellaẽ, Helias ante suã translationẽ voluit visitare tanq̃ sacrũ, qm transito Iordane, filij Israel circuncisi sunt ibi, & castra fixerunt in eo, ac pascha celebrauerunt ibidem, vt habeẽ in libro Iosuæ. [Dixitq́. Helias ad Heliseum: Sede hîc] putà in Galgala, [quia dñs misit me] hoc est, ire iussit [vsq; in Bethel] ad visitandum & cõsolandũ filios prophetarum ibi morantes. [Cui ait Heliseus: Viuit dñs & viuit aĩa tua, quia non derelinquam te,] i. à tua corporali psentia separari non volo q̃diu manes in terra hac. Non ex inobedientia aut ptinacia dixit & iurauit hoc Heliseus, sed ex charitate magistri sui pręcipua. Cur ergo dixit ei Helias, sede hîc? forsan ad probandum & experiendum charitatẽ charissimi discipuli ad se, & vt Heliseus cum vehementiori affectu secum pergẽdo, maiorem gratiã mereret: vel ad designandũ q dona ac opera singularis excellentiæ ac superrogationis, sint potiùs occultanda, quantùm conuenienter fieri potest, & quantùm est ex parte eius, cui talia condonantur, quanuis ppter aliorum pfectum, qñq; aliter oporteat fieri. Helias aũt iam erat eleuandus in cælum, q tantã suam excellentiã, quantùm in se erat, maluisset celare, quẽadmodùm Chrs, peractis quibusdã miraculis, pcepit ne vulgarẽtur. Itaq; Helias non pcipiẽdo, sed magìs piè tentãdo, & secundũ vnã consideratiõẽ hortando, locutus est, Sede hîc. [Cumq́; descẽdissent Bethel,] hoc est, ad vrbem sic dictam, q non fuit Hierusalẽ, q & ipsa alio noie Bethel vocatur, sed fuit in decẽ tribuum terra, [egressi sunt filij pphetarum qui erant in Bethel, & dixerunt ei: Nunquid nosti, quia hodiè Deus tollet dñm tuũ] Heliam [à te? Qui rñdit: Ego noui.] Ex quibus verbis elicitur, q tam aliqui ex filijs seu discipulis pphetarum, q̃ ipse Heliseus, ex reuelatione nouerant Heliam mox transferendũ, & gratia pphetali fulserunt. [Silete.] i. de hac re non loquamini ampliùs, ne Helias hortetur me hîc remanere. Dixit aũt Helias ad Heliseum: Sede hîc-] Iuxta sensum ptactũ, [quia dñs misit me in Hiericho] ad visitandũ filios pphetarũ ibidẽ. [Et ille ait: Viuit dñs, & viuit aĩa tua, quia nõ derelinq̃ te. Cumq́; venissent Hiericho, accesserunt filij pphetarũ, qui erant in Hiericho, ad Heliseum, & dixerũt ei: Nunquid nosti, quia dñs hodiè tollet dñm tuum à te? Et ait: Et ego noui, Silete. Dixit autẽ ei Helias: Sede hîc quia dñs misit me vsq; ad Iordanẽ. Qui ait: Viuit dñs, & viuit aĩa tua, quia nõ derelinquã te. Ierunt igitur ambo pariter, & quinquaginta viri de filijs pphetarum secuti sunt eos. Qui & steterunt econtrà lõgè. Illi autẽ ambo] videlicet Helias & Heliseus reuersi à Iericho, [stabant supra Iordanẽ. Tulitq;] i. accepit Helias palliũ suũ, & inuoluit illud, & pcussit aquas Iordanis, quę diuisæ sunt in vtranq; partẽ] sicut mare rubrum percussum Moisis virga. Diuisæ sunt itaq; aquæ Iordanis nõ virtute pallij Heliæ, sed p omnipotentiã Dei, per intercessiones & merita gloriosi Heliæ. [& transierunt ambo per siccum] fundum Iordanis, sicut & filij Israel tẽpore Iosuæ. [Cumq́; trãsissent] & aquę ad pristinũ locum redissent, [Dixit Helias ad Heliseum: Postula q vis, vt faciã tibi,] dando aut desupèr impetrando, [antequã tollar à te. Vndè elicitur, q Deus iam reuelauit Heliæ q Heliseo darẽtur diuinitùs. q rogaret, & item q Helias iam sciuit suã translationẽ innotescere Heliseo. [Dixitq́: Heliseus: Obsecro, vt fiat spiritus tuus duplex in me] Hoc dupliciter explanatur. Primo, q Heliseus petiuit gratiam spũalem Heliæ cõcessam ad pphetandum, & ad faciendum miracula fieri dupliciter, seu duplicari in se, ita q haberet eã in dupla pportione, respectu Heliæ. sicq́; exponunt quidam Catholici & Hebræi, dicẽtes hoc esse impletum, qm Helias suscitauit mortuum vnum duntaxat, Heliseus duos. Heliseus quoq; infrà legitur sedecim fecisse miracula, Helias octo iam antè, & iuxta hunc modum petiuit Banaias, vt Deus faceret soliũ Salomonis sublimius solio Dauid. sed qa psumptuosum videreẽ fuisse, q Heliseus petisset tanto pphetæ ac suo magistro sic præferri ac pfulgere in donis istis, saluatore dicente: Non est discipulus super magistrum, hinc alij tam Catholici q̃ Hebræi communiter sic exponunt, fiat spiritus tuus duplex, i. gratia spiritus sancti tibi concessa ad duo pfata, concedatur & mihi propter cõmune bonum populi nostri, qm te sublato, indigent simili tuĩ. [Qui rñdit: Rem difficilem postulasti.] i. magnam & arduã & difficulter impetrabilem, quia vtrunq; horum est supernaturale, & psertim vt habeatur æqualiter mihi. [Attamen si videris à me qñ tollat à te, erit q petisti: si autem non videris] me in ipsa separatione à te, [non erit] q postulasti. Istud totũ sic fuit reuelatum Heliæ à dño. sed quare non fuisset petitio Helisei impleta, si nõn vidisset Heliam in raptu illo? poterat nanq; Helias meritis suis ac pcibus succurrere Heliseo, q̃uis in illo puncto ipsum non cõspexisset. Ad quod dicendũ videtur, q incessabilis & diligentissima illa directio oculorum Helisei ad Heliam, fuit effectus & signum suæ deuotionis ac charitatis ad Heliam, imò magìs ad Deum: ideò illum intuitum continuando, ex tali radice capacem se pbuit grẽ tantæ: à quo intuitu si torpuisset, detrimentum huius gratiæ sustinuisset. [Cumq́; pergerent, & incedentes sermocinarenẽ] de diuinis & pertinentibus ad

Marginalia: Iosue 5. — Matth. 17. Marc. 9. Luce 5. — Genesis 12. Iosu. 18. — Exod 14. — Iosu. 3. — 3. Reg. 17. 4. Re. 4. 13. 4. Re. 2. 3. 4. 5. 6. 3. Regũ. 1. — Matth. 10.

ad salutē,ipso Helia Heliseum ad ꝑfectum & ad directionē Israeliticæ plebis hortante, & vt filijs ꝓphetarum pęesset,[eccè currus igneus & equi ignei diuiserunt vtrunq;.]Igneæ illæ simi litudines currus atq; equorū angelico ministerio fuerunt formatæ, quēadmodum stella quæ Math.2.
Magis apparuit,& columba ac nubes q̄ super Chr̄m apparuerunt. & aliqui dicunt, ꝙ in curru Lucæ 3.
illo & eqs angeli apparuerunt,sicut interdum apparēt in aliarum similitudine rerum. [Et ascendit Helias p turbinem in cęlum]aereum,sicut expositū est. In Ecclesiastico dicitur ad Heliā,qui receptus es in turbine ignis in curru igneorū equorum. Vndè elicitur,ꝙ igneo curru ascendit in turbine,transferentibus eum angelis sanctis,sicut angelus trāstulit Habacuc vatē de Iudea in Babylonē.[Helise⁹ aūt videbat]eum sic eleuari, nō cessans eum inspicere timore terribilium,q̄ apparuerūt ibidē.[& clamabat:Pater mi,pater mi.[Repetitio, est charitatis indiciū,confirmationisq; signū:vel doloris de separatione oñsio,[currus Israel & auriga eius.] Hoc dixit nō de igneo curru apparēte aut eius auriga,de cuius tñ auriga textus nihil loqtur: sed ipsum Heliā vocat currū Israeliticæ plebis,& aurigā eiusdē plebis, qm̄ instar currus populum illū sustentauit,& eius supportauit ac suppleuit defectus,direxitque eā sicut auriga q̄drigam,& iuxta hunc sensum,hæc eadē verba rex Israel infrà ꝓfert de Heliseo. [& nō vidit eum ampliùs. Appræhenditq;]Heliseus[vestimenta sua, & scidit illla in duas partes]ex dolore separationis à charissimo suo magistro,[& leuauit palliū Helię ꝙ ceciderat ei,]qa Helias deiecit illud ꝓ consolatione dilecti sui discipuli,vt aliqd haberet quasi ex testamēto patris sublati,atq; vt illo pallio vestiret,in signū ꝙ magistro suo succederet in duplici gratia iam p̄fata, & per illud miraculum faceret,quēadmodū subditur:[Reuersusq; stetit super ripam Iordanis, & pallio Heliæ ꝙ ceciderat ei]ex ordinatione diuina, [percussit aquas,] sequēs in hoc ipsum Heliam,q paulò antè sic fecerat,atq; vt meritis Heliæ fieret aquæ diuisio,[& non sunt diuisę] vt antè,vt per hoc Helise⁹ aduerteret se inferiorē meritis sui magistri,sicq; humiliaret se, nec de subita suî ꝓmotione ac potestate extolleretur,[& dixit: Vbi est Deus Heliæ etiam nunc?] q.d.Nónne verè vbiq; p̄sens est atq; omipotēs?hoc est,nō meritis meis,sed pietate & gr̄a Dei, meritisq; Heliæ præcor hâc Iordanis impetrare diuisionē,[pcussitq; aquas]cū ista humilitate,[& diuisæ sunt huc atq; illuc,& transiuit Heliseus. Videntes autē]hæc[filij ꝓphetarum qui erant]i.habitabant[in Hiericho econtrà,]i.stantes ex aduerso Iordanis, quia (vt antè in isto habet cap.)quinquaginta viri de filijs illis sequebantur Heliā & Heliseum, & steterunt econtrà longè,[dixerunt:Requieuit sp̄us Heliæ super Heliseum,]ꝙ ex tanto perpenderunt miraculo,[& venientes in occursum eius,adorauerunt eum proni in terram]dulię adoratu,[dixeruntq; illi:Eccè cū seruis tuis]s.nobiscū[sunt quinquaginta viri fortes,qui possunt ire & quęrere dn̄m tuum,ne fortè tulerit eum sp̄us dn̄i,& proiecerit eum] sp̄us dn̄i[in vnum montium aut vnam vallium]i.in aliquem locum , sicut aliqñ contigit ei , ꝙ transpositus fuit virtute diuina per angelum de loco ad locum. Vndè suprà lib.3.Abdias dixit Heliæ: Cumq; recessero à 3.Reg.18.
te,sp̄us dn̄i absportabit te in locū quē ego ignoro. [Qui ait: Nolite mittere,] qm̄ certus sum ad quem translatus sit locum,& ꝙ non inuenietur à vobis nec reuertetur, nisi circa finē mundi ad p̄dicandum cum Enoch contra perfidiam Antichristi,quemadmodum Apoc.11.&.Malach.4.continetur.[Coegeruntq; eum]i.importunè rogauerunt, [donec acquiesceret & diceret:Mittite,[ꝙ dixit,ne amplius pateretur importunitatis illi⁹ molestiam, & ne ipsi manerent in dubio,& item ne suspicarentur,ꝙ ipse reditum abhorreret Heliæ,ne maior eo esset in plebe illa.[Et miserunt quinquaginta viros.Qui cum q̄sissent tribus diebus, non inuenerūt. Et reuersi sunt ad eum.At ille habitabat in Hiericho,& dixit eis:Nunquid non dixi vobis.nolite mittere?]Consequenter describuntur alia duo Helisei miracula. [Dixerunt quoque viri ciuitatis] Hiericho[ad Heliseum:Eccè habitatio ciuitatis huius optima est]i. cōueniēs situs & pulcher locus,[sicut tu ipse ꝓspicis,sed aquæ pessimæ sunt]i.valdè nociuæ, & forsan morbum ingerebant potantibus seu vtentibus ea,& terrā *fecit infertilē.ideò subdit:[& terra sterilis,]non ex se,sed ex aquæ illius irrigatione.siquidē terra ꝓmissionis fuit valdè fructifera, etiā in circuitu Hiericho.[At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal.] Cur voluit vasculū nouū habere?Forsan ne aliquis suspicaretur,ꝙ in vase quo voluit vti,fuissent q̄dā alia vim sanandi aq̄ habentia,sicq; curatio aquæ ascriberetur causæ naturali , non diuinæ virtuti.[Quod cùm attulissent,egressus ad fontē aquarum,misit in illum sal, & ait,] oratione p̄missa & certificatus de sua exauditione.[Hæc dixit dn̄s: Sanaui aquas has]i. iam eas eripio à corrupta earū dispositione,[& nō erit in eis vltrà mors neq; sterilitas,] quæ fuerunt in aquis nō formaliter, sed causaliter, qa morbū lœthalē inferebant potantibus & terrā vicinā reddebant infructuosam. Misit aūt in eas sal,ꝓpter mysticas rationes q̄ inducent,& vt miraculū esset p̄clariius,quia ex salis admixtione aquæ inpotabiliores efficiuntur , & corrumpunt magis q̄ meliorant,& iuxta hunc modum iussit Esaias massam ficorum superponi vlceri Ezechiæ. Esa.38.
Sanatæ sunt ergo aquæ vsque in diem hanc, iuxta verbum Helisei quod loquutus est. Ascendit autem inde Heliseus in Bethel,] ad consolandum filios prophetarum de recessu He-

Ioan. 1. Eccles.48. Daniel.14. 4.Reg.18. fot.*fecerunt

liæ.[Cùmq; ascẽderet p viã,pueri parui]tñ adultæ ætatis & ratiõe vtẽtes, ita ꝙ mortaliter pec cauerunt,faciendo ꝙ subdit,[egressi sunt de ciuitate,& illudebant ei,dicẽtes: Ascẽde calue, ascẽde calue.]erantq; pueri isti (vt credit) à parentibus suis idololatris informati,vt facerent istud.[Qui cùm respexisset,vidit eos,& maledixit eis in noĩe dñi.] i.mala pœnalia eis impcabat virtute diuina,& nomẽ dñi inuocãdo,vel iuxta beneplacitũ Dei,& p nomen ipsius ꝙ fecit zelo iustitiæ,ne pueri illi in tanta malitia crescerẽt, sed punirent in vita ista, & gratia sibi concessa à Deo, manifestaret hoĩbus signo sequente, nec alij pueri similia facere attentarent,ac
4.Reg.1. vitiosi parentes in suis filijs,quos malè instruxerãt,castigarent. [Egressiq; duo vrsi de saltu] i.sylua seu nemore ductu angelico & nutu diuino, [lacerauerũt ex eis quadraginta duos pu-
3.Reg. 18. eros]cæteris culpabiliores.Nec tñ eorũ parẽtes audebãt hoc in Heliseo vlcisci, timentes plagari. Itaq; in isto sequutus est Heliam,q quinquagenarijs maledixit. [Abijt aũt indè,] visitatis filijs pphetarũ,[in mõtem Carmeli,]in quo Helias consueuit orationi & contemplationi vacare,vt & ipse hoc faceret ibi, & amore magistri sui ac propter sanctitatẽ loci illuc accessit, [& indè reuersus est in Samariam]vrbem regni metropolim,vt ibi communitati prodesset.

¶ Expositio eiusdem cap. II. mystica. Artic. III.

HElias in multis Christum pfigurauit. Deniq; translatio Heliæ in paradisum terrestrem, designauit nõ solùm Christi,sed & oĩm electorũ eleuationẽ de terra in cælum summũ,
Matth.20. de exilio isto ad patriã,de miseria ad salutẽ. Quemadmodùm aũt instante Heliæ trãnslatiõe,
Marc.10. iuit ipse cũ Heliseo, & visitauit suos discipulos,sic saluator passione sua instante, assiduè ad-
Luc.18.19. fuit suis apostolis,perambulauitq; Hiericho & visitauit Bethaniam.& sicut Heliseus chorum pfigurans apostolorũ,nequaꝗ cõsẽsit ab Helia nõdum translato separari, sic beati Apostoli de separatione Christi ab eis p passionẽ,nec audire nec intelligere aliquid potuerunt, ob nimiam & aliqualiter sensualem eorũ ad Christum affectionẽ,in tantùm, ꝙ dum dixisset eisdẽ,
Lucæ 18. Matth. 20. Eccè ascendimus Hierosolymã, & cõsummabũtur oĩa ꝗ scripta sunt p pphetas de filio hoĩs: tradetur em gẽtibus, & illudetur, &c.ipsi nihil horũ intellexerũt.Insupèr sicut Helias cõsolabatur suos discipulos de suo recessu, & specialiter Heliseum, exhortans eũ ad depcandum ꝙ
Ioan.13.14. vellet,& exaudiret,sic filius Dei suam passionẽ discipulis pnunciando,statim p eorũ cõsola-
Ioan.15.16. tiõe se tertia die resurrecturũ pdixit, & specialissimè in cœna illa nouissima multipliciter cõsolabat apostolos,admonẽs eos ad exorandũ cũ omni fiducia, & ꝙ exaudirẽtur pmittens, q-
Ioan.14. bus & spm suum pmisit & grãm pphetica reuelationis ac virtutẽ agendi miracula cõtulit in tantùm,vt dixerit:Qui credit in me, opera ꝗ ego facio,& ipse faciet, & maiora horum faciet,
Ioan:16. qa ego ad patrẽ vado.Itemq;:Cũ venerit(inqt) ille spũs veritatis,docebit vos oẽm veritatem.
Ioan,14. Et denuò:Spũs sanct⁹ quẽ mittet pater in noĩe meo,ille vos docebit oĩa,& suggeret vobis oĩa ꝗcunq; dixero vobis. At verò, p hoc ꝙ Helias dixit ad Heliseum, si videris me qñ tollar à te, erit ꝙ petisti:si aũt non videris,nõ erit,psignatũ videt,ꝙ ad recipiendũ pmissa Christi, oportuit oculo fidei Christi ascensionẽ cognoscere. queadmodùm etiã Helias ascẽdens, pallium suũ Heliseo piecit,sic Christus scandẽs in alta cælorũ,humanitatis suæ mysteria, incarnationisq; fidẽ & corp⁹ ac sanguinẽ sub sacramẽti velamine dereliqt, & sicut Heliseus pallio Heliæ aquas diuisit,sic discipuli Christi p pfata mysteria fecerunt miracula, fluctusq; seculi trãsie-
Psal. 103. runt illæsi.Quid aũt p igneũ curreũ,equosq; igneos,nisi angelicæ potestates signantur, de qbus cãtatur:Qui facis angelos tuos spũs, & ministros tuos ignẽ vrentẽ?quorũ subsidijs eleuãtur electi ad cõtemplandũ diuina, ita vt cõuersatio eorũ sit modò in cælis. Insupèr sicut filij
Philip.3. prophetarum viso Helisei miraculo,dixerunt:Requieuit spũs Heliæ super Heliseũ,& occurrerunt ei,adorantes eundẽ:sic Christiani videntes signa apostolorũ,nouerũt spm Christi venisse in eos,& honorauerũt eos vt Christi vicarios. Deniq; per Heliseum q misit sal in aquas, vt sanarentur à sua corruptione & infructificatione,intelligitur Deus pater,qui sapientiã increatam: vnigenitumq; filium suum misit in vas nouũ,i.in mundissimæ virginis vterũ,vel in corpus purissimum ꝙ assumpsit,sicq; sanauit aquas Hiericho, i.fluxum,instabilitatẽ, fomitẽ, secularẽ scientiã & inquietudinẽ mundi,genenerisq; humani, infundẽdo hoĩbus sapientiam salutarẽ,qua reformatæ sunt mentes credentiũ,& fructuosæ effectæ,& virtutes,quibus in Deo sunt stabilitæ. Postremo, per pueros vitiosos Heliseum irridentes, expressi sunt Iudæi,qui Christo in passione illuserit.propter ꝙ ab vrsis duobus,videlicet Tito & Vespasiano,sunt dilaniati.Item,quoniã Bethel interpretatur domus Dei,per Heliseum ascendentem in Bethel,
Psal. 83. intelligitur ꝗcunq; deuota persona, intrans ecclesiã aut cœnobiũ ingrediens, & de virtute in
Iob 12. virtutẽ ascendens,ꝗ à secularibus hominibus irridetur,iuxta illud beati Iob: Deridetur iusti simplicitas,lampas cõtempta apud cogitationes diuitũ.ideo ab vrsis, i. malignis spiritib⁹ deuorantur, qui rectè p vrsos sunt figurati, ob varias vrsi proprietates, quarũ prima est, ꝙ vrsus tenet fortissimè id quod capit. sic dæmones eos quos fallunt & vincũt, totis conãtur virib⁹ retinere,imò & grauioribus vitijs implicare.Secunda, ꝙ vrsus debilis fertur esse in capite, & robustus in renibus:ita diabolus in exordio suggestionis pestiferæ nõ est fortis, sed nisi tunc pro-

protinùs repellatur, tentationem continuando, & concupiſcentiam inflãmando, ampliùs inualeſcit. Tertia, ꝙ captus, eoſdem frequenter reiterat paſſus. ſic dæmon ab aliquo victus, multipliciter nititur qualiter iterum vincat illum: ꝙ certum eſt de illo, quem vnuſquiſq; exercitatorẽ hr̃e aſſeritur. Nam & diabol⁹ ſemel victus à Chr̃o, adhuc eũ bis tẽtare pſũpſit, victusq; tertiò, receſsit ab eo ad tempus, vt Lucas teſtatur Euangeliſta. Ideò ꝙ coĩter dicit. & ab Origene ſumptum videtur, Dæmonem ſemel ab homine victũ, nunq̃ ampliùs tentare eundẽ, nõ cenſetur magnæ eſſe authoritatis, & de hoc ſuper librũ Iudicum pleniùs dictũ eſt, vbi verba Origenis ex ſua homilia ſunt introducta. Quarta eſt, ꝙ canes plurimũ odit, ſic diabolus virtuoſos pdicatores, idoneosq; paſtores, qui p canes deſignãtur, odit grauiſsimè. Quinta eſt, ꝙ in calido lebete cæcat. ſic dæmon in corde feruido penitùs ſuperatur. Sexta, ꝙ dñs vrſi facit eum cucubare, i. caput in terram defigere & pedes leuare: ita qui dæmonis victor eſt, faciliter ei illudit. Septima, ꝙ tantum diligit mel, ꝙ pro eo occiditur. ſic immundus ſpiritus intantùm cupit hominem virtuoſum in dño ſuauiter repauſantem, decipere & de eius caſu gaudere, quod iſta ex cauſa multotiès ſuperatur, dum hominem talem tentare & vincere nititur. Lucæ 4. Origenes.

Expoſitio Cap. III. Ioram verò filius Achab. Artic. IIII.

HOc loco deſcribitur grãdis victoria regi Iſrael data, & qdam narratur Heliſei pdigia. [Ioram verò filius Achab regnauit ſuper Iſrael,] i. decẽ trib⁹ [in Samaria,] in qua tanq̃ metropoli reſidebat.] anno decimooctauo Ioſaphat regis Iudæ,] Qualiter intelligendum ſit iſtud, in literali expoſitione pcedentiũ dictum eſt. [Regnauitq; duodecim annis, & fecit malum corã dño.] aureos vitulos adorãdo, [ſed nõ ſicut pater ſuus] Achab, [& mater. Tulit em̃] i. abſtulit & confregit [ſtatuas Baal quas fecerat pater eius. Verumtñ peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, adhæſit, nec receſsit ab eis,] puta à vitulorum cultura. Ex hoc aliqui trahunt, ꝙ Ioram iſte nõ ſolùm abſtulit idola Baal, ſed & idola Chananæorũ, qbus (vt ſuprà habet) Achab ſeruiuit. [Porrò Meſa rex Moab nutriebat pecora multa,] per ſuos miniſtros, qm̃ terra regni ſui abũdat pecorum paſcuis, [& ſoluebat regi Iſrael,] vtpotè ipſi Achab, [centũ millia agnorum,] & centum millia ouium, [& centum millia arietum cum velleribus ſuis,] lana opertis, itaq; nõ poterat ſatisfacere, niſi ſoluẽdo pecora illa viua atq; lanata. [Cũq; mortuus fuiſſet Achab, præuaricatus eſt fœdus ꝙ habuit cum rege Iſrael] i. ampliùs ſoluere recuſauit rex Moab magnum illud tributum. [Egreſſus eſt igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & recenſuit vniuerſum Iſrael. Miſitq; ad Ioſaphat regẽ Iuda, cuius filij vxor fuit ſoror ſua, [dicens: Rex Moab receſsit à me, veni mecũ cõtra eũ ad plium. Qui reſpõdit: Aſcendam] tecum, [qui meus eſt, tuus eſt: populus meus, populus tuus.] i. ad tuum auxiliũ eſt paratus, [& equi mei, equi tui,] ſimili modo reſponderat Achab regi patri iſtius: Populus (inquiens) meus & popul⁹ tuus, vnũ ſunt: & eqtes mei, equites tui; vt patuit ſuprà lib. 3. ¶ Quæri poteſt, an Ioſaphat rex peccauit in iſto? Videt ꝙ imò, q̃ (vt dictum eſt) iã fuerat increpatus à dño p pphetã, ꝙ auxiliũ pbuit impio Achab, & rurſus ꝙ cũ Ochozia amicitiã habuit. ſed Ioram iſte fuit iniquus, ſicut & illi. Achab quoq; videbatur iuſtam pliandi cauſam habere, vt patuit. Ad ꝙ dicẽdum videt, ꝙ peccauit in iſto, niſi forſan excuſetur per hoc, ꝙ Ioram nõ fuit tam impius ſicut Achab & Ochozias, qm̃ abſtulit ſtatuas Baal, ſicq; tẽporalẽ iſtã forſan pmeruit pſperitatem. [Dixitq;] Ioſaphat: [Per q̃ viam aſcendemus? At ille reſpõdit: Per deſertũ Idumeæ,] ꝙ ex vna parte cõiungitur deſerto Aegypti, per ꝙ filij Iſrael tẽpore Moſis prexerunt. [Perrexerũt] igitur ſimul [rex Iſrael] qui hîc primo nominatur, qm̃ principalis fuit in cauſa iſta; [& rex Iuda, & rex Edõ,] quẽ Ioſaphat ſecũ adduxit, vt magiſter in hiſtorijs, ait q̃a protũc Idumea adhuc erat ſub rege Iuda, & tributaria ei. ſed quomodò rex Idumeæ dicitur iſſe cum Ioram, cùm tũc nondũ rex fuerat cõſtitutus in terra Edom à tẽpore Dauid, q abſtulit Idumeis regiũ ſceptrũ? Vndè infrà habet: In dieb⁹ eius, videlicet Iorã filij Ioſaphat receſsit, Edom ne eſſet ſub Iuda, & conſtituit ſibi regem. Reſpondetur, ꝙ ſicut in ſcripturis rex ſæpe vocatur dux, ita hoc loco dux dicitur rex. & circuierunt p viam ſeptem dierum, nec erat aqua exercitui & iumẽtis quæ ſequæbantur eos. Dixitq; rex Iſrael,] deficiẽte eis aqua in eremo illa: [Heu heu heu,] ex vehemẽtia doloris ter ait: heu, [cõgregauit nos Deus tres reges,] cũ ſubditis ſuis, [vt traderet] nos [in manu Moab,] quia Moabitæ iam pceperunt aduentũ iſtorũ regum, nec poterãt cõuenienter reuerti ex aquæ defectu. Quamuis aũt iſtud nõ fuit verum, ꝙ ſcilicet dñs cõgregauerit reges illos ob cauſam hanc, tñ rex Iſrael hoc timuit & putauit. [& ait Ioſaphat: Eſtne hic] i. in aliquo loco non multũ remoto [ppheta dñi,] vtpote verus & ſanctus ppheta, [vt depcemur dñm per eum?] i. vt ille oret pro nobis, & impetret nobis aquam, & nos quoq; oremus p cauſa eadẽ. In iſto patet humilitas Ioſaphat, q licèt eſſet vir valdè fidelis & virtuoſus, nõ tñ per ſe ipſum pſumpſit dñm pro miraculoſo rogare effectu. Et rñdit vnus de ſeruis regis Iſrael: Eſt hic Heliſeus filius Saphat, qui fundebat aquam ſuper manus Heliæ,] i. tanto prophetæ ſeruiuit, cuius ſpiritus ſup iſtum quieuit. Quidã aliter interpretantur, dicentes, ꝙ in ſacrificio quo Helias obtulit bouẽ in monte Carmeli, vt dictũ eſt tertio lib. Heliſeus. fudit aquam ſup ma-

Margin notes (in order): 4.Regũ.3. — 3. Reg. 16. — 3. Reg. 22. — Pet. Co.hi. ſtori.lib.4. Reg.ca.4. — 2. Regũ. 8. — 4. Reg. 8. — 4. Reg. 2. — 3.Regũ.18.

nus Heliæ, moxq; de digitis Heliæ tanq̃ ex fontibus aqua copiose manauit, vt in prællegati expositiōe libri tactū est, [Et ait Iosaphat: Est ne apud eū sermo dn̄i? Descēditq; ad eū rex Israel, & Iosaphat, & rex Edom. Dixit aūt Heliseus ad regē Israel: Quid mihi & tibi est?] i. quæ
2. Cor. 6. cōuentio nobis, cùm sis idololatra? Vndè Apostolus: Quæ (ait) conuentio luci ad tenebras? Et Hieremias: Quid paleis ad triticū? Vade ad prophetas patris tui & matris tuę] i. ad prophe-
Hier. 23. tas Baal, non consultoriè, sed ironicè dixit hoc Heliseus. [Et ait ille rex Israel: Quare cōgregauit dn̄s tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab? Dixit ad eū Heliseus: Viuit dn̄s exercituū, in cuius conspectu sto, ꝙ si non vultum Iosaphat regis Iuda erubescerem,] i. reuererer, cùm sit cultor Dei fidelis, propter quod etiam verecūdor me ab eo auertere, & eius desideriū non implere, [non attendissem quidē te, nec respexissem,] non ex elatione, sed zelo iustitiæ dixit hoc sanctus vir, abominās impiū vt talē, queadmodū de viro iusto fert in psalmo;
Psal. 14. Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus. Hinc & Philosophus in ethicis de ꝓprietatibus magnanimi loquens, inter cætera ait, ꝙ sit aspernatiuus, qm̄ aspernaꝉ vitiosos inquātum
Ecclef. 48. tales. Meritò igitur in Ecclesiastico de Heliseo asseritur: In dieb9 suis non ptimuit principē. Veruntn̄ his obijci potest; qm̄ principes, quanuis perfidi & iniqui, sunt honorandi ꝓpter sui dignitatē officij, & tanq̃ ministri Dei, sicut ad Romanos loquitur Paulus: Propter quod prin
Roman. 13. ceps Apostolororū docet, esse obediendū etiam discolis dn̄is. Respōdetur, ꝙ superioribus in
2. Pet. 2. his quæ ad eorū cathedrā pertinent, sunt obedientia & reuerētia exhibendæ, in alijs nō oportet. [Nunc autē adducite mihi psaltem] i. peritum in citharizādo aut ludēdō in organo. Cūq; caneret psaltes,] quia ludēdo in organo simul cātauit aliquid de laudib9 Dei, queadmodum Dauid facere cōsueuit, [facta est super eum.] vtpotè Heliseum [manus dn̄i] i. omnipotentia Dei mentē eius tetigit & illustrauit grā reuelationis ꝓpheticæ. Gratia enim ꝓphetiæ, est donū actuale, nō ꝓpriè habituale, quia nō adest cordibus prophetarū ad libitū, sed iuxta beneplacitū Dei, & secundū dispositionē & aptitudinē hominū, quia se possunt ad illuminationē talem per deuotionē & eleuationē mētis aptare: & qm̄ diuersæ melodiæ ac harmoniæ diuersos causant effectus in hominū cordibus, Heliseus videns sibi lumē ꝓpheticæ grǣ non fulgere, voluit se ad illud p eleuationē animi ꝑparare, ideò fecit psaltem coram sę ludere & cātare, qm̄ melodia illa cum laude Dei ad eleuationē disponit, pręsertim in quibusdā, qui ex naturali dispositione ad hoc magis dispositi sunt, quorū nonnulli ex discantu & consonantia melodiæ celerrimè & intensè mouetur ad fletū, cōpunctionē & contemplationē. Deniq; quædā melodiæ excitant ad cōpassionē & planctū indè nascētem. Hinc tibicines in funeribus carmē lugubre concinebant, quædā verò ad audaciā ꝓuocant, vt tubæ in ꝓlijs, quædā ad deuotionē,
R. Salamō vt cantus & organa in diuinis. Refert Lyra, ꝙ Rabbi Salamon asserat grām ꝓphetiæ recessisse ab Heliseo, quia exasperatus fuit contra regē Israel, ꝙ dictum reprobat Lyra, quia ex zelo iustitiæ id processit. Veruntn̄ in exasperatione illa, sicut in ira per zelum, potuissęt esse aliqualis
Gregorius excessus, ꝓsertim cùm secundum Gregorium, etiā ira per zelum aliqualiter turbet cordis oculum, idcircò ad tranquillationem cordis Helisei poterat harmonia illa conferre. [Et ait: Hæc dicit dn̄s: Facite alueū torrentis huius fossas & fossas] i. in alueo seu fundo huius exiccati torrētis ꝓfundas aliquas foueas, in quibus aqua mox ventura recipiatur. [Hæc em̄ dicit dn̄s: Nō videbitis] i. nō audietis [ventū, neq;] cernetis [pluuiā] in hac hora, [& alueus iste replebitur aquis, & bibetis vos & familiæ vestræ, & iumēta vestra. Parumq; est hoc in cōspectu dn̄i,] qui frequēter, sicut & nūc, plùs largieꝉ q̃ petitur. ideò subditur: [Insuper tradet Moab in manus vr̄as, & pcutietis oēm ciuitatē munitā] i. habitatores fortium ciuitatum Moabitici regni, [& oēm vrbē electā, & vniuersum lignum fructiferū succidetis, cunctosq;, fontes aquarū obtu-
Iosef. lib. 9. antiq. ca. 3. rabitis, & oēm agrūm egregiū operietis lapidibus. Factū est igitur manè, qn̄ sacrificiū offerri solet, & eccè aquæ veniebant p viam Edom, & repleta est terra] ꝓsertim alueus ille, [aquis.] Circa hoc Iosephus ꝓtestatur, quòd in superioribus partib9 Idumeæ pluerat vehemēter trib9 diebus, sicq; p iter Idumeæ descēdit aqua p alueū in fossata. [Vniuersi aūt Moabitæ audiētes ꝙ ascēdissent tres reges, vt pugnarent aduersum eos, cōuocauerunt oēs q accincti erāt balteo desup, & steterunt in terminis] i. in extremitatibus territorij sui, vt hostibus ꝓhiberent ingressum in suā regionē, & forsan in terminis illis erant loca angusta ad introeundū, sicq; facilius poterāt ibi resistere. [Primoq; mane surgētes, & orto iam sole exaduerso aquarū viderūt Moabitæ ecōtrà aquas rubras q̃si sanguinē,] qa aquæ præfatæ radijs solis pcussæ, apparuerunt turbidæ & quasi sanguine rubricatæ, vel supnaturaliter inerat color talis his aqs ꝓ Moabitarum deceptione. [Dixeruntq;: sanguis gladij est.] i. gladio fusus, quasi dicant, interfecerunt se inuicem. [Pugnauerunt reges cōtra se, & cæsi sunt mutuò. Nūc perge ad ꝑdam Moab. Perrexeruntq; in castra] i. ad exercitus seu tentoria [Israel. Porrò consurgēs Israel] i. Ioram cū populo suo & adiutoribus suis, [pcussit Moab. At illi fugerunt corā eis] i. qui percussionem euaserant, fugam arripuerunt. [Venerunt igitur qui vicerant, & percusserūt Moab, & ciuita-

tes destruxerunt, & oēm agrum optimum, mittentes singuli lapides, repleuerūt, & vniuersos fontes aquarū obturauerunt, & oīa ligna fructifera] Moabitarū [succiderunt] Ioram cū suis, [ita vt muri tm̄ fictiles] i. lateritij remanerent. Deut. 20. fuit pceptum: Non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debet vastare regionē, qm̄ lignum est, & non homo: ergo in isto facto trāsgressi sunt legē. Ad hoc aliq dicunt, ꝙ de licētia Dei fecerūt hoc, qa Heliseus pdixit ꝙ facerent istud, sicq; Deus dispensauit in lege sua. Alij dicunt, ꝙ lex loquitur de arboribus q̄ erāt in terra ꝓmissionis, nō de his q̄ erāt extra eandē. [Et circundata est ciuitas] metropolis regni Moab [à fundibularijs,] q per gyrum posuerunt machinas bellicas ad ꝓijciendū lapides magnos, & magna ex parte percussa. Quòd cùm vidisset rex Moab, ꝓualuisse s. hostes, tulit secū 700. viros educentes gladios, vt irrumperent ad regem Edom] i. violenter & cum impetu exirent ac fugerēt per eam partē, in qua [Idumæi vrbē circundederunt, qa ibi obsidio fuit debilior, vel forsan ex speciali indignatione cōtra regē Edom, ꝙ filijs Israel ferret psidium, voluerūt percutere eum. [& non potuerunt,] qa ab hostibus fuerūt repulsi in vrbē. [Arripiésq; filium suum primogenitum, qui regnaturus erat ꝓ eo, obtulit holocaustū sup murum] deo suo, s. Soli, vt fertur, quem coluit. Itaq; obtulit primogenitū suū in holocaustū, vt deus suus succurreret sibi in tāta angustia, vel vt aduersarij intuētes tantā suā necessitatē, cōpaterent atq; recederēt: ideò sup murū in pñtia hostiū immolauit. [Et facta est indignatio magna in Israel,] vel quia hi q erāt cū rege Israel, detestati sunt factum illud inhumanum, s. ꝓprij filij occisionē, & cōtra hoc indignati, vel sibi inuicē indignabant, ꝙ ad tātā angustiā pduxerunt aduersarios suos. [statimq;] ex cōpassiōe [recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terrā suā.] vel Deus indignatus est filijs Israel, ꝓpter eorū peccata, quibꝰ & ipsi irā meruerunt & vltionē diuinā, sicut & Moabitæ, cùm tn̄ aduersarios suos tam grauiter opprimendo, nō pœniterēt; nec castigarēt seipsos, sicut tēpore Mosis plagauit Deus filios Israel, q carnes sibi dari petterāt ad edendū. Nam quis cōtulit eis carnes, tn̄ ꝓtinus eos pcussit ꝓpter eorum cōcupiscentiā vitiosam, iuxta id Psal. 77. Adhuc escæ eorum erāt in ore ipsorum, & ira Dei ascēdit super eos. Præterea quidā hìc scribit, nō esse probabile nec rationabile, dicere, ꝙ populus Israel ex cōpassione ab obsidiōe recesserit, quia immolatio illa fuit magis offensiua Dei, q̄ placatiua: & rursus, quia ex illa immolatione perpenderunt, ꝙ Moabitæ non potuerūt diu resistere, sicq; ex hoc incitati fuissent ad continuandum obsidionē: ideò ponit & approbabat expositionem R. Salamonis, dicentis ꝙ rex Moab interrogauit sapientes suos cur Deus Israel ita iuuaret Israeliticum populum, qui dixerunt, ꝙ propter merita Abrahæ, q voluit filium suum Isaac immmolare: quo audito, rex Moab obtulit filium suū deo suo, videlicet Soli. Vndè tunc facta est indignatio seu ira super populum Israel, qm̄ angelus pſidens Moabitis, commemorauit coram Deo scelera filiorū Israel, idcircò misit Deus pestem in eos, sicq; cōpulsi sunt ab obsidione recedere. sed ista reprobat R. Paulus, qm̄ Moabitæ sacras historias de Abraham nescierunt, & alia multa inducit quæ non procedunt formaliter. addit tn̄, potiùs esse credendum, ꝙ coluerunt deuotione, ꝙ filios suos eis immolauerunt, quemadmodum scriptum est. Psal. 106. Immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs. quo audito, rex obtulit filium suum, & tunc facta est indignatio in Israel, qm̄ tam perniciosum exemplum præbuerunt gentilibus. ¶ Moraliter, ex isto cap. edocemur, in omni tribulatione ad Deum cōfugere, deficiente nobis aqua sapientiæ salutaris, de qua ait Saluator Ioan. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Fontem sapientiæ inuocare, iuxta quod admonet S. Apostolus Iacobus: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei: postulet aūt in fide nihil dubitans. Præterea ex cōsideratione propriæ defectuositatis, insufficiētiæ & indignitatis, debemꝰ spiritalium & perfectorum virorum pietatem rogare, vt orent prò nobis: & tam sanctos triumphantis Ecclesiæ, quàm virtuosas personas ecclesiæ militantis, in subsidium implorare, secundū illud Iob 5. Ad aliquem sanctorum conuertere. Quòd si aqua ista defuerit nobis, trademur in manus Moab, i. diaboli qui superbus est valdè, qm̄ neminem diligit Deus, nisi qui cum sapientia inhabitat. Si verò voluerimus aquam istam suscipere sine vento, i. clamore disceptationis humanæ & sine pluuia informationis philosophicæ, faciamꝰ in alueo, i. intimo fundo cordis nostri fossas & fossas, id est, profundas considerationes, ex quibus vera humiliatio generatur, vt tam ex cōtemplatione maiestatis diuinæ & perfectionis sanctorum ipsius, q̄ ex propriæ vilitatis, fragilitatis ac vitiositatis attentione, humiliemus nos iugiter valdè, sicq; fluētis sapientiæ desupèr impleamur. Ampliùs exemplo Helisei discamus veræ mentis constantiam & omnem inordinatū timorē abijcere, nec homines formidare, nisi in Deo: quia q aliter timet, citò corruet: nec æmulemur in malignantibus, nec eos qui in seculo prosperantur, appreciemur, imò ꝓ nihilo reputemus oēs aduersos à dn̄o, inquantū sunt tales. Postremò dum nobis diuina illuminatio deest, studeamus cor nostrum sursum erigere per psalmorum & canticorum atq; orationum

Margin notes: Exo. 16. 13. — R. Salamō — R. Paulus. — Iacob. 1. — Sapient. 7. — Prou. 19. — Psalm 36.

depromptionem, per pectoris tonsionem, corporis prostrationem, genuflexionem, per oculorum ad cælum directionem, per manuum expansionem, per gemitum & singultum ac consimilia, quæ deuotionis sint incitamenta.

¶Expositio cap. 4. Mulier autem quædam de vxoribus prophetarum. Art. 5.

PRosequitur iam scriptura miracula Helisei, & recitantur hic quatuor ipsius miracula. [Mulier aũt q̃dã de vxoribus prophetarum, clamabat ad Heliseum.] Expositores catholici & Hebræi vnanimiter aiunt, fœminã hanc fuisse coniugem Abdiæ prophetæ, & erat multùm deuota. ideò ad Heliseum tanq̃ ad Dei amicum, in necessitate sua confugit, [dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est. & tu nosti quia seruus tuus fuit timens Deum] filiali timore. Hoc vidua cõmemorauit, vt Heliseus magis ad cõpatiendũ sibi flecteretur, tum quia ipsa vidua erat, cui p̃sertim est incurrendum, tanq̃ personæ humano solatio destitutæ, tum propter viri sui virtutes. [Et ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi] p debito viri mei, q̃ persoluere nequeo. Fuit equidẽ Abdias indebitatus ex subuentione (vt creditur) qua centum prophetas in speluncis nutriuit, quibus necessaria procurando, debita hæc contraxit. ideò pijssimum fuit, vxori eius succurrere. quod sciens Heliseus, celerrimè ei subuenit. [Cui & dixit Heliseus: Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa rñdit: non habeo ancilla tua quicq̃ in domo mea, nisi parum olei quo vngar] pro temperamento æstiualis caloris, iuxta illius consuetudinem regionis. Aliq tñ exponunt, quo vngar, i. reficiar, illud in cibis pro condimento ponendo. [Cui ait: Vade, pete ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca, & ingredere & claude ostiũ tuum, cùm intrinsecùs fueris tu & filij tui, & mitte indè in omnia vasa hæc,] i. aliquid de oleo illo funde in singula vasa ista, [& cùm plena fuerint, tolles. Iuit itaq; mulier, & clausit ostium super se & super filios suos: Illi offerebant vasa,] i. filij eius præsentauerũt vasa matri, [& illa infundebat.] Cumq; infunderet parũ quid olei in vasa, creuit oleum in quolibet vase & multiplicabatur in semetipso sicut panes quinq;, ex quibus Christus pauit 5. milia virorum, superfluentibus 12. cophinorum fragmentis: quod qualiter factum sit, an s. p creationẽ, multiplicationẽ, augmentationẽ, seu alio modo, doctores super tertium sententiarum inquirunt. [Cumq; plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo, stetitq; oleum.] i. crescere & multiplicare sic desijt, omnibus vasis illis impletis. [Venit autẽ illa & indicauit homini Dei,] gratias referens ei, & iuxta ipsius voluntatem volens oleo vti. [At ille: Vade, inquit, vende oleũ, & redde creditori tuo.] i. ex precio olei debitum illi persolue. [tu autem & filij tui viuite] i. vitam sensitiuam vestram [de reliquo] oleo non vendito, vel de reliquo precio debitis superfluo sustentate. ac si dicat, tñ vendatis de oleo, vt debita persoluatis, & de residuo reficiatis vos, vel etiam vendatis pro parte, prout conuenit vobis, vt de precio ei⁹ necessaria ematis. Sequitur aliud signum: [Facta est autem dies quædam, & trãsibat Heliseus per Sunam ciuitatem,] i. per vrbem sic nuncupatam. [Erat autem ibi mulier magna] i. multùm notabilis, vtpotè prudens virtuosa, diues ac nobilis, q̃ (vt refert Lyra) Rabbi Salamon dicit fuisse Sororẽ Abisag, quam Dauid in senio suo accepit, quod verum non esse, satis ex litera probat Lyra, quia iam tempore Helisei fuisset circiter 120. annorum: & si dicatur miraculosè concepisse, ideò senium non obstare, obijcitur quod in textu vir ei⁹ senex vocatur, & ob hoc ipsa non habere filium insinuatur. Veruntamen si Rabbi Salamon dicat eam sororem, i. cognatam illius Abisag, cessat obiectio: qm̃ sicut viri eiusdem cognationis frequenter vocantur fratres, sic fœminæ eiusdem parentelæ, sorores & præsertim nobiles. [quæ tenuit eum] non violenter, sed rogando humiliter ac instanter, [vt comederet panem] i. cibum & potum acciperet. Omne etenim alimentum nomine panis exprimitur. [Qui cùm frequenter indè transiret, diuertebat ad eã, vt comederet panem. Quæ dixit ad virum suum: Animaduerto, q̃ vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter,] hoc enim considerauit ex morib⁹ eius, ex custodia visus, ex verborũ modestia, apparatuq; vultus, ex sobrietate & maturitate ipsius, p exteriora quippe noscuntur interiora, pbabili saltem & cõiecturali notitia. Vnde Prou. 17. legitur: In facie prudentis lucet sapientia, oculi aũt stultorum in finibus terræ. Et iterum. Pro. 27. fertur: Quõ in aq̃s resplẽdent vultus prospicientiũ, sic corda hoĩm manifesta sunt prudentib⁹. Hoc est q̃ Eccles. 19. scriptũ est: Ex visu cognoscitur vir. & ab occursu faciei cognoscit sensatus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enunciant de illo. Rabbi Salamon, vt recitat Lyra, dicit, quòd mulier sanctitatẽ Helisei animaduertit ex hoc, quòd nulla musca vel immunditia alia super mensam eius resedit. sed non videtur, quòd mulier in tantùm appropinquauerit mensæ Helisei, quòd hoc adspicere quiuerit, quia nec ad alloquendum cameram eius intrauit, in qua ipse seorsum comedit, vt statim patebit. sæpissimè autem ponit R. Salamon ille abusiuè & friuola. [Faciamus ergo] hoc est, pparemus [ei cœnaculũ paruũ, & ponamus in eo lectulum & mensam & sellam] id est, sedile, [& candelabrum, vt cùm venerit ad nos, maneat ibi.] vt possit seorsum comedere, & oratiõi insistere, & suas necessitates exercitationesq; face.

3. Reg. 18.
Matth. 14. Marc. 6. Ioan. 6.
R. Salamõ
Eccles. 19.
R. Salamõ
Idem

tere. sic Rabanus alijq; exponunt. Facta est ergo dies quędam, & veniens diuertit in cœnaculū, Rabanus
& requieuit ibi. Dixitq;] Heliseus [ad Giezi puerum suum: Voca Sunamitē istā] hoc est, fœminam de Suna vrbe Samariæ oriundā, seu in ea manentē. [Qui cùm vocasset eam, & illa stetisset coram eo] i. extra & prope ostium cœnaculi Helisei, ita quod inuicèm poterant se videre, non tñ intrauit cœnaculum (Heliseo pñte) vt infrà innuitur. Nam & protinùs subditur: [dixit] Heliseus [ad puerum,] hoc est, ministrum suum Giezi: [Loquere ad eam:] Eccè quod sanct' vir non loquebatur immediatè ad illam. Vnde & satis conijcitur, quod per notabilem distantiam stetit ab Heliseo amota. [Eccè sedulè] i. assiduè [ministrasti nobis: Quid vis vt faciam tibi? Nunquid habes negocium, & vis vt loquar regi siue principi militiæ?] pro te, i. si eges auxilio meo, libenter te apud regem iuuabo. Sciebat quippe Heliseus se à rege Ioram & principe suę militiæ in honore haberi, tanq̄ successorem Heliæ, & quia procurauit regi & adiutoribus ei' aquam, quibus & pdixit victoriam. prout præcedenti habetur capitulo. [Quæ respondit:] 4. Reg. 3.
Compendiosè tanq̄ fœmina prudens, quia non decet mulierē sine necessitate verba multiplicare, potissimè corā sapiētibus viris. [In medio populi mei habito] i. inter consanguineos & propinquos, ita quod nullus mihi iniuriatur, idcircò non indigeo ad regem recurrere, & si indigerem, propinqui mei loqui possent pro me. [Et ait] Helise' non ad mulierē, sed ad Giezi: [Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitq; Giezi: Ne quæras.] i. nō oportet hoc quærere, cùm certum sit & facilè sine interrogatione queat perpendi. imò tu posses hoc per te satis aduertere. [Filium em̄ non habet.] i. cum sit matrona tam diues & magna, certum ēst, quod nihil terrenum sic optet vt plem, cùm & in lege sit scriptum: Maledicta sterilis. [& vir eius senex est,] ita quod p Deuter. 7.
senio eam non valet fœcundare, deficiente in eo calore: ideò indiget supnaturaliter adiuuari ad plificandū. [pcepit itaq;] ministro suo, vt vocaret eam. Vndè elicitur, quod honestissima mulier illa interim abijt, cōferentibus s. Heliseo & Giezi, nec ex curiositate remansit euidenter aut clàm ad auscultandum, qd illi colloqrentur, cùm tñ sciret, aut pbabiliter ęstimare posset, quod loqrentur de ea. [quæ cùm vocata fuisset, & stetisset ante ostiū:] Ex quo palàm est, quod cameram Helisei nō introiuit. dixit ad eam: In tempore isto, & in hac eadē hora si vita comes fuerit, habebis in vtero filium.] hoc est, anno reuoluto, si vixeris, habebis in vtero filium eadem hora, q̄ nunc non numero, qm̄ tēpus quod prçterijt, idē numero nō iteratur, sed specie: simili modo angelus legitur dixisse ad Abraham, tēpore isto vita comite habebit filium Sara vxor tua. Genesis 18.
¶Porrò, vt in Scholast. hist. dicitur, In Hebræo sic cōtinetur: In tempore isto cùm tēpus vitæ, subaudi, adhuc erit tibi, habebis filium: & cōcordat, quod Lyra asserit in Hebræo haberi: In tēpore isto, sicut tempus vitæ amplexaberis filiū, hoc est, anno reuoluto eris sana, & amplexaberis filiū tibi natum, vt qdam exponunt Hebræi: [At illa respondit: Noli (quæso) mi dñe vir Pet. Com. hist. lib. 4. Reg. ca. 6.
Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.] Curialiter loquitur fœmina ista, non quod putaret Heliseum esse mendacem, aut fallere velle, sed ad insinuandū, id quod pmisit Heliseus, esse impossibile per naturam, atque implicitè rogans, vt verificaret & obtineret à dño, quòd spopondit. Vndè vt fertur. Hebræi legunt: Noli deficere ancillæ tuæ. verbum enim hebraicum designat vtrunq;, sic quòd credidit verbis Prophetæ, q̄uis ex admiratiōe prima facie ita locuta fuerit. [Et concepit mulier, & peperit filium in tempore, & in eadem hora qua dixerat Heliseus. sicq; quod ait, in tempore & in eadem hora, refertur ad verbū hoc, peperit. Nec obstat, quod dixerat Heliseus, Habebis in vtero: quia infra vnā horam poterat habere in vtero prolem, & parere eam. ¶Deniq; supernaturale fuit, quod senex ille generauit, & item, quod Heliseus non solùm prçsciuit hoc, sed etiam horam determinatam. Rursus supernaturale fuit, quod sciuit prolem dandam debere filium esse, non filiam. [Creuit autē puer, & cū esset q̄dam dies, & egressus esset ad patrē suum, & ad messores, ait patri suo: Caput meum doleò, caput meū doleo.] Vndè patet, quod iam fuit adultæ ætatis, & forsan calor intensus læsit puerulū, sicut habetur de marito Iudith, quod instabat super alligātes manipulos in cāpo, & venit æstus sup caput eius, & mortuus est. [At ille Iudith 8.
dixit puero: Tolle, & duc eum ad matrem suam. Qui cùm tulisset & duxisset eū ad matrē suā. posuit eum illa super genua sua vsq; ad meridiē, & mortuus est. Ascēdit autē & collocauit eū] s. puerū mortuū mater sua [super lectulū hoīs Dei,] quia camerā illam alij non intrabāt ex facili causa, [& clausit ostiū] ne quis puerum mortuum inueniret, cuius mortē nec suo manifestauit marito, vt aliq opinātur. [Et egressa, vocauit virū suum, & ait: Mitte mecum: obsecro, vnum de pueris] hoc est, ministris nostris [& asinam] super quā vehar, [vt excurram] hoc est, velociter pergā super asinam equitando [vsq; ad hoīem Dei, & reuertar. Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? Hodiè non fuit calendæ, neq, sabbatum.] In Calendis seu exordijs mensiū & sabbatis, tanq̄ in festis diebus, solebāt Iudæi ire ad audiendū doctrinā scribarū ac pphetarum. [Qui rñdit: Vadam,] hoc est, pcor vt permittas me ire. [Strauitq; asinā] per ministrū, [& pcepit puero: Mina & propera,] Asini nanq; & asinæ non vadūt velociter, nisi ad hoc impellantur, [ne mihi moram facias in eundo, & hoc age, quod pcepio tibi. Profecta est igitur, & venit ad virū Dei in mōte Carmeli. Cūq; vidisset eā vir Dei corā, ait ad Giezi puerū suum:

um. Eccè Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei: Rectè ne agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum?] Sciuit enim Heliseus, quod mulier tam pudica, non venit ad se pariter tamen sine ingenti causa. [Quæ respondit rectè.] Dicunt aliqui, quod in hoc sit mentita, & quod non oporteat eam à mendacio excusari. Veruntamen dici potest, quod verissimè ita respondit. Rectè etenim, i. iustè circa eam & filium eius acciderat, quoniam Deus iusto iudicio ita disposuit, & pro maiori suiipsius gloria & honore, & pro ampliori parentum pueri ædificatione & gaudio. [Cumque venisset ad virum Dei in montem] Carmeli, in quo sanctus ille continuè exercitijs vitæ contemplatiuæ vacauit, [apprehendit pedes eius] quasi oblita consueti fœmineique pudoris, necessitate compulsa & victa, affectu honesto, [& accessit Giezi vt amoueret eam.] Vndè perpenditur, quod Heliseus non solebat admittere mulierum contactum neque ad pedes. [Et ait homo Dei: Dimitte illam, ne abstrahendo eam, augeas eius dolorem: quia non est afflicto addenda afflictio, nisi specialis & rationabilis exigat ratio: sicque discretus & pius propheta ex compassione relaxauit suum rigorem, & tolerauit venerabilis matronę attactum, quod nequaquam ex carnali processit affectu, sed ex vehementia quadam spiritualis amoris. Hinc subdit: [Anima enim eius in amaritudine est, & dominus celauit me, & non indicauit mihi,] i. mihi non reuelauit, quid vrgeat eam. Non enim omnia reuelabantur vni prophetæ, nec donum prophetiæ semper actualiter affuit prophetis, vt dictum est, sed iuxta moderamen sapię Dei tangebatur à spiritusancto. [Quæ dixit illi. Nunquid petiui filium à domino meo?] Q. d. Ego non rogaui te,
Gen. 25. vt mihi filium impetrares, sed tu primò mihi indè locutus es, & promisisti: idcircò decet te recuperare donum quod impetrasti, & nunc mihi ablatum est; alioquin impetratio illa est mihi causa maioris doloris. sic & Rebecca dum pueri in suo vtero collidebantur, dicebat: Si sic mihi futurum erat, quid necesse erat concipere? [Nunquid non dixi tibi, ne illudas me?] Hoc suprà dixisse non legitur, sed non omnia scripta sunt. Vel quod suprà dixit, Noli mentiri ancillæ tuæ, nunc resumit sub verbis istis: quia illusio videbatur filium procurare, nec conseruare. [At ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos,] disponendo te ad eundum velociter, & tolle baculum meum in manu tua, & vade:] vt per baculum meum, loco mei, fiat miraculum. [Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, non respondeas ei.] Cùm salutare, sit salutem optare, videtur quod aliquem non salutare, sit charitati contrarium: & quod salutanti non respondere, sit ingratitudinis & scandalizatiuum: cur ergo Propheta commisit hæc suo discipulo? Et respondendum, quod actus virtutum sunt exercendi loco & tempore opportuno. Quamuis itaque proximum salutare & salutantem resalutare, sint actus laudabiles in se, tamen ex rationabili causa possunt suspendi atque differri, vt scilicet interim quis altioribus vacet, & à Deo mentis intentionem non reuocet, occasionemque vitet confabulationis illicitæ. sic igitur Heliseus commisit hæc Giezi, quatenùs tanta intentione, deuotione, ac diligentia opus expleret sibi iniunctum, vt mentem nequaquam hinc indè effunderet, nec commisceret colloquia, iuxta quem modum Christus in Euang. Matth. 10. loquitur, missis à se ad prædicandum discipulis: Neminem per viam salutaueritis. [Et pones baculum meum super faciem pueri.] vt diuina pietate, & fide ac precibus & meritis meis puer resuscitetur. [Porrò mater pueri ait] Heliseo: [Viuit dominus, & viuit anima tua, non dimittam te,] nisi veneris mecum. Habuit namque ista matrona maiorem in Heliseo fiduciam, quam in eius ministro. [Surrexit ergo, & secutus est eam. Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox neque sensus.] Hoc est, Puer non reuixit, quia nec Giezi tantæ fuerat fidei, nec mater pueri in Giezi actibus confidebat, atque vt dicunt Hebræi quidam, ipse Giezi non impleuit in via Helisei præcepta. sed occurrentibus interrogantibusque respondens, iactanter dixit se missum ad suscitan-
1. Cor. 10. dum defunctum. Est & mystica ratio, quoniam omnia illis in figura, teste Apostolo, contigerunt. ¶Porrò, per baculum Helisei, tenor & rigor legis Mosaicæ exprimuntur: per ipsum autem Heliseum puero incumbentem, Dei filius incarnatus, humano generi condescendens: non ergo resuscitatus est puer, per superpositum sibi baculum: sed per incumbentem super se Heliseum, ad designandum, quod non lex Mosis, sed virtus & gratia Christi spiritualem viuificationem hominibus est largita. ideò loquitur Paulus Hebræ. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Et rursus: Si data esset lex, quæ possit viuificare, verè ex lege esset iustitia. Hinc & Euang. Ioan. 1 Lex, inquit, per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. [Reuersusque est in occursum eius, & nunciauit ei, dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Heliseus domum. Et eccè puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusque, clausit ostium super se & super puerum, & orauit ad dominum] pro pueri suscitatione. [Et ascendit] lectulum. [& incubuit super puerum, posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. At ille reuersus] à contactu corpusculi exanimis, [deambulabat in domo,] hoc est, in camera illa, [semel huc atque illuc.] expectans an in defuncto illo aliqua signa vitæ inciperent apparere, quibus nondum apparentibus, [& rursus [ascendit & incubuit super eum, & oscitauit puer septiès, aperuitque oculos] in signum quod verè reuixit, imò & spiritualiter septem donis spiritussancti esset viuificatus. Possent hîc mul-
4. Reg 17. ta dici, cur Heliseus ita super puerum incubuit, seque incuruauit, & membra sua membris pueri su-

superposuit,& qualiter hoc agendo contraxit se, & de spūali significatione istorū quæ suprà in tertij lib. expositiõe sunt inducta, ideò breuitati studẽdum est. [Et ille vocauit Giezi & dixit ei: Voca Sunamitem hãc. Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum. Venit illa,& corruit ad pedes eius,& adorauit super terram. Tulitq; filium suum,& egressa est,& Heliseus reuersus est in Galgala,] Circa hoc Magister in hist. scribit: Hunc locũ sæpe frequentauit Heliseus, tum propter loci religionem seu sanctitatem, de qua in expositione 2. cap. dictum est: tum qm̃ ibi natus est,& in horto suo tale prodigium cõtigit ibi, vt vnus ex vitulis aureis acutè mugiret. quo audito, in Hierusalẽ sacerdos diuino nutu ait: Propheta in Israel natus est, qui sculptibilia deorum atque fusilia destruet. Sequitur tertium signum: [Erat autem fames [i. caristia] in terra] Israel propter idololatrarũ facinora. [& filij prophetarũ] hoc est, discipuli eorum [habitabant coram eo. Dixitq; vni de pueris: Pone ollam grandem,& coque pulmentum filijs prophetarum. Et egressus est vn⁹ in agrum, vt colligeret herbas agrestes, inuenitq; quasi vitem syluestrem,& collegit ex ea coloquintidas agri, & impleuit pallium suũ, & reuersus, conscidit in ollam pulmenti. Nesciebat enim quid esset.] i. cuius speciei & ꝓprietatis atq; saporis. ¶ Porrò Coloquintidæ sunt cucurbitæ syluestres & amarissimæ herbæ, instar vineæ se diffundentes in sepibus, habentes folia similia folijs vitis. [Infunderunt ergo socijs, vt comederent. Cumq; gustassent de coctione] pulmẽti, [exclamauerunt, dicentes: Mors in olla vir Dei] hoc est. mortifera q̃dam amaritudo, [& nõ potuerãt comedere. At ille: Afferte, inquit, farinam. Cumq; tulissent, misit in ollam, & ait: infunde turbæ vt comedat,& nõ fuit amplius quicq̃ amaritudinis in olla] nec in pulmento p̄fato: ꝙ factum est non virtute farinæ, sed oratiõibus ac meritis Helisei, vel p̄cibus eius data fuit supernaturaliter illi farinæ vis dulcorandi, amaritudinemq; pellendi. Sequitur quartum miraculum:] Vir autem quidam venit de Baal Salisa] i. oppido sic vocato, vel (vt aliq dicunt) sunt duæ dictiones,& legũt sic, de Baal, hoc est, planitie aut regione Salisa, i. vrbis sic dictæ, sicq; Baal est hic nomẽ cõmune. [deferẽs viro Dei panes primitiarum] i. panes triticeos primitiuos, hoc est, de primis frugibus anni illius. Nã quia fames fuit in terra, de tritico adhuc recẽte fecerat panes festinãter vir ille, quos speciali deuotione detulit Heliseo. Hinc istud non est intelligendum de panibus primitiarũ, q offerebant̃ in Pentecoste, ꝓut Num. 28. habet̃, nec de polenta q̃ offerebatur in Pascha, sicut in eodẽ lib. legitur. [Et 20. panes hordeaceos.] Nam hordeum in terra illa citiùs maturescit, sicq; de hordeo plures fecerat panes. Aliqui tamen dicunt, quod omnes panes isti erant hordeacei, nec in Hebræo haberi coniunctionem hanc, & nec eam esse de textu. [& frumentum nouum] i. grana cõfricata. Vndè in Hebræo fertur haberi,& granatam. [in pera sua.] hoc est, in sacculo. [At ille] s. Heliseus [dixit] ministro: [Da populo vt comedat. Respõditq; minister eius: Qantum est hoc,] q. d. valdè modicum est, [vt apponã coram 100. viris] erat em̃ tam parui panes, vt vnus vix sufficeret viro vni. ¶ Denique aliqui dicunt, ꝙ populus ille fuit 100. viri. Alij opinãtur, ꝙ populus erat plus q̃ 100. viri, ideò dixit minister. Quantũ est hoc, vt apponã 100. viris? q. d. non sufficiuut 100. viris,& per consequens minùs sufficiunt populo. vel secundum quosdam, duos panes primitiarum posuit ante centum. [Rursum ille ait: Da populo vt comedat. Hæc enim dicit dñs: Comedent,& supererit.] Hoc est, fragmenta manebunt satiatis, quia panes fuerunt miraculosè multiplicati, sicut de oleo dictum est in isto cap. [Posuit itaque coram eis qui comederunt,& superfuit iuxta verbum domini.]

Pet. Co. hist. lib. 4. Reg ca. 2. 4. Regũ. 2.

¶ De spirituali eiusdem cap. 4. intellectu. Artic. 6.

MVlier illa deuota, vna de vxoribus prophetarum, est figura Ecclesiæ filios duos habẽti, s. actiuos & contemplatiuos, seu conuersus ex Iudaismo & paganismo,& quia Ecclesia doctrinis atq; oraculis ꝓphetarum est fœcundata, bonorumq; operum fructib⁹ fertilis facta, rectè de vna de vxoribus ꝓphetarum vocat̃. Nam & synagoga olim fuit huiusmodi, quę nũc solam occidentem literam sequens, de semine vitæ concipit mortem. Creditor huius vxoris, est corpus corruptibile, aggrauans aĩam, seu mund⁹ positus in maligno, à quibus Ecclesia multa accepit,& quasi accommodauit obsequia, qm̃ caro per sensus exteriores & interiores, & p singula quęq; membra in multis deseruit fidelibus. similiter homines seculares Ecclesiasticis obsequuntur. hic creditor, vtpotè corpus, vult sibi à Christifidelibus satisfieri pro suis obsequijs,& militat aduersus animam: Ecclesia verò hunc aduersarium suum, oẽs Ecclesiæ filios impugnantem, vt seruient concupiscentijs suis, non potest efficaciter refrenare ac regere, nisi diuino munere adiuuetur: ideò clamat ad Heliseum, i. Christi pietatẽ & gratiã obtinere p̄catur, asserens mortuum esse virum suum timoratum, i. chorũ sc̃torum pastorũ & verè efficaciũ p̄latorũ, q olim optimè gubernauerunt,& direxerunt Ecclesiã. Cui Christus respõdet, vt hoc ipsum modici olei ꝙ ipsa habet, i. vnctionem & doctrinam sibi concessam, mittat in vacua vasa, i. cõmmunicet alijs, instruẽdo eos ꝓ posse, qualiter debeant cõuersari,& carnẽ domare: ꝙ charitatiuè & piè ac obediẽter agẽdo, merebit̃ cælitùs adimpleri, ac diuinis abũdare charismatib⁹ gratiosis, ita vt copiosè queat instruere ꝓximos,& corpori, ꝙ ei tenet̃, impendere, qa

Sapien. 9. 1. Iohan. 5. 1. Pet. 2.

vt ait Apostolus Rom. 8. Debitores sumus non carni, vt secundū carnem viuimus. ¶Præterea, Sunamitis illa mulier magna, designat animā verè fidelem, pſertim cōtēplatiuā, q̄ verus Helisæus, i. Christus, varijs modis misericorditer visitat. Ideò suggerit viro suo, i. intellectui qui aīam habet dirigere, vt pparet Christo in se paruum cœnaculum, i. cor humile ac deuotū, in quo saluator cœnet cum aīa, quēadmodùm Apoc. 3. ptestatur: Ego sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum eo, & ipse mecū. Reficitur em̄
Psalm 75. Christus nobiscum, dum nostris cōgratulatur pfectibus, & ponāt in isto cœnaculo lectulū, i.
Esaiæ 66. pacē & trāquillitatē internā. qa in pace est locus eius, q sup quietum descendet, & demoratur
Cantic. 1. in ipso. Lectulus quoq; est quies contēplationis, in qua spōsus quiescit cū spōsa, quæ ait: Lectulus noster floridus. & sellam, i. discretionē & verā virtutū ac veritatis examinationē. Nēpe
Psal. 88. iudiciū, i. discretio & iustitia, pparatio sedis eius. & mensam, i. diuinam scripturā. in qua quadruplex expositio, est quadripartita spūalium ferculorum pbitio. & candelabrū, i. oculū mētis, seu rectam intentionē, de qua loqtur dūs Matt. 6. Si oculus tuus simplex fuerit, totū corpus tuum lucidum erit. Huic mulieri cū qua filius Dei humiliter cōmoratur, q̄diu pdicta in ipsō reperiuntur, deest aliqñ fructus internæ fœcundationis, ita q ad tēpus sterilis redditur, eo q vir eius, videlicet intellectus, inueterascit, i. vetustate peccati deijcitur, & passionū squalore inficitur, ita q aīam non gubernat, sed à sensualitate potiùs gubernatur, & corpori seruit: sed Christus aīam q̄ elegit, misericorditer pueni, atq; insperata fœcunditate adimplet, & potest per Giezi pdicator verbi cælestis intelligi. Cumq; fructus ex charitate pcedens, ex calore cōcupiscentiarū & vitiorum fuerit mortificatus, Christus orante anima miseretur, & suum mittit ministrum cum baculo, i. cōminatione scripturæ ac rigore iustitiæ, vel etiam cum sustentatione clementiæ, & cōsolatione paginæ sacræ: qa & clementia per baculum designatur, iuxta illud Psal. 72. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Verùm ministro nō sufficiēte ad suscitandum, dñs & saluator manum porrigit adiutricem, & oculū suum ponit super ocu-
Prou. 26. lum animæ, dum sapientia sua intellectum animæ erudit. Manum quoq; suam super manum animæ, dum sua oīpotentia virtutem animæ roborat, & os suum super os animæ, dum eam ad loquendū salubriter dirigit. Dñi etenim est gubernare linguam, & ori adhibere custodiam. ¶Præterea p filios pphetarū designantur claustrales, & personæ deuotæ in cōgregationibus habitantes corā Heliseo, hoc est, Christo, & eius vicarijs, qbus Christus & eius vicarij iubent necessaria corpori & animæ exhiberi, in qbus necessarijs decoctionibus ac refectionibus corporalibus ac spiritalibus frequenter coloqntide cōmiscent, i. paupertas, tenuitas victus atq; vestitus, abstinentia ieiunium, disciplina, subtractio consolationis internæ, tentationū & aduersitatum amaritudo, exercitationum molestia, ita vt clament ad dñm: Mors est in cella. sed pijssimus dñs Iesus infundit farinam, dando consolationē mentalē, alacritatē deuotam, patientiam, fortem, illuminationē pijssimam, amoris sancti feruorem, intm̄, vt oīa quæ videbātur amara, reputentur dulcissima, & gaudeatur in eis, sicut in oībus diuitijs, ac dicatur: Non sunt
Roman. 8. condignæ passiones huius tēporis ad gloriam illam futuram. Itemq; sicut pro Christo abūdat
2 Cor. 1. tribulatio nostra, ita p Christum abundat consolatio nostra. & denuò, Secundū multitudinē
Psal. 93. dolorum meorum in corde meo, cōsolationes tuæ lætificauerunt animam meam. ¶Insuper, per virum q Heliseo panes portauit primitiarum, intelliguntur gloriosi Apostoli & pphetæ,
Roman. 8. q Christo humiliter ascripserunt, quicquid sapiētiæ & virtutis fuit in eis, atq; primitias spūs sibi datas, quorū dona & opera, exempla & documēta, fecit saluator toti Chrīano populo anteponi, vt reficerentur ex illis, nec potuerunt totum accipere, hoc est, imitādo implere. ¶Deniq; ex isto cap. multa sumuntur saluberrima documēta, & primo ex hoc q mulieri viduæ tā piè ac copiosè ac miraculosè subuentū est, eo q maritus eius cōtraxerat debita, prophetas Dei seruos ac pauperes sustentando: ostēdit, q̄ salubre ac placitum Deo sit, pauperibus & verè religiosis ac indigētibus domesticis ac deuotis necessaria impartiri; q̄tùm etiam hospitalitas piè
4. Regū. 8. exhibita, Deo cōplaceat, cōstat ex eo q Sunamitis illa Heliseum tam frequēter ac reuerenter hospitando meruit supnaturaliter fœcundari, defunctumq; filium suscitari, imò & contra futuram aurfam caristiam, vt infrà habetur. Opera enim pietatis ac misericordiæ non in futuro duntaxat, sed in pſenti quoq; pmiātur copiosè à dño. ¶Deniq; ex hoc, q Heliseus & venerabilis mulier illa habuerūt se adinuicē tam custoditè ac spūaliter, irrephensibiliter & deuotè, ita q Heliseus cum illa seorsum nulla videtur habere colloqa, & p intermediū ministrū verba
Rabanus. direxisse ad illā, nec ipsam admisisse ad cœnaculi sui ingressum, nec eam cognouisse ex noīe, qa nō aliter q̄ Sunamitem, eam vocasse describitur. Non em̄, vt Rabanus alijq; testant, tantam cum ipsa familiaritatem habebat, vt pprium eius sciuerit nomen. Hinc (inquā) ppendit, quā timoratè, pudicè & custoditè mutuò debeāt se habere viri & fœminæ, potissimè spūales psonæ, & oēm incautū vitare intuitū, periculosum contactū, suspectū colloquiū, separatam pſentiam, familiaritatem nociuam, & cuncta quæ ad vitiosam possunt cōcupiscentiam excitare, & solo spirituali amore esse contentæ. Ampliùs, q̄uis præclarissimi viri Helias ac Heliseus fuerint

erint magni valdè & gloriosi prophetæ, nihilominùs ad laudem omnipotentis, & commẽdationẽ & cõfortationem euãgelicæ legis perpẽdere possumus, quãta sit beatissimorum excellentia Apostolorũ super Prophetas: siquidem in toto veteri testamẽto nullus legit mortuum suscitasse, nisi Helias vnũ Heliseusq; duos, apostoli aũt plurios valde suscitauerũt defunctos, nõ vtiq; cũ tãta difficultate, vt Helias & Heliseus, qui toties super defunctos incubuerũt, sed sola & breui orõne, imò interdũ cũ quadã iussiõe. ¶Demũ sacratissim⁹ prĩceps Apostolorũ, per baculum suum ad defunctos discipulos per viuentes suos discipulos longè missum, tres mortuos suscitauit, vt in martyrologio recitatur sanctorum, quorũ trium vnus fuit S. Maternus, q quadraginta diebus fuerat mortuus. ¶Prætereà, si interdum exercitijs & refectionibus nr̃is coloquintidæ, i. tribulationes, desolationes, amaritudines fuerint mixtæ, studeamus has dulcorare, admiscẽdo farinã, i. dñicę passiõis acerbitatẽ, q̃ si ritè pensef, oĩs afflictio mitigaẽ, cælestisq; patriæ iucũditatẽ, & quantus sit fructus aduersitatum æquanimiter ppessarum, & impleamus illud Apostoli: Tristatur aliquis vestrum? oret. æquo animo? & psallat, atq; pensemus, quanta in futuro erit celeriter eorum dãnatio, qui nunc in labore hominum non sunt, nec cum hominibus flagellantur. Quòd si ad ista non fuerimus sufficientes, rogemus summũ Heliseum dñm Iesum Chrm̃, vt ipse consolationis suæ farinam dignetur infundere, & interim ab omni negligentia, pusillanimitate, ac vili consolatione abstineamus sine cessatione. 3 Reg. 17. 4. Reg. 13. Iaco. 5. Psalm. 72.

¶Elucidatio cap. 5. Naaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus. &c. Art. 7.

Describuntur hic duo Helisei miracula: Primum est, curatio viri gẽtilis à lepra. Secundũ introductio lepræ in proprium vitiosum discipulum. Naaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus] i. magnæ reputationis ac audientiæ [apud dominũ suum & honorat⁹ Nam propter suam probitatem, fortitudinem atq; prudentiam, honorabatur à rege suo & satellitibus eius, præsertim quia erat communitati valdè proficuus. Vnde subiungitur: [per illũ enim dedit Deus salutem Syriæ] i. pacem temporalem & prosperitatem Syris, quoniam erat in prælijs prudens ac strenuus, latrunculosq; vastauit, & aliqui dicunt eum fuisse, qui Achab regem iaculo perforauit: quod puto aut incertum, aut falsum, quanuis Rabbi Salomon dicat hoc, qui cum talibus dictis curiosis incertis frequenter se occupat, vt R. Paulus testatur & quanuis Lyra videatur hic consentire huic R. Salomonis dicto, aut saltem illud non reprobare, tamen ex eo quod in expositione libri tertij scribit, patet falsitas dicti istius. Ibi etenim scribit, quod is qui regem Achab sic sagittauit, fuit pedester. certum est aũt, ꝙ princeps militiæ fuit equester. videtur aũt Naaman iste fuisse vir bonus in genere suo & virtuosus, loquendo de virtutibus acquisitis, propter quod meruit temporalem istam victoriam adiutorio Dei, eo modo quo Hieronymus asserit Deum Romanis adhuc gentilibus contulisse monarchiam, ꝓpter eorum virtutes.] Erat aũt vir fortis] ideo aptus ad militiæ principatum. [& diues, sed leprosus:] & quamuis leprositas poterat ei ex naturali causa venisse, non tñ sine speciali prouidentia Dei, q per tam grauẽ corporeã infirmitatẽ, voluit eũ ad suã mĩam trahere. qa & virtuosus erat modo ꝑtacto. [Porrò de Syria egressi fuerãt latrũculi, & captiuã duxerãt de terra Israel puellã paruulã, q̃ erat in obseqo vxoris Naaman. Quæ ait ad dñam suã: Vtinã fuisset dñs meus ad ꝓphetã q est in Samaria ꝓfecto curasset eũ à lepra q̃ habet. Ingressus est itaq; Naamã ad dñm suũ [regẽ Syriæ, [& nũciauit ei, dicens. Sic & sic locuta est puella de terra Israel] vtpotè ꝙ ꝓpheta ibi existẽs, posset me à lepra curare. [Dixitq; ei rex Syriæ: Vade, & mittã literas ad regẽ Israel. Qui cũ profectus esset, & tulisset] ipse Naamã [secũ X. talenta argenti, & sex millia aureos] i. aureorũ denariorũ ꝓ sumptu ĩ via, atq; ad dãdum ꝓphetę, si curaretur ab eo. [& X. mutatoria vestimentorum] i. X. paria vestiũ, vel X. noua vestimenta q̃ mutatoria appellantur, qm̃ ꝓ veteribus vestibus recẽtes accipiuntur.] detulit literas] ex persona & no'e regis Syriæ, [ad regẽ Israel in hæc verba: Cũ acceperis epistolam hãc, scito ꝙ miserim ad te Naamã seruũ meũ, vt cures eũ] i. curari ꝓcures p ꝓphetam regiõis tuæ [à lepra sua.] vel q̃si honorãdo regem ait, vt cures eum à lepra. [Cumq; legisset rex Israel literas, scidit vestimenta sua,] Rex em̃ Israel ita accepit verba regis Syriæ, quasi rex Syrię ab ipso requireret, ꝙ ipsemet leprosum illũ curaret. ideò scidit vestimẽta sua, q̃si tãtã nõ valẽs sustinere blasphemiã, [& ait: Nunqd Deus ego sum, vt occidere possĩ & viuificare? qa iste] Aspnatoriè loquitur de rege Syriæ, tanq̃ de hoĩe tã erroneè & insidiosè sibi scribẽte, [misit ad me, vt curẽ hominẽ à lepra sua? cum tñ à lepra curare, sit supernaturale, & soli Deo possibile, sicut mortuum suscitare. [Animaduertite & videtete, ꝙ occasiones quærat aduersum me] i. q̃ multis calliditatibus conetur mihi nocere & pręualere, quia & nunc nititur me inducere, vt vsurpem mihi quod Dei est, hoc est, leprosum curare attentem, sicq; Deum offendam, qui irascens tradat me in manum regis istius, hanc catholicorum expositionem quidam improbare studens, dicit eam non consonare literæ sequenti, in qua Heliseus regem Israel repræhendit de vestium scissione: quod non fecisset, si rex Israel propter reuerentiam nomĩs Dei vestimẽta sua scidisset: & addit, ideò aliter dicitur, ꝙ s. vestes scidit ex impatientia, putans quod rex Syriæ quæreret occasionem mo 3. Reg. 22. R. Salamõ. Ra. Paulus Hieronym

uedi guerrã cõtra se, petendo à se rẽ impossibilẽ sibi. ¶Circa hæc dico, ꝙ pinducta catholicorum expositio, vera est & textui consona, quia rex Israel dixit: Nunquid Deus ego sum? q.d. ex dolore tantæ blasphemiæ vestes scindo. Quòd aũt sequentia huic expositioni non obuient, mox patebit. [Quod cùm audisset Heliseus vir Dei, scidisse videlicet regẽ Israel vestimẽta sua, misit ad eũ, dicẽs: Quare scidisti vestimenta tua?] Non dicit hoc reprehendendo, ꝙ vestes suas ex detestinatione blasphemiæ scidit, sed ꝙ verba regis Syriæ aliter & melius intelligere potuit, quia vel rex Syriæ ea sic intellexit, sicut rex Israel: nec intendebat hoc malum, ꝙ rex Israel suspicabatur eum intendere: sed potius, vt rex Israel ab Heliseo, tanq̃ à viro sibi subiecto, procuraret seruum suum curari. ¶Deniq; interrogationes huiusmodi, quibus sic dicitur, quare hoc aut illud fecisti, non semper intelligendæ sunt reprehensiuè, sed quãdoq; per modum admirationis, quandoque per modum solatij aut bonæ locationis, vt cùm in Genesi Laban ait ad Abrahæ seruum: Cur foris stas? Et suprà libro secundo Areuna dixit ad Dauid:
Gen. 24. Quid causæ est, vt dominus meus veniat ad seruum suum? In Euangelio quoq; benignissima
2. Reg. 24. Christifera virgo ait suo dilecto: Fili, quid fecisti nobis sic? Et iuxta hos modos verba Heli-
Lucæ. 2. sei possunt intelligi. [veniat ad me, & sciat] per suæ curationis effectum, [esse prophetam in Israel,] ad gloriam Dei conuersionemq; sui. [Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & stetit ante ostium domus Helisei. Misitq; ad eum Heliseus nuncium, dicens: Vade & lauare] hoc est, nudum te laua, [septies in Iordane, & recipiet sanitatẽ caro tua, atq; mundaberis] Nõ solùm in carne à lepra, sed etiam mente à lepra spirituali, i. perfidia. Ob mysticam causam infrà tangendam, iussit hoc Heliseus ex diuino instinctu, & itèm vt curatio illa mirabilior appareret, & tota Deo ascriberetur, cùm certum esset, in aqua Iordanis nullam esse virtutẽ curandi leprã, sicq; Naaman citiùs cõuerteretur, crederet, sicut & factum est. [Iratus Naaman, recedebat, dicens:] Irascebatur, qa cõmissio seu iussio illa Helisei videbatur sibi omninò irrationabilis esse. Respexit enim ad naturalem vim aquæ, non ad omnipotentiam Dei, quæ nondum sibi innotuit. [putabam ꝙ egrederetur ad me, & stans inuocaret nomẽ domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me,] Vndè videtur Naaman æstimasse, quod in persona Helisei fuerit virtus aliqua lepræ curatiua: ideò misit eum propheta ad fluenta Iordanis,
Leui. 13. quatenùs nõ sibi, sed Deo suã attribueret curam. ¶Prætereà quamuis in lege prohibitum fuit tangere leprosum, non tñ his, qui suo tactu, Deo inspirante, curare poterant lepram. [Nunqd non meliores sunt Abana & Pharfar fluuij Damasci, omibus aquis Israel, vt lauer in eis & mũder? Cùm ergo vertisset se, & abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei: Pater, & si rẽ grandem dixisset tibi Propheta, certè facere debueras] eã spe sanitatis recuperãdæ. Habuit aũt Naaman se tam maturè, amarosè & piè ad seruos suos, ꝙ vocabãt eum patrem magis quàm dñm. [Quanto magis, quia nunc dixit tibi, Lauare, & mundaberis? Descendit, & lauit] se [septiès in Iordane iuxta sermonẽ viri Dei.] Nam quia vir prudẽs erat, rationabili psuasioni etiam subditorum suorum obtemperauit. [& restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus est.] hoc est, pfectè curata est, & pura effecta instar infantilis corpusculi quod tanto est purius, quanto minus habet de extraneis materijs sibi adiunctum, quemadmodum enim vinum paulatim à sua puritate recedit, quanto plùs lymphatur, & tandem ex aquæ admixtione corrumpitur: sic caro ex alimentorũ appositione pedetentim impurior redditur, quousq; tandẽ omninò dissoluitur, vt primo de generatione docet Philosophus. [Reuersusq; ad virũ Dei cum vniuerso comitatu suo,] vt ei gratias ageret, ac munera largiretur, atq; vt Dei magnalia fateretur, seq; deceterò fidelẽ futurum protestaretur, [venit & stetit coram eo] vel quia domum Helisei intrauit, vel quoniam Heliseus exiuit ad eum, [& ait: Verè scio ꝙ nõ sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantũ in Israel] i. ꝙ nulla gens colat verũ Deũ nisi plebs Israel: q̃uis enim in alijs gentibus fuerint aliqui boni Deum colentes secundũ legem naturæ, cũ fide Chri venturi, implicita aut explicita, illi tñ erant paucissimi: sed in Israel sub Heliseo fuerunt multi. & ꝙ ait, in Israel, nõ est intelligendũ tantũ de tribubus decẽ, sed & de regno Iudæ, quod tunc sub Iosaphat pro maiori parte coluit Deum, q̃ populus decẽ tribuũ. Itaq; quod ait, Scio ꝙ non sit Deus in vniuersa terra, nisi in Israel: non est intelligendũ, ꝙ Deus omnipotẽs & immẽsus, erat terminis terræ Israel circunscriptus, cùm ipse vbiq; per essentiam, psentiam, potentiamq; existat, sicut ait per Hieremiã: Nũquid non cælum & terram ego
Hier. 23. impleo? sed ꝙ in populo Israelitico potissimè colebatur, secũdũ sensum præhabitum. [Obsecro itaq; vt accipias benedictionem] i. munerum collationem [à seruo tuo. At ille rñdit. Viuit dñs, antè quẽ sto, qa nõ accipiã,] ne videar vendere donum Dei, aut pro illo quicq̃ accipere. [Cũq; vim faceret] i. ipse Naamã instãtissimè & cũ importunitate quadã rogaret, pphetam aliqd accipere, [penitùs non acquieuit.] Si Naaman nondũ pfectè instructus in his quæ fidei sunt, phibuit, tẽporalia dona tanq̃ pcium beneficij sibi exhibiti, illicitè pbuit, q̃uis p ignorantiã excusetr. Si aũt pbuit tẽporalia illa tãq̃ sustẽtaculũ vitæ, & tanq̃ liberale atq; gratuitũ donũ ex charitate, deuotiõe & gratitudine, benè egit: & illo modo Heliseus recipere poterat, vt dictum

ctum est in expositione 1. libri. Attñ propter maioré perfectionem recipere noluit. Primò, ne 1. Reg. 9.
Simoniacis daret aliq̃ occasioné Simoniacæ prauitatis. Secūdò, ob maiorem ædificationem illorum gentiliũ, vt viderent seruũ veri Dei tẽporali cũcta despicere, & ex charitate & pietate, non ex cupiditate, subuenisse infirmo, nec q̃rere ꝓpria cõmoda, sed aliorum subsidia. Tertiò, ad insinuandũ q̃ enorme sit crimé, in exhibitione spiritualiũ aliꝙ temporale p modũ pacti, conuentiõis aut cõditionis, exigere, quãdo tãtus ꝓpheta etiã spõtè oblata renuit acceptare. Ex quo cõstat, q̃ incautè & periculosè multi modò se habeãt, q sub paupertatis ꝑtextu, colore seu apparẽntia seu existẽtia, in exhibitione spiritualiũ temporalia exigũt: ꝙ non solũ iure diuino, sed sacris quoq; canonib⁹ ac patrũ decretis districtissimè ꝓhibeť. Vñ ad vitãdum huiuscemodi scelus, religiosis ꝑcipiť, ne vltra numerũ personarum, quẽ valẽt sustentare, recipiãt: & rursus ab Vrbano papa quinto, Gregoriq; vndecimo iussum est, ne religiosæ personæ directè aut indirectè p se, interpositáue personã aliquid tẽporale à recipiẽnda vel recepta q̃rant persona in eius receptiõe, nec anteà nec posteà, sicut de hac re nuper in quibusdã pleni⁹ demõstraui tractatulis. ¶ Veruntñ q̃ri potest, cũ sanitas sit res corporalis, cur ꝓ ea accipere aliquid tanq̃ preciũ sit Simonacũ? Rñdetur, ꝙ sanitas in se, corporale qd est: sed taliter & supnaturaliter ꝑstita, spiritale fuit bonũ atq; desupèr gratuitè datum. [Dixitq; Naaman: Vt vis] i. secundũ tuã fiat voluntaté. [Sed obsecro, cõcede mihi seruo tuo, vt tollã onus duorum burdonum de terra,] i. de terra regni huius mecũ faciam deportari, quantum queunt portare duo Burdo
burdones, quæ sunt animalia genita ex equo & asina, quemadmodum muli ex equa & asino generantur. Cur aũt Naaman voluerit secũ ferre de terra illa, subiungitur: [Non eñ faciet seruus tuus vltra holocaustũ aut victimam dijs alienis, nisi dño] i. soli vniuersorũ dñatori vero Deo. ac si dicat, De terra ista ædificabo altare, super ꝙ verò Deo deinceps sacrificabo. Aliqui tñ dicũt ꝙ terrã illam attulit secũ, vt sterneret eã in phanis idolorũ q̃tenus super eã stans, Deũ Israel adoraret, sed primũ veriùs reputatur, poterat tñ de terra & saxis Syriæ ędificare altare: sed ex deuotione ad Deũ Israel, voluit de terra cultus sui illud cõstruere, reputans illam sctã propter cultum Dei in ea. [Hoc aũt solũ est, de quo] mihi ignoscendo vel non imputando ad culpam, [depreceris dñm pro] me [seruo tuo, quando dñs meus] rex Syriæ [ingredietur templum Remmon] i. idoli sui sic dicti, [vt adoret] idolũ illud,] & illo innitente super manum meã, [quia tunc reges innitebantur super aliquem principé habenté officium sustentandi regé, sicut modò innituntur reginæ, prout in libro Hester de ipsa regina Hester habetur, ꝙ super vnam famularum innitebatur, q̃si corpus suum præ delicijs ferre non sustinens, [si adorauero in templo Remmon, vt ignoscat mihi dñs seruo tuo pro hac re.] Istud à diuersis, varijs modis exponitur, quidam exponunt sic, si adorauero in templo Remmon, non idolum illud, sed verũ Deũ, tñ si simulauero me idolum adorare, quia hoc sine offensa regis mei vitare non valeo, vt hoc dñs mihi indulgeat. & dicunt, ꝙ Heliseus hoc sibi concessit, dispensando 1. Thess. 5.
secum ad hoc agendũ, sed qm̃ simulatio idololatriæ, est culpabilis in se & scandalizatiua, & Matth. 5.
contra illud Apostoli, Ab om̃i specie mali abstinete: & contra illud, Sic luceat lux vestra corã hoĩbus: ideo alij asserunt, ꝙ Heliseus nõ potuit istud pmittere, nec dispensabile fuit, idcircò exponũt sic, si adorauero in tẽplo Remmon verũ Deum, non simolando idoli adorationem, sed quantũ ad locũ, cõmunicando cũ rege idololatra, ita vt in eo phano Deũ verum adorem in quo ipse idolũ suum: ꝙ non est malũ in se, qa vbiq; Deus potest adorari & coli: & tñ potuit apud ignorãtes habere specié mali, quia vidẽtes me illuc introire cũ rege, poterant æstimare, ꝙ ꝓ ea causa illuc ingrederet, pro qua ipse: & quãtùm ad hoc, indiguit dispensatiõe q̃ facere poterat Heliseus, ꝑsertim ex instinctu diuino: vel vt aliqui dicut, solũ declarauit, hoc ipsi Naman non esse illicitũ. Vndè aliqui astruunt, ꝙ quanuis idololatria & eius simulatio fuerint vitiosæ de lege naturæ, non tñ id, quod habet specié talis simulationis, dũmodò non sit in eo idololatria aut simulatio eius. Prætereà quidã exponunt sic, ꝙ Naaman solùm petiuit, vt suum officium, s. sustẽtare regé, posset licitè facere in phano, sicut & extra phanũ, & vt ante suã curationé facere cõsueuit, & ꝙ Heliseus cõcessit hoc, qa non fuit illicitum. sed istud non videť textui consonare, in quo legiť Naaman postulasse, vt si adoraret in tẽplo Remmon, dñs super hoc sibi ignosceret: nec ait, vt si sustentaret regem, de hoc sibi à Deo ignosceret. Circa hæc inter cætera redarguit Lyra quosdam, dicentes ꝙ Naamã fuit neophytus, qm̃ ꝓpriè loquendo, Νεόφυτος dř, qui de nouo ad aliq̃ legé conuersus est. Naamã aũt non fuit cõuersus ad Iudaismũ, qa nõ fuit circũcisus. Verũ cõtra hoc loquiť R. Paulus, licèt Naamã nõ fuit conuersus ad Iudaismũ, nec circuncisus, fuit tñ neophytus, quia de nouo conuersus ad legé naturę, secũdũ q̃ idololatria & eius simulatio sunt illicitę. [Qui dixit ei: Vade in pace. Abijt ergo] Naamã [ab eo] s. Heliseo, redeundo ad propria, sanitate adepta, & petitionibus suis cõcessis. [electo] terræ [tẽpore] i. tpe apto ad remeãdũ, vel electo, i. prospero tẽpore terræ, qñ videlicet consecutus fuit desideria sua. Attñ, vt ait Petrus Comestor, Hebræus sic habet: Abijt ab eo aliquanto terrę spatio. Etenim legere vno modo vocatur trãsire, sicut cũ dicitur, Nauta legit mare, sicq;

metam?non tñ cum pacto talia percipiēdi, sunt spiritalia exhibēda, quēadmodū cū Naamā dispēsatū videt, vt regi suo cōmunicaret modò prefato, sic in primitiua ecclesia in omni ciuitate, villa & domo, vno credēte, & alio non credēte, necesse fuit dispēsari, vt fideles in fidelib9 cohabitarēt, & cōmunicarēt in multis, i. in rebus nō illicitis inseipsis, prout ad Cor. scribit 1. Cor. 7.
Apostolus de cohabitatiōe cōiugaliū fidelis ac infidelis. Postremò, per leprā Naamā, potest intelligi interior infectio atq; puersitas cuiuslibet peccatoris, pfertim ptinacia pprij sensus immansioq; proprię volūtatis, quæ duplex pestifera lepra per descēsum in Iordanē curatur, j. inconsideratione humilitatis ac baptismatis Christi, q in omnibus exinaniuit se ipsum, nec Philip. 2.
solùm patri ęterno, sed & matri virgineæ, imò & Ioseph fabro lignario subditus fuit, nec suā, sed patris venit facere voluntatē: & omni rationabili suggestioni ac petitioni promptisimè Luc. 2. Ioan 5.
acquieuit. Cumque nulli esset obnoxius culpę tñ propter nos dignatus est baptismum suscipere, De spiritali demum significatione hac leprę, sanctus & gloriosus pater Bernardus optimè loquitur in sermone 3. de resurrectione domini. Mat. 3. Luc 3. Ioan. 1. Bernard.

¶Elucidatio cap. 6. Dixerunt autem filij prophetarum. Art. IX.

CONtinuatur hic narratio mirabiliū Helisei. Dixerūt aūt filij prophetarū ad Heliseū: Eccè locus in quo habitamus corā te, āgustus est nobis] i. arctus & strictus. Multos etenim cōuerterat Heliseus, & deuotarij illi numero ac merito creuerūt sub eius regimine. Dicūtq; aliqui, ꝙ Giezi dicipulus Helisei ex sua auaritia fuit filijs prophetarū Heliseū visitantibus grauis, ne cōsumerēt ea quæ Heliseo dabātur, quæ ipse in ppriū malebat cōuertere vsum & cōmodū: ideò eo propter leprā remoto, plures ad sāctū virū sunt cōgregati. [Emaus vsq; ad Iordanē, & tollāt singuli de sylua materias singulas] i. ligna, [vt ædificem9 nobis ibì locum ad habitādū [Qui dixit: Ite. Et ait vnus ex illis: Veni ergo tu cū seruis tuis. Respondit: ego veniam. Et abijt cum eis. Cumq; venissent ad Iordanē, cędedāt ligna. Accidit aūt vt cū vnus materiam succidisset, caderet ferrū securis in aquā. Exclamauitq; ille & ait: Heu heu heu dñe mi, & hoc ipsum] quod sic perdidi, [mutuo acceperā.] quasi dicat, si meū fuisset, minus curarē, sed nūc doleo vehememēter, cùm non habeā quod pro illo restituā. Vndè cōstat ꝙ pauperes erāt discipuli illi, & simplicib9 habitaculis, quæ ipsimet sibi cōstruebāt, erāt cōtēti, quo multorū etiā religiosorū curiositas sumptuosa arguitur. [Dixit aūt homo Dei: Vbi cecidit? At ille mōstrauit ei locū. Præscidit ergo] Heliseus [lignū, & misit illuc] i. in eum aquæ locū, in quē ceciderat ferrum, [natauitq; ferrū] nō virtute ligni in aquā pjecti, sed imperio Dei ac ministerio āgeli, atq; vt aliqui opinātur, lignum illud in aquā missum, ad formā manubrij fuit redactū, & ferrū per se intrauit in illud.] & ait: Tolle. Qui extēdit manū, & tulit illud. Rex aūt Syrię pugnabat cōtra Israel,] in festādo regnū decē tribuū, [Cōsiliūq; inijt cū seruis suis, dicēs: In loco illo & illo ponamus in sidias] i. viros armatos insidiantes, qui occultè improuiseq; noceāt Israelitis. [Misit itaq; vir Dei ad regem Israel, dicēs: Caue ne transeas in locū illum, quia ibì Syri in insidijs sunt. Misit itaq; rex Israel in locū quem dixerat ei vir Dei, & pręoccupauit eum] i. loca insidiarum Syrorum, capiendo eos ibidèm, vel præuiendo eos, ita ꝙ non poterant se ibi locare. [& obseruauit se ibi, non semel neq; bis] tātùm, sed sæpiùs. [Conturbatūq; est cor regis Syriæ pro hac re. Et conuocatis seruis suis, ait: Quare non indicastis mihi quis proditor mei sit apud regē Israel?] reuelādo ei secreta mea, hoc em̄ putauit rex Syriæ. [Dixitq; vnus seruorū eius: Nequaquàm dñe mi rex] i. nō, vt putas, aliquis nostrū pdit tua secreta regi Israel, [sed Heliseus ppheta qui est in Israel, indicat regi.] Israel [omnia verba, quæcunq; loquutus fueris in cōclaui tuo] i. quædā de omnibus, quantùm necessarium est regi Israel ea scire. [Dixitq; eis: Ite & videte vbi sit, vt mittam & capiā eum.] si rex Syrie credidit Heliseum cognoscere omnia verba à se etiā in cōclaui prolata, frustrà misit ad inquirēdū vbi esset, cùm Heliseus Mat. 2.
interim, si vellet, fugere posset, sed tanta est excæcatio impiorum, vt cùm vnū credāt atq; cōsiderent, non considerent aliud quod ex illo est cōsequens, sicut Herodes credidit puerū sibi à Magis denunciatū, esse Christū, in lege & prophetis promissum: & tñ misit ad occidendum eundē, putans se posse cassare oracula prophetarum de Christo prædicta, [Annunciauerunt ei dicentes: Eccè in Dothaim. Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cùm venissent nocte, circundederūt ciuitatem. Consurgens aūt dilucuio minister viri Dei, egressus est. Viditq; exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus. Nunciauitq; ei, dicens: Heu heu heu dñe mi. Quid faciemus?] i, qualiter obsidionem hanc euademus. [At ille rñdit: Noli timere, plures enim nobiscum sunt,] scilicet angeli sancti ad nostra subsidia præparati,] quàm cum illis.] sic & Ezechias 2 Paralip. 32. loquutus est: Nolite timere. Multo enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo. Cum illo est brachium carneum, nobiscum est dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, [Cumque orasset Heliseus] pro bono cummuni & subuentione diuina, [ait: Domine, aperi oculos pueri huius, vt videat.] i. da ei exterioribus oculis intueri auxilia nobis parata, vt mente intelligat ea, quæ sine tua cooperatione & illuminatione videre non valet. [Et aperuit dñs oculos pueri] non solùm solito modo, quo & omnia na-

turalia principalitèr fiunt à Deo, quoniã prima causa plùs influit, quã quæcunq; causa secunda, sed speciali materie dando puero virtutem videndi, quæ alij etiam astantes non videbãt. [& vidit: Eccè mons] ciuitatis Dothaim, in qua Heleseus fuit, [plenus equorum & curruum igneorũ in circuitu Helesei] per quos angelica agmina designabantur, quorum ministerio similitudine illæ curruum & equorũ igneorum apparuerunt in aere. [hostes verò] scilicet Syri [descẽderunt ad eum] putà ad Heleseũ, vt caperent eũ. [Porrò Heleseus orauit ad dñm, dicens: Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. Percussitq; eos dominus ne viderent, iuxta verbum Helisei [non omnimoda cæcitate, sed ea que appellatur acrisia, qua aliquid videtur con-
4. Reg. 5. fusè & indistinctè, non aũt distinctè cognoscitur: sic isti viderunt Heliseũ & Dothaim ciuitatem, ꝙ scilicet Heliseus esset homo quidam, & quod vrbs illa oppidũ quoddã existeret: sed quòd homo ille esset Heliseus, discernere non valebant. [Dixit aũt ad eos Heliseus: Non est hæc via] per quam itur ad vrbẽ, in qua Heliseum inuenietis, [neq; ista est ciuitas] in qua commoratur. Non enim in Dothaim, sed in ciuitate nomine Samaria habitauit cõmuniter, vt infrà in isto insinuatur capitulo. Vndè & præcedenti capitulo ait puella: Vtinã fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria. [Sequimini me, & ostẽdam vobis virũ quẽ quæritis. Duxit ergo eos in Samariã. Cumq; ingressi fuissent in Samariam, dixit Heliseus: Domine aperi oculos istorum vt videant.] i. prædictam cecitatem tolle ab eis, vt discernant ea quæ vident. [Aperuitq; dominus oculos illorũ.] Eccè quanta fecit omnipotẽs ad instantiã Helesei. vndè constat, ꝙ magnus erat amicus altissimi, & propheta eximius. [& viderunt] i. discreuerunt, [se esse in medio Samariæ] propter quod meritò timuerunt, videntes se esse in medio hostium, ex prętacta quoq; plaga cæcitatis erant perterriti. Talis quoq; cæcitas contigit duo-
Luc. 24. bus discipulis, cum quibus in die resurrectionis Christus transiuit, quorum oculi tenebran-
Gen. 19. tur, ne eum cognoscerent, vt habetur in Luca: ac Sodomitis in foribus Loth, vt patet in Genesi. [Dixitq; rex Israel ad Heleseum, cùm vidisset eos: Nunquid percutiam eos pater mi?] qui tam paternaliter subuenis mihi & regno meo. Et ille ait: Non percuties, neq; cepisti eos gladio & arcu tuo vt percutias.] hoc est, vt authoritatẽ habeas iure belli ad occidendum eos Ex isto probatur, quod sancti veteris testamenti inimicos suos dilexerunt, & benefecerunt eisdẽ reddendo bonũ pro malo, sicut subiungitur: [Sed pone panem & aquã coram eis] i. cibum & potũ, quæ nomine panis & aquæ significari in scripturis cõsueuerunt, ꝙ etiam ex sequentibus innotescit. [vt comedant & bibãt, & vadant ad dominũ suũ. Appositaq; est eis ciborum] haud dubiũ quin & potũ, [magna ꝑparatio. Et comederunt, & biberũt, & dimisit eos. Abieruntq; ad dominum suum. Et vltrà non venerunt latrones Syriæ] scilicet viri ꝑdicti aut alij Syri, qui vocantur latrones, id est, iniusti persecutores & vastatores Israeliticæ plebis, [in terram Israel,] ad nocendũ ꝓpter humanitatem & gratiã eis exhibitam ab Heliseo & rege, & ne rursus cæcitate percuterentur, & tanquàm ingrati occiderẽtur. Sed his videtur obuiare ꝙ subditur: [Factum est aũt, post hæc congregauit Benhadad rex Syriæ vniuersum exercitum suũ, & ascendit & obsidebat Samariã.] Respondetur, ꝙ in scripturis per talẽ modũ loquẽdi designatur aliqua temporis mora præ solito diuturna, quanuis nõ toto tẽpore duratura, iuxta
Esa. 2. quem sensum scriptũ est in Esaia: Non leuabit gẽs contra gentẽ gladium, nec exercebuntur vltrà ad prælium, nec discent vltrà belligerare. Aliqui verò dicunt, quòd latrones Syriæ non venerunt vltrà in Israel tempore Helisei, quibus obuiat quod ista obsidio facta est Heliseo in Samaria existente, vt statim patebit. [Factaq; est fames magna in Samaria, & tam diu obsessa est] ciuitas à Syris, [donec venundaretur caput asini] qui tamen est animal comestioni in-
Leuit. 11. eptum, nisi in necessitate, atq; immundum secundum legem, [octoginta argenteis, & quarta
Iose. lib. 9. an. iu. ca. 4. pars cabi] id est, mensuræ sic nuncupate, [stercoris columbarum quinq; argenteis] denarijs. stercore illo columbino condiebant cibaria sua pro sale, vt Iosephus refert. Aliqui tamen dicunt, per stercus columbæ intelligi eius vesiculam, in qua recipit grana deforis sumpta, quæ vesicula proijci solet, sed tunc reseruabatur, vt grana ipsius venderentur famelicis. [Cumq; rex Israel trãsiret per murum] ad considerandum custodias eius, id est, propugnacula vel armatos in eis, [mulier quædam exclamauit ad eum, dicens: Salua me domine mi rex] id est, succurre mihi. [Qui ait: Non te saluet dominus, id est, nec à me, nec à Deo consequaris auxilium. Hoc dixit ex subita perturbatione & indignatione, putans quòd mulier illa quęreret sibi necessaria vitę dari, quib' & ipse indiguit, ꝓpter quod subditur: [Vndè te possum saluare de area vel de torculari?] quasi dicat, nec blada quæ seruantur in area, nec vinum quod in torculari exprimitur, tibi valeo exhibere, [Dixitq; ad eã rex: Quid tibi vis? Quæ respondit: Mulier ista dixit mihi: Da] mihi [filium tuum, vt comedamus eum hodiè.] id est, infantulum, vt eum occidam & coquam, quia tu abhorres eum occidere, [& filium meũ comedemus cras. Coximus ergo filium meum, & comedimus. Dixitq; ei altera die: Da filium tuum, vt comedamus eum. Quæ abscondit filium suum,] contra condictum, volens eum morti subtrahere, aut sola forsan comedere. [Quod cùm audisset rex, scidit vestimenta sua,] ex vehementi dolore,

dolore, quòd tanta esset in vrbe & plebe sua caristia, & quòd tam inhumanum scelus cōtigit ibì,[& transiuit per murum. Viditq; omnis populus] ibi præsens[cilicium,quo vestitus erat rex ad carnem]suam [intrinsecùs,]i. super nudum corpus,quod afflixit asperitate cilicij, vt misericordiam impetraret à dño.Coluit enim dñm vnà cum aureis vitulis,sicque imitabatur Achab patrē suum, qui audita cōminitione Heliæ,scidit vestem suam, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco,vt patuit suprà 3. Reg. 21. [Et ait rex: Hæc faciat mihi Deus,& hæc addat, si steterit caput Helisei filij Saphat super ipsum,]i. super reliquam corporis sui partem,[hodiè]i.per totam hāc diem.Hoc est,nisi hodiè fecero eum decapitari, Deus me puniat, & pœnæ pœnam adijciat. Hoc iurauit, vel quia putauit Heliseū impetrasse hanc populi afflictionem, dñm exorādo in vltionē criminū populi, sicut Helias impetrauit pluuiarū subtractionē, vel quia suis orationib⁹ nō impetrauit releuamē à tātis miserijs.[Heliseus aūt sedebat in domo sua,] in qua Samariæ morabaꝫ, [& senes sedebāt coram eo,]quos Iosephus vocat discipulos sicq; sapientia & maturitate morū fuerāt senes, ætate quoq; qdam eorū.[præmisit itaq; virū]i. rex misit ante se spiculatorē, [& anteq̄ veniret nuncius ille]vsq; ad domū Helisei,[dixit]Helise⁹ [ad senes] iam em̄ reuelatū sibi fuit à dño: [Nunquid scitis, ꝙ miserit filius homicidæ huc] s. Ioram rex filius ipsius Achab, qui in mortē Naboth cōsensit iniquè,sicq; Heliseus tam aspernāter loquut⁹ est de Ioram & Achab,non ex elatione,sed zelo iustitiæ propter illorū facinora,[vt pcidaꝫ caput meum? Videte ergo cùm venerit nuncius.] videlicet spiculator ad decollandū me missus,[claudite ostium,& non sinatis eum introire.] non ex inordinato mortis timore dixit hoc Heliseus, sed quoniā vita sua adhuc tam necessaria fuit cōmunitati, & propter id quod subditur: [Eccè enim sonitus pedū domini eius post eum est.]i.rex mox sequitur eum. Pœnituit enim Ioram de ista commissione ideó voluit spiculatorem de exequutione ꝓhibere,& q̄uis temerè id iurauit,tñ ex discretione voluit reuocare, & ab Heliseo consiliū auxiliumq; deposcere. [Ad huc illo loquēte eis. apparuit nuncius qui veniebat ad eum, & ait rex vel nūcius ex parte regis:[Eccè tantū malū à dño est]i. tanta aduersitas, vel etiam tm̄ crimen,s.interfectio atq; comestio proprij filij, à Deo accidit permissiuè. [Quid ampliùs expectabo à dño?]q.d. nō potest mihi peius succedere, ita vt desperatio posset me ad omē crimē pcipitare. ¶Iuxta mysticū sensum,securis qua ligna ad ædificandum præscinduntur,est sermo diuinus, quo hoīes conuertuntur, & relicta vanitate, Christo ac eius Ecclesię incorporantur. Vndè beatiss. Christi præcursor: Iam(inquit) securis ad radicem arboris posita est,Huius securis ferrum, est comminatio diuini iudicij ac æterni supplipij.Manubrium verò,est consolatio æternorum, spesq; pmiorum, quæ tenet operantem in opere bono:quia (vt ait Apost.)debet in spe, qui arat,arare: hoc ferrum cadit in aquā & mergit,dum pdicator de cōminationib⁹ tormētorū & rigore diuinę iustitię immoderatè sermocinaꝫ, non admiscēdo cōsolatoria verba,propter ꝙ audiētes magis ad quādā desperationem seu desolationē & pusillanimitatē, q̄ ad spiritalē ꝓfectū mouētur. ꝙ sentiēs pdicator, clamat ad Chr̄m,q dat pdicatori abundantiā verbi ad pdicādū de infinita misericordia creatoris, de pœnitentiæ fructu,de gaudijs beatorū,de exēplis eorū q post pctā grauissima efficaciter pœnitēdo, f. & sunt magni sc̄ti, sicq; ferrū ad manubriū redit. Insuper p regē Syriæ & ei⁹ insidias, designanꝫ diabol⁹ & eius ministri, qui callidissimis modis conantur veros Israelitas subuertere. sed Heliseus, i. sapientes prælati & prædicatores idonei, astutias dæmonū non ignorantes, cessant Dei populū auisare. propter quod spiritus illi nequissimi summè conanꝫ ipsos qui præsunt ac prædicant,vinculis constringere vitiorum,ac in suam redigere captiuitatē:sed excæcantur à domino, dum non permittuntur secretiora quæq; opera bona electorm cognoscere. Veruntamē interdū tam diu ac validè obsidēt & ipugnāt ecclesiā, ꝙ maxima spiritaliū bonorū penuria, defect⁹ pdicationū, ariditas cordis in ea est. Tunc ergo ꝑlati & Principes debēt intimè cōdolere,& sua corpora castigare,à sanctis quoq; hominibus implorare subsidium,ꝑsertim à dño.

¶Expositio cap.7. Dixit aūt Heliseus: Audite verbū dñi. Art. X.

QVàm gratiosè & miraculosè, insperatè incredibiliterq; celeriter Deus subuēnit populo Israel in tribulatione pfata, hìc recitatur:& hoc potissimè ex ꝓpria pietate, precib⁹ quoq; ac meritis Helisei, discipulorūq; eius & aliorum bonorū in Israel, qui nec Baal nec vitulos adorauerūt,& etiam propter q̄dam pœnitētialia opera regis, qui(vt pcedēti habeꝫ cap.)portauit ciliciū,& forsitā alia fecit similia,quæ non sunt scripta: quæ q̄uis non fuerint meritoria gratiæ in ꝑsenti, & gloriæ in futuro, quia idololatria fuit, tñ temporalē merebanꝫ remunerationē. [Dixit aūt Heliseus]ex reuelatiōe diuina:[Audite verbum dñi. Hęc dicit dñs: In tēpore hoc cras]i.crastina die,[+hora q̄ nunc est]s.eadē specie,[modi⁹ similę]i.farinę purissimę [vno statere erit,]i. ꝓ tali modica moneta seu pōdere paruo emeꝫ. [& duo modij hordei statere vno in porta Samarię. Respondēs vnus de ducibus]i.principalibus seruis regis,[sup cuius manu rex incumbebat, homini Dei, ait: Si dominus fecerit etiam cataractas,]i. fenestras seu meatus, p quos imber descēdit in cęlo aereo in quo nubes volitāt, aperiri, hoc est si Deus fecerit mox copiosissimā pluuiā descēdere,[nunquid poterit esse ꝙ loqueris?] q.d. nullatenùs

3. Reg. 19.
Iose lib 9. an. Iu. c 4.
3. Regū. 21.
Matth. 3.
Luc. 3.
1. Cor. 9.
4. Reg. 6.

nùs fieri poterit. sed quia caristia ista non fuit in vrbe Samaria ex defectu pluuiæ, sed obsidionis diuturnitate, qdam exponunt sic: Si Deus plueret farinam & hordeum instar aquæ, adhuc tñ non posset hoc fieri, quod tñ videtur manifestè falsum fuisse, sed dux ex mera incredulitate loquebatur ita peruersè, [Qui ait: Videbis oculis tuis] corporalibus, quod prędixi de emptione & venditione hordei ac farinæ, [& indè non comedes, Quatuor ergo erant viri leprosi] qui, vt aliqui opinantur, fuerunt Giezi & tres filij eius, qui consenserunt ei in crimine. [iuxta introitum portæ] i. extra & prope portam morantes, quia leprosi extra portam iubebâtur manere. [qui dixerût ad inuicê: Quid hîc esse volumus donec moriamur? Siue ingredi voluerimꝰ ciuitatê, fame moriemur: siue mâserimꝰ hîc, moriêdum nobis est. Venite ergo, & trâsfugiamus ad castra Syriæ. Si pepercerint nobis, viuemꝰ: si aût occidere voluerint, nihilominùs moriemur. Surrexerût ergo vespere, vt venirêt ad castra Syriæ. Cumq; venissent ad principiû castrorû Syriæ, nullum ibidem reperierunt: siquidê dñs sonitum audiri fecerat in castris Syriæ currûû & equorum & exercitus plurimi.] Dicût aliqui, ꝙ sonus ille diuina virtute ministerio angelorû fuit solùm in auribus Syrorû, deindè in imaginatione quasi ex sono foris exhibito, sicq; in appetitu sensitiuo sequutꝰ est maximus timor & fuga in corpore. Alij dicunt ꝙ sonitꝰ ille fiebat per angelos in aere, quod satìs probabile est, q̃uis vtroq; modo potuerit fieri. [Dixerûtq;] Syri [ad inuicèm: Eccè mercede côduxit aduersꝰ nos rex Israel reges Hittheorû & Aegyptiorû, & venerût super nos. Surrexerût ergò & fugerût in tenebris, & dereliquerût têtoria sua, & equos, & asinos in castris, fugeruntq;, animas tm̃ suas saluare cupiêtes,] i. solùm cogitantes, qualiter vitam suam possent ab imminête periculo, vt putabant, eruere. [Igitur cùm venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederunt, & biberunt. Tuleruntq; indè argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, & absćôderût. Et rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum: & indè similiter auferêtes, absćôderût. Dixeruntque ad inuicèm: Nô rectè facimus. Hęc em̃ dies boni nûcij est. Si tacuerimus. & noluerimꝰ nûciare vsq; manè, sceleris arguemur. Venite, eamus, & nûciemus in aula regis.] leprosis non licuit in aulam regis intrare, sed nûciauerunt custodibus portarû vrbis, & illi in palatio. hinc subditur: [Cumq; venissent ad portã ciuitatis, narrauerunt eis] i. portarijs, dicêtes: Iuimus ad castra Syriæ, & nullû ibidem reperimus hominê, nisi equos & asinos alligatos, & fixa têtoria. Ierunt ergo portarij, & nûciauerunt in palatio regis intrinsecùs. Qui] s. rex [surrexit nocte,] audito isto rumore, tñ non credidit, sed suspicatus est fraudem in Syris, qm̃ bellatores multis industrijs atq; versutijs vti solent, & interdû fugam simulare. [Et ait ad seruos suos: Dico vobis quid fecerint nobis Syri. sciût quia fame laboramus, & idcircò egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes: Cû egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Rñdit aût vnus seruorû eius: Tollamus 5. equos q remanserunt in vrbe, qa ipsi tm̃ sunt in vniuersa multitudine Israel: alij em̃ côsumpti sunt. & mittentes, explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos, misitq; rex in castra Syrorum, dicês: Ite & videte. Qui abierunt post eos vsq; ad Iordanê. Eccè aût omnis via plena erat vestibus & vasis, quæ proiecerant Syri, cùm turbarentur. Reuersiq; nuncij, indicauerunt regi, Et egressus populus, diripuit castra Syriæ:] i. oĩa qui reliquerunt in loco obsidionis, & in locis per quæ fugerût Syri, acceperunt ipsi filij Israel. [Factusq; est modius similæ statere vno, & duo modij hordei statere vno, iuxta verbum dñi. Porrò rex ducem illum in cuius manu incubuerat, côstituit ad portam, quê conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta ꝙ loquutus fuerat vir Dei, qñ descenderat rex ad eum. Factumq; est secundum sermonê viri Dei, quem dixerat regi, qñ ait: duo modij hordei statere vno erunt, & modius similæ statere vno, hoc eodê tempore cras in porta Samariæ, qñ responderat dux ille viro Dei, & dixerat: Etiam si dñs fecerit cataractas in cęlo, nunquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei: Videbis oculis tuis, & indè non comedes. Euenit ergo ei sicut prædictû erat, & cûculcauit eum populus in porta, & mortuus est.] Textus iste plenissimus expositione non eget. ❡ Spiritualiter verò docemur ex isto cap. quia omnipotenter multipliciter, piè & insperatè sciat dñs in se confitentibus subuenire, idcircò in ipso est semper sperandum. Quod si in Ecclesia quacunq; aut congregatione fuerit spiritualium alimentorum extrema inopia ac deformatio maxima, non tamen est desendêdum. Dñs enim interdum facit gratiam abundare, vbi abundauit iniquitas: & dum vult, præuenit gratiosè, atque de infidelium ac reproborum damnatione suos ditat electos: quia vt ait scriptura, Pestilente flagellato, stultus (id est, peccator) sapiêtior erit: sed fides requiritur, qm̃, infidelê sua côculcat perfidia. Postremò sicut leprosi dixerunt, si tacuerimus, sceleris arguimur, ita & nos nisi gratiam nobis concessam communicauerimus proximis nostris tempore opportuno, & Deû de suis mirabilibus ac beneficijs laudauerimus, ingrati Deo inueniemur & trâsgressores Apostolicę iussionis, qua dicitur: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Nempe vnicuique mandauit Deus de proximo suo.

Leuit. 13. Num. 5. Rom. 5. Pro. 19. 1. Pet. 4. Eccl. 17.

❡ Expositio cap. 8. Heliseus autem loquutus est ad mulierem, &c. Art. XI.

De-

DEscribuntur in isto cap. adhuc quædam magnalia Helisei, & q̃dam vitiosa de regib' Iuda & Israel. [Heliseus aũt loquutus est ad mulierẽ, cuius viuere fecerat filiũ] i. à morte suscitauit, imò & cõcipi ꝓcurauit, [filium, dicens: Surge & vade tu & domus] i. familia, [tua & 4. Reg. 4.
peregrinare vbicunq; repereris] i. cõmodum tibi esse prospexeris inter gentiles, vocabit em̃ dñs famem] i. venire iubebit in vltionẽ idololatriæ, aliorumq́; scelerum Israel, [& veniet ſuꝑ terrã] i. super habitatores terræ istius, [7. annis.] de qua sicut super Iohel. 1. scripsi, multi ex ponunt ꝙ à Iohele de maxima caristia ꝓnunciatur, & ita hæc fames fuit etiam in regno Iudæ. imò si ibi nõ fuisset, verisimile est, ꝙ Heliseus suggessisset huic deuotæ matronæ, poti' se trãsferre ad terram Iuda, q̃ ad gentiliũ regionẽ. Deniq; quia hęc mulier solicita fuit de ꝓuisione Helisei in necessarijs vitæ, idcircò & ipse eidẽ vicẽ repẽdit in isto, ne pateref penuriam. Tãta est eq́dem virtus misericordiæ, vt opera eius in pñti quoq; remunerari incipiant. Quidam 4. Reg. 4.
per famem intelligunt angelum ꝓpositũ fami. Ex quo sumitur argumẽtum, ꝙ sicut angel' aliquis pñdet regioni, & aliquis angelus malus alicui culpæ, sic & aliquis angelus alicui pœnæ. Vndè Apoc. 7. habetur, ꝙ angelus ascendẽs ab ortu solis, clamauit 4. angelis, quibus datum est nocere terræ & mari. Veruntñ pœnarum inflictio aliqñ exercetur per angelũ bonũ, vt de 4. Reg. 19.
Assyrijs constat, quorum 185. millia angelus bonus occidit, & angeli qui erant in domo Loth 2. Par 32.
percusserunt populum Sodomæ cęcitate: aliqñ verò fit per angelũ malum, sicut de excommu Eza. 37.
nicato scribit Apostolus, tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis. [Quæ surrexit, & fe- Gen. 19.
cit iuxta verbum hoĩs Dei. Et vadens cum domo sua, peregrinata est in terram Philistijm die 1. Cor. 5.
bus multis. Cumq́, finiti essent anni 7. reuersa est mulier de terra Philistijm.] Vndè patet ꝙ interim habitauit in regione Palestinorum, in qua, prout Gen. 20. & 26. recitatur, Abraham cum Sara, & Isaac cum Rebecca tempore famis morati sunt. [Et egressa est] de vrbe Suna, in q̃ rediẽs primò intrauit, qa de ea fuit, [vt interpellaret] i. de iure suo alloquereř [regem] Israel, s. Ioram, [pro domo sua & pro agris suis.] Nam interim cõtribules ipsius aut alij inuaserãt & occupauerant bona ipsius.] Rex aũt loquebatur, cum Giezi puero viri Dei, dicens: Narra mihi oĩa magnalia quæ fecit Heliseus.] Occasione huius verbi, aliqui opinãtur istud contigisse anteq̃ Giezi lepram incurrit, cũ non sit probabile, ꝙ rex loquebatur cum leꝓso. In scripturis qppe nõ sẽp seruať ordo rei gestæ narratiõe histo. Verũtñ istud incertũ est, quia nec in lege fuit ꝓhibitum affari leprosum, nec Ioram iste fuit legem obseruans. Ex speciali quoq; causa reges & magnates qñq; loquuntur leprosis, sicut iam patuit de rege Syriæ & Naaman leproso, sicq; accidere potuit ꝙ rex Israel certitudinaliter cupiens edoceri de mirabilibus Helisei, 4. Reg. 5.
personaliter alloqui voluerit Giezi. Aliqui verò putant, quòd Heliseus ex pietate interim Giezi istum curauerit, non obstante, quòd dixerat lepram Naaman ei perpetuè adhæsuram, quia quantùm ad perpetuitatem illam fuit hoc comminatio, & de rigore iustitiæ aut mysticus intellectus, vt dicunt. [Cumq; ille narraret regi, quomodo mortuum suscitasset, apparuit mu- Ibid.
lier, cuius viuificauerat filium, clamans ad regem pro domo sua & pro agris suis. Dixitque Giezi. Domine mi rex, hæc est mulier, & hic est filius eius, quem suscitauit Heliseus. Et interrogauit rex mulierem. Quæ narrauit ei vera esse. Deditq́ue ei] i. assignauit, [rex eunuchũ vnum, dicens: Restitue ei omnia quę sua sunt, & vniuersos redditus agrorum à die qua reliquit terram vsque ad præsens.] i. omnia quæ ei debentur de iure, iube ei restitui authoritate mei, hoc fecit rex propter virtutes fœminæ huius, & ob reuerentiam mirabilium Dei, & qm̃ Heliseo hæc mulier erat tam chara ac familiaris. Sequitur aliud vaticinium Helisei. [Venit quoq; Heliseus Damascum, & Benhadad rex Syriæ ægrotabat,] cuius ægritudinis causam Io Iose. lib. 9.
sephus tangit, dicendo, quod audiens se ab obsidione Samariæ territum aufugisse cum tanto an. Iu ca. 4.
dãno, nemine inuadẽte aut inuadere ꝑparato, sed diuino miraculo, præ tristitia & cõfusione seu ira & indignatione, infirmitatẽ hanc incidit. [Nunciaueruntq́; ei, dicentes: Venit vir Dei huc, & ait rex ad Hazael: Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule dominum per eum, dicẽs: Si euadere potero de infirmitate mea hac. Iuit igitur Hazael in occursum eius, habens secum munera, & oĩa bona] i. q̃dam de omnibus bonis [Damasci onera 40. camelorum] Estq́; hyperbole, quemadmodùm Pharao iussit mandari Iacob: Om̃ia bona Ae- Gen 46.
gypti, vestra erunt. oblitus videtur Benhadad, ꝙ Heliseus nihil accipere voluità Naaman cu- 4. Regu. 5.
rato. [Cumque stetisset coram eo, ait: Filius tuus Benhadad rex Syriæ] Eccè quante reputationis iam fuit Heliseus etiam apud Gentiles propter mirabilia sua, [misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate mea hac. Dixitque ei Heliseus: Vade, dic ei: Sanaberis.] videtur Propheta in hoc cõmisisse Azaeli, vt mẽtirẽt regi, & ipsum deciperet: quãt subiũgitur [Prorò] pro sed [ostẽdit mihi dñs. qua morte morietur.] istud aũt nõ cõuenit scõ viro & vati Dei. Ad hoc diuersimodè rñdetur: primò, ꝙ Heliseus dixit hæc verba per modũ propheticæ denũciatiõis, vt sit sẽsus, dic ei, i. dices, qua agnouit ꝙ Azael dicturus erat regi ꝙ esset curã dus Alij dicũt ꝙ ironicè fecit ei hoc dici tãquã regi idololatræ indigno diuina rñsione ex zelo iustitiæ Lyra verò tangit quẽdã modũ, iuxta quẽ hic esset literę sensus, dicei: Non sanaberis, sed hoc

non apparet, quia secundũ hoc verba subiuncta iam tacta, videlicet porrò ostendit mihi dñs, qa morietur, non differet à verbo ꝑhabito, s. dic ei, sanaberis. [Stetitq; cũ eo] i. Helisæus cum
Petr. Com. histo lib 4. Reg. cap. 12 Azaele, quẽ vt Mag. in hist. ait, traxit ad partem, & dixit ei, ꝙ sequuntur, secretè: & volẽs loqui cum Azaele, vix poterat ab erũpentibus lachrymis cõtinere, ideò subditur: [& cõturbatus est vsq; ad suffusionem] i. tristẽ ac lugubrem apparatũ [vultus,] nec se poterat diutiùs refrenare, sicut subiungit: [Fleuitq; vir Dei, cui Hazael ait: Cur dñs meus flet? At ille dixit, qa scio ꝙ factur⁹ sit filijs Israel mala,] idcirco ex cõpasśiõe populi mei ploro. [Ciuitates eorũ munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio,] ꝙ fuit crudele: [& paruulos eorũ elides] ꝙ fuit crudelius: [& prægnantes diuides] ꝙ crudelisśimum fuit. [Dixitq; Hazael: Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciam rem istam magnam? Et ait Heliseus: Ostendit mihi dñs te regẽ Syriæ fore] i. futurum esse post Benhadad ad puniẽdũ idololatras Israel, vt supra 3. Re. 19. legitur dñs ꝑdixisse Heliæ, q & hoc ipsum insinuauit Heliseo. [Qui cũ recessisset ab Heliseo, venit ad dñm suũ. Qui] s. Benhadad [ait ei: Quid tibi dixit Heliseus? At ille r̃ndit: dixit mihi, recipies sanitatẽ. In hoc videt Hazael esse mentitus, qm̃ Heliseus dixit, Dic ei: sanaberis, nec dixit, sanabitur. tñ vt fertur, in Hebræo habetur, dic ei, viuẽs viues. [Cũq; venisset dies altera, tulit] Hazael [stragulũ] i. stratorium ꝙ superponitur lecto aut sedi, [& infudit aqua] i. madefecit illud in aqua, [& expandit sup faciẽ eius] vel ad refrigerandum faciẽ regis, q æstuabat ca
Iose. libr. 9. an. iud. ca. 4. lore, siue vt Iosephus narrat, ad suffocandum regem, quem, asserit strangulatũ ab Hazaele ad regnum adspirante. [quo mortuo, regnauit Hazael pro eo.] & forsan non habuit filium saltem aptum ad regnum. Deinde narratur persecutio regni Iudæ. [Anno 5. Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ioram filius Iosaphat regis Iuda, 32. annorum erat cùm regnare cœpisset, & 8. annis regnauit in Hierusalem] patre suo defuncto. [Ambulauitq; in vijs] i. vitijs & idololatrijs [regum Israel, sicut ambulauerat domus Achab. filia enim Achab] videlicet Athalia, erat vxor eius] quæ patris sui idololatrias sequens, ad eas quoque suum traxit maritum. [Noluit autem dominus disperdere Iudam propter Dauid seruum suum, sicut promiserat ei. vt daret illi lucernam & filijs eius cunctis diebus. In diebus eius recesśit Edom ne esset sub Iuda,] i. populus Idumæorum recesśit à dominio huius Ioram, & noluit ei solitum tributum persoluere, videns eum esse hoĩem diffortunatum, & patre suo impotentiorem. [& constituit sibi regem.] Nam regem proprium qui soluebat tributa regib⁹ Iuda, populus ille Edom oc
Iose. lib. 9. an iu. ca. 5. cidit, vt Iosephus contestatur. [Venitq; Ioram in Zaira,] i. locum aut oppidum sic vocatum. [omnisque exercitus cum eo. Et surrexit nocte, percusśitq; Idumæos qui eum circundederant & principes curruum] bellicorum. [popul⁹ autem] Edom, qui euadere potuit, [fugit in tabernacula sua. Recesśit ergo] ꝑ cordis auersionem pactiq; violatiõem & rebellionem. [E-
Gen. 27. dom, ne esset sub Iuda, vsq; in diem hanc.] tuncq; impletum est, quod Isaac dixit ad Esau: tẽpus veniet vt excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. [tunc recesśit & Lobna in tempore illo.] erat illa vrbs ad regnum Iudæ pertinens, & tñ propter scelera Iorã, fuit ei rebellis, & aduersarijs eius se cõfœderauit. [Reliqua aũt sermonum Ioram & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepultusq; est cum eis in ciuitate Dauid.] Veruntñ non in sepulchro regum, vt 2. Para. 21.
Iose. lib. 9. an. iu. ca. 5. habetur, sed priuatum sepulchrum sine regalibus exequijs ei exhibuerũt, vt Iosephus adijcit & hoc propter scelera eius, ꝙ prællegato 2. Para. 21. describuntur. [& regnauit Ochozias filius eius pro eo. Anno 12. Ioram, filij Achab regis Israel, regnauit Ochozias filius Iorã regis Iudę. Vigintiduorũ annorũ erat Ochozias cùm regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Hierusalem.] Hic etiam dictus est Azarias & Ahazias, sicque videtur fuisse trinomius. [Nomen matris eius Athalia, filia Amri regis Israel.] iam dictum est sæpè, quòd vxor Ioram fuit filia Achab, cuius pater fuit Amri. Quomodò ergo vocatur filia Amri? Respondetur quòd aui quandoque vocantur patres nepotum suorum ac neptium. Aliqui tamen dicunt, quod fuit immediata filia Amri, & soror Achab: sed filia eius asseritur, quoniam modò Amri defuncto ipse Achab eam nutriuit vt filiam. [Et ambulauit in vijs domus] i. posterorum ipsius [Achab, & fecit malum coram domino sicut domus Achab. gener enim] i. filius [domus Achab fuit. Abijt quoq; cum Ioram filio Achab ad præliandum contra Hazael regem Syriæ, in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram. Qui reuersus est vt curaretur in Iezrael: quia vulnerauerunt eum Syri in Rama præliantem contra Hazael regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit inuisere Ioram filium Achab in Iezrael: quia ægrotabat ibi.] Hic textus difficultates non habet.

¶ Expositio cap. 9. Heliseus autem prophetes vocauit vnum de filijs prophetarum. Art. 12.

HElisęus aũt prophetes vocauit vnũ de filijs ꝓphetarũ, & ait illi: Accinge lumbos tuos,] vt expeditiùs eas, [& tolle lenticulam olei hanc] i. vas istud continens oleum, sume [in manu tua] & forsan erat quasi parua amphora seu ampulla. [& vade in Ramoth] vrbem terræ [Galaad. Cumq; veneris illuc, videbis Iehu filium Iosaphat filij Namsi. Et ingressus, suscitabis

bis eũ de medio fratrum suorum] hoc est, ipsum Iehu vocabis ad te p̃ cæteris cognatis & colligis atq; principibus exercitus Israel, inter quos eũ inuenies, [& introduces] eum [in interius cubiculum.] i. cameram secretiorem. [tenésq; lẽticulam olei, fũdes super caput eius, & dices: Hæc dicit dñs. Vnxi te regem super Israel. Aperiesq; ostium & fugies, & non ibi subsistes [Voluit em̃ Heliseus ipsum Iehu clàm vngi, nec eius vnctionem ab exercitu sciri, quousq; iuuenis ille q vnxit, abisset, ne quis posset de fautoribus Ioram regis in iuuenem illum insurgere, ne Ioram perciperet ista, & itèm ne iuuenis videretur aliquid proprij quærere emolumenti. [Abijt ergo adolescens puer prophetæ in Ramoth Galaed, & ingressus est illuc. Ecce aũt principes exercitus sedebant. Et ait, verbum mihi ad te, ô princeps. Dixitq; Iehu: Ad quẽ ex om̃ibus nobis? At ille dixit: Ad te ô princeps. Et surrexit, & ingressus est cubiculum. At ille fudit oleum super caput eius. Et ait: Hæc dicit dñs Deus Israel: Vnxi te regem super populum dñi Israel. Et percuties domum Achab dñi tui. Et vlciscar sanguinẽ seruorũ meorũ ꝓphetarum, & sanguinem omnium seruorum domini de manu Iezabel, perdamq; omnem domum Achab, & interficiam de domo Achab mingentẽ ad parietem, & clausum, & nouissimum in Israel. Et dabo domum Achab sicut domum Hieroboam filij Naboth, & sicut domum Baasa filij Ahia. Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrael, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitque ostium, & fugit. Iehu autem ingressus est ad seruos domini sui] Ioram, id est, ad cæteros principes. [Qui dixerunt: Rectè ne sunt omnia? quid venit insanus iste ad te?] Eccè quòd homines illi carnales, idololatræ ambitiosi, iuuenem illum deuotum discipulum Helisei, tẽporalia aspernantem, reputabant insanum. Carnalis etem̃ homo non sapit ea q̃ sunt spũs, sed stultitia est illi. Vndè in fine dicturi sunt impiji Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniã, vel dicebant illum insanum, qa aufugit celerrimè. [Qui ait eis: Nostis hominem] i. ex habitu eius potestis perpendere quòd sit de filijs prophetarum, qui religioso humiliq; vtebantur vestitu. [& quid loquutus sit] vtpotè aliquid de verbis & negocijs prophetarum. [At illi respõderunt, falsum est] quod certitudinaliter & determinatè sciamus, qd dixerit, sed magis narra nobis. Qui ait eis: Hæc & hæc loquutus est mihi. Et ait: Hæc dicit dominus: Vnxi te regem super Israel. Festinauerunt vtiq;, & vnusquisq; tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atq; dixerunt: Regnabit Iehu, Coniurauit ergo Iehu filius Iosaphat filij Namsi contra Ioram,] i. ipse & alij principes condixerãt cum iuramento delere posteritatem Achab. [Porrò Ioram obsederat Ramoth Galaad, ipse & omnis Israel contra Hazael regem Syriæ, & reuersus fuerat, vt curaretur Iezrael propter vulnera: quia percusserant eum Syri prẹliantem contra Hazael regem Syriæ. Dixitque Iehu: Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat & nunciet] regi [in Iezrael] vnctionem meam in regem pro eo. [Et ascendit Iehu] cũ suo exercitu, [& profectus est in Iezrael] i. viam illuc ducentem cœpit incedere, speculator qui stabat super turrim Iezrael] ad speculandum an aliqui venirent illuc, quatenùs rex se obseruaret. [Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda descenderat ad visitandum Ioram. Igitur speculator qui stabat super turrim Iezrael, vidit globum Iehu venientis] i. exercitum Iehu instar globi condunatum & solidum. [Et ait: Video ego globum. Dixitq; Ioram: Tolle currum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadens: Rectè ne sunt omnia? Abijt ergo qui ascenderat currum, in occursum eius, & ait: Hæc dicit rex: Peccatà ne sunt omnia? Dixitq; Iehu] nuncio Ioram regis venienti ad se in curru: [Quid tibi & paci?] i. pax tibi non debetur, cum sis fautor eius qui turbator est communitatis, & iam ex Dei præcepto est occidendus. [transi & sequere me,] id est, vade post tergum meum, nec præsumas ante me ad dominum tuum reuerti. [Nunciauit quoq; speculator, dicens: Venit nuncius ad eos, & non reuertitur] solus & ante alios ad denunciandum tibi qualiter stetit inter exercitũ tuũ & Syros, quẽadmodũ ei cõmissum est. [Misit etiam currum equorum secundũ. Venitq; ad eos, & ait: Hæc dicit rex: Nunquid pax est? Et ait Iehu: Quid tibi & paci? Transi, & sequere me. Nunciauit aũt speculator, dicens: Venit vsq; ad eos, & non reuertitur. Est aũt incessus quasi incessus Iehu filij Namsi. Prẹceps em̃ gradit] Hoc dixit, vel de ꝑsona Iehu, quẽ speculator quasi principalem inter alios cõsiderauit, & iuit ꝑceps. i. cũ impetu atq; velociter, vel de toto exercitu, q instar ipsius Iehu, cum festinantia veniebat. [Et ait Iorã] rex Israel: [Iungite currũ] i. currũ meũ disponite, & eqs applicate, vt in curru illis occurrã, similiter rex Iuda suum currũ parari ꝑcepit. [Iunxeruntq; currum eius. Et egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda singuli in curribus suis] i. vnusquisq; eorum in curru suo. [Egressiq; sunt in occursũ Iehu, & inuenerunt eũ in agro Naboth Iezraelitæ. Cũq; vidisset Iorã Iehu, dixit: Pax est Iehu?] i. sunt ne inimici nostri, quia redis ab obsidione? [At ille rñdit: Quẹ pax] ac si dicat, nulla pace es dignus, nec pace temporis, nec pace pectoris, nec pace æternitatis. [Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ] i. idololatriæ eius quæ sunt spiritales fornicationes, & maximæ auersiones mentis à Deo [& veneficia] i. maleficia [eius] inficientia [multa vigent.] quibus aut consentis, aut non debito modo resistis, ideò pax vera esse non potest sub

1. Cor. 2.
Sapie. 5.

sub tali regimine [Conuertit aūt Ioram manum suam, [q̃ forsan extendit ad Iehu ad contingendum manum ipsius, vel signū insidiarū ostendendo suis cū manus eleuatiōe, [& fugiens ait ad Ochoziam: Insidiæ Ochozia. Porrò Iehu tetendit arcum suum, & percussit] sagitta [Ioram inter scapulas] s à parte dorsi, quia erat in fuga, [& egressa est sagitta p cor eius] sumēdo cor pro membro corporali, quod in aīalib⁹ est primum viuens, & vltimū moriens. [statimq; corruit in curru suo. Dixitq; Iehu ad Badacher ducē: Tolle, proijce eū in agro Naboth Iezraelitæ. Memini em̄ qñ ego & tu sedentes in curru, sequebamur Achab patrem huius, φ dñs leuauerit onus hoc super eum] i. per Heliam p̄dixit hanc pœnam infligendam ipsi Achab, hoc est, ei in filio suo, qa filius est aliquid sui pr̄is. Congruenter aūt seruat Iehu metaphoram, dicendo: Leuauit onus hoc, qm̄ sicut pœnam ob eius grauitatē nominat onus, sic pœnæ inflictionem vocat leuationem. [dicēs: Si non p sanguine Naboth, & p sanguine filiorum eius, q̃s
1.Reg.21. vidi heri, ait dñs, reddam tibi in agro isto, dicit dñs.] i. vtiq; in vltionē effusionis sanguinis ipsius Naboth filiorumq; eius occisorum de p̄cepto Iezabel, & cōsensu ipsius Achab, puniā te in agro ipsius Naboth, quem vidi heri, i. approbaui p̄terito tēpore qñ vixit, qa complacuit mihi. Hinc elicitur, φ & filij Naboth fuerūt secum, aut citò post eum occisi. [Nunc ergo tolle & proijce eum in agro iuxta verbum dñi. Ochozias aūt rex Iuda, videns hoc, fugit per viam dom⁹ horti] i. p viā quandā occultā domus hortū habētis notabilē. [psecutusq; est eum Iehu, & ait: Etiam hunc percutite in curru suo, [cum sit de semine Achab ex parte matris. [Et percusserunt eum in ascensu Gaber] i. loci sic dicti, [q est iuxta Iebleam. Qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi.] Primò aūt ipse Ochozias fuit in Iezrael, & metuens ibi inueniri à Iehu, fugit in Samariam: ac ibi inuentus, ductus est ad Iehu in ascēsu Gaber, & lethaliter vulneratus est
2.Par. 22. ibi, ac indè deuenit in Mageddo vrbem, ibiq; obijt, prout in expositione lib. 2 Paral. dictum est plenius. Et imposuerunt eum serui eius super currum suum, & tulerunt in Hierusalem,
4.Reg. 8. sepelieruntq; eum in sepulchro cum patribus, in ciuitate Dauid. Et in anno 11. Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ochozias super Iudam.] Quō verum sit istud, cum scriptum sit præcedenti cap. anno 12. Ioram filij Achab, regnauit Ochozias. Respondetur quod ipso Iorā rege Iuda grauissimè ægrotante, prout 2. Par. 21. habetur, cœpit Ochozias iste filius eius secū regnare, quod fuit 11. anno regni Ioram filij Achab, & ita loquitur istud capi p̄cedens verò capitul. loquitur de tempore, quo cœpit regnare, patre suo defuncto, quod fuit 12. anno regni Ioram filij Achab. [Venitq; Iehu in Iezrael. Porrò Iezabel introitu eius] i. ipsius Iehu in Iezrael [audito, depinxit oculis suos stibio,] i. tali vnguento seu cerusa qua meretrices pro oculorum vtūtur ornatu, [& ornauit caput suum] i. vultum suum compsit ac decorauit, ac caput suis ornamentis fulciuit. Nam & stibio facies fit rubea. Vndè & Hier. 4. habetur: Cùm vestieris te coccino, & ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos, frustrà cōponeris.
Iob. 42. Hinc vna filiarum B. Iob, ob suam ingenitam pulchritudinem, Cornustibij est vocata, sic aūt ornauit se Iezabel iam satis antiqua, vt intuentibus pulchrior appareret, ob aliam quoq; causam mox inducendam. [Et respexit per fenestram, ingredientem Iehu per portam,] Nempe
Iose. lib. 9. an. Iu. c. 9. vt Iosephus ait, ipsa stetit tunc supra turrim iuxta portam, [& ait: Nunqd pax potest esse Zamri, q interfecit dñm suum?] Suprà 3. Re. 16. legitur, qualiter Zamri interfecit Hela filium Baasa, regem Israel, qui Zamri regnauit 7. dieb. & vidēs se capiendū ab Amri, q post eum regnauit, succendit se cum palatio. Est itaq; sensus, tu Iehu, qui p neqtiā, rebelliōem & proprij dñi occisionem, factus es similis Zamri tyranno, non poteris pacem habere, nec regnare aut prosperari, sicut nec ille. sic expositores catholici exponunt hunc passum. ¶ Circa quod scribit Lyra: Hæc expositio non concordat literæ pręcedenti, qm̄ Iezabel, vt inueniret gratiam apud Iehu, ornauit se, ideò non est verisimile, φ dixerit ei verbum pungitiuum, idcircò Hebræi exponunt sic: Nunquid pax est? & ibi sit punctus, & est sensus, rogo vt habeas pacem secum. & sequitur, Amri interfecit dñm suū. q d. Istud non est nouū, φ tu interfecisti Iorā dñm tuum,
Ra. Paulus qa Amri similiter fecit, & tñ regnauit in pace, & post eum filius eius Achab. q d. sic poterit esse tibi. Sed cōtra hæc loquitur R. Paulus Amri non interfecit dñm suum, q ipse Zamri nō fuit dñs eius, qm̄ pditoriè vsurpauit sibi regnū. Vndè expositio Hebræorū hoc loco nō valet. Primò, qa fundaī sup falsam literā. qm̄ Iezabel nō dixit, Amri interfecit, &c. sed Zāri. ideò expositio doctorū nostrorū, putà catholicorum, tenēda est. Nec discordat à litera p̄cedenti. Nam Iezabel caput suum ornauit, nō vt appareret gratiosior ipsi Iehu, sed in ei⁹ cōtemptū, & ex quadam desperatiōe atq; superbia. Vidēs em̄ φ nō esset locus pacificandi, voluit ipsum Iehu contemnere & vituperare in facie, induendo se honorabili habitu, & p̄nosticādo ei φ taliter sibi cōtingeret, queādmodū cōtigit ipsi Zamri. Nec est mirandū de audacia Iezabel, qa 2. Vegetij
Vegetius um lib. de re militari, cùm nihil spei superest, arma sumit formido: quia sæpè contingit desperatis, vt prorūpāt in verba ignominiosa cōtra affligētes, licèt nō possint euadere manus ipsorū,
Iose. lib. 8. an. iu. ca. 9 p̄sertim dum tales supbi sunt, vt Iezabel. His verbis R. Pauli consentiendum videtur. nam & consonat Iosepho, qui sic refert: Iezabel dixit, bonus seruus qui occidit dñm suum, q. d. non bo-

bonus est,sed pessimus. Hinc Magist. in hist.quasi in omnibus Iosephū sequens, exponit sic: Pet. Co.hi-
Sicut Zamri non habuit pacem,ita nec tu habebis.Idcirco nec verum est, ꝙ oēs Hebræi pun- stor.lib.4.
ctuent & exponant,vt recitat Lyra.Insuper puto, quod Iezabel ita ornauit se,non quasi blan- Reg.ca.14.
diendo regi Iehu,sed vt incuteret ei quendam reuerentialem timorem, vt s. ipse Iehu vidēs
eam in tanto decore & apparatu,expauesceret manum in eam extendere,quemadmodum in
gestis legitur Romanorum,quia dum Longobardi quadam vice obtinuissent, intrassentque
Romam, ac passim Romanos occiderent, ipsi senatores se omni suo decore & gloria vestie-
runt:seditq; vnusquisq; eorum in sede sua in propria domo, ad quos Longobardi ingressi,
reuerebantur eos, nec audebant occidere, imò adorabant eos vt Deos. attamen cum vnus
Longobardorū manu sua attrectaret barbam vltimi senatoris,ille nō ferens hoc, baculo suo
impegit in illum,quo facto indignati Longobardi,primum interemerunt illum, deinde per
ordinem alios.[Leuauitq; Iehu faciem suam ad fenestram,& ait:Quæ est illa?]secundum Ly-
ram,in Hebræo habetur. Quis mecum,quis?hoc est, quis est de patre mea?[& inclinauerunt
se ad eum duo vel tres eunuchi,]facto ostendentes,ꝙ vellent ei obedire. Veruntamen huic Iof.lib.9.
dicto non videtur concordare narratio Iosephi,sic narrantis:Iehu ad eam respiciens; inter- an.iu.ca.6.
rogauit q̄ esset.& forsan sermo Hebræus vtrunq; designat.[& dixerunt. Hæc est illa Iezabel.
At ille dixit eis:Præcipitate eam deorsum.Et præcipitauerunt eam]iuxta imperium Iehu, qa
incitauerat virum suū ac filios ad diuersa idololatriæ crimina,& interfecit ꝓphetas, [adsper-
susq; est sanguine paries,& æquorum vngulæ conculcauerunt eam. Cumq; introgressus esset
vt comederet,biberetq́, ait:Ite,& videte maledictā illam, & sepelite eam; quia filia regis est.
Cumq; issent vt sepelirent eam]secundū præceptum Iehu,eo ꝙ fuerit filia regis,vtpote regis
*Sidoniorum,vt patuit 3.lib.[non inueuerunt nisi caluariam,] i.supremū os capitis eius, [& 3.Reg.18.
pedes & summas manus]i.manuū summitates,vt Iosephus tangit.[Reuersiq; enunciauerunt 3 Reg.16.
ei.Et ait Iehu:Sermo dn̄i est,]i.impletio verbi Dei ꝑ Heliam ꝓlati,ideo subditur, [quē]ser- Iose.libr.9.
monē[loquutus est per seruum suum Heliam, dicens:in agro Iezrael comedent canes carnes an iu.c.6.
Iezabel.]Vnde elicitur,quod canes ora sua de carnibus Iezabel adimplentes,fugerunt & co- 3.Regū.21.
mederunt eas in agro Iezrael ciuitatis. [Et erunt carnes Iezabel sicut sterc⁹ super faciem ter-
ræ in agro Iezrael,ita vt prætereuntes dicant,]præ admiratione & aspernatione ipsius. (Hæc-
cine est illa Iezabel?]i.est ne misera ista sic à canibus deuorata, Iezabel illa,olim tam pompa- Iose.lib.9.
tica & ornata?Porrò,vt Iosephus scribit, Iehu his auditis, valde obstupuit prophetam Heliæ, an.iu.ca.6.
id est,tam miram & euidentem, atque inopinatam impletionem ipsius.

¶Declaratio cap.10.Erant autem Achab septuaginta filij in Samaria. Art. 13.

HIc refertur, qualiter reliqui de semine & familia atq; obsequio regis Achab,occisi sint.
[Erant autem]ipsi[Achab 70.filij in Samaria]i.in vrbe illa habuit tot filios habitātes:
quo constat ꝙ multas habebat vxores aut concubinas. Aliqui tamen dicunt; ꝙ vocantur filij
eius,quia erant nepotes ipsius,i.filij Ioram filij sui, & forsan aliqui erant filij sui immediati,
aliqui mediati. Deniq; & Iud.18.legitur Gedeon 70.filios habuisse,eo,ꝙ plures habuerit cō-
iuges. [Scripsit ergo Iehu literas,& misit in Samariam ad optimates ciuitatis]hoc est, hono- Iose.lib.9.
rabiliores, [& ad maiores natu]ciuitatis Samariæ, [& ad nutricios Achab.] secundum Iose- an.iu.ca.6.
phum,misit literas duas,vtpotè vnam post aliā, sicut & in isto habetur cap.dicens: Statim vt
acceperitis literas has,q habetis filios dn̄i vestri,& curr⁹, & equos,& ciuitates firmas & arma;
eligite meliorē,& eum qui vobis placuerit de filijs dn̄i vestri, s.Achab aut filij eius Ioram, [&
eum ponite sup solium patris sui.]i.cōstituite eum regem. Hæc scripsit,volens(vt Ioseph,ait)
mētes Samaritanorū cognoscere,& pugnate ꝓ domo dn̄i vestri]i.ꝓ defensione filiorū & do
mesticorum ipsius Achab seu Ioram.Non intendebat Iehu illos hortari,vt facerēt hæc,sed po
tius voluit eos sua audacia ꝑterrere ac significare,quid eis restaret agendum,nisi sibi obtēpe-
rarent.Hinc subditur:[Timuerunt illi vehementer & dixerunt:Ecce duo reges non potuerūt Idem
stare coram eo,& quō nos valebimus resistere?Miserunt ergo ꝓpositus domus, & præfectus
ciuitatis,& maiores natu,& nutricij ad Iehu,dicētes:Serui tui sumus:q̄cunq; iusseris, faciem⁹:
nec constituemus nobis regem. Quęcunq; tibi placent,fac. Rescripsit aūt eis literas secundo,
dicens:Si mei estis,& obeditis mihi,tollite capita filiorum dn̄i vestri, & venite ad me hac ea-
dem hora cras in Iezrael.Porrò filij regis 70.viri ad optimates ciuitatis nutriebātur. [Ex hoc
apparet,quod iam erant virilis ætatis & filij Achab immediati,nisi forsan ratiōe sexus viri di-
cantur,vel qm̄ quidā eorū erant ætatis virilis. siquidem Iosephus vocat eos infantes.[Cumq;
venissent literæ ad eos,tulerunt filios regis,& occiderunt 70. viros]eos decollando, [& po-
suerunt capita eorum in cophinis,[& miserunt ad eum in Iesrael. Venit aūt nuncius ad eum, Idem
& indicauit ei,dicens:attulerunt capita filiorum regis.Qui respondit: Ponite ea ad duos acer
uos iuxta introitum portæ vsq; mane,]i.ex vtraq; parte facite ex capitib⁹ illis cumulū.[Cūq;
diluxisset, egressus est, & stās dixit ad oēm populum:Iusti estis.] inquantū interfectioni horū
præbetis consensum,& mihi fauetis. [Si ego cōiuraui contra dominum meum] Ioram regē,
& interfeci eum,quis percussit omnes hos?[hoc est, si ego tyrannice & iniuste regem occidi.

quis istos eius filios interfecit? ac dicat, ex eo ipso quòd optimates Samariæ occiderunt filios
4. Reg. 9. regis ac domini sui timore mei, constat, quòd ego non nisi diuina virtute, authoritate, & commissione occidi dominum meum: ideò Samaritani non audebant resistere mihi, quoniam Deus corda eorum perterruit intuitu mei. Itaq; Iehu non negauit se coniurasse contra dominum suum, occidisseq; illum, cùm hæc præcedenti cap. de eo legantur, sed negauit se hoc iniu
Ibidem stè aut vsurpatoriè, peregisse. ideò subditur: [Videte ergò nunc, quoniam non cecidit de sermonibus domini in terram, quos locutus est dominus super domum Achab, & domin⁹ fecit quod locutus est in manu serui sui Heliæ,] i. omnia quæ de eradicatiõe Achab & domus suæ,
3. Reg. 21. per Heliam prædixit, impleuit effectu. Percussit igitur Iehu omnes qui reliqui erat de domo Achab in Iezrael, & vniuersos optimates eius, & notos, & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ.] quod hîc dicitur de sacerdotibus, quidam dicũt hic per anticipationem narrari, quia postea sacerdotes Baal occidit. potest tamen simpliciter intelligi de sacerdotibus aureorum vitulorum ministris Achab aliorumq; idolorum, quæ Achab rex coluit, qui (vt 3. Reg. 16. præhabitum est) tam abominabilis fuit, quod etiam Chananæorum coluit deos. [Et surrexit, & venit in Samariam. Cumq; venisset ad cameram pastorũ in via,] ad quam (vt fert) pastores consueuerunt concurrere ad vescendum & quiescendum prope iter, ꝙ forsan de pastoribus regis aut magnatũ sic fuit, [inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda. 2. Paralip. 22. habetur, ꝙ inuenit principes Iuda & filios fratrum Ochoziæ. quo constat, ꝙ isti vocantur hic fratres Ochoziæ, quia nepotes & consanguinei eius erãt. [dixitq; ad eos: Quinam estis vos? Qui responderunt] Iehu regi: [Fratres Ochoziæ regis sumus, & descendimus ad salutandos filios regis & filios reginæ. [Ignorabant enim ipsum Ochoziam iam esse à Iehu occisum. [Qui ait: Cõprehendite eos viuos. Quos cum cõpræhendissent viuos, iugulauerunt eos in cisterna iuxta cameram, 42 viros, & non reliquit ex eis quenquam.] qm̃ erant ex parte matris de semine Achab, sicut & Ochozias. [Cumq; transisset inde, inuenit] Iehu rex [ipsum Ionadab, filium Rechab in occursum sibi. Et benedixit ei] hoc est bona ei imprecabatur. [Et ait Iehu ad eum:
Iose. lib. 9. Nunquid est cor tuum rectum cum corde meo, sicut cor meũ cum corde tuo?] Ionadab iste,
an. iu. ca. 6. vt Iosephus narrat, fuit vir bonus ac iustus, & olim ipsius Iehu amicus, laudauitq; ipsum Iehu, quod iuxta Dei voluntatem domum Achab exterminasset. De Ionadab isto & posteris eius, habetur Hiere. 35. vbi Rechabitæ nati ex semine Ionadab, dicunt: Ionadab filius Rechab, pater noster præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos & filij vestri vsq; in sempiternum, & domum non ædificabitis, & sementem non seretis, sed in tabernaculis habitabitis. vndè innotescit, quòd erant viri valdè religiosi, terrenorum omnium contemptores, atq; vt exposito-
Exodi 18. res fatentur, erant ex semine Iethro cognati Mosis, qui Iethro ad legem Mosis fuit conuersus. [Et ait Ionadab: Est. Si est, inquit, da mihi manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille leuauit eum ad se currum, dixitque ad eum:] hoc est, Ionadab: [Veni mecum, & vide zelum meum pro domino,] id est, qualiter zelo diuini amoris idololatras Baal necabo, cul-
Iose. lib. 9. tumque Baal exterminabo ex Israel, & vt Iosephus loquitur, optima nimis ac gratissima erat
an. iu. c. 6. inspectio ista viro bono ac iusto. [Et impositum currui suo, duxit in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vsque ad vnum, iuxta verbum domini quod loquutus est per Heliam. Congregauit ergò Iehu omnem populum, & dixit ad eos] in dolo: [Achab coluit] ipsum [Baal parùm] respectu cultus, quem ego ei impendam, [ego autem colam eum ampliùs: Nunc igitur omnes prophetas Baal, & vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes ipsius, vocate ad me. Nullus sit qui non veniat. Sacrificium enim grande est mihi Baal. Quicunque defuerit, non viuet. Porrò Iehu faciedat hoc insidiose, vt disperderet cultores Baal. Et dixit: Sanctificate] id est, sacrificijs deputate [solennem diem Baal. Vocauitque & misit vniuersos terminos Israel, & venerunt cuncti serui Baal. Non fuit residuus ne vnus quidem, qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal. Et repleta est domus] i. templum [Baal à summo vsque ad summum] id est, ab vna extremitate eius vsque ad aliam.
Ibidem Refert Iosephus, quòd Baal fuit Deus Tyriorum. Achab ergò volens placere socero suo Iobal, tunc regi Tyriorum atq; Sidonis, templum fecit Baal in Samaria, & sacerdotes ei instituit, ipsosq; omni religionis cultura venerabatur. [Dixitq;] Iehu [his qui erant super vestes,] i. sacrarum vestiũm superstitionis illius custodibus seu matricularijs: [Proferte vestiméta vni-
Ibidem uersis seruis Baal,] quibus in sacris Baal vti solebant. vt sic decernerentur à cæteris, tamen secundum Iosephum, Iehu præcepit pontifici cultus Baal, vt daret omnibus vestes. Vnde elicitur, quòd iussit hoc tã supremo inter illos, quàm inferioribus custodib⁹ huiusmodi vestium. [Et protulerunt ei vestes. Ingressusque Iehu & Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultorib⁹ Baal: Perquirite & videte, ne quis fortè vobiscum sit de seruis domini: sed vt sint serui Baal soli. Ingressi sunt igitur vt facerent victimas & holocausta. Iehu autem præparauerat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis: Quicunque fugerit de hominibus his, quos ego adduxero in manus vestras, anima eius erit pro anima illius. Factum est autem cùm completum esset holocaustum, præcepit Iehu militibus & ducibus suis: Ingredimini & percutite eos, nullus eua

dat.

dat. Percusseruntq; eos,]videlicet seruos Baal serui Iehu[in ore gladij,& proiecerunt milites & duces. Et ierunt in ciuitatem templi Baal,& protulerunt statuam de phano Baal, & combusserunt & comminuerunt eam. Destruxerunt quoque ædem]i.templum Baal,[& fecerunt pro ea latrinas]in loco phani[illius in contemptum]Baal,i. sebterraneos cuniculos ad mundandas vrbis vias,[vsque in diem hanc. Deleuit itaque Iehu Baal de Israel. Veruntamen à peccatis Hieroboam filij Nabat,qui peccare fecit Israel,non recessit]Iehu,[nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel & in Dan.] ideo Iosephus dicit eum impium fuisse in Deum,enormiterq; peccasse,quod permisit Israelitas adorare vitulos illos.[Dixit autem dominus ad Iehu,]per aliquẽ prophetarum,& forsan per eum à quo fuit vnctus in regem:[Quia studiose egisti,quod rectum erat,& placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo,fecisti contra domum Achab, filij tui vsq; ad quartam generationem]inclusiue[sedebunt super thronum Israel.]i.reges decẽ tribuum erunt. Deus etenim nullũ bonum deserit irremuneratum. Iehu autem cũcta quę fecit, fecit extra charitatem existens, videlicet vitulorem cultor aureorum:ideo non æternam,sed tẽporalem est sortitus mercedem. Porro Iehu non custodiuit, vt ambularet in lege domini Dei Israel,in toto corde suo. Non enim recessit à peccatis Hieroboam,qui peccare fecerat Israel. In diebus illis cœpit dominus tædere]i.per modum nauseantis & abominantis se habere[super Israel]i.circa decem tribus propter diuturna,multa & maxima eorum facinora,& quia nequaquã à tam diuturno vitulorum cultu cessabant.iuxta hunc modum scriptum est & Hier.44. Nõ poterat vos dñs vltra portare propter malitiam studiosorum vestrorũ. Esa.quoq;45. Prębuisti mihi laborẽ in iniquitatibus vestris. [Percussitq; eos Hazael in vniuersis finibus Israel,à Iordane cõtra orientalem plagam,omnem terram Galaad,& Gad,& Ruben,& Manasse,ab Aroer, quæ super torrentem Arnon,& Galaad,& Basan,]quia diuino erant auxilio destituti,nec poterat Iehu resistere Hazaeli,quia ingratus fuit Deo,vitulos adorando.[Reliqua autem verborum Iehu,& vniuersa quæ fecit,& fortitudo eius,nonne hæc scripta sunt in lib. verborum dierũ regũ Israel? Et dormiuit Iehu cum patribus suis, sepelieruntque eum in Samaria, & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies autem quos regnauit Iehu super Israel,20. & 8.anni sunt in Samaria.] Posset hic quæri,an Iehu peccauit sic mentiendo,& dolose ac insidiose agendo? Et videtur quod non, quia scriptura de his eum commendat. Ad quod potest quis dicere,quod laudatur de verbis & factis suis ex radice qua operabatur,quia ex zelo Dei & propter finem intentionum,quia vt eradicaret cultores Baal,& tamen ex verbis & factis eius poterãt venialia peccata esse admixta: tamẽ simulatio eius & alia quę vidẽtur in factis eius culpabilia fuisse,vt quod miseros illos sic animauit & inflammauit ad cultum Baal solennem,excusatur siue in toto siue in tanto, quoniã aliter non valebat intentum perficere. Denique patet ex dictis,qualiter Deus per vnum reprobum punit peccata alterius reprobi,& interdum is per quem alium punit,est minus iniquus,quàm ille:quandoq; est peior eo,secũdum imperscrutabilem abyssum iudiciorum altissimi. Postremo per Iehu possunt intelligi hi qui zelũ Dei habent,non tamen debita discretione: qui alios corrigũt,& tamẽ ipsi in aliqbus vitijs pseuerãt: & subditos suos ab aliqbus culpis emundãt,corripiũt & castigãt,& nihilominus in aliqbus vitijs deserunt eos,& quosdã sic corrigũt, ꝙ quosdã in suis permittunt peccatis tabescere ac perire,imo & ipsi simul pereunt cum eisdem, nõ pẽsantes illud Iac. 2. Quicunque totam legem impleuerit,offendit autem in vno,factus est omnium reus.

Ibidem.

4. Reg. 9.

Psal. 35.

Explanatio cap.11. Athalia vero mater Ochoziæ. Art. 14.

DE Athalia ambitiosissima regni imperatrice,& de Ioas vero regni hærede nũc agitur.[Athalia vero mater Ochoziæ]regis Iudæ,[videns]i.cognoscens[mortuum]esse[filiũ suũ] i.interfectum à Iehu,[surrexit & interfecit] per suos ministros[omne semen regium]i. posteros natos ex semine Dauid,quibus poterat ius regnãdi cõpetere, quatenus ipsa sola regnaret. Vnde Iosephus ait: Studuit vt nullum de domo Dauid relinqueret,vt nullus ex eis ad regnũ vlterius perueniret. Veruntamẽ ꝙ ait scriptura, Interfecit omne semẽ regiũ, intelligendum est cum aliquantula exceptione. Nam vnus euasit infantulus,sicut subiungitur: [Tollẽs aũt Iosaba filia regis Ioram,soror Ochoziæ,Ioas filium Ochoziæ.] Inconuenienter ergo quidã ait,ꝙ Iosaba ista fuit soror Ioram. Nam & Iosephus & Magister in historijs dicũt,ꝙ Ochozias ex vno patre habuit sororem,nomine Iosaba. idem asseritur 2 Paral.22. Ioas filium Ochoziæ iuniorem ac minimum,imò anniculum,[furata est eum de medio filiorum regis]Ochoziæ, [qui interficiebantur.]Ecce quanta fuit crudelitas atque ambitio impijssimæ Athaliæ huius, quæ regnãdi libidine interfecit filios filij sui,cum tamen auiæ soleant valde diligere filios ac filias filiorũ & filiarum suarum,[& nutricem eius de triclinio]i.cœnaculo,[& abscondit eũ à facie Athaliæ,vt nõ interficeretur. Erãtq; cum ea in domo domini clã]i.occulte[sex annis.]Circa hæc Lyra allegat, & approbare videtur R. Salomonẽ, dicẽtẽ, quod Ioas & nutrix sua fuerũt custoditi in solario tẽpli,ad quod nemo audebat accedere,nisi sacerdotes & Leuitæ custodiẽtes vasa sancta ibi reposita:ideo melius poterant ibi celari, & quanuis secũdum legem nõ licuerit ibi esse infantulo & nu-

Iose. lib 9. an.iu.ca.7.

Pe.Co.hist. li. 4. Reg. ca. 16.

R. Salomõ.

ditaretur in ea, iuxta illud Deut. 17. Postquam rex sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominum DEVM suum. Hæc, inquam, videntes, gauisi sunt valdè, & vociferati sunt in altum. [Audiuit autem Athalia vocem populi currentis, & ingressa Athalia ad turbas in templum domini,] Nam de industria permiserunt eam intrare vt caperetur: & in præcepto Ioiadæ, qui mandauit, ne quis permitteretur intrare in templum vel atrium, ipsa intelligebatur excepta. dicitque Lyra, quod permissa fuit intrare cum sua comitiua. Porrò Iosephus scribit, quod sacerdotes eam mox acceperunt, armatos verò qui eam sequebantur, intrare prohibuerunt, quod verius reor. [vidit regem stantem super tribunal iuxta morem] id est, super solium iudiciale, in signum, quod esset populi iudex, 2. Paral. 23. legitur: Cumque vidisset regem stantem super gradum in introitu. De solio isto dictum est 3. Reg. 10. in his quæ de templo Salamonis introducta sunt ibi. [& cantores & turbas prope eum. Omnemque populum terræ canentem tubis] i. quosdam de omnibus quos pontifex conuocauit. [Et scidit vestimenta sua, clamauitq;: Coniuratio coniuratio.] 2. Paral. 23. fertur clamasse, Insidiæ insidiæ, quia coniurationem & insidias appellauit conspirationem & practicam contra se factam [Præcepit autem Ioiada centurionibus qui erant super exercitum, & ait] Ioiada: [Educite eam extra septa templi] i. extra circuitum & clausuram ipsius, [& quicunque eam sequutus fuerit] ad ferendum ei auxilium, [feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos: Non occidatur in templo domini. Imposueruntq; ei manus, & impegerunt] i. impulerunt [eam per viam introitus equorum iuxta palatium:] quæ via sic vocabatur, quoniam nobiles & potentes, veniendo ad templum, poterant vsq; ad locum illum venire equestres, sed indè processerunt pedestres. [& interfecta est ibi.] Prohibuit quippe pontifex occidi eam in sacro loco, ne sanctum violarent, occidendo in ea veneficam, vt Iosephus loquitur. Pepigit ergo Ioiada fœdus inter Deum &] inter [regem & inter populum] i. regem ac populum hortabatur, obligauit & adiurauit, vt Deo fideliter deseruirent, ideo subditur: vt esset populus dñi] per cultum & obedientiam, [& inter regem & populũ,] vt regi essent fauorabiles & subiecti, rex quoq; eos debitè gubernaret. Ingressusq; est oĩs popul' terræ templum Baal,] quod, Iosepho referente, Ioram rex & vxor eius Athalia construxerant Baal, ad Dei iniuriam & ipsius Achab honorem. [& destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt validè.] imò & totum templũ illud sacrilegum, vt 2. Paral. 23. legitur. [Mathan quoq; sacerdotem Baal occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo dñi] i. custodiam ad diligentiam templi ac regis in eo, cõmisit Ioiada sacerdotibus ac Leuitis. [Tulitq; centuriones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnem populũ terræ, deduxeruntq; regem de domo dñi. Et venerunt per viam portæ scutariorum in palatiũ, & sedit super thronũ regum. Lætatusq; est omnis populus terræ, & ciuitas conquieuit. Athalia aũt occisa est gladio in domo regis: septemq; annorũ erat Ioas cùm regnare cœpisset. [Quid aũt per Cerethi & Phelethi designetur, diffusè expositum est suprà, 3. Reg. 1. sicq; cõuersi ad epulas, festiuitatem multis diebus, secundũ Iosephum, peregerunt.

Iose. lib. 9. an.iu.c.7.

Ibidem.

Ibidem

¶ Moraliter docemur ex isto capit. quanta mala operetur Ambitio, quę nec ꝓpriæ parcit ꝓli. Deniq; personæ quæ pręsunt cũ ambitione, & suã verentur ꝑsidentiam ꝑdere, frequenter occidunt spirituales filios suos, qbus vel blandiuntur, vel debitam correctionẽ & correptionẽ nõ exhibent, ne fortè illos offendant, aut ꝓprio cõmodo & honore priuentur, aut de suæ stationis ꝑsidentia expellant. Insupèr hic docemur, qualiter pontifices & sacerdotes debent instruere reges ac principes ad diuinæ obseruantiam legis, atq; vt inuicem ordinatè se habeant hi q ꝑsunt & qui subsunt, vt superiores inferioribus suis debitam directionem, defensionem, sollicitudinemq; impendant ac inferiores superioribus suis obedientiam, gratitudinem & honorem exhibeant, & oẽs in visceribus charitatis se amplectantur, sicq; dissipent templũ Baal, hoc est, oẽm vitiosam adhæsionem, occupationem & affectionem ad vana sensibilia & caduca, ne venter, aut nummus, aut Venus, aut honor mundanus, sit deus & idolum alicuius.

Ibidem

¶ Expositio cap. 12. Anno 7. Iehu regnauit Ioas. Artic. 15.

NVnc de regno & actibus Ioas regis Iuda, fit mentio, & historia huius cap. 2. Paral. 24. plenius cõtinet, atq; ibidèm exposita est. [Añõ 7. Iehu] regis Israel [regnauit] i. regnare incepit Ioas. Quadraginta añis regnauit. Nomẽ matris ei' Zibea de BeerSæba Fecit Ioas rectũ corã dño] i. iustè vixit [cunctis diebus quibus docuit eũ Ioiada sacerdos] i. q̃diu Ioiada pontifex secum vixit ac ipsum direxit. [Veruntñ excelsa nõ abstulit,] quia nec Ioiada ad hoc agendum instigasse eum videt, sed ea ratione pmisit in excelsis offerri, qua & Asa ac Iosaphat iusti reges Iuda, vt in expositiõe tertij Reg. dictũ est sæpè. [Adhuc em̃ popul' immolabat & adolebat in excelsis incensum. Dixitq; Ioas ad sacerdotes: Oẽm pecuniam sanctorũ] i. ordinatã vel deputandam ad vsum diuinum, [quę illata fuerit in templum dñi à prereuntibus,] i. q̃ pręter-euntes peregrinãtes. & p loca tẽpli transeuntes causa orationis ac immolatiõis obtulerint in templo, [quæ offertur pro precio animæ, & quam spõtè & arbitrio cordis sui inferunt in templum

3. Reg. 15. 2. Paral. 17.

plum dñi, accipiant illã sacerdotes iuxta ordinẽ suum] i. secundũ dispositionẽ eis conuenientem, & iuxta ordinationem eis præfixam, [& instaurent sartatecta domus, si quid necessarium viderint instauratione] i. innouent & reforment seu reparent ea quæ in tectis templi quæ plana erant, aut in alijs templi partibus reparatione egebant. Veruntñ templũ à Salamone cõstructum, non fuit adhuc multum antiquum, sed (vt Iosephus refert) Ioram & Athalia vxor ipsi', eorumq; filij fecerunt multas læsiones ac destructiones hincindè in partibus templi, & ornamenta eius abstulerunt, & applicuerunt ea ad structuram & decorem phani Baal. [Igitur vsq; ad 20. annum Ioas regis, nõ instaurauerunt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitq; rex Ioas Ioiadam pontificem & sacerdotes, dicens eis: Quare sartatecta nõ instauratis templi?] negligẽtiùs em̃ egerunt sacerdotes in hac re, vt 2. Paral. 24. legitur. [Nolite ergò ampliùs accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum] à populo ad vsum ꝑtactum eam colligẽdo, [sed ad instaurationẽ templi reddite] i. exponite [eam] his, q de illa pecunia emãt necessaria instaurationi, [prohibitiq; sunt sacerdotes vltrà accipere pecuniam à populo,] ad reponẽdũ eam eo modo quo antè, [& instaurare sartatecta domus. [Et tulit] i. accepit [Ioiada pontifex gazophylaciũ vnum.] i. arcam seu repositorium oblationũ, [aperuitq; foramen desupèr,] vt p illud mitteretur oblata in arcam illam, [& posuit illud] gazophylaciũ [iuxta altare,] vel holocausti, ꝙ erat in atrio: vel thymiamatis, ꝙ erat in exteriori & prima parte templi. tum quia subiungitur, [ad dexteram ingrediẽtiũ domum dñi,] videtur quibusdã de altari, ꝙ erat in atrio, intelligendũ: quia in atrium intrabant vulgares, non in ipsum templũ, i. in sancta vel in sancta sanctorum. Vndè 2. Paral. 24. legitur, ꝙ posuerũt arcãm iuxta portã dñi extrinsecùs. [Mittebantq; in eo] i. in gazophylacio illo, [sacerdotes q custodiebant ostia] templi. Nam ostia atriorũ custodire, fuit officium ianitorum, [oẽm pecuniam quę deferebatur ad templũ dñi] pro instauratione ꝑdicta. Vndè suprà in isto cap. dicitur, oẽm pecuniam quæ illata fuerit in templũ dñi, quæ offertur ꝓ precio animæ, i. quam qlibet virilis ætatis, q potest ad bellũ ꝓcedere, offert pro sua persona, quia ꝑcepit rex, vt quilibet talis offerret ꝓ hoc vsu dimidium siclum argenti, vt Iosephus refert, & quam spontè, i. etiam illam pecuniam quam ditiores & deuotiores vltra hoc obtulerunt ex libero arbitrio & speciali deuotiõe. [Cumq; viderent pecuniã nimiam,] i. valdè copiosam, [esse in gazophylacio, ascendebat scriba regis & pontifex] ad afferẽdum gazophylaciũ per manus Leuitarũ, vt 2. Paral. 24. additur. [Effundebantq; & numerabant pecuniã quæ inueniebať in domo dñi] corã rege, Iosepho teste, vt nulla esset suspicio fraudis. [& dabant eam iuxta numerum atq; mensuram,] i. cum certo numero & congruente mensura, [in manu eorum qui cæmentarijs domus ꝑerant] i. in manus magistrorum operũ q ꝑerant reparatoribus murorũ, tectorumq; tẽpli, [qui] magistri operũ [impendebant eã in fabris lignorũ, [& in cæmentarijs his qui operabanť in domo dñi, & sartatecta faciebãt: & in his q cædebant saxa, & vt emerent ligna & lapides, qui excidebanť, ita vt impleretur instauratio domus dñi, in vniuersis quæ indigebant expensa ad muniendã domũ] i, exhibebant pecuniam fabris lignarijs, cæterisq; artificibus, vtpotè cæmentarijs & saxorum cæsoribus ad emendum ac præparandũ necessaria, s. ligna, saxa, cæmentum, &c. [Veruntñ nõ fiebãt ex eadem pecunia hydriæ] i. vasa aquatilia, [& fuscinulæ] i. tridentes ad carnes extrahendas de caldaria, [thuribula & tubæ & omne vas aureũ & argenteum de pecunia quæ inferebať in tẽplum dñi] i. nulla vasa seu instrumẽta cultus diuini in templo, ꝙ intelligendum est sic, ꝙ directè & ex intẽtione primaria non habeant huiusmodi vasa de illa pecunia, quia non fuit oblata, nisi ad sartatecta instaurandã: sed quia multùm ex ea supfuit instauratiõi de illo residuo, incidentaliter facta sunt aliqua vasa sacra, ꝓut 2. Paral. 24. recitatur. [His em̃ q faciebãt opus, dabatur vt instauraret templum dñi. Et nõ fiebat ratio his hoĩbus qui pecuniã accipiebãt, vt distribuerent eã artificibus, sed in fide tractabãt eam:] i. ratio nõ exigebatur ab eis qualiter exposuissent pecuniam, quia eorum fidelitati hoc cõmittebať. qm̃ erant fide cõdigni. [pecuniam verò ꝓ delicto, & pecuniam pro peccatis, nõ inferebant in templum domini] i. pecuniam oblatam pro remissione culparum omissionis & commissionis non posuerunt cum præfata pecunia in gazophzlacio, [quia sacerdotum erat,] sicut & sacrificia, ideò eis dabatur. [Tunc] i, tempore illo, & cum Ioas à via iustitiæ recessisset, mortuo Ioiada præsule, [ascendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat contra Geth] vrbem Philistijm, [cepitq; eam, & direxit faciem suam vt ascenderet in Hierusalem.] Ideò Ioas perterritus, misit ei munera copiosa, vt textus consequenter dicit. Quamobrem tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quæ consecrauerat Iosaphat, & Iorani & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipse obtulerat, & vniuersum argentum quod inueniri potuit in thesauris templi domini, & in palatio regis,] vt hæc omnia conuerterentur in vsum cultus Dei ac templi, propter quod non erant decætero humanis vsibus applicanda, nisi forsan in necessitatis articulo, vel priùs comminuerentur, sicut & nunc aliquãdo fit de sacris vasis, Vndè & infrà legiť Ezechias talia regi Assyriorũ misisse. [misitq; Hazaeli regi Syriæ, & recessit ab Hierusalem. Reliqua aũt sermonũ Ioas, & vniuersa quæ fecit, nõnne hęc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Surrexerunt aũt serui eius, & cõiurauerunt inter se,]

Iose. lib. 9. an. iu. ca. 8.

Ibidem

Ibidem

4. Reg. 8.

quorũ vnus fuit Ammonites & alius Moabites, ſicut in Paral. legitur. [pcuſſeruntq́;]i. occiderunt [Ioas in domo] ſua [Mello] de quo dictum eſt ſuprà lib. 2. & 3. [in deſcenſu Sela,] In Paralipo. dicit̃, quòd interfecerũt eũ in lectulo ſuo. Vndè videt̃, ꝙ domus Mello fuit ſita in deſcenſu Sela. [Ioſachar nanq; filius Semaath & Ioſabad filius Somer ſerui eius percuſſerunt eũ, & mortuus eſt. Et ſepelierunt eum cum patribus ſuis in ciuitate Dauid,] non tamen in ſepulchris regalibus, ſicut in Paral. legitur, quia diuinæ religionis extitit inimicus, vt Ioſephus loquitur. [regnauitq́; Amaſias filius eius pro eo.] Multa ad expoſitioné huius cap. pertinentia & de ſenſu eius morali continet̃ in expoſitione ſecundi libri Paral. idcircò hic omittuntur. 2. Para. 24. 2. Regũ. 5. 3. Reg. 9. 11. 2. Paral. 24. Ibidem Ioſe. lib. 9 an. iu. ca. 8. 2. Paral. 24.

¶ Declaratio cap. 13. Anno viceſimo tertio Ioas filij Ochoziæ regis Iudæ. Art. XVI.

AGitur hic de duobus regibus decem tribuum atq; de morte Heliſei. [Anno 23.] regni [Ioas filij Ochoziæ regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu ſuper Iſrael in Samaria decem & ſeptem annis, & fecit malum coram domino, ſequutusq́; eſt peccata Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, & non declinauit ab eis, iratusq́; eſt furor domini] i. rigor diuinæ iuſtitiæ, [contra Iſrael] ſ. contra ipſum regem & populum eius iniquum in vitijs cõmunicantes, [& tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benhadad filij Hazael cunctis diebus. deprecatus eſt autem Ioachaz faciem domini] i. diuinæ pietatis reſpectũ ſeu pijſſimum Deum omnia intuentem, quia vidit ſibi non prodeſſe cultum, inuocationemq́; vitulorum, idcircò ad Dei inuocationem conuertit ſe. [Et audiuit eum dñs,] dando ſibi temporale ſubſidium, q̃uìs iniquo. Nam opera bona ex genere facta extra charitatem, poſſunt temporalia bona mereri. [Vidit enim anguſtiam Iſrael, quia attriuerat eos rex Syriæ, ex quo elicitur, ꝙ Deus exaudiuit preces regis magìs, ꝓpter anguſtias & preſſuras atq; miſerias ſubditorũ, q̃ propter merita regis. Nam & in populo illo erant aliqui boni, p̃ſertim Heliſeus ſanctiſsimus & eius diſcipuli, q orabãt ꝓ bono cõmuni. [& dedit dñs ſaluatoré Iſraeli, & liberatus eſt de manu regis Syriæ.] Quidam per ſaluatoré iſtum Iſraeliticę plebi tunc datũ, intelligunt angelũ bonũ regni illius, cuius virtute & ope repreſſus fuit rex Syriæ ab impugnatione Iſraelis maiori: vel ſaluator iſte fuit beatiſsimus vir Heliſeus, cuiꝰ oratiõe ac meritis Deus populũ illũ à Syris ꝓtexit: vel ipſe rex Ioachaz, cui dñs inſpirauit ſic ad Deũ verũ cõfugere, & ꝑ hoc mĩam impetrare p̃fatam. [Habitaueruntq́; filij Iſrael in tabernaculis ſuis, ſicut heri & nudiuſtertiùs. [Veruntñ nõ receſſerunt à peccatis domꝰ Hieroboã, q peccare fecit Iſrael, ſed in ipſo ambulauerũt. Siquidé & lucus ꝑmanſit in Samaria] i. locus arboribus cõſitus, in quo cõſueuerunt colere Baal, & exercere luxuriã, & ita hoc erat de quibuſdã ipſiꝰ Baal reliquijs. lex aũt p̃cepit deſtrui lucos,] & nõ ſunt derelicti Ioachaz de populo, niſi quinquaginta equites, & decem currus, & decé millia peditũ. interfecerat eñ eos rex Syriæ, & redegerat quaſi pulueré in tritura areæ] i. ſupplantauerat ac deſtruxerat decé tribus vt puluerẽ, & ſicut puluis cõteritur in excuſsione granorũ in horreo, ſed modo p̃facto reparatus eſt populus ille ſub Ioachaz rege. Hinc Ioſephus ſcribit: Cùm Ioachaz his anxietatibus teneret̃, ad p̃ces Dei cõfugit. Deus aũt pœnitentiã ꝓvirtute ſuſcipiens, & corripere magìs q̃ perdere huiuſmodi hominem volés, cõceſsit ei belli pericula declinare. pace itaq; potita, ꝓuincia rurſus ad ſtatum priſtinũ, copiáq́; eſt reuerſa. Sequit̃ de alio rege Iſrael. [Reliqua aũt ſermonũ Ioachaz, & vniuerſa quę fecit, & fortitudo eiꝰ, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierũ regũ Iſrael? Dormiuitq́; Ioachaz cum patribus ſuis, & ſepelierũt eũ in Samariã, regnauitq́; Ioas filius eius ꝓ eo. Anno triceſimoſeptimo Ioas regis Iuda, regnauit Ioas filius Ioachaz ſuꝑ Iſrael in Samaria ſexdecim annis. Et fecit ꝙ malum eſt in conſpectu dñi. Non declinauit ab omnibus peccatis Hieroboã filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulauit. Reliqua aũt ſermonum Ioas, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, quõ pugnauerit cõtra Amaſiam regé Iuda: nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierũ regũ Iſrael? Et dormiuit Ioas cũ patribus ſuis. Hieroboam aũt ſedit ſuper ſolium eius. Porrò Ioas ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſrael. Heliſeus aut̃é ægrotabat infirmitate, qua & mortuus eſt.] erat quippe valdè grandæuę ætatis ac venerandiſſimus ſenex. [Deſcenditq́; ad eũ] viſitandũ [Ioas rex Iſrael, & flebat corã eo,] dolens ſe ad regnum ſuum tãto patrono priuandũ, tanto cõſiliario & auxiliario deſtituendũ, tã ſanctiſsimo ac fideliſs. mox cariturũ tutore, ꝓpheta ac patre. [Dicebatq́;: Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius. Tanq̃ diceret, O pater mi prædilectæ. Etenim ꝙ bis ait, pater, & addit mi, ſignũ fuit præcipuæ ac ſpecialis dilectionis ſuæ ad ſanctum virum. Itaq; pater mi, cùm ſis auriga & currus Iſrael, i. director & ſuſtentator Iſraeliticæ plebis, quid defuncto te faciemus? Hinc Ioſephus refert: Cœpit Ioas flere ac ingemiſcere, ac patré eum vocare, & dicere regnũ ſuum ſub ipſo fuiſſe ſecurũ, & propter ipſum ſe nunq̃ armis cõtra hoſtes indiguiſſe, ſed illos ꝓſperè ſine dimicatiõe viciſſe, & ꝙ ipſe Heliſeus decedẽdo relinqueret filios Iſrael Syris ac alijs hoſtibus captiuandos, idcircò vitã ſuam ac populi ſui decæterò nõ eſſe ſecuram, ſed gratum ſibi eſſe, vt ſimul cũ ipſo à præſenti luce recederet. Itaq; eodé ſenſu, quo ſuprà Heliſeus dixit Heliæ: Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius: etiã Ioas hæc Heliſeo loquutꝰ eſt, quæ verba Exodi 34. Deut. 7. 12. Ioſe. libr. 9. an. iu. ca. 8. Ioſe libr. 9. an. iu. ca. 8.

ſuprà magis expoſita ſunt.[Et ait illi Heliſeus] volēs triſtem conſolari:Affer Arcū & ſagittas. Cumq; attuliſſet ad eū arcū & ſagittas,dixit ad regē Iſrael:Pone manū tuam ſup arcū.Et eum poſuiſſet ille manum ſuam,ſuperpoſuit Heliſeus manus ſuas manibus regis,& ait:Aperi feneſtram orientalē,]quia in plaga orientali reſpectu terræ Iſrael erat Syria ſita, cuius delectionē voluit Propheta prædicere.[Cumq; aperuiſſet,dixit Heliſeus:Iace] i. ſagittando emitte[ſagittā]per feneſtram præfatam.[& fecit.Et ait Heliſeus:Sagitta ſalutis dñi]i.ſagitta hæc & eiꝰ ꝓiectio,ſignū eſt & figura ſalutis ſeu ꝓſpitatis atq; victoriæ tibi deſupèr cōferēdæ. [& ſagitta ſalutis cōtra Syriam]i.Syrorum delectionē deſignat.[Percutiesq; Syriam in Aphec,donec cōſumas eam]i.partē Syriæ,vtpote Syros cōmorantes in partæ ſuæ regionis, ꝗ vocat̃ Aphec, ſuperabis oīnò.Deniq; Heliſeus manus ſuas ſuperpoſuit manibus regis, vt meritis ſuis ac ꝑcibꝰ daret̃ regi victoria.[Et ait:Tolle]i.affer[ſagittas. Qui cū tuliſſet,rurſus dixit ei: Percute iaculo terrā]ſagittādo in eā,[& cū percuſsiſſet tribus vicibus,]i.tres ſagittas emiſiſſet ex arcu
Ioſe. lib. 9. an.iu.ca.8. in terrā,vt Ioſephus tangit,[& ſtetiſſet]i.à ſagittatiōe ceſſaſſet,[iratꝰ eſt]ira ꝑ zelum[vir Dei cōtra eum,]eo ꝙ tam citò deſierat ab exequutione ſuæ cōmiſsionis, ꝗ continuare debuerat, quouſq; Heliſeus ei inſinuaſſet vt indè ceſſaret. [& ait: Si ꝑcuſsiſſes]terrā iaculis [quinquiès, aut ſexies,ſiue ſeptiès.percuſsiſſes Syriā vſq; ad cōſummationē]Syros totaliter ſuperando,& regnū eorū eradicādo,hoc eſt,toties eos viciſſet, quotiès iaculo terrā percuſsiſſes.[Nunc aūt ꝑcuties eā tribus vicibꝰ]i.in tribus prælijs,ſicut & terrā ter iaculis percuſsiſti, ſed quare Heliſeus non cōmiſit regi,vt ſexies aut ſeptiès terrā percuteret iaculo? Ad ꝙ quidā rñdent,reuelatū fuiſſe ꝓphetæ,ꝙ ſi rex percuſsionē illā terræ cū iaculo ſæpè continuaret,Syros exterminaret oīnò,non tñ cōceſſum ſibi fuit à Deo,vt hoc ipſum regi manifeſtaret, nec ſibi fuit reuelatū quotiès eſſet rex terrā iaculo ꝑcuſſurus,ſed cùm percuſsiſſet ter eā, ſtatim fuit reuelatū ꝓphetæ, ꝙ rex ter percuteret Syros:Siquidē ſpūs ſanctus varijs modis tangit aīas ꝓphetarum,
Roma. 11. & nunc iſtud,nunc illud eis reuelat,& iam in gñali,iā in particulari ſicut voluerit. ❡ Sed rur-
Ibidem ſus quæri poteſt,cur totiès vicit Syros quotiès terrā ꝑcuſsit? Ad ꝙ dici poteſt illud Apoſtoli:
Hier. 23, Quis cognouit ſenſum dñi?& rurſus, Quam incōpræhenſibilia ſunt iudicia eius,& ꝙ loqtur Hieremias: Quis affuit in cōſilio eius? Veruntñ dici nō poſſet, ꝙ rex Ioas obediendo ꝓphetæ in re illa,quæ prima facie videbat̃ inutilis,aut etiā ridiculoſa,aliquo modo triūphare promeruit:ſicut & de tanti ꝓphetæ deceſſu tā vehemēter dolēdo,gemēdo ac flendo,cōſolationē iſtā aliqualiter merebatur,ſicq; totiès ꝑualere,quotiès obedierat ſancto viro,terrā percutiendo.Prætereà ꝙ dictū eſt,tolle ſagittas,quidā exponūt ſic, remoue ſagittas à te , & percute iaculo,i.cū lancea terrā,quæ expoſitio non cōſonat Ioſepho.[Mortuus eſt ergo Heliſeus,& ſe-
Ioſ. lib. 6. an.iu ca.8. Ibidem pelierunt eū.]de quo Ioſephus conteſtat̃:Defunctus eſt in iuſtitiam famoſiſsimus , & in Dei ſtudijs valde præclarus,& apud Hebræos memoriā clarā ac ſepulturā magnificam habere ꝓmeruit,qualem viro ita religioſo decebat impendi.[Latrūculi aūt de Moab venerūt in terrā] Iſrael[in ipſo anno.Quidam aūt ſepeliētes hominē,viderunt latrūculos & ꝓiecerūt cadauer in ſepulchrū Heliſei,[cupiētes ſe expedire de corpore ſepeliēdo timore latronū, ne caperētur ab eis,[ꝙ dum tetigit oſſa Heliſei,reuixit homo,& ſtetit ſuper pedes ſuos,] virtute ac me
Eccleſ.48. ritis Heliſei,ad declarandā excellentiā meritorū ipſius.& ꝙ verus fuerat Dei propheta.Hinc in Eccō fert̃ de Heliſeo:Mortuū ꝓphetauit corpus eius,in vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabilia operatus eſt.[Igitur Hazael rex Syrię afflixit Iſrael cūctis diebꝰ Ioachaz.Et miſertus eſt dñs eorū,& reuerſus eſt ad eos,propter pactū ſuum,ꝙ habebat cum Abrahā & Iſaac & Iacob,& noluit diſperdere eos,neq; ꝓijcere penitùs vſq; in ꝓſens tēpus. Mortuus eſt aūt Hazael rex Syriæ,& regnauit Benhadad filius eius ꝓ eo.Porrò Ioas filius Ioachaz tulit]i. vi ꝑlij abſtulit[de manu Benhadad filij Hazael vrbes, quas] Hazael [tulerat de manu Ioachaz pr̃is ſui iure prælij.Tribus vicibus percuſsit eum]i. exercitū regis Syriæ Ioas rex Iſrael,ſicut Heliſeus ꝑdixit,& reddidit ciuitates Iſraeli.]❡Iuxta ſpiritualitatem ex iſto cap.cōmendat̃ nobis immēſa pietas Dei,qauerſis ac indignis tot bona impēdit,tā gratioſè ſuccurrit, & ꝑ interceſſiones ac merita ſanctorū,tā viatorū ꝗ cōprehenſorū,bñficia multa largit̃,atq; de viſibilibꝰ & inuiſibilibus aduerſarijs ꝑſtat triūphu, ❡Inſupèr ꝑ Heliſeū intelligit̃ Chriſtus,q iubet principibus ac ꝑlatis afferre arcū & ſagittas,i.ſcripturā ſacrā aſſumere, & eius authoritatibꝰ & exemplis ſe munire,æmuliſq; ſuæ ſalutis reſiſtere.Iubet quoq; apiri feneſtrā oriētalē,i.mētē aptare ad illuminatiōes ſupnas,ſicq; ſagittā ſalutis cōtra Syriā mittere, i. ꝑ verba oronis, ꝑdicatiōis, ac opa ſcā reluctari inimicis ſalutis ac pacis,& iaculo ꝑcuti terrā ꝑcipit,i.ꝑ verba cōpunctionis,correptiōis ac caſtigatiōis excitare corda carnalia terrenis infixa,ꝙ faciendū eſt, non ſolū
Matth 10. ter ad gloriā ſupbeatiſs.trinitatis,ꝑ fidē,ſpē & charitatē ipſius,ſed qnquiès, ſexiès aut ſeptiès, quia ꝗ pſeuerat,ſaluat̃: & qnq; ſenſus oportet reprimere,ꝑfectioniq; operū, ꝗ ſenario deſignat̃,vacare,atq; ad ſepti formē ſpūs ſancti gr̃am ꝑuenire. ❡Poſtremò,latrūculi Moab ſūt ſpūs maligni,aīarum interfectores quas vincūt,quorū timore debemus cadauer ſepeliendū in ſepulchrū ꝓijcere Heliſei,i.corpora noſtra vitijs mortua, virtute & fide paſsionis ac ſepulturæ

Chriſt

Christi ad agendũ pœnitentiã suscitare, vt stet supra pedes suos rationi ac legi Dei viriliter obediendo, aliorum quoq; sanctorum exẽplis & meritis nos debemus applicare per cõsiderationẽ & charitatẽ, ac ossa eorum cõtingere, i. virtutes participare ac imitari, sicq; viuificari in Deo.

Elucidatio cap. 14. In anno secundo &c. Artic. 17.

REcitatUr in isto cap. qualiter Amasias rex Iuda præfuerit, & quõ super decem tribus præsidebat Hieroboam filius Ioas regis Israel. [In anno 2. Ioas filij Ioachas regis Israel, regnauit Amasias filius Ioas regis Iuda. 25. annorum erat, cum regnare cœpisset, 20. aũt & 9. annis regnauit in Hierusalẽ. Nomẽ matris eius Ioadẽ de Hierusalẽ. Et fecit rectum corã domino] verum Deum ad tẽpus colendo. [Veruntamen nõ vt Dauid pater eius,] mediatus, qa nõ pseuerauit in cultu Dei, nec tã p fecte seruiuit Deo vt Dauid. [iuxta omnia quæ fecit Ioas pater suus] immediatus: qm̃ sicut Ioas ille ad tẽpus sub Ioiada fuit deicola, postea aũt idololatra, ita & iste: [nisi hoc ꝙ excelsa nõ abstulit] vterq; eorum, quia nec Ioas, nec Amasias abstulit ea, etiam nunc 4. Reg. 12.
quando Deum colebãt: vel ꝙ dicitur, nisi hoc tãtum &c. refertur, nõ ad verba immediate pręhabita, sed ad illud, & fecit rectũ corã domino, vt sit sensus, ꝙ ad tẽpus iuste se habuit, hoc dẽpto, quod excelsa nõ destruxit. [Adhuc enim populus adolebat, & immolabat incensum in excelsis. Cumq; obtinuisset regnum, percussit seruos suos, q interfecerãt regẽ patrẽ suum. Filios aũt eorum qui occiderãt] patrem suum, [nõ occidit, iuxta verbum quod scriptum est] in Deut imò & in Ezech. & Hier. [in lib. legis Mosis, sicut præcepit dominus, dicens: Nõ morientur patres ꝓ filijs.] i. ꝓpter filiorum pctã non occidentur parentes eorũ. [nec filij ꝓ patribus] præsertim in foro humani iudicij. qualiter aũt secundum ęquitatem diuini iudicij quãdoq; aliter accidat, dictũ est sępe. Nam & in Threnis loquitur Hier. Patres nostri peccauerunt, & nõ sunt, & nos iniquitatem eorum portauimus. In Exod. quoq; dominus cõtestatur: Ego sum Deus zelotes, visitãs iniquitatem patrum in filios vsq; in tertiam & quartam generationem, [sed vnusquisq; in peccato suo morietur.] Nempe q peccat mortaliter, sic peccando, occidit seipsum morte culpæ, & meretur mortem damnationis æternæ, ac iuxta legẽ in multis casibus merebatur occidi, quẽadmodũ ad Hebræos ait Apost. Irritam quis faciens legem Mosis, absq; vlla cõtradictiõe duobus aut tribus testibus moritur. [Ipse percussit Edõ] i. Idumæos, [in valle salinarum] hoc est, sal habẽte seu ꝓducẽte. [10. millia, & appręhendit prædã] i. spolia occisorũ [in prælio] illo. Vnde Iosephus ait, ꝙ prædã & infinitas diuitias abstulit ex gẽtibus istis, videlicet Idumęis & Amalechitis. Aliqui libri habent, appręhendit petram in pręlio, & per Petram quidã intelligunt vrbẽ sic dictam. Vnde magister in hist. scribit, appræhendit Petrã nobilem Arabiæ ciuitatem. Aduertẽdũ quoq; ꝙ ista historia hic breuiter tacta, 2. libro Paralip. diffusius recitatur, quo inter cętera legitur, ꝙ percussit filios Seir, i. Idumæos decem millia & alia decẽ millia cepit, & adduxit ad præcipitium cuiusdam petræ, præcipitauitque eos, & ita per petram intelligi potest petra illa prærupta. Vnde & Iosephus, deducens (inquit) eos ad magnã petram, quæ est in Arabia, ex ea præcipitauit. [vocauit nomen eius Ioktheel vsq; in præsentem diem.] Ioktheel, secundum aliquos, interpretatur auxilium Dei, quia diuino subsidio recognouit se præualuisse, quod per illã appellationẽ voluit designare ac iugiter recoli ad gloriam Dei. Alij dicunt, quod interpretetur acredo dẽtium, qm̃ interfecti ibidem, præ mortis illius horrore atq; dolore dẽtibus suis stridebant. [Tunc misit Amasias nuncios ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu, regem Israel, dicens: Veni, & videamus nos.] Secundum Iosephum, quem magister in historijs communiter sequitur. Amasias scripsit Ioas regi Israel, vt ipse cum populo obedirent sibi, sicut patres eorum obedierunt patribus suis Dauid ac Salomoni, alioquin bello terminum causa perciperet. Cui Ioas rescripsit: Rex Ioas regi Amasię: Erat in Libano monte cypressus, ad quam misit carduus &c. hoc est, quod in textu subiungitur: Remisitq; Ioas rex Israel ad Amasiã regẽ Iuda, dicens: Carduus Libani misit ad cedrũ, quę est in Libano, dicẽs: Da filiã tuã filio meo vxorẽ, trãsieruntq; bestiæ saltus, q̃ sunt in Libano, & conculcauerunt carduũ.] per carduum, quæ est herba spinosa, mordax, austera & vilis, intelligi potest quæcũq; vilis persona, sicut per cedrum persona sublimis: & per bestias saltus, homines bellicosi. Ioas ergo per carduum designauit Amasiã, per cedrum aũt seipsum, & per bestias saltus, pugnatores suos: sicq; per istam parabolam insinuauit, ipsum Amasiam pręsumptuosum aliquid attẽtare, velut si vilis persona petat filio suo dari in coniugẽ alicuius viri nobilis filiã, ideo ipsum Amasiã cũ suis esse vincẽdum à se, & à pugnatoribus suis. Quidã dicunt, ꝙ Ioas per carduum intellexit ipsum Emor, q fuit infidelis pater ipsius Sichẽ, qui petijt à Cedro, i. à Iacob patriarcha dari filiã suam Dinã vxorem filio suo Sichem, atq; per bestias saltus significari Simeonẽ & Leui, qui occiderũt ipsum Emor & Sichem, sicut in Gen. legitur. sicq; affirmãt, quod Iudæi consueuerũt isto ꝓuerbio vti, dum quis conabatur ꝑsumptuosum quid agere, & ita applicabat Ioas ꝓuerbiũ istud ad Amasiam. [Percutiens inualuisti super Edõ] occidendo Idumęos, [& subleuauit te cor tuũ] i. cogitatio cordis tui extollit te, ita quod cupis ampliorem victoriã. [Cõtentus esto gloria] hoc est, fama & laude quã habes de Idumæorum ꝓstratione, [& sede in domo tua. Quare prouocas

Deut. 14
Ezech. 18.
Hiere. 22.
Thren. 5.
Exod. 20.
Hebræ. 10.
Iose lib. 9. an. iu. ca. 9
Pe. Co. hist. li. 4. Reg. ca. 9.
2. Para. 25.
Iose. lib. 9. an. iu. ca. 9.
Ioselib. 9. an. iu. c. 10
Pe. Co. hist. lib. 4 Reg. cap. 19.

uocas malum,]i. cur tam imprudenter incitas me ad pugnandum aduersum te, [vt cadas tu &] tribus [Iuda tecum] in prælio? [Et non acquieuit Amasias.] circa quod Iosephus fatur: Hæc, s. epistolam regis Ioas, relegens Amasias, ad bellum potius incitatus est, Deo (vt arbitror) ad hoc impellente, s. permissiue, vt pro his quæ fecerat, pœnas exolueret, quia iam deos Idumæorũ cœperat adorare. [Ascenditq; Ioas, & viderũt se] inuicem hi duo reges [ipse & Amasias rex Iuda in Bethsames oppido Iudæ.] primo tamen pugnauerunt in campo. [Percussusq; est Iuda coram Israel] i. populus regni Iudæ, à populo Israel est cæsus, imò à Deo primo percussus ast corde populus Iuda: quia vt Iosephus refert, antequam pugnare exorsi sunt, repentinus horror & stupor inuasit milites Amasiæ, qualem Deus nonpropicius, hoc est, iratus immitteret. & antequam venerunt ad hostiũ manus, in fugam pauore animi sunt cõuersi, [& fugerunt vnusquisque] eorum qui de exercitu Amasiæ effugere potuit. [in tabernacula sua. Amasiam vero regẽ Iuda filiũ Ioas filij Ochoziæ cœpit Ioas rex Israel in Bethsames, & adduxit eum in Hierusalem. Et interrupit] Ioas rex [murum Hierusalem à porta Ephraim vsque ad portam anguli quadringentis cubitis.] Cum enim cœpisset Amasiam, comminatus est ei mortem, nisi sibi promitteret quod persuaderet Hierosolymitis, vt se Ioas cum suo exercitu in ciuitatẽ intrare permitterent. [Tulitq; omne aurum, & argentum, & vniuersa vasa quæ inuenta sunt in domo domini, & in thesauris regis, & obsides, & reuersus est in Samariam. Reliqua autem verborum Ioas quę fecit, & fortitudo eius, qua pugnauit contra Amasiam regem Iuda, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierũ regum Israel? Dormiuitque Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cũ regibus Israel, & regnauit Hieroboam filius eius pro eo. Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda, postquã mortuus est Ioas filius Ioachas regis Israel, 25. annis. Reliqua autem sermonum Amasiæ, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum regum Iuda? Factaque est contra eum coniuratio in Hierusalẽ.] Quia maiores & alij ciues Hierusalem, videntes se tot aduersa perpessos propter facinora Amasiæ, conspirauerunt inter se, & decreuerunt eum occidere. [At ille fugit in Lachis. Miseruntque post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi, & absportauerunt in equis, sepultusque est in Hierusalem, cum patribus suis in ciuitate Dauid. Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam, annos natus sedecim, & constituerunt eum regem, pro patre eius Amasia. Ipse ædificauit Hailam, & restituit eam Iudæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis. Anno 15. Amasię filij Ioas regis Iuda regnauit] i. cœpit regnare [Hieroboã filius Ioas regis Israel in Samaria 41. annis, & fecit quod malum est corã domino. Nõ recessit ab omnibus peccatis Hieroboam filij Naboth, qui peccare fecit Israel. Ipse restituit terminos Israel.] hoc est, loca ac oppida Israelitis ablata per Syros aut alios, recuperauit eis per bella, [ab introitu Hemath.] Quæ secundum Rabanum Epiphania nũcupatur, & etiam Antiochia, [vsque ad mare solitudinis] i. mare mortuũ, [iuxta sermonem domini Dei Israel, quem locutus est qer seruum suum Ionam filium Amathi] hoc est, veritatis [prophetam] qui fuit puer quem suscitauit Helias, iuxta præhabita, & dictus est filius Amathi, quoniam eo suscitato, mater sua dixit Heliæ: Nunc in isto cognoui, quoniam vir Dei es tu, & verbũ domini in ore tuo verum est. [qui erat de Geth, quæ est in Hepher,] vel Ophir. hoc, vt in Scholastica habetur historia, dicitur ad differentiam alterius Geth, quę est in Palęstina, & est vrbs Philistinorum. hic autem nomen est regionis, vel (vt aliqui asserunt) oppidi in terra promissionis. Ophel vero seu Ophil hoc loco, nomen est turris nebulosæ, quæ erat non longe à templo Hierusalem, quæ turris secundum Glossam erat enormis magnitudinis ac altitudinis, vnde vocata est Ophir, hoc est, nubea, quia ad nubes videbatur pertingere, de qua habetur apud Michæam: Et tu turris gregis nebulosa filiæ Sion, ad te veniet potestas prima regum filiæ Hierusalem. Prętera quęritur, qualiter Ionas iste dicatur de Geth, si filius fuit viduę in Sarepta vrbe Sidoniorũ. Ad quod poterit responderi, quod forsan ex parte patris fuit de Geth, vel ratione habitationis, vel (vt aliqui dicunt) quia sepultus est ibi. Veruntamen non apparet, quod ratione sepulturę diceretur de Geth. Circa hęc Iosephus scribit huic Hieroboam prophetauit Ionas, quod oportet eum vincere Syros, & regnum proprium dilatare, in partibus quidem Aquilonis vsq; ad Hemathi ciuitatem. à meridie vero vsque ad Asphaltidem, i. mortuum mare. Antiquitùs enim hi erãt termini Chananæorũ. Veruntamen istæ prophetiæ Ionæ nõ habẽtur in libro ipsius, qui est inter libros 12. prophetarum, quia non omnia eius verba & gesta cõscripta sunt. Patet quoq; ex his, quod Ionas propheta diutissime vixit, vt elici potest ex numero annorũ regũ Israel, quia à tempore Heliæ & Achab vsque Hieroboam istum fuerunt plurimi reges. Denique tantam prosperitatem contulit Deus regi Hieroboam, eiusque populo, non propter eorum merita, sed ex sua benignitate immẽsa, qua afflictissimę Israeliticæ plebi condoluit, & propter crudelitates Syrorũ in eam fecit ipsos à Ieroboam deuastari. Hinc subditur: Vidit enim dñs afflictionem Israel amarã nimis, & quod consumpti essent, vsque ad clausos carceris & extremos, & non esset qui auxiliaretur Israel. Nec loquutus est dominus, vt deleret nomẽ Israel de sub cælo, sed saluauit eos in manu Hieroboã filij Ioas. Reliqua autem sermonũ Hieroboã, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius

Margin notes: Iose. lib. 9. an. iu. c. 10. — Idem — Rabanus — 3. Reg. 17. — Ibidem — Pet. Co. hist. lib. 4. Re. ca. 13. — Mich. 4. — Iose. lib. 9. an. iu. c. 11.

do eius, qua præliatus est,]Hæc plana sunt, nisi quod sequitur, [& quomodo]Hieroboã rex [restituit Damascum & Hemath Iudæ in Israel]i. vrbes illas præcipuas Syriæ regno Israel subdidit, quãuis non diu regnũ illud tenuerit eas[nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuitq; Hieroboam cum patribus suis regibus Israel, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.]Moraliter ex illo docemur capitulo, ad quãta vitia & aduersa pręcipitet hominem dominandi libido, & cordis elatio, vt patet in Amasia præfato, quem multi sequuntur, qui in principio sui principatus ac prioratus, sunt virtuosi & humiles: sed cum cœperunt prosperari & exaltari, ingrati Deo efficiuntur, & ad altiora adspirant, quibus tanquam inquiens dicendum est. Esto contentus gloria & præsidentia tibi concessa, vt tibi subiectos efficaciter regas, & sede in domo tua deuotioni virtutibusq; vacando, nec aliena vsurpando, sed attendendo ad quæ & quanta sis obligatus, & qualiter Deo pro te ipso, & tibi cõmissis valeas respondere, sicq; diuini rigorem iudicij intuendo salubriter expauescas. Cur prouocas malum aduersum te, iniusta prælia assumẽdo, vt cadas tu & populus tuus tecum? O quàm metuendum instat iudicium ambitiosis principib⁹, qui ex sua superbia seipsos ac alios tot & tantis exponunt periculis, & propter quos occiduntur tot homines. Deniq; multi ex vili aut mediocri prosapia nati, ad altiora conantur, & dignitates atque diuitias insatiabiliter sortiri nituntur, atq; cum nobilioribus sociare connubia, idcircò benè per carduum designãtur, quoniam instar cardui sunt impotentioribus duri ac pugnitiui, & mittunt ad cedum Libani, i. ad magnates, ac dicunt, da filiam tuam filio meo vxorem, in tales regibus ac magnis principibus complacere, blandiri, cohabitare soliciti sunt, vt illorum suffulti auxilio, desideratos queant obtinere honores & facultates. Insuper per Amasiam regem Iuda, rectè intelliguntur principes Christiani, qui cùm adhuc vitijs pleni sint, ac deo displiceant, indiscreto zelo perfidos impugnare præsumunt. Propter quod sæpè vincuntur, & vrbes eorum dissipantur ab illis.

Elucidatio Cap. 15. Anno vicesimoseptimo Hieroboam regis Israel, &c. Art. 18.

DE duobus regibus Iuda, de sex vitiosis regibus Israel, pręsens tractat capitulum, [Anno vicesimo septimo Hieroboam regis Israel regnauit Azarias] qui alio nomine vocatur Ozias, sicq; vocatur apud Matthæum: [filius Amaziæ regis Iuda] Circa hoc oritur quæstio, quoniam dictum est præcedenti capitulo, Anno 15. Amasiæ regis Iuda] regnauit Hieroboam rex Israel quadraginta & vno anno, ex quo elicitur, quod Amasias in Iuda, & Hieroboam in Israel pariter regnauerunt quindecim circiter annis: quomodo ergo nunc dicitur, quod anno 27. Hieroboam regis, regnauit Azarias in Iuda, cùm ipse Amazias regnauit in toto nisi 29. annis, vt in principio pręcedentis fertur capituli? Azarias ergo siue Ozias cœpit regnare anno 14. aut 15. regis Hieroboam, non anno regni eius 27. Ad hoc in historijs respondit magister: Fortè 15. annis regnum Iuda sine rege fuit, quoniam Amasias adhuc viuens, regnum dimisit, & Ozias adhuc paruulus regnare non potuit: mortuo autem patre suo, cùm ipse sedecim esset annorum, cœpit regnare anno regni Hieroboam 27. qualiter autem istę atque consimiles discordantiæ ac difficultates valeant multipliciter solui, pręhabitũ est. Deniq; ipse Hieroboã (vt creditur) cœpit regnare, & regnauit duobus aut tribus circiter annis, viuente adhuc suo patre, quoniam à morte Ioas patris Hieroboam, vsq; principium regni Azariæ, fluxerunt anni 25. tantũ, numerando annos regni Azariæ seu Oziæ, quibus post mortem patris sui regnauit. Omnes aũt hæ difficultates, in fine Scholasticæ historiæ de materialibus Reg. tractantis soluuntur, [sedecim annorum erat, cùm regnare cœpisset, & 25. annis regnauit in Hierusalem: Nomen matris eius Iechelia, de Hierusalem. Fecitq; quod erat placitũ corã dño, iuxta omnia quæ fecit Amasias pater eius. Veruntamen excelsa non est demolitus. Adhuc populus sacrificabat & adolebat incensum in excelsis. Percussit autem dñs regem] Oziam lepra, quando vsurpauit sibi sacerdotale officium, prout 2. Paralip. libro recitatur, & ibi expositum est, de qua re Iosephus scribit diffuse. [Et fuit leprosus vsq; in diem mortis suæ, & habitauit in domo libera seorsum] i. in domo separata, quæ à cohabitatiõe aliorũ, & negocijs regni libera fuit & quieta, atq; vt Iosephus narrat, extra ciuitatem morabatur ad tẽpus, & ibi mœstitia faciente defunctus est. [Ioathan verò filius regis gubernabat palatium, & iudicabat popolum terrę. Reliqua autẽ sermonũ Azarię, & vniuersa quæ fecit, nonne hęc scripta sunt in libro verborũ dierũ regũ Iuda? Et dormiuit Azarias cũ patribus suis, sepelieruntq; eum cũ maioribus suis in ciuitate Dauid, & regnauit Ioathan filius eius pro eo.] Qui & patre suo sic percusso gubernauit ad tẽpus palatium. Sequitur de regibus Israel, qui post mortem Hieroboam regis, multis calamitatibus sunt oppresi, tam à se inuicem, quàm ab extraneis regibus, puta Assyriorum, quousq; regnũ illud decem tribuum omninò defecit. Nam sub Hieroboã habuit maximã prosperitatẽ, vt pręcedenti est narratũ artirulo: sed quia ingratissimi Deo fuerũt tam reges quàm populus Israel, statim post mortem Hieroboam cœperunt omninò deficere, sicut in isto cõsequẽter capitulo declaratur. Anno 38. Azariæ regis Iuda, regnauit Zacharias filius Hieroboam super Israel sex mẽsibus.] hic rursus nascitur quęstio de cõputu horũ annorũ, quæ soluitur per vacationem regni, quoniam per principes, non per reges dicitur gubernatum, vel per congregationem, vel quòd

Matt. 1.
4. Reg. 14.
dbiem
Pet. Co hi. lib 4. Re. cap. 21
Pet Co hi. stor. lib. 4. Reg. ca. 47.
2. Paral. 26.
Iose. lib. 9. an. iu. ca. 11
4. Regũ. 14.

quòd propter malitiam cuiusdam regis, aliqui anni quibus regnauit, ei non deputantur. [Et fecit quod malum est coram dño, sicut fecerant patres eius. Non recessit à peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Coniurauit autẽ contra eum Sellum filius Iabes] vnus de principibus eius, [percussitq; eum palàm] i. in præsentia aliorum, ex quo patet quod multis placuit interfectio Zachariæ istius, quia fuerat valdè malus, vel quod Sellum habuit assistentiã magnam. [Et interfecit, regnauitq; pro eo. Reliqua autem verborum Zachariæ nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Iste est sermo dñi, quẽ loquutus est ad Iehu, dicens: Filij tui vsq; ad quartã generationẽ sedebunt de te super thronum Israel. Factumq; est ita.] i. in isto Zacharia impletum est, quod dominus promisit Iehu regi, quod filij eius vsq; ad quartam generationem regnarent post eum, vt legitur suprà. Iam enim successerant ei per ordi-
4. Reg. 10. nem Ioachaz, Ioas, Hieroboam, & iste Zacharias.] Sellum filius Iabes regnauit 30. anno Azariæ regis Iudæ. Regnauit autem vno mense [in Samaria] impius ille Sellum, & sicut fecerat domino suo, sic contigit ei. Vnde subiungitur: [Et ascendit Manahen filius Gaddi, de
Iose. lib. 9. an. iu. c. 11. Thersa, venitq; in Samariam, & percussit Sellum filiũ Iabes, & interfecit eũ] videlicet Sellũ, [regnauitq; pro eo.] Manahem iste, vt recitat Iosephus, erat princeps militiæ Zachariæ, & cognitio eo, quod Sellum commisit in regem, venit cũ omni militia in Samariam, commissoq; prælio ipsum Sellũ peremit, atq; seipsum constituit regem. [Reliqua autem verborũ Sellum, & coniuratio eius, per quàm tetendit insidias, nónne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierũ regum Israel? Tunc percussit Manahem] rex [Thaphsam] i. habitatores vrbis sic dictæ, quæ erat
Idem in terra Samariç, [& oẽs quæ erant in ea, & terminos eius de Thersa] i. ea quæ extra ciuitatem erant, & pertinebant ad eam, depopulatus est. [Noluerunt enim aperire ei,] nec eum in regẽ accipere. ideò firmissima obsessione tandem obtinuit eã, prout hæc oĩa in Iosepho pleniùs referuntur, q etiã ait, quod Manahem iste fuit sæuissimus, imò crudelior in cótribules quàm alienigenæ, cui narrationi concordat quod subditur: [Et interfecit oẽs prægnãtes eius, & scidit eas] quod prorsus crudelissimum fuit, vtpotè mulieribus fœtũ in ventre habentibus, paruiq; vicinis nó parcere. hac demùm crudelitate voluit alijs timorem sui incutere. [Anno 39. Azariæ regis Iuda, regnauit Manahem filius Gaddi, super Israel decem annis in Samaria, fecitq; quod erat malum coràm domino. Non recessit à peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, cunctis diebus eius,] videlicet Manahem regis. [Veniebat Phul rex Assyriorum,] i. Phul ille,
Idem ad libitũ suum, siue ad libitũ Manahem, intrauit Thersa vrbem regni Israel. Primò equidẽ, vt
Pet. Com. hist. lib. 4. Reg. ca. 21. Iosephus & author Scholasticæ historiæ referunt, cœpit Phul venire ad impugnandum Manahem regẽ, ac populum eius. Cui Manahem, non audens ei resistere, misit munera, scz. mille argẽti talenta, & insuper præstitit ei tributum magnum, vt se cõfirmaret in regno, & esset sibi præsidio. Propterea subditur: [& dabat Manahem] ipsi [Phul mille talenta argenti, vt esset ei in auxilium, & firmaret regnum eius, indixitq; Manahem] i. imposuit [argentum super Israel cunctis potentibus & diuitibus, vt daret regi Assyriorum quinquaginta siclos argenti per singulos] i. vnicuiq; potenti ac diuiti, iniunxit dare omni anno tãtam pecuniæ summã in subsidium tributi regi Assyriorum soluendi. [Reuersusq; est rex Assyriorum, & non est moratus in terra. Reliqua autem sermonum Manahem, & vniuersa quç fecit, nónne hæc scripta sunt in
Iose. lib. 9. an. iu. ca. 9. libro sermonum dierum regum Israel? Et dormiuit Manahem cum patribus suis, regnauitque Phaceia filius eius pro eo. Anno quinquagesimo Azariæ regis Iudæ, regnauit Phaceia filius Manahem, super Israel in Samaria biennio, & fecit quod erat malum coràm domino. Non recessit à peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Coniurauit autem aduersus eum Phacee filius Romeliæ, dux eius, & percussit eũ in Samaria, in turre domus regiæ, iuxta Argob, & iuxta Arieh, & cum eo quinquaginta viros, de filijs Galaaditarum, & interfecit eum, regnauitq; pro eo.] Iste Phacee, secundũ Iosephum, chiliarchus fuit, id est, millenarius ipsius Phaceæ. [Reliqua autem sermonum Phaceia, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierum regũ Israel? Anno quinquagesimo secundo. Azariæ regis Iuda, regnauit Phacee, filius Romeliæ super Israel in Samaria 20. annis, & fecit quod erat malũ coràm dño. Non recessit à peccatis Hieroboã filij Nabat. q peccare fecit Israel. In diebus Phacee regis Israel, venit Theglath Phalasar rex Assur, & cepit Ahion & Abel domum Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galilçã, & vniuersam terrã Nephthali] i. oppida sic vocata. vastauit etenim duas trib⁹ cũ media vltra Iordanẽ, & citra Iordanẽ tribũ Nephthalim & Galilçã. [& trãstulit eas in Assyrios] vt seruirent ei ibidẽ ad placitũ suũ. [Cõiurauit aũt & tetẽdit insidias Osee filius Ela, cõtra Phacee filiũ Romeliæ, & pcussit eũ, & interfecit, regnauitq; p eo anno 20. Ioathan filij Oziç.] Ioathan, vt ait scriptura, 15. annis regnauit: qualiter ergo anno regni eius 20. regnauit Oseç? Respõdet, quod 15. annis regnauit, patre suo defuncto, sed antè p aliquot annos regnauerat, illo viuente atq; leproso. Reliqua aũt sermonũ Phacee, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierũ regũ Israel? Anno secundo Phacee filij Romeliæ regis Israel. regnauit Ioathan filius Oziæ regis Iuda. 25. annorũ erat cum regnare cœpisset, & 16. annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Ierusa, filia Sa-

doc,fecitq; ꝙ erat placitum coram dño,iuxta oĩa quæ fecit Ozias pater suus, operatus est,] Vndè Hieronymus super Esaiam,vocauit eum iustissimum,& 2. Paral.magnificẽtia, prosperitas,fortitudo,& iustitia eius scribuntur,de quibus & Iosephus magnificè scribit.[Veruntamen excelsa non abstulit.Adhuc populus immolabat & adolebat incensum in excelsis. Ipse ædificauit portam domus dñi sublimissimam] Circa hoc scribit quidam : dicunt communiter doctores nostri,quod ista porta quæ in Actis vocatur porta templi speciosa, sed hoc non videtur verum,quoniam Nabuzardan incendit templum & domum regis, & ciuitatem Hierusalem:ideo porta de qua in Actibus, fuit diu posteà ædificata, & Iosephus velle videtur ꝙ fuit constructa ab Herode Ascalonita. Verùm his obuiat quod Magist.in hist.loquitur: Hæc est quæ in Actibus Apostolorum speciosa vocatur,& ab Hebræis porta Ioathan dicitur, hæc sola remansit in euersione facta per Chaldæos.[Reliqua autem sermonum Ioathan, & vniuersa quæ fecit,nónne hæc scripta sunt in lib. sermonum dierum regum Iuda?In diebus illis cœpit dominus mittere in Iudam Razin regem Syriæ,& Phacee filium Romeliæ]ad castigandum per eos quædam peccata populi Iudæ,qui à tempore Salamonis & deinceps, non cessauit immolare & adolere seu cremare incensa in locis sublimibus,quod, templo constructo, non licuit,q̃uis fieret ad Dei honorem.[Et dormiuit Ioathan cum patribus suis,sepultusq́ue est in ciuitate Dauid Patris sui, & regnauit Achaz filius eius pro eo.] ¶ Spiritaliter hîc docemur,qualiter inter superbos semper sunt iurgia,& quanta facinora gignat ambitio, & qualiter regnum in se diuisum,celeriter desoletur. Nam & regnum Israel in p̄fatis tyrannicis regibus habuit finem.Tales aũt reges rarò aut nunq̃ habent cordis tranquilitatem,sed insidias assiduè suspicantur,vixq; alicui credunt, quia nec ipsi fidelitatem seruarunt. ideò scriptũ est: Sonitus terroris semper in aurib⁹ impij,& cùm pax sit,ille insidias suspicatur. In libro quoq; Sapientiæ legitur:Semper præsumit sæua perturbata conscientia.Nihil enĩ est timor,nisi præsumptionis auxilium.Econtrà innocentes & recti,qui sibi conscij nõ sunt ꝙ nocuerunt alijs, magna securitate lætantur. ¶ Postremò, per Oziam qui sibi sacerdotale vsurpauit officium, benè intelliguntur principes seculares,qui se de Ecclesiasticis beneficijs ac dignitatis conferendis,aut alijs procurandis,vltra suam se intromittunt mensuram.sicq; cupiditatis & elationis incurrunt lepram,& innumerabilibus atq; grauissimis inuoluuntur peccatis.

Hierony. 1. Para. 29. Iose.libr.9. an.iu.ca.13. Actor.3. 4.Reg.25. Pet Com. hist. lib.4. Reg ca. 24. Prou. 13. Matth. 12. Luc. 11. Iob 15. Sapient.17.

¶Expositio cap.16.Anno 17.Phacee filij Romeliȩ &c. Artic. 19.

Regnatio,transgressio atq; punitio regis Achab,hîc describuntur, de quibus etiam 2. Paral.28.tractatur,& ibì pro magna parte exposita sunt quæ hîc scribunt.[Anno 17.Phacee filij Romeliæ, regnauit Achaz filius Ioathan regis Iuda.Viginti annorũ erat Achaz, cùm regnare cœpisset,& 16.annis regnauit in Hierusalem.Non fecit quod erat placitum in conspectu dñi Dei sui, sicut Dauid pater eius, sed ambulauit in vijs regum Israel : quia prauissimus fuit idololatra,nec S.Esaiæ prophetæ audire voluit monita.[Insupèr & filium suum consecrauit, transferens per ignem,secundum idola gẽtium,quæ dissipauit dñs coram filijs Israel. immolabat quoq; victimas,& adolebat incẽsum]i.thymiama seu thura cremauit ad idolorum honorem,[in excelsis & in collibus & sub omni ligno frondoso] & in valle Ben Ennon. fuit vir nomine Ennon,ad quem vallis illa extra & prope Hierusalem p̄tinebat. indè dicta est vallis Ben Ennon, i. vallis filij Ennon, & lustrauit, i. purgauit filios suos in igne, trahendo eos per ignem,[iuxta ritum gentium] credens in igne esse vim purgatiuam etiam spiritualium rerum. Iosephus ait,quod vnum de filijs suis obtulit dijs suis in holocaustum more Chananęorum,ex quo aliqui putant,quod filium illum fecit igne consumi & mori.Et tradidit eum dominus in manu regis Syriæ. Manibus quoq; regis Israel traditus est, ꝙ totum in præallegato 2. Paral.28.fuit expositum,& ibì est requirendum,ex q̃bus patent quæ in isto sequuntur cap. [Tunc ascendit Razin rex Syriæ,& Phacee filius Romeliæ rex Israel,in Hierusalem]i.ad eam [ad præliandum]i.ad obsidendũ eandẽ,q̃ tamen obtinere nõ poterant,q̃a triplici muro fortissimè fuit circundata. Hinc subditur:[Cumq́; obsiderent]ipsum [Achaz] in Hierusalẽ existentem.[non valuerunt superare eum.]tñ in bello rex Israel contra Achaz p̄ualuit, sicut 2. Paral.28.recitatur.[In illo tẽpore restituit Razin rex Syriæ Ailam]i. vrbem sic dictã [Syriæ] i. regno suo,[& eiecit Iudæos de Aila. Et Idumæi & Syri venerunt in Ailam, & habitauerunt ibì vsq; in diem hanc.]Nempe vt Iosephus Narrat,videns rex Syriæ se non posse Hierusalem capere,recessit ab eius obsidione,oppugnauitq; Ailam ad mare rubrũ positam,eamq; cepit, & habitatores eius occidit,alijs quoq; ciuitatib⁹ in circuitu similiter fecit, Iudæos vbiq; occidens,ac magnam indè reportãs prædam,cum suo exercitu in Damascum reuersus est.[Misit aũt Achaz nuncios ad Theglath Phalaasar,regem Assyriorũ,dicens:Seruus tuus & filius tuus ego sum.Ascende,& saluum me fac de manu regis Syriæ,& de manu regis Israel,q cõsurrexerunt aduersum me. Et cùm collegisset argentum & aurum, ꝙ inueniri potuit in domo dñi & in thesauris regis,misit regi Assyriorũ munera.Qui & acquieuit voluntati eius.Ascendit rex Assyriorum in Damascum,& vastauit eam,& transtulit habitatores eius Cyrenen. Razin autẽ

Esaiæ 17. Iose. lib. 9. an.iu.ca. 13 Ibidem

interfecit. Perrexitq; rex Achaz in occursum Theglath Phalasar regi Assyriorum, in Damascum,] Ista in præallegato 2. Paral. 28. exposita sunt. [Cumq; vidisset] Achaz rex [altare Damasci,] super quod Syri suis idolis immolabant, [misit ad Vriam sacerdotem] i. pontificem [exemplar eius & similitudinem, iuxta omne opus eius, [vt vrias simile altare faceret in templo Hierusalem. [Extruxitq; Vrias sacerdos altare iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos Vrias, donec veniret rex Achaz de Damasco. Cumq; venisset rex de Damasco] in Hierusalem, [vidit altare & veneratus est illud] altare sacrilegum, quod interim per manum artificum fecit Vrias, & veneratus est illud, offerendo super illud idolis suis. [Ascenditque & immolauit holocausta & sacrificium suum, & libauit libamina, & fudit sanguinem pacificorum, quæ obtulerat super altare. Porrò altare æreum quod erat corā domino,] hoc est, ad Dei honorem consecratum & situm in atrio sacerdotum, videlicet altare holocausti factum à Salamone, [trāstulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi domini:] i. de loco suo, putà de atrio quod erat ante ingressum templi, in quo atrio secundum legem
3. Reg. 7. debuit stare. [Posuitq; illud ex latere altaris] ab Vria facti, tanquam vilius illo, & ne super il-
Exodi 25. lud decæterò fieret Deo oblatio, [ad aquilonem. Præcepitq; rex Achaz Vriæ sacerdoti, dicens: Super altare maius] quod tu fecisti dijs Syrorum, quod impijssimus iste idololatra reputauit præstantius duobus altaribus Dei, videlicet altari holocausti atq; altari thymiantis, [offer] dijs quos colo [holocaustum matutinum & sacrificium vespertinum & holocaustum regis, & sacrificia eius, & holocaustum vniuersi populi terræ, & sacrificia eorum & libamina,
Leuit. 1. & omnem sanguinem holocausti, & vniuersum sanguinem victimæ super illud effundes.] Ex his constat, quod superstitiosissimus iste Achaz iussit idolis immolari holocausta & sacrifi-
Iose. lib. 9 an. iu. ca. 13 cia, quæ secundum legem offerri debebant vero Deo ad suæ maiestatis honorem, & pro delicto, atq; pro peccato dimittendis, & pro pace obtinenda atq; conseruanda, & pro gratiarum
4. Reg. 20. actione, oblationes quoq; spontaneas & sacrificia offerenda pro rege atq; pro communitate ac cæteris causis, de quibus in Leuitico diffusè lex loquitur. Hinc Iosephus ptestatur, quod Achaz fuit iam stultus, & à ratione tam alienus, quod deos adorauit Syrorum, qui nec Syriam de manu eruerunt regis Assyriorum. [Altare verò æreum] s. altare holocausti Deo dedicatum, [erit paratum ad voluntatem meam] i. conuertetur in vsum mihi placentem, de quo altari, vt
3. Reg. 6. multi dicunt, fecit horologiū celebre ac famosum, de quo infrà habetur. [Fecit igitur Vrias sacerdos, iuxta oīa quæ præcepit ei rex Achaz.] cùm tñ magis debuerit mori, q̄ in rebus tam vitiosis regi parere. [Tulit aūt] i. de proprijs ac debitis locis abstulit [rex Achaz cælatas] i. sculptas [bases] quæ suppositæ erant columnis in tēplo, [& luterem] i. mare æneum [qui erat desuper] hoc est, super boues æneos stetit, intelligendo p luterem pluraliter luteres, in quib' lauabant ministri templi. [& mare] i. lauatorium tale quodcunq; [deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud,] quod eis innitebat, [& posuit sup pauimentum stratum lapide] i. in loco indigno, ne quis vteretur eis in deitatis obsequio. [Musach quoque sabbati quod ædificauerat in templo] i. gazophylacium, in quod mittebantur regum oblationes, præsertim in sabbatis pro necessarijs in templo per hebdomadam. corbona verò est gazophylacium sacerdotum. [& ingressum regis exterius] i. viam seu portam, per quam de palatio ad templum causa orandi & sacrificādi ibant reges Iuda, [cōuertit in tēplum dñi] i. de proprijs abstulit locis seu disipauit, obturauitq; viam illā versus templū, ne qs decæterò per eā iret ad templū causa colendi Deum, & hoc fecit [propter regem Assyriorum,] i. ad cōplacēdū illi, & vt videret siue perciperet, qualiter ipse cōformaret se illi in deorū cultura. At verò aliq putant, quod Musach fuit sedes regalis in porticu templi, in qua reges dieb' solennib' residebant. de præfatis aūt vasis, materijs atq; ornatibus tēpli, copiosè tractatū est suprà 3. Reg. 7. [Reliqua aūt verborū Achaz, & oīa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in lib. sermonum dierum Iuda? Dormiuitq; Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.]

¶ Expositio cap. 17. Anno 12. Achaz regis Iuda. Artic. 20.

Fit mentio in isto cap. de vltimo decem tribuum rege, & translatione ac captiuitate tribuū earundē. [Anno 12. Achaz regis Iuda regnauit Osee filius Ela in Samaria sup Israel 9. annis. [Circa hoc oritur difficultas de numero isto, qm̄ in præcedēti cap. habetur, quod anno 17. Phacee regis Israel, cœperit ipse Achaz regnare, qui (vt in eodē cap. fertur) regnauit 16. añis, sicq; in principio regni Achaz nō restabāt nisi tres vel ad maius 4. añi regnatiōi Phacee: ergo Osee, q occiso ipso Phacee, successit in principatu, exorsus est regnare quarto ipsi' Achaz anno. Ad
4. Regū. 15. hoc dupliciter respondet. Primò quod Osee 8. annis fuit tributari' & subiect' regi Assyriorum, & 9. anno, q fuit duodecimus annus regni Achaz, cœpit liber regnare, sicq; ann' ille vocatur hic primus annus regni ipsius. Secundò, quod nō regnauit pacificè, nisi 12. anno, ideò dicitur tunc regnare cœpisse, qm̄ antè habuit rixas & guerras cōtra fautores, amicos, & propinquos ipsius Phacee quem interfecit. Aliqui verò dicunt, quod prioribus annis multo deterius regnauit q̄ antè, ideo illi anni ei non cōputantur. [fecitq; malū coram dño, sed non sicut] i. tā grauiter] reges

ges Israel, qui ante eum fuerunt,] quia permisit filios Israel accedere templum dñi in Hierusalem adorandum & sacrificandum ibidem, quod prædecessores sui prohibuerunt & impediuerunt pro posse. Hinc super illud Ose, 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt, scribit Hieronymus: Dicunt Hebræi, ꝙ q̄diu reges decem tribuum & ipsæ tribus pari consensu idola honorabant seu aureos vitulos adorabant, non venit earum captiuitas: quia tunc crimina populi aliqualiter excusabant ex tyrannide iussioneq; regum inducentium ad idololatriam, & ꝓhibentium ire ad templum Hierusalem. Vltimus verò rex Israel, dictus Osee, q licèt fecerit malum coram dño, non tñ sicut patres eius, ꝓcepit ne vituli aurei tanto studio colerent, contulitq; licentiam populo suo eundi & sacrificandi in templo Dei, ad quod populus ei cõtradixit, sicq; per dissensionem diuisum fuit cor populi à corde regis, ideò populus nullã de sua idololatria excusationẽ habebat, propter quod ab Assyrijs captus fuit, vt infrà in isto habetur cap. Circa hoc scribit Lyra: Causa ob quam Osee permisit populum suum ire in Hierusalem, fuit, vt R. Salamon dicit, qm̃ aurei vituli iam erant amoti & capti per reges Syrorum & Assyriorum, qa terram Israel fuerant deprædati, sed verius reor ꝙ Magister in historijs narrat, dicendo: Tradunt Hebræi ꝙ Manahem rex decem tribuum, inter cætera munera & tributa misit regi Assyriorum vitulos aureos, non tñ verè delati fuerunt ad regem illum, qm̃ sacerdotes dolo tulerunt & absconderunt aureos vitulos, & fecerunt æreos deauratos similes illis, & illos misit Manahem regi Assyriorum: qua fraude percepta, reges Assyriorũ plurimùm exarserũt contra Israel. [Contra hunc Osee ascendit Salmanazar rex Assyriorum, & factus est ei Osee seruus, reddebatq; illi tributa,] qa nequiuit regi illi resistere, & ꝓpter peccata sua fuit indignus diuino subsidio. [Cumq; deprehendisset rex Assyriorum Osee, ꝙ rebellare nitens, misisset nuncios ad Sua regem Aegypti, ne præstaret tributa regi assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & vinctum misit in carcerem.] qualiter aũt & q̄diu & vbi obsederit ac vinxerint eũ, paulopòst subdit, idcircò illud per anticipationem hîc dicit. [peruagatusq; est oẽm terram] i. terram Israel cũ suo exercitu percurrebat & affligebat, nullo sibi resistente, [& ascendens Samariã, obsedit eam 3. annis. Anno aũt 9. Osee cepit rex Assyriorũ Samariã,] & tunc in ea cum alijs cepit Osee regem, [& transtulit Israel in Assyrios, posuitq; eos] i. tribus regni Israel nondũ translatas [in Halach & in Habor iuxta fluuium Gozam in ciuitatibus Medorum.] Vndè in Scholast. recitatur hist. ꝙ transtulit septem tribus quæ manserant. Dictum est em̃ suprà, qualiter Theglathphalasar rex Assyriorum cepit & transtulit duas tribus cũ dimidia, & tantos de Nephthalim & etiam de Zabulon, vt legit, ꝙ poterant dici æquiualenter tres trib⁹, idq; fuit exordium captiuitatis decem tribuũ. Consequenter in textu diffusè describitur causa captiuitatis tribuũ Israel, nec est difficultas in litera. [Factum est enim cùm peccassent filij Israel] multipliciter per idololatriam, ꝓsertim à tẽpore Hieroboam, q primò statuit vitulos aureos, [dño Deo suo, q eduxerat eos de terra Aegypti, de manu Pharaõis regis Aegypti, coluerunt deos alienos, & ambulauerunt iuxta ritũ gentiũ, quas consumpserat dñs in conspectu filiorũ Israel, & regum Israel, qa similiter fecerant. Et irritauerunt filij Israel verbis non rectis dñm Deum suum, & ædificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis, à turre custodũ] i. à turribus, in quibus perpauci moranẽ, qa in turre custodum solent esse soli custodes. [vsq ad ciuitatẽ munitam,] hoc est, per oĩa loca territorij sui. [Feceruntque sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum, & adolebant ibi incẽsum super aras in morem gentium, quas transtulerat dñs à facie eorum. Feceruntq; verba pessima irritãtes dñm,] quia & pessima verba loquebanẽ, idola adorando, & vitiosissima facta significata per verba, egerunt. Frequenter etm̃ in scripturis accipitur verbum seu sermo, pro re significata per verbum. Vndè subiungiẽ, [& coluerunt immunditias] i. sordissima idola & eorum spurcitias, [de qbus ꝓcepit dñs eis ne facerent verbum hoc] i. idololatrias tales. [Et testificatus est dñs] i. prædixit eis atq; hortatus est, [in Israel & in Iuda per manum oĩm ꝓphetarũ & videntiũ, dicẽs: Reuertimini] p veram contritionẽ, [à vijs vestris pessimis,] imò & ab itineribus ad idolorũ culturã ducentib⁹, & custodite ꝓcepta mea & cęremonias, iuxta oẽm legẽ q̄ præcepi patribus vestris, & sicut misi ad vos in manu seruorum meorum ꝓphetarum. Qui nõ audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam, iuxta ceruicem patrum suorum, qui noluerunt obedire dño Deo suo, & abiecerunt legitima eiu⁹,] i. diuinæ legis præcepta, ꝓsertim cæremonialia & iudicialia, [& pactum] i. decalogũ, [ꝙ pepigit cum patribus eorum, & testificationes qbus testificatus est eos] i. cõminationes & ꝓnunciationes pœnarũ quas ejs prædixit, [sequutiq; sunt vanitates, & vanè egerunt, & sequuti sunt gentes quæ erant per circuitum eorum, super q̄bus præceperat dñs eis, vt non facerent, sicut & illæ faciebãt. Et dereliquerunt oĩa pręcepta dñi Dei sui: feceruntq; sibi cõflatiles duos vitulos & lucos, & adorauerunt vniuersam militiam cæli. Seruieruntq; Baal, & cõsecrauerunt filios suos & filias suas per ignem. Et diuinationi inseruiebant, & augurijs. Et tradiderunt se] i. paratos exhibuerunt, & tẽtatoribus dęmonibus per impium cõsensum se subiecerunt, [vt facerent malum coram dño, & irritauerunt

R. Salamõ

Pet. Co hist. lib. 4. Reg. cá. 26

Per Com. hist. lib. 4. Reg. cá. 26. 4. Regũ. 15.

3. Re. 12. 13

eum. Iratusq; est dñs vehementer Israeli. & abstulit eos à conspectu suo] i. pietatis suæ respectum, defensionē & opem eis subtraxit, vel abstulit eos de conspectu suo, i. de terra ꝓmissionis, q̄ & cuius inhabitatores olim iustos cōsueuit cum speciali adspicere pietate, sicut Deut. 4. legitur. Oculi dñi Dei tui in ea sunt. [& non remansit] in terra promissiōis, [nisi tribus Iuda tm̄modò] i. populus regni Iudæ, vt in tribu Iuda intelligant includi tribus Leui ac Beniamin, iuxta sensum quo posteri Dauid dicunt super terram Iuda tm̄ regnasse. Nihilominùs temporibus quibus reges Assyriorū captiuauerunt tres tribus, & posteà septem, multi valde ex decē tribubus fugerunt ad regna vicina p gyrum, atq; in locis abditis ad regnum Iudæ se abscōderunt, ac post recessum Assyriorum redierunt ad pristina loca. Vndè frequenter fit mentio de
3.Re.12.15. posteritate decē tribuū, quæ posteà in terra ꝓmissionis est cōmorata. [Sed nec ipse Iuda cu-
4.Re.3.8.9. stodiuit mandata dñi Dei sui] qm̄ multi reges Iudæ, videlicet Roboam, Abia, Ioram, Ahasia,
4.Re.14.16 Ioas, Amasias & Achaz ad idololatriam & alia vitia declinauerunt cum maxima parte populi sui, vt patet ex p̄inductis: ideò subdit. [Veruntñ errauit & ambulauit in erroribus] i. idololatrijs, cæterisq; peccatis, [Israel] i. decem tribuum ac regum eorū, [quos operatus fuerat. Pro-
3.Reg.19. iecitq; dñs] i. sua misericordia iustissimè repulit aut reliquit, [omne semē Israel, i. decē tribus ꝓ maxima parte ac reges earū reliquit, itaq; omne semē Israel, i. quosdā, imò & multos de sin-
3.Reg.21. gulis tribubus, tñ etiā sub Heliam 7. milia erant iustorum in Israelis regno, [& afflicit eos, & tradidit eos in manus diripientiū. donec ꝓijceret eos à facie sua, ex eo iam tépore quo scissus est Israel] i. populus decē tribuū. [à domo Dauid, & cōstituerunt sibi regem Hieroboā filium Nabat.] Hoc est à tépore quo assumpserunt ꝓ rege ipsumm Hieroboam. [Separauit em̄ Hieroboam Israel à dño Deo, & peccare eos fecit pctm̄ magnū. Et ambulauerūt filij Israel in vniuersis peccatis Hieroboam, quæ fecerat, & nō recesserūt ab eis, vsquequò dñs auferret Israel à facie sua, sicut loquut⁹ fuerat in manu oīm seruorū suorū prophetarū. Trāslatusq; est Israel de terra sua in Assyrios vsq; in diem hanc. Adduxit aūt rex Assyriorū viros de Babylone, & de Cutha, & de Auā, & de Hemath, & de Sepharuaim,] i. de diuersis imperij sui prouīcijs quosdā, [& collocauit eos in ciuitatibus Samariæ ꝓ filijs Israel. Qui possederunt Samariā] i. vrbē metropolim seu ꝓuinciam sic vocatā, [& habitauerunt in vrbib⁹ suis,] vt illi sibi essent fideles, nec rebelles esse p̄sumerent sicut filij Israel. [Cumq;] ibi [inhabitare cœpissent, nō timebant dñm] sed idola sua colebant, in quorū cultu fuerant educati. [Et immisit eis dñs leones q interficiebāt eos] i. multos illorū. [Nunciatumq; est regi Assyriorū, & dictum: gentes quas transtulisti & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ] i. obseruantias legales ac iussiones Dei Israel, [& immisit in eos dñs leones.] Fuit aūt opinio multorum gentiliū, q̄ diuersis terris ac regnis diuersi dij p̄essent, quorū quilibet in terra suæ prouinciæ subdita, vellet coli. [Et ecce interficiūt eos, eo q̄ ignorēt ritū Dei terræ. Præcepit aūt rex Assyriorū, dicēs: Ducite illuc vnū de sacerdotibus quos indè captiuos] huc [adduxistis, vt vadat & habitet cū eis, & doceat eos legitima Dei terræ] illius. [Igitur cùm venisset vnus de sacerdotibus his q captiui ducti fuerant de Samaria, habitauit in Bethel, & docebat eos] ille sacerdos. [quó colerent dñm,] ita, Itē eo modo quo decem tribus iam diu eū coluerāt, q cum hoc vitulis aureis ac idolis seruierūt: sic & isti didicerant aliqualiter vnum summū Deum cognoscere, & ei aliqualem seruitutē impendere, & cum hoc coluerūt deos suos quos antè colere soliti erāt,
Iose. libr. 9. erantq; quinq; gētes quarū q̄libet suum idolū fecit ac coluit, vt narrat in litera. Hinc Iosephus
an. iu. ca. 15 refert: Erāt aūt quinq; gētes, & cū deos suo more ꝓprio colerēt, ad iracundiā & furorē Deum maximū ꝓuocauerunt. Venitq; pestilentia sup eos, per q̄ corrupti, cùm nullam malorū medicinam inuenire possent, Deum maximū pro salute colere cœperunt. Mittentesq; ad regem Assyriorum legatos, supplicauerunt vt destinaret eis sacerdotes ex captiuis Israelitarum: quo mittente, sacerdotes Dei & legis culturam eos edocuerunt, & cùm cœpissent Deum summa deuotione venerari, pestilentia repentè cessauit. Hinc quoq; in Scholast. continet hist. Habi-
Per Co. histor. lib. 4 tauit sacerdos ille in Bethel, & susceperunt gentes illæ circuncisionem & legitima Dei Israel.
Reg. ca. 26. Nam sacerdos ille legem Mosis scriptā antiquioribus literis secum portauit. Vndè aliqui opinant q̄ Esdras recuperauit Pentateuchū Mosis ex literis Samaritanorūt [Et vnaquæq; gens fabricata est Deum suū. Posueruntq; eos in Phanis excelsis, quæ fecerat Samaritæ, gens & gēs in vrbibus suis in quibus habitabant. viri em̄ Babylonij fecerunt Socoth Benoth, viri aūt Cutheni fecerunt Nergel, & viri de Hemath fecerunt Asima. Porrò Euæi fecerunt Nibahas, & Tharthac. Hi aūt q erāt de Sepharuaim, cōburebant filios suos igni Adramelech & Anamelech dijs Sepharuaim, & nihilominùs colebāt dñm. Fecerūt aūt sibi de nouissimis sacerdotes excelsorū:] i. gētes illæ acceperunt sibi sacerdotes de infimis & vilioribus qbusq; hoībus, nō de semine Aaron. Vndè constat, q̄ non coluerunt Deum Israel totā lege Mosis seruando, sed aliqua eius mandata, & isti sacerdotes erant sacerdotes excelsorū, i. deorū quos reputauerūt excelsos, & quos colebāt in altis locis, idcircò subiungit: [ponebant eos in phanis] i. templis deorū [sublimibus. Et cùm dñm colerēt, dijs quoq; suis seruiebāt, iuxta consuetudinē gentiū,
de

de quibus translati fuerant in Samariam. Vsq; in pſentem dié morem ſequunť antiquum. Nõ timent dñm] filiali aut initiali timore, ſed ſolùm ſeruili, [neq; cuſtodiũt cęremonias eius, atq; iudicia, & legem, & mandatũ, ꝙ præceperat dñs filijs Iacob, quem cognominauit Iſrael, & pcuſſerat cum eis pactum, & manducauerat eis: dicens: Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos neq; colatis eos, & non immoletis eis, ſed dñm Deum veſtrũ, q eduxit vos de terra Aegypti in fortitudine magna & in brachio extento, ipſum timete, & illũ adorate, & ipſi immolate. Cæremonias quoq; & iudicia & legem & mandatum ꝙ ſcripſit vobis, cuſtodite, vt faciatis cunctis diebus, & non timeatis deos alienos. Et pactum quod percuſſit vobiſcum, nolite obliuiſci, nec colatis deos alienos, ſed dñm Deum veſtrũ timete, & ipſe eruet vos de manu oĩm inimicorum veſtrorum. Illi verò nõ audierunt, ſed iuxta conſuetudinẽ ſuam priſtinã perpetrabant. Fuerunt igitur gentes iſtæ timentes quidẽ dñm, ſed nihilominùs & idolis ſuis ſeruientes. Nam filij eorum & nepotes, ſicut fecerunt patres ſui, ita faciunt vſq; in præſentem diem.] Deniq; qm̃ Deus oĩpotens terram ꝓmiſsionis ad cultum ſuum ſpecialiter deputauit, voluit vt gentes ibì morantes, ſaltẽ aliqualiter cognoſcerent, timerent & colerent eũ, vt p hoc tẽporalia incómoda iam ꝑtacta euaderent, & terram tam egregiã lacte & malle manantẽ, poſſidere eſſent idonei. Nempe per timorem illum ſeruilem & cultum Dei informẽ, non ſpiritalia & æterna, ſed tẽporalia tm̃ bona ꝓmeruerũt. De his gẽtibus Ioſephus refert: Secundũ eloquiũ Hebræorũ. Cuthęni vocanť, qa ꝑcipui inter eos fuerũt adducti ꝓuĩcia quæ eſt prope fluuium noĩe Cutha, Græcè aũt Samaritæ dicũtur, nunç appellantur Samaritani cõmuniter: & qñ ꝓſperè ſucceſsit Iudæis, vocabãt eos cognatos: dũ verò videbãt eos deiectos, noluerũt eis cõmunicare deuotióe aut gñe. Inſupèr circa hæc Magiſter in hiſt. ſcribit eſſe ambiguũ, an Theglathphalaaſar rex Aſſyriorum fuerit Phul rex Aſſyriorũ, an alius. Veruntñ de hoc nõ vĩdetur eſſe ambiguitas grandis, qm̃ ſuper Eſaiam ſcribit Hieronym⁹: Sacra narrat hiſtoria, primũ Phul ſub Manahem rege vaſtaſſe decẽ tribus: ſecundùm, Theglathphalaaſar ſub Phacee: tertiũ, Salmanaſar ſub Oſee. Poſtremò, ſicut ait Apoſtolus, oĩa in figura cõtingebãt illis: ideõ ſicut filij Iſrael grauiſsima ſua facinora cõtinuando tam diu, ꝓpriam terrã pdere meruerunt ac pdiderunt. ſic prohdolor Chr̃iani multas iã regiones, exigentib⁹ multis enormibusq; eorũ exceſsibus amiſerũt, quæ nũc à Saracenis & Teucris, vaniſsima impijſsimi ac immundiſsimi Machometi figmenta colentib⁹, poſsidenť. Veruntñ infinitæ ſapientiæ Deus ita diſponit, ꝙ Saraceni illi terram ꝓmiſsionis iam inhabitantes, vnũ verũ Deum aliqualiter noſcũt, timẽt & colunt, ſed varijs ſuperſtitionib⁹ inuoluunť, ſicut ex Alchorano ꝓbatur. ❡Spiritaliter, p regem Aſſyriorũ & eius exercitũ, q filios Iſrael ceperũt & tránſtulerũt de terra ꝓmiſsiõis in aliená, intelligiť diabolus & angeli eius, q varijs modis fallũt ac ſuperant Chriſtianos, & de filijs Eccleſiæ efficiũt filios Babylonis, atq; de mẽbris Chriſti mẽbra principis tenebrarũ. Pergentes verò adductas in terrã Samariæ, quæ & Deum ſimiliter timuerũt, & nihilominùs idola coluerunt, intelliguntur vitioſi credentes, qui dicunt ſe Deum cognoſcere, factis aũt negant: & cùm ſuperbijs, cupiditatibus aut obſcœnitatibus ſeruiant carnis, aliqua tñ faciunt opera ex ſuo genere bona: ideò in vita hac ſuam ſortiuntur mercedem, deindè perpetua luunt tormenta, quoniam ſeruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciees, plagis vapulabit multis.

Ioſe. libr. 9. an. iu. c. 15.

Pet. Co. hiſtor. lib. 4. Reg ca. 26.

Hierony.

1. Cor. 10.

Tit. 1.

Luc. 12.

❡Expoſitio cap. 18. Anno tertio Oſee filij Ela regis Iſrael. Artic. 21.

REgis virtuoſi ac S. Ezechiæ gubernatio & virtutes, ac reformatio ſynagogæ ſub eo & ab eo, hîc deſcribuntur. [Anno 3. Oſee filij Ela regis Iſrael, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. Vigintiquinq; annorum erat cùm regnare cœpiſſet. & 29. annis regnauit in Hieruſalem. nomen matris eius Abi filia Zachariæ.] Circa hoc in Scholaſt. hiſt. additur, ꝙ fuit filia Zachariæ, quẽ Ioas rex Iuda iuſſerat lapidari. Sed contra hoc obijcit Lyrà, qm̃ à principio regni Ioas vſq; ad principium regni Achaz, cuius vxor fuit iſta Abi, fluxerunt anni 138. vt cõſtat, cõputando annos quibus ab illo tẽpore ſucceſsiuè regnauerunt reges Iuda. ideò nõ videtur, ꝙ tempore Achaz fuerit Apta coniugio, & ꝑſertim potens concipere. Ad iſtud poterit dupliciter rñderi, ꝙ dicitur filia illius Zachariæ, non immediata, ſed mediata, ſicut frequenter in lib. Regum aliq dicunť filij aut filiæ ſui aui. Secundò, ꝙ non fluxerunt tot anni. Nam ipſi Ioas ſucceſsit in regno filius eius Amaſias, qui regnauit annis 29. vt iam dictum eſt, cui ſucceſsit filius eius Ozias, qui annis 52. regnauit, & illi ſucceſsit Ioathã, qui 16. annis regnauit, qui añi ſimul ſunt 97. Verum eſt aũt ꝙ Ioas 40. annis regnauit, ſed in principio regni ſui nõ lapidauit Zachariã, ſed poſteà diu, videlicet mortuo Ioiada põtifice. tñ ex iſto benè cõſequitur, ꝙ iuxta cõmunẽ curſũ dña illa tẽpore Achaz vetula fuiſſet, nec adoleſcẽtulo nupta, ideò prima rñſio poteſt teneri. [Fecitq; ꝙ erat bonum coram dño, iuxta oĩa quæ fecerat Dauid pater eius. Ipſe diſsipauit excelſa] quod nullus regũ Iuda legitur ante eum feciſſe, [& cõtriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, cõfregitq; ſerpentem æneum quem fecerat Moſes] vt filij Iſrael ſerpentem illum intuendo, ſanarentur & ꝑſeruarenť à morſibus ſerpentũ ignitorum, quos dñs propter eorum peccata miſit in ipſos, vt habetur Numer. 21. Cur aũt Ezechias ſerpentem illum diſſipari præ-

Pet. Co. hi. lib 4. Re. cap. 27

4. Reg. 14.

ceperit, subditur: [Siquidē vsq; ad illud tēpus filij Israel adolebāt ei incēsum.] si fecerūt hoc, putātes aliqd vitæ aut numinis esse in ipso serpēte, fuit hoc idololatria manifesta & rudis error: si aūt ad Dei honorē, qui p illius serpentis intuitū exhibuit pfactum bñficium eis, adhuc habuit speciem mali, & erat vitandū, nec est putandū, qȝ oēs filij Israel cremauerunt serpēti illi incensum. [vocauitq; nomē eius Nehustan] qȝ interpretatur, æs eorum seu cuprum. q. d. Nihil vitæ aut deitatis fuit in eo, sed erat æs & forma artificialis æri impressa. [Et in dño Deo Israel sperauit, itaq; post eum non fuit similis ei de cunctis regib⁹ Iuda, sed neq; in his q ante eū fuerunt.] Hoc idem quasi p totum infrà asserit de Iosia. ideò nō est intelligendū, qȝ absolutè loquendo fuerit sanctior quolibet alio rege Iuda, cùm paulò infrà dñs dicat se ptecturum ciuitatē Hierusalē, ppter se & ppter Dauid seruū suum. in quo magna planè excellētia meritorū S. Dauid insinuat, sed qȝ in aliquib⁹ S. Ezechias fuit excellēs p cæteris regibus Iuda, videlicet qȝ statim in exordio regni sui cœpit ardentissime cultum Dei ac populū reformare, & quoniā primus tulit excelsa, æneumq; dissipauit serpentē, & qa ad eius instantiā Deus pclarissima fecit miracula in Solis retrocessione, in Assyriorum per angelū pstratione, & vitā ipsi⁹ annis 15. plongando. Iuxta hunc modum de quolibet cōfessore cātat Ecclesia: Non est inuētus similis illi q cōseruaret legē excelsi. Nēpe vt ait Apostolus: Vnusquisq; donum suū habet à dño, alius quidē sic, alius verò sic. [& adhæsit dño] p mētis conuersionē ad ipsum, [& nō recessit à vestigijs eius] i. pceptis & virtuosis operibus, q̄ imprimunt rōnali creaturæ à Deo: sicut pes figuram suā imprimit terræ, p q̄ homo sequit Deum & eius implet voluntatē, ipsumq; sequitur, quēadmodū vnus homo sequit aliū eius vestigia imitando. Vndè S. Iob ptestatur: Vestigia eius sequut⁹ est pes meus. Interdū tñ vestigia Dei dicunt occulti & imprscrutabiles eius effectus, de quib⁹ Iob 23. & 12 legitur, forsitan vestigia Dei cōprēhendes, [fecitq; mandata eius q̄ pceperat dñs Mosi. Vndè & erat dñs cū eo, & in cunctis ad q̄ pcedebat, sapiēter se agebat] i. ordinatè & discretè in cūctis se habuit, puidens bona nō solùm coram Deo, sed etiā corā oībus hoībus. Hinc hortat Apostolus: Omia honestè & secundū ordinē fiant in vobis, qȝ ad reges ac psidentes pcipuè ptinet, quorū est sua exēplaritate ac sapiētia i pcessu subiectos dirigere. ideò scriptū est: Diligite lumē sapiæ oēs q pestis populis. Vndè & suprà primo lib. fertur de Dauid, qȝ in oībus vijs suis prudēter agebat. Hæc tñ nō sunt sic intelligēda, qȝ nunq̄ à recta ratiōe & medio virtutū defecerint, imò in venialibus quotidiè, & in mortalib⁹ qñq; erāt culpabiles, qȝ de Dauid est certū. De Ezechia verò nō videtur ex scriptura posse pbari, nisi vt infrà habetur, in legatione nunciorū regis Babylonis ad ipsum, qñ vt 2. Paral. 32. asseritur, eleuatū est cor eius. [Rebellauit quoq; cōtra regē Assyriorū, & non seruiuit ei] sub tributo, imò vt infrà habetur, muniuit se cōtra illum. Primò tñ se obtulit paratum dare pecuniam regi Assyriorum, vt ab impugnatione regni sui recederet, vt in isto habetur cap. Iosephus aūt scribit, qȝ rex Assyriorum Sennacherib misit ad Ezechiam cōminando, qȝ totum eius principatū euerteret, nisi tributa quæ pater eius priùs dabat, exolueret. Veruntñ nec in libro isto, neq; in Paralip. legit Achaz soluisse regi Assyriorum tributa, sed qȝ misit regi Salmanazar munera magna, pecuniamq; pmisit eidem, q̄ persoluit, vt patuit suprà. [Ipse percussit Philistæos vsq; ad Gazā & oēs terminos eorum, & à turre custodum vsq; ad ciuitatē munitam] i. psidia illorū ac oppida seu castella & vrbes fortes, de qua re prophetauit Esaias, dicendo: Ne læteris Philistæa, quia comminuta est virga percussoris tui, de radice enim reguli egredietur coluber, & semen eius absorbens volucrem. [Anno quarto regis Ezechiæ qui erat annus septimus Osee, filij Ela, regis Israel, ascendit Salmanasar rex Assyriorū Samariam, & oppugnauit eam, & cepit. Nam post annos tres, anno sexto Ezechiæ, id est nono anno Osee regis Israel capta est Samaria, & transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocauitq; eos in Aila & in Habor fluuijs Gozan, in ciuitatibus Medorum, quia non audierunt vocē domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactum eius. Omnia quæ præceperat Moses seruus domini, non audierunt neque fecerunt. Anno decimoquarto regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & cepit eas.] Istud præcedenti cap. pleniùs est descriptum, & hic breuiter epilogatur & recapitulatur, ad continuandum historiam ipsius Sennacherib impugnantis regnum Iudæ, historiæ Salmanazar impugnatoris regni Samariæ. ¶ Sed quæri potest, quia si anno 4. Ezechiæ Salmanazar obsedit Samariam, atque post annos 3. cepit eam, ergo anno 7. Ezechiæ cepit eandem? Ad quod faciliter respondetur, si dicatur, quod in principio 4. anni Ezechiæ illam obsederit, & dato quòd in fine illius 4. anni obsederit ipsam, adhuc verificatur quod dictum est, dummodò in fine 6. anni Ezechiæ ipsam obtinuit. Sequitur qualiter Ezechias à Sennacherib impugnatus fuit & liberatus. Deniq; tota historia huius cap. ac duorum sequentium, apud Esaiam plenariè originaliterq; habetur, & ibi iamdudū diffusè eam exposui: ideò breuitati studens, hinc indè pertranseo, pauca tamen hic verba addantur, videlicet: [Tunc misit Ezechias nuncios ad regem Assyriorū in Lachis] i. ad vrbē regni sic dicta à rege illo obsessam, [dicens: Peccaui] Deum offendendo, ideò tribulationem pmerui & satisfacere opto,

4. Reg. 22.
4. Reg. 20.
Esaiæ 38.
Ecclef. 44.
1. Cor. 7.
Roma. 12.
1. Cor. 14.
Sapien. 6.
1. Reg. 18.
3. Regū. 11.
16. 24.
Iose. lib. 10. an. iu. c. 1.
4. Reg. 16.
Esa. 14.
1. Reg. 17.
Esaiæ 36. 38 39.

opto.[Recede à me]i.ab impugnatione & territorio regni mei,[& omne quod imposueris mihi,feram]i. quicquid argenti & auri à me exegeris,pro viribus tibi mittam. [Indixit itaq; rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ trecenta talenta argenti,& triginta auri talenta. Deditq;] i.regi Assyriorum misit atq; exhibuit[omne argentum quod repertum fuerat in domo dñi] i.oblatum & consecratum Deo fuit in templo, quod necessitate cõpulsus conuertit in vsum istum pro communi reipub. vtilitate ac pace,quod aliter ei nõ licuisset,[& in thesauris regis] i.in proprijs gazis & arcis.[In tempore illo confregit Ezechias valuas] i.ianuas[templi dñi,] auferendo ab eis preciosissima ornamenta,quibus erant operta & decorata. Vndè subiungitur,[& laminas]i.lata frusta[auri quas ipse affixerat]valuis, quod eadem excusatur necessitate.Posteà quoq; ipse pijssimus Ezechias hæc omnia liberalissimè recompensauit, & plura preciosioraq; templo restituit,q̃ indè abstulerat.[& dedit eas regi Assyriorum. Misit autem rex Assyriorum Thartan & Robsarim & Rabsacen de Lachis ad regẽ Ezechiam,&c.] Nã impius ille insatiabilis,infidelissimusq; tyrannus, receptis argento & auro quæ postulauit,mox transgressus est iuramentum & pactum quibus astrinxerat se,ꝙ ab Ezechia recederet,talentis auri & argẽti ꝑfatis sibi solutis,misitq; tres principes cũ grãdi exercitu ad vrbẽ Hierusalẽ deuastandã,vt sic Ezechias pterrit⁹,exponeret ciuitatẽ voluntati Sennacherib, & inter tres principes illos Rabsaces videt̃ fuisse superior, q̃uis hîc vltimo nominet̃, imò In Esaia solus exprimit̃,& vt Iosephus refert,ipse fuit princeps militiæ,vel qa princeps erat totius exercitus atque militiæ regis Assyrij,vel illius exercitus quẽ rex secũ misit ad vastandũ Hierusalẽ, ante cuius muros Rabsaces cũ suis castra fixit.Cętera hui⁹ cap.& duorũ sequentiũ capitulorũ expositio, sup Esaiã requirantur. Multa quoq; magnifica de ꝓsperitate,deuotione, opulentia, gestis ac virtutibus Ezechiæ secundo Paralipomenôn continentur, quæ ibi etiam exposita sunt. Esaiæ 36. Ios.lib.10. an.iu.ca.1. 2.Paral. 32.

Reliqua super hoc caput dicenda & exponenda, super Esa.cap.36.pius lector offendet.
Capitulum 19.hic transilitum lector apud Esa.cap.37.tractatum reperiet.

¶De his quæ Rabbi Paulus scribit circa reuersionem vmbræ per lineas decem in horologio Achaz,& de opinione sua,qua dicit,solem tunc nõ redijsse nec motũ solitum variasse,& de improbatione multorũ,quæ dicit circa istam materiam. Art. XXII.

IN capitulo isto 20.huius libri,& in Esaia cap. 38.habet̃,queadmodùm dñs dedit regi Ezechiæ signũ supnaturale,de hoc ꝙ sanãdus erat ab ægritudine sua tali,& fuit hoc signũ(vt in istis capitulis refert scriptura) ꝓ dñs fecit reuerti vmbrã linearũ,ꝑ quas descenderat in horologio Achaz in sole retrorsum lineis decẽ,& dicunt doctores non solùm catholici,sed & Hebræi cõcorditer,ꝙ reuersio illa vmbræ linearũ,causata fuit ex reditu solis retrocedẽtis.Porrò R.Paulus dicit cõtrarium,cui⁹ verba volo primò cõmemorare,itaq; ait:Mirandum est quare De⁹ voluit miraculũ in summo gradu exercere,s.retrocessionẽ solis circa sanationẽ Ezechię, vbi videbat̃ sufficere vnũ de minimis.Hoc em̃ miraculũ petiuit Ezechias solũ, vt certificaret̃ de sua sanatione,& ꝙ ascẽderet tertia die in domũ dñi,vt patet in litera.Cõfirmatur hîc ratio, Nam secundũ doctores,miracula ꝑ Christũ facta ꝑ transmutationẽ corporũ inferiorũ, nõ ita euidẽter ostẽdebant ei⁹ diuinitatẽ, sicut miracula ꝑ ipsum facta ꝑ transmutationẽ motus cælestiũ corporũ,sed in sanatione Ezechiæ non requirebantur talia miracula.Prætereà tenebræ factæ in Chr̃i passiõe,factæ sunt ꝑ interpositionẽ lunæ inter solẽ & terram,contra ꝙ(vt recitat Origenes)arguerũt aliq filij seculi hui⁹,dicẽtes:Quõ hoc factũ tã miraculosum nemo Gręcorũ aut Barbarorũ cõscripsit? Ad ꝙ r̃ndent doctores, ꝙ astrologi tunc vndiq; existẽtes non solicitabant̃ de obseruãda eclipsi,qa tunc nõ erat secundum eorũ cõputum:ideò obscuritatẽ illã ex aliqua impressione aeris accidisse putabãt:sed in Aegypto,vbi rarò apparẽt nubes ꝑpter aeris serenitatẽ,solicitatus est Dionysius & socij eius,vt circa illã obscuritatẽ sollicitè intẽderent. Ex qbus in ꝓposito multo fortiùs est mirandũ,quõ astrologi vbiq; terrarũ diffusi, vidẽtes vnã diẽ excedere ꝑ viginti,vel saltẽ ꝑ decẽ horas consuetã durationẽ,hoc nõ scripserũt, ꝙ nõ solum de astrologis,sed & de regibus & principibus simplicibus est mirandum,eos hoc in Chronicis nõ scripsisse præsertim qa si sol retrocessit vt cõiter,oportet ꝙ bis attigerit lineã meridianã,ꝙ etiã à rusticis potuisset perpendi,sicq; nulla videt̃ ratio excusans talẽ descriptionem. Nec valet quis dicere,ꝙ Babylonij solicitè inquirebãt qualiter illud acciderit,& audito ꝙ ꝑpter Ezechiã, miserunt ad eum, ad inquirẽdum de hoc:ꝙ non videt̃ sufficere ꝑpter tria. Primò,qm̃ retrocessio illa solis fuisset tã diuturna & euidẽs, ꝙ etiã vulgarib⁹ qbuscũq; vbiq; terrarũ patuisset,nõ tñ legit̃ de aliquo,ꝙ indè tractauit,scripsit aut inuestigauit, nisi solùm de rege Babylonis.Secundò,qa Chaldæi erãt totaliter infideles,ideò nõ habebãt rationẽ eos cõgentẽ,ꝙ illa mutatio haberet specialẽ respectũ ad Ezechiã,quanuìs hoc audierunt. Nam sicut hoc contigerat in horologio Achaz, ita in alijs horologijs in Chaldæa & vbiq; terrarum,& sic non cogebantur Babylonici credere hoc factum fuisse propter aliquã singularem personam ex diuina prouidentia, sed potiùs secundum suam infidelitatem credidissent hoc fieri ex aliqua causa occulta casuali aut naturali, sicut de Pharaone & Palæstinis legitur, & de alijs Textus huius ca.20. apud Esa.c.38 requiratur expositus. R. Paulus. 4.Regũ.20 Esaiæ 38. Matth. 27. Lucæ 23. Origenes,

infidelibus, qui ea quæ videbant contra seu præter cursum naturæ fieri, nó attribuebāt diuinę
Exodi 8. 9. potétiæ aut ꝓuidétiæ Dei, vt patet in Exodo, & 1. lib. Regū. Tertiò, quia ex tanto augmento
10 11. horarum illius diei contigissent magni errores in cóputatione cælestiū motuū, qui mésurantur
1. Reg. 6. & rectificantur p motū solis diurnū, sed nō legitur, ꝙ astrologi hoc pcepissent, nec in eorum
cóputis de eclipsibus, cóiunctionibus seu oppositionibus planetarū, posteà aliquis error
notabilis successit, ꝙ tñ necessario cótigisset, si tot horæ fuissent augmentatæ in die illo, & ipsi
nō percepissent. Si aūt obijciatur, ꝙ eadé inconuenientia sequanť ex statione solis sub Iosue.
Primò, qm̄ minùs miraculū ibì suffecisset. Secundò, qm̄ nullus astronomorū illā stationé de-
Iosu. 10. scripsit, nec indè fuit secutus error in cóputis eorū. Dicendū ad primū, quod illud sub Iosuæ
factum, fuit ad magnā gloriā Dei, qui populū Israel voluit magnificare in conspectu gentiū,
& ꝓlongatio illa fuit vtilis, & quasi necessaria ad vltioné de inimicis, ad quā non sufficiebat
modicū tempus ꝙ restabat de die. Nihil aut horū contingebat in sanatione Ezechiæ, p̄terq̄m
in certificando eū de sua breui sanatione. Ad secundum dicendū, ꝙ tépore Iosuæ nondū erat
ars astronomiæ inuenta. Non Ptolemæus Philadelphus, q fuit ipsius principalis inuestigator
& inuentor, nō allegat de inuestigationibus antiquis, nisi tm̄ in trecétis ferè añis ante ipsum,
vt patet in Almagesti, & constat ꝙ Ptolemęus ille fuit tépore Machabæorū, ideò tépore Iosuę
nō fuit locus notādi talia, vel errandi in talib⁹ cóputis, secùs de tépore Ezechiæ, qñ hoíes in-
Esa. 34. cipiebāt inuestigare & cósiderare cursus siderū, vt patet ex verbis Esaiæ in libro suo. ideò ad
tollendū admirationes p̄dictas, & ad veritaté literæ, prout planè sonat, ꝓsequendā, aliter vi-
detur dicendū, vndè absq; temeraria assertione, & salua semper sanctorū & doctorū authori-
tate, Dicendū ꝙ hoc signū, secundū ꝓpriam significationé literæ ac conuenientiam rationis,
nō fuit factū in corpore solis, neq; in eius cursu, neq; in oībus radijs solis à sole p totū orbem
ꝓcedentibus, sed solùm in radijs solis q̄ horologiū Achaz tāgebant, & in vmbra ipsius horo-
logij à radijs solaribus, & interpositióe corporis opaci eiusdé horologij causata. Disposuit em̄
Deus, ꝙ sole incedéte cursu suo absq; vlla variatione ac retrocessione radij solares in horolo
gio Achaz tm̄, & non alibi retrocesserunt p decé gradus, & iterū reuersi sunt p alios decé gra-
dus, in qua retrocessione & reuersione dies illa nec maior nec minor solito fuit. hanc exposi-
4. Reg. 20. tioné testatur litera, dicens: Vis vt ascendat vmbra decé lineis? an vt reuertať totidé gradibus?
in quibus verbis nō fit métio de sole, sed solùm de vmbra. Idé patet ex rñsione Ezechiæ dicé-
Esaiæ 38. tis, facile est vmbrā crescere, & posteà sequiť, reduxit vmbrā per lineas. similiter in Esaia Ecce
ego reuerti faciā vmbrā linearū. Nec obstat ꝙ sequitur: Reuersus est sol decem lineis, qm̄ sta-
tim subdit, in lineis quas descenderat, ad denotandum ꝙ sol in suo cursu nō descenderat, sed
2. Para. 32. tm̄ in illis gradibus Achaz. similiter in Paral. legitur, ꝙ legati regis Babylonis missi fuerāt ad
interrogandum de portento ꝙ acciderat super terrā, non ait, in sole, sed super terram ꝙ debet
referri ad terrā Iudæ, in qua erat Ezechias. aliàs nō oportuisset ꝓ requirerent eum, si in toto
mundo contigisset. Hæc Paulus iste, cuius verba ꝓ parte omisi, ꝓlixitaté deuitans. Circa hæc
dico, ꝙ q̄a ꝓtestioné præmittit, affirmans se loqui sine temeraria assertione ac salua sctórum
& doctorum authoritate, ideò piè & sobriè contra eū est disputandū. Deniq; id solùm ad suę
improbationé opinionis reor sufficere, ꝙ oēs expositores cathol ci & sancti doctores, & qui
ab exordio super Esaiam scripserunt, dicunt solé tunc retrocessisse, diéq; illū ꝓlongatum fu-
Hierony. isse ad minus p decé horas, puta Hieronymus, Ambrosius, Beda, Haymo, Thomas quoq; do-
Ambros. ctores scholastici, qui sup Esaiam scripserunt, vnanimiter ꝓtestantur, vtpote magnus ille the-
Beda ologus, & irrefragabilis doctor Alexāder de Halis, Albertus magnus, Petrus de Tharentasia,
Hazmo multiq́ alij. Insupèr sancti doctores, qui ab exordio primitiuæ fuerunt ecclesiæ, & ab aposto-
Diony. lis gloriosis instructi erant, ita sensisse noscuntur, videlicet sacratissimus ille princeps theolo-
gorū D. Dyonysius. q in epistola ad Polycarpū apertissimè docet hoc, vbi etiam sentire vide-
tur, ꝙ dies illa p viginti horas fuerit ꝓlongata. Etenim ait, quòd fuit penè triplicata, prout su
per Esaiam plenius introduxi, & certè sola tanti patris authoritas debuit Paulum hunc refre-
nare à sua prætacta opinione, prælertim cùm theologicissimus Dionysius in talibus credatur
à Paulo apostolo informatus, prout ipsemet in libris suis tangit frequenter. Prætereà motiua
R. Pauli nullius sunt vigoris. Nam quod primò inducit mirandum esse, quòd Deus tam ma-
gnum fecisset miraculum ad certificandum Ezechiam de sua curatione, & ꝙ tertia die ascen-
deret templum, & ꝙ ad certificationem huiusmodi non requirebatur tam summum miracu
Ephes. 1. lum, quod ad probationé deitatis Christi sufficit. Hoc inquam ex verbis Apostoli soluitur, q
Roma. 11. affirmat, ꝙ Deus operatur oīa secundum propositum voluntatis suæ, & secūdum voluntatem
Matth. 20. consilij sui. Itemq́: Quis cognouit sensum dñi? qui etiam in euangelio loquitur: An non licet
2 Cor. 18. mihi, quod volo, facere? In talibus ergo debemus nostrū intellectum in captiuitaté redigere,
Genesis 18. & ꝓpriam rationé authoritati scripturarū subijcere, atq; sctórum patrū sequi doctrinā. Nēpe
oīpotens & supergloriosiss. Deus, est liberrimus & imperscrutabilis author, qui interdū mag-
na ostendit & signat per parua, aliqñ parua per magna, qui denunciaturus Abrahæ natiuitaté
Isaac,

Isaac, misit ad eũ tres angelos, q̃uis vnus illorũ dicat ad hoc specialiter missus, q etiã per eundem angelũ prænunciauit natiuitatẽ beatiss. Ioannis Baptistæ, & incarnationẽ sui ipsius, & tñ cõtra hoc arguere posset humanæ imbecillitas rationis, q ad pnunciandũ natiuitatẽ serui nõ requirebat nuncios tã sublimis, sicut ad pnunciandũ incarnationẽ natiuitatẽq; dñi. Ampliùs miraculũ illud tã summũ nõ fecit oĩpotẽs solùm ad certificandũ Ezechiã de sua curatiõe atq; ascensu in tẽplum, imò secundum expositores catholicos, Ezechias nõ petiuit illud miraculũ ex dubitatione aut diffidentia, qa certissimus fuit de veritate verborũ sanctiss. Esaiæ pphetę, à quo multis annis fuit instructus aut institutus, iuxta illud Eccĩ. Ezechias fortiter iuit in via Dauid pris sui. q̃ mandauit illi Esaias ppheta. Iosephus quoq; fatet, q Ezechias in omnibus credidit Esaiæ, sed petijt signũ ex cõfidẽtia & familiaritate ad Deũ, imò ex instinctu diuino, qa vir erat heroicus ac Dei amicus, & Deus altissimus tñ peregit miraculũ. Primò, p maiori Ezechiæ certificatione. Secundò, p suæ maiestatis immensæ glorificatione, non solùm inter Iudæos, sed etiã inter gẽtiles. Vndè ex tã præclaro prodigio glorificatus est Deus inter Chaldæos ac alias gẽtes. Tertiò, p vniuersorũ fideliũ ædificatione & corroboratione in fide diuinæ puidentiæ & veritate legis Mosaicæ, cuius cultorẽ Deus tãto decorauit portẽto. Quartò, ad reddẽdum vicẽ suo fidelissimo seruo, honoratoriq; feruido. Siquidẽ De⁹ fidelis & bonos, ac magnificẽtissimus glorificãtes se glorificat, vt dictũ est suprà lib. 1. Quid ergo mirandũ, q tã deuotissimum regẽ, diuini honoris feruẽtissimum zelatorẽ, atq; totius regni sui reformatorẽ, tãto honorauit miraculo? Deindè secundũ motiuũ R. Pauli nullo fulcit vigore, dũ dicit, q nullus astrologorum aut regum vel principum descripsit illud tã mirabile factũ. Certũ est eñ ex scriptura canonica, q rex & astrologi Chaldæorum de illo mirabili facto fuerint admirati ac pscrutati, ipseq; rex Babyloniorum misit ad Ezechiã ad interrogãdum de illo pdigio, vt infrà tanget, & 2. Paral. manifestè habetur. Idcircò pbabile est, q etiã aliarum gentium philosophi atq; astrologi indè scrutati sint, & forsan scripserunt, estq; prorsus incertum, q null⁹ illorum scripserit indè. Nec tñ mirum, si non multum indè scripserunt, quia miraculum illud fuit reprobatiuum superstitionis ac infidelitatis eorum, & approbatiuum legis Mosaicæ quã horrebant. Deinceps q R. Paulus ait regẽ Babylonis, & suos sapiẽtes non habuisse causam cogentẽ, ad credẽdum, q illud miraculum acciderit propter Ezechiam, non est cõgruè dictum. Hoc etenĩ crediderũt ex rationabilibus causis. Primò, qm̃ nullã aliã causam tanti pdigij poterant inuenire neque pcipere. Secundò, qm̃ ante istud miraculum facta fuit occisio exercitus Assyriorum mirãda & supernaturalis in regno Ezechiæ, vt patet hoc in lib. Paral. & ex illa Assyriorum occisiõe fuit Ezechias corã cunctis exaltatus ac reputatus, prout 2. Paral. clarissimè dr. Vndiq; nãq; innotuit, ppter Ezechiæ defensionẽ à Deo eius id esse peractũ, ideò regi Babylonis hoc ipsum cõstabat, vndè & illud miraculũ, ppter ipsum credidit factũ, præsertim qa audiuit eum esse vnius veri ac summi Dei cultorẽ, cui Deo duntaxat ipse rex Babylonis & sui philosophi considerabant possibile esse taliter cælestiũ motũ corporum immutare. Nec verũ est, q R. Paulus ait, q infideles illi Chaldæi potiùs credidissent retrocessionẽ solis venisse ex aliqua causa occulta casuali aut naturali: sciuerunt eñ philosophi casum & fortunam locum in cælestibus corporibus non habere, nec motum illorum ex naturali causa posse sic variari, q Aristot. Auerrois, Auicenna, cæteriq; maiores philosophi cõcorditer tenent, imò & D. Diony. in epistola ad Polycarpum testat. Præterea q R. Paulus affirmat Aegyptios & Palæstinos non ascripsisse Deo mirabilia quæ viderunt, stare non valet nec scripturis cõcordat. q̃uis eñ Pharao primò dixit, Nescio dñm: posteà tñ vexatio ei tribuit intellectum, ita q sæpè dixit ad Mosen: Orate dñm pro me & populo meo. Et rursus: Peccaui etiam nunc, sed rogare dñm, vt tollat à me mortẽ istam. Et iterũ: Dñs iustus, ego & popul⁹ meus iniusti. In tertio quoq; signo sapientes eius dixerunt, Digitus Dei est hoc, & tandẽ totus ei exercit⁹ est loquutus: Fugiam⁹ Israelẽ: dñs eñ pugnat pro eis cõtra nos, quæ oĩa in Exodo continent. Similiter scriptum est suprà 1. lib. quẽadmodum Azotij dixerunt: Non maneat arca Dei Israel apud nos, qm̃ dura est man⁹ eius sup nos & sup deũ nostrũ. Cumq; venisset arca in Accarõ, Accaronitæ exclamauerunt: Adduxerunt arcã Dei Israel ad nos, vt interficiat nos & populũ nostrũ. posteà sacerdotes & diuini dixerunt, quare grauatis corda vrã sicut aggrauauit Aegypt⁹ & Pharao? Demùm ex hoc q vaccæ fœtæ recto itinerẽ prexerunt cũ arca in Bethsames, tenuerunt p certo, q plagæ fuerũt non casualiter, sed à Deo. Nec soli Aegeptij ac Chaldæi illa mirabilia Deo Israel ascripserunt, sed etiã aliæ nationes diuersæ, vndè in numerorũ libro legitur Moses exorasse, cùm dñs voluisset populum in deserto psternere, vt audiãt Aegyptij & habitatores terræ huius q audierunt quòd tu dñe in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua ptegat eos, &c. & tunc dñs dixit: Viuo ego, implebitur gloria domini vniuersa terra. Ampliùs, qualiter Nabuchodonosor mirabilis Danielis, & quæ acciderunt tribus pueris, ascripserit Deo, patet in volumine Danielis. At vero quòd R. Paulus arguit de errore, q contigisset in cõputis cælestium motuum ab astrologis, nullius momenti est: qm̃ eadẽ obiectio fieret contra aliã q̃libet sta-

Luc. 1.
Esa. 48.
Iose. lib. 10. an. iu. c. 3.
1. Reg. 2.
2. Paral. 32.
4. Reg. 19.
2. Paral. 32.
Esaiæ 37.
2. Para. 32.
Exodi 5.
Esaiæ 24.
Exodi 8.
Exodi 9.
Ibidem
Exodi 8.
Exodi 14.
1. Reg. 5.
Numer. 14.
Deu. 2. 3. 4.

Achab rex Israel,& adorauit oém militiam cæli]i.ordinem & vniuersitatem planetarum, qui pcipuum habent influxum & actioné in ista inferiora. Interdũ verò militia cæli accipitur pro angelis,qui in caliginoso aere cómorantur,de qbus loquit Ezechiel: Visitabit dñs super militiã cæli in excelso. Aliquando verò accipitur pro acie ciuiũ supernorũ,seu turma angelicorum spirituũ,de quibus in Nehemia dicitur Deo, Exercitus cæli adorat te.atq, in Iob: Nunquid est numerus militũ eius?[& coluit eã,extruxitq; aras]i.altaria deorũ suorum sacrilega, [in domo dñi]i.in tẽplo,[de qua dixit dñs:]In Hierusalé erit nomen.[& extruxit altaria vniuersæ militiæ cæli in duobus atrijs templi dñi.]q fuit detestabile sacrilegium,Deo altissimo cótumeliosum.cuius templũ conuertit in phanum.[Et traduxit filium suum p ignem,]sicut 4.Regũ.16.
expositum est de Achaz.[& hariolatus est]cósulendo diuinos,idololatriamq; exercendo in aris,[& obseruauit auguria]i diuinatióes,quæ fiunt aduertẽdo garritus,cantusq; auium, [& fecit pythones,]i.magos,scíscitátes veritaté & quid sit agendũ,à mortuis,quos arte sua vide- 1.Reg.28.
bant suscitare,prout de hoc pleniùs dictũ est in expositióe primi libri.[& multiplicauit aruspices]qui diuinant in extis animaliũ dijs immolatorũ,vel dies ac horas obseruant p agẽdis negocijs suis,quasi tẽpora sint infausta,[vt faceret malũ coram dño,& irritaret eũ.[Posuitque idolũ luci]q in luco à se facto voluit specialiter venerari,[qué fecerat in tẽplo dñi,sup quo loquutus est dñs ad Dauid,& Salomoné filiũ eius:In tẽplo hoc,& in Hierusalem,q̃ elegi de cunctis tribubus Israel,ponã nomen meum in sempiternũ,& vltrà nó faciã cómoueri pedem Israel de terra q̃ dedi patribus eorũ,si tñ custodierint opere oĩa quæ præcepi eis,& vniuarsam legem q̃ mandauit eis seruus meus Moses.Illi verò nó audierũt,sed seducti sunt à Manasse:] qui cóminatione & pœnarũ inflictione,exẽplo & persuasione pestifera, traxit suum populum ad idololatrias multiformes,& ad alia pctã enormia,[vt facerent malũ sup gentes quas contriuit dñs à facie filiorũ Israel]i.grauiùs peccauerunt q̃ Chananæi, qui nec legé à Deo datã. nec pphetas habuerunt,isti verò fuerũt Deo prorsus ingrati,nec acquieuerũt pphetis. [Loquutusq; est dñs in manu seruorũ suorũ pphetarũ,dicens:Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas,]i.abominandissimas idololatrias & scandalosissimas impietates, in quibus populus suus ei cómunicauit,[sup oĩa quæ fecerunt Amorrhæi ante eũ, & peccare fecit etiã Iudã in immunditijs suis,pptereà hæc dicit dñs Deus Israel:Eccè ego inducã mala] i.vltiones & pœnas grauissimas super Hierusalé & super Iudã,]i. sup totũ populũ regni sui, [vt quicũq; audierint,tinniãt ambæ aures eius.]i.tã formidabiles,vt audiẽtes præ admiratione & horrore tantarũ aduersitatũ,quasi tinnitũ in auribus sentiant, sicut ex percussione metalli intensa,gñatur tinnitus in auré.[Et extendam super Hierusalé funiculũ Samariæ,]i, rigoré iustitiæ exercebo in habitatoribus Hierusalé,in mensura æquitatis qua rigoré illum ex- 4.Reg.17.
ercui in habitatoribus Samariæ.[& pondus domus Achab,]i.talé grauitaté vindictæ,qualem 4.Re.9.10.
feci in Achab rege iniquo,& in domesticis ac cognatis ipsius, [& delebo Hierusalé sicut delentur tabulæ,]i.sicut literæ scriptæ in tabulis abstergunt oĩnò,ita quòd nulla litera manet in tabulis,sic per Chaldæos destruã vrbé Hierusalé.[Delés vertã,& ducã crebriùs stilũ sup faciem eius:]Ista est metaphorica locutio:ac si dicat,sicut quis sæpiùs mouet planitié capitis styli sup cæram tabulæ ad cóplanandũ cerã,sic frequẽter castigabo Hierusalé,inducendo sup eam Chaldæos ad psternendum eandé.[Dimittam verò reliquias hæreditatis meæ,]i.quosdã Iudæorũ euadere faciã manus Chaldæorũ,ita q nó occident,de populo aũt Iudæorũ dñs ait in Esaia:Hæreditas mea Israel.Fuit etení peculiaris populus Dei,& semp erãt aliq boni & electi Esa.19.
in populo illo,currente veteri lege.[& tradã eos in manus inimicorũ eius] scilicet Chaldæo- Deut.4.7.
rũ,quia vt infrà habet,qui interfecti nó erant,in captiuitaté sunt traditi & abducti. [Eruntq; 4.Reg.25.
in vastitaté & rapinam cunctis aduersarijs suis]i.ab hostibus suis vastabuntur, opprimenť ac spoliabuntur,[eo q fecerint malum coram me,& perseuerauerint irritantes me]i.opera mihi displicentia facientes.[ex die qua egressi sunt patres eorum de Aegypto vsq; in diem hanc] non q semper & oés fuerint vitiosi, sed pro maiori parte & sæpiùs fuerint iniqui.Aliqui verò reges cum subditis suis fuerunt iusti,vt patet ex dictis. [Insupèr & sanguiné innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleretur Hierusalé vsq; ad os,] hoc est,plateas Hierusalé sanguine innocentum & iustorũ irrigaret,& quasi implere videreť has sanguine vsq; ad summum,i. quantùm facere quiuit,sicut amphora dicitur vsq; ad os repleri, quando plus capere nequit. Vel est hyperbolica locutio,tanq̃ dicat,tantùm iustorum sanguiné fudit,vt ambulantes,viderentur quasi vsq; ad os in pede eminens in sanguine pedes suos intingere. Sub Ezechia quippe fuerunt valdè multi boni & iusti ciues in Hierusalé,qui noluerunt huic Manassæ cósentire in vitijs memoratis.ideò eos occídit,[absq; peccatis]hoc est,idololatrijs & supstitionibus ac diuinationibus,aiijsq; sceleribus suis,[quibus peccare fecit Iudã, vt faceret malũ coram dño. Reliqua aũt sermonum Manassæ,& vniuersa quæ fecit,& peccatum eius q peccauit,nónne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierum regum Iuda? Dormiuitq; Manasses cum pribus suis,& sepult⁹ est in horto dom' suæ,in horto Oza]sic vocato.Multa hîc omittunť de Manassæ,

2.Para.33. Manassæ, quæ 2. Paralip. recitantur, & ibi exposita, s. qualiter propter sua facinora captus sit, grauiterq́; punitus, & in captiuitate durissima ad cor pœnitentiamq́; conuersus, atq; in regnū suum reuersus, ac multa bona de cætero operatus. Ibi quoq; oratio eius exposita est; & in isto Manasse Deus altissimus mīam suam verè immensam inenarrabiliter mirificauit. Vndè & Iosephus refert: Præsumpsit templum, vrbem Hierusalem, & omnem regionem polluere. Nam spernendo Deum ad hoc vsq; deuenit, vt oēs Hebræorū iustos occideret, neq; ꝓphetis parceret, quorū quotidie singulos perimebat, & eorum sanguine Hierosolymorū plateas irrigabat. Captus aūt & incarceratus à rege Babyloniorum, & ad libitum illius afflictus, supplicauit Deo, vt hostem suū faceret sibi clementē & misericordē, cui' orōnem dn̄s exaudiuit, & à rege Babyloniorū ad sua remissus est. Hoc quoq; notādū, ꝙ in veritate rex ille fuit rex Assyriorū, qui exosum habuit Manassen, eo ꝙ sub Ezechia fuerunt Assyrij in terra Iuda diuinitùs interfecti, Vndè 2. Paral. legit̄, superinduxit eis principes & exercitus Assyriorū. ¶ Cur aūt dicatur fuisse rex Babyloniorū seu Chaldęorū, super Paral. dictum est. Dicunt aūt doctores coīter, ꝙ sanctissimū Esaiam prophetam fecit lignea serrā secari, qui tn̄ fert̄ fuisse auunculus Manassæ ex parte mr̄is. Sequit̄ de filio hui' Manassæ: [& regnauit Amon filius eius ꝓ eo. Vigintiduorū annorū erat Amon, cū regnare cœpisset. Duob' quoq; annis regnauit in Hierusalē. Nomē mr̄is eius Messulemath, filia Harus, de Iotheba. Fecitq́; malum in cōspectu dn̄i, sicut fecerat Manasses pater eius, & ambulauit in oī via, per ꝙ ambulauerat pater eius, seruiuitq́;] diabolo [in immunditijs] i. idololatrijs, [quibus seruiebat pater eius, & adorauit eas] i. idololatriarū obiecta, videlicet falsos deos, & sicut in Paral. additur, non est reueritus faciem dn̄i, sicut pater eius, hoc est, Deum ꝑ pœnitentiā nō honorauit, sicut Manasses, sed multo maiora deliquit, & mirum, ꝙ infra bienniū, quo regnauit, multo peiora fecit, quàm pater suus in pluribus annis. Veruntn̄ Climachus ait: Nullū inuenio, ita seu tam grauiter peccasse, sicut Manassen. Vnde apparet, ꝙ absolutè loquendo, Amon non cōmisit grauiora, quàm pater suus, nec enim legitur occidisse ꝓphetas aut iustos. Dicit̄ tamen grauiùs deliquisse, non pœnitēdo, & perseuerando in vitijs vsq; in finem. Delinquere enim, propriè spectat ad peccata omissionis, [& dereliquit dn̄m Deum patrum suorū, & nō ambulauit in via dn̄i. Tetenderuntq́; ei insidias serui sui, & interfecerunt regem in domo sua. Percussit autem populus terræ oēs qui coniurauerant contra regē Amon, & constituerunt sibi regem Iosiam filium eius pro eo. Reliqua autem sermonum Amon quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Sepelieruntq́; eum in sepulchro suo, in horto Oza, & regnauit Iosias filius eius pro eo.]

Iose. lib. 10. an. iu. c. 3. — Ibidem.

¶ Expositio cap. 22. Octo annorum erat Iosias, cùm regnare cœpisset &c. Art. XXIIII.

Tractatur in isto ac sequenti capitulis de sancto ac pijssimo rege Iosia. [Octo annorum erat Iosias cum regnare cœpisset, & triginta vno anno regnauit in Hierusalem.] Nec tamen ob id miserum fuit regnum ipsius, nec ibi fuit impletum, ꝙ ait scriptura: Væ tibi terra, cuius rex puer est. Iosias etem̄ moribus annos vicit, & in hæreditaria regum successione vitari non valet, quin interdū pueri regnēt: qbus si assint consiliarij boni & virtuosi officiales, supplet ur ꝑ illos defect' regnantiū puerorū. Omnipotens aūt in quibus sibi cōplacet, supplet ꝑ gratiā ꝙ deest naturæ, sicut in electo isto Iosia, de quo 2. Paral. asseritur, ꝙ octauo anno regni sui, videlicet sextodecimo anno vitæ suæ, cùm adhuc puer esset, cœpit quærere dn̄m, imò Iosephus refert de eo, ꝙ erat natura benignus, & ad virtutē vtiliter prępăratus, atq; in studijs intentione ac regula Dauid regis oīnò intentus. Cumq́; ad duodecimū ætatis annum venisset, pietatē & iustitiā in se mirabilē esse ostēdit. Cunctū nanq; populū suum correxit, vt derelicta idolorum secta, Deum patrum suorū colerent. Nomen matris eius Idida, filia Adaia, de Bescath. Fecitq; quod placitū erat corā dn̄o, & ambulauit per omnes vias suas Dauid patris sui. Nec declinauit ad dexteram siue ad sinistram. Anno aūt octauodecimo regis Iosiæ, misit rex Saphan filium Asaliæ, filij Mesullā, scribam templi dn̄i, dicens ei: Vade ad Helchiam sacerdotem magnū] i. pontificē, denunciando ei ex parte mei, [vt conflet] i. simul accipiat, [pecuniā quæ illata est] i. deportata, [in templum domini,] i. in templum, [& quam collegerūt ianitores templi] i. ostiarij domus Dei [à populo:] Nam sicut in Paral. tangitur, & Iosephus pleniùs narrat, Iosias misit in vniuersam prouinciam regni, & ad reliquias decem tribuū quæ remanserant, vt vnusquisq; offerret ad reparationem templi quantum vellet, sicq́; ad pium vsum illum oblata fuit magna pecunia, [deturque fabris] i. artificibus lignarijs, ferrarijs, aut in simili materia operantib'. [ꝑ prępositos domus dn̄i] i. per magistros operum templi, & ꝑ officiatos eius præcipuos, qui in Paralipomenōn & Iosepho exprimuntur. [Qui & distribuant eā his q operantur in tēplo dn̄i] s. artificibus, [ad instauranda sartatecta tēpli dn̄i,] vt tecta ac alię eius partes reparatiōe indigentes, instaurent̄ & innouētur, [tignarijs videlicet & cæmētarijs] i. carpentarijs, operarijsq́; murorū, [& his quæ interrupta cōponunt,] i. collapsa reformant, [vt & emant ligna & lapides de lapidicinis] i. de loco, vbi lapides præscinduntur [ad instaurādum templum domini. Veruntamen non supputetur eis argentum quod accipiunt] i. nō numeretur

Eccles. 10. — 2. Par. 34. — Iose. lib. 10. an. iu. c. 4. — 2. Paral. 4. — Iosf. lib. 10. an. iu. ca. 4. — 2. Para. 34. — Iose lib. 10. an. iu. ca. 4.

tur nec ponderetur eis, ita vt teneantur reddere rationé de ea, qualiter & vbi exposita sit, [sed in potestate habeant & in fidé,] i. libertati & fidelitati eorum cómittatur expositio ista, vt videntes se honorari, atq; benè de eis sentiri, prouocentur ad meliora, & grati sint atq; fideliùs agant. Hæc eadé scripta sunt suprà de Ioas rege Iuda. [Dixit aût Helchias pontifex ad Saphan scribam: Librum legis reperi in domo domini. Deditque Helchias volumen Saphan scribæ, qui & legit illud. Venit quoq; Saphan scriba ad regem, & renunciauit ei quæ præceperat, & ait: Conflauerunt serui tui pecuniam quæ reperta est in domo domini, & dederunt vt distribueretur fabris ac præfectis operum templi domini. Narrauit quoq; Librum legis dedit mihi Helchias sacerdos] quem librum inuenit in téplo. Circa quod narrat Lyra, ꝙ cùm Achaz quæreret libros legis ad comburendum, iste fuit in muro abscóditus, sed non videtur quod tempore Ezechiæ filij Achaz, defuit regi ac populo liber legis. Dicit etiam Rabbi Salamon, ꝙ pontifex inuenit hoc librum, cùm muri templi repararentur. Verùm in Paralip. legitur: Cumq; efferrent pecuniam, quæ illata erat in téplum dñi, reperit Helchias librum legis, sicq; videtur potiùs alibi q̃ in muro fuisse abscóditus, tñ in historijs ait Magister, ꝙ forsan inuenit eum in arca, in eum Moses reposuit. [Quem cùm legisset Saphan coram lege, & audisset rex verba libri legis dñi, scidit vestimenta sua] præ dolore transgreſsionú populi & patrum suorum, & ex timore pœnarum, quæ in libro Numerorum ac Deuteronomio prænunciatur trãsgressoribus legis. [& pcepit Helchiæ sacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Michaiæ, & Saphan scribæ, & Asaiæ serui regis, dicens: Ite, & consulite dñm super me, & super populo, & super omni Iuda, de verbis voluminis istius ꝙ inuentum est.] i. inuestigate à Deo per aliquem prophetarum, quid immineat mihi ac populo, & quid nobis restat egendum, vt euadamus pœnas cóminatas in lege. [Magna em̃ ira dñi succensa est contra nos.] i. grauis vltio imminet nobis, nisi Deus eã piè auertat. Loquitur aût Iosias de Deo more humano, quasi de homine, in quo ira causatur ex succensione sanguinis circa cor, cùm tamen inuariabilis Deus nullatenùs in sua alteretur natura, sicut p Hieremiã testatur. Nunquid me ad iracundiã prouocant? [quia non audierunt] aure obedientiæ, [patres nostri verba libri huius] i. præcepta libri legis Mosaicæ nó impleuerunt. ¶Circa hoc quæri potest, cur cótra Iosiam & plebé ipsius fuerit ira Dei succensa, eo ꝙ patres eorú fuerint Deo inobediétes, cùm filius non portet iniquitatem patris? ad ꝙ frequenter rñsum est. [vt facerent omne ꝙ scriptum est nobis] qa non sufficit ad saluté obseruare quædam præcepta, sed oĩa. Nempe si quis totam legé seruauerit, offendat aût in vno, factus est omniú reus. & rectè adiunxit optimus ille Iosias. nobis: qa quæ Moses ex ore Dei scripsit ac iussit, non solùm p his qui erant tépore suo, scripsit iussitq;, sed & p posteris eorundé. Hîc quoq; est effectus serui verè fidelis, vt id quod Deus æternus vniuersis præcepit, quasi sibi soli ac specialiter reputet esse iussum. [Ierunt itaq; Helchias sacerdos & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Asaia, ad Holdã propheté vxoré Sellum] q secundũ Iosephũ, fuit vir insignis ac nobilis, de quo in Scholast. fert historia, ꝙ fuit paruus Hieremiæ, & pater Ananeel, consobrini eiusdem pphetæ. [filij Thecuæ filij Harabã custodis vestium,] forsan sacrarum, ad vsum spectantiú cultus diuini, [quæ habitabat in Hierusalé in secunda.] i. in secundo ambitu vrbis, quæ fuit triplici moro circundata: seu in secunda ciuitatis mansione, quod idé est. [loquutiq; sunt ad eã:] quæ rex iussit inquiri ab ea. ¶Circa hæc duplex oritur quæstio: Primò, cur Iosias rex non consuluit dñm per pontificé, prout Dauid facere consueuit, imò ipsum Helchiã pontificé cum cæteris misit ad fœminã prophetissam. Secúdò, cur non misit ad Hieremiam aut Sophoniam, qui eius pphetauerunt téporibus, vt in eorú ostenditur libris. Ad primú horú Epiphanius ait, & magister in historijs refert, ꝙ à die qua Ioas rex fecit Zachariã filium Ioiadæ lapidari in templo, dñs vltrà nó dedit solito more rñsa. Ad secundum Lyra respódet: Dicunt expositores nostri coĩter, quòd hoc fuit, qa adhuc valdè iuuenis erat, nec habebatur in authoritate, quibus verbis subiungit, sed istud nó videtur, qm̃ Hieremias cœpit pphetare decimotertio anno regni Iosiæ, vt patet in libro ei. Liber aût legis inuẽtus decimooctauo regni Iosiæ anno, & ita Hieremias tunc pphetauerat quinq; annis, & per cósequens in authoritate tunc erat. Propter quod R. Salomon rñdet secundú duas Hebræorum opiniones: Vna est, ꝙ Iosias quærebat consiliú pietatis diuinæ. Fœminæ aût solét esse misericordiores q̃ viri, ideò misit ad fœminã, pphetissam. Alia est, ꝙ Hieremias tunc fuit ad exhortandú decé tribus. Circa hæc dico, ꝙ catholicorum rñsio tacta, vera rationabilisq; cósistit. Q̃uis em̃ Hieremias exorsus sit vaticinari decimotertio anno Iosiæ, tñ sub Iosia nó fuit ita celebris ac famosus, vt posteà, imò in toto libro suo nó legitur ad Iosiã, aut cum Iosia loquutus, sed frequenter ad posteros eius, atq; vt dicunt multi, Hieremias nó nisi primas duas visiones suas vidit sub Iosia, tñ de tertia dubitatur, sub quo rege viderit eam, & illæ non erant sub Iosia cóplendæ, idcircò sub Iosia non fuit adhuc multum famosus, sicum forsan nec Sophonias. ¶Insupèr secunda responsio R. Salomonis etiã à catholicis dudum fuit inducta, dicentibus, ꝙ Hieremias tunc forsan non erat præsens. ¶ Porrò prima R. Salomonis responsio videtur

4. Reg. 12.
2. Paral. 34.
Pet. Co. hi. stor. lib. 4. Reg. ca. 36.
Deut. 31.
Hier. 4.
Ezech. 18.
Iacobi 2.
Chrysosto.
Iose. lib. 10. an. iu. c. a. 4.
Pet. Co. hi. stor. lib. 4. Reg. ca. 36.
2. Reg. 2. 5. 24.
Hier. 1.
Sophon. 1.
Epipha.
Pet. Co. hi. lib. 4. Reg. ca. 36.
2. Para. 24.
Hierem. 1.

inepta. quanuis ẽm fœminæ sint cõmuniter piæ & misericordes magis quàm viri, tñ Iosias nõ voluit, vt fœmina illa daret rñsum secundum propriã inclinationem, sed iuxta reuelationem diuinam, quæ potuit esse tã clemẽs per virũ, sicut per fœminã. [At illa rñdit eis: Hæc dicit dñs Deus Israel] qui iã reuelauit huic mulieri, quid respõderet. [Dicito viro, q misit vos ad me:] Eccè q̃ magnanimis fuit hęc fœmina sancta, regem cõmuni noĩe virum significans. Etenim spũs sanctus animas sctórum suorũ in grandi cõstituit libertate, in qua tñ humilitas & magnanimitas sibi inuicẽ non repugnant. [Hæc dicit dñs: Eccè ego adducã mala] pœnæ [super locum istum & super habitatores eius, oĩa verba legis, quę legit rex Iuda] i. cũcta aduersa significata, per verba, quæ Iosias audiuit legi, vt dictũ est, & forsan posteà ꝓ maiori sua informatiõe personaliter legit ea. [qa dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, iritãtes me in cunctis operibus manuum suarũ. & succendetur indignatio mea in loco hoc,] i. vltio meæ iustitię hic feruebit, & per ignẽ complebit, quia Chaldæi vrbẽ & templum posteà incenderũt. [& nõ extinguet] i. à sua ꝑsecutiõe nõ impediet, q. d. ꝓphetia de hac vltione prolata, non est tm̃ ꝓphe-
Iose. lib. 10. an. iu. ca. 4. tia cõminationis, sed infallibilis præuisionis. Hinc Iosephus narrat: Audiens prophetissa quę à rege erant mãdata, iussit, vt remeantes dicerent regi, quòd diuinitatis decretũ, ꝙ iam cõtra
Hier. 18. eos ꝓtulerat, precibus infirmari non posset. Veruntamen contra istud argui posset, ꝙ sicut in Hieremia habet, dñs per ipsum Hieremiam ꝓmisit Iudæis, quòd si verè pœniterent, seq; corrigerent, parceret eis, & pœnas cõminatas auferret. Ipsi aũt cùm liberi essent arbitrij, poterãt pœnitere: ergo & mala illa prænunciata euadere. verùm ad hoc super Hieremiã rñsio est inducta. [Regi autẽ Iuda qui misit vos, vt consuleritis dñm, sic dicetis: Hæc dicit dñs Deus Israel: Pro eo ꝙ audisti verba voluminis legis] auribus cordis ac corporis, [& perterritũ est cor tuũ] nõ solùm seruili timore, [& humiliatus es coram dño] culpã tuam ac populi tui recognoscendo, veniamq; poscendo, audiens. [auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores eius, ꝙ videlicet fierent in stuporẽ & in maledictum] i. tantis calamitatibus sint subdendi, ꝙ ipsi & alij super hoc mirabunt, ipsiq; aduersariorũ maledictionibus & maledictis in lege ꝑlatis subijcient, atq; ab ipsis in exemplũ maledicẽdi alijs assument, sic ꝙ vnꝰ volẽs maledicere alteri, dicet: Contingat tibi sicut Iudæis. [& scidisti vestimẽta tua, & fleuisti coram me.] Oĩa ista regem Iosiam fecisse. videtur hæc ꝓphetissa ex reuelatione diuina nouisse. Non enim apparet, ꝙ missi à rege, retulerũt ea illi. [& ego audiui, ait dñs:] hoc est, desideria tua pie suscepi, & pœnarum hanc inflictionẽ differre decreui. [idcircò colligã te ad patres tuos] i. mediante morte, adunabo animã tuã animabus patriarcharũ & ꝓphetarũ ac Regum sanctorum, de quibus
4. Reg. 23. exortus es, in limbo patrũ sinuq; Abrahæ. [& colligeris ad sepulchrũ tuũ] hoc est, cum patribus tuis sepelieris saltẽ in loco sepulturę cõmuni, videlicet in Hierusalẽ aut propè. [in pace.] qualiter verũ est hoc, cùm Iosias sequenti capitulo legatur à rege Aegypti occisus, sicq; morte violẽta, nõ naturali, occubuit? Rñdetur primò, ꝙ in pace pectoris obijt, qa & suã occisionẽ pro culpis suis saltem venialibꝰ, & ꝓ gloriæ incremẽto æquanimiter tulit. Secundò, ꝙ collectus est in pace populi sui, vtpotè illis adhuc pacificè in terra sua morantibꝰ. Tertiò, ꝙ collectus est ad patres suos in limbo in pace, i. ad participandã pacẽ & securitaẽ, quã existentes ibidèm habebant, quia de sua æterna salute erant securi. [vt non videant, oculi tui oĩa mala quæ
1. Mach. 3. inducturus sum sup locum istũ.] Q. d. Meliꝰ est tibi interim mori, q̃ mala hæc intueri, quemadmodum 1. Machabæorũ fortissimus Iudas testat: Melius est nobis mori, q̃ videre mala gẽ-
1. Mach. 2. tis nostrę & sanctorum. Propter ꝙ anteà dixerat Matathias pater ipsius. Quò nobis adhuc viuere? Hinc quoq; vt recitat Iosephꝰ, dum tẽplo & Hierusalẽ per Romanos cõbustis, sacerdotes peterent sibi à Tito vitã conseruari, nõ tolli, dixit eos esse ignobilis atq; degeneris animi, eo ꝙ templo ac numini superuiuere affectaret, & iussit eos occidi. ¶ Spiritualiter possunt ex isto capitulo multa salubria elici documenta, videlicet, vt fideles, ꝑsertim qui præsunt, exemplo Iosiæ discant diuini zelo honoris accendi, atq; in iuuentute & adolescentia sua quærere dñm ac bonum cõmune, & verbis ac exemplis cũ omni cõstantia & feruore vitia extirpare, lapsa & deformata plenariè reformare, p regiam viã salutis absq; diuerticulis ꝓficisci, materiales quoq; resarcire ecclesias, verba euãgelicæ legis cũ omni diligẽtia semp aduertere, atq; ex eius pẽsare tenore, q̃tùm deficiant à statu salutis, à via spiritualis ꝓfectus, à debito suæ vocationis, & propter ꝓximorũ ac subditorũ peccata vehemẽtissimę cõtristari, ꝓ ipsorũ venia deprecari, flere, gemere, lamentari, & ad sanctorũ ac deuotorũ confugere preces, cõsilia, ac succursus, quæ per veram mentis contritionèm, humiliationem ac fletum præcipuè obtinentur.

¶ Declaratio cap. 23. Et renunciauerunt regi quod dixerat &c. Artic. XXV.

HIc recitatur reformatio facta in populo p Iosiã, & qualiter sit occisus, atq; successio filij eius in regno. [Et renunciauerunt regi] Iosię legati eius, [ꝙ dixerat] Holda prophetes.
Iose lib. 10. an iu. ca. 4. [Qui misit] nuncios per totũ territoriũ suũ, & congregati sunt ad eum oẽs senes Iuda] i. totiꝰ
2. Paral. 34. regni Iudæ, [&] vrbis [Hierusalẽ,] sicut significauit eis p nuncios siue epistolas, & specialiter cõuocauit sacerdotes & Leuitas, vt Iosephꝰ ait, & maiores natu, ꝓut in Paral. fert. [Ascẽditq;

rex templum dñi & oēs viri Iuda, vniuersiq; qui habitant in Hierusalē sacerdotes & prophetæ, & oīs populus à paruo vsq; ad magnum, legitq; cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus est in domo domini] i. cuncta verba Deuteronomij in templo reperti, que verba legit, vel per seipsum, vel per aliquem sacerdotum aut scribarum, nec est verisimile ꝙ totum illum legerit librū, sed quędam capitula ad ꝓpositum magis spectantia. [Stetitq; 2. Paral. 6.
rex super gradum] i. solium regium, de quo illud 2. Paralip. accipitur: Fecerat Salomon basim 2. Para. 34.
æneam, & posuerat eā in medio basilicæ, stetitq; supra eam. Porrò in Paral. legitur, ꝙ stans in Iosf. lib. 10.
tribunali suo. Idem habetur in Iosepho. Nam in præfato solio sedens rex, solebat aliquas cau an. iu. c. 10.
sas iudicare. [& fœdus percussit coram dño,] i. pactum inijt, ꝓmisit, iurauit, [vt ambularent post dñm,] imitando ac implendo diuina præcepta, adhærendoq; Deo, ideò subditur, & custodirent] per recordationem & exequutionem, [præcepta eius] moralia, [& testimonia] id est, ea quæ credi iubentur, firmiter crederent, [& cęremonias] id est, mandata cæremonialia, [in oī corde] i. intellectu & voluntate, vel tota cordis attentione, [& in tota aīa] i. totis inferioribus animæ viribus, [& suscitarent verba fœderis huius, quæ scripta erant in libo illo] i.
eloquia & mādata legis, quæ iam ante fuerunt neglecta & quasi mortua, renouerent ac obser- 2. Paral. 34
uarent. [Acquieuitq; populus pacto.] Nam adiurauit populū super hoc, vt in Paral. recitatur, Iose lib. 10.
atq; vt Iosephus addit, illi promptissime iurauerunt, & præcepta legis promiserunt implere. an. iu. ca. 4.
[Et præcepit rex Helchię pontifici.] In veteri etenim testamēto, cuius sacerdotium fuit quasi carnale, & circa carnales hostias versabatur, rex erat maior & altior præsule: ideò potuit ei ꝓcipere. [& saserdotibus secundi ordinis,] qui immediatè sub pōtifice erant, ac 24. extiterūt, 2. Par. 25. 26.
quos Dauid instituit, quorum quilibet in sua ministrabat hebdomada, habens sub se vigintiquatuor sacerdotes, totidemq; Leuitas & cantores ac ianitores, prout primo Paral. scribitur, [& ianitoribus, vt proijcerent de tēplo dñi omnia vasa quæ facta fuerāt Baal & in luco] i. ipsi Baal busco plantato circa altare Baal, vt ibì coleretur p vasa suo cultui dedicata, [& vniuersæ militiæ cæli, & cōbussit ea foris Hierusalem,] quasi indigna cōburi in vrbe cultus diuini. [in conualle Cedron, & tulit puluerem eorum, in Bethel] i. ad oppidum istud, in quo stetit vnus
aureorum vitulorum, quatenùs dispergendo ibidèm puluerem illum, ꝓphanaret (hoc est, 4. Reg. 21.
abominabilē esse ōnderet) locū ipsum propter idololatrięvitia ibì cōmissa. [Et deleuit haru- Ibidem
spices,] de quibus suprà dictum est, [quos posuerant reges Iuda ad sacrificandū in excelsis p 3. Reg. 16.
ciuitates Iuda, & in circuitu Hierusalem, & eos qui adolebāt incensum Baal & Soli & Lunæ & duodecim signis, & omni militiæ cæli. [Hoc fecerunt ergo quidā idololatræ, vt Amon &
Manasses ad tempus, & Achaz, non ꝙ haruspices ab illis cōstituti, ijdem numero vixerint sub Iose. lib. 10. an. iu. ca. 4.
Iosia, sed similes specie, aliqui tñ illorum adhuc viuere poterant. Hos ergo deleuit nō solùm à suis officijs, sed etiā interfecit, vt Iosephus scribit, apertiùs quoq; de illis videtur intelligendum, qui cōuerti nolebāt. [Et afferri fecit lucum de domo dñi] i. arbores in atrio tēpli plantatas & cōsecratas idolo Baal, iussit excidi & exportari, [foràs Hierusalē, in cōuallē Cedrō,] vbi cedri nascunt, [& cōbussit eum ibì,] quia fortassis indè fuerunt arbores speciei illius, [& redegit in puluerē, & ꝓiecit suprà sepulchrà vulgi] i. vulgarium, qui forsan coluerunt aliquādo Baal, ꝙ fecit in contēptum idololatrię huius. [Destruxit quoq; ædiculas effœminatorū] i. paruulas ædes seu mansiunculas quorundā mollīū seu sacerdotū castratorū: & specialiter sacerdotes Cybeles matris deorum, effœminati vocantur, [quæ erant in domo dñi,] i. per circuitum tēpli & infra septa atriorum ipsius. [pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci] i. pannos quosdam ad faciendum quasi papiliones pro cōmmorantibus ibì, atq; cortinas ad faciendum ibì loca cōcupiscentiarum deliciosa, ad exercendum ibidem immunditias carnis in deorū honorem, & quia sacerdotes castrati asserentes talia dijs placere, erāt impotentes ad ea agenda, ideò eis in hoc credebatur, quia videbātur inducti ad talem assertionem, nō ex cōcupiscētia ꝓpria, quemadmodū Aristoteles in Ethicis recitat de Eudoxo philosopho, summū bonū in delectationibus Venereis constituente, ꝙ sibi eo plùs credebatur, quo minùs videbatur voluptatum amator: sicut & Epicurus qui felicitatē in delectationibus
gustus constituit, easdem vitauit, & frugaliter viuēs, oleribus fuit cōtentus, vt sanctus quoq; Hierony.
refert Hieronymus. [Cōgregauitq; oēs sacerdotes de ciuitatibus Iuda, &] eis ꝓsentibus [cōtaminauit excelsa vbi sacrificabāt sacerdotes] i. loca sublimia, in quib⁹ etiā templo cōstructo consueuerunt sacerdotes Deo vero sacrificare, [de Gabaa] ciuitate [vsq; Bethsabee] ciuitatē,
quæ à se inuicèm valdè distabant. q. d. de vna regni sui extremitate vsq; ad aliam fecit hoc. *Iosuē.
[Et destruxit aras portarum] i. altaria sita in portis, [in introitu] i. iuxta ingressum [ostij * Iosiæ principis ciuitatis] i. qui principatum quendam habuit in Hierusalem, vel in alia vrbe forsan erat præfectus, iuxta cuius ostium erant sacrilega illa altaria, super quæ nō licuit immolare, [quod] ostiū Iosiæ [erat] situm [ad sinistrā portæ ciuitatis] in qua præerat. [Veruntñ non ascendebant sacerdotes excelsorum,] qui Deo in locis excelsis (vt dictū est) sacrificabāt, [ad altare dñi in Hierusalem] i. super altare holocausti positum in atrio tēpli, nō permittebantur

in Bethel,]vbi constituerat ipse Hieroboam vnum duorum aureorum vitulorum altare, [& excelsum]i.phanum,[quod fecerat Hieroboam filius Nabat,qui peccare fecit Israel,& altare illud excelsum destruxit atq; cóbussit, & comminuit in puluerem, succídit q; etiã locum. Et conuersus Iosias]i. vertens se vndiq; ad videndum, si aliquid spurcitiæ idololatriæ cerneret,[vidit ibi sepulchra]idololatrarum,[quæ erant in monte, misitq; & tulit] i. extrahi iussit [ossa]illorum[de sepulchris,& combussit ea super altare]præfatum Hieroboam regis in detestationem idololatrarum & idololatriæ eorundem,& polluit illud iuxta verbum dñi,quod loquutus est vir Dei]i.propheta q venit de regno Iudæ,[qui prædixerat verba hæc] ad Hieroboam stantem super altare illud,vt dictũ est.[& ait:Quis est titulus iste quem video?] Specialiter interrogauit de titulo illo, quia (vt in historijs ait magister) ipse Iosias legit in sepulchro præfati prophetæ titulum eius.Et aliqui dicunt, ꝙ falsus propheta de Samaria, q se iusserat sepeliri iuxta sanctũ illũ prophetã, ordinauit ibi fieri signum quoddã præcipuũ & scripturã,per quæ postea recoleretur,ꝙ illud esset sepulchrum sancti prophetæ,quatenus ossa sua cũ ossibus illius manerẽt intacta.[Rñderuntq; ei ciues vrbis illius]s. Bethel.[Sepulchrũ est] i.titulus ille est signũ,quòd illud sit sepulchrum hoĩs Dei, qui venit de Iuda,& pdixit verba] i.opera ista,[quę fecisti super altare Bethel.]Deniq; vt Iosephus scribit,à tẽpore quo ꝓpheta ille prædixit hæc,vsq; ad tempus quo Iosias hæc fecit, fluxerũt anni trecenti sexaginta vnus. & ait: Dimitte eũ:]i.ossa eius.[Nemo cómoueat ossa eius.Et intacta manserunt ossa illius cũ ossibus ꝓphetæ,qui venerat de Samaria.Insupèr & oĩa phana excelsorũ, quæ erãt in ciuitatibus Samariæ,]i.in terra regni decẽ tribuum, [quæ fecerãt reges Samariæ ad iritandum dñm, abstulit Iosias:]qa(vt Iosephus ait)persuasit reliquijs decẽ tribuũ, quæ captiuitatẽ Assyriorũ euaserunt,vt colerent verũ Deũ,& forsan ꝓphetæ tunc existẽtes,vt Hieremias & Sophonias, idipsum admonuerunt.[& fecit ei secundum oĩa quæ fecerat in Bethel. Et occídit vniuersos sacerdotes excelsorũ,qui erãt ibi super altaria, & cóbussit ossa humana super ea. Reuersusq; est Hierusalem,& pręcepit oĩ populo suo, dicẽs: Facite phase dño Deo vestro, secundum ꝙ scriptum est in libro fœderis huius,]i. festũ paschale celebrate iuxta oĩa, quæ de hoc in Exodo pcipiuntur,quod & statìm celeberrimè impleuerunt. [Nec eñ factũ est tale phase] i. festũ paschale ita solẽne,[in diebus iudicũ,qui iudicauerunt Israel, & oĩm dierum regũ Israel, & regũ Iuda, sicut in octauodecimo anno regis Iosiæ factũ est phase istud dño in Hierusalẽ.] De solennitate ista & eius expẽsis ac numero animaliũ, quæ Iosias & principes ac superiores sacerdotes dederũt populo ac Leuitis,multa habent 2.Paral.Vndè & Iosephus loquitur: Donauit Iosias populo in pascha nouellos hœdos & agnos triginta millia, & ad holocaustũ tria millia,multaq; alia desupèr Iosephus.[Sed & pythones & hariolos,& figuras idolorũ,& immunditias & abominationes,quæ fuerunt in terra Iuda & Hierusalẽ,abstulit Iosias, vt statueret verba legis,quæ scripta sunt in Libro,quẽ inuenit Helchias in tẽplo dñi.]Ista iã frequenter sunt explanata.[similis ei non fuit ante eũ rex in Hierusalẽ, & multò minùs post eũ,] qui reuerteretur ad dñm,]non ꝙ antè fuit auersus à dño,sed dicit reuersus ad dñm, quia assiduè mentem suã ad ipsum cõuertit cũ feruore maiori,[in omni corde suo,& in tota anima sua,& in vniuersa virtute sua,iuxta oẽm legem Mosis,neque post eum surrexit similis illi,] prout in via huius exilij fieri potest,non tñ instar beatorum in patria,fuit semper Deo intẽtus actualiter,& iuxta suæ possibilitatis extremũ,ꝙ proprium est beatis. Huic aũt simile est ꝙ suprà narratur de Ezechia,& iuxta sensum ibi expositũ intelligendũ est istud, qa in multis sanctus Iosias præfulsit,præsertim in innocentia. De ipso quoq; in prologo Sophoniæ habetur, Iosiam regẽ Iudæ,præ oĩbus regibus Iudæ Deo placuisse,historia 4.lib.Reg. & 2. Paral. demonstrat. Vndè in Eccõ asseritur: Memoria Iosiæ in cõpositione odoris facta, in omni ore quasi mel indulcabit,& quasi musica in cõuiuio vini.[Veruntñ nõ est auersus dño ab ira furoris sui magni,quo iratus est furor eius]i.rigor suæ iustitiæ[cõtra Iudam]i.populũ regni Iudæ,[propter iritationes,quibus ꝓuocauerat eum Manasses]i.ꝓpter idololatrias & cæteras transgressiones Manassæ regis. Iam præallegatũ est, quẽadmodùm Manasses verè pœnituit, ita ꝙ scelera sua fuerunt ei dimissa,& miam finalẽ est cõsequutus:quomodò ergo Deus ꝓpter ipsius peccata iratus est populo Iudæ,qui tot annis fuit post mortẽ Manassæ,nec ei videtur cõmunicasse in crimine?Deniq; cùm ꝓpriũ sit Deo misereri & parcere,quõ non pronior fuit ad placandũ & ignoscendũ ex tãtis meritis sancti Iosiæ ac populi sub eo deuoti?& vbi est ꝙ dñs loquitur totiès in ꝓphetis, Vnusquisque in pecato suo morietur?cùm culpæ debeat pœna, quæ est ista iustitia, vt propter peccata vnius,alij puniãtur, & pctã dimissa denuò imputentur,etiã his qui ea non cõmiserunt?Itaq; videtur locus iste obscurus,sic intelligendus, ꝙ dñs non est auersus à ꝓposito puniendi populum Iudæ propter transgressiones Manassæ, i. ꝓpter peccata & scelera ac idololatrias,in quibus populꝰ ille sequutus est pręfatum Manassen in vitijs, quod fuit post mortẽ Iosiæ. Interdũ tñ posteri & in corporalibus puniuntur propter parentũ facinora, prout frequenter expositũ est,sed nisi Iudæi post mortẽ Iosię Deum tã grauiter offendissent,

3. Reg. 13.
Pet. Co hi. lib 4. Reg.ca. 36.
3. Reg. 13.
Iose lib. 10. an.iu.ca. 4.
Ibidem
Exodi 12.
2. Para. 35.
Iose lib.10. an.iu.c.4.
4. Reg 18.
Eccles. 49
Hier. 31.
Ezech.18.

non fuissent propter peccata personalia ipsius Manassæ tam dirè puniti. [Dixit itaq; dñs: Etiã Iudam auferã à facie mea] i. à terra q̃ contuli ei, & à pio respectu ac defensione qbus hactenùs populũ illũ adspexi, cõseruando eũ in terra ꝓmissionis. Præuidit etenĩ dñs, q̃ grauiter populus ille fuit post Iosiæ obitũ transgressurus, Ideò pœnã eius ṗdixit, & tñ p Hieremiã frequẽter plebẽ illã hortabatur ad emendationẽ, ꝓmittens ei opem ac veniã, si veraciter pœniteret, sed quia ṗsciuit ipsius indurationẽ, impœnitentiãq; futurã, idcircò quãdoq; absolutè ṗdixit eiꝰ punitionẽ. [sicut abstuli Israel, & ꝓijciam ciuitatẽ hanc q̃ elegi Hierusalem, & domũ de qua dixi, erit nomen meũ ibi. Reliqua aũt sermonũ Iosiæ, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborũ dierum regũ Iuda? In diebus eius ascendit Pharao Nechao, reg Aegypti cõtra regem Assyriorũ ad flumẽ Euphraten. Et abijt Iosias rex Iuda in occursum eiꝰ. Et occisus est in Mageddo cùm vidisset eum. Et portauerunt eum serui sui mortuũ de Mageddo, & pertulerunt in Hierusalẽ, & sepelierunt eũ in sepulchro suo.] Hic describiť, qualiter occisus & sepultus sit virtuosus & pius Iosias, & quicqd de hoc scribitur in hoc loco, 2. Paral. diffusè expositũ est, vbi de ista materia introducta sunt multa. Iosephus quoq; testatur: Dum Iosias in pace atq; diuitijs & gloria super oẽs excelleret, iaculo est occisus. Sequiť de filio Iosiæ, qui ei primò successit in regno. [Tulit quoq; populus terræ Ioachaz filiũ Iosiæ, & vnxerunt eum & constituerunt eũ regẽ] p manus pontificis [ꝓ patre suo. Viginti triũ annorũ erat Ioachaz cùm regnare cœpisset, & tribus mẽsibus regnauit in Hierusalẽ. Nomẽ mr̃is eius Hamital, filia Hieremiæ, de Lobna. Et fecit malum coram dño, iuxta oĩa quæ fecerãt patres eiꝰ,] iniqui idololatræ, s. Amon, Achaz, & Manasses ad tẽpus, cuius pœnitentiã nõ est sequutꝰ, vinxitq; eũ Pharao Necho in Reblatha] vrbe [q̃ est in terra Hemath, ne regnaret in Hierusalẽ.] Circa hoc recitat Lyra, ꝙ Pharao Necho, victa Syria, vocauit ad se Ioachaz regẽ in Reblata: ad q̃ cùm venisset Ioachaz, vinctus est ibi à Pharaone, & missus sic in Aegyptum. Istud quoq; super Paral. tetigi, & ibi cõtra illud argui, eo ꝙ 2. Paral. cõscriptũ sit, Amouit eũ rex Aegypti cùm venisset Hierusalẽ. Vndè apparet ꝙ Pharao in Hierusalẽ venit, & ibi Ioachaz istũ deposuit, ꝙ etiã magister in historijs tenet. Veruntñ verbis Lyræ consonare videť narratio Iosephi, qui affirmat: Rex Aegyptiorum dum fuisset à pugna reuersus, euocauit Ioachaz ad semetipsum de ciuitate Syriæ, quæ dicitur Hemath. Qui dum venisset, eum repentè vinxit. Pro horum concordia quis forsan dicere posset, ꝙ rex Aegypti venit Hierusalẽ, non in propria persona, sed per legatos quos misit, & in Hierusalem amouit Ioachaz regem, quia ex intentione misit ad eum illuc. [Et imposuit] Pharao [mulctam] i. tributum [terræ] Iudæ [centum talentis argenti, &] vno [talẽto auri] i. in tanta collecta seu summa quæ ei omni anno persolueretur à rege Iudæ, quem pro Ioachaz fecit regem, de quo subditur: [Regemq; cõstituit Pharao Necho Eliachim filium Iosiæ ꝓ Iosia patre eius, vertitq; nomen eius] i. mutando imposuit ei nomen hoc [Ioakim,] quatenùs mutatio nominis, esset memoriale ac signũ promotiõis suæ in regẽ à Pharaone, sicq; maneret ei subiectus. Deniq; Iosepho teste, Ioakim primogenitus fuit Iosiæ, sicque regnum debebatur ei de iure cõmuni ratione primogenituræ, dicunt aliqui, ꝙ populus ipsum Ioachaz fecit regem ex instigatiõe consanguineorũ eius ex parte matris, qui erant potentes. [Porrò Ioachaz tulit, & duxit in Aegyptum: argentũ aũt & aurum dedit Ioakim Pharaoni, cùm indixisset terræ per singulos, vt conferretur iuxta præceptũ Paraonis. Et vnumquemque iuxta vires suas exegit tam argentum q̃ aurum de populo terræ, vt daret Pharaoni Nechò. Vigintiquinq; annorũ erat Ioakim cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Hierusalem. Nomẽ matris eius Zebida, filia Phadaia de Ruma. Et fecit malum coram dño, iuxta oĩa quæ fecerant patres eius.] Nempe vt Iosephus tangit, erat iniustꝰ & valdè nequissimus, & nec circa Deum sanctus, nec circa homines mãsuetus. ¶ Moraliter ex isto cap. instruuntur ṗlati ac principes, qualiter debeant pro Dei honore zelari, vt Deo, à quo omnis prælatio ac potestas, sint grati, totisq; viribus pro diuini cultus augmẽto, pro subditorum reformatione plenaria, pro vitiorum extirpatione cõpleta inardescant ac enitanť atq; incorrigibiles acriter puniant, vt alijs cedat in exemplũ, sicut ait Apostolus: Peccantes corã omnibus argue, vt cæteri timorem habebant: sicq; oẽm spiritalẽ idololatriã infatigabiliter studeant ꝓpulsare, ne alicui dominetur cupiditas aut auaritia, quæ est seruitus idolorum: nec voluptas, ne Venerẽ magìs colat q̃ Deum: neq; elatio, ne magìs intentus sit ꝓpriç honorationi, q̃ diuinæ maiestatis honori: nec creaturis magìs q̃ creatori inhæreat. Insupèr magos, diuinos, hariolos, nigromanticos, & oẽs superstitiosos expellat, castiget, cõpescat, sicq; subditis reformatis, celebret pascha cũ eis, i. ad sacramentorum Christi cõmunionem accedat. Ampliùs, sicut virtuoso Iosiæ prauissimi filij successerunt in regno, sic sæpè cõtingit, ꝙ bonis principibus ac prælatis succedant iniqui, qui regibus Aegypti ac Babylonis soluunt tributũ. Nam animas quas lucrificare Christo tenentur, per reprobam vitam, negligentiam & scandalosum processum exponũt dæmonibus, atq; in barathrum mittunt perditionis. Idcircò qui exemplarem & bonum habent præsidentem, grati sint Deo, & superioris sui correptiones & correctiones suscipiant gaudiosè neque faci-

Marginalia: Hier. 18. — 2. Para. 35. — Iose. lib. 10. an. iu. c. 5. — 4. Re. 16. 21 — 2. Paral. 36. — Pet. Comest. hi. lib. 4. Reg. ca. 38. — Iose lib. 10. an. iu. ca. 5. — Iose lib. 10. an. iu. c. 6. — Ibidem. — 1. Tim. 5. — Col. 3.

faciliter iudicent illū. Postremò, ex dictis patét impscrutabilia iudicia Dei, qualiter vbertìm Rom. 11.
ex optimis parentib⁹ generent filij pessimi, sicut ex Iosia filij eius præfati, & econuersò, sicut
ex impijssimo Achaz natus est pijssim⁹ Ezechias, & ex sceleratissimo Amon sanctissim⁹ iste 4.Reg.17.
Iosias. sic quoq; in nouo testaméto, ex reprobissimis nati sunt multi electissimi vtriusq; sex⁹, E.Re.21.28.
quod in martyribus sanctis apertiùs innotescit. Multotiès tamen contingit, ꝙ ex virtuosis pa
rentibus gignitur proles electa. Nemo igitur de parentum sanctitate præsumat, aut negligen
tior fiat, neq; ob prædecessorum suorum impietatem desperatione frangatur.

¶Elucidatio cap.24 In diebus eius ascendit Nabuchodonosor. Artic. 26.

HIc refert scriptura, qualiter Ioakim filius Iosiæ regnauerit, & de filio Ioacim. [In diebus eius] videlicet 8. anno regni Ioacim filij Iosiæ, [ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis] ad regnum Iudæ, & in eo cum ingenti exercitu fixit castra. Cùm enim superasset Pharaonem Necho regem Aegypti & totam Syriam cepisset vsq; Pelusium, pręter Iudæam, voluit quoq; eam suæ subijcere ditioni, cuius potestatem ac minas metuens Ioacim, quia cùm impius esset, non confidit in Deo, & pacem cum rege tam potente habere desiderans, subiecit se illi, promittens ei dare tributa, sicut subiungitur: [& factus est ei Ioacim seruus] tributarius [tribus annis: & rursus rebellauit contra eum] i. regi Babylonis tributa soluere renuit 3. an- Iose.lib.10.
no aut 4. quia vt Iosephus refert, percepit quod Pharao Mecho rursus disponeret se ad pug- an.iu.c.9.
nandum contra Babyloniæ regem, ideò sperans quod Aegyptij præualerent, & cupiens regi Aegypti, à quo factus fuit rex, complacere atque à tributo exonerari, negauit illi tributum. [Immisitq; ei dominus latrunculos Chaldęorum, & latrunculos Syrię, & latrunculos Moab, 4.Reg.24.
& latrunculos filiorum Ammon, & immisit eos in Iudæam:] i. in populum regis Iudæ, [vt disperderet eum] i. varijs modis affligeret tam regem quam plebem ad vlciscendū transgressiones eorum, [iuxta verbum domini quod loquutus fuerat per seruos suos prophetas. Factum est autem hoc per verbum domini] i. non sine præuia prænunciatione Dei, qui ꝑ prophetas istud frequenter prædixit, [contra Iudam, vt auferret eum] de terra sua Chaldæam [coram se,] i. ipso domino intuente peccata regni Iudæ ad puniendum hoc modo, [propter peccata Manassæ vniuersa quæ fecit, & propter innoxium sanguinem quem effudit, & impleuit Hierusalem cruore innocentium,] occidendo prophetas & alios iustos in Hierusalem, vt
habetur suprà. Hic rursus oritur difficultas, qualiter propter peccata & homicidia Manassæ 4.Re.21.16.
Deus punierit populum Iuda tempore Ioacim, & de hoc in præcedenti articulo est aliqualis data responsio: quia & populus post Iosiam sequutus est peccata Manassæ, & etiam propter peccata pręcedétium Deus detestabatur locum & vrbem. Ioacim quoq; occidit Vriam prophetam à quo corripiebat. Hieremiā quoq; voluit sępè occidere, sed dominus eum abscondit. sed & alios iustos persequebatur, atq; in tot criminibus populus suus sibi communicauit, sicq; imitabantur omnem impietatem Manassæ, non autem pœnitentiā eius: [& ob hanc rem noluit dominus propiciari] i. ipsorum peccatis ignoscere, relaxādo debitam pœnam, culpam tn̄ pœnitentibus verè indulsit, imò qa pro maxima parte duri, incorrigibilesq; fuerunt, sicut Manasses ad tépus, ideò tam dire puniri, & dn̄s noluit eis ꝓpiciari. [Reliqua aūt sermonum
Ioacim & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonū dierum regum Iuda? Pet.Co.hi.
Et dormiuit Ioacim cum patribus suis] i. defunctus est, nō tn̄ in pace, imo violenta occisus est stor. lib.4.
morte à Nabuchodonosor rege, quéadmodùm in Scholast. hist. fert ex Iosepho. Ioacim enim Reg. ca 39.
Nabuchodonosor regem sub specie & iure fœderis permisit intrare ciuitatem Hierusalem, Iose.lib 10.
q̄ ingressus, fidem & fœdus mox fregit, ipsumq; Ioacim interfecit, & corpus eius extra muros an.iu.c.9.
proijci iussit, sicut ꝑdixerat Hier.22. Sepultura inquiens, asini sepelietur. Occidit quoque simul cum Ioacim iuuenes fortissimos ac famosos, & ideò non seruauit huic Ioacim fidem, qm̄ ipse Ioacim iam ei fidelitatem non seruauit negando tributū. [Et regnauit Ioachin filius eius pro eo.] occisus etem̄ Ioacim, rex Nabuchodonosor filium eius nomine Ioachin cōstituit regem. [& vltrà non addidit rex Aegypti vt egrederet de terra sua,] ad impugnandū territoria aliena, nec etiam ad repugnandum Babyloniæ regi. [Tulerat em̄] i. abstulerat [rex Babylonis omnia quæ fuerant regis Aegypti à riuo Aegypti] i. Nilo, vt aliqui dicunt, vel alio riuo qui ex vna parte terminat illud regnum, [vsq; ad flumen Euphraten] ꝙ currit per Chaldæam & per medium vrbis, nomine Babylon discurrebat. Currit quoq; (vt legitur) per Armeniam minorem & Persiam, Prout super Gen.2. dictū est. Itaq; terras quas rex Aegypti bellādo obtinuerat, abstulit ei p prælia rex Babylonis, & tandem abstulit ei terrā Aegypti, sicut de hoc Hiere. 49. & Eze.26. & 30. multa scribunt. [Decem & 8. annorū erat Ioachin cùm regnare cœpisset, & tribus mésibus regnauit in Hierusalé. Nomē matris eius Nehostha, filia Elnathan, de Hierusalé.] Nabuchodonosor tanq; cùm cœpisset reuerti, cœpit in via suspicari ac formidare, ꝙ Ioachin iste fieret sibi infidelis atq; rebellis, eoꝙ patrē suū occiderat, idcircò decreuit redire, sicut textus narrat. [& fecit malū corā dn̄o, iuxta oīa q̄ fecerāt patres ei⁹. In illo tépore ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Hierusalé] i. vsq; ad eam. Rex em̄ Babylo-
 nis

Iose.lib.10. an.iu.ca.9. nis pmisit illuc suũ exercitum, vt Iosephus insinuare videt. [Et circundata est vrbs munitionibus]i.bellicis machinis,[venitq; Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatẽ cum seruis suis,]q secum remanserunt,[vt oppugnarent eã. Egressusq; est Ioachin rex Iuda ad regẽ Babylonis.]hoc fecit Ioachin ex admonitionib⁹ Hieremiæ, ne ob suam resistentiã cõtra regem Chaldæę,ciuitas & tẽplum & totus populus suus periclitarent. [ipse & mater eius & serui ei⁹ Ibidem. & principes & eunuchi eius]q oẽs vnà cum Ioachin rege suo exierunt & tradiderunt se regi Chaldæo,tñ vt Ioseph⁹ narrat,Ioachin ita se pſentauit Nabuchodonosor regi,accepto iuramẽto à rege illo,ꝙ nec ipse nec ciuitas nec existentes secum paterent mali aliquid ab ipso Nabuchodonosor & Chaldęis,qui iuramentũ suũ mox violauerũt,ꝓut in textu subiungit.[& suscepit eum rex Babylonis anno 8.regni sui.Et protulit]i.exportauit Nabuchodonosor[indè 3.Reg.6. oẽs thesauros domus dñi]i.templi,[& thesauros domus regiæ & cõcidit]i.cõminuit & confregit[vniuersa vasa aurea,quæ fecerat Salamon rex Israel in tẽplo dñi, iuxta verbum dñi]i. q̃dam de oĩbus vasis templi, nõ simpliciter oĩa illa,imò multa posuit in templo Dei sui in Ba- 1.Esd.1. bylone,quę diu pòst per Esdram sunt reportata,vt 1. Esd. 1. habet. [Et transtulit oẽm Hierusalẽ,& vniuersos principes,& oẽs fortes exercitus.] Istæ distributiones accõmodæ sunt & intelligendę de generib⁹ singulorũ,non de singulis gñrũ,quia nõ penitùs oẽs habitatores Hierusalẽ & principes ac robustos, sed quosdã de illis oĩbus transtulit, ad quod insinuandũ subiungit:[10.millia in captiuitatem & oẽm artificem & inclusorẽ] scientẽ gẽmas includere auro atq; argento,[nihilq; relictũ est,exceptis pauperib⁹ populi terræ.]Non est hoc intelligendũ vt sonat,quasi nulli potentes,diuites,nobilesq; remanserint in Hierusalem & Iudæa post istam captiuitatẽ,cùm statim subdatur,ꝙ rex Babylonis pro Ioachin isto regem constituit Zedechiam,cum quo posteà multi principes,nobiles ac potentes fuerunt & capti sunt,vt sequẽti narratur cap.sed intelligendũ videtur ꝙ isti qui remanserunt,quasi pauperes erant cõpara- 4.Regũ.25. tione pdecessorum suorũ.[Transtulit quoq; Ioachin in Babylonem,& matrem regis,& vxores regis,& eunuchus regis,& iudices terræ duxit in captiuitatem,de Hierusalem in Babylonem,& oẽs viros robustos 7.millia,& artifices,& inclusores mille,oẽs viros fortes & bellatores:duxitq; eos rex Babylonis captiuos in Babylonẽ.] Qualiter verum est illud, cùm iam di- Pet.Co hi- ctum sit,ꝙ erant 10.millia? Ad quod dicendũ,ꝙ sicut in Scholast.hist. innotescit, in toto fue- stor. lib 4. Reg. ca.39. rũt 10.millia,imò & 832.vt Iosephus addit. Erant em̃ cum rege & cũ regina circiter duo mil- Iose.lib.10. lia,& de principibus ac viris bellatoribus ac robustis circiter 7.millia, mille quoq; artifices an.iu.c. 9. & inclusores, ac alij quidam secundũ Iosephi relationẽ, & inter hæc millia fuerunt Ezechiel adhuc iuuenis & Mardochæus,& qm̃ isti quodãmodò ipõte se tradiderunt Chaldæis, ꝓpriè nominant transmigratio Iudæ: q aũt posteà sub Zedechia translati sunt, propriè appellantur captiuitas Iudæ. Deniq; 70.annos captiuitatis Iudæ,de quib⁹ Hier.pdixit:Quidã computare Hie 25.29. * Matthathiam. incipiunt à tempore transmigrationis istius,putà ab anno 8.regni Nabuchodonosor, alij verò à tẽpore captiuitatis factæ sub Zedechia.[Et cõstituit* Matthaniam patruum eius] regem [pro eo]i.pro Ioachin,q Matthanias fuit iunior inter filios regis Iosiæ, erat quoq, 8. annorũ qñ Iosias defunctus est,[imposuitq; ei nomen Zedechiã:] Primò,vt ex nominis immutatiõe recordaret se à rege Nabuchodonosor exaltatum,& sic ei fidem seruaret. Secundò,vt ex nominis sui interpretatiõe hoc ipsum pẽsaret ac ageret.Zedechias qppe interpretat iustitia Dei, ideò sic appellauit eum,quia accepit ab eo iusiurandũ,ꝙ sibi sub tributo fideliter deseruiret, prout 2.Paral.36.describitur,ꝙ implere exegit iustitia. [Vicesimũ & primũ annum ætatis habebat Zedechias cùm regnare cœpisset,& 11. annis regnauit in Hierusalẽ.Nomen matris eius erat Hamital,filia Hieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram dño, iuxta oĩa quæ fecerat Ioachin.Irascebatur em̃ dñs cõtra Hierusalẽ & cõtra Iudam,]propter ipsorum peccata,ideò iustò iudicio subtraxit regibus Iuda iam dictis ac plebi eorum dona gratiæ suæ, qua eis deficiente,peccauerunt grauissimè.[donec proijceret eos à facie sua] i. in captiuitatem & mortem ac transmigrationem redigeret.[Recessitq; Zedechias à rege Babylonis,]per rebellionem & Ezech.17. negationem tributi,violationemq; iuramẽti Vndè Ezechiel de ipso disseruit: Nunquid qui dissoluit pactum,effugiet?Eccè ex isto pensatur cap.qualiter Deus per vnum principem iustè puniat peccata alterius.Cùm enim reges Assyriorum diu tribulassent & oppressissent regna terrarum,cœperũt à rege Aegypti grauiter impugnari.Cumq; rex Aegypti Syriam & regnũ Iudæ vastasset, à rege Babylonis deuictus est, à quo etiam rege regnum Iuda est dissipatum. Cùm verò completa fuisset Chaldæorum malitia,destructa est à Persis ac Medis eorum monarchia.Monarchia quoq; Persarũ à Græcis,hoc est,ab Alexandro Magno destructa est.Præ- Eccles.7. Esaiæ 24. tereà ex ꝓhibitis elucescit,q̃ vere Salamon sit loquutus:Cõsidera opera Dei, ꝙ nemo possit corrigere quẽ ille despexerit.Nam q̃uis vexatio dare soleat intellectũ,tñ cũcti pfati filij regis Hiere.36. 37.52. Iosiæ in tot vexationib⁹ & pressuris mãserunt in sua malitia: vidẽsq; posterior pdecessoris sui deiectionẽ ac populi vastitatẽ,nõ se correxit nec credidit,nec verbis Hierem. acqeuerũt,idcircò oportet nos iugiter esse timoratos ac hũiles,formidãda occulta Dei iudicia,& cõsiderã-

do,de-

deflendo, ac deinceps solicitè deuitando propria vitia, ne (quod absit) relinquamur à gratia & induremur, atq; in propria cæcitate ac pertinacia, imò & cordis insensibilitate relicti, æternaliter pereamus.

¶ Expositio cap. 25. & vltimi: Factum est aūt anno 9. regni eius &c. Art. 27.

Finis regni Iuda, quod ad longum tempus defecit, hoc loco describitur. [Factum est autē anno nono regni eius] videlicet Zedechiæ, [mense decimo, decima die mensis venit Nabuchodonosor ipse, & omnis exercitus] eius [Hierusalem, & circundederunt eam, & extruxerunt in circuitu eius munitiones] hoc est, bellica instrumenta & machinas ad vrbem demoliendam. [Et clausa est ciuitas,] id est, portas eius clauserunt ciues, ne eam Chaldæi intrarent [atque vallata] forìs ab hostibus [vsque ad vndecimum annum regis Zedechiæ, nona die mēsis.] sicq; quasi per tres annos fuit obsessa, ex quo patet fortitudo, & quasi inexpugnabilitas ciuitatis, quandiu habitatores eius victualia habuissent. Iosephus tamen dicit, quod decem & nouem mensibus fuit obsessa, & rursus ex tam diuturna obsidione claret feruor, crudelitas, animositas regis Babylonis ad obtinendum hanc vrbem, atq; ad præualendum aduersarijs suis. Nempe Zedechias à tributo regis Chaldæorum cupiens releuari, misit ad regem Aegypti, vt inuicèm se iuuarent, quatenùs à iugo regis Babylonis se possent excutere: quo cognito, rex ille cum grandi exercitu venit obsidere Zedechiam in vrbe Hierusalem. [præualuitq; fames in ciuitate,] hoc est, in habitatoribus Hierusalem, quia infra totum tempus præfatæ obsidionis nemo poterat victualia in vrbem illam perducere. [nec erat panis] id est, alimentum [populo terræ.] Quia & in alijs vrbibus regni Iudæ fuit caristia, eo quòd Chaldæi omnia occupassent, & vastassent in territorio illo. [Et interrupta est ciuitas] Hiere. 39. habetur: Aperta est ciuitas, non vtiq; à ciuibus suis, sed violentia Chaldæorum, qui in muris & portis Hierusalem fecerunt cum machinis suis aliquas aperturas. Vndè Iosephus narrat, quod rex & exercitus Babylonius, obsessionem grauiùs inferebat, faciens turres cum ædificijs magnis, aggeresq; ingentes exaltans, ex quibus resistebat ciuibus nitentibus pugnare de muro, multasq; machinationes erexit, æquans eas muris ciuitatis per circuitum eius. Illi quoq; qui intra vrbem erant, fortiter ac promptissimè resistebāt. [& omnes viri bellatores nocte fugerunt] Nam circa mediā noctem ciuitas capta est, [per viam portæ quæ est inter duplicem murum,] hoc est, inter duos muros Hierusalem [ad hortum regis] i. iuxta hortum palatij, & per viam illius horti fugerunt. [Porrò Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatem. Fugit itaq; Zedechias per viam quæ ducit ad campestria solitudinis,] hoc est, per campestrem viam tendentem in eremum. Hinc Iosephus refert, quòd fugit per desertum valdè tutissimum. Quidam tamen Hebræi dicunt, quòd fugit per subterraneam viam, & quòd dn̄s fecit apparere & currere super viam illam extrinsecùs ceruum ac capream, donec rex cum suis à Chaldæis insequentibus est inuētus in loco, vbi de subterranea via exiuit, quod ex scripturis authoritatem non habet, nec textui multùm consonare videtur. Ideò alij dicunt, ꝙ quidā Iudæi à Chaldæis capti in ciuitate, vel q̄ antè vltrò exierunt ad Chaldæos, monstrauerunt eis viam, per q̄ rex inijt fugā. Iosephus verò testatur: Capta ciuitate circa mediam noctē, & principib' Chaldæorū ingressis templum. cognoscens hos Zedechias rex, sumptis vxoribus, & filijs, & principibus, & amicis, fugit per desertum: quòd dum à quibusdam traditicijs, principibus Chaldæorum indicatum fuisset, diluculo eum persequuti sunt, & oēs bellatores qui erant cum eo, dispersi sunt, quia non poterant eum iuuare, metuebantq; capi, qui tn̄ mox a Chaldæis eos insequentibus, sunt compræhensi, prout à Ieremia satis innuitur. [Et persecut' est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditq; eum in planitie Hiericho, & omnes bellatores qui erant cū eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum. Appræhensum ergo regem, duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha.] quæ alio nomine legitur Antiochia nuncupari, in qua Nabuchodonosor erat tunc. [Qui loquutus est cum eo iudicium,] hoc est, rationabiliter ac iudicialiter eum increpauit & accusauit: quia vt Ioseph' refert, mox vt vidit eum, cœpit eum infœlicem, impiumq; vocare, & iuramenti sibi facti immemorem, atq; ingratum de hoc, quòd eum cōstituerat regem. & addit: Magnus Deus odio habens tuam nequitiam, subiugauit te nostro imperio. [Filios autem Zedechiæ occidit coram eo,] quod fuit ei graue nimis videre, [& oculos eius effodit, vinxitq; eum catenis, & adduxit in Babylonem.] quę oīa per alios ei fieri iussit. tunc ergo sicut prædixit Ezechiel, Zedechias Babylonem intrauit, & eam non vidit: atq; vt Hieremias fuit vaticinatus, os eius cū ore regis Babylonis locutum est. Refert. Iosephus, ꝙ Ezechiel ex Chaldæa misit epistolam Iudæis in Hierusalem, prænuncians eis calamitates instantes: pseudo verò prophetæ persuaserunt regi ac populo, non esse credēdum Ezechieli nec Hieremiæ, quia inter se discordarēt, eo ꝙ Ezechiel scripsit, ꝙ Zedechias Babylonē non videret, Hieremias aūt prophetauit, ꝙ ducendus esset in Babylonem. [mense quinto] i. anni quo captus est Zedechias, [septima die mensis, ipse est annus 19.] regni [regis Babylonis.] Veruntamen Hierem. 52. scriptum, ipse est annus decimusoctauus, quod faciliter concordatur, dicendo,

Iosf. lib. 10. an. iu. c. 10.

Idem

Idem

Idem

Idem

Hiere. 52.

Iosf. lib. 10. an. iu. c. 10.

quod

quòd vltimus illorum annorum, non fuit ex toto completus, ideò in Hieremia non cõputatur. [Venit Nabuzaradan princeps exercitus, seruus regis Babylonis in Hierusalem, & succendit domum dñi.] Vndè Ezech. 9. fuit ꝑdictum: A sanctuario meo incipite. Iussit aũt rex Babylonis templum incendi, non ex contemptu Dei Israel, quasi putauerit illũ cultu indignum, sed q̃m reputauit Iudæos templo Dei indignos. Vndè vt Hiere 25. habetur, princeps militiæ dixit ad Hieremiam: Dñs locutus est malum super locum istum, & factus est vobis sermo hic. Peccastis em̃ dño. [& domum regis & domos Hierusalem, oẽmq; domum combussit, & muros Hierusalem in circuitu destruxit om̃is exercitus Chaldæorum, qui erant cum principe militum:] ne habitantes in ea, ampliùs rebellarent imperio Chaldæorũ. [Reliquam aũt partem populi q remanserat in ciuitate] Hierusalem, [& profugos q transfugerãt ad regem Babylonis,] anteq̃ vi caperentur, & ante incendium vrbis, [& reliquum vulgus transtulit Nabuzaradan princeps militiæ] de Iudæa in Chaldæam. ¶ Porrò perfuga appellatur, q fugit de vna parte, vrbe, aut regione ad aliam. [& de pauperib⁹ terræ reliquit vinitores & agricolas,] q vineas agrosq; colerent, ne terra in solitudinem redacta, sterilisq; effecta, rex Babylonis nullum ex ea cõsequeretur emolimentũ nec tributũ. [Colũnas aũt æreas quæ erant in tẽplo dñi, & bases & mare æneum, q̃ erat in domo dñi] de quib⁹ oĩbus dictũ est in expositione 3. Reg. 7. [cõfregerunt Chaldæi:] vt fracta cõuenientiùs secum in Babylonem deferrent. [& transtulerunt æs omne in Babylonem. Ollas quoq; æreas] in quib⁹ carnes coquebanť oblatæ, [& trullas] i. instrumenta quib⁹ cineres cõgregabanť aut eruebanť de sub altari holocaustorũ, [& tridentes] hoc est, fuscinulas [& scyphos, & mortariola, & oĩa vasa ærea, in quib⁹ ministrabant, tulerunt, nec non & thuribula & phialas:] de quib⁹ oĩbus præallegato tertio lib. dictum est satis, idcircò non decet hîc immorari, sed illuc est recurrendũ,] Quę aurea, aurea:] i. aurea vasa collocauit, & secum portauit inter aurea instrumenta atq; clinodia: & iuxta eundem sensum, [quæ argentea, argentea tulit princeps militiæ, colũnas duas, mare vnum, & bases quas fecerat rex Salamon in templo dñi. Non erat põdus æris oĩm vasorũ.] hoc est, incognitũ fuit præ mole magnitudinis ac multitudinis suæ: vel per hyperbolen dictum est hoc. [Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna vna, & capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum, & retiaculum, & malogranata super capitellum columnæ, oĩa ęrea. Similem & columna secunda habebat ornatum.] Istud intelligẽdum est de duabus præcipuis templi columnis, de quarum materia, forma, ornatu, quantitate, & eminentia dictum est prætacto 3. Reg. 7. vbi & concordata sunt, quæ de hac re videntur in diuersis scripturæ locis ab inuicèm dissonare. [Tulit quoque] hoc est, captiuauit & secum duxit, [princeps militiæ Saraiam sacerdotẽ primum] i. pontificem. [& Zophoniam sacerdotem secundũ] hoc est, secũdi ordinis vel proximum in digni-
Iose. lib. 10. an. iu. c. 10. tate post præsulem, quem Iosephus vocat sacerdotem secũdarium. [& tres ianitores, & de ciuitate eunuchum vnum, qui erat præfectus super bellatores viros.] sicque vocatur eunuchus
Genesis 39. non ratione castrationis, sed & dignitate officij, sicq; in Genesi Ioseph legitur venditus Putiphari eunucho Pharaonis principis exercitus. vel tales principum officiati, ratione castitatis &
Hierem. 12. honestatis dicebanť eunuchi. [& tres ianitores, qui a Ieremia dicunť tres custodes vestibuli, &
Iose. lib 10. in Iosepho custodes templi. [& quinq; viros de his q steterãt coram rege,] tanq̃ ei familiares.
an. iu c. 10. In Hieremia autem scriptum est: Et septem viros qui videbant faciem regis, i. ei familiariùs
Hier. 52. atque frequentius aderant, sed numerus minor non excludit maiorem, & forsitan quinque erant principaliores, propter quod exprimuntur, qui steterant coram rege. [quos reperit in ciuitate, & Sopher principem exercitus, qui probabat Tirones de populo terræ, & sex viros è vulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate. Quos tollens Nabuzaradan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha, percussitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha, in terra Hemath. Et translatus est Iuda, hoc est, populus regni Iudæ, videlicet tribus Iuda, tribus Beniamin, tribusque Leui [de terra sua. Populo autem qui relictus erat in terra Iuda,
Iose lib. 10. quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis] scilicet, pręfatis pauperibus, toperarijsq; Iu-
an. iu. c. 10. dæis, [præfecit Godoliam filium Ahicam, filij Saphan.] qui vt Iosephus protestatur, fuit vir iustus & mansuetus, & præpositus fuit, vt plebem superstitem gubernaret, regiq. Babylonis tributa solueret regiõis sibi ab illo commissæ. [Quòd cùm audissent omnes duces militum] qui sub principe militiæ erant, & inter milites præcipui ac præsidentes quibusdam, vtpotè millenarij, quinquagenarij, [ipsi & viri qui cum ipsis erant,] qui scilicet manus euaserant Chaldæorum, [videlicet quòd cõstituisset rex Aabylonis Godoliam] tanquàm principem, cui terra fuit cõmissa, vt sub eo essent securi, vel ad inquirendum & considerandum, qualiter negocia se haberent. [venerunt ad Godoliam in Maspha, Ismael fili⁹ Nathaniæ, & Iohãnan filius Carath, & Saraia filius Phenheth, Netophathites, & Iazonias filius Maachati, ipsi & socij eorum. Iurauitq; Godolias ipsis & socijs eorũ, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis. Manete in terra, & seruite regi Babylonis, & benè erit vobis.] hoc est, cũ iurámẽto ꝓmisit eis securitatẽ, dũmodò subesse vellent Chaldęis. [Factũ est autẽ in mense septimo, venit Ismael filius Nathaniæ fi-
lij

lij Elisama de semine regio,]hoc est,de progenie regum Iuda, [& decem viri cum eo,] imò & plures,vt credit,sed decē fuerunt principales.[percusseruntq;]hoc est,occiderunt[Godoliam.]Qui & mortuus est. Sed & Iudæos & Chaldæos qui erant cum eo in Maspha,[vel quia Godoliæ principatui inuidebant,cùm ipse esset de semine Regū,non Godolias,vel ex odio regis Babylonis.Nam & Chaldæos qui erant cum Godolia , occidit. Refert Iosephus quòd Godolias Ismaelem & suos splendidè refecit, & sæpè ab Ismaele inuitat⁹ , vino se inebriaut, atq; ex ebrietate in soporem resolutum occidit. Ita historia,sed & sequens, in Hieremia diffusè habetur,& hic non sibi breuissimè tangitur. [Consurgensq; omnis populus] Iudæorum ibi residuus,[à paruo vsq; ad minimum,& principes militum]i.duces prętacti, [venerunt in Aegyptum,timentes Chaldæos.]Timebāt enim à Chaldæis male tractari, propter Godoliæ & Chaldæorum,qui secum erant,interfectionē. Hieremias tamen consuluit eis oppositum, & cùm nollent suo consilio obtemperare,perrexit cum eis in Aegyptum. ¶Consequēter recitatur,qualiter Euilmerodach rex Babylonis,q patri suo Nabuchodonosor successit in regno,eleuauit,exaltauit,& gloriosè tractauit ipsum Ioachin,qui ex cōsilio Hieremiæ se tradidit Nabuchodonosor regi,quod faciendo,istam quoq; promeruit prosperitatem. [Factum est verò in anno 37. transmigrationis Ioachin regis Iudæ, mense 12. vicesima & septima die mensis, subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere,& locutus est ei benignè.Et posuit thronum ei⁹ super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone,& mutauit vestes eius,quas habuerat in carcere,& comedebat panem semper in conspectu eius cunctis diebus vitæ suæ. Annonam quoq; constituit ei sine intermissione,quæ & dabatur ei à rege per singulos dies,omnibus diebus vitæ suæ.] Hæc litera satis plana est. Dicunt quoq; aliqui,ꝙ Nabuchodonosor rege in amentiā verso,Euilmerodach fili⁹ eius regnum assumpsit,& multa commisit flagitia, propter quod pater eius curatus,& in regnū reductus,præfatum suum filiū incarcerauit,sicq; cum Ioachin in carcere amicitiam quandam contraxit,ex qua postea sublimatus in regnum , patre suo defuncto, ipsum Ioachin exaltauit,vt dictum est. Iosephus verò tangit,ꝙ ideò fecit hoc, qm̄ pater suus Nabuchodonosor non seruauit fidem & pactū huic Ioachin,qui ad eū ea conditione exiuit, quòd nec sibi nec suis noceret,quòd Nabuchodonosor non impleuit. ¶Præterea, vt Iosephus scribit,Templum à Chaldæis cōcrematum est post 370. annos, & menses sex, diesq; 10.ex quo à Salamone fuit constructum, Ab ingressu autem populi in terrā promissionis,tunc erant anni mille 60.duo menses,decemq; dies. A diluuio verò vsq; ad vastationem templi , omne tempus fuit annorum mille 957.sex mensium,decem dierum,ex quo factus est Adam, vsq; ad ea quæ contigerunt templo,anni sunt tria millia 513.menses sex,dies 10. Veruntamen computatio ista ab aliorum quorundam enumeratione in aliquibus discrepare censetur.

Iose.lib 10. an iu.c.10. Hier. 4.41.

Ibidem

Iose.lib.10. an.iu.c.10.

Idem

¶Expositio eiusdem 25.cap.spiritalis. Art. 28.

TEstante Apostolo,Omnia in figura contigerūt illis, vtpotè populo Iudæorum in veteri testamēto,& sicut in populo illo fuit frequēs deformatio & ruina , ita & in Christi Ecclesia:& sicut Deus omnipotens populum synagogæ per deuotos reges ac sacerdotes & sanctos multotiès reformauit,atq; ad pristinum gratiæ decus reduxit, sic & Ecclesiam sæpè collapsam,sæpè reformare dignatus est per sanctos prælatos,per sacros religiososque viros,per principes virtuosos.Rursus quemadmodum in veteri testamento maxima causa ruinæ ac deformationis in synagoga,fuit regum,aliorumq; præsidentium detestabilis vita, negligentia, inexemplaritasq; aperta, ita planè in tota Ecclesia Dei, causa potissima totius dissolutionis, corruptionis,carnalitatis ac lapsus,est prælatorum principumq; ruina,pręsertim episcoporū, quorum est vniuersam eis commissam diœcesim efficaciter gubernare, deformata & lapsa mox reparare, bona conseruare atq; perficere , præceptum fraternæ correptionis sine personarum acceptione infatigabiliter adimplere.Iterùm,sicut populus Israel paulatim & successiuè est victus,captus, translatus, quousq; regnum eius omninò defecisse videtur ad longum tempus , ita quòd non nisi paucissimi in ea manserunt Israelitæ, ita ecclesia ab inuisibilibus hostibus ac visibilibus inimicis persecutoribus, & tyrannis, Saracenis, hæreticis,ac cæteris perfidis frequentissimè & acerrimè est impugnata,& pro magna parte deuicta,suisque terris ac regionibus destituta. Adhuc aūt sicut populus Israel in duo diuisus regna , contra se inuicèm assiduè dimicauit,quousque per extraneos æmulos est abducta: sic Christianorum reges ac principes & subiecti , frequenter nimis & lamentabiliter contra se inuicèm præliantur:& sicut ab Assyrijs & Chaldæis grauiùs sunt oppressi Israelitæ,sic Christifideles à Teucris & Sarracenis vehementiùs sunt vastati,& terris suis, imò & terra sancta priuati. Itaque per reges Iuda virtuosos,signantur electi, idoneiq; prælati, & reges ac principes timorati. Porrò, per reges Iuda iniquos,præfigurati sunt praui & scandalosi, carnales & negligentes pastores, reges ac dn̄i temporales:& sicut in veteri lege non solùm iniqui reges ac praui Iudæi ab infidelibus impugnabant Gentilibus,sed etiā iusti,vt constat de Dauid, Asa,Iosaphat,Ezechia: ve-

1.Cor.10.

2.Reg 8.13 2.Para.20 4.Reg.17.

veruntamen diuersimodè, exituq; diuerso, quoniā boni præualuerunt, iniqui succubuerunt:
Psalm. 86. sic prælati & præsides Christianorum, & ipsi fideles eis subiecti, non solùm praui ac reprobi, sed item electi & virtuosi, ab inuisibilibus ac visibilibus æmulis impugnantur. Itaq; per obsidionem Hierusalem à Chaldæis, præfiguratum est, quòd Ecclesia militans hostibus suæ salutis vndique circunuallatur, & varijs machinis impugnatur, ita quòd interdum panis deest populo terræ, dum fideles tentationibus superantur, passionibus & vitijs obruuntur, calliditate ac fraudibus circunueniūtur, sicq; interrumpitur ciuitas Dei, de qua gloriosa sunt dicta, dum virtutum integritas dissipatur, & prælatorum peruigil solicitudo, pastoralis custodia, munitio exemplaris deficiunt. Tunc hostes ingrediuntur ad populum, atque ad libitum debacchantur in plebe Christi. Rex demùm & principes fugiunt, dum prælati, prædicatores, & quorum est alios defensare, per vitiorum deuia gradiuntur, nec hostibus se opponunt, sed
Iob 10. propria commoda cupientes, infernalibus lupis animarum & ouium Christi deuoratoribus non reluctantur: sicq́, & ipsimet damnabiliùs pereunt, & grauiùs strangulantur in anima, eorumq́; oculi interiores eruuntur à rege Babylonis, quia diabolus princeps cōfusionis, ita eorum obtenebrat corda, quòd nec propria, nec subditorum aduertuntur periculis, nec diuini intuentur rigorem iudicij, nec in illam verentur pertrahi terram, in qua nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat: sicq; miserrimi isti nunc seruiunt regi Babylonis, quoniam iugo peccati & seruitute diaboli sunt detenti. In quorum animabus est infelix euersio, & fœda prorsus confusio, dum carnalitas præualet rationi, caro spiritui, concupiscentia voluntati. ¶ Ampliùs, rex Babylonis filios Zedechiæ, ipso cernente nec resistente, occīdit, dum maligni spiritus subditos ad vitia trahunt, ac publicè præuaricari suadent: & tamen qui præsunt, non corripiunt, nec castigant peccantes, siue ex negligentia, siue ex carnali timore, siue ex priuata & inordinata affectione. ¶ Porro exercitus Chaldæorum, est acies dęmonum, catena vitiorum, congeries peccatorum. Princeps huius exercitus, est dæmon intemperantiæ, spiritus fornicationis, feruor cupiditatis. Iste incendit templum domini, dum congregationem fidelium à veræ charitatis igne infrigidatam, æstu accendit libidinis, appetitu gulæ, auaritiæ flamma: sicq; vasa templi Dei diripiuntur, dum corda diuino obsequiò dedita, ad iniquitatem flectuntur, & membra corporis, quæ primò seruierunt munditiæ ac virtuti in sanctificationē,
Roma. 6. exhibentur arma iniquitatis peccato in perditionem. Tunc omnis spiritalis decor aufertur fidelibus, & cadunt columnæ, dum qui alios sustētabant, à sua labuntur constantia, & vel ad-
1. Cor. 15. uersitate franguntur, vel prosperis extolluntur, aut voluptatibus gustus & tactus emolliuntur, & iacent miserabiliter viliterq́; prostrati, qui in omni virtute & sapientia spiritali deberent esse erecti, stabiles, atq; immobiles à medio virtutū, nequaquàm deficientes, & abundātes in opere domini semper. ¶ Prætereà, transfertur Iuda de terra sua, dum populus Christianus confessioni diuini laudis, & accusationi propriæ culpæ deputatus, ac Christo incorpora-
Ephes. 2. tus, ac ciuis sanctorum atq; domesticus Dei factus, cadit à statu salutis, & fit Deo ingratus, sicque incorporatur diabolo, & membrum Ecclesiæ malignantium, ciuis Babylonis, & socius tenebrarum efficitur. Tunc quoq; pauperibus terræ qui omninò nihil habent, nisi proprias passiones, peccata & vitia, quibus sunt pleni, in quibus nulla est spiritalis opulentia, hoc est, ambitiosis, carnalibus, & vanis hominibus committitur regimen populi, quorum promotionem desiderat & procurat rex Babylonis, putà diabolus, qui de nulla re ampliùs gloriatur, quàm de promotione carnalium, vitiosorumq; hominum ad regimen animarum. Caueant
Lucæ 12. ergo prælati ac principes ouium Christi, vicarij Dei, animarum custodes, ne ista & his similia ipsis contingant, ne aditum præbeant inimicis ad Christi ouiculas, ne perfodi sinant domus suas, ne prauis exemplis hos perdant, quos Christo lucrari tenentur, ne paruipendant precium sanguinis vnigeniti filij Dei, negligendo illorum custodiam ac salutem, pro quorum sal-
Apoc. 10. uatione sapientissimus ille mercator, tam preciosissimum sanguinem fudit, tam incompa-
Daniel. 2. rabilem thesaurum expendit, tantum assumpsit laborem, & tam amarissimam pertulit mortem, sed eius accendantur amore, zelo exardescant salutis fraternæ, ac debitum sui persoluant officij: Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est rex regum & dominus vniuersorum, mutans tempora & ætates, transferens regna atque constituens, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

D. DIONYSII CARTHV-
SIANI IN PRIMVM LIBRVM PARALIPOMENON.
Hebraicè Dibre Haiamim, Enarratio.

Et est totius instrumenti veteris vsq; ad Salomonis regis tempora, quoddā quasi Epitome siue Chronicon.

¶ PROOEMIVM.



DEVS fecit ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam
faciem terræ, definiens statuta tempora & terminos habitationis eo- Actor. 17.
rum. Creator omnipotens, cuius sapientiæ non est finis aut numerus, Psal 144.
qui ad imaginem & similitudinem suam condidit hominem, in hoc Psalm. 146.
quoque assimilauit sibi eundem, quòd sicut tota vniuersitas creaturæ Gen. 1, 2.
ab vno prodijt creatore, sic cuncta hominum multitudo ab vno mana-
uit parente homine, s. protoplasto, de cuius costa formata est mulier
prima, quod etiam propter mysticam factum est significationem sacra Genesis 2.
mentalem, atque ob id vt inter homines maior consistat charitatis connexio, firmitasq; con-
cordiæ. Ideò de ciuitate Dei cap. 10. loquitur Augustinus: Ad humanum genus non solùm Augustin.
naturę similitudine sociandum, verumetiam quadam cognationis necessitudine in vnitatem
concordis pacis vinculo colligandum, ex homine vno voluit Deus instituere genus humanū.
Quanuis autem in Genesi pleniùs describatur, qualiter factum sit istud, tamen etiam in vo- Ge. 1. 2. 5. 4.
lumine isto hoc ipsum mōstratur. Vocatur, quippe hic liber Paralipomenon. Et vt sexto Ety-
mologiarum ait Isidorus, græcè παραλειπομένων, interpretatur Latinè, prætermissorum aut
derelictorum. Circa quod scribit magister Adam Parisiensis, παραλείπω verbum græcum
est, significans idem quod relinquo aut pętermitto. Et secundum Huguitionem dicitur ἀπὸ
τῦ παρὰ, quod est præter, & εἶπαρ, quod est supplens, & μόνη, quod est defectus, quasi prę-
termissorum supplens defectum. Quoniam ea quæ in lege, & præsertim quę in libris Regum Hierony.
omissa sunt, vel non plenè relata, summatim ac breuiter in isto exprimuntur volumine. Prop-
terquod secundum Hieronymum liber hîc, dici potest χρονικὸν totius sacræ scripturæ, ad cu Idem
ius intellectum pleniùs obtinendum præcipuè confert. Hinc rursus scribit S. Hieronymus in
epistola ad Paulinum, quæ est prologus totius scripturæ diuinæ: Paralipomenon liber instru-
menti veteris epitome, tantus ac talis est, vt absq; illo, si quis scientiam scripturarum sibi vo-
luerit arrogare, seipsum irrideat. ¶ Porrò ἐπιτομὴ dicitur abbreuiatio sermonis, ab ἐπὶ, quod
est supra, & τομὴ, quod est sectio siue diuisio, quasi pręciosa abbreuiatioq; sermonis, quo-
niam compendiosè colligit prætermissa, Itaq; liber Paralipomenon existens epitome, i. ab-
breuiatio veteris instrumenti, i. veteris testamenti, quod dicitur instrumentum, vel quoni-
am instruit in fide & moribus, vel quia vtimur eo ad noui testamenti probationem, est tan-
tus ac talis, i. tam sententiosus & vtilis, quòd seipsum decipiat, si quis voluerit sibi arrogare, i.
superbè attribuere scientiam scripturarum absq; illo, i. sine intellectu libri illius. ¶ Denique
specialiter in duobus Paralipomenon libris supplentur ac describuntur ea, quæ in libris Re-
gum omissa fuerunt de Dauid, Salomone, successoribusq; eorum vsq; ad Zedechiam. Idcircò
in præfata epistola addit Hieronymus: Per singula quippe nomina iuncturasq; verborū, præ- Idem.
termissæ in libris Regum tanguntur historiæ, & innumerabiles euangelici explicantur quæ-
stiones. Nam circa descriptionem Christi, quam S. Lucas ascendendo prosequitur vsque ad Lucę 3.
Adam, Sanctus verò Matthæus descendendo ab Abraham vsq; Ioseph, possunt quam pluri- Matt. 1.
mæ quæstiones moueri, quæ ex libro hoc Paralip. partìm sumunt occasionem, & partìm so-
lutionem. Interdum nanque nominantur alij patres à Luca, & alij à Matthæo, & patrum illo-
rum alia exprimuntur vocabula in hoc libro, sicut hoc super Matthæum & Lucam pleniùs
scripsi, declaraui ac solui. ¶ Prætereà liber iste Hebraicè nominatur Dibre Haiamim, id est,
verba dierum seu χρονικὸν, id est, temporale, ἀπὸ τοῦ χρόνου, quod est tempus, quia comple-
ctitur totum tempus ab Adam vsq; ad finem Regum Iuda. Terminatur quoq; hoc nomē Di-
bre Haiamim in m, non in n. Ait em̄ Hiero. & habetur in glossa super Gen. Errāt qui putant, ꝙ Hieron.
Beniamin filius dierū interpretetᷣ. Dextera nanq; dr̄ Iamin, & terminatᷣ in n. Dies vero appel- Gen. 35.
latur Iamim, & finitᷣ in m. Cùm itaq; Dibre haiamim interpretetᷣ verba dierū, & nō verba dex-
teræ, cōstat ꝙ terminatur in m. ¶ Quæritur, quis librū istū ediderit. Ad hoc aliqui dicunt, in-
certū esse quis cūposuerit eū. Vndè & p̄fatus Adā: Quis (inquit) scripserit Dibrehaiamim, ig-
noratur, ꝓpter ꝙ inter apocrypha deberet cōputari. Tn̄ inter Agiographa cōputatᷣ. Alij verò
dicūt, ꝙ sicut Hieremias cōposuit seu in vnū cōpegit libros Regū, ꝙ indè patet, qm̄ idem est Hiere. 52.
finis libri Hieremię & libri Regū: sic author Paral. fuerit Esdras. Nā finis 2. lib. Paral. est idem 4. Reg. 25.
cū principio lib. Esdræ. Hinc scribit Lyra: Quanuìs aliqui dicāt authorē huius libri nesciri, tn̄ R. Salamō
R. Salamō Hebręus dicit, ꝙ Esdras ipsum cōscripsit, ad pfectionē veteris testamēti. ¶ Postre-
mò, ꝓ certo tenendū est, ꝙ principalis author huius voluminis fuerit spiritussanctus, qui per
aliquem sanctū virū edidit librū istum, qui inter scripturas canonicas ab ecclesia cōputatur.

bræo habetur hoc loco. Nihilominùs verum est, ꝙ Hus & Hul fuerunt filij Aram, sed author voluminis huius, nominat eos inter filios Sem, cuius erant filij mediati seu nepotes. At verò Hus construxit vrbes Trachonitidem atq; Damascum, vbi & tenuit principatum, & ab ipso nominata est terra Hus, quam Septuaginta interpretes Ausitidem, i. Australē appellant. Hinc in Iob, vbi habemus, Vir erat in terra Hus, transtulerūt, vir erat in terra Ausitidis. De semine huius Hus creditur Iob fuisse. De Hul aūt Armenij sunt nati, qui Asiæ partem tenent, ab Euphrate vsq; ad Indiæ mare. [Et Gether & Mosoch.] in Genesi dicitur, Gether & Mes, sicque per Mosoch nunc intelligitur Mes, De Gether aūt nati leguntur Acharij, & de Mes Mesij, q à Septuaginta vocanť Mosoch, à quibusdam Mæones. [Arphechsad aūt genuit Sale, q & ipse ganuit Heber, [à quo Hebræi nomen sumpserunt. [Porrò] ipsi [Heber nati sunt filij duo, vni nomen Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra,] i. distinctinctio terræ per regna atq; prouincias, diuersaq; noīa ac idiomata facta, cùm posteri Noę cessassent cōstruere turrim Babel, iuxta illud Gen. Dimisit eos Deus ex illo loco in vniuersas terras. Itaq; Phaleg interpretatur diuisio, & si ipse Heber imposuit filio suo hoc nomen ante pręfatā diuisionē, videtur spiritū prophetico radiasse, ꝙ & Hebræi fatētur, dicētes, ꝙ diuisionē istam pręuidit in spū, & in signū futuri, filium suū sic appellauit. Fuit etem Heber iustus, nec ædificationi turris cōsensit, propter ꝙ pristinam seruauit loquelam, putà Hebræam, quæ mansit in eo & in familia eius, quæ à principio mundi vsq; tūc fuerat cunctis cōmunis, & dicebatur humana. Sed ex tunc cœpit vocari Hebræa, quia māsit in domo Heber. Porrò si diuisio illa facta fuit añ natiuitatē Phaleg, tunc dicendū, ꝙ Heber istud nomē imposuit filio suo in signū & rememorationē rei pteriæ. Deniq; Glossa ait: Heber vaticinio quodā filiū suū vocauit Phaleg, qm̄ in diebus eius linguæ in Babylone diuisæ sunt. Narratq; Philo in libro quæstionū sup Genesin, ꝙ ex filijs Noę ipso viuente, nati sunt vigintiquatuor millia virorū & centum, extra mulieres & paruulos, & filij Sem habuerunt sup se decē Iectan fratrē prędicti Phaleg: filij Cham, Nimroth: filij Iaphet ducem habuerunt virū noīe Suphene, qui ducet, defuncto Noe, conuenerunt cū suis agminibus in cāpo Sennaar, vt ibì turrē constituerent. Cùm aūt ædificarēt, diuisit Deus linguas eorum, & mutauit effigies, & cognouit quisq; fratrem suū, nec audiuit linguam ꝓximi sui. Cùm ergo magistri lapides quærebāt, ministri aquā afferebāt: & cùm illi quærebant aquā, attulerunt hi stipulam. sicque cogitatione frustrata, cessauerunt ædificare. Hæc Glossa. [& nomen fratris ei⁹ Iectan. Iectan aūt genuit Elmodad, & Salech, & Hasormoth, & Iare, Adurā quoq; & Vsal, & Decla, Ebal etiam, & Abimael, & Saba, necnon Ophir, & Heuila, & Iobab. Oēs isti filij Iectan.] Sicut isti nominatím hic exprimuntur in litera, sic & in Genesi, de quibus ait Hieronymus, ꝙ nomina posteritatum eorū inuenire nequiuit, qm̄ procul à nobis sunt, & possederunt Indiæ regionem, quæ vocauit Iberia. Insupèr alcuinus super Genesin ait: Sem (vt existimant) sortitus est Asiam, Cham Aphricam, Iaphet Europā. Iosephus verò apertiūs: Filij (inquit) Iaphet tenuerunt septentrionalem plugam à Tauro & Amano mōtibus Ciliciæ & Syriæ vsque ad fluuium Tanaim. In Europa aūt vsq; ad terrā Gadirorū Porrò filij Cham à prouincia Syria & Amano ac Libano montibus, vniuersas terras obtinuerūt, quæ ad mare sunt positæ, & appræhenderunt etiam eas quæ sunt ad Oceanum. Filij aut Sem habita uerunt seorsum, ab Euphrate facientes initium. Ampliùs, vltimus filiorum Iectan in textu vocatur Iobab. circa quod refert Lyra, Dicunt aliqui, ꝙ iste fuerit Iob. Sed aduertendum, ꝙ illi, qui dicunt Iob alio nomine dictum Iobab, communiter intelligunt hoc non de isto Iobab, sed de Iobab qui regnauit in Idumęa, & fuit de semine Esau, de quo Esau dicunt sanctum Iob descendisse, de quo etiam Iobab paulò pòst agitur. Consequenter in textu decem viri per ordinem nominatim exprimuntur, qui sibi in linea generationis successerunt vsq; ad Abraham, qui inter istos est decimus, quemadmodùm in exordio huius capituli ab Adam vsque ad Noe, decem expresi sunt: [Sem, Arphachsad & Sale, Heber, Phaleg, Ragu, Serug, Nachor, Thare, Abram: iste est Abraham.] qua dicat, iste est famosus vir ille & patriarcha pręcipuus, qui primò vocatus est Abram, quod interpretatur, pater excelsuus, quem posteà dominus vocauit Abraham, quod interpretatur pater multarum, & subauditur gentium, quoniā Deus ei prædixit, quod multæ nationes & gentes ac populi nasciturì essent ex eo. Vndè in Genesi scriptum est, Deo loquente ad eum, appellaberis Abraham, quia patrem multarū gentium cōstitui te. [Filij Abraham] fuerunt [Isaac & Ismael,] inter quos Ismael primogenitus fuit, sed Isaac ei præponiť, qm̄ erat magis electus & sanctus, atq; de libera natus, & hoc supernaturaliter atq; per repromissionē, & quia de ipso Christus fuerat nasciturus. [Et hæ generationes eorum. Primogenitus Ismaelis. Nabaioth & Cedar, & Adbeel, & Mabsam, & Masma, & Duma, Massah. Addar, & Thema, Iatur, Naphis, Cedma. Hi sunt filij Ismaelis,] de quo dominus prædixerat Abrahæ: Duodecim duces generabit. Vnusquisque enim filiorum Ismaelis, fuit princeps, caput & dux tribus suæ. Dicit quoq; Hieronymus: Omnis regio ab Euphratæ vsq; ad mare rubrum, Nabaiothea vocatur, quæ Arabiæ pars est, De his Genesis 25. pleniùs scripsi. Filij autem Cethuræ con-

Iob 1.
Genes. 10.
Gens. 11.
Philo.
Genes. 10.
Hieron.
Alcuinus.
Iose. lib. 1 an. iu. ca. 11
Genę. 17.
Genes. 12.
Genes. 17.
Genes. 16.
Galat. 4.
Genes. 17.
Hieron.

& Madian, & fuit filius Zephor. Deniq; Idumæis þfuerunt reges nati ex semine Abrahæ per Esau vsq; ad Dauid, qui regiam potestatem abstulit illis, quando Ioab sex mensibus moratus est in terra Edom, quousq; peremit omne masculinum in ea. vt legitur 2. Reg. 11. Postmodùm verò iterú per duces sunt gubernati vsq; an tépus Ioram regis Iuda. Et túc denuò regem sibi constituerunt, vt scribitur 4. Reg. 8. Primò itaq; numerantur in textu reges Idumæorum, posteà duces eorum. [Et nomen ciuitatis eius Denaba;] quam Bale prædictus condidit atque inhabitauit. [Mortuus est autem Bale, & regnauit pro eo Iobab filius Zarę de Bosra] i. de loco sic nominato. Circa hoc asserit Glossa: Hunc Iobab aliqui suspicantur fuisse Iob, sed Hebræi affirmant eum de stirpe Nachor esse progenitum. Philo autem in libro quæstionum Genesis, affirmat sanctum Iob his fuisse temporibus, & accepisse Dinam filiam Iacob vxorem, ac genuisse ex ea septem filios, & tres filias, tam ante suæ tentationis certamen, quàm posteà. Porrò Ambrosius super epistolam ad Romanos, & Augustinus circa hæc verba senserunt, ꝙ Iobab iste extiterit Iob. sed verius creditur, quòd Iob nó fuit de semine Abrahe, sed de semine Nachor fratris eius, qui Nachor genuit filios, primogenitum nomine Hus, & fratré eius Buz, & de illo Hus Iob creditur natus, iuxta illud ꝙ in exordio libri Iob fertur: Vir erat in terra Hus nomine Iob. & hoc affirmat Hieronymus, qui etiam contestatur ipsum Elihu, qui quarto loco cótra Iob disceptauit, fuisse de stirpe Buz, propter quod vocatur Buzites in libro Iob, quo legitur: Indignatus est Elihu filius Barachiel Buzites de cognatione Ram, & istud fatentur, Hebræi. [Cumque & Iobab fuisset mortuus, regnauit pro eo Husam de terra Themanorum. [Themam regio, à Theman filio Eliphaz nomen sumpsit, de quo loco Eliphaz fuit, propter quod Eliphaz Themanites vocatur. [Obijt quoq; & Husam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian] i. Madianitas [in terra Moab, & nomen ciuitatis eius Auith.] Secúndum Hieronymum, Madian est ciuitas quædam condita ab vltimo filio Abrahę & Ceturæ, qui filius dictus est Madian, & vrbs ista sita est trans Arabiam. Fuit & alia ciuitas nomine Madian, in terra de qua vxor Mosis fuit, imò tota regio illa frequenter Madian nuncupaẗ. [Cumq; Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Semla de Masreca. Sed & Semla mortuus est, & regnauit ꝓ eo Saul de Rohoboth] i. loco seu oppido sic vocato; [quæ est sita iuxta Amnē] i. fluuium regionis illius seu Idumeæ. [Mortuo quoq; Saul, regnauit pro eo Baalhanan filius Achabor. Sed & hic mortuus est, & regnauit pro eo Adad, cuius vrbis nomen fuit Phai. Et appellata est illius vxor Mehetabed filia Marel filiæ Mezahab. Ponuntur demùm hic alij reges vsq; ad vltimú regem Edom, qui fuit tépore Dauid; & dictus est Adad, qui fugit à facie Ioab ad regem Aegypti, vt 3. Regum narratur. [Adad autem mortuo, duces pro regibus esse cœperunt.] deindè exprimuntur duces, qui prętuerunt in Edom post reges prędictos. Estque vniuersa hæc litera pleniùs explanata in Gene. Porrò inter hos duces hi numerantur. [Dux Thamna, dux Alia, dux Iethheth; dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Chenas, dux Themam, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiran. Hi duces Edom.] Dicunt aliqui, ꝙ Thamna & Oolibama, hæ duæ personę erant fœminæ pręsidentes, seu ducum quorundam matres, quæ ꝓpter strenuitates actuú suorum inter duces ponuntur. Et hoc Glossa insinuare ac sentire videtur, dicendo: Ducum quasdam matres nominát, vt Oolibama & Thamna. Alij probabilius dicút, quòd duo nomina ista ęquiuoca sunt, nunc viros, nunc fœminas significantia, vt est tactum, & nunc ꝓ viris ducibus accipiuntur, prętertim qm̄ Thamna quę fuit vxor ipsius Eliphaz, atq; Oolibama vxor ipsius Esau, fuerunt tempore ducum Idumæorum diu ante reges eorú prętatos. Postremò, circa illud, Sale genuit Heber, communiter dicitur, ꝙ Iudæi ab Heber patriarcha Hebręi vocati sunt. Circa quod scribit Lyra: Hebręi non sunt denominati ab Abraham, quasi Abrahæi, q̃uis Augustinus hoc dicere videaẗ, cùm & ipse Abraham in Gen. voceẗ Hebręus, quo constat, ꝙ ab aliquo seniore seu pręcedente sortitus sit istud cognomé. Circa quod dico, ꝙ Augus. 16. de ciuitate Dei de hac re loquitur inquisitiuè, non assertiuè. & verum reor, Iosephusq; fatetur, ꝙ ab Heber dicantur Hebræi. Veruntñ R. Paulus hoc loco & super Gen. alibiq; frequenter dicit oppositum. Vndè in additióe sua super Matthæú ait: ꝙ Iudęi dicuntur Hebręi ab abrahā, non ratione huius nominis Abraham, quia sic dicerentur Abrahæi, nec dicuntur Hebræi ab Heber, quia eadem ratione Ammonitæ, Moabitæ, Idumæi & Ismaelitæ dicerentur Hebræi, quia descenderunt ab Heber. Sed dicuntur ab Abraham Hebræi alia ratione, videlicet qm̄ Abraham natus fuit in Mesopotamia, inter quam & terram promissionis decurrit fluuius magnus, qui Euphrates nominatur, vnus de quatuor fluuijs paradisi. Hinc Abraham indè adductus in terram promissam, & ibì seruiens atq; sacrificās Deo, appellatus est Hebræus, i. transfluuialis, quasi de trans flumen Euphraten natus atq; adductus, quemadmodum transmarini aut transmontani dicuntur, qui de partibus vltramontanis aut vltramarinis sunt oriundi. Hebręus quippe vno modo transfluuialis interpretatur. Hæc R. Paulus. Circa quæ dico in primis, stare non posse, quod asserit Abraham natum in Mesopotamia, qm̄ natus est in Caldea, & de ea venit cum patre suo in Aran seu Charram Mosopotamiæ

Philo Iudæus. Ambros. Augustin. Genes. 36. Iob 1. Hieron. Iob 32. Gen. 36. Iob 4. 15 22 Genes. 25. Exodi 2. Genes. 36. Ibidem. Augusti. Genes. 14. Augustin. Iose. lib. 10. an iu c 14. R. Paulus. Math. 21. Genes. 2. Genes. 16.

Actor. 8. tamiæ vrbem, in qua patre suo defuncto, venit in terram Chanaan, quoniam in Genes. scriptum est: Tulit itaq; Thare Abram filium suum, & Loth, & Sarai, & eduxit eos de Vr Chaldæorum. Veneruntq; ad Aran, &c. Stephanus quoq; ait in Actis: Exijt Abraham de terra Chaldæorum, & habitauit in Charram. Et indè postquam mortuus est pater eius, transtulit illum Deus in terram istam, videlicet Chanaan. Insupèr in libro Iudith, Achior loquitur de Iudæis, populus iste de progenie Chaldæorum est, & primùm in Mesopotamia habitauit. Præterea Aug. 16. de ciuitate Dei sic ait: Sicut scriptura sancta indicante didicimus, in terra Chaldæorum natus est Abraham. Idem dicunt Hieronymus, Beda, Strabus, imò & Iosephus. Præterea satis probabile est, quod tempore Abrahæ multi de Mesopotamia in terra Chanaan habitauerunt. Cur ergo non etiam ipsi Hebræi vocati sunt, i. transfluuiales? Argumentum quoque R. Pauli non valet Soli enim Iudæi, qui ex Abraham nati sunt per principalem eius coniugem sanctam Saram, fuerunt principales ac proprij posteri eius, qui & ipsius fidé sequuti sunt, vtpote filij Iacob seu Israel. Vndè dñs dixit ad Abrahã: In Isaac vocabitur tibi semen. Et quanuis Esau quoq; de Isaac natus sit, non tñ fuit electus vt Iacob, iuxta quod scriptum est: Iacob dilexi, Esau aũt odio habui. Itaq; qm̃ Abraham fidem & sanctimoniam Heber patriarchæ sectatus est, meritò ab ipso Hebræus est appellatus. Vndè & lingua Heber patriarchæ remansit in Abraham & posteris eius per Iacob, hoc est, in filijs Israel, qui Hebræi vocantur.

Gen. 11. Actor. 6. Iudith 5. Augusti. Hieron. Beda. Iose. libr. 1. an. iu. c. 14. Genes. 21. Malach. 1.

¶ Elucidatio cap. 2. Filij autem Israel, Ruben, Simeon, &c. Art. II.

1. Paral. 1. Sicut in primo capitulo actũ est de Adam ac posteris ei⁹ & genealogijs eorũ vsq; ad Iacob patriarcham, ita nunc agitur de ipso Iacob ac filijs eius, specialiter de generatione Iudæ & Caleb. [Filij aũt Israel] i. ipsius Iacob, cuius solennius nomẽ est Israel, quia ab angelo sancto ei impositum est, fuerũt, [Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Isachar & Zabulon.] Hos sex genuit Iacob ex Lia, eodem ordine quo hìc ponunť. [Dan] qui fuit filius Balæ ancillæ Rachelis, [Ioseph, Beniamin] filij Iacob ex Rachele, [Nephthalim] filius Balæ [Gad & Aser] filij Iacob ex Zelpha ancilla Liæ, quo oĩa in Genesi patent. Deindè prosequitur generationẽ Iudæ, de quo orti sunt reges. [Filij Iuda,] fuerunt, [Her, Onam & Sela. Hi tres nati sunt ei de filia Sue Chananitide] Circa hoc dicit Lyra: Dixerunt aliqui, ꝙ Sue est nomẽ vxoris Iudæ, quod non est verum. Sed Sue est nomẽ patris vxoris ipsius Iudæ. Cui assertiõi obuiare videtur, quod in Gen. habetur: Euolutis multis diebus, mortua est Sue vxor Iudæ. [Fuit aũt Her primogenitꝰ Iuda * nequam coram domino, & occidit eum.] abutebatuř enim vasculo coniugis, in cuius vltionem facinoris Deus per angelum bonũ & malum protinùs eum peremit, atq; in Ecclesiastica fertur historia, inuentus est mortuus iuxta vxoré in lecto. Onam quoq; frater Her simili crimine se fœdauit, & simili plaga percussus est. Sicque duo hi sine liberis sunt defuncti. [Thamar aũt nurus eius] i. vxor filiorum Iudæ, [peperit ei Phares & Zaram.] Quod qualiter factũ sit, Gen. 38. describitur, nec oportet ibì dicta hìc iterare. [Omnes ergo filij Iuda, quinque. Filij autem Phares] fuerũt Hesrom & Chamul. Filij quoq; Zare, Zamri & Ethan, & Heman, Chalchal quoq; & Dara, simul quinq;. Filij Charmi, Achan qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis:] i furando aliqua Deo consecrata ac separata, fuit occasio, ꝙ totus populus Israel magnam incidit turbationem. Nam quidam fuerunt à viris Hai occisi, & plures fugerunt: quo facto, cæteri oẽs vehementissime expauerunt. Vndè legitur in libro Iosuę: Achan filius Charmi tulit aliquid de anathemate, iratusq; est dñs contra filios Israel. Qua autem iustitia Dei factum est hoc, quòd scilicet ꝓpter vnius excessum dominus totum populũ sic afflixit, super præfatum Iosuæ librũ, alibiq; expositũ est. [Filij Ethan, Azarias] Si Ethan nõ habuit nisi vnum hunc filium, s. Azariam, ponitur plurale pro singulari, queadmodùm Gene. 46. habetur: Filij Dan Vsim. & constat ꝙ Dan, non nisi vnicum habuit filium. Si verò Ethan habuit & alios liberos, subintelliguntur. [Filij autem Hesrom qui nati sunt ei] fuerũt [Ierahmeel, & Ram, & Calubai, hic est Caleb.] Ram iste, alibi communiter, & in Matthæo vocatur Aram, Et per Calubai intelligitur Caleb. [Porrò Ram] i. Aram [genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Nahason principem filiorum Iuda. Nahason quoq; genuit Salma, de quo ortus est Booz.] Booz verò genuit Obed, q & ipse genuit Isai. Isai autẽ genuit primogenitũ Eliab, secundũ Abinadab, tertiũ Sammaa, quartum Nathanael, quintũ Raddai, sextum Osem, septimum Dauid, quorum sorores fuerunt Zeruia & Abigail.] ponuntur hìc septem filij Isai, quorum vltimus dicitur Dauid. Sed obuiare videtur, quòd 1. Regum legitur Isai octo filios habuisse, quorũ vltimus & octauus vocatur ibidèm Dauid. Ad hoc Glossa respõdet: Dicunt Hebræi, Nathan ꝓphetam fuisse filium Samaia filij Isai, quẽ Nathan ipse Isai sibi adoptauit & enutriuit in filium, ideo inter filios eius 1. Regum annumeratur, & vocatur Ionathan ibì. [Filij Zeruia, Abisai, Ioab & Asel tres. Abigail autem genuit Amasa,] qui fuit vir strenuissimus, in tantùm quòd Absalom fecit eum principem exercitus, & posteà Dauid decreuit eũ facere exercitus principem pro Ioab. Salomon quoque tertio Regum vocat eum & ipsum Abner, viros iustos, cuius pater fuit Iether Ismaelites. [Circa quod scribit Lyra: Dicunt aliqui Hebræi

Gen. 32. 35. Genes. 29. Genes. 30. Ibidem Gen. 38. * malus Ibidem Pet. Co. hi. libr. Ge. cap. 89. Iosuę 7. Matth. 1. 1. Reg. 17. Ibidem. 2. Reg. 15. 2. Reg 19. 3. Reg. 2.

bræi, quod iste Iether fuit filius Ismaelis, & gentilitate relicta, ad Iudaismum conuersus est. Veruntamen hoc apparentiam nullam habet, si dicere volunt, quod fuit immediatus filius Ismaelis. sic enim fuisset tempore Dauid plùs quàm 400. annorum, nec verum censetur, quod fuit natione Iudæus, & ideò Ismaelites vocatus sit, quia ad tempus inter Ismaelitas est peregrinatus. Verius igitur reor, quod fuit vir multùm notabilis natione Ismaelita, & conuersus ad dominum. Aliâs Isai vir timoratus, filiam suam non dedisset illi in coniugem. [Caleb verò,] qui paulò antè vocatus est Calubai, [Filius Hesrom accepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth. Fueruntq; filij eius Iazer & Sobab & Ardon. Cumq; mortua fuisset Azuba, accepit vxorem Caleb Ephrata, quæ peperit ei Hur. Porrò Hur genuit Vri, & Vri genuit Beseleel.] Circa hunc locum oritur difficilis quæstio. Nam Glossa dicit, hunc Caleb fuisse vnum de exploratoribus missis à Mose. Glossa quoq; interlinearis affirmat, quod Ephrata ista, vxor secunda istius Caleb, fuerit soror Mosis, sicq; Hur fuisset filius huius Caleb ex Maria prædicta, prout textus sonare videtur: sed hoc non videtur possibile, quia in exitu filiorum Israel de Aegypto, Caleb nondum fuit 40. annorum, Hur autem fuit tunc grandæuæ ætatis, quando Moses ascensurus in montem Sinai, commisit ei & Aaron regimen populi, fuitq; pater Vri, & auus Beseleelis, qui tunc fuerunt virilis ætatis. Præterea communiter dicitur, quod Vr iste fuit maritus Mariæ, quod & Iosephus tertio antiquitatum libro fatetur, & Hieronymus sentire videtur. Vndè, quemadmodùm in Exodo pleniùs scripsi, per Ephratam istam non videtur Maria soror Mosis intelligenda. Hinc aliqui dicunt, quod Hur natus ex Caleb, non fuit maritus Mariæ, sed alius, de quo natum dicunt alium, nomine Vri, patrem Beseleelis, qui fecit tabernaculum Mosis. Aliqui quoq; opinantur, quod Caleb missus cum Iosue ad explorandum, alter fuit ab isto Caleb. nam & ille vocatur filius Iephonne. iste autem filius Hesron. Insupèr Phares intrauit Aegyptum cum patre suo Iuda, & in Aegypto genuit Hesrom. Si ergo Caleb explorator fuisset filius huius Hesrom, non potuisset in exitu de Aegypto fuisse tam iuuenis. [Post hæc ingressus est Hesrom ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam] vxorem, [cùm esset 60. annorum.] Circa hoc oritur quæstio, qualiter licuerit huic Hesrom de tribu Iuda ducère coniugem filiam Machir, qui fuit filius Manassæ de tribu Ioseph? Ad quod potest quis dicere, quod istud factum sit in Aegypto, lege Mosis nondum data. Dicunt quoq; expositores nonnulli, quod viri poterant accipere coniuges de alia tribu, præsertim in casu quo puellæ non habuerunt hæreditatem. Vndè & Dauid sumpsit filiam Saul de tribu Beniamin in vxorem. Sed qualiter sit super hoc sentiendum, super lib. Numer. & Iudic. librum pleniùs est tractatum. [Quæ peperit ei Segub. Sed & Segub genuit Iair, & possedit 23. ciuitates in terra Galaad.] Secundum Glossam, iste est Iair iudex Israel, de quo legitur Iudic. 18. Huic videlicet Tholæ successit Gair Galaadites, qui iudicauit Israel per 20. & duos annos, habens 30. filios, principes ciuitatum 30. in terra Galaad. ¶ Quo circa denuò quæritur, quomodò licuit huic Iair nato ex tribu Iuda, ex parte patris sui habere possessiones has in territorio Galaad, quod pertinuit ad tribum Manassæ, in quo tribus Iuda sortem non habuit, præsertim cùm dominus iusserit funiculum sortium seu hæreditatum diuisionem non confundi? Respondetur, quòd vel per adoptationem hoc factum sit, ita quod Machir adoptauit præfatum Segub patrem huius Iair in filium. Vel potiùs iure belli, ita quod Iair præliando recuperauit oppida in terra Galaad, quæ alieni filijs Israel abstulerunt. Nam subditur: [Cepitq; Gessur & Aram oppida Iair, & Cenath & viculos eius sexaginta ciuitatum. Omnes isti] præfati fuerunt [filij Machir,] mediati aut immediati, [patris Galaad,] Galaad quandoq; est nomen viri nati ex Machir, vt numerorum vltimo & alibi sæpè habetur, quandoq; verò est nomen ciuitatis, interdum regiones, sicq; Machir vocatur pater Galaad, i. viri sic appellati. Vel pater, i. caput & princeps terræ sic dictæ. [Cùm autem mortuus esset Hesrom, ingressus est Caleb ad Ephrata,] quod suprà iam dixit, nunc asserit factum post mortem Hesrom, ideò ait Glossa, Caleb sociauit sibi Ephratam, patre suo defuncto. Veruntamen Lyra: in Hebræo (inquit) habetur secundum quosdam, Ingressus est Caleb Ephrata, & est Ephrata hic nomen ciuitatis, quæ alio nomine dicitur Bethlehem. & est sensus, quòd mortuo Hesrom qui dominabatur in Bethlehem, Caleb filius eius ingressus est illuc, succedens patri. Sed istud videtur ineptè dictum, quoniam Hesrom filius Phares, natus est in Aegypto, & defunctus ibidèm, vt ex inductis monstratur. Vel dato, quòd cum filijs Israel exisset Aegyptum, non tamen intrauit terram promissionis, cùm fuisset in prima numeratione populi numeratus, de cuius populi numerositate soli Caleb & Iosue intrauerunt. [Habuit quoq; Hesrom vxorem] nomine [Abia.] Ex hoc probatur, quod aliquando vir & mulier eodem nomine exprimuntur. Siquidem Abia quandoq; est nomen regis Iuda nati ex Roboam. ¶ Deniq;, an Hesrom habuit istam vxorem simul cùm alijs suis coniugibus, vel post eas, nescitur. Attamen tunc licebat marito simul habere plures vxores ex dispensatione diuina explicata, vel intepretatiua siue implicita, prout super quartum Sententiarum doctores declarant, [quæ peperit ei Ashur patrem Thecuæ] i. principem vrbis sic nominatæ. Consequenter recitatur generatio primogeniti Hesrom. [Nati sunt autem filij Ierahmeel primogeniti Hesrom, Ram pri-

Numer. 13.
Exodi 19.
Iose libr. 3 an. iu. ca. 2
Exod. 35.
Numer. 13.
Genes. 46.
1. Reg. 18.
Numer. 36.
Num. 10.
Num. 26.
3. Reg. 15.

primogenitus eius,& Buna,& Oran,& Osen,& Ahia.]Iam dictum est, ꝙ Phares genuit Hesrom,& Hesrom Aram, Aram verò Aminadab,nunq; asserit, ꝙ Ierahmeel fuit primogenitus Hesrom,ex quibus ostenditur,ꝙ genealogia Saluatoris non in toto per primogenitos texit, quia nec *David*,nec Salamon , ꝑ quos scribunt primogeniti erant. [Duxit quoq; vxorem alterā Ierahmeel,nomine Athara,quæ fuit mater Onam. Sed & filij Ram primogeniti Ierahmeel,fuerunt Maas,Iamin,& Achar.Onam aūt habuit filios,Sammai & Iadan. Filij aūt Sammai,Nadab & Abisur.Nomen verò vxoris Abisur,Abihail, q̄ peperit Ahaban & Molid. Filij

Hieron. Ruth 5. aūt Nadab fuerunt Saled & Appaim. Mortuus est aūt Saled absq; liberis:filius verò Appaim, Iesi.Qui Iesi genuit Sesan.]Circa hoc dicit Hieronym⁹, hunc Sesan Hebræi dicunt esse Elimelech virū Noemi,patrē Mahalon & Chiliō.& ideò scriptū in cōsequentibus, ꝙ Sesan non habuit filios, q̄n duo filij eius absq; liberis mortui sunt.sed huic obuiare videtur, ꝙ sequitur: [Porrò Sesan genuit Oholai.]Ad ꝙ forsitan diceretur,ꝙ vnus illorū duorū alio nōīe nuncupatus sit Oholai, & ꝙ author breuiter transiens, nō expressit nomina amborum filiorum Sesan.Sed rursus obijcitur,nam paulopòst subditur: Sesan aūt non habuit filios. Respōdetur,ꝙ filius eius ꝑfatus,seu & alius,si habuit alium,aň eum sine prole defuncti sunt. Itaq; nō habuit filios superstites.[Filij aūt Iada,frīs Sāmai,Iether & Ionathan:sed & Iether mortuus est absq; liberis.Porrò Ionathan genuit Phaleth & Ziza.Isti fuerunt filij Ierahmeel primogeniti Hesrom.Sesan aūt nō habuit filios]sibi superstites, [sed filias, & seruum Aegyptium nomine Ieraha,deditq; ei filiā suā,]videlicet vnā earum, [vxorē] nisi forsan cùm dicitur, sed filias, po-

Numer. 36. natur plurale ꝓ singulari,quod forsan insinuatur,ex eo quod additum est, dedit ei filiā suam

Deut. 7. vxorē.[quæ peperit ei Athai.]Quo circa quærendum,qualiter id licuit,cū in Numer.dn̄s dicat,Oēs viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cūctæ fœīæ maritos de eadem tribu

Ruth 4. accipient.Insupèr fuit ꝓhibitum in lege cum aliis gentibus cōntrahere. Respondendum ꝙ

Matth. 1. seruus ille Aegyptius forsitan fuit ad Iudaismum cōuersus,& cū ita cōuersis poterāt Israelitę cōtrahere,sicut & Salmō sumpsit Rahab gentilē cōuersam,& Boroz Ruth. Et si Sesan iste fuit vir iustus,fecit,ꝙ dictū est.forsitā ex diuino instinctu,& ꝓpter serui illius ꝓbitatē. Si aūt non erat iustus,nō oportet eū excusare in isto. Iusti quoq; aliq̄n peccāt. [Athai aūt genuit Nathā, & Nathā genuit Zabad, Zabad quoq; genuit Ophlal, & Ophlal genuit Obed, Obed genuit Iehu,Iehu genuit Azariam,Azarias genuit Heles, & Heles genuit Eleasa, Eleasa genuit Sisamai,Sisamai genuit Sellum,Sellum genuit Iecamiam,Iacamia aūt genuit Elisama, Filij autē

1. Reg. 23. Caleb fratris Ierahmeel,Mesa,primogenitus eius.Ipse est pater Ziph,]i.caput seu dn̄s vrbis,à qua nomē sumpserunt Ziphæi,qui vt 1. Reg.habetur,dixerunt ad Saul: Nōne Dauid abscondit⁹ est apud nos?[filij Maresa patris Hebron.Porrò filij Hebron, Chore & Taphuah, & Recem,& Samma,]i.hi ciues vrbis Hebron,nati ex Caleb fuerūt, & certis locis sua noīa cōtulerunt ac reliquerunt.[Sama aūt genuit Raham, patrem Ierachaam, & Recem genuit Sammai, Filius Sāmai,Maon,& Maon pater Bethsur.Epha autem concubina Caleb, peperit Haran,& Mosa,& Gases.Porrò Haran genuit Gases.Filij autē Gehaddai Begen , & Iotham, & Gesan, & Phalet,Epha,& Saaph.Concubina Caleb Maacha peperit Saber & Tharhana.Genuit autē Saaph pater Madmana]i.prīceps loci seu oppidi sic vocati,[Sue patrem Machbenna, & patrē Gabaa.]Hoc loco,Sue,est nomen viri, q̄ fuit pater & caput oppidorū istorū , & fuit hæc Ga-

1. Reg. 16. baa,alia ab ea quæ fuit in Beniamin tribu,vt legit.[Filia verò Caleb fuit Achsa.Hi erant filij Caleb filij Hur primogeniti Ephrata,]q̄ sequunt:[Sobal pater Cariathiarim]i.oppidi taliter dicti.[Salma pater Bethlehem,]de qua Dauid est nat⁹.[Hareph pater Bethgader.Fuerūt aūt filij Sobal patris Cariathiarim]sicut expositū est.[qui]Sobal [videbat dimidium requietionum]i.medietatē māsionū seu locorū illorū habebat in cura , & iuit ad inspiciendū easdem. Glossa exponit sic:Videbat dimidiū reqetionū,i. loca media & fortē accepit iuxta sepulchra patriarcharū in Cariatharbe.[& de cognatiōe Cariathiari.]supple † exiuit,[Iethrei,& Aphuthei,& Samathei,& Maserei. Ex his egressi sunt Zaraitæ & Esthaolitæ]hoc est , ex ꝑfatis filijs Sobal,nati sunt habitatores locorū istorū,videlicet Zarai & Esthaol, q̄ erant vrbes ad tribum

Iosue 15. Iosu. 19. Iudic. 16. Iudæ pertinentes,vt in libro Iosuæ legitur.Attamen filij Dan habitauerunt ibi interdum,vbi & Samson sepultus est, vt in libro Iudicum fertur. [Filij Salma patris Bethlehem & Nethophati]hoc est,viri nati ex Salma,qui fuit pater Bethlehem, & loci alterius fuerunt. [Coronæ domus Ioab]i.fortes auxiliarij ipsius Ioab principis militiæ regis Dauid,ita quòd propter illorum auxilia,ipse & eius familia coronas seu triumphos adeptus est,[& dimidiū requietionis Zarai]i.media pars habitantium in Zarai,etiam fuit in his corona domus Ioab, quoniam mutua societate in prælijs vtebantur. Vel sensus est,quod dimidiū mansionis aut habitationis præfatæ vrbis,ad filios Salma pertinuit, [Cognationes quoq; scribarum habitantiū in Iabes.]Iabes interdū est nomen loci,aliquando viri,& nunc pro viro accipi potest,in cuius domo atq; doctrina ac gubernatione scribę residebāt,[canentes atq; resonantes]hoc est,in Dei laudibus,psalmis & cāticis se occupātes,& legētes in lege asiduæ. [Et in tabernaculis cōmo-

ran-

tantes]i. in vmbraculis sub frondibus arborum, non in domibus, sicut in lib. Regum & Hier. de filijs Rechab habetur. vnde subiungitur: [Hi sunt Cinæi,] i. posteri Obab cognati Mosis, qui & Cinæus vocatur, propter quod ipsi dicunt Cinæi, [qui venerũt de calore patris domus Rechab']i. de semine præfati Obab seu Iethro soceri Mosis, sunt exorti: quoniã domus Rechab, videlicet Rechabitæ & pater eorum Rechab, descenderunt de Obab, quem aliqui dicunt fuisse ipsum Iethro, alij filium eius fratrem vxoris Mosis. potest quoq; exponi hoc modo: Qui venerunt de calore domus Rechab, i. de feruore charitatis atq; deuotionis patrum suorum, quorum feruorem & religionem sectati sunt, q etiam feruor in Rechabitis viguit & permansit, ita ꝙ nec vinum biberunt, nec domos ædificauerũt, nec agros possederunt, nec vineas, vt patet Hiere. 35. Præterea ad intelligendũ p̃tacta, aduertẽda sunt verba Hieronymi referentis: Tradunt Hebræi, Iabes fuisse peritissimum legis doctorem, in cuius cõspectu sedebant Cinæi, scribæq; ergo canentes ac resonantes, qa assiduè in loquutione legis versabant. His satis concordare videtur quod refert Lyra: Dicunt Hebræi hunc Iabes fuisse Othoniel, q fuit valdè peritus in lege, propter quod Cinæi recedentes de ciuitate sua palmarum; accesserunt ad eum, vt instruerent ab ipso, qm̃ erant ꝓselyti. Præterea super illud, Canentes atque resonantes, dicit Lyra, i. legentes in libris legis diuinæ, quæ lectio fit p modum cantus ratiõe accentus. Cõtra ꝙ scribit sic R. Paulus: Textus sacræ scripturæ legitur cõmuniter ad Hebræis in suis Scholjs, p modum cantus, nõ ratione accentus, quia accẽtus posset seruari propriã sine cantu, sed hoc fit ratione sententiæ, vt cõstat peritis in illa lectura. Hinc alio cantu vtuntur in psalterio, alio in ꝓphetis, alio in lib. Iob, alio in lib. Prou. & huiusmodi, licet quo ad accentũ, vniformiter se habeãt in oĩbus libris. Et de hoc cãtu intelligendũ ast ꝙ dici: hîc, Canẽtes &c. ¶ Postremò, per Iabes q interpretatur desiccãs, rectè intelligitur Christus, qui p ardorem donorum spũssancti corda suorum desiccat fidelium, à fluxu desideriorũ carnaliũ, & omni sapiã erat plenissim'. Per Cinæos verò & scribas istos deuotos, designant sancti Apostoli, & primi discipuli Christi, ac primitiua Ecclesia, q desiderio sapientiæ confugerunt ad Christũ, & de calore spũssancti venerunt, impleuerunt q; quod docet vas electionis: Implemini, inquiens, spũsancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, canentes & psallentes in cordibus vestris domino. Horum ergo vestigia imitari non pigritemur.

4. Reg. 18. Hiere. 35. Hiere. 8. Num. 10. Hieron. R. Paulus. Col. 3.

¶ Elucidatio cap. 3. Dauid verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron. Art. 3.

Agitur hîc de regno Dauid, & progenie prosperitateq; eius, atq; de regibus, qui post Salamonem ac Roboam regnauerunt in Iuda. [Dauid verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron]ciuitate, [primogenitum Amnon.]Istud totum habetur 2. Reg. 3. [ex Achinoem Iezraelitide]ex vxore sua nomine Achinoem, oriunda de vrbe nomine Iezrael, quæ in Samaria fuit. Hãc Achinoem Dauid duxit primam post Michol, cùm fugisset à facie Saul. [Secundum, Daniel de Abigail Carmelitide:]quia antè morata est in Garmelo vrbe deserti, cum Nabal viro suo priore, & forsitan nata est ibi. Huic obuiare videt illud secundi Regũ 3. Primogenitus Dauid Amnon, & post eũ Cheliab de Abigail. Respondetur ꝙ idẽ est filius, & fuit binomius, atq; vt dicunt Hebræi, primò vocat' est Daniel. Cùm eñ statim post mortem Nabal Dauid duxisset & impræ gnasset Abigail, puero nato, quidam malitiosi deridendo dixerunt ꝙ esset filius Nabal. Ideò Dauid puerum appellauit Danielem, qui interpretatur Iudicium Dei, dicens: iudicet Deus, i. per certum signum demonstret quis sit pater pueri huius. Tunc Deo agente, vultus infantuli assimilatus est vultui Dauid: idcircò extunc appellauit eũ Cheliab, quod interpretatur Quasi pater, i. patri consimilis. [Tertium]filium [Absalon filiũ Maacha filiæ Tholomai regis Gessur.]i. regni sic nuncupati. Et quæri potest, qua authoritate contra legem accepit gentilem illam in coniugem. Responderi potest, quòd traxit eam ad iudaismũ, etiam forsan antequàm accepit eam in suam, vel posteà saltem, sicq; ex dispensatione & inspiratione diuina creditur id fecisse, & in hoc casu contra legem non fuit. [Quartum Adoniam,]qui patre suo ignorante vsurpauit imperium, [filium Hagith. Quintum, Saphathiam ex Abital. Sextum, Iethraam,]quem Ioseph' nominat Nathan, sicq; binomius fuit. [de Egla vxore sua.]Circa hoc ait Glossa: Quæritur, cur sola hæc Egla vxor Dauid vocatur? Ad ꝙ respondet: Hæc est Michol, quæ inter multas sola dicitur vxor, quoniam eam in adolescentia primam accepit, quæ in partu occubuisse asseritur. Hæc Glossa. Vndè secundi Regum sexto habetur, quod Michol non est natus filius, vsq; ad diem mortis suæ. Sed obijci potest, qm̃ diu post recessum Dauid ab Hebron, cùm in Hierusalem moraretur, hæc Michol adhuc vixit, insultauitq; regi, eo ꝙ ante arcam saltasset. Ad hoc respondendũ opinor, ꝙ si scriptura hæc Regum & Paralipomenon dicere velit, ꝙ p̃fati sex filii nati sint regi Dauid, dum regnauit in Hebron, & anteq̃ regnauit in Hierusalem, saluari nõ potest, quòd Egla sit Michol, & quòd Michol pariendo occubuit. Si autem scriptura non intendit hoc dicere, quod tamen videtur intendere, dici posset, ꝙ Egla seu Michol partu suo instante. aut antè in Hebron reuersa sit, ibique peperit, & pariendo decessit. quam solutionem Magister in historijs tangit. [Sex ergo na-

1 Re. 25. 27. 1. Reg. 25. 3 Reg. 1. Iose libr. 7. an iu ca. 1. 1. Reg. 18. 2. Reg. 6.

nati sunt ei in Hebron, vbi regnauit] Dauid super tribum Iuda duntaxat, [7. annis & 6. mensibus. Triginta aũt & 3. annis regnauit in Hierusalem.] Tertiò regum habetur, ꝙ in Hebron regnauit 7. annis, & in Hierusalem 30. & 3. sicq; in toto 40. Quomodò ergò addunt hîc menses sex? Respondetur, ꝙ scriptura 3. Reg. 2. præallegata, non curat has minutias temporis. Hebræi aũt dicunt, ꝙ Dauid sex mẽsibus fugit ab Abialone. ideo menses illi 3. Reg. 2. omittunt. Veruntñ 2. Reg. 5. exprimunt, sed excluduntur à summa. Ex prædictis patet iustitia Dauid circa vxores suas, qm̃ vnicuique earum opportuno tempore reddidit debitum, non despiciens vnam ꝓ alia, q̃uis duæ earum essent filiæ Regum. nec ex libidine, sed desiderio prolis ad Dei obsequium educandæ accedit tam multas dispensatione diuina. [Porrò in Hierusalem nati sunt ei filij] & etiam filiæ, vt dicitur 2. Reg 5. ibi em̃ accepit & alias coniuges. [Sammaa & Sobab & Nathan] nõ ille ꝓpheta, [& Salamon, quatuor,] filij [de Bethsaba filia Amiel.] 2. Reg. 11. legitur: Filia Eliam. Nã pater eius fertur fuisse binomius. Dicunt aliq, quod Sammaa & Sobab & Nathan fuerunt naturales atq; legitimi filij Vriæ ex Bethsaba, & quòd Vria defuncto, Dauid sumpta Bethsaba, adoptauit illos tres sibi in filios: ꝙ probant, qm̃ Prou. 4. Salamõ ait: Vnigenitus sui coram matre mea. ❡Sed obijci potest, qm̃ 2. Reg. 5. dicitur absolutè, quòd isti quatuor nati sunt ei in Hierusalem, & hic, ꝙ nati sunt ei ex Bethsabee. Veruntñ apparentiam magnam prætactæ positioni adducit, quod 2. Reg. 12. scriptum est, quemadmodùm Dauid primò genuit ex Bethsabee infantulum qui septimo fuit die, & post illum immediatè ex ea genuit Salamonem, qui hîc ponitur inter præfatos quatuor vltimus. Deindè nominatur in litera alij multi filij Dauid. [Iebahar quoq; & Elisama, & Eliphalet, & Noge, & Napheg, & Iaphia, necnon Elisama & Eliada, & Eliphalet, nouem. Omnes hi filij Dauid absq; filijs concubinarum.] 2. Reg. 15. legitur Dauid reliquisse in Hierusalem decem concubinas ad custodiendam domum, nec dubium, quin fuerint vxores eius legitimæ, non adulteræ. Sed dictæ sunt concubinæ, qm̃ secundariæ & minùs principales eius vxores fuerunt, sicut Genes. 29. & 30. Bala & Zelpha vocantur concubinæ Iacob, quæ & eius vxores vocantur ibidem. [Habueruntq; sororem Thamar] quæ fuit soror Absalonis ex parte patris & matris, aliorum solùm ex parte patris. Habuerunt quoque & alias multas sorores, cùm 2. Reg. 13. dicatur, quòd filiæ Dauid regis talaribus vestibus vtebantur. ❡Cur igitur specialiter exprimitur ista? An propter commemorationem magnæ turbationis, quæ occasiõe ipsius orta est? Nam propter pulchritudinẽ eius, frater eius Amnon eam oppressit. Propter quod ab Absalone occisus est. [Filius aũt Salamonis] fuit [Roboam,] de quo Eccl. 47. legitur, quòd Salamon reliquit post se stultitiam. Deinde numerantur reges Iudæ: [cuius Abia filius genuit Asa. De hoc quoque natus est Iosaphat pater Ioram. Qui Ioram genuit Oziam, ex quo ortus est Ioas, & hui⁹ Amazias filius genuit Azariam. Porrò Azariæ filius Ioathan procreauit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus est Manasses. Sed & Manasses genuit Amon patrem Iosiæ. Filij aũt Iosiæ fuerũt primogenitus Ioathan, secundus Ioachim, tertius Sedechias, quartus Sellum.] 4. Reg. 23. & 24. non fit mentio de Iohannan, neque de Sellum, sed nominant ibi tres filij Iosiæ, videlicet Ioachaz, quem captiuum abduxit rex Aegypti. Secundus Eliachim, quẽ rex ille Ioakim nuncupauit. Tertius Mathanias, quem Nabuchodonosor vocauit Sedechiam. Hinc aliq dicunt, ꝙ Iohannan sit idem qui Ioachaz, de Sellum veró sit sermo Hier. 22. & dicunt nonnulli, ꝙ fuit ipse q Zedechias, & tñ vocatus sit filius quartus, quia post Iosiam quarto loco regnauit. Hieronym. aũt refert: Opinantur Hebræi ꝙ Iohannan dictus sit Ioachaz, & Sellum. Magister quoque in historijs dicit, Ioachaz & Sellum fuisse eundem, quod etiam videtur ex eo quod scriptum est Hier. 22. Hæc dicit dñs ad Sellum filium Iosiæ regem Iuda, qui egressus est de loco isto. Non reuerteretur huc ampliùs, sed in loco ad quẽ trãstuli eum, ibi morietur. Hoc etem̃ dixit Hieremias Ioachaz capto à rege Aegypti, & in Aegyptum translato, regnante in Hierusalem fratre suo Ioakim, anteq̃ Zedechias regnauit, vt patet ex verbis in Hieremia sequentibus. Ideò opinio R. Salumonis, qui dixit Sellum fuisse Zedechiam, saluari nõ valet. Lyra demũ hîc scribit: Posset dici, ꝙ Sellum fuit quartus filius Iosiæ, sed inter alios 4. Reg. 23. nõ numeratur, quia ad regium honorem fuit ineptus, ꝙ etiã stare nequit, cùm in ꝑfata authoritate legatur regnasse. Veruntñ in textu hoc apertissimè dicitur, ꝙ quartus filius Iosiæ fuerit Sellum, quasi Sellum ille extiterit vltim⁹ filiorũ Iosiæ. ❡Prætereà quæstio oritur, quó Iohãnan seu Ioachaz primogenitus Iosiæ dicatur, cùm Ioakim frater eius fuerit senior eo. Scriptũ est em̃ 4. Reg. 23. ꝙ Ioachaz erat 23. annorum dum cœpit regnare, & 3. mensibus regnauit, pro quo rex Aegypti constituit regem regem fratrem ipsi⁹ noĩe Ioakim, q fuit 25. annorum qñ regnare exorsus est. In Scholast. quoq; fertur hist. ꝙ mortuo Iosia, populus tulit mediũ filiũ eius, videlicet Ioachaz, & cõstituit eum regem. Rñdetur ꝙ Ioachaz dicitur primogenitus, non ratione ætatis, sed regiæ dignitatis. [De Ioakim natus est Iechonias & Zedechias,] Iste est Ioakim q ante vocatus erat Eliakim, & regnauit immediatè post Iochaz, atq; Mat. 1. vocatur Iochonias, cùm dicitur: Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. sed & filius eius qui hic

2. Reg. 13.
Hieron.
Pet. Co. hi. lib 4. Reg. ca. 38.
R. Salamõ
Hiere. 22.
Pet. Co hi. stor. lib 4. Reg. ca. 28.
4. Reg. 23.

hic vocatur Iechonias, 4. Reg. 24. vocatur Ioakim. Porrò Zedechias filius Ioakim, non fuit ille qui regnauit post Ioachin & Iechoniam filium eius. [Filij Iechoniæ fuerūt Asir, Salathiel, Melchiram, Phadaia, Sennaser, & Iecamia, Osama & Nadabia.] Circa hoc dicit Lyra: Iste Iechonias, cuius filij describuntur post transmigrationem Babylonis, fuit alius à Iechonia filio Ioakim, qui regnauit ante Zedechiam. Vndè dicit Hieronym. ꝙ primus scribitur per k, & m. secundus per ch, & n. Hæc Lyra, circa quod dico verum esse, ꝙ secundum Hieronymum, Iechonias, de quo ait Euang. Matt. 1. Post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel, fuit alius à Iechonia, de quo præmisit, Iosias genuit Iechoniā & fratres eius, &c. quoniā vnus fuit pater alterius, ex hoc tamen non sequitur, ꝙ Iechonias, cuius filij dicuntur Asir, Salathiel, fuit alius à Iechonia filio Ioakim seu primi Iechoniæ filij Iosiæ, imò iste Iechonias fuit filius Ioakim filij Iosiæ, quod & litera ista designat. Nempe cum dictum est, De Ioakim nat' est Iechonias, & Zedechias; mox additū est, Filij Iechoniæ fuerūt Asir, Salatiel, & ita hoc dicit de Iechonia filio Ioakim. [De Phadaia orti sunt Zorobabel, & Semei] à Matthæo Zorobabel dicit filius ipsius Salathiel. Similiter in Aggæo & secūdo lib. Esdræ, & alibi sæpè: quomodò nunc asseritur generatus à Phadaia fratre Salathiel? Respondet Hieron. Dicunt Hebræi hæc duo nomina vnius hominis esse, ita quòd Phadaia & Salathiel sint nomina eiusdem personæ. Contra quod obijci potest, quòd exprimūtur hîc per interpositionem vocabuli alterius hominis. Hinc quidam dicunt, quòd erāt fratres, & quòd vterq; eorum habuit filium Zorobabel nuncupatum. [Zorobabel genuit Mosollam] Matth. 1. habetur: Zorobabel genuit Abiuth, qui non exprimitur hîc. Ideò dici potest, quòd vnus horum, alio nomine dictus sit Abiuth, si tamen Phadaia & Salathiel dicantur vna fuisse persona binomia. Zorobabel itaque genuit Mosollam, [Hananiam & Salumith sororem eorum, Hasabam quoq; & Ohol, & Barachiam, & Hasadiam, Iosabhesed quinque.] Non quòd omnes præfati filij Zorobabel fuerint quinque duntaxat, cùm iam septem enumerati sint, sed quòd isti post Salumith sororē nominati, fuerunt quinque: estque probabile, ꝙ fuerunt hi quinque ex alia matre nati, quàm duo primi, eo quòd Salumith appelletur soror illorum duorum, non horum quinq; [Filius autem Hananiæ, Phaltias pater Iesaiæ, cuius filius Raphaia. Huius quoq; filius Arnan, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit Sechanias. Filius Sechaniæ Semeia, cuius filij Hatthus, & Iegal, & Baria, & Naaria, & Saphat, & Sesa, sex numero. Filij isti sunt quinq; tātùm, sed vnà cum patre suo sunt sex. [Filius Naariæ Elioenai, & Hezechias, & Iazricam tres. Filius Elioenai Oduia, & Helialib, & Pheleia, & Accub, & Iohanan, & Dalaia, & Anani, septem.

Hieron.

Matt. 1.
Aggæ. 1.
Nehe. 5.
Hieron.

¶ Explanatio cap. 4. Fili, Iuda, Phares, Hesrom, & Charmi. Art. 4.

GEneratio Iudæ patriarchę nunc pleniùs enarratur, & de generationib' Simeonis ac Ruben aliquid additur. [Filij Iuda, Phares, Hesrom, & Charmi, & Hur, & Sobal.] Suprà dictum est, ꝙ filij Iudæ fuerunt quinque, videlicet Her & Onam & Sela de sua vxore legitima. Item Phares & Zaram de Thamar, quomodò ergò numerantur quinque filij eius, inter quos solus Phares antè expressus est esse filius Iudæ? Ad hoc dupliciter respōdetur: Primò, ꝙ quatuor hîc nominati, fuerunt mediati filij, hoc est, nepotes Iudæ. Secundò, iuxta Glossam quæ ait, & sunt verba Hieronymi: Hebræi asserunt, p̄fatos Iudæ filios hîc mutatis noībus exprimi, ita ꝙ per Hesrom nunc designat Zaram, p Charmi Her, p Hur Onam, p Sobal Sela. Sed iuxta p̄habita, Charmi fuit de tribu Zaram, Hur & Sobal de Caleb. [Rahia vero filius Sobal, genuit Iahar, de quo nati sunt Achimai & Laod. Hæ gn̄ationes Sariathi] hoc est, gn̄ationes iam tactæ, ex Sobal natæ, sunt cognationes & tribus Saraitarum, qa vt dictum est, Sarai & Esthaol primò sunt cōputatę inter vrbes tribus Iudæ. [Ista quoq; stirps Etham] i. posteritas viri sic dicti, q fuit filius Zaræ, & filij Etham cōsequēter hîc exprimunt. [Iezrael & Iesema & Iedebos: Nomen quoq; sororis eorū Azalelphū,] q̄ Hebræi, secundum Hieronymū, suspicant esse matrē Samsonis, de stirpe Iuda gn̄atam, cui' vir fuit de tribu Dan. [Phanuel aūt] fuit [pater Gedor, hoc est, princeps in loco sic noīato, [& Eser pater Husan] i. loci illius. Nam Iedor & Husa sunt loca à filijs Hur possessa. [Isti] videlicet Phanuel & Eser, [sunt filij Hur primogeniti Ephrata,] q̄ fuit vxor Caleb, q ex alia coniuge habuit filiū ipso Hur priorē. [p̄ris Bethlehem.] Superiùs dictū est, ꝙ Salma fili' Hur, fuit pater Bethlehē, ideircò ipsi Hur ascribit istud rōne filij sui, [Ashur verò p̄ris Thecuæ erāt duæ vxores, Halaa & Naara. Peperit aūt ei Naara Ahuzam, & Hepher, & Themani, & Ahastari. Isti sunt filij Naara. Porrò filij Halaa, Zaret, Izoar, & Ethnan. Cos aūt genuit Anuab, & Sobeba, & cognationē Ahareel, filij Arū. Fuit aūt Ieabes inclytus præ fratrib' suis, hoc est, notabilior & eminentior ipsis. Iste est eñ Ieabes, de quo p̄cedenti cap. habitum est, fuit fortis, iustus, atq; doctissimus magister scribarum. [& matereius vocauit nomē illi' Ieabes,] ꝙ interpretat dolor. ideò subdit: [dicēs: Quia peperi eū in dolore.] Cōstat ꝙ mulieres cōmuniter pariant in dolore, ideò per hæc verba insinuat, ꝙ cū grandi atq; insolito dolore peperit eum. Sic & Rachel cùm periclitaret in partu, filiū suum vocauit Bennoni, hoc est, filius doloris mei. [Inuocauerat ergo Ieabes Deum Israel, dicēs:] Qualis

1. Paral. 2.
Hieron.
Hieron.
1. Para. 2.
Ibidem
1. Para. 2.
Genes. 35.

Exodo Iochabed appellatur,[peperit Iared patrem Gedor]i.Mosen q vocatur Iered,qa descendit de monte cum tabulis testamenti:pater Iedor,i.sepis,qa muniuit populum lege tanq̃ sepe.Iered aũt iterpretatur descẽdens,Iedor sepis.[& Heber patrem Socho,& Icuthiel patrẽ Zanoah.Heber interpretat̃ victor,Socho prophetia.Moses ergo dicitur Heber, qa populum de Pharaone seruitute redemit,& Dei seruitio iunxit. Et dicitur pater Socho, qm̃ ꝓphetarũ extitit doctor.Nominat̃ quoq; Icuthiel,i.sperãs, quia spẽ habuit ꝙ populũ liberaret: & pater *Zouoach,ꝙ interpretat̃ gubernator,qm̃ populum gubernauit in eremo, & sua doctrina gubernat quotidiè.¶Porrò alij aliter ista exponunt,& vt videtur,magìs ad literam. Vndè secundũ Lyram,ꝙ dicitur, Vxor quoq; eius,refertur ad Caleb secundum Glossam Hebraicam,sic ꝙ Iudaia cõiunx ipsius Caleb,peperit ei ꝓnominatos,videlicet Iered patrem Iedor,i.dñm talis loci,& Heber patrẽ Socho,i.villæ seu oppidi sic vocati,atq; Icuthiel patrẽ * Zouoah,i.huiusmodi loci.[Hi aũt filij Bethiæ filiæ Pharaonis,q̃ accepit Mered.]Secundũ Hieronymum, iuxta Hebræos,sensus est,ꝙ prȩfati q tñ sunt vnus,vtpotè ipse Moses,varijs nominibꝰ designatus,sunt filij filiæ Pharaõis quæ Bethia vocatur,quæ mater Mosis nominat̃, non ꝙ sit mater eius naturalis,sed qm̃ adoptauit eum in filiũ & enutriuit.Et ipse Merd(id est,Moses) dicitur eam accepisse,quia ad Dei cultum ab idololatria eam conuertit. Sed his obijci posset, ꝙ illa filia Pharaonis secundũ Iosephũ vocata est Thermuth. Ad quod posset quis rñdere,ꝙ forsan binomia fuit.Alij per Mered intelligũt alium virũ quàm Mosen,& dicunt ꝙ filiam illã Pharaonis Mered duxit vxorẽ. Cui expositioni obijcitur,ꝙ in litera non exprimunt̃ aliq filij huius Mered ex filia Pharaonis præfati,& ita non inuenitur,ad qd referatur ꝙ dicitur,Hi autem filij,&c. Hinc aliq sic exponunt:Hi aũt filij Bethiæ filiæ Pharaonis, q̃ accepit,supple,Caleb in coniugẽ,sunt Mered & alij q non exprimũtur.Vel capiẽdo plurale ꝓ singulari. Sed ista expositio videtur valdè incerta,putà ꝙ Caleb duxerit filiam Pharaonis vxorem,ꝑsertim cùm tempore Caleb Aegyptij,intm̃ abominabantur Hebræos,nisi fortè quis suspicetur,ꝙ fuerit illẽgitima filia Pharaouis & cõuersa ad Iudaismum,sicq; ex deuotione sumpserit virum Hebrȩum.[Et filij vxoris Hodaiæ]i.viri sic dicti,[sororis Naham patris Ceila] fuerunt[Garmi & Esthamoa]hoc est,viri sic nuncupati,[q fuit de Maachati]origine,loco aut alio modo. Nam Maachati interdum est nomen regionis aut loci, qñdoq; personæ. [Filij quoq; Simon, Amnon & * Ruma,filius Hauan & Ethilon, & filij Iesi Zoheth & BenZoheth.] Redit ad descriptionem posteritatis Iudæ p filium eius Sela:[filij Sela,filij Iudæ]patriarchæ fuerũt,[Her] qui fuit alter ab Her filio Iudæ nequissimo,[pater Lecha]i. loci aut viri sic dicti, [& Laada pater Maresa]i.dñs seu caput illius loci aut hoĩs,[& cognationes domus operantiũ byssum,]i.viri atq; artifices qui fecerunt byssynas vestes seu cortinas de bysso,[in domo iuramenti]i.in tabernaculo fœderis.Hi inquam fuerũt filij Sela mediati,i.nati ex eo qui secundũ Glossam cũ Beseleel opus tabernaculi expleuerunt, & forsan eorum posteri aliqua in templo Salamonis sunt operati,sicq; per domũ iuramenti,posset & tẽplum illud intelligi. [q stare fecit solem,] hoc est,etiã ille ad cuius preces ac merita sol supernaturaliter stetit in cælo, est natus de Sela. Et iste secundũ quosdã expositores catholicos fuit Elimelech maritꝰ Noemi. Vndè in Glossa habetur:Tradunt Hebræi,hunc fuisse Elimelech maritum Noemi,in cuius tẽpore propter ꝑuaricatores sol stetit,vt viso miraculo,cõuerterentur ad dñm,quod qm̃ cõtempserunt,intm̃ ꝑualuit fames,ꝙ Elimelech qui quasi prior videbatur in tribu Iuda,cogẽte inopia, cum vxore & filijs terram Moab ingressus est:[Viriq; mendacij]per hos intelliguntur duo filij Elimelech,q vocantur viri mendacij seu vanitatis,qa acceptis vxoribus,sine fructu matrimonij obierunt,ita ꝙ Noemi mater eorũ,spe posteritatis fuit frustrata.[q principes fuerunt in Moab.] Quẽadmodum super Ruth tetigi,qdam dixerũt ipsam Ruth fuisse filiam regis Moab,& ideò virum eius fuisse ꝓmotum ad principatum. Verùm vt ibì cõscripsi,narratio illa apparentiam paruã habet aut nullam.Potuit tñ esse, quod Mahalon & Chilion filij Elimelech ob suã prudentiam,probitatẽ seu aliam causam,fuerunt in terra Moab & aliquibꝰ officijs cõstitui, atq; ob id principes ibì fuisse dicantur. Veruntñ sicut Glossa fatet̃,& alij dicunt,in Hebræo habetur,q fuerunt mariti in Moab. Nam acceperũt ibi vxores,& forsan dictio illa Hebraica est ad vtrunq; æquiuoca.[& securus & incedens.]Nomina virorũ istorum Hebraica iàm expressa, Latinè interpretãtur,securus & incedens.[& q reuersi sunt]aliq lib.habẽt. Et q̃ reuersȩ sunt. [in Lehem.]Non enĩ Elimelech & filij eius reuersi sunt in Lehem, hoc est, Bethlehem,quia obierunt in terra Moab.Sed Noemi redijt cum Ruth, vel illi redierunt in suis cõiugibꝰ. Deniq; aliqui textꝰ habẽt Bethlehẽ:sed correctior litere habet,in Lehem. [Hæc aũt verba vetera,]i.recitata hoc loco de Elimelech & filijs eiꝰ,sunt antiqua historia in lib.Ruth scripta,quȩ ante tẽpora Dauid ac Regum Israel cõtigit.Ista est expositio literæ huiꝰ secundũ catholicos expositores,B.Hieronymũ hìc sequentes.¶Porrò Lyra hìc scribit,ꝙ litera Hebraica hoc locò multùm distat à nostra trãslatione.Nam vbi habemus,Et qui fecit stare Solem:in Hebrȩo habetur.Et Iokim,vel Ioakim:quod est ꝓprium nomen viri, nec videtur quod eiꝰ interꝑta-

Exod. 28. Leui. 5. Exod 6. Exodi 32. Exodi 12. *Zanoe *Zanoah Hieron. Iose.lib. 2. an.iu.c. 9. Exodi 1.8. *Rimmã *Rinna Genes.38. Exodi 31. Ruth 1. Ibidem. Ibidem. Ruth 2. Ruth 1. Hieron.

tio aliquo modo significet, quod fecit stationem solis. Et vbi habem⁹. Viri mendacij: in Hebræo habetur, & viri Chozeba, & est hîc proprium nomẽ loci secundum Hebræos, q̃uis Chozeba, put nomen est appellatiuum, designet mendacium. pro eo aũt ꝙ habemus, & securus & recedens, in Hebræo habetur, & Ioas & Saraph. q̃uis verò Saraph possit interpretari incdens, tñ Ioas non interpretatur securus, neq; secũdum Hieronymum, neq; secundum Remigium, qui interpretati sunt Hebraica nomina. Et vbi habemus, & quę reuersæ sunt in Bethlehem: in Hebræo habetur, & habitatores Lehem seu Bethlehem. Est itaq; sensus secundum Hebręos: Et Iokim, hoc est, vir quidam famosus sic nominatus, & viri Chozeba, hoc est, à tali loco sic nuncupati. Et Ioas & Saraph, hoc est, viri sic dicti, qui mariti fuerunt in Moab, quia illuc iuerunt ad peregrinandum ex aliqua causa sicut Elimelech, & habitantes in Lehem seu Bethlehem, supplendum est, oẽs isti descenderunt de Sela. Et quia hæc diu ante tempora Regũ contigerunt, addidit Esdras: Hæc aũt verba vetera. Hæc Lyra, cui⁹ narrationi apparentiã cõfert, quod R. Paulus in hac parte ei non contradicit, quem constat satis pronum fuisse ad cõtradicendum Lyræ, habita causa vel occasione. ¶ Insupèr refert Lyra, dicũt Hebræi, ꝙ Elimelech non fecit solem stare orationibus suis, sed ex auaritia iuit ad terram Moab, nolens bona sua communicare Iudæis pauperibus ad ipsum recurrẽtibus. Dirca hæc dico, me credere B. Hieronymo, asserenti se in trãsferendo nihil mutasse de Hebraica veritate. Credo insupèr quod ꝓpter vniuersalem Ecclesiam spũsanct⁹ Hieronymũ in trãsferẽdo gratiose direxit: quia pręuidit, imò & præordinauit ipsam sanctam & nõ errantem Ecclesiam, trãslatione Hieronymi vti debere. Iterum credo veram esse Hieronymi narrationem prędictam, ꝙ s. Hebræi prędictum virum dicunt esse Elimelech, & ꝓ in diebus eius sol stetit ob causam inductam, atq; in hoc magìs est credendũ Hebræis illis trãsmarinis, inter quos fuit Hieronymus, q̃ citramarinis, inter quos conuersatus est Lyra, q rudissimos inexplicabilesq; habẽt errores. Illa quoq; Iudæorum quorundam narratio, ꝙ Elimelech cum suis iuit peregrè in terram Moab, non ex paupertate, sed cupiditate, supra Ruth euidenter est erprobata. Nec aliquo modo existimo, ꝙ in pessu isto tam arduo Hieronym⁹ ab Hebraica recessit veritate, præsertim cùm ante oculos suos tot translationes habuerit, vtpotè 70. Theodotionis, Symmachi, Aquilę, cũ peritissimis quoq; Iudęorum contulerit tam assiduè & intẽtè, vt ipsemet in multis locis testatur. Hoc item sciendum, ꝙ sunt aliqua nomina Hebraica ita æquiuoca, ꝙ nec Hieronymus, neq; Remigius vniuersas eorum significationes seu interpretationes expressit. Quẽadmodùm etiam quædam Latina sunt nomina ita æquiuoca, ꝙ oĩa eorum significata vix aliquis expositorum grammaticorum descripsit. [Hi sunt figuli habitantes in plantationibus & in sepibus apud reges in operibus eius, commoratiq; sunt ibì,] i. aliqui ex ꝑinductis viris natis ex Sela, & ex Ruth, fuerunt formatores vasorum testeorum siue formarum pro cupreis vasis fundẽdis, qui hubitauerunt in vineis & ædibus, & infra sepes aut murorum clausuras quas plantàrunt seu construxerunt. Nam agriculturis dediti erãt apud regem in operibus eius. Promoto etenim Dauid nato ex eorum tribu, facti sunt operarij eius, commoratiq; sunt ibì, vbi rex eius constituit, & eorum ministerio congruebat. Consequenter describitur progenies Simeonis, cuius genealogia statìm post descriptionem tribus Iudæ annectitur. Qm̃ trib⁹ Simeonis in medio filiorum Iudę sortem suam accepit, vt Iosu. 19. recitatur. [Filij Simeon] fuerunt [Namuel & Iamin, Iarib, Zarah, Saul: Sellum filius eius. Mabsam filius eius, Masma fili⁹ eius. Filij Masma, Hamuel filius eius, Zachur filius eius, Semmei filius eius. Filij Semmei 16. & filiæ 6. Fratres aũt eius nõ habuerunt filios multos.] Ponuntur hîc quinq; filij Simeonis. Veruntñ Gen. 46. ponuntur sex, sed vnus illorum hoc loco omittitur, quia de eo non est orta progenies aliqua, iuxta glossam, imò Numer. 26. hoc patet. Eadem quoq; nomina hîc & ibì aliqualiter variantur, vt intueutibus constat. [Et vniuersa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Iudæ] i. tribus Simeonis multo minor & impotentior fuit tribu Iuda, quę præ cæteris tribubus nobilior, copiosior & bellicosior fuit: ideò tribus Simeonis intra sortem Iudæ mãsiones sortita est ad sui sustentationem atq; munimen. Veruntamen in prima tribuum Israel numeratione, fuerunt in tribu Simeonis 9. millia 300. de Iuda verò 74. millia 600. vt Numer. 1. habetur. Porrò in secunda tribuum enumeratiõe fuerunt de Simeone duntaxat 22. millia 200. de Iuda verò 700. millia 500. & ita in terræ diuisione multùm distabat tribus Simeonis à numerositate filiorum Iuda. [Habitauerũt aũt in Bersabee filij Simeonis, [& Molada, & in Hazarsual, & in Balaa, & in Ezem, & in Tholad, & in Bathuel, & in Horma, & in Sicelag, & Beth Marchaboth, & Hazar Susim, & in Bethberei, & in Saarim] i. vrbe Bersabee sic dicta & alijs vrbibus, quæ exprimũtur in litera, quæ & Iosu. 19. describunt. [Hæ ciuitates eorũ vsq; ad regem Dauid.] Ad cuius verbi intellectum habendũ oportet scire, ꝙ tribus Iudæ tẽpore Iosuæ tot habuit vrbes, ꝙ vniuersas satis implere seu populare & occupare nequit. Habuit etiã hæc tribus vrbes dupliciter, putà p concessionem, i. omnes quas potuit expugnare, & per diuisionem sorte factam. Hinc aliquas vrbes suas mutuauit ad tẽpus tribui Simeonis, quas cùm tribus

Marginalia: Hieron. Remigius — Ruth 1. — Ibidem — Hierony. Remigius — Iosue 19. — Num. 26. — Iosuę 15.

bus Simeonis diu habitasset, noluit eas resignare tribui Iudæ: nec Saul, odiens ipsum David compulit tribum Simeonis ad illam resignationem. David aût regno adepto, compulit eam ad hoc. [Villæ quoq; eorum Etam, & Ain, Remmon & Thochen, & Asan, ciuitates quinq;, & vniuersi viculi eorum, per circumitum ciuitatum istarum, vsq; ad Baal. Hæc est habitatio eorum & sedium distributio. Mosobab quoq; & Iemlech, & Iosa, filius Amasiæ, & Ioel, & Iehu, filius Iosabiæ, filij Saraiæ, filij Asiel, & Elioe, Nai, & Iacoba, & Isohaia, & Asaia, & Adiel, & Ismiel, & Banaia, Ziza quoque filiꝰ Sephæi, filij Alon, filij Idaia, filij Zemri, filij Samaia. Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, & in domo affinitatum suarũ multiplicati sunt vehementer. Et profecti sunt, vt ingrederentur in Gador, vsq; ad orientem vallis, & vt quærerent pascua gregibus suis. Inueneruntq́; pascuas vberes & valdè bonas, in terram latissimam & quietã & fertilem, in qua antè habitauerant de stirpe Cham. Hi ergo venerunt, quos suprà descripsimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iuda, & percusserunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerunt eos vsq; in præsentẽ diẽ, habitaueruntq́; pro eis, qm̃ vberrimas pascuas ibidèm repererunt.] Hoc in loco nominatim ponuntur quidã viri potentes de semine Simeonis, qui magnas genuerunt posteritates, quę in simul cóglobatæ tempore Ezechiæ regis, percusserunt in loco qui dictus est Gador, populum quendam natum de genere Chananæorum, possederuntq́; terram eorum, quæ vberrima erat & pascualis; atq; per hoc aptissima Simeonitis istis, pecora copiosa habentibus: habuerunt quoq; ius faciendi hoc ipsum, quia ex Dei donatione terra Chananeæorũ fuit de iure pertinent ad Iudęos. [De filijs quoq; Simeon abierunt in montẽ Seir viri 500. habentes principes, Phaaltiam & Naariam & Raphiam & Oziel, filios Iesi, & pcusserunt reliqas Amalechitarum, quæ euadere potuerant] manus Hebræorum in alio prælio, qñ videlicet Saul Deo iubente pcussit Amalechitas, vel qñ David percussit eos qui Sicelach combusserunt, ex quibus 400. iuuenes ascensis camelis euaserunt, vt legitur 1. Reg. 30. Vel ex alia pugna cõsimili diffugerũt, atq; in mõtẽ Seir se collegerunt, & multa mala fecerũt ibidèm, seu etiam molesti fuerunt Israelitis aut specialiter Simeonitis, sicque iustum ꝑlium illis intulisse creduntur. [& habitauerunt ibi pro eis vsq; in diem hanc.] Postremò ex descriptione ista expugnationis Chananæorum à Simeonitis tempore Ezechiæ, elicitur, quod pręscriptio non valet, si titulus iustus non fuit. 1. Reg. 15.

¶ Expositio. Cap. 5. Filij quoq; Ruben primogeniti Israel. Art. 5.

GEnealogia tribus Ruben hîc recitatur. [Filij quoq; Ruben primogeniti Israel] i. ipsius Iacob, qui alio nomine dictus est Israel, supple fuerunt, q infrà habentur in textu. [Ipse quippe] Ruben [fuit primogenitus eius] s. Israelis, [sed cùm violasset torum patris sui,] dormiendo cum Bala coniuge patris sui, prout Gen. 35. describitur, [data sunt primogenita eius filijs Ioseph filij Israel;] videlicet Ephraim & Manassæ, id est, eo ipso quo tam flagitiosum & fœdum commisit incestum, meruit iure ac dignitate primogenituræ priuari, & posteà eis priuatus est, qñ videlicet S. Iacob morti iam proximus, filijs suis benedixit, atq; ad Ruben inter cætera dixit: Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui. [Et nõ est reputatus ille in primogenitum.] Pręterea ius primogenituræ in lege naturæ tria bona in se cõpræhendit, videlicet duplicem portionẽ hæreditatis, & q̃tùm ad hoc, translatum fuit ad filios Ioseph, qbus Iacob duplicem assignauit funiculum, & eos in duas diuisit tribus, atq; sublimiter benedixit, queãdmodùm Gen. 48. narratur. Secũdum ꝙ ad ius primogenituræ pertinuit, fuit sacerdotium, quia in lege naturæ primogeniti fuerant sacerdotes. Et q̃tùm ad hoc, translatum fuit ad tribum Leui. Tertium est dignitas pricipatus. Vndè Iacob dixit ad Ruben: Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, prior in donis, maior in imperio: & quo ad hoc, translatum fuit ad tribũ Iuda. Hinc subditur: [Porrò Iudas q erat fortissimus inter fratres suos,] fuit eñ cęteris fortior corpore, imò & prudẽtior atq; facũdior, vt videt, Ioseph excepto. [de stirpe eiꝰ principes germinati sunt] i. reges vsq; ad Zedechiam. Multis eñ doniꝰ oĩpotẽs dñs ornauit ꝑsonam Iudę ac tribum ipsius, quia ex eo incarnari elegit. [primogenita aût reputata sunt Ioseph. Filij ergo Rubẽ primogeniti Israel] fuerunt [Henoch & Phalu, Hesrom & Charmi,] q Gen. 46. sic nominanť. [Filij Ioel] nati ex Ruben, [Samaia filius eius, Gog filius eius, Semmei filius eius, Micha filius eius, Reaia filius eius, Baal filius eius; Beera filius eius, quem captiuũ duxit Theglatphalasar rex Assyriorũ.] Hunc Beera Glossa interlinearis insinuat esse patrem Osee prophetæ, q in principio ait sui voluminis. Verbũ dñi ꝙ factum est ad Osee filium Beeri. Qualiter aût rex pręfatus cępit aliquas vrbes Samariæ, 4. Reg. 17. & 18. habetur. [Et] Beera iam præfatus, [fuit princeps in tribu Ruben,] i. vnus de principaliorib9 in tribu illa post regẽ, sicq; Osee erat spectabilis genere. [Fratres aût eius & vniuersa cognatio eius qñ numerabantur per familias suas, habuerunt principes Iehiel & Zachariam. Porrò Bala filius Azan, filij Semma, filij Ioel, ipse habitauit in Aroer] i. loco seu oppido sic vocato trãs Iordanem. [vsq; ad Nebo] i. montem illum ex quo Moses contẽplatus est terram promissionis. [Et Baalmeon,] quia vsq; ad loca illa montanã occupauit terrã interiacentẽ cum fami

Gen. 32. 35.
Genes. 49.
Numer 3.
Gen. 49.
Osee 1.

lijs atq; pecoribus suis. [Contra orientalem quoq; plagam habitauit vsq; ad introitum eremi & flumen Euphraten. Multũ quippe numerum iumentorum possidebant in terra Galaad. In dieb' aũt Saul regis Israel p̃lati sunt] Rubenit̨ę[cõtra Agarenos] natos ex Agar cõiuge Abrahæ, [& interfecerunt illos, habitaueruntq; p̃ eis in tabernaculis eorũ in oĩ plaga, quæ respicit ad orientẽ Galaad. Filij verò Gad e regiosè eorũ habitauerunt] i. exposito. s. fortis Rubeni-
Num. 23. tarũ, [in terra Basan,] q̃ Moses eis distribuit, prout in lib. Num. refertur; [vsq; in Selcha. Ioel in capite] i. capitaneus, vel in superiori parte loci illius, [& Saphan secundus] post illum, [Iaanai aũt & Saphat in Basan. Fratres verò eorũ secundum domos cognationũ suarum, Michael & Mosollã, & Seba, & Iorai, & Ioachã, & Zia, & Eber, septẽ. Hi filij Abihail, filij Huri, filij Iaroach, filij Galaad, filij Michael, filij Iesisai, filij Iohaddo, filij Bus. Fratres quoq; filij Abdiel, filij Huni, principes domus in familijs suis, & habitauerũt in Galaad, & in Basan, & in viculis eius, & in cunctis suburbanis Saron, vsq; ad terminos. Oẽs hi numerati sunt in diebus Ioa-
3. Re. 12, 13. than regis Iuda, & in diebus Hieroboã regis Israel.] Si p̃ Hieroboam intelligat̃ Hieroboã filius Nabath, qui tẽpore Roboam filij Salamonis regnauit sup̃ decẽ tribus, dicendũ erit, q̃ hi
4. Reg. 13. de quibus loquit̃ litera, bis numerati fuerunt, q̃a Hieroboã ille diu ante Ioathan regnauit & obijt. Si verò p̃ Hieroboã intelligat̃ filius Ioas natus ex Iehu, potuit esse numeratio vna, q̃m ille fuit cõtemporaneus Ioathan regi. Numerati sunt autem fortassis ex imperio regis sui, vel quando fuerãt congressuri. Et si numeratio venit ex elatione, nec iuxta legẽ offerebant q nu-merabantur, vitiosa fuit numeratio illa, dato q̃ in p̃senti non fuit punita, vt ea quæ facta est, David iubente. Electos quidẽ punit dñs in p̃senti, reprobos verò reseruat futuris supplicijs,
Numer. 7. quanq̃ etiam in pręsenti aliq̃n puniantur. [Filij Ruben, & Gad, & dimidiæ trib' Manassæ, viri
2. Reg. 24. bellatores scuta portãtes & gladios, & tendẽtes arcum, eruditiq; ad prælia, quadragintaquatuor millia, & septingentisexaginta, p̃cedentes ad pugnam, dimicauerunt contra Agarenos.] Hic recitatur, qualiter filij Israel ex Ruben & Gad ac Manasse progeniti, & trãs Iordanẽ commorati, debelleuerunt Agarenos, & miram ac magnem obtinuerunt victoriam ac maximam prædam, quoniã crediderunt in dñm, & eum p̃liando inuocauerunt. [Ituræi verò & Naphæi & Nodab] i. viri nati ex filijs Ismaelis, [p̃buerunt eis auxiliũ] i. adiuuerũt eos, videlicet Aga-
Genes. 25. renos tanq̃ cognatos suos. Siquidem in Genesi Itur & Naphis inter Ismaelis filios computãtur. Et ab illo Itur dicti sunt Ituræi, atq; à Naphis Naphæi. Circa hoc scribit Lyra: Dicunt quidam expositores nostri, quòd isti pręfati fuerunt de filijs Israel, & ideò eos iuuerunt. Hebręi autem meliùs dicunt, q̃ fuerunt de Agar per Ismaelem. Quo circa dico, q̃ nec Hieronymus, nec Glossa, nec Rabanus, nec aliquis expositor authenticus quẽ vidi, dicit illos fuisse de filijs Israel, sed de Ismaelitis: ideò in hoc non erant Hebræi catholicis p̃ferendi, cùm & Catholici hæc iure exponãt. [Traditiq; sunt in manus eorum Agareni, & vniuersi qui fuerant cum eis, quia Deum inuocauerunt] filij Ruben & Gad [cùm pręliarẽtur,] sicq; in actu pugnandi erant
2. Matt. 15. Deo intenti, similes Iudæ Machabæo & adiutoribus, de quibus secũdo Machabæorum legitur, q̃ cõgressi sunt manibus quidẽ pugnantes, cordibus aũt Dominum exorantes. [Et exau-
Heb. 11. diuit eos, eo q̃ credidissent in eum.] Nam sancti p̃ fidem vicerunt regna. [Ceperuntq; om̃ia quæ possederãt, camelorum quinquaginta millia, & ouium ducenta quinquaginta millia, asinos duo millia, & animas hominum cẽtum millia. Vulnerati autem multi corruerunt. Fuit em̃ bellum Dñi. Habitaueruntq; pro eis] i. in terra Agarenorum [vsq; ad transmigrationem] i. quousq; pro suis excessibus traditi sunt Assyrijs. [Filij quoq; dimidiæ tribus Manassæ possederunt terram à finibus Basan vsq; ad Baal, Hermon, & Sanir, & montem Hermon. Ingens quippe numerus erat. Et hi fuerẽt principes domus cognationis eorum, Epher, Iesi, & Eliel, Azriel, & Hieremia, & Odoia, & Iadiel, viri fortissimi & potentes, & nominati duces in familijs suis.] Textus difficultatem nõ habet. [Reliquerunt autem] dominũ [Deum patrum suorum] per mentis auersionem ab ipso, & per diuinæ legis transgressionem.] Et fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit dominus coram eis,] i. dijs gentium impiè adhęserunt ac seruierunt, q̃ est fornicatio spiritalis & adulteriũ aĩæ, sponsum Deum deserẽtis, atq; dęmonibus cõsentientis, quibus se cõstuprandã exponit. [Et suscitauit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorũ, & spiritũ Theglatphalasar regis Assur,] i. voluntates seu animas regum istorum instigauit ad impugnandum impios illos filios Israel idololatras. Et abstulit Ruben & Gad & dimidiam tribũ Manassæ.] Inquantùm em̃ filij Israel meruerunt sic impugnari, vastari, transferri, & inquantùm iustè facta sunt illa, Deus per se & angelos sanctos mouit Assyrios, tanquã instrumenta, seruos & exequutores diuinæ iustitiæ contra Israelitas: inquantùm verò Assyrij peruersa intentione & corde crudeli punierunt illos Iudæos, instigabant̃ ab angelis malis, q̃ & Dñs permissiuè fecisse asseritur. [& adduxit eos in Hala & in Habor & Ara,] i. in loca seu oppida sic vocata, [& fluuiũ Gozam,] i. iuxta flumen sic nuncupatum, [vsque in diem hanc.] Veruntamen vt ex quarti Regum 15. & 17. habetur, Phul & Theglatphalasar reges Assyriorum cœperunt hæc facere, sed Salmanazar rex Assur magìs compleuit.

¶ Ex-

¶Explanatio cap. 6. Filij Leui Gerson, Cahat & Merari. Art. VI.

Filij Leui, Gerson, Cahath & Merari. Filij Cahath, Amram, Isaar, Hebron, & Oziel. Filij Amram, Aaron, Moses & Maria. Filij Aarō, Nadab & Abihu, Eleazar & Ithamar. Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue, Abisue verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, Ozi genuit Zachariā, & Zacharias genuit Meraioth. Porrò Meraioth genuit Amariā, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas, Achimaas genuit Azarjā.] Ista in libris Mosis frequenter sunt habita atq; exposita. Describitur aūt ordio successionis summi sacerdotis ab Aaron vsq; ad transmigrationē in Babylonem, & plana est litera. Deindè inter cætera dicitur: [Azarias aūt genuit Iohanan, Iohanan] pontifex [genuit Azariam. Ipse] videlicet Azarias, [est qui functus est sacerdotio in domo, q̄ ædificauit Salamon in Hierusalem,] i. in templo Salamonis, in quo videlicet tēplo etiam alij multi sacerdotes benè functi sunt. Cur ergo dicit̄ istud specialiter de hoc Azaria? Respondetur, quòd ideo, quia viriliter restitit Oziæ regi vsurpanti sibi sacerdotale officiū in thurificando. [Genuit aūt Azarias Amariam. & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellū, Sellum genuit Helchiam, Helchias genuit Azariam, Azarias genuit Saraiā, & Saraias genuit Iosedec.] Dicunt quàmplurimi hunc Iosedec Esdram fuisse, cùm & in lib. Esdræ legat̄: Post hæc in regno Artaxerxis Esdras filius Saraiæ, &c. Saraiam autē sacerdotē primum occidit rex Babylonis, ipsumq; Iosedec transtulit in Chaldæā. [Porrò Iosedec egressus est, quando transtulit dn̄s Iudam & Hierusalem, p manus Nabuchodonosor, Filij ergo Leui, Gerson, Cahath & Merari. Et hæc noīa filiorū Gerson, Lobni & Semei. Filij Cahat, Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel. Filij Merari, Moholi & Musi. Hæ autē generationes Leui secundū familias eorum: Gerson, Lobni filius eius, Iahath filius eius, Zamma fili⁹ eius, Ioah filius eius, Addo filius ei⁹, Sarah filius eius, Ieathrai filius eius. Filij Cahath, Aminadab fili⁹ eius, Chore filius eius, Asir filius eius, Elchana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius. Tahath filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius. Filij Elchana, Amasai, & Achimoth, & Elchana. Filij Elchana, Sophai filius eiu⁹, Nabath filius eius, Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elchana filius eius. Filij Samuel, primogenitus Vasseni, & Abia. Filij aūt Marari, Moholi Lobni filius eius, Semmei filius eius, Oza filius eius, Sammaa filius eius, Haggia fili⁹ eius, Asaia filius eius. Isti sunt quos constituit Dauid sup cantores domus dn̄i, ex quo collocata est arca, & ministrabant coram tabernaculo testimonij, canētes, donec ædificaret Salamon domum dn̄i in Hierusalē. Stabāt aūt iuxta ordinē suum in ministerio.] Sanctus Dauid zelo diuini honoris totus ignitus, optaui Deo ædificare templū cedrinū, & prohibitus fuit: attamē ante hoc fecerat Dauid tabernaculū, ad ponendum in eo arcam, in quo cùm eā cōstituisset, instituit ibi tres choros cantorum, quibus vicissim præfuerunt diuersi. Veruntn̄ vnicuiq; turmæ cantorum, q & Leuitæ fuerunt, vnus præfuit principalis, ita q erant tres principales sic præsidentes, nati ex tribus filijs Leui. Nam Heman natus ex Cahat filio Leui, præfuit turmæ cātorum, quæ erat in medio: Asaph verò ex Gerson pgenitus, princeps extitit chori ad dexteram existētis. Ethan verò ex semine Merari, erat super chorū cantorū existentiū ad sinistrā. Canebāt aūt psalmos ordinatè, & tempore præstituto, donec ædificaret Salomon domum dn̄i, i. templum in Hierusalem, non q templo Salomonis constructo, ipsi, eorùmve posteri cantare cessauerint. Hi verò sunt, qui assistebant cum filjs suis, de filijs Cahat, Heman cantor, filius Ioel, filij Samuel, filij Elchana, filij Ierohā, filij Eliel, filij Thoah, filij Suph, filij Elchana, filij Mahath, filij Amasai. filij Elchana, filij Ioel, filij Azariæ, filij Sophoniæ, filij Thahath, filij Asir, filij Abiasaph, filij Chore, filij Isaar, filij Cahath, filij Leui, filij Israel, & frater eius] videlicet ipsius Heman, ipse [Asaph,] non q fuit frater illius vterinus & immediatus, sed quia ex eadem stirpe Leuitica oriundus, [qui stabat à dextris eius,] stetit enī ad dexterā, & ipse Ethan in medio, [Asaph filius Barachiæ, filij Samaa, filij Michael, filij Baasaiæ, filij Melchiæ, filij Athani, filij Zarah, filij Adaia, filij Ethan, filii Zamma, filij Semei, filij Iahath, filij Gerson, filij Leui. Filij aūt Merari fratres eorū ad sinistrā Ethan, filius Chusi, filij Abdi, filij Moloch, filij Hasabiæ, filij Amasiæ, filij Helchiæ, filij Amasi, filij bonni, filij Somer, filij Moholi, filij Musi, filii Merari, filij Leui. Fratres quoq; eorum Leuitæ,] quia erant ex semine Leui sicut prædictum est, [qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus dn̄i] i. vnusquisq; eorum exercuit officium sibi præfixum. Nam quidam eorum ostiarij erant seu Ianitores. Alij animaliū oblatorum pelles detrahebant, aut alio modo circa sacrificia sacerdotibus obsequebant̄. Nonnulli verò custodes erant vasorum, quod totum pleniùs infrà describitur. [Aaron verò & filij eius adolebant incensum super altare holocausti, & sup altare thymiamatis in oē opus sancti sanctorum, & vt precarentur pro] filijs [Israel, iuxta oīa quæ præceperat Moses seruus Dei.] In tabernaculo Mosis, & item in templo Salamonis vnum fuit altare in atrio, quod vocabatur altare holocausti seu holocaustorum: non quòd sola holocausta offerebātur in eo, sed à digniori hoc nomē sortitum est. Inter sacrificia quippe dignissimum extitit holocaustum, quod

Genes. 4.
Exodi 6.
Num. 26.
2. Par. 26.
1. Esdræ 7.
2. Reg. 7.
1. Paral. 25.
1. Para. 26.
Exod. 25.
3. Reg. 6.

tribus Isachar, Cedes & suburbana eius, & Daberath cum suburbanis suis, Ramoth quoq; & suburbana eius, & Anem cum suburbanis suis. De tribus vero Aser, Masal cum suburbanis suis, & Abdon similiter, * Hucoc quoq; & suburbana eius, Rohob cũ suburbanis suis. Porro de tribu Nephthali, Cedes in Galilæa & suburbana eius, Hamon cum suburbanis suis, & Cariathiarim cũ suburbanis ei⁹. Filijs aũt Merari residuis, de tribu Zabulon, Remmono & suburbana eius, & Thabor cũ suburbanis suis. Trans Iordanẽ quoq; ex aduerso Iericho, cõtra orientem Iordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cũ suburbanis suis, & Iassa cũ suburbanis suis. Cademoth quoq; & suburbana eius, & Mephath cũ suburbanis suis. Nec nõ de tribu Gad, Ramoth in Galaad & suburbana eius, & Mahanaim cum suburbanis suis. Sed & Hesebon cũ suburbanis suis, & Iezer cũ suburbanis suis.] Hæc omnia plana sunt, atq; in libris prçallegatis, præsertim Iosuæ, exposita sunt. ¶ Iuxta spiritualem intelligentiam, per tres principes cantorum, videlicet Heman, Asaph & Ethan, significãtur prædicatores, doctores, prçlati, qui sanctæ & superbeatissimæ trinitatis fidem & Euangelium mundo euangelizant.

* Asach
* Haot.
Iosue. 20.

¶ Explanatio cap. 7. Porrò filij Isachar, Thola & Phua, Iasub & Simeron quatuor. Art. 7.

Nunc describũtur aliarum tribuum filij. [porrò filij Isachar,] qui fuit quintus filius Iacob ex Lia, fuerunt [Thola & phua, Iasub & Simeron, quatuor:] qui & in Gen. eodẽ ordine exprimuntur. [Filij Thola, Ozi & Raphaia & Ieriel & Iahamai & Samuel principes per domos cognationum suarũ. de stirpe Thola numerati sunt] per Ioab [in diebus Dauid,] qui culpabiliter iussit populũ numerari, [viri fortissimi,] i. viri valdè fortes corpore. Qui aũt A quot fuerint fortes mente, hoc est, virtuosi, dñs nouit, qui scit quos elegit. [vigintiduo millia sexcenti. Filij Ozi Israhaia, de quo nati sunt Michael & Obadia & Ioel & Iesia, quinq; oẽs principes cum eis per familias & populos suos, accincti ad prælium, viri fortissimi, triginta & sex millia. Multas aũt habuerunt vxores & filios, Fratres quoq; eorũ per oẽm cognationẽ Isachar, robustissimi ad pugnandũ octogintaseptẽ millia numerati sunt. Consequenter gñatiõ Beniamin describitur breuiter, quæ sequenti capitulo diffusiùs est descripta. [Filij Bẽiamin, Bale & Bochor & Iadiel tres] nõ est intelligendum ꝙ Beniamin nõ habuerit nisi tres filios, cùm in Gen. legatur decem filios habuisse, sed isti fuerunt tres filij eius seniores, tñ qui vocatur hîc Bochor, ibì dicitur Bechor: & hic Iadiel, ibì Asbel, sic & in alijs nominibus hic & ibì expressis, quãdoq; quædam varietas inuenit, quẽadmodum & in Latinis nominibus ꝓprijs sæpè contingit. [Filij Bale, Esbon & Ozi & Oziel, & Ierimoth & Vri, quinq; principes familiarum & ad pugnandũ robustissimi. Numerus aũt eorum vigintiduo millia & trigintaquatuor. Porrò filij Bochor, Zamira & Ioas & Eliezer & Elioenai & Amri & Ierimoth Abia & Anathoth & Alamath. Oẽs hi filij Bochor. Numerati sunt aũt per familias suas, principes cognationum suarũ, ad bella fortissimi, viginti millia & ducenti. Porrò filij Iediael, Balan. Filii aũt Balan, Iehus & Beniamin & Ahud & Chanaana & Sethan & Tharsis & Abisahar. Oẽs hi filij Iediael, principes cognationũ suarũ, viri fortissimi, decẽ & septẽ millia & ducenti ad prçlium ꝓcedentes. Suphim quoq; & Huphim filij Hir, & Husim filij Aher. Filij aũt Nephthali, Iahasiel & Guni & Ieser & Sellum filij Bala. Porrò fili⁹ Manassæ, Asriel, cõcubinaq; ei⁹ Syra,] putà ipsius Manassæ, [peperit Machir patrem Galaad.] Nam Machir habuit filium nomine Galaad. Machir quoq; fuit dominus terræ Galaad pro magna parte. Circa hoc ferẽ in Glossa: Concubina hæc Syra dicitur fuisse filia filij Laban Syri, quæ fame cogente, à patre in Aegyptum ducta, sumpta est misericorditer in coniugum à Manassæ, qui horreis præerat, cibarijs datis patri concubinæ præfatæ. Sicq; videtur vocari Syra, quia à regione Syriæ Mesopotamia fuit, & dicitur concubina, quanuis vxor extiterit, sicut Bala & Zelpha concubinæ sancti Iacob vocantur. [Machir autem accepit vxores filijs suis, Huphim & Suphim, & habuit sororem nomine Maacha. Nomen autem secundi Zalphahad. Natæq; sunt Zalphahad filiæ, & peperit Maacha vxor Machir filium, vocauitque nomen eius Phares. Porrò nomen fratris eius Sare, & filij eius Vlam & Recem. Filius autem Vlam, Badan. Hi sunt filij Galaad filij Machir, filij Manassæ: soror autem eius Regma peperit virum decorum, & Abiezer & Mohola. Erant autem filij Semida, Ahaian & Sechem & Lechi & Ananian.] Filiæ istius Zalphadad quinq; erant, quæ fratrem non habuerunt, ideò petierunt hæreditatem à Mose, vt in libro Numerorũ legitur. Hunc Zalaphahad quidã dicunt fuisse illum qui lapidibus obrutus est, eo ꝙ ligna collegit in sabbato. Attamen super Numerorum librum potiùs tantum est & probatum huius oppositum. [Filij autem Ephraim, Suthalab, Bared filius eius, Thahath filius eius, Ellada filius eius, Thahath filius eius, & huius filius Zabad, & huius filius Suthalach; & huius filius Eser, & Eliad. Occiderunt aũt eos viri Geth indigenæ] i. Gethæi ciues loci illius, [quia descenderant vt inuaderent possessiones eorum.] Circa hoc scribit Hieronymus: Fabulãtur Hebræi, ꝙ filij Ephraim, patre eorũ viuẽte, congregata multitudine, conati sunt terram promissionis intrare, & in Geth Palæstinorum occisi sunt. Vndè cæteræ tribus tẽpore Mosis per desertum sunt inductæ, ne eundo per terram Philistijm, ossa fratrum suórum viderẽt, & huic

Genes. 30.
Genes. 46.
2. Reg. 24.
Genes. 46.
Genes. 50.
Deuter. 3.
Genes. 30.
Nume. 36.
Numer. 15.
Hieron.

& Samsari, & Sooria, & Otholia, & Iersia, & Helia, & Zechiri filij Ieroam. Hi sũt patriarchæ & cognationum principes, qui habitauerunt in Hierusalem. [Fuerũt eñ patres præcipui in cognationibus suis. Vrbs verò Hierusalem in sorte Beniamin fuit, & pro parte in tribu Iuda. [In Gabaon aũt habitauerunt Abi] i. pater seu principalis vir [Gabaon,] & qui sub eo fuerũt, [& nomen vxoris eius Maacha, filiusque eius primogenitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab, Gedur, & Ahio, & Sachar, & Macelloth. Et Macelloth genuit Samaa. Habitauerũtq; ex aduerso fratrum suorum in Hierusalem cum fratribus suis. Ner aũt genuit Cis.] Iam dictũ est, ꝙ Abi seu pater Gabaon genuit Cis. Quomodò igitur Ner genuit Cis, nisi fortè ipse Ner dicatur fuisse Gabaon pater? ¶Porrò 2. Reg. legitur, & alibi, ꝙ Abner fuit filius Ner, sicq; Abner fuisset auunculus ipsius Saul, cùm subiungatur: [& Cis genuit Saul.] Multi verò fatentur, ꝙ Abner & Saul fuerunt duorum filij fratrum. [Porrò Saul genuit Ionathan, & Melchisue, & Abinadab, & Hisbaal] qui in Regum Isboseth appellatur. [Filius aũt Ionathan] fuit [Miribbaal,] Qui Reg. 2. vocatur Mephiboseth. [Et miribbaal genuit Micha. Filij Micha, Phiton, & Melech, & Tharea, & Ahab. Et Ahab genuit Ioada. Et Ioada genuit Asmoth, & Asmoth, & Zamri. Porrò Zamri genuit Moosa, & Moosa genuit Maana, cuiꝰ filius fuit Raphaia, de quo ortus est Elasa, qui genuit Asel. Porrò Asel rex filij fuerunt, his nominibꝰ: Ezricham, Bochri, Ismael, Saria, Obdia, & Hanan. Omnes hi filij Asel. Filij aũt Esec fratris eius, Vlam primogenitus, & Hus secundus, & Eliphaleth tertius, fueruntq; filij Vlam viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum, & multos habẽtes filios ac nepótes vsq; ad centum quinquaginta.] In aliquibus textibus additur millia, sed addẽdum non est: nec in libris correctis, nec in Hebræo habetur. Additq; Lyra, ꝙ in tota tribu Beniamin non erant tot viri bellatores, ꝙ incertũ videtur. Nam qñ Ioab populũ numerauit, erant in tribu Iuda quadringenta septuaginta millia, vt infrà habetur, & in 2. Reg. lib. libri correcti habent, quòd erant quingenta millia. Vndè videtur ꝙ in tribu Beniamin erant benè centũ quinquaginta millia tempore illo, aut plures. Secundo quoq; Reg. Lyra fatetur, quod numerus filiorum Leui ac Beniamin, quos Ioab non numerauit, benè ascendit vsq; ad trecenta millia. Omnes hi filij Beniamin.

Iosue 18.
1. Reg. 14.
2. Reg. 2. 3.
1. Reg. 9.
2. Reg 2.
1. Paral. 9.
2. Reg. 24.
Ibidem

¶Declaratio cap. 9. Vniuersus ergo Israel dinumeratus est &c. Artic. IX.

VNiuersus ergo Israel dinumeratus est] hoc est, viri vniuersarum tribuum Israel, [& summa eorum scripta est in libro Regum Israel & Iuda.] Ex hoc videtur ista dinumeratio esse intelligenda de ea quam Ioab fecit ex præcepto Dauid. Nam illa duntaxat in libro Reg. descripta est. ¶Sed obijci potest, quod in illa non fuerunt numerati filij Leui ac Beniamin. Ad quod poterit respõderi, ꝙ præfata sint per synecdochen accipienda. Veruntamen Glossa Interlinearis, dicit istud intelligi posse de numeratiõe facta per Dauid, vel per Salamonem, vel per quemlibet alium regem. Vndè & Glossa Hebraica. vt refert Lyra, hîc dicit, quod liber iste, in quo scriptæ sunt genealogiæ horum plenæ vsq; ad minima, nõ habetur, sicut nec liber Ahiæ Silonitis, nec liber Addo Videntis, & alij libri qui in scripturis allegantur, nec tamen supersunt. ¶Porrò infrà secundo libro narratur, qualiter Iosaphat rex habuerit principes quinq;. & quot viri sub vnoquoq; illorum extiterint. [Translatiq; sunt in Babylonem ꝓpter delictum suum.] Non quod vniuersus Israel seu duodecim tribus in Babylonem translatus sit, sed populus regni Iuda pro maxima parte, propter multa abominabilia crimina sua. De translatione verò aliarum tribuum seu regni Israel in terram Assyriorum, suprà iam dictum est. [Qui autem habitauerunt primi in possessionibus & in vrbibꝰ suis] hoc est, qui post reditum à Babylonica captiuitate, rursus cœperunt primò inhabitare pristina loca & oppida, fuerunt [Israel] id est, quidam de plebe communi, [& sacerdotes & Leuitæ, & Nathinnæi] hoc est, posteri Gabaonitarum, qui à tempore Iosuæ conuersi fuerunt ad Iudaismum, comportaueruntque aquam & ligna in domum Dei. [Commorati sunt in Hierusalem] post reditum à Chaldæa, quidam [de filijs Iuda, & de filijs Beniamin:] quia ad has duas tribus vrbs illa pertinebat. [De filijs quoq; Ephraim & Manassæ.] Quando decẽ tribus transferebantur, & antè ac posteà multi ex tribubus illis cõfugerunt ad regnum Iudæ sub Ezechia alijsq; tẽporibus, & multi ex illis fuerunt cum populo Iudæ in Babylonem translati, qui euolutis septuaginta annis, in propria persona, vel in sobole sua ad Iudæá reuersi sunt, & quidam ex ipsis in Hierusalem commorari cœperunt. Erat aũt tunc magis necessariũ, quòd vrbs illa satis popularetur, & sufficiẽter inhabitaretur, quoniam erat præcipua & metropolis regñi, & tẽplum erat in ea, Pluresq; ex gentibus, præsertim Samaritæ, de quibus in Esdra habetur, eius ac tẽpli ędificationem impedire ac demoliri nitebantur, ita quòd prælia imminebãt assiduè habitatoribus Hierusalem. Propter quod periculosum erat cõmorari in ea. Hinc qui ex deuotione, & sponte se obtulerunt ad manendum in ea, specialiter laudabantur, ac benedicebantur à populo, & & non sufficientibus illis, missæ sunt sortes, ad sciendum qui ex toto populo cõmorarentur in vrbe illa, vt Nehemias recitat. Hi ergo nunc exprimuntur & describũtur cum suis genealogijs. [Othæi filius Ammiud, filij Emri, filij Omrai, filij Bonni. De filijs Phares filij Iuda, & de Siloni

Ibidem
2. Para. 20.
Iosue 9.
Iosue 18.
4. Re. 17 18.
Ibidem.

Siloni Asaia primogenitus, & filij eius. De filijs autem Zara, Iehuel & fratres eorum, sexcenti nonaginta. Porrò de filijs Beniamin, Salo filius Mosollam, filij Oduia, filij Asana, & Iobania, filius Ieroham, & Hela filius Ozi, filij Mochori, & Mosollam, filius Saphatiæ, filij Rahuel, filij Iebaniæ, & fratres eorũ, p familias suas, nongenti quinquagintasex. Oẽs hi principes cognationũ per domos patrum suorũ.] Qui etiam in 2. Esdræ libro conscripti sunt, sed vocabula hic & ibi diuersimodè variantur, eo quòd aliqui hic nominentur, qui ibi non nominantur. Vel quia eadem persona plura habuit nomina, vel quoniam idem nomen quandoq; variatur

4.Reg.23. in principio vel in fine. [De sacerdotibus aũt Iedaia, Ioiarib, & Iachim. Azarias quoq; filius Helchiæ, filij Mosollam, filij Sadoc, filij Maiaroth, filij Achitob, pontifex domus Dei.] Secũdum Glossam, iste fuit Helchias, qui sub Iosia rege inuenit librum legis in templo, vt 4. Reg. habetur, & dicitur fuisse pater Hieremiæ pphetæ. [Porro Adaias filius Ierohan, filii Phasor, filij Melchia & Maasia, filius Adihel, filij Iezra, filij Mosollam, filij Mosolamoth, filij Emmer, fratres quoq; eorum principes, per familias suas, mille septingenti sexaginta, fortissimi robore, ad faciendum opus ministerij in domo Dei. De Leuitis aũt, Semeia filius Assub, & filij Ezricam, filij Hasabia, de filijs Merari. Bachacar quoq; carpẽtarius.] Qui secundum quosdam sic nuncupatur, qm̃ præfuit carpentarijs in domo dñi. Sed Leuitæ opera talia non exercebant mechanica, attamen glossa interlinearis affirmat, q̃ suo officio fungebatur in domo Dei. [Et Galal, & Mathania filius Micha, filij Zechri, filij Asaph, & Obdias filius Semeiæ, filij Galal, filij Idithun, & Barachia filius Aza, filij Elcana, q habitauit in atrijs Metophati. Ianitores aũt Sellum, & Achub, & Talmon, & Ahiman, & frater eorum Sellum princeps, vsq; ad illud tempus in porta regis vicissim ad orientem obseruabant per vices suas, de filijs Leui.] Porta ista adhuc pristinum nomen retinuit, q̃uis iam templum & domus regis essent destructa. [Sellum verò filius Choræ, filius Abiasaph, filij Choreh cum fratribus suis & domo patris sui.] In isto capitulo ponuntur interdũ hæc nomina, Phinees, Eleazar, Zadoc, Asaph, Idithun, Chore, &c. Propter q̃ quidam ista exponunt de illis antiquis famosis & sanctis, eorumq́; filijs. Alij exponunt de his qui post reditum à Chaldæa fuerunt, eademq́ue cum illis antiquis sortiti sunt nomina.] Hi sunt Choritæ super opera ministerij, custodes vestibulorum tabernaculi.] i. de semine Choræ nati sunt isti deputati ad Dei cultum, qui & atria templi seu tabernaculi custodire habebant. [& familiæ eorum per vices, castrorum domini custodientes introitum. Phinehes autem filius Eleazar erat dux eorum coram domino. Porrò Zacharias filius Mosolamia, ianitor portæ tabernaculi testimonij. Omnes hi electi in ostiarios per portas ducenti duodecim, & descripti in villis pprijs, quos cõstituerunt Dauid & Samuel vidẽs in fide sua, tam ipsos q̃ filios eorum, in ostijs domus dñi & in tabernaculo, vicibus suis] hoc est, istos præordinauerunt instituendos, fideliter progenitores ipsorum instituendo. Nam & tempore Sa-

1. Reg. 17. muelis fuit tabernaculũ Mosis, in quo dispositi erãt diuersi ministri. Per quatuor ventos erãt [ostiarij, i. ad orientem, & ad occidentem, & ad aquilonem, & ad austrum] i. quidam eorum erant custodes ianuæ atrij, respicientes ad orientem, quidam præerant custodiæ ostij, quod vergebat ad occidentem, sicq; de alijs sentiẽdum. [Fratres aũt eorum in viculis morabãtur.] i. villulis extra Hierusalem, quia nec omnes poterant conuenienter in Hierusalem cõmorari, aut pariter ministrare, sed singuli in ordine vicis suæ. ideò subditur, [& veniebant] in Hierusalem [in sabbatis suis de tempore vsq; ad tempus,] i. à tempore quo eorum obsequium de-

*erat buit inchoare, & erant ibi vsq; ad finem sui obsequij. [His quatuor Leuitis creditus * est oĩs numerus ianitorũ] hoc est, cæteri ianitores erant commissi ac subditi quatuor principalibus ostiorum custodibus. [Et erant] hi quatuor [super exedras, custodiẽtes exedras] i. ædes siue domunculas circa tẽplum cõstructas, in quibus sacerdotes & Leuitę tẽpore sui obsequij vescebant & quiescebant. [& thesauros domus dñi: per gyrum quoq; tẽpli dñi morabãtur in custodijs] hoc est, habitaculis & obseruationibus [suis, vt cùm tẽpus fuisset, ipsi manè aperirent fores] tẽpli hora pordinata. [De eorum grege] i. genere [erãt & sup vasa ministerij,] hoc est, aliqui nati ex eis, custodiebãt sacra vasa cultus diuini. Ad numerũ eñ & inferebantur vasa, & efferebantur] i. cũ diligenti & certa cõputatione exponebantur ad vsum in tẽplo, & reponebantur in suis custodijs, [de ipsis: & qui credita] sibi [habebant vtensilia sanctuarij,] i. templi, [præerant similæ & vino & oleo & thuri & aromatibus] i. custodiebant hæc oĩa, quæ ad sacrificia necessaria erant. Ex simila nanq; quæ est optima & purgatissima tritici farina, fiebãt panes ppositionis, de vino fiebant libamina, de oleo panes liniebantur, & fouebantur lucernæ.

Exodi 19. Thus adolebatur maiestati diuinæ, ex aromatib? fiebat thymiama. [Filij aũt sacerdotũ, vnguenta ex aromatibus cõficiebant Et Mathathias Leuites primogenitus Sellũ Choritæ, præfectus erat eorũ quæ in sartaginæ frigebãtur] i. curam habebat rerum quæ in patellis coque-

Exodi 27. bantur, & ad sacrificia esumq; sacerdotũ pertinuerunt. [Porrò de filiis Chahat fratribus eo-

Leuit.24. rũ, super panes erant ppositionis, vt semper nouos per singula sabbata ppararẽt] i. eis cõmissum fuit prouidere, q̃ omni sabbato de manè ponerentur duodecim panes recẽtes ac calidi

super mẽsam, super quam mãserunt vsq; ad sabbatũ sequẽs, tuncq; sublati, cesserunt in vsum & esum sacerdotũ. [Hi sunt principes cantorũ per familias Leuitarũ, qui in exedris] i. habitaculis ꝓpe tẽplum [morabanť, ita vt die ac nocte iugiter suo ministerio deseruirẽt,] hoc est, qualibet hora oportuna laudibus Dei insisterẽt, psalmos & hymnos cantãdo. [Capita Leuitarum ꝑ familias suas principes manserũt in Hierusalẽ. In Gabaon aũt cõmorati sunt] qui sequunť nati ex tribu Beniamin. Sicq; istud capituli huius residuũ, nõ ad ꝓhabita, sed ad sequẽtia referř. Cõmorati ergo sunt ibi [pater Gabaon,] i. principalis oppidi Gabaon vir noĩe [Iehuel & nomẽ vxoris eius Maacha, filius primogenitus eius Abdon & Sus] qui ꝓcedenti cap. Sur vocať [& Cis, & Baal, & Ner, & Nadab, Gedor quoque & Ahio, & Zacharias, & Maceloth. 1. Para. 8.
Porrò Maceloth genuit Sẽmaan. Isti habitauerunt e regionẽ fratrũ suorũ in Hierusalẽ, cũ fratrib⁹ suis. Ner aũt genuit Cis, & Cis genuit Saul, & Saul genuit Ionathã, & Melchisue, & Abinadab, & Esbaal. Filius aũt Ionathan Miribbaal, & Miribbaal genuit Micha. Porrò filij Micha, Phiton, & Melech, & Thaharea, & Ahas, Ahas aũt genuit Iaara, & Iaara genuit Alamath, & Azamoth, & Zamri, Zamri autem genuit Moza, Moza verò genuit Baana, cuius filius Raphaia genuit Elasa, de quo ort⁹ est Azael. Porrò Azael sex filios habuit, his nominib⁹, Ezricã, Bochru, Ismael, Saria, Obdia, Hanan. Hi sunt filij Azael.] Istud pręcedenti capit. scriptum est atq; expositum. Repetitur aũt hoc loco, quia mox describendũ fuit, qualiter regnũ Israel sit translatum de Saul ad Dauid, & qualiter progenies Saul subitò pro grandi parte extincta sit. Ibidem

¶ Elucidatio cap. 10. Philistijm autem pugnabant contra Israel, &c. Art. X.

AVthor huius voluminis festinans ad euoluenda atq; supplenda gesta regis Dauid, prætermissis diuersis pugnis & actibus Saul, describit vltimam eius pugnam, in qua occubuit, vt sic ostendatur, qualiter ipse Dauid sortitus sit regnum. [Philistijm autem] videlicet Achis rex & Satrapæ ac populus Philistinorum pugnabant contra Israel:] quod qualiter factum sit, 1. lib. Regum plenius recitatur. [Fugeruntq; filij Israel Palæstinos.] Nam exigentibus proprijs ac regis sui culpis, meruerunt à Deo relinqui, atque ab illis idololatris superari. [& ceciderunt vulnerati in monte Gelboe. Cùmq; appropinquassent Philistæi, persequentes Saul & filios eius, percusserunt Ionathan, & Abinadab & Melchisue, filios Saul. Et aggrauatum est prælium contra Saul, inueneruntq; eum] videlicet ipsum Saul, [sagittarij & vulnerauerunt iaculis. Et dixit Saul ad armigerum suum] quem Hebræi & catholici communiter dicunt fuisse ipsum Doeg Idumæum, qui primò cum Saul perrexit quærere asinas, & posteà factus est potentissimus pastorum Saulis, ac demũ armiger eius, interfecitq; sacerdotes. [Euagina gladium tuum, & interfice me, ne fortè veniant incircuncisi isti & illudant mihi] adhuc viuenti, & deindè occidãt me. Saul vir animosus & solit⁹ honorari, magìs formidauit illudi, & hostium suorum manibus subdi, atq; ab eis iuxta eorum voluntatem irreuerenter, confusibiliterq; tractari, quàm mortem pati amaram. Vndè & aliqui opinantur eum excusabiliter pręcepisse armigero suo, ꝙ dictum est, imò & laudabiliter occidisse seipsum, eo quòd fecerit hoc, ne sua ignominiosa tractatio, & confusiua occisio redundarent in irreuerentiam ac iniuriam Dei, cui⁹ ipse publicus erat minister Christus atque vicarius, quemadmodùm & de Razia 2. lib. Machab. legitur: Turbis aũt irruentibus, cùm iam compræhenderetur, gladio se petijt, eligens nobiliter potiùs mori, q̃ subditus fieri peccatoribus, & cõtra natales suos indignis iniurijs agi. Veruntñ alij ꝓbabilius putant, ꝙ Saul ex arrogantia abhorruit sic illudi, & ex horrore maioris supplicij, petijt à seruo occidi, ac seipsum occidit. Quẽadmodùm in lib. Iudicũ de Abimelech scriptum est, ꝙ lætaliter vulneratus à muliere saxũ desupèr iaciente, suo iussit armigero: Euagina gladiũ tuũ, & percute me, ne forte dicatur, ꝙ à fœmina interfectus sim. 1. Reg. 31. 1. Reg. 9. 1. Reg. 22. 2. Mach. 14. Iudic. 9.

¶ Porrò Philistæos Saul more solito, ex eorũ contemptu vel zelo quodã iustitiæ, incircuncisus vocauit. [Noluit autẽ hoc facere armiger eius timore perterritus.] Nam & exhorruit mittere manum in ꝓprium dñm, & in Christum dñi Dei, fuit quoq; ꝑterritus ex imminente sibi periculo mortis, nec tenebatur in isto obedire ꝓcepto regis, ꝓsertìm si Saul illicitè iussit hoc, imò sicut illicitũ est seipsum occidere ꝓpria manu, ita illicitũ est, facere se occidi ab alio, ꝓtermisso ordine iuris: cũ hoc sit seipsum occidere manu alterius. [Arripuit ergo Saul ensem] suũ, [& irruit in eũ.] Hoc, sicut prætactũ est, qdam affirmant eum sine pctõ fecisse ob causam ꝓhabitã, qui etiã opinantur eũ esse saluatũ, qm̃ si antè grauiter multipliciterq; peccauit, tñ audita à Samuele sententia suæ mortis, acceptauit eandẽ, & se diuino cõformauit iudicio, pergens spontè ad ꝑliũ, in se nouerat moriturũ, & hoc ꝓpter cõmune sui populi bonũ, cùm tu potuisset aufugere. sicq; dicũt eũ pœnituisse, & bono motu se peremisse, quẽadmodùm Samson seipsum occidit, & q̃dam fœminę sanctæ, ne à perfidis ac tyrannis violarentur, non aliter excusantur à culpa, nec aliter cõmendantur de hoc, nisi ꝙ hoc fecerũt ex occulto spũs sancti imperio seu instinctu, prout 1. de ciuit. Dei in diuersis capitulis, præsertìm cap. 23. determinat Aug. [Quod cum vidisset armiger eius, videlicet mortuũ esse Saul, irruit etiã ipse in gladium suũ, & mortuus est.] Armigerum illum null⁹ expositorũ excusat, quin illicitè se peremit, nec erat 1. Reg. 15. Iudic. 16. Augustin.

publi-

publica præsidensq; persona, ita ꝙ potuerit ex tali motiuo laudabili se necasse, ex quali secũdum vnam opinionẽ seipsum occidit Saul. Occidit itaq; se, vel vt suo se regi cõformaret, vel qm̃ vidit se Philistæos non posse euadere, vel quia nolebat obedire ac subijci Dauid, quem sciebat regnaturũ post Saul, quemadmodùm Cato se interfecit ne Iulio Cæsari subijceretur, cuius & gloriæ inuidebat, vel quia extimuit durè tractari à Dauid, & puto ꝙ multæ ex causis his cucurrerunt ad inducendũ armigerum, ꝙ occidit se ipsum. [Interijt ergo Saul & tres filij eius, & oĩs domus illius pariter cõcidit] i. tota ꝓgenies ipsius Saul, cognita eius & filiorũ eius triũ morte, timore ꝓstrata est, & animum pdidit, nec hostibꝰ potuit prȩualere. vel sensus est, quod oẽs domestici eius ibì secum existentes, interierunt ibì in prȩlio.] Quod cùm vidissent

1. Reg. 31. filij Israel, qui habitabãt in cãpestribꝰ] i. in oppidis & villis situatis in cãpis propinquioribus territorio Philistinorũ, videlicet trans Iordanẽ, [fugerunt:] quia desperabant se posse resistere Philistæis, à quibus vallari, vastari, & opprimi metuebant. [& Saul & filijs eius mortuis, dereliquerunt vrbes suas, & huc atq; illuc dispersi sunt. Veneruntq; Philistijm, & habitauerũt in eis. Die igitur altero detrahentes Philistijm spolia cȩsorũ, inuenerunt Saul & filios eiꝰ iacentes in mõte Gelboe. Cumq; spoliassent] Philistæi [eum] Saulẽ vestibus, [& amputassent caput, armisq; nudassent, miserunt in terrã suam, vt circunferretur & ostenderetũ in idolorũ templis & populis] hoc est, ad ostentationẽ suæ victoriæ, & ad idolorũ suorũ honorẽ, quibus suũ ascripserunt triumphum ideo voluerunt dijs suis grati existere. [Arma aũt eiꝰ cõsecrauerũt

1. Reg. 31. in phano dei sui.] Primò Regum legitur, ꝙ posuerunt eam in tẽplo Astaroth dei sui, i. deputauerunt ea manere in tẽplo Astaroth, qui fuit vnus de dijs eorũ ad ipsiꝰ honorẽ, & in memoriam cõcessæ victoriæ, ne triumphus ille traderetur obliuioni, nec arma illa vsui ampliùs applicarentur humano. [& caput affixerunt in tẽplo Dagon] ad ipsius Dagon reuerentiã. Nam pluribus Dijs deseruiebãt, & diuersa diuersis attribuebãt. Hoc cùm audissent viri Iabes Galaad,] hoc est, habitatores vrbis nomine Iabes sitæ in terra Galaad. [omnia scilicet quæ Philistijm fecerãt super Saul, cõsurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerũt] i. abstulerunt [cadauera Saul & filiorum eius.] Nam vt 1. Reg. habetur, Philistæi suspenderũt corpus Saul, imò

Ibidem. & triũ filiorũ eius, vt ex textu elicitur, in muro vrbis noĩe Bethsan, quasi in oculis plebis Israeliticæ. Est enĩ ciuitas Philistijm in terminis Israel, vt in Scholastica fertur historia, & indè ea tulerunt ciues præfati, qui præ cæteris zelabantur pro honore Saul, qm̃ in principio regni sui

1. Reg. 11. liberauit eos de tyrannide regis Ammonitarũ, vt 1. Regum habetur: ideò tam irreuerentialẽ & cõfusibilem regis sui tractationẽ, etiam in extincto eius corpore, ferre æquanimiter nõ valebant. ¶ Veruntñ iuxta Glossam, Hebrȩi dicũt, per Bethsan intelligi domum seu phanũ Dagon, quæ Interpretatur domus dormientis, vbi corpus eius dicunt fuisse suspensum. Alia ve-

Iosu. 17. rò est Bethsan, de qua in libro Iosuæ ac Iudicum legitur, & interpretatur domus securitatis.

Iudic 7. [attuleruntque ea in Iabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercũ quæ erat in Iabes] i. ꝓpe oppidum illud in sylua, in qua fuit quercus formosa. Vndè 1. Regum habetur, sepelierunt ea

1. Reg. 31. in nemore Iabes. Sic & in Genesi habetur, ꝙ Debbora nutrix Rabeccæ, sepulta est ad radices

Genes. 35. Bethel subter quercum. [& ieiunauerunt septẽ diebus,] in signum mœroris. Vndè & Abner

2. Reg. 3. occiso, Dauid noluit mãducare ante solis occasum. vel pro peccatis defunctorum, abstinentiam illam pœnitẽtialiter cõpleuerunt. [Mortuus est ergo Saul ꝓpter iniquitates suas,] Qui dicunt eũ esse saluatũ, fatenẽ eum pro excessibus suis in hac vita punitum, & victũ à Philistæis, q̃uis non plenè purgatum, & ita mortuus est ꝓpter iniquitates suas, sicut moriuntur latrones & homicidæ propter scelera sua, qui tñ si pœniteant verè, saluãtur. Deinde iniquitates Saulis exprimuntur in particulari, [eo ꝙ præuaricatus sit mandatũ dñi quod præceperat] ei per Sa-

1. Reg. 15. muelem de interficiendis Amalechitis & eorum pecoribus, [& non custodierit illud.] Nam contra prȩceptũ Dei pepercit regi illorum melioribusq; pecoribus, prout 1. Reg. diffusiùs le-

1. Reg. 18. gitur. [sed insupèr etiam pythonissam cõsuluerit] i. à muliere spiritũ pythonicũ & artem ma-

Leuit. 20. gicam habente & exercente quæsiuit quid sibi accideret, & quid esset acturus, quod in Leui-

Leuit. 18. tico & Deut. fuit ꝓhibitum. [nec sperauerit in dño,] qa cùm dñs sibi nõ rñderet, neq; p som-

1. Reg. 28. nia, neq; per sacerdotes, nec per ꝓphetas, recurrit ad magicam artẽ. De his tñ secundũ prȩfa-

Pet. Co. hi- tam opinionẽ pœnituit verbis Samuelis auditis. Alij dicũt eum non pœnituisse veraciter, sed

stor. lib. 1. propter iniquitates suas occisum ac derelictum à dño, & hoc sancti cõmunius dicũt, & textui

Reg ca. 27. magis consonum esse videtur. Nihilominus Magister in historijs ait, Saul sciens & prudens festinabat ad mortem: Soli quippe magnanimes, sunt rerum terribilium contemptores. Hȩc magnanimitas maximè conuenit regibus, quos propter excellentiam principatus non solùm malos esse non licet, sed nec mediocriter bonos circa subiectos. Hæc ibì. ¶ Præterea quȩri potest, Si Saul propter iniquitates suas est occisus, cur Ionathas filius eius virtuosus est interfe-

1. Reg. 14. 18. 20. ctus? Respondetur, ꝙ nec ipse sine quotidianus fuit peccatis: idcircò & eius occisio fuit sua purgatio & augmentum salutis. Saul quoq; & in filijs suis punitus est, quod Deus iustus atq; omnipotens ordinauit in bonum illorum, & specialiter in melius Ionatnæ, cuius virtuositas

primo

1. Reg. 14. 18.20.22.23. multipliciter cõmendatur. Quid autem putandum videatur de Saulis saluatione. primo Regum requiratur. [Propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isai.] ¶ Postremò spiritualis sensus huius cap. 1. Reg. discussus est.

¶ Declaratio cap. 11. Congregatus est igitur omnis Israel ad Dauid in Hebrõ. Art. 11.

NVnc recitatur, qualiter factus sit Dauid rex super vniuersum Israeliticum populum. [Congregatus est igitur omnis Israel ad Dauid] est, quidam, imò & multi notabiles viri de qualibet tribu, [in Hebron.] Hoc fuit post mortem Abner ac Isboseth, dum populus pro certo percepit, quod Dauid innocens fuit de morte illorum, [dicens: Os tuum sumus & caro tua] sumus, i. cognati & fratres tui, quia ex ijsdem patriarchis sumus exorti, teq; amamus vt fratrem, idcirco non suspiceris quod fraudulenter loquamur. [Heri quoq; & nudiustertius] i. diebus præteritis, [cùm adhuc regnaret Saul] rex super nos, [tu eras qui educebas & introducebas Israel] i. exercitui præfuisti, non tamen assiduè nec vniuersaliter, quia sic Abner præfuit cunctis, & bellatores eduxisti ad pugnam, atq; obtento triumpho reduxisti eosdem. Vndè primo Reg. lib. habetur: A principio egressionis Philistinorum prudentiùs se agebat Dauid q̃ oẽs serui Saul, & alibi posuit eum Saul super viros belli. [Tibi em̃ dixit dñs Deus tuus] i. per Samuelem. deindè per reuelationem diuinam: [Tu pasces populum meum Israel,] hoc est, sapienter & iustè reges eum. quod est spiritalis refectio, [& tu eris princeps super eum. Venerunt ergo omnes maiores natu Israel,] qui communitatem repræsentabant, [ad regem in Hebron] iam enim fuit rex per tribum Iuda, duntaxat, [& inijt Dauid fœdus enm eis coram domino,] i. pactum pacis & amicitiæ seu fidelitatis. Vel concorditer decreuerunt Deo seruire, ac Philistæis cæterisq; aduesarijs repugnare. [Vnxeruntq; eum regem super Israel,] hoc est, super totum Israeliticum populum, & vnctio illa fiebat manu pontificis aut prophetæ, & ita ter vnctus est Dauid in regem. Primò, à Samuele in signum præsidentiæ suæ regalis futuræ. Secundò, in Hebron super tribum Iuda, statim post mortem Saul. Tertiò, super duodecim tribus. [iuxta sermonem domini quem locutus est in manu Samuel.] i. sicut Deus per obsequium atq; eloquium Samuelis prædixit. Frequenter nanq; Samuel prophetauit, quod regnum auferretur à domo Saul, & daretur Dauid. [Abijt quoq; Dauid] ab Hebron [ad oĩs Israel] secum existens, hoc est, quidam de singulis tribubus existentes [in Hierusalem,] i. ad eam, [Hæc est Iebus.] i. alio nombre dicitur Iebus. Hinc 2. Reg. 5. asseritur. Abijt rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Hierusalem. Nouerat quippe vir sanctus, prophetiæ spũ adornatus, vrbem Hierusalem à Deo electam ad cultum diuinum, vt in ea templum construeretur, & sacrificia fierent: ideo voluit in ea sibi solium collocare. [Vbi erant Iebusæi habitatores terræ.] Nam à tempore Iosuæ vsq; ad tempus istud, manserunt ibi plurimi Iebusæi in fortalicio quodam, quod dicebatur arx Sion, quod fortissimum & penè inexpugnabile erat. In reliqua verò vrbis parte habitauerunt quidam de filijs Israel, puta de tribu Iuda ac Beniamin, sicut Iosu. 15. continetur: [Dixeruntque qui habitabant in Iebus,] i. Iebusæi prædicti habitantes in arce [ad Dauid: Non ingredieris huc.] dixerunt & alia verba quæ 2. Reg. 5. habentur, atque exposita sunt, idcircò pertranseundum. Putabant autem, quod Dauid nequaquam posset præualere in eos, ideò ex contemptu ipsius, & præsumptione atq; ironicè protulerunt hæc verba. [Porrò Dauid cepit arcem Sion] hoc est, castrum & fortalicium illud (Deo iuuante) obtinuit per modum paulo post tactum. [quæ est ciuitas Dauid,] i. illa pars vrbis, in qua fuit arx Sion, cum habitaculis & attinentijs suis. Deindè vocata est ciuitas Dauid, quia ibi habitare elegit, & erat locus montanus sublimis. Propter quod fortalicium illud dicebatur arx, hoc est, altitudo seu specula, quoniam existentes in eo, longè lateque speculabantur. [Dixitq;:] Hic tangitur, qualiter obtinuit arcem: [Oĩs qui] i. quicunq; [pcusserit Iebusæum in primis,] hoc est, qui primus ascenderit & vastauerit arcem hanc, & habitantes in ea inuaserit, [erit princeps & dux.] i. princeps militiæ & dux exercitus, seu secũdus post regem. Nempè ex quo difficilimum erat vincere castrum illud, vt bellatores magis animarentur ad oppugnandum, promisit Dauid mercedem hanc ei, qui primo acquireret illud. Vndè 2. Reg. 5. habetur: Proposuit autem Dauid præmium in die illa &c. & quod fuerit præmium illud, non exprimitur ibi, sed hic. [Ascendit igitur primus Ioab filius Zeruiæ.] multis etenim festinantibus, Ioab sua astutia cunctos præueuit: & clamauit ad regem, exigens militiæ principatum. [& factus est princeps. Habitauit autem Dauid in arce, & idcirco appellata est ciuitas Dauid. Aedificauitq; vrbem in circuitu] hoc est, illam partem Hierusalem quæ vocata est ciuitas Dauid, ædificia eius augendo ac meliorando, [à Mello vsque ad gyrum.] Mello fuit velut præcipitium ac vorago, profundaq; vallis ante fortalicium situata, inter quam & fortalicium extitit spatium, in quo Dauid ædificia fecit per gyrum, seu per modum coronæ. (Ioab aũt reliqua vrbis extruxit) i. alia ædificia vrbis Dauid fieri fecit pro habitaculis bellatorum, tanq̃ secundus post regem, & militibus necessaria prouidens. ¶ Porrò Glossa ait: Ioab per industriam militarem ciuitatem muniuit. Iosephus tñ affirmat ipsum Dauid superiorẽ ciuitatem

2. Reg. 5.
Ibidem
2. Reg. 2.
1. Re. 17.
2. Reg. 2. 5.
1. Re. 15. 28.
Iosu. 15. 18.
Iudi. 10.
2. Reg. 5.
Ibid.
Iose. lib. 7. an. iu. c. 3. 4

tem muniuisse, eiq; copulando arcem vnum corpus fecisse, & cuncta muro circundedisse, sed super opus murorũ, ipsum Ioab cõstituisse, expulisseq; Iebusæos, & Hierosolymã appellasse. [Pficiebatq; Dauid] virtute & gratia, cõuersatione & fama, [vadens] de bono in melius, (& crescens) in tẽporalibus & spiritalibus bonis, (& dñs exercituum erat cum eo) Deindè exprimũtur in litera hi, quorum subsidio Dauid pmotus in regem. De qbus 2. Re. 1. 8. & 23. dictũ est, ideò percurrendũ. (Hi principes virorum fortium Dauid) i. qui principales fuerũt inter fortes milites regis, & cæteris fortiores, (qui adiuuerunt eum, vt fieret rex super oẽm Israel.) Nam pugnauerũt pro Dauid contra auxiliarios Isboseth, (iuxta verbum dñi quod locut9 est ad Israel.) Deus qppe p Samuelẽ Israelitico populo pnunciauit, q Dauid regnaret. (& iste numerus robustorum Dauid Iasabeam filius Hachamoni princeps inter 30.) hoc est, inter 30. fortes, præcipuus & fortior illis, quem Iosephus vocat Eusebium. (Iste leuauit hastã suã sup 300. vulneratos vna vice) i. in vno bello vulnerauit & deiecit viros 300. Iosephus dicit eũ interfecisse 900. quod creditur factum in alio prælio. Et iste Iasabeam, non exprimitur saltem isto vocabulo, & multi exponunt de ipso, quod ibi legitur quidam interfecisse 800 impetu vno, quis hoc videatur ibidèm dici de Dauid (& post eum Eleazar filius patrui eius Ahohites, q erat inter tres potentes) iuxta Hieron. tradunt Hebræi, q Ahohi, à quo Eleazar iste dicitur Ahohites, fuit frater Isai patris Dauid. Vndè & 2 Re. 23. Eleazar iste videtur dici filius patrui Dauid, quõ ergo nunc dicitur filius patrui Iasabeam, nisi forte & ipse Iasabeam ex aliqua linea sic attinuerit regi Dauid? [Iste fuit cum Dauid in *Aphes* Dam] i. loco sic noĩato, [qñ Philistijm congregati sunt ad locum illum in prælium. Et erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratq; populus à facie Philistinorum. Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eũ. Cumq; percussissent Philistęos, dedit dñs salutem magnam populo suo. Descenderũt aũt tres de 30. principibus] i. tres fortissimi de numero fortiorum, qui principaliores erant 30. fortibus. [ad petram, in qua erat Dauid, ad speluncam Odollam, qñ Philistijm fuerant castrametati in valle Raphaim. Porrò Dauid erat in præsidio] i. in loco munito & firmo ad euadendum persequutionẽ Saulis, vt qdam exponunt. [& statio Philistinorum erat in Bethlehem] i. extra & prope oppidum illud erat. [Desiderauit igitur Dauid aquam, & dixit, O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlehem, quæ est in porta? Tres ergo isti per media castra Philistinorum perrexerunt, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat in porta, & attulerunt ad Dauid vt biberet. Qui noluit, sed magis libauit illam dño, dicens: Absit vt in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam: quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aq̃. Et ob hanc causam noluit bibere. Hæc fecerunt tres robustissimi. Abisai quoq; frater Ioab, ipse erat princeps trium] i. præcipuè excellenterq; fortis inter tres potentes seu fortes secundi ordinis, ita q ipse fuit vnus illorum trium, qbus tribus fortiores fuerũt tres fortes primi ordinis, q habentur in textu. Hinc 2. Reg. 23. clariùs scriptum est: Abisai princeps erat de tribus, & ipse erat inter tres fortes secundi ordinis.] & ipse leuauit hastã suã contra 300. vulneratos. Et ipse erat inter tres noĩatissim9, inter tres secundus, inclytus & princeps eorum. Verũtñ vsq; ad tres primos nõ puenerat.] Videt in verbis his difficultas. Si etẽm fuit inter tres noĩatissimus, & prĩceps seu prim9 eorũ, quõ fuit inter tres secũdus, nisi fortè dicat fuisse inter tres secũdus, i. immediatè seqũs tres robustissimos primi ordinis. Vel secũd9 inter tres fortes secũdi ordinis, i. medius inter eos, tanq̃ sustentamentũ quoddã aliorum duorum. Aliqui tñ textus habent, inter tres secundos, & sic planus est textus, qm sensus est, q erat inter tres fortes secundi ordinis, q sequebãtur in ordine tres primos robustissimos. [Banaias filius Ioiadæ viri robustissimi, q multa opera perpetrarat de Cabseel, ipse pcussit duos, Ariel & Moab. Et ipse descẽdit & interfecit leonem in media cisterna tempore niuis, & ipse percussit virum Aegyptium, cuius statura erat 5. cubitorum, & habebat lanceam, vt liciatorium texẽtium.] Percussit itaq; Ariel & Moab, i. duos leones Moab, vtpotè duos quosdam pcipuos principes seu milites Moabites animosos ac fortes. [Descendit igitur ad eum cum virga, & rapuit hastam quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua. Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus, inter triginta primus.] Iam dictum est, q Abisai fuit inter tres nominatissimus, quõ ergo idem nunc dicitur de Banaia? Rñdetur q tres fortes primi ordinis, similiter tres fortes secundi ordinis, à diuersis diuersimodè assignantur, prout 2. Re. 23. dictum est, vbi & huius solutio q̃stionis q̃ratur, ibi etiam requirat solutio q̃stionis, qua q̃ritur, quo tempore acciderit ista historia de allatione aquæ à cisterna Bethlehem, quam B. Gregorius asserit accidisse post adulterium Dauid cum vxore Vriæ, quod & Glossa hic tenet cum tamen ex circunstantia literæ videatur accidisse, Dauid Saulem adhuc fugiente. [Verumtamen ad tres vsque non peruenerat. Posuit autem eum Dauid in auriculam suam. Porrò fortissimi viri in exercitu, Asael frater Ioab, & Elhanan filius patrui eius de Bethlehem, Sammoth Arodites, Heles Phalonites, Hiras filius Acces Thecuites, Abiezer Anathotites, Sobochai Husathites, Ilai Ahohites, Maauai Netophatites, Heled filius Baana Netophatites, Ethai

fi-

Marginalia: 1. Reg 18. — 2. Reg 2. 1. Reg. 8. 12. — Iose. lib. 7. an. iu. ca. 12 — *Phesdomin. — Gregorius

filiꝰ Rebai de Gabaath filiorum Beniamin, Banaia Pharathonites, Haurai de torrente Gaas, Abiel Arabathites, Asmoth Baharumites, Eliahaba Saalbonites. Filij Assem Gezonitæ, Ionathan filius Sage Aratites, Ahiam filius Sagar Aratites, Eliphal filius Vr, Hepher, Meerathites. Ahia Phalonites, Hezro Carmelites, Naararai filius Azhai, Ioel frater Nathan, Mibahar filiꝰ Gari, Selec Ammonites, Naharai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ, Hiras Iethræꝰ, Gareb Iethræus, Vrias Hethęus, Zabad filius Oholai, Adina filius Sisa Rubenites, princeps Rubenitarũ, & cũ eo triginta, Hanan filiꝰ Maacha, Et Iosaphat Mathanites, Ozeas Astarothites, Semma & Iayiel, filij Hothan Aroeritæ, Iediael filius Zamri, & Ioha frater eiꝰ Thozites, Eliel Mahumites. Et Ieribai, & Iosoia, filij Elnaem, & Iethma Moabites, Eliel & Obed & Iasiel de Masobaia.] Hîc nominant hi q post pfatos erãt fortiores, erantq; 30. iuxta cõputum 2. Reg. 23. inter quos Vrias Hitthęus, ibì ponitur vltimus, hic verò multo plures ponũtur, qui post Vriam nominantur, & post illos 30. erant notabiliter fortes. Cætera 2. Reg. lib. exposita constant.

¶ Expositio cap. 12. Hi quoq; venerunt ad Dauid in Siceleg. Artic. 12.

EXprimuntur iam & alij viri robusti de singulis tribubus, qui in adiutorium Dauid venerunt, & post eos qui præcedenti capitulo sunt expressi, erant cæteris fortiores. Porrò in 1. Para. 11.
textu nulla est difficultas, idcircò pertransseundũ. [Hi quoq; venerunt ad Dauid in Sicelag] vrbem, quam Achis rex Philistinorum assignauit ipsi Dauid & populo eius ad inhabitandũ, vbi & quatuor mensibus est commoratus, vt 1. Reg. 27. legitur. [cum adhuc fugeret Saul filiũ Cis, qui erant fortissimi,] i. valdè fortes, attamen minùs quàm præfati, [& egregij pugnatores] vtpotè decorati virtutibus animi, quæ ad bellatores specialiter pertinent, vt sunt iustitia, fortitudo, magnanimitas, prudentia, amor boni communis, [tendẽtes arcum, & vtraq; manu fundis saxa iacientes, & dirigẽtes sagittas. De fratribꝰ Saul ex tribu Beniamin, princeps Ahiezer, & Ioas, filij Samaa Gabathitæ, & Iasiel, & Phalet, filij Asmoth, & Baracha, & Iehu, Anathothitæ] i. hi viri nati ex tribu Beniamin, & ex habitatoribꝰ Gabaa, cognati Saulis, qui quamuis essent de eius progenie, tamen propter tyrannidem eius in Dauid, & quia nouerunt Samuelem veraciter prędixisse q Dauid regnaret, ipsumq; Dauid sciuerunt esse omni virtute orna- 1. Re. 15. 28.
tum, confugerunt ad eum, à quo & suo tempore sperauerunt vicẽ suæ fidelitatis sortiri. [Ismaias quoq; Gabaonites fortissimus inter 30. & super triginta. Hieremias, & Iaziel, & Iohannan, & Iosabad Giderothites, Eleusai, & Hierimoth, & Baalia, & Samaria, & Saphatia Haruphites, Elcana & Iesia, & Azrael, & Iezer, & Iosoboam de Carehim, Ioela quoq; & Zabadia, filij Ieroham de Gedor.] Isti 30. fuerunt alij, q hi, de quibus præcedenti capitulo facta est mentio. [Sed & de Gaddi transfugerunt ad Dauid,] i. quidam de tribu Gad, [cùm lateret in deserto, viri robustissimi & pugnatores optimi, tenẽtes clypeum & hastam. Facies eorum quasi facies leonis,] hoc est, vultu audaces erant, atq; terribiles hostibus ac imperterriti, per quod ditur intelligi, q interior dispositio cordis eorum, relucebat in vultu, sicut communiter fieri solet. Vndè Eccl. 19. fertur: Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. [& veloces] non solùm corpore, sed & mentis acumine. [quasi capreæ in montibus.] sicque idonei erant inimicos inuadere ac insequi fugientes. [Ezer primus princeps, Obdias secundus, Eliab tertius, Masmanna quartus, Hieremias quintus, Ethi sextus, Eliel septimus, Iohan- 1. Paral. 11.
nan octauus, Elzabad nonus, Hieremias decimus, Machabani vndecimus, hi de filijs Gad principes exercitus: Nouissimus] inter principes istos filiorum Gad, [100. militibꝰ præerat] & [maximus mille] i. superior inter eos præfuit mille militibus, quod fuit vel antequam venerunt ad Dauid, vel ipso Dauid in regem pmoto, quia vt elici potest ex 1. Reg. 23. & 25. Dauid vsq; ad mortẽ Saul, non videtur vltr 600. viros secum habuisse. [Isti sunt qui transierunt Iordanẽ] vel pede aut naui, [mense primo] anni primi, secũdum computum Iudæorum, qui est mensis Nisan, hoc est, in Martio seu Aprili, [quando inundare consueuit super ripas suas:] i. effluere, qa tunc aqua eius excrescere solet, [& fugauerunt oẽs qui in vallibus morabantur ad orientalem plagam & occidentalem.] Erant em̃ Gentiles & Israelitis molesti, & aliquam partem terræ eorum inuaserant. [Veneruntaũt] aliqui [& de Beniamin, & de Iuda ad psidiũ, in quo morabatur Dauid] adhuc se abscondens ac pseruans à Saul. Isti de Beniamin coniunxerunt se filijs Iuda, veniendo in adiutoriũ Dauid, vel quia pariter habitabant, vel ne Dauid natus de Iuda, aliquid mali suspicarẽtur de Beniamitis cognatis Saulis. Nempe quòd Dauid timuerit, ne fortè filij Beniamin dolosè venerint ad se, apparet ex eo quod subditur: [Egressusque est Dauid obuiam eis: & ait: Si pacificè venistis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis] per confidentiam & familiarem amorem. [Si autẽ insidiamini mihi pro aduersarijs meis,] i. ad complacendum Sauli & adiutoribus eius, [cùm ego iniquitatem in manibus non habeam] id est, nihil forefecero regi per actus iniquos. [videat Deus patrum nostrorum & iudicet] id est, iustè iudicando ostendat se ista cognoscere. [Spiritus verò domini induit Abisai principem inter triginta] id est, spiritussanctus instigauit illum ad loquendum verba sequentia; [& ait: Tui sumus ô Dauid, & tecum filij Isai] i. verè & ex corde associamus

principibus.] In hoc commendantur nobis humilitas atq; prudentia Dauid regis, qui rem magnam agere volens, consilio vsus est. Et quis esset vir sapientissimus, cum interioribus & minus prudentibus tractare consilium non despexit, quo multorum præsumptio, insipientia, arrogantia reprobantur, qui omnia iuxta proprij capitis apprehensionem & phantasiã agere volunt, nec cum inferioribus super agẽdis conferre dignãtur. [& ait ad oẽm cœtum Israel:] i.ad oẽs ibi præsentes quos conuocauit. Vndè & 2.Reg.6. habetur: Congregauit Dauid oẽs electos ex Israel 30. millia. [Si placet vobis, & à dño Deo nostro egredietur sermo quem loquor.] Ecce q̃ humiliter loquitur subditis & ministris, non procaciter iubet, nec per se absolutè determinat, sed sub conditione loquens, inferiorum iudicio verba sui committit propositi, quo multorum indiscretio atq; elatio reprimuntur, qui statim in verba iussiõis prorumpunt, & gladium suæ educunt authoritatis sine necessitate, imò frequẽter in grande periculum subditorum. Videtur aũt ex circũstantia literæ, ꝙ Dauid primò seorsùm consilium cum maioribus inijt de arcæ adductione, & illis suo proposito consentientibus, proposuit vniuersis qui aderant eandem materiam: per ꝙ patet, q̃ vtile sit, vt præsidentes primò seorsùm cum aliquibus senioribus aut maiorib⁹ seu familiaribus tractent de arduis causis, deindè cum cæteris, quatenùs talia de cõmuni fiant consensu. [mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel, & ad sacerdotes & Leuitas, q habitant in suburbanis vrbium, vt cõgregentur ad nos.] Hic rursus suis se cõnumerat subditis, quos & fratres suos appellat. [& reducamus arcam Dei nostri ad nos] videlicet ad hãc vrbem regiam Hierusalem, vt ex loci honorificẽtia ampliùs honoretur, & propter maiorem Dei honorem, voluit Dauid adesse principales ex qualibet tribu, & maximè sacerdotes. Deniq; q̃uis totum territorium suum esset regio vna totalis & integrum regnum vnum, tamen pluraliter ait, Mittamus in vniuersas regiones Israel, vel propter diuersas tribuum sortes, vel qm̃ anteà erant in totali territorio illo diuersæ regiones & multi reges. Siquidem Iosu.12. legitur, ꝙ filij Israel percusserunt in terra illa 31. reges. [Non enim requisiuimus eam in diebus Saul. Et respondit vniuersa multitudo, vt ita fieret: Placuerat enim sermo omni populo:] Itaq; qui vult alios ad sibi consentiẽdum allicere, primò captet beneuolentiam eorũdem, humiliterq; loquatur. Congregauit ergo Dauid cunctum Israel à Sihor Aegypti, vsq; dum ingrediaris Hemath] i. de singulis tribub⁹ nobiliores & notabiliores cõuocauit à fluuio nomine Sihor, qui à Nilo deriuatur, & profluit ex Aegypto aut circa eandem, vsque Damascum. Ait etenim Glossa: Hemath est ciuitas Damasci, quæ in Amos Hemath magna vocatur, & nunc Epiphania nuncupatur. Veruntamen, his obuiare videtur, quòd Hieronymus & alij super prophetam Amos 6. fatentur, dicẽtes, quòd Hemath magna nunc Antiochia nominetur, & quòd sit alia Hemath minor, quæ Epiphania dicta est, cuius regio dicitur Reblata, in qua Nabuchodonosor interfecit filios Zedechię. Itaque nunc per Sihor fluuium, qui est terminus terræ ꝓmissionis australis, & per Hemath, quæ est terminus eius septẽtrionalis, tota terra illa signatur. [vt adduceret arcam Dei de Cariath Iarim] i. de vrbe sic dicta, quæ fuit in tribu Iuda. nam subditur, & ascẽdit Dauid & omnis vir Israel ad collem Cariath Iarim qui est in Iuda, vt afferret indè arcam domini Dei sedentis super Cherubim, vbi inuocatum est nomen eius. Imposueruntq; arcam Dei super plaustrũ nouum de domo Abinadab,] His obuiare videtur, quod 2. Reg.6. asseritur: Tulerunt eã de domo Abinadab, quæ erat in Gabaa. Ad hoc Lyra respondet: Cariath Iarim & Gabaa erant loca satis propinqua, & in Cariath Iarim primò congregatus est populus ad Dauid, & indè transierunt ad adducendam arcam quæ erat in Gabaa, & indè ducendo eam, transierunt per Cariath Iarim. Sed huic responsioni obuiat litera ista quæ ait: Ascendit Dauid & viri Israel ad collem Cariath Iarim, vt afferret indè arcam: quo constat, quòd eam accepit de colle & vrbe Cariath Iarim. Hinc Magister in historijs scribit: Gabaa non est hic nomen loci aut vrbis, sed secundum interpretationem suam, collem significat. [Oza autem & fratres eius minabant plaustrum. Porrò Dauid & vniuersus Israel ludebant coram Deo omni virtute in canticis, & in cytharis, & psalterijs, & tympanis, & cymbalis, & tubis. Cùm autem peruenissent ad aream Chidon.] Secundo regum habetur, ad aeram Nachor. Respondetur quod vel aera illa, aut dominus areæ, duo hæc nomina habuit: vel si erant loca diuersa, fuerunt vicina. [tetendit Oza manum suam, vt sustentaret arcam: bos quippe lasciuiens, paululùm inclinauerat eam. Iratus est itaque dominus contra Ozam, & percussit eum, eo quòd tetigisset arcam, & mortuus est ibi coram domino. Contristatusque est Dauid, eo quòd diuisisset dominus Ozam. Vocauitque locum illum diuisio Ozæ, vsque in præsentem diem. Et timuit Deum tunc temporis, dicens: Quomodò possum ad me introducere arcam Dei? Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est, in ciuitatem Dauid: sed auertit in domum Obededom Gethæi. Mansit ergo arca Dei in domo Obededom tribus mensibus. Et benedixit dominus domui eius, & omnibus quæ habebat.] Ista & cætera tam literalem quàm spiritalem huius capituli intelligentiam concernentia, secundi Regum sexto quæritur.

Amos 6. Hierony.

4. Reg. 25.

Iosu. 15.

Pet. Co. histor. lib. 2. Reg ca. 9.

¶ Declaratio cap. 14. Misit quoq; Hiram rex Tyri nuncios ad Dauid. Articulus. XIIII.

MVltiplex prosperitas S. Dauid in capitulo isto describitur. Nam quia tā fidelis, iustus & constans intuitu Dei permanserat in aduersis tam multis & magnis, collata est eiā dn̄o etiam tēporalis prosperitas magna nimis, imò & gratia copiosa benè vtendi eadē. Porrò ad prosperitatem huiusmodi pertinent fauor & amicitia magnatum, bonitas coniugum, fœcunditas prolis, victoria hostium, claritas famæ, affluētia opum, pulchritudo domorum, quæ omnia modici essent momenti comparatione veræ salutis, imò occasionaliter magis obessent, nisi adesset gratia spiritus sancti ad benè vtēdum huiusmodi donis. itaque dicitur: [Misit quoque Hiram rex Tyri] opulentissimæ vrbis & sitæ in corde maris. Fuitque jugis amicitia, pax & familiaritas inter Dauid & Hiram. [ad Dauid nuncios] ad insinuandum circa negocia, siue ad congratulandum promotioni ipsius Dauid, [& ligna cedrina] quibus Tirij Sidonijque abundant, & per mare deferuntur ad Tyrum, [& artifices parietem lignorumque, vt ædificarent ei domum:] quia in diuersis ædificandi, sculpendi, pingendi, formandique artibus, Tyrij sunt valdè periti. [Cognouitque Dauid, quod confirmasset eū dominus in regem super Israel; & subleuatum esset regnum suum super populum eius Israel. Accepit quoq; Dauid alias vxores in Hierusalem, genuitque filios & filias. Et hæc nomina eorum qui nati sunt in Hierusalē, Sammaa & Sobab, Nathan & Salamon, Iebhar & Elisua & Eliphalet, Noga quoque & Napheg & Iaphia, Elisama & Baliada & Eliphalet. Audientes aūt Philistijm ꝙ vnctus esset Dauid in regem super vniuersum Israel, asceuderunt oēs, vt quærerēt eum. Quòd cùm audisset Dauid, egressus est obuiàm eis. Porrò Philistijm venientes, diffusi sunt in valle Raphaim: Consuluitq; Dauid dn̄m, dicens: Si ascendam ad Philistæos, & si trades eos in manu mea? Et dixit ei dn̄s: Asscende, & tradam eos in manu tua. Cumq; illi ascendissent in Baalpharasim, percussit eos ibi Dauid, & dixit: Diuisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiduntur aquæ. Et idcircò vocatum est nomen illius loci, Baalpharasim. Dereliqueruntq; ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri.] Quicquid hic habetur, 2. Reg. 5. scriptum, expositūq; est. Hic tamen narratur, ꝙ ante secundam congressionem Dauid cōtra Philistæos, consuluit dominum. [Alia etiam vice Philistijm irruerunt, & diffusi sunt in valle. Consuluitque rursum Dauid Deum. Et dixit ei Deus: Non ascendas post eos. Recede ab eis, & venies contra illos ex aduerso pirorum.] quæ qualiter intelligi debeāt, lucet ex eo quod 2. Reg. 5. asseritur: Non ascendas, sed gyra post tergum eorum, hoc est, non occurras eis recto itinere, sed diuerte ad latus & circui, quousq; possis eos inuadere ex alia partè, i. ex opposito arborū versus testandium. [Cumq; audieris sonitū gradientis in cacumine pirorum, tūc egredieris ad bellū. Egressus est enī Deus ante te, vt pcutiat castra Philistijm. Fecit ergo Dauid sicut pceperat ei Deus, & percussit castra Philistinorū de Gabaon vsq; Gazer. Diuulgatūq; est nomē Dauid in vniuersis regionibus] præsertim in circuitu regni sui situatis, nō solùm propter prætactas victorias, sed etiam propter excellentias suæ sapientię, eloquentiæ ac virtutum, & propter fortitudinem ac eminētiam ducum & principum, militumq́, suorum, & qm̄ summus Deus tam gratiosè & supernaturaliter affuit ei in bellis ac alijs cautis, [& dominus dedit pauorem eius super omnes gentes] id est, gentibus vndique incussit timorem ipsius Dauid, quia ex fama de ipso volante metuebant, nec audebant regnum eius inuadere. Sicq; omnipotens rex, in ditione cuius cuncta sunt posita, regem se honorantem & glorificantem honorauit & exaltauit, prout 1. Reg. 2. testatur: Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum. Hest. 13.

¶ Expositio cap. 15. Fecit quoq; sibi domos in ciuitate Dauid. Artic. 15.

ARca Dei qualiter in Hierusalem sit perducta, nunc enarratur. [Fecit quoq; sibi domos in ciuitate Dauid.] id est, ipse Dauid auxit & meliorauit habitacula & ædificia prope arcem in ea parte Hierusalem, quæ vocata est ciuitas Dauid, sicut suprà pleniùs fuit expositū. [& ædificauit locum] id est, aptum repositorium [arcæ Dei, tetenditq; ei tabernaculum,] in quo arca cum suo repositorio ponebatur, quod (vt legitur) fuit intra septa palatij, atque vt in Scholastica fertur historia: Dauid fecit tabernaculum istud iuxta domum suam, posuitque in eo quasdam de cortinis veteribus, tabernaculum autem Mosis adhuc mansit in excelso Gabaon, vt infrà cap. 21. habetur. [Tunc dixit Dauid: Illicitum est vt à quocunque portetur arca Dei, nisi à Leuitis, quos elegit dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi vsq; in æternum,] sicut ex Num. 4. habetur. [Congregauitque vniuersum Israel] id est, multos de qualibet tribu, [in Hierusalem, vt afferretur arca Dei] de domo Obededom Gethæi [in locum suum, quem præparauerat ei, necnon & filios Aaron & Leuitas. De filijs Chahath, Vriel princeps fuit, & fratres eius 220. De filij Merari, Asaia princeps, & fratres eius ducenti triginta. De filijs Gerson, Ioel princeps, & fratres eius 130. De filijs Elisapham, Semeias princeps, & fratres eius ducenti. De filijs Hebron, Eliel princeps. & fratres eius octoginta. De filijs Ozihel, Aminadab princeps, & fratres eius centum duodecim. Vocauitq; Dauid Sadoc & Abia-

1. Para. 11.

Pet. Co. histor. lib. 2. Reg. ca. 9.

thar sacerdotes & Leuitas, Vriel, Asaiā, Ioel, Semeiā, Eliel & Aminadab, & dixit ad eos,] videlicet ad Sadoc & Abiathar ac sacerdotes: [Vos qui estis prīcipes familiarium Leuiticarū,] quæ nati sunt ex filijs Leui, Gerson, Cahath & Merari, [sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcā dñi Dei Israel ad locū qui ei præparatus est:] i. per exercitiā virtuosa purificate, atq; disponite vos ad afferendum arcam, vtpotè ab vxoribus abstinendo, orando, ieiunando, [ne vt à principio, quia non aderatis præsentes, percusit nos dñs, sic vt nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus:] i. ne rursus propter aliquā culpam nostram ꝑcutiamur à Deo, sicut in priori deportatione arcæ eramus ꝑcusi. Nam vno s. Oza percusso, oēs erant perterriti ac tristati, totū quoq; à sua parte denominationē sortitū, & illa percusio accidit ex errore eorū qui arcā portabant, q si fuissent sacerdotes, præfati periti, fuissent ab eisdem instructi, sicq; plaga illa non cōtigisset. Nempe vt fertur in Glossa, dicunt Hebræi Ozā fuisse percussum, qm arcā non portauit cū fratre suo proprijs humeris, iuxta præceptū legis. [Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Leuitę, vt portarent arcā dñi Dei Israel. Et tulerunt filij Leui arcam Dei, sicut pręceperat Moses, iuxta verbū dñi, humeris suis in vectibus. Dixitq; Dauid principibus Leuitarum, vt constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, nablis videlicet & lyris & cymbalis, vt resonaret in excelsum sonitus lætitiæ.] Cātores illi cecinerunt hymnos, psalmos & cātica laudis diuinæ cum musicis instrumentis ad excitandum validiùs totius plebis deuotionem. Porrò nablum est idem quod psalterium. Hebraicè etenim dicitur nablum. Græcè psalterium, Latinè organum seu laudatorium, vt ait Papias. Verùm Hieronymus ait, psalterium cithara est canorā chordis aptata, quæ cum plectro percutitur. Nablum aūt habēs duodecim sonus cū digitis tangitur. Lyra demū pro symphonia accipitur, sed nunc ꝓ musico sumitur instrumento, ꝙ secundum quosdam species est citharæ, & dicitū à varietate vocum, eo ꝙ diuersos faciat sonos. Vndè vnum prædictorum ꝓ alio frequenter suscipitur. [Constituerunt Leuitas Heman filiū Ioel, & de fratribus Asaph filiū Barachiæ. de filijs verò Merari & fratribus eorum, Ethan filiū Cusaiæ, & cum eis fratres eorū. In secundo ordine Zachariam & Ben, & Iezrael, & Semiramoth, & Iahiel, & Eliab, Ani & Banaiā, & Maasiam, & Mathathiā, & Eliphalehu, & Maceniam, & Obededom, & Iahiel ianitores. Porrò cantores] principales, videlicet [Heman, Asaph & Ethan] qui tribus cantorum choria seu ordinibus præerant, iuxta præhabita, [in cymbalis æneis concrepantes.] Cymbala a se inuicē percussa, sonū efficiūt dulcem, per quæ labia Deum laudantiū designantur, quia ad inuicèm percussa, diuinas resonāt laudes dulcissimas, iuxta quod legitur: Laudate eum in cymbalis benè sonantibus. [Zacharias aūt & Oziel, & Semiramoth, & Iahiel, & Ani, & Elib, & Maasias, & Banaias, in nablis arcana cantabant,] i. occulta saluatoris mysteria. Vndè secundum Glossam: In psalterio, i. cū instrumento huiusmodi musico canebant Christi aduentū, quem suæ deitatis secreto disposuit ꝓ humana salute. [Porrò Mathathias, & Eliphalehu, & Macenias, & Obededō, & Iehiel, & Ozazias, in citharis pro octaua canebant synichion] aliqui libri habēt ἐπινίκιον, alij ἐπινίχιον, & satis redit in idem. Nam interpretatio nominum horū est, Deo victori triūphus seu palma, vel triumphus Dei victoris. Dicuntq; aliqui, ꝙ istud fuit exordiū cantici quod ad Dei honorē canebant, ꝙ item exordiū in prosecutione cantus aliquādo resumebāt, vt in carminibus fieri solet seu cantilenis. Hoc ergo cantabant pro octaua, i. pro designatione atq; mysterio dominicæ resurrectionis, qua Christus resurgens, victoriam est sortitus, propter quod dixit apostolis: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Solet etiam per octauam beatitudo & quies vltimata, quæ in generali ac finali resurrectione præstabitur, designari, quæ & per cantici illius iucunditatē poterat figurari. Superficiales aūt & literales Iudæi exponūt sic: Nēpe vt dicunt, in Hebræo habetur, super octauam ad vincendum vel fortificandum, i. super instrumentū octo chordarum canebāt cū quodā conatu ad superandū se inuicèm, sicut interdum vnus chorus nititur aliū vincere fortiter solenniterq; cantādo. Glossa per octauam intelligit diem extremi iudicij, dicens: Aduentum dñi in die iudicij cantores illi significabant, in quo, finita omni seculi septimana, veniet dñs. Numerus aūt octauus magna continet sacramenta. Nam & octo animæ in arcā Noæ ingressæ sunt & saluatæ, seculo pereunte. Dauid quoq; octauus Isai filius, in regem elicitur. octaua die circuncisio purificauit, & die octauo Christus surrexit. [Chonanias aūt princeps Leuitarum] non oīm, sed quorundā, quia diuersis Leuitis diuersi præerant sacerdotes, [prophetiæ præerat, & ad præcinendā melodiam.] Circa ꝙ loquitur Glossa, ꝙ prophetiæ spū plenus, melodias, & sacra verba cantoribꝰ ad memoriā reuocabat. Vel ideò dicitur ꝓphetiæ præfuisse, quia disposuit quæ verba & cantica ꝓphetarū essent cantāda, & qualiter: [erat quippe valdè sapiens:] i. potēs atq; intelligēs in scripturis, & discretus in ordinando: [Et Barachias & Elcana ianitores arcę] fuerunt, i. custodes portarū domus, in qua fuit arca, nō sinentes aliquē irreuerenter aut immoderatè appropinquare ad arcā, neq; dū portabat, neq; dū in tabernaculo requieuit. Porrò Sachanias, & Iosaphat, & Nathanael, & Amasai, & Zacharias, & Banaias, & Eliezer sacerdotes, clangebāt tubis coram arca Dei.

2. Reg. 6.
Nume. 4.
Hieron.
Psal. 105.
1. Cor. 15.
Matth. 28.
Genes. 6.
1. Pet. 3.
1. Reg. 6.
Genes. 17.
Ioann. 20.

Et Obededom, & Iahias erāt ianitores arcæ.] Iam nominati sunt alij duo arcæ ianitores, cur ergo nunc interpositis quibusdam, ponunt & hi duo eiusdē esse officij? forsitan plures erant huius officij, sibi inuicèm succedentes. Vel, in arcæ deportatione dati sunt isti in adiutorium ad accessum populi reprimendū. [Igitur Dauid & oēs maiores natu Israel & tribuni, ierūt ad portandū arcam fœderis dn̄i de domo Obededom cū lætitia magna. Cumq; audiuisset Deus
1. Reg. 6. Leuitas q portabant arcā, immolabant septem tauri & septem arietes.] 1. lib. Reg. sic legitur: Cumq; transcendissent q portabant arcā dn̄i, sex passus, immolabāt bouem & arietē. Itaq; adiutorium ꝙ Deus impēdebat portatoribus arcæ, fuit virtuosa & indefessa alacritas, qua arca tam expeditè atq; celeriter quasi transilientes deferebant, sicq; confortabant à dn̄o corde & corpore. Vndè ꝓ gratiarū actione & deuotione trāscensis sex passibus, offerebāt dn̄o taurū, seu bouem atq; arietē, ita ꝙ bos dicit hic naturā seu speciē magìs q̄ sexum. Videtur quoq; ꝙ summa oblationū illarū fuit septē tauri, totidemq; arietes. Deniq;, vt fertur, Hebræi affirmāt p̄fatum adiutoriū Leuitis à Deo impēsum fuisse, ꝙ pondus arcæ non sentiebāt eam portādo,
Gregorius sicut refert Gregorius de fratre Martyrio, q Christum in specie leprosi deportās, pondus nō sensit. [Porrò Dauid indutus erat stola byssyna.] i. veste albissima facta de bysso, quæ est genus subtilissimi ac cādidissimi lini. [& vniuersi Leuitæ q portabāt arcam fœderis, cantoresq; & Chonanias princeps prophetię inter cantores] induti erant byssinis stolis. quibus beatissimus Dauid ex charitatis & deuotionis feruore ac grandi deuotione se conformauit in habitu isto, quē quasi superpliciū induit super regalia indumenta, vel vt ꝓbabile est, ex deuotiōe
1. Reg. 6. deposuit ea: propter ꝙ Michol ei improperauit ꝙ discooperuit se. [Dauid aūt indutus erat] etiā [ephod lineo.] Ex hoc ꝓbatur, ꝙ Ephod lineū fuit aliud quàm byssina vestis, q̄uis aliq dicant idem fuisse: & verum est ꝙ vnum quādoq; ꝓ alio sumitur. Nam ephod hoc, fuit quædam linea vestis, qua Leuitæ in suis vtebantur officijs. Fuit & aliud ephod ornamentū sacer-
Exodi 28. dotale, imò indumentum pontificale, quod vocabatur superhumerale, cui rationale iudicij
1. Reg. 2. fuit coniunctum, vt super Exodum pleniùs est expressum, & thali Ephod non poterat Dauid vti, sed lineo iam præfato, quo & 1. Reg. Samuel adhuc puer legitur vsus, quod quidā vocant propheticum, quasi illo sint vsi prophetæ, & filij prophetarum in laudib⁹ Dei. [Vniuersusq; Israel deducebāt arcam fœderis dn̄i in iubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis, & citharis cōcrepantes. Cumq; peruenisset arca fœderis dn̄i vsq; ad ciuitatem Dauid, Mi-
2. Reg. 6. chol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid saltantem, atq; ludentem, & despexit eum in corde suo.] Alia hic non exposita, in 2. lib. Reg. exposita sunt.

¶ Elucidatio cap. 16. Attulerunt ergo arcam Dei. Art. XVI.

QValiter Dauid rex habuerit se circa arcam in suo loco repositam, nunc narrat. [Attulerunt ergo arcā Dei, & cōstituerunt eam in medio tabernaculi, ꝙ tetēderat ei Dauid, &
Ibidem obtulerunt holocausta & pacifica coram Deo.] In 2. lib. Reg. legitur Dauid hæc obtulisse, qa principalis erat in exhibendo oblata, sed p manus sacerdotum fiebat oblatio. [Cumq; complesset Dauid offerens holocausta & pacifica, benedixit populum in noīe dn̄i:] i. bona imprecatus est eis tanq̄ rex & princeps eorum, feruidusq; amator, q̄uis benedictio talis ad sacerdotes propriè spectet. [& diuisit] i. particulariter dedit, [vniuersis p singulos, à viro vsq; ad mu-
Num. 6. lierē, tortā panis,] quæ 2. Reg. lib. vocatur collyrida, estq; secundum Glossam panis triangu-
2. Reg. 6. laris & modicus. Vel, vt alij dicunt, est panis quadrat⁹ ex simila factus in sartagine frixus. [& partem assæ carnis bubalæ,] i. frustum carnis assatæ, de boue vel magìs de bubalo. [& frixam oleo similam. Constituitq; coram arca dn̄i de Leuitis qui ministrarent] Deo in omni officio eis deputato, & recordarentur operū eius] i. mirabilia Dei & beneficia eius decātarent & annunciarent, [& glorificarent atq; laudarent dn̄m Deum Israel, Asaph principem,] cantorum sui chori ac pręcentorē. [& secundum eius] i. immediatū post eum seu succentorē, [Zachariam. Porrò Iahiel & Semiramoth, & Iehiel & Mathathiā, & Eliab & Bananiā, & Obededom, & Iehiel. super organa psalterij, & lyras: Asaph aūt, vt in cymbalis personaret.] i. ipsum Dauid instituit ad hoc, vt psallendo etiam cymbala percuteret. [Bananiam verò & Iahaziel sacerdo-
Psal. 104. tes canere tuba iugiter coram arca fœderis dn̄i. In illa die fecit Dauid principē ad confiten-
Psal. 95. dum dn̄m] i. ad laudandū Deum, ipsum [Asaph & fratres eius] sub eo. Deindè subiungit can-
Psal. 105. ticum quod psallebant, estq; cōpositum ex psalmis duobus, putà ex psalmo centesimoquarto & nonagesimoquinto. In fine tamen cantici huius inseritur primus versus psalmi centesimiquinti, & subiungunt tres vltimi versus eiusdē psalmi, sicq; dicere possumus, ꝙ ex tribus psalmis canticū istud cōpositū sit. [Confitemini dn̄o, et inuocate nomen eius, notas facite in populis adinuentiones eius. Cantate ei, et psallite ei, et narrate oīa mirabilia eius. Laudate nomen sanctū eius: lætet cor quærentiū dn̄m: quærite dn̄m et virtutē eius, q̄rite faciē eius semper. Recordamini mirabilium eius quæ fecit, signorū illius, et iudiciorū oris eius. Semen Israel, serui eius: filij Iacob, electi eius. Ipse dn̄s Deus noster, in vniuersa terra iudicia eius. Recordamini in sempiternum pacti eius, sermonis quem præcepit in mille generatiōes. Quem

pepi-

pepigit cum Abraham, & iuramenti illius cum Isaac. Et constituit illud Iacob in præceptum, & Israel in pactum sempiternum, dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ. Cùm essent pauci numero, parui & coloni eius, Et transirent de gēte ad gentem, & de regno ad populum alterum. Non dimisit quenquam calumniari eos, sed increpauit pro eis reges. Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Cantate dño omnis terra, annunciate de die in diem salutare eius. Narrate in gentibus gloriam eius, & in cunctis populis mirabilia eius. Quia magn⁹ Dñs & laudabilis nimis, & horribilis super oēs deos. Omnes eñ dij populorũ idola, dñs aũt cælos fecit. Confessio magnificentia coram eo, fortitudo & gaudiũ in loco eius. Afferte dño familiæ populorum, afferte dño gloriam & imperiũ, date dño gloriam nomini eius. Leuate sacrificium, & venite in cõspectu eius, & adorate dñm in decore sancto. Commoueatur à facie eius omnis terra, ipse eñ fundauit orbem immobilem. Lætentur cæli, et exultet terra, et dicant in nationibus: dñs regnauit. Tonet mare et plenitudo eius, exultent agri, et omnia quæ in eis sunt. Tunc laudabunt ligna saltus coram dño, quia venit iudicare terrã. Confitemini dño quoniã bonus, qm̃ in æternũ misericordia eius. Et dicite: Salua nos Deus saluator noster, et congrega nos, et erue de gentibus, vt cõfiteamur nomini sancto tuo, et exultemus in carminibus tuis. Benedict⁹ dñs Deus Israel ab æterno, et vsq; in æternum, & dicat omnis populus, amen: & hymnum Deo.] Non opus reor hoc loco istud exponere, quia iam dudũ in expositione libri Psalmorũ exposui ipsum. Hoc tñ tangendum, ꝙ istud adiunctũ ex Psal. 105. videlicet: Et dicite: Salua nos Deus saluator noster, & cõgrega nos, & erue de gentibus, vt confiteamur nomini sancto tuo &c. aliqui dicunt hoc loco non adiunctũ à Dauid, qm̃ tempore eius filij Israel non erant dispersi, aut capti in gentib⁹, sed ab Esdra, cuius tẽporibus magna pars populi Iudæorũ erat inter gentes dispersa, pro cui⁹ reductione Esdras orauit. Alij dicunt, ꝙ Dauid addidit istud, qa præuidit in spũ, quod Esdras vidit ad oculũ. [Dereliquit itaq; ibi corã arca fœderis dñi Asaph & fratres eius, vt ministrarent in conspectu arcæ:] i. in domo illa cultus diuini, in qua ꝑsens extitit arca, [iugiter] i. omni tempore opportuno & horis à Dauid præfixis, [per singulos dies & vices suas] quibus sibi inuicèm succedebant in ministerijs Dei. [Porrò Obededom & fratres eius 68. Obedom filium Idithun & Oza, constituit ianitores. Sadoc aũt sacerdotẽ & fratres ei⁹ sacerdotes,] cõstituit & esse pcepit [corã tabernaculo dñi] ꝙ Moses fieri iussit, [in excelso, quod erat in Gabaon.] Ex hoc aliqui dicunt, ꝙ in deportatione arcæ ad Hierusalẽ, tabernaculũ Mosis & altare holocausti manserunt in loco sublimi in Gabaon ciuitate, ideò voluit Dauid, vt ibi quoq; vigeret cultus diuinus, & oblatiões iussæ in lege, ꝑsertim iuge sacrificiũ, ꝙ fiebat omni mane & vespere, ad quæ oĩa exequenda deputauit Sadoc & eius cognatos sacerdotes. Vndè subiũgitur, [vt offerent holocausta dño super altare holocaustomatis, iugiter manè & vesperè, iuxta omnia quæ scripta sunt in lege domini, quam pręcepit Israeli.] Alij opinantur per excelsum in Gabaon, designari locum pręclarum in Hierusalem, etiã sublimiter situ in colle. Nam Gabaon collis interpretatur, & ibi facta hæc esse. Apparet equidem ꝙ Dauid sancta illa in Hierusalem esse voluerit, sicut & arcam. Hinc fertur in Glossa: Quidam dicunt post ingressum filiorum Israel in terram promissióis, tabernaculum Dei primũ fuisse in Silo, deindè in Nobe, posteà in Gabaon, tandem in Sion. Alij dicunt locum esse in Hierusalem, appellatum in Gabaon, ibiq; Dauid tabernaculũ & arcam collocasse. Gabaon eñ collis interpretatur, quẽ locum putant dictũ esse excelsum, ꝓpter dignitatẽ cultus diuini. Sed in libro locorũ legimus, Gabaon metropolim fuisse Euæorum in tribu Beniamin, & nunc ostenditur villa eiusdẽ nominis in quarto milliario à Bethlehem ad occidentem iuxta Ram & Remmon, vbi Salomon hostijs immolatis, meruit diuinũ oraculũ. Fuit aũt separata Leuitis. Hęc Glossa. [Et post eum Heman, Idithun, & reliquos electos, vnũquenque vocabulo suo, ad confitendum dño, qm̃ in æternum mĩa eius. Heman quoq; in Idithun, caneates tuba, & quatientes cymbala, & oĩa musicorũ organa, ad canendũ dño. Filius aũt Idithun fecit esse portarios. Reuersusq; est omnis popul⁹ in domũ suam, & Dauid, vt benediceret etiã domui suæ.] Ista plana sunt. ¶ Postremò, ex isto capitulo declaratur nobis diuini & prælecti Dauid regis mira ad Deum deuotio, indefessa alacritas, feruidus zelus, desideriũ fraternæ salutis, amor boni cõis, qui in tot & tantis occupationibus regni, inter tot pręlia, & in tanta vxorũ ac sobolis numerositate indesinẽter feruebat circa diuina, & spiritali flagrabat amore, Deiq; cultũ copiosissimè auxit, & alios sic traxit ad viã salutis, cuius exemplo vtinam reges & principes Christiani informarentur, atq; in consimilia excitarentur, imò nos omnes tanti regis accendamur exemplis, vt erubescamus quòd tam faciliter ex immodica occupatione circa exteriora, refrigescit & euagatur cor nostrum. Constat quoq; ex his, quam temperatè vir sanctus suis vtebatur coniugibus.

Psal. 105.

1. Esd. 9.

Exodi 25.

Exod 29.
Num. 28.

Hieron.

3. Reg 3.

¶ Expositio cap. 17. Cùm aũt habitaret Dauid in domo sua &c. Art. XVII.

CVm autẽ habitaret Dauid in domo sua, dixit ad Nathan prophetam: Eccè ego habito in domo cedrina, arca autẽ fœderis domini sub pellibus est. Et ait Nathã ad Dauid: Omia

Sed & oĩa vasa aurea,& argentea,& ænea consecrauit Dauid rex dño,cum argento & auro q̃ tulerat ex vniuersis gentibus,tam de Idumæa & Moab & filijs Ammõ,q̃ de Philistijm & Amalech. Abisai verò filius Saruiæ percussit Edom in valle Salinarum,10. & 8. millia,& constituit in Edom præsidium,vt seruiret Idumæa Dauid. Saluauitq; dñs Dauid in cunctis ad quæ perrexerat. Regnauit ergo Dauid super vniuersum Israel,& faciebat iudicium atq; iustitiam in cuncto populo suo. Porrò Ioab filius Saruiæ erat super exercitum; & Iosaphat filius Ahilud à commentarijs. Sadoch autem filius Achitob,& Achimelech filius Abiathar, sacerdotes, & Susa scriba. Banaias quoq; filius Ioiadæ super legiones Cerethi & Phelethi. Porrò filij Dauid 1. ad manum regis.] Historia huius cap. 2. Reg. lib. exposita est. Pauca tamen dicuntur hic, & aliqua inseruntur,quæ prima facie non videntur consonare dictis præallegato Reg. lib. idcircò tangentur. Factum est post hæc,vt percuteret Dauid Philistijm, &c. Hoc etiam 2. Reg. lib. habetur,quibus verbis hic additur,& tolleret Geth, i. vnam quinque principalium vrbium Philistinorum,& filias eius,i. loca & villagia ei annexa. Cepit Dauid mille quadrigas eius,videlicet Adadezer regis, & septem millia equitum,ac viginti millia virorum peditum. Hic aliquid suppletur, quod 2. Regum libro tacetur. Nam ibi sic legitur: Captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus,& viginti millibus peditum. Itaque ibi non fit mentio de quadrigis,& pauciores equites exprimuntur ibi quam hic, & fortè principales exprimuntur ibidem,quorum satellites hic forsan adijciuntur:nec est contradictio in istis capitulis,quoniam maior numerus includit minorem,nec minor numerus ponitur ibi cum exclusione maioris. Abisai verò percussit de Edom decem & octo millia:& constituit in Edom,hoc est,in Idumça præsidium &c. Istud totum in prætacto Reg. lib. ascribitur Dauid regi, & hoc tanquam principali:hic autem Abisai,tanquàm executori,aut adiutori,ac duci pugnantium, iuxta regis decretum. ¶ Porrò filij Dauid primi erant ad manum regis,hoc est, principales inter astantes regi,& cæteris potiores honore ac prioratu. Vndè secundo libro sacerdotes vocantur,iuxta quem modum dicitur Iethro fuisse sacerdos Madian.

2. Reg. 8. Ibid. Ibidem. Ibidem. Ibidem. Exodi 3.

¶ Expositio cap. 19. Accidit aũt vt moreretur Nathas rex filiorum Ammon. Art. 19.

PRæsens cap. recitat,qualiter Dauid primò per suos satellites vicit Ammonitas & adiutores eorum,eo quòd Ammonitæ iniuriam intulissent seruis Dauidi. Deindè in propria persona cũ populo suo cõtra illos processit,atq; præualuit.[Accidit aũt vt moreretur Nahas rex filiorũ Ammon,& regnaret filius eius pro eo, Dixitq; Dauid:Faciam mĩam cum Hanon filio Nahas. Præstitit eñ mihi pater eius gratiã, Misitq; Dauid nuncios ad cõsolandũ eũ sup morte patris sui. Qui cùm peruenissent in terrã filiorum Ammon,vt cõsolarentur Hanon, dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon:Tu forsitan putas, q̃ *D*auid honoris causa in patrem tuum miserit qui consolarentur te,nec animaduertis,q̃ vt explorent & inuestigent & scrutẽtur terram tuam,venerint ad te serui eius. Igitur Hanon pueros *D*auid decaluauit,& rasit, & prçscidit tunicas eorum,à natibus vsq; ad pedes,& dimisit eos. Qui cùm abijssent,& hoc mandassent *D*auid,misit in occursum eorum. Grandem eñ contumeliam sustinuerunt. Et præcepit vt manerent in Hiericho,donec cresceret barba eorũ,& tunc reuerterentur. Videntes aũt filij Ammon,q̃ iniuriam fecissent *D*auid,tam Hanon,q̃ reliquus populus,miserunt mille talenta argenti,vt cõducerent sibi de Mesopotamia & de Syria Maacha,& de Soba currus & eq̃tes. Conduxerũtq; 32. millia curruũ,& regẽ Maacha cum populo eius. Qui cùm venissent, castrametati sunt e regione Medaba. Filij quoq; Ammon congregati de vrbibus,venerunt ad bellũ. Quòd cùm audisset *D*auid,misit Ioab & oẽm exercitum virorũ fortium. Egressiq; filij Ammon,direxerunt aciẽ iuxta portã ciuitatis. Reges aũt qui ad auxilium ejus venerant,separatìm in agro steterunt. Igitur Ioab intelligens bellum ex aduerso & post tergum contra se fieri,elegit viros fortissimos de vniuerso Israel,& perrexit cõtra Syrum. Reliquam aũt partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui,& perrexerunt cõtra filios *A*mmon. *D*ixitq; Si vicerit me Syrus,auxilio eris mihi. Si aũt superauerint te filij Ammon,ero tibi præsidium:Cõfortare & agamus viriliter pro populo nostro,& pro vrbib⁹ Dei nñi. Dñs aũt,quòd in conspectu suo bonũ est,faciat. Perrexit ergo Ioab,& populus qui cùm eo erat,contra Syrũ ad p̃lium,& fugauit eos. Porrò filij Ammõ videntes q̃ fugisset Syrus,ipsi quoq; fugerunt Abisai fratrem ei⁹,& ingressi sunt ciuitatẽ. Reuersusq; est etiã Ioab in Hierusalẽ. Vidẽs aũt Syrus q̃ cecidisset corã Israel,misit nuncios,& adduxit Syrum q erat trans fluuium. Sophach aũt princeps militiæ Hadadezer,erat dux eorũ. Quod cùm annunciatũ esset Dauid,cõgregauit vniuersum Israel,& trãsiuit Iordanẽ,irruitq; in eos,& direxit ex aduerso aciem,Illis contra pugnãtib⁹. Fugit autem Syrus Israel. Et interfecit Dauid de Syris 7. millia curruum,& 40. millia peditum, & Sophach exercitus principem. Videntes autem serui Adadezer se ab Israel esse superatos, transfugerunt ad Dauid & seruierunt ei:Noluitque vltrà Syria auxilium præbere filijs Ammon.] Tota histor. ista 2. Regum libr. explanata est,paucis verbis exceptis. Nam dicitur hic: Conduxerunt filij Ammon 32. millia curruum, quod prima facie incredibiliter sonare 2. Regũ. 10.

vide-

videtur, & regem Maacha cum populo suo, At verò in 2. libr. Reg. legitur: Filij Ammon con-
Ibidem. duxerunt viginti millia equitum, & à rege Maacha mille viros, & ab Isthob duodecim millia virorum, sicq; conductitij illi fuerunt in toto trigintatria millia. Ideò per trigintaduo millia curruum intelliguntur totidem millia hominum in curribus prælantium, sumendo conti-
Ibidem. nens pro contento: & per regem Maacha cum populo suo, intelliguntur alij mille viri. Verun tamen non est putandum, quod totus ille triginta duorum millium Syrorum exercitus, pugnauit ex curribus, præsertim cum in præallegato Reg. libr. pedites appellentur. Sed multi & principaliores in curribus pugnauerunt, ideò sub eorum nuncupatione alij includuntur. Prætereà sicut in cap. hoc habetur, in alio prælio occidit Dauid de Syris septem millia cur-
2. Regū. 10. ruum, & quadraginta millia peditum. Secundo autem libro Regum scriptum est: Occidit Dauid de Syris septingentos currus & quadraginta millia equitum, pro quorum concordia dicitur, quod hic rursus per septem millia curruum, intelliguntur septem millia virorum ex curribus belligerantium, & quod erant ibi solum septingentę qnadrigę. In toto autem illo Syrorum exercitu multi pedites, multiq; equites fuerunt. Sicque denominando totum à sua
Ibidem. parte, in lib. Reg. dicūtur quadraginta millia peditum, hic verò quadraginta millia equitum.

¶Expositio cap. 20. Factum est autem post anni circulum. Art. XX.

CONseqn̄ter recitatur hic, q̄liter Dauid expugnauit, vicit, spoliauit, & sibi subiecit filios Ammon. [Factum est aūt post anni circulum, eo tēpore quo solēt reges ad bella ꝓcedere, congregauit Ioab exercitū & robur militiæ, & vastauit terram filiorū Ammon. Perrexitq; & obsedit Rabba. Porrò Dauid manebat in Hierusalem quando Ioab percussit Rabba, & destruxit eam. Tulit aūt Dauid coronā Melchon de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talētū, & praeciosissimas gemmas: fecitq; ibi indè diadema. Manubias quoq; vrbis plurimas attulit, populum aūt qui erat in ea eduxit, & fecit super eos tribulas & trahas & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur & contererentur. Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon, & reuersus est cum omni populo suo in Hierusalem. Post hæc initū est bellum in Gazer aduersum Philistæos, in quo percussit Sobochai Husathites, Saphai de gn̄e Raphaim, & humiliauit eos. Aliud quoq; bellum gestum est aduersus Philisteos, in quo percussit Adeodatus filius saltus * Labami fratrem Goliad Gethei, cuius hastæ lignum erat quasi liciatorium texentium. Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longissimus, senos habens digitos, i. 24. simul, qui & ipse de Raphaim stirpe fuerat generatus. Hic blasphemauit Israel. Et percussit eū Ionathan filius Sammaa fratris Dauid. Hi sunt filij Raphaim in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid, & seruorum eius.] Hoc totum 2. Reg. lib. fuit expositum, nisi ꝙ
2 Reg. 12. hic scriptum est: Tulit Dauid coronam Melchon de capite eius, & inuenit in ea auri pondo
2. Reg. 12. talentum, & preciosissimas gemmas, fecitq; sibi inde diadema. Porrò prætacto 2. Regum lib.
Ibidem legitur: Tulit diadema regis eorum de capitę eius pondo auri talentum, &c. & impositum est super caput Dauid. Melchon autem est idolum Ammonitarum, & ista videtur dissonantia in istis historijs. sed facilis est concordantia horum. Melchon nanq; interpretatur rex eorum, sicq; in lib. Regum per regem eorum, intelligitur Melchon Deus & rex ac idolum Ammonitarum. Manubias quoq;, i. spolia Rabbath metropolis filiorum Ammon, tulit, & dicuntur manubiæ, qm̄ manibus rapiuntur. populum autem qui erat in ea, eduxit, & fecit super eos tri-
2. Regū. 12. bulas & trahas & ferrata carpenta transire. In Reg. libro habetur, populum eius adducens, serrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta, diuisitque cultris & transduxit in typo laterum. Sicq; per tribulas possunt cultri intelligi, vel aliquid additur hic quod ibi expressum non fuit. Propriè autem tribula appellatur vehiculum, quo teritur frumentum aut messis. Traha verò dicitur à trahendo, qm̄ rotas non habet, sicq; trahitur super alia ad complanandum, vt super nouiter seminata, siue ad opprimendum, vt super istos. Posthęc initum est bellum in Gazer aduersus Philistæos. Describuntur hic tria prælia victoriosa Dauid regis con-
2. Reg. 22. tra Philistæos, & patet hæc litera ex dictis in expositione secundi voluminis Regum, in quo describuntur quatuor bella huiusmodi, quorum vnum omittitur in hoc loco.

¶Expositio cap. 21. Consurrexit autem sathan contra Israel. Art. XXI.

INsup in hoc capit. describitur, qualiter ad imperium Dauid, numeratus est populus Israel & qualiter Dauid in hoc peccauit atq; punitus est, ꝙ totum in 2. lib. Regum expositum est.
2. Reg. 24. [Consurrexit autem sathan contra Israel] i. Deo permittente, diabolus aduersarius humanæ salutis tentauit Dauid de elatione, & hoc in malum totius Israelitici populi qui occasione tentationis illi⁹ magnā incurrit aduersitatem & pestem, & incitauit ipsum Dauid vt numeraret Israel. Secundo lib. Reg. habetur, & addidit furor dn̄i irasci contra Israel, commouitq; Dauid, i. Deus ex sua iustitia permisit ipsum Dauid commoueri à sathan, i. tentari modo prætacto, [& incitauit Dauid vt numeraret Israel. Dixitq; Dauid ad Ioab, & ad prīcipes populi: Ite & numerate Israel, à Bersabeę vsq; Dan, & afferte mihi numerum vt sciam. Responditq; Ioab Augeat dominus populum suum cētuplùm, quàm sunt. Nónne dn̄e mi rex, oēs serui tui sunt,

Qua-

Quare hoc quęrit dñs meus, quod in peccatum reputetur? Sed sermo regis magis prævaluit. Egressusq; est Ioab,& circuiuit vniuersum Israel, & reuersus est in Hierusalem. Deditq; Dauid numerũ eorum,quos circumierat,& inuentus est oĩs numerus Israel,mille millia,& centum millia virorum educentium gladium. De Iuda aũt quadringenta septuaginta millia bellatorũ. Nam Leui & Beniamin non numerauit,eo ꝙ inuitus exequeretᷣ regis imperium. Displicuit autẽ Deo,ꝙ iussum erat, & percussit Israel. Dixitq; Dauid ad eum: Peccaui nimis,vt hoc facerem. Obsecro,aufer iniquitatem serui tui, quia insipiẽter egi.& loquutus est dñs ad Gad Videntẽ Dauid,dicens: Vade,& loquere ad Dauid,& dic ei: Hæc dicit dñs: Trium tibi optionem do:vnum quod volueris,elige,vt faciam tibi.Cumq; venisset ad Gad Dauid,dixit ei:Hæc dicit dñs: Elige quod volueris. Aut tribus annis pestilentiam, aut tribus mensibus fugere te hostes tuos,& gladium eorũ nõ posse euadere, aut tribus diebus gladium dñi,& mortem versari in terra,& angelum dñi interficere in vniuersis finib' Israel. Nunc igitᷣ vide, quid respondeã ei,qui misit me. Et dixit Dauid ad Gad: Ex omni parte me angustiæ premunt.Sed melius mihi est,vt incidam in manus dñi,quia multæ sunt miserationes eius, q̃ in manus hominum. Misit ergo dñs pestilentiã in Israel. Et ceciderunt de Israel septuaginta millia virorũ. Misit quoq; angelum dñi in Hierusalem,vt percuteret eam. Cumq; percuteretur] Hierusalẽ, Ibidem.
hoc est,in ꝓximo, & in præcincto esset, ꝙ angelus percuteret peste habitatores Hierusalem. Vel,si aliqui erant infecti,Deo miserante,curati sunt. [Vidit dñs, & misertus est super magnitudinem mali,& imperauit angelo,qui percutiebat:Sufficit, iam cesset manus tua. Porrò angelus dñi stabat iuxta aream Ornan Iebusæi. Leuansq; Dauid oculos suos, vidit angelum dñi stantem inter cælum & terram,& euaginatũ gladium in manu eius, & versum cõtra Hierusalem. Et ceciderũt tam ipse q̃ maiores natu vestiti cilicijs,proni in terram. Dixitq; Dauid ad Deum:Nõnne ego sum,qui iussi vt numeraretur populus? Ego qui peccaui? Ego q malum feci?iste grex quid commeruit?Dñe Deus meus,vertatur (obsecro) manus tua in me, & in domum patris mei,populus autẽ tuus nõ percutiatur. Angelus aũt dñi præcepit Gad, vt diceret Dauid,vt ascenderet,extrueretq; altare dño Deo in area Ornan Iebusæi. Ascendit ergo Dauid,iuxta sermonem Gad,quem loquut' ei fuerat,ex nomine dñi. Porrò Ornan] Qui 2.Reg. libro vocatur Areuna,[cùm suspexisset,& vidisset angelum,quatuorq; filij eius cũ eo,absconderunt se] præ timore. Nam & angelus in forma terribili apparebat,quasi cum igneo vultu,& tanq̃ iratus. Ipsi quoq; formidabant percuti ab eodem.[Nam eo tempore terebat in area triticum. Igitur cùm veniret Dauid ad Ornan,conspexit eum Ornan,& processit ei obuiam de area,& adorauit eum pronus in terram. Dixitq; ei Dauid: Da mihi locũ areæ tuæ,vt ædificem in ea altare dño,ita vt quantùm valet argenti,accipias, & cesset plaga à populo. Dixit aũt Ornan ad Dauid: Tolle,& faciat dñs meus rex,quodcunque ei placet.Sed & boues do in holocaustum,& tribulas in ligna, & triticum in sacrificiũ, omnia libens præbeo. Dixitq; ei rex Dauid:Nequaq̃ ita fiet,sed argentum dabo tibi, quantùm valet. Neq; eñ auferre tibi debeo, & sic offerre dño holocausta gratuita. Dedit ergo Dauid Ornan pro loco, siclos auri iustissimi ponderis sexcentos,& ædificauit ibi altare dño. Obtulitq; holocausta,& pacifica,& inuocauit Deum. Et exaudiuit eum in igne,de cælo super altare holocausti:]i Deus ostẽdit se accepGenes. 4.
tasse contritionem,orationem & sacrificia Dauid,per hoc quod ignis de cælo aereo ministeLeui. 9.
rio angeli descẽndens, holocaustum ipsius Dauid consumpsit, quemadmodùm in sacrificijs Abel & Aaron factum fuit,& posteà in sacrificio Salomonis atq; Heliæ. Præcepitq; dominus angelo,& conuertit gladium suum in vaginam. Protinùs ergò Dauid vidẽs ꝙ exaudisset eum dominus in area Ornan Iebusæi,immolauit ei victimas] i.hostias pro gratiarum actione, & pro pace ac venia plebis. Tabernaculum aũt domini quod fecerat Moses in deserto] per manus artificum,& altare holocaustorum ea tempestate] i. tribulatiõe & inquietudine, [erat in excelso Gabaon,]quod qualiter intelligendum sit,in superiorum expositione patuit.[Et nõ præualuit Dauid ire ad altare,vt ibi obsecraret Deum] i.ascẽdere ad altare holocausti in excelso Gabaon non poterat ad orandum & sacrificandum ibidèm.[Nimìs enim fuerat timore perterritus:]quia & sibi conscius fuit de malo, & naturali affectu timuit percuti, q̃uis hoc secundum rationem optauit. Species quoq; in qua apparuit angelus, fuit horribilis, similiter gladius eius. Vndè subiungitᷣ: [Videns gladiũ angeli dñi]qui fuerat cruẽtatus. Potest quoq; per gladium angeli,accipi plaga per angeli potestatẽ illata plebi. ¶ Porrò timor,sicut & cæteræ passiones fiunt cum corporali transmutatione, & timor ex natura infrigidat atq; debilitat. Idcircò tam vehemẽs timor,valdè naturam indisposuit,discruciauit,infrigidauit, debilemque effecit,Dauid autem desiderauit ex deuotione ascendere præfatum altare.

¶ Expositio cap 22. Dixitq; Dauid:Hæc est domus Dei &c. Art. XXII.

PRęsens cap.recitat qualiter Dauid rex necessaria pręparauit ꝓ tẽplo ædificãdo. [Dixitq; Dauid: Hæc est domus Dei]i.in loco isto ædificabitᷣ celebre tẽplũ Deo, [& hoc altare,] quod ædificaui, vel quod suo tempore fiet seu constituetur in loco isto per Salomonem, erit

[in holocaustum Israel]i.ad hoc deseruiret, ꝙ populus Israel holocausta sua & etiã sacrificia, alia offeret super altare hoc. Præuidit itaq; Dauid in spiritu, ꝙ illo in loco ex ordinatione diuina templum esset ædificandum, propter quod dixit hæc verba, quemadmodùm Iacob de eodẽ loquutus est loco: Quàm terribilis est locus iste? nõ est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli, in quo etiã loco (vt fertur) Abrahã voluit filium suum Isaac Deo offerre. [Et pcepit vt cõgregarentur de terra Israel oẽs proselyti.]i. ex paganismo cõuersi ad Iudaismum. Quemadmodùm eñ infideles cõuersi ad legẽ Christi, dicunť neophyti: sic ad Iudaismum cõuersi, proselyti vocabantur. [& cõstituit ex eis latomos]i. lapidũ cæsores, [ad cædendum lapides & poliendos, vt ædificaretur domus Dei]i. ad ornandos lapides & cõplanandos, quatenùs apti essent reponi in ædificio tẽpli. Istis proselytis, tanq̃ pauperioribus & ignobiliorib⁹, imposuit opera ista laboriosiora: non tñ omnibus illis. nam & Ethai & viri sui sexcẽti erant proselyti & Gethæi: & si aliqui alij multùm notabiles inter proselytos erant, non videtur putandũ ꝙ discretissimus Dauid grauauerit eos isto officio graui: eis quoq; quibus istud iniunxit, condignam & largã dedit mercedẽ. [Ferrum quoq; plurimũ ad clauos ianuarum & ad cõmissuras atq; iuncturas]i. cõpositiones seu incastraturas atq; iuncturas asserum & lignorum [præparauit Dauid]i. adduci fecit & congregauit, [& æris pondus innumerabile] i. tam copiosum, ꝙ vix aut difficulter poterat numerari aut ponderari, iuxta quem sensum subiungitur: [Ligna quoq; cedrina nõ poterãt æstimari,]i. distinctè numeraliterq; cognosci, [quæ Sidonij & Tyri,]qui ex Sydone & Tyro vrbibus maritimis & famosis, vel ex regionibus vrbium harũ fuerunt, [deportauerãt]per aquas [ad Dauid. Et dixit Dauid: Salomon filius meus puer paruulus est & delicatus.]Circa hunc passum posset introduci inquisitio magna de intelligẽtia huius verbi, & de Salamonis ætate dũ cœpit regnare, de qua re super tertium lib. Reg. habitus est tractatus, & pro præsenti sufficiat, vt dicatur ꝙ aliquis multipliciter vocať puer & paruulus, seu puer paruulus in scripturis, videlicet respectiuè & absolutè, & ratione puritatis ac innocentiæ aut etiam ratione stultitiæ, iuxta illud Esaiæ: Puer centũ annorũ morietur. Siue igitur Salomon fuerit duodecim annorũ in principio regni sui, vel circiter, vt Iosephus & Hebræi testãtur, siue viginti aut circiter, vocari poterat puer paruulus cõparatione ætatis, quam decet regem habere. Deniq; in Gen. Ioseph ait ad fratres suos de Bẽiamin: Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi, & tñ Beniamin habuit tunc filios decẽ: vt in Genesi habetur, quamuis multi non computent ibì, nisi nouẽ filios eius in textu, prout ibidèm declaratum est pleniùs. Dicitur quoq; Salomon delicatus, i. tener. [Domus aũt quã ædificare volo dño]per filium meum, vtpotè templũ, talis esse debet]i. tam preciosa, pulchra, alta & magna, vt in cunctis regionibus nominetur.] & hoc non propter meum honorẽ neq; ex vana gloria volo hoc, sed ex deuotione & zelo iustitiæ ad Dei præconium, qui cùm sit excellentiæ infinitæ, dignum est ei incõparabile instrui templum. [Præparabo ergo necessaria ei. Et ob hãc causam ante mortem suam omnes præparauit impensas] i. necessaria & oẽs expensas præparauit Dauid filio suo, non tñ penitùs omnes, sed quasdã ex omnibus, & plurimas valdè. [Vocauitq; Salomonem filium suum, & præcepit ei vt ædificaret domum dño Deo Israel. Dixitque Dauid ad Salomonẽ: Fili mi, voluntatis meæ fuit vt ædificarem domum nomini] nominato [domini Dei mei]i. Deo meo ad eius honorem, [sed factus est sermo dñi ad me, dicẽs: Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, & non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.] Dauid in ædificatione templi gestasset personam viri religiosi & spiritalis prælati: idcircò ꝙ prohibitus est templum Deo ædificare, magìs factum videtur propter mysterium (putà ad pfigurandum, ꝙ prælati ecclesiæ & religiosi ac clerici non debeant gladio materiali bellare) q̃ propter peccatum. Non eñ videtur Dauid multum sanguinẽ innocentẽ fudisse, aut vitiosa bella gessisse. Vndè Abigail dixit ad eum: Bella dñi prælaris. Tamen (vt fertur) Hebræi dicunt istud intelligendum, eo ꝙ Dauid fuit occasio interfectionis sacerdotum à Saule & habitatorum oppidi nomine Nobeà Doeg, & qm̃ iussit Vriam occidi, cum quo & alij quidam boni fuerunt occisi. Et item quia contra prauos & infideles pugnando, simul cum malis interfecit frequenter & bonos: imò spoliando Amalechitas, interfecit viros & mulieres. Prætereà dato ꝙ pugnãdo peccasset, indè tñ iam pœnituisset, idcircò apparet ꝙ propter mysteriũ facta est ei prohibitio illa, ad præsignãdum quod etiam hi qui sine peccato sanguinum fundunt, fiunt in nouo testamento irregulares. Nempe cum Dauid fuerit tunc vir tam sanctus & Deo valdè acceptus, cur ei id prohibuisset, nisi ppter mysterium, & etiam ad insinuandum quantùm Deum abhorreat humani sanguinis effusionem. [Filius qui nascitur tibi, erit vir quietissim⁹. Faciam enim eum requiescere ab omnib⁹ inimicis suis per circuitum, & ob hanc causam pacificus vocabiť, & pacem & ocium dabo in Israel cunctis dieb⁹ eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & ipse erit mihi in filiũ, & ego ero illi in patrem, firmaboq; solium regni eius super Israel in æternum. Nunc ergo fili mi, sit dominus tecum, & prosperare, & ædifica domum dño Deo tuo, sicut loquut⁹ est de te.] Ista

Gen. 28. Gene. 22. 3. Reg. 24. Esa. 65. Iose. libr. 7. an. iu c. 15. Genes. 43. Genes. 46. 2. Reg. 7. 1. Reg. 25. 1. Reg. 22. 2. Reg. 11. 2. Reg. 8.

quæ & in secundo libro Regū exposita sunt, constat esse prolata à Nathan ad Dauid. tamē neque in isto volumine, neq; in libro Regum legitur, ꝙ præinducta verba, videlicet quòd propter multam sanguinis effusionem, dominus dixit ipsum Dauid non posse ei templum ædificare, protulerit ipse Nathan regi Dauid: sed forsitan Deus reuelatione diuina, non humana, locutus est ipsi Dauid hæc verba. [Det quoq; tibi dominus prudentiam & sensum] spiritalē, i. sapientiam, [vt regere possis Israel & custodire legem domini Dei tui. Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata] Dei moralia [& iudicia] i. præcepta iudicialia, imò & cæremonialia, [quæ præcepit dominus Mosi, vt doceret Israel.] Nemo enim potest verè proficere, nisi in primis impleat quod Deus primò & maximè ab ipso requirit, videlicet obseruātiam præceptorum. [Cōfortare & viriliter age, ne timeas neq; paueas. Eccè ego in paupertatula mea præparaui impensas domus domini] ædificandæ, [auri talenta centum millia & argenti mille millia talentorum. Aeris verò & ferri] quæ præparaui, [non est pōdus] cognitum nobis determinatè. [Vincitur enim numerus magnitudine] i. præ nimia quantitate numerari non queunt. Qualiter Dauid affirmat se tot & tantas præparasse diuitias in paupertatula, nisi ꝙ compotentia omnipotentis Dei, se pauperem fatebatur? Vel spiritaliter reputabat se pauperem. Tamen (vt fertur) Hebræi dicunt, ꝙ Dauid pauper fuit respectu Salomonis, & quia multa exposuit in frequentibus. Veruntamen ex bellis videtur magis ditatus q̄ depauperatus, quia in cunctis preualuit bellis, & abundantissima spolia procurauit in eis, quemadmodùm scriptum est: Saluauit dn̄s Dauid in omnibus ad quæcunq; profectus est. [Ligna & lapides p̄parauì ad vniuersa impendia. Habes quoq; plurimos artifices, latomos & cæmentarios, artificesq; lignorum & omnium artium ad faciendum opus prudentissimos, in auro & ære & ferro, cujus non est numerus. Surge igitur & fac, & erit dominus tecum. Pręcepit quoque Dauid cunctis principibus Israel, vt adiuuarent Salomonem filium suum: Cernitis (inquiens) ꝙ dominus Deus vester vobiscum sit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, & subiecta sit terra coram dn̄o & corā populo eius. Præbete igitur corda vestra & animas vestras, vt quæratis dn̄m Deum vestrum, & consurgite & ædificatæ sanctuarium domino Deo, vt introducatur arca fœderis dn̄i, & vasa domino consecrata in domum, quæ ædificatur nomini domini.] Ista satis plana sunt. sed q̄a hîc multa habentur, quæ in lib. Reg. non continentur, tangendum est aliquid de spiritali intelligentia horum. Itaq; sicut Dauid rex per proselytorum obsequium lapides fecit excidi atq; poliri ad tēpli constructionem, sic Christus per gentiles conuersos conuertit q̄ plurimos & spiritaliter circūcidit à vitijs, ornauit virtutibus, suamq; ædificauit ecclesiam, sicut per gloriosissimos viros, Clementem, Dionysium, Ignatium, Polycarpum, qui fuerunt artificiosissimi latomi, qui de lapidibus fecerunt filios Abrahæ; Insuper sicut Dauid præparauit suo filio Salomoni necessaria ædificationi, sic pater omnipotēs vnigenito filio suo requisita parauit pro constructione ecclesiæ, secundum quod filius protestatur: Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Hæc tractio seu gratiarum largitio, est pręparatio necessariorū ad spiritalis ædificiū templi, & sicut de Salomone locutus est Dauid, Salomon filius meus paruulus est & delicatus: sic pater æternus de vnico filio suo p Esaiam disseruit: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, qui & quietissimo Salomone fuit quietior. Quēadmodùm etiā tactum est ex verbis Dei, ad Dauid dicentis: Multum sanguinem fudisti, non poteris ædificare domum nomini meo: docemur, ꝙ episcoporum, sacerdotum & cleri nō sit materiali gladio præliari, sed inimicos quoq; diligere, & pro fidei defensione proprium sanguinem libenter effusioni exponere. Rursus ex eodem verbo instruimur, ꝙ vindicatores suę iniuriæ, & q infirmam fratrum conscientiam percutiendo aīas scandalizant ac perimunt, non sunt idonei conuertere alios. Ampliùs, per hoc ꝙ ditissimus Dauid loquutus est: Eccè ego in paupertatula mea, &c. innuitur, ꝙ homines virtuosi & sancti, quantumcunq; perfecti, seipsos pauperes fatentur & imperfectos, præsertim quantùm ex ipsis est, & comparatiōe altitudinis diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, cuius respectu stultus factus est oīs homo à sciētia sua. Postremò, sicut Salomon plures habebat artifices, sic Christus multos habet vicarios & ministros in diuersis facultatibus atq; scientijs graduatos & prædicatores doctissimos. Et sicut Dauid præcepit principibus filiorum Israel, vt adiuuaret filium suum ad templū ædificandū, sic pater cælestis iubet prælatis ac principibus ac magistris populi Christiani, vt Christo fideliter cooperentur ad reformationem, ædificationem ac multiplicationem ecclesiæ, in quam arca Dei introducatur, i. Christi humanitas in credentium cordibus commoretur.

Margin: 2. Reg. 7. — Mich. 6. — 1. Paral. 18. — 2. Reg. 7. — Matth. 5. — Ioan. 6. — Esaiæ 9. — Matth. 5. — 1. Cor. 8. — Hier. 10.

¶ Declaratio cap. 23. Igitur Dauid senex & plenus dierum. Art. XXIII.

QVoniam quæ sunt, a Deo ordinata sunt: & sapiētis est oīa ordinatè ꝑducere siue disponere, sapientis nanq; est ordinare: Idcircò hic recitat̄, q̄ decenter ac ordinatè sanct⁹ Dauid disposuerit ministros Dei in domo ipsius & in obsequio eius. [Igit̄ Dauid senex] non solùm ætate, sed sapiētia quoq; & omni virtutū ꝓbitate, morumq; grauitate, [& plen⁹ dierū] i. Roma. 13.

erunt] Leuitæ sub manu] i. potestate & authoritate [filiorum Aaron] i. pótificis maximi aliorumq; sacerdotum, quibus deseruient circa hostias offerendas, animalia excoriando, carnes labando, [in cultum domus dñi in vestibulis] i. porticus tépli, [& exedris] i. domunculis sitis prope illud per gyrum, in quibus edebant & quiescebant sacerdotes, durante eorum obsequio ibi in templo. [& in loco purificationis,] i. in atrio vbi sacerdotes se abluebant ante accessum ad suum officium [& in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerij tépli domini. 3. Reg. 6.
Sacerdotes autem] erunt [super panes propositionis.] disponendo de illis secundú legis pręcepta, [& ad similæ sacrificium] i. ad prosequendum sacrificium quo purgatissima farina triticea offerebatur, [& ad lagana,] i. ad offerendum panes latos ac tenues. [& azyma,] i. panes non fermentatos. [& sartaginé,] i. panés qui in sartagine seu patella fiebát. [& ad torrendú,] i. ad cremandum grana noua, ex quibus fiebat oblatio. [& super omne pondus atq; mensuram.] i. ex officio suo prouidebunt, vt sacrificia fiant secundum pondus & mensuram determinata in lege. Siquidem aridæ materiæ ex quibus fiebant oblationes, accipiebantur pondere certo ac vario, iuxta sacrificiorum diuersitates ac species. Humida verò materia, vt vinum & oleum, sumebatur cum certa mensura. iuxta differentias oblationum ex ea factarum. [Leuitæ verò] ordinati erunt & distributi, [vt stent manè] omni die [ad cófitendum] confessione laudis diuinæ. [& canendum,] i. psallendum [dño, similiterq; ad vesperam, quia quotidiè offerebatur agnus agniculus manè & etiam vesperè, quod vocabatur iuge sacrificium, in cuius sacrificatione psallebant, [tam in oblatione holocaustorum] quæ ad summę reuerentiam maiestatis totaliter cóburebantur, [dñi, quàm in sabbatis & Calendis & solennitatibus reliquis, iuxta numerum & cæremonias vniuscuiusq; rei iugiter coram domino.] Sabbatum fuit septimanialis festiuitas legis, in recognitionem atq; memoriam beneficij creationis mundi. Numer. 28.
In Calendis quoq; seu nouelunijs seruabatur festiuitas in commemorationem & gratam recognitionem beneficij gubernationis. Aliæ demum solennitates legis erant, pascha in memoriam educationis de Aegypto, pentecostes in recognitionem legis acceptæ in Sinai monte, item festa turbarum & expiationis ac tabernaculorum. In his igitur festis & sacrificiis quæ tunc fiebant in certo animalium hostiarumq; numero, prout in Leuitico & Nume. lib. habetur, & cum determinatis cæremonialibus obseruantijs vniuscuiusq; rei seu sacrificij siue obsequij psallebant Leuitæ. [& custodiant obseruationes tabernaculi fœderis,] i. ea quæ iussa sunt ibi seruari ac fieri. [& ritum sanctuarij,] i. templi seu tabernaculi, [& obseruationem filiorum Aaron fratrum suorum,] i. ea adimpleant quæ sacerdotes ipsis iniunxerint, [vt ministrarent in domo dñi.] ❡ Mysticè, per tam multiplicem distinctioné & pulchram ordinationem ministrorum templi & actuum eorundem, præfigurata est cæliformis atq; pulcherrima ordinatio, distinctio ac dispositio militantis ecclesiæ in suis ordinibus & ministris, gradibus, statibus, personis, sacramétis, officijs, charismatibusq; diuersis, tam gratiæ gratis datæ, quam gratiæ gratificantis. De quibus in epistolis Pauli diuersa leguntur.

Nume. 24. Leuit. 23. Exodi 12. Numer. 10. Deut. 16. Leui. 23. Num. 28. Roman. 12. 1. Cor. 12. 1. Cor. 14.

❡ Explanatio cap. 24. Porrò filijs Aaron hæ partitiones erant. Art. XXIIII.

HIc narratur qualiter deuotissimus rex Dauid cultú Dei amplificás, instituit 24. ordines sacerdotú, in téplo sibi inuicé succedétiú in sacerdotali officio, ita q̄ in quolibet ordine p̄erat vnus sacerdos plures sub se habés sacerdotes, & secú in sua hebdomada ministrátes: erátq; 16. ordines seu familiæ sacerdotú istorú nati ex semine Eleazari filij Aaron, & octo ex Ithamar fratre Eleazari huius. Oíbus quoq; familijs Eleazari vnú p̄fecit domú, videlicet ipsú Sadoc. Omnib⁹ item familijs Ithamar ipsum Achimelech. [Porrò filijs Aaró hæ partitióes] i. partes & diuisióes [erant. filij Aaron, Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar. Mortui sunt aút Nadab & Abiu ante patré suú absq; liberis, sacerdotioq; functus est Eleazar & Ithamar, & diuisit eos Dauid] videlicet sacerdotes ac posteros filiorum Aaroni [i. Sadoc] & cognatorú ipsius natorú, [de filijs Eleazar, & Achimelech de filijs Ithamar secúdú vices suas & ministerium:] i. secundum q̄ congruebat eorú officijs per temporú interualla. [inuentiq; sunt multo plures filij Eleazari in principibus viris,] i. inter præcipuos viros atq; in numero principaliú virorum, ita q̄ ipsi sic inuéti, erát huiusmodi viri, [quàm filij Ithamar. Diuisit aút eis, hoc est, filijs Eleazar, principes p familias sedecim] i. ipse Dauid assignauit & deputauit sedecim sacerdotalibus familijs ex Eleazaro genitis, sedecim sacerdotes principales, ità quòd in qualibet familia illa fuit vnus sacerdos præcipuus, præter Sadoc, & etiam sub Abiathar pontifice. [Et filijs Ithamar per familias & domos suas [i. octo familijs sacerdotalib⁹ generatis ex Ithamar, p̄fecit [octo] sacerdotes, vnicuiq; vnum. [Porrò diuisit vtrasq; inter se familias sortib⁹:] i. per sortium missionem à dño temperatam, determinauit, quæ familia esset prima in ministrando in templo, quæ secunda, quæ tertia, &c. [Erant enim principes sanctuarij & principes domus Dei tam de filijs Eleazar quàm de filijs Ithamar.] i. de amborum filijs erant aliqui sacerdotes principales, qui erant principes Dei, i. pertinentes ad Deum & consecrati eidem, queádmodùm in Genesi filij Heth loquuti sunt Abrahæ: Princeps Dei es apud nos. [Descri- Prouer. 16. Genes. 23.

psitq; eos Semeias filius Nathanael, scriba Leuites coram rege & principibus, & Sadoc sacerdote, & Achimelech filio Abiathar, principibus quoq; familiarum sacerdotaliũ & Leuiticarum, vnam domum, quæ cæteris pẽrat, Eleazar. & alteram domum, quæ sub se habebat cæteros, Ithamar.] i. Semeias descripsit ex posteritate Eleazari, vnum, videlicet Sadoc, cæteris familijs Eleazari pſidẽtem, vt dictũ est: & simili modo fecit de Ithamar. [Exiuit aũt sors prima Ioiarib, secunda Iedaiæ, tertia Harim, quarta Seorim, quĩta Melchia, sexta Miamin, septima Acchos, octaua Abia, nona Iesu, X. Sechania, XI. Eliasib, XII. Iacim, XIII. Hupha, XIIII. Isbaab, XV. Belga, XVI. Emmer, XVII. Hezir, XVIII. Haphses, XIX. Pathahia, XX. Ezechiel, XXI. Iachin, XXII. Gamul. XXIII. Dilaiahu, XXIIII. Maaziahu. Hæ vices eorum secundum ministeria sua, vt ingrediantur domum Dei, & iuxta ritum suũ, sub manu Aaron patris eorũ, sicut pcepit dñs Deus Israel:] i. sacerdoti Ioiarib sic nominato, vt esset sacerdos hebdomadari⁹ cũ sacerdotib⁹ sibi subiectis in prima Hebdomada, sicq; deinceps, vt fertur in litera, inter quas
Luc. 1. familias octaua fuit Abiæ, de qua (vt apud Lucam habetur) sanct⁹ ille Zacharias pater gloriosissimi fuit Ioannis Baptistæ. [Porrò filiorum Leui qui reliqui fuerunt de filijs Amram] i. de numero illorum [erat Subhuel, & de filijs Subhuel Iechdeiahu. De filijs quoque Rohabiæ, princeps Iesias, Isaaris verò filius Salemoth, filiusq; Salemoth, Iahath, Filiusq; ei⁹ Ieriahu primus. Amarias secundus, Iehaziel tertius, Iecameam quartus. Filius Vziel Micha, filius Micha Samir, frater Micha Iesia, filiusq; Iesiæ Zacharias, filij Merari, Mahali & Musi, fili⁹ Iaaziahubeno. Filij quoq; Merari, Iaaziahubeno, & Soem & Sachur & Hebri. Porrò Mahali fili⁹ Eleazar, qui non habebat liberos. Filius verò Cis, Ierahmeel, fili Musi, Mahali, Eder & Ierimoth. Isti filij Leui secundum domus familiarum suarum.] quidam dicunt istos fuisse doctores ac iudices. [Miseruntq; & ipsi sortes cõtra fratres suos filios Aaron:] i. in ordine doctoratos ac iudiciariæ authoritatis, cõstituebantur per fortes, sicut præfati in ordine ministerij sacerdotalis. Qualiter verò liceat sortibus viri, alibi dictum est sæpè.

¶ Declaratio cap. 25. Igitur Dauid & magistratus exercitus. Art. XXV.

DE dispositione & distinctione cantorum hic agitur. [Igitur Dauid & magistratus exercitus [i. superiores & officiati sui palatij,] segregauerunt in ministerium filios Asaph & Heman & Idithun,] i. filios horum trium principalium cantorum separauerunt à cæteris filijs Israel, quatenùs speciale officium, s. cantoriam exercerẽt in domo Dei. Hinc subditur, [qui prophetarent in Psalterijs & citharis & cymbalis,] i. ludendo in his musicis instrumẽtis,
4. Reg. 3. de quibus prædictum est, decantarent psalmos & cantica prophetarũ. Hebræi tamen (vt fertur) affirmant, ꝙ psallendo cum his musicis instrumentis, mox tangebant à spiritu sancto dono seu gratia prophetiæ, & prophetabant, vt 4. Reg. de Heliseo narratur. Hæc ergo egerunt, [secundum numerum suum,] i. prout eorum distinctioni ac numero congruebat vti tali aut tali musico instrumento. ¶ Circa hæc duo quæruntur: Primum, cur dispositio ista ministrorũ templi fiebat per regem, & non potiùs per pontificem. Secũdum, cur Idithun annumeretur
1. Paral. 6. hîc ipsi Asaph & Heman tanquam cantoribus, cùm suprà nõ Idithun, sed Ethan illis duobus annumeretur. Ad primum dicendum, quòd in veteri testamento, cuius sacerdotium fuit carnale, carnales immolans hostias, rex fuit super pontificem, sicut & Thomas in libro de regi-
Ibidem. mine regum declarat. Ad aliud respondetur, ꝙ ille qui suprà Iethan vocatur, hîc Idithun appellatur, quia binomius fuit. [dedicato sibi officio seruientes,] i. officium cantandi eis deputatum exequentes, & erant quatuor de filijs Asaph, de quibus subiungitur: [de filijs Asaph] erant [Zachur & Ioseph & Nathania & Azarela filij Asaph] præfati [sub manu Asaph prophe-
Ibidem tantes iuxta regem,] i. Deum laudabãt sub directiõe patris sui, & viciniùs stabant regi. Vndè suprà scriptum est, ꝙ stabant à dextris. [Godolias, Sari, Iesias & Hasabias & Mathathias, sex sub manu patris sui Idithun,] Filij ergo Idithũ cantores erãt sex, qui exprimunt in hoc loco. [qui] Idithun [in cithara prophetabat] i. psallebat. Communiter tamen tenetur, quòd tres illi principales cantores prophetiæ spiritu claruerunt, imò aliqui dicunt quosdam psalmos ab eis factos. [super confitentes & laudantes dñm,] i. psallendo pręfuit his qui in choro & ordine suo Deũ laudabant. [Heman quoq;: filij Heman, Bocciahu, Mathania, Vziel, Subhuel, & Ierimoth, Hanãias, Hanani, Eliatha, Gedalthi & RomãthiEzer, Iosbaccasa, Mellothi, Othir, Mahazioth.] Hîc nominantur quatuordecim cantores filij ipsius Heman principalis cãtoris. [Omnes isti filij Heman, Videntes regis] i. prophetæ ipsius Dauid, cuius psalmos & cantica resonabant. ideò additur, [in sermonibus Dei,] quoniam psalmi & cantica illa sunt Dei eloquia. Vel si spiritum prophetiæ habebant, annunciauerunt regi abdita & futura ex reuelatione diuina, [vt exaltarent cornu,] id est, quatenùs Deus regiam dignitatem ac robur Dauid, posteritatisq; suæ sublimare dignaretur & conseruare. Orabant enim pro temporali ac spiritali regis ac sobolis suæ prosperitate, & omnia referebant ad Dei honorem & veram salutem. [Deditque Deus Heman filios quatuordecim, & filias tres. Vniuersi sub manu patris sui, ad cantandum in templo dñi distributi erant, in cymbalis & psalterijs & citharis in mi-

ni-

nisteria domus domini, iuxta regem, Asaph videlicet & Idithun & Heman. Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis, qui erudiebant canticum domini,] id est, eruditè ac sapienter psallebant, ac alios docuerunt cantica, psalmos & laudes Dei, [cuncti doctores 288. Miseruntq; sortes per vices suas ex æquo, tam maior quam minor, doct⁹ pariter & indoctus:] i. prædicti 24. cantores inter se æqualiter sortes miserunt, quis eorum esset primus, id est, cum sacerdote primo hebdomadario suum officiũ exequens, & quis secundus, quis tertius, iuxta eundem sensum. Erant autem omnes saltem aliqualiter docti, nec aliter apti fuissent ad cantoriam. Sed quidam comparatione aliorum, videlicet doctiorum, dicebãtur indocti, id est, minùs docti. Confidebant quoque quòd ex directione prouidentiæ Dei, sors caderet congruenter super vnumquenque iuxta aptitudinem suam ad suum officium, quemadmodùm Salomon loquitur: Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur. Idcircò non fuit incautum neque iniustum, quòd taliter sortes miserunt. [Egressaque est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph,] i, filio Asaph. [secunda Godoliæ] filio Idithun, [ipsi & filijs eius & fratribus eius duodecim. Tertia Zachur, filijs & fratribus eius duodecim. Quarta Isari, filijs & fratribus eius duodecim. Quinta Nathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Sexta Bocciahu, filijs & fratribus eius duodecim. Septima *Isarela, filijs & fratribus ei⁹ duodecim. Octaua Iesaiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Nona Mathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Decima Semeiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Vndecima Azarael, filijs & fratrib⁹ eius duodecim. Duodecima Hasabiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Tertiadecima Subhuel, filijs & fratribus eius duodecim. Quartadecima Mathathiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Quintadecima Ierimoth, filijs & fratribus eius duodecim. Sextedecima. Hananiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Septimadecima *Iosbaccasæ, filijs & fratrib⁹ ei⁹ duodecim. Octauadecima Hanani, filijs & fratribus eius duodecim. Nonadecima Mellothi, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesima Eliatha, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimaprima Othir, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimasecunda Coddalthi, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimatertia Mahazioth, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimaquarta *Romanthi Ezer, filijs & fratribus eius duodecim.] Nam vnusquisq; illorum 24. cãtorum, habuit sub se 12. sibi associatos, cum quibus exercuit suum officiũ cum sacerdote suæ hebdomadæ. Erãt enim 24. sacerdotes præcipui, de quibus dictum est cap. præcedenti, quorum quilibet suam habuit septimanam, vtpotè primus primam, secundus secundam, sicq; deinceps idem fuit ordo cantorum istorum, ex quibus elucescit huius cap. sensus.

Prou. 16. — *Isreela — *Iesbacasse — *Romemthiezer — 1. Paral. 24.

¶ Declaratio cap. 26. Diuisiones autem ianitorum de Coritis. Art. 26.

Distinctio ac dispositio ianitorum atque custodum seu sacristarũ, hic recitatur, quorum distinctio sumitur iuxta distinctionem portarũ seu ianuarũ atrij templi. in cuius atrio erant ostia quatuor iuxta respectum ad quatuor plagas terræ. [Diuisiones autem ianitorũ] sunt quæ infrà habentur in isto capitulo, [de Coritis Messelemia filius Core,] id est, vnus ianitorum præcipuorum, fuit vir iste Messelemia natus ex filijs Core Leuitæ. [de filijs Asaph.] Deindè in exordio huius capituli describuntur generationes ianitorum. [Filij Messelemiæ, Zacharias primogenitus, Iadiael secundus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, Elam quintus, Iohanan sextus, Elioenai septimus. Filij autem Obededom, Semeias primogenitus, Iozabad secundus, *Ioab tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Amiel sextus, Isachar septimus, Pollathai octauus, quia benedixit illi dominus. Semeiæ autem filio eius nati sunt filij præfecti familiarum suarum, erant enim viri fortissimi. Filij ergo Semeia, Othni & Raphael & Obed. *Elsachar, & fratres eius viri fortissimi. Elihu quoq; & Samachias, omnes hi de filijs Obededom, ipsi & filij, & fratres eorum fortissimi ad ministrandum, sexagintaduo de Obededom. Porrò Messelemiæ filij, & fratres eorum robustissimi decem & octo. De hosa autem, id est, de filijs Merari, Semri princeps. Non enim habuerat] ipse Hosa [primogenitũ, idcircò posuerat eum,] id est, ipsum Semri [pater eius] Hosa [in principem] suæ familiæ. Circa hoc scribit quidam, quòd istud dupliciter possit exponi. Primò, ad satisfaciendum quæstioni, qua quæri posset, quare Hosa posuit istum filium suum nomine Semri, in principem. Ad quod litera ista respondet, quia non habuit primogenitum. Secundò exponitur, quòd ideò posuit istum in principem, quia non habuit primogenitum aptum ad principatum. Primam autem expositionem reprobat ille, quia saltem iste Semri fuit primogenit⁹ eius aut alius. Ad quod quis dicere posset, quòd Hosa ideò dicitur primogenitum non habuisse; quia primogenitus eius iam obijt, sicq; illa cessat obiectio. [Helchias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus, omnes hi filij & fratres Hosa, tredecim. Hi] iam expressi, [diuisi sunt in ianitores, vt semper principes custodiarum] i. quatenùs ipsi iugiter existentes principales in custodiendo ianuas & contenta infra easdem, [sicut & fratres eorum, ministrarent] in isto officio [in domo dñi. Missæ sunt ergo sortes ex æquo, & paruis & magnis per familias suas, in vnãquamq; portarũ] ad cognoscendũ, ad cui⁹ portæ custodiam vnusquisq; istorũ deputaret.

*Ioaha — *Elsabad

[Cecidit ergo sors orientalis *Semei]i. sors indicās, quis fieret custos portæ orientalis ipsius atrij, egressa est viro illi nomine *Semeliæ. [Porrò Zachariæ filio eius & viro prudētissimo] in rebus humanis, [& erudito] in diuinis [sortio obtigit] id est, deputata est [plaga septentrionalis:]hoc est, custodia portæ respicientis ad aquilonem. Nempe cum vir iste fuerit tantæ prudentiæ, decuit eum principalē esse custodem in vna porta. [Obededom verò & filijs eius ad austrum,]i. forte contigit præesse custodiæ portæ australis, [in qua parte domus] Dei [erat seniorum consilium]i. iudices ordinarij consulebant ibi de bono com muni & occurrentibus arduis causis, ideò porta illa fuit diligenter custodienda. [Suphim & Osa] præfuerunt portæ sitæ [ad occidentem iuxta portam quæ ducit ad viam ascensionis]qua itur ad montem Sion, vel ad palatium regis, siue ad aliud quid simile. [custodia contra custodiam.] Nam porta illa occidentalis fuit directè ex opposito portæ orientalis locata, sicq; custodia vnius fuit e regionè custodiæ alterius. Ad orientalem verò Leuitæ sex,] i. sex custodes Leuiticæ stirpis fuerunt deputati ad orientalis portæ custodiam. Templū enim versus occidentem respiciebat, & ita intrabatur in illud per portam oriētalem, per quā fuit maior accessus. Ideò cōstituti sunt ibi sex ad reprimendum tumultum. In alijs portis quatuor erāt, vt subditur:[& ad aquilonem quatuor per diem, atq; ad meridiem similiter in die quatuor: & vbi erat concilium, bini & bini. In cellulis quoque]i. cameris [ianitorum ad occidentē quatuor]erant Leuitæ [in via], ꝓ accedentium directione, [biniq; per cellulas] hoc est, duo in qualibet cellula commanebant. Sequit̄ de custodibus seu sacristis, quorum officium erat sacerdotalia ornamenta & sacra vasa custodire, preciosa quoq; vt aurum, argentum, & consimilia domino consecrata, seruare. [Ad septentrionem verò & meridiem, quaterni per dies singulos mutabantur, & ad basilicam concilij: ad occidentē bini, habentes subiectos alios in via, biniq; per cellulas. Hæ sunt diuisiōes ianitorum filiorum Core & Merari. Porrò Achias erat super thesauros domus dn̄i & vasa sanctorū:]i. diuini cultus. [Filij quoq; *Laadan, filij Gersoni. De *Laadan, principes familiarum, Laadan, *& Gersoni, Iehieli, Zathan, & Ioel fratres eius, sup thesauros domus dn̄i, Amramitis, & Isaaritis, & Hebronitis, & Ozielitis. Sabuel autē filius Gerson, filij Mosis, præpositus thesauris. Frater quoq; eius Eliezer, cuius filius Rahabia, & huius filius Esaias, & huius filius Ioram, huius quoq; filius Sechri, & hui⁹ Selomith. Ipse Selomith, & fratres eius]fuit [super thesauros sanctorum:]i. thesauros atque pecunias templi, ordinatas ad sancta ex eis formanda, componenda, aut recuperanda, [quæ sanctificauit Dauid rex, & principes familiarū, & tribuni, & centuriones, & duces exercitus de bellis & manubijs prę̄liorum, quas consecrauerant ad instaurationē & supellectilem templi dn̄i.] dum eñ reges & principes Israel habuerunt victorias, consueuerunt preciosa quæq; inter spolia reperta, Deo consecrare & offerre in templo, vt applicarent̄ vsibus sacris, & hoc fecerunt ꝓ gratiarū actione altissimo exhibenda, & talia q̄dam consecrauerūt etiā Samuel & Saul ac Abner, & posteà Ioab. [Hæc aūt vniuersa sanctificauit Samuel Videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Zaruiæ. [oēsq; sanctificauerunt ea per manum *Salomith, & fratrū eius. Isaaritis] de Isaar natis [verò ꝑerat *Chonanias & filij eius. Hic agitur de ꝓsidentibus & præfectis, [ad opera forinsecùs super Israel, ad docendū, &]ad [iudicandū eos.] Hi etem̄ alios docuerunt, qualiter se habere deberent in agendis, & causas ac lites illorū determinabāt. Siue vt aliqui opinant̄, docuerunt eos ꝓcidere atq; adducere ligna cedrina ac lapides ꝓ necessarijs templi reparationibus & structuris. [Porrò de Hebronitis] natis ex semine Hebron filij Chabath, [Hasabias & fratres eius,]hoc est, cognati, [viri fortissimi mille 700. ꝑerant Israeli trans Iordanem,]videlicet tribui Ruben & Gad, ac mediæ stirpi Manassæ, [cōtra occidentē in cunctis operibus dn̄i, & in ministerium regis] hoc est, ꝓfatas tribus ibi longè à templo cōmorantes, docuerunt, qualiter Deo & regi seruirent, reddendo Deo quæ Dei sunt, & regi suo terreno quæ ei debebant, atq; vt aliq opinantur, collegerunt fructus agrorum ac vinearum, ibi situatorū cōsecratorumq; Deo, similiter redditus ac ꝓuentus pertinētes ad regem. [Hebronitarum aūt princeps fuit Iedia, secundum familias & cognationes eorum. Quadragesimo anno regni Dauid recēsiti sunt, & inuenti sunt viri fortissimi in Iaazer,]hoc est, loco sic dicto [Galaad]i. vir principalis sic nominatus, [fratresq; eius]hoc est, cognati [robustioris ætatis, duo millia 700. principes familiarum,]id est, principales & capita in suis familijs. Ista numeratio facta est, Dauid iustè iubente in vltimo vitæ & præsidentiæ suæ anno, in quo Salamon de cunctis edocuit, & de cunctis deinceps agendis optimè ordinauit. [Præposuit autem eos Dauid rex]i. pręfatos principales in suis familijs, tunc ꝓfecit [Rubenitis & Gadditis & dimidiæ tribui Manassæ]quia tunc erāt valdè multiplicati [in omne ministerium Dei & regis.] sicut expositum est. ¶ Prætereà iuxta mysticum sensum, ianitores domus Dei sunt prælati & ꝓdicatores omnesq; feruidi, q verbo & exemplo alios cōuertunt & introducunt in Ecclesiam Dei, ita ꝙ Chr̄o incorporant̄. Introducūt aūt eos ꝑ quatuor portas, ꝓ quas intelligi possunt quatuor cardinales virtutes, seu quatuor Euāgeliorū doctrinę. Cōsideratio quoq; q̄tuor nouissimum

Marginalia: *Semeiæ; *Selemię (beside lines 2–3). Ledau; Sor. *Gersoni & *Selamith (beside Laadan lines). *Chonenias. (beside Chonanias line). Matth. 22. (beside "docuerunt, qualiter Deo & regi"). 1. Reg. 24. (beside "regni Dauid recēsiti sunt").

morum. Contemplatio item mysteriorum domini saluatoris, videlicet incarnatiõis, passionis, resurrectionis, & ascensionis ipsius. Baptismus etiam potest dici porta orientalis: Extrema vnctio, porta occidentalis: Sacer ordo, porta australis: pœnitentia, porta aquilonaris. Circa has portas diuersi diuersimodè occupantur, aliosq; multiformiter instruunt & inducunt: & superiores, habent quàmplures sibi subiectos & cooperantes.

¶Elucidatio cap. 27. Filij autem Israel secundum numerum suum principes familiarum. Artic. 27.

Recolitur modò, qualiter prudentissimus Dauid ordinauerit atque distinxerit totum exercitum suum per cuneos particulares, eorumq; principes: tamen omnibus illis præfuit vnus totius militiæ princeps. & istud fuit à principio regni Dauid, quando adhuc regnauit in Hebron super tribum Iudæ & eos qui cõfugerunt ad ipsum, quia viderunt dominum esse cum ipso, & nouerãt ei esse promissum regnum per Samuelem. [Filij autem Israel secundum numerum suum] id est, iuxta certam numeri taxam, videlicet quidam eorum, fuerunt [principes familiarum] tribuum, quia in vna tribu fuerunt multæ familiæ, secundum quod multi fuerunt filij vnius patriarchæ. [tribuni, & centuriões. & præfecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas,] i. simul cum concionibus sibi subiectis, [ingredientes & egredientes per singulos menses in anno. [Erant enim 12. principes, ꝑsidentes 12. turmis militum seu pugnatorum: & in principio cuiuslibet mẽsis intrauit vnus princeps cum sua cohorte, vt essent cum rege in eius obsequium, atque in fine mensis exiuit, & tũc alius cum suo cuneo introiuit, sicque fiebat per totum circulũ anni. Erant autem in qualibet turma 24. millia, ideò subditur, [24. millibus singuli pręerant,] id est, quilibet illorum 12. principum. [primę turmę in primo mense præerat *Iasoboam] qui fuit vnus de tribus fortissimis, & suprà vocatus est Iosabeam, [filius Zabdiel, & sub eo 24. millia, de filijs Phares] filij Iudæ natus, de quo & Dauid processit, [princeps cunctorum principum in exercitu mense primo] ita quòd in suo mense non solùm præerat suæ turmæ, sed & cæterarum turmarum principibus. Deindè exprimũtur in textu principes aliarum turmarum, & qualiter principes illi habuerũt quosdam sub se, quasi vicarios, qui præerant, quando principes illi personaliter non affuerũt. & planus est textus, nisi quòd Asael frater Ioab, dicitur præfuisse quartæ turmæ, cùm tamen fuerit interfectus ab Abner circa principium regni Dauid. Deindè consequenter hìc describitur, qualiter vnicuique tribui Israel præfuit vnus præfectus ad accipiendum tributum, & ad alia quædam. [Secundi mensis habebat turmam Dodai Ahohites, & post se alter nomine Maceloth, qui regebat partem exercitus, 24. millium. Dux quoq; turmæ tertiæ in mense 3. erat Banaias filius Ioiadæ sacerdotis, & in diuisione sua 24. millia, ipse est Banaias fortissimus inter 30. & super 30. Præerat aũt turmæ ipsius Amizadab filius eius. Quartus mense 4. Asael frater Ioab, & Zabadias filius eius post eum, & in turma eius 24. millia: Quintus mense 5. princeps Samauth Iezraites, & in turma eius 24. millia. Sextus mense sexto Hira filiꝰ Acces Thecuites, & in turma eiꝰ 24. millia. Septimus mense septimo Helles Phalonites de filijs Ephraim, & in turma eius 24. millia. Octauus mense octauo Sobochai Husathithes de stirpe Sarah, & in turma eius 24. millia. Nonus mense nono Abiezer Anathothites de filijs Iemini. & in turma eius 24. millia. Decimus mense decimo Maarai, & ipse Netophathites, de stirpe Zarahi, & in turma eiꝰ 24. millia. Vndecimus mense vndecimo Banaias Pharathonites, de filijs Ephraim, & in turma eius 24. millia. Duodecimus mẽse duodecimo Heldai Nethophathites, de stirpe Othoniel, & in turma eius 24. millia. Porrò tribubus præerant in Israel, Rubenitis dux Eliezer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha: Leuitis, Hasabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc: Iudaitis, Elihu frater Dauid: Isacharitis, Amri filiꝰ Michael: Zabulonitis, Iesmaias filius Abdię: Nephthalitibꝰ, Ierimoth filiꝰ Afriel: filijs Ephraim, Osee filius Ozaziæ. Dimidiæ tribui Manassæ, Ioel filius Phadaiæ: Et dimidiæ tribui Manassæ in Galaad, Iaddo filius Zachariæ: Beniamin aũt, Iaasiel filius Abner: Dan verò, Azarael filius Ieroham. Hi principes filiorum Israel.] Hæc expositione non indigent. [Noluit autem] sic scribi debet, & non, voluit. Itaque noluit [Dauid numerare eos] videlicet filios Israel, [à viginti annis & inferiùs] i. eos qui nondũ venerũt ad virilem ætatem, propter eorũ innumerabilitatẽ. ideò subidtur, [quia dixerat dñs, vt multiplicaret] filios [Israel quasi stellas cæli.] Ideò viri & pueri numerari vix potuissent. [Ioab filius Zeruiæ cœperat numerare] à viginti annis & supra, [nec cõpleuit] Non enim numerauit tribum Leui & Beiamin, [quia super hoc ira irruerat super Israel] i. anteq̃ totus populꝰ numeraretur à Ioab, Deus misit pestem in populum, propter peccatum superbiæ, qua Dauid iusserat totum populum numerari, & nisi dñs iram suam monstrasset, ꝓbabile est, ꝙ Dauid fecisset numerari residuos. [Et ideò numerus eorum qui fuerunt recensiti] hoc est, numerati seu commemorati per numeralem descriptionem, [non est relatus in fastos regis Dauid] i. redactus siue descriptus non est in libris annalibus, in qubus describunt gesta anni. Vndè videtur, quod Dauid cordialiter de sua superbia pœnitens, & Deũ sibi reconciliare exoptans, non

Marginalia: 2. Reg. 2. — *Isboam *Iesboam 1. Para. 11. — 2. Reg. 2. — Genes. 15. Deuter. 10. — 2. Reg. 24. 1. Paral. 21.

non permisit numerum illum referri in fastis ex humilitate, quia peccauit in numeratione, quod textus satìs innuere videtur: Ioab, inquiens, cœperat numerare, nec compleuit, quia super hoc ita irruerat in Israel. quibus verbis adiecit, & idcircò numerus eorum qui recensiti sunt &c. ¶Consequenter exprimuntur in textu custodes & pręsides thesaurorum terræ nascentium regis, videlicet qui custodiebant diuitias eius naturales & artificiales, mobiles atq; immobiles, quia ex rationalibus causis licet regibus & principibus thesaurizare, tamen cum moderamine. [super thesauros autem regis fuit Asmoth filiꝰ Adiel. His autem thesauris qui erant in vrbibus & in vicis & in turribus, præsidebat Ionathan filius Oziæ. Operi aũt rustico & agricolis q exercebãt terram, præerat Ezri filius Chelub, vinearumq; cultoribus Semeias Ramathites. Cellis aũt vinearijs Zabdias Saphomites. Nam super olíueta & ficeta quæ erant in campestribus, Baal Hanan Gaderites. Super apothecas aũt olei, Ioas. Porrò armentis quę pascebantur in Saroth, ꝓpositus fuit Sethari Saronites. Et super boues in vallibus, Saphat filius Adlai: super camelos verò, Vbil Ismaelites. Et super asinos, Iohadias Meronathithes: sup oues quoq;, Iazior Agarenus. Oẽs hi principes substantiæ regis Dauid. Ionathan aũt patruus Dauid, consiliarius, vir potens & prudens & literatus, ipse & Iehiel filius Bachamini, erãt cum filijs regis [Dauid, ad erudiendum eos, vel ad communicandum cum eis in honore. Achitophel etiam consiliarius regis, & Chosai Arachites amicus regis. Post Achitopel fuit Ioiada filius Banaiæ, & Abiathar. Princeps autem exercitus regis, erat Ioab.]

¶Expositio cap.28. Conuocauit igitur Dauid omnes principes Israel. Art. 28.

PRæsens capitulum refert, qualiter Dauid rex videns se morti propinquum, filium suum sibi in regno successurũ sapienter ac feruenter admonuit, & instruxit de vniuersis agendis per ipsum. [Conuocauit igitur Dauid oẽs principes Israel [vtpotè [duces,] hoc est, præfectos tribuum, [& prępositos turmarum] quorum quilibet præerat 24. millibus pugnatorum, [qui ministrabant regi, tribunos quoq;] i. millenarios, quorum vnusquisq; præfuit mille viris pugnantibus, [& centuriones, & qui præerant substantiæ, & possessiõibus regis] i. eos qui custodiebant opes & facultates regis, [filiosq; suos cum eunuchis, & potentes & robustissimos quosque in exercitu Hierusalem [Eunuchi dici solent abcisi, non autem licuit Israelitis abscindere se. Quòd si dicantur eunuchi isti fuisse Gentiles, non fuissent forsitan ad consilium conuocati. Hinc per eunuchos intelliguntur hîc, viri spirituales deuoti. Ideò ait Glossa:
Leuit. 19. Lex prohibet Israelitas abcidi, & alienigenæ nõ solent ad consilij secreta admitti. Sed dicunt hoc loco eunuchos vocari, q à seculi actibus alieni, orationibus & lectioni vacabant, & vxores non causa libidinis, sed suscipiendæ prolis habebant, quos Iosephus vocat Essæos. Hinc etiam aliqui scribunt, per eunuchos designari instructores filiorum regis & nutritores, ita vt propter suam castitatem saltem coniugalem & probitatem vocentur eunuchi. [Cumq; surrexisset rex, & stetisset] Ex his & quæ 3. Reg. 1. & 2. scripta sunt, videtur quòd Dauid præ inualitudine ac senio decubuit lecto, quãdo filium suũ Salamonem informauit de his, quæ in isto & sequenti habẽtur capitulis. Sicq; dicendũ esset, & surrexit de lecto & stetit, i. resedit in eo, vel extra lectulum stetit, vt melius audiretur à multis. Alij dicũt, quòd surrexit à loco quo sedit, & stetit super gradum quem fecerat ad loquendum. Assurrexit quoq; maioribus conuocatis, q cõmmunitatẽ totam repræsentabant ad reuerentiam cõmunitatis, quẽadmodum de beatiss. Petro legitur Act. 1. Surgens Petrus in medio fratrum, dixit. Sic abbas assurgit conuẽtui, in quo Christum honorat. [ait: Audite me fratres mei] Eccè verbum humilitatis. [& populus meus] Eccè verbum paterni amoris. [Cogitaui vt ædificarem domum, in qua requies-
1. Paral. 15. ceret arca fœderis domini, & scabellum pedum domini Dei nostri, & ad ædificãdum oĩa præparaui.] Iam suprà habitùm est: Aedificauit Dauid locum, i. domum arcę Dei, tetẽditq; ei ta-
2. Par. 17. bernaculum. quõ ergo nunc subdit, [Deus aũt dixit mihi: Nõ ædificabis domũ nomini meo, eo ꝙ sis vir bellator, & multum sanguinem fuderis?] Sed ad istud patet rñsio ex expositione superiorũ. Non em̃ de quacunq; domo intelligitur istud, sed de templo solenni, vt sacrificia fierent. ¶Prætereà operimentũ arcæ, erat secundũ quosdã scabellũ pedum Dei residentis super ꝓpitiatoriũ, quod fuit thronus seu sedes super illud sedentis, ꝙ portabatur à Cherubim: idcircò in textu dictũ est, & scabello pedũ Dei nostri esset in domo illa seu templo. Alij verò imaginant̃, ꝙ sedile Dei seu ꝓpiciatoriũ, fuit ipsum arcæ operimẽtũ: & pauimentũ corã arca, fuerit Dei scabellũ: & intelligendũ est spũaliter totũ istud, cùm Deus altissimꝰ sit ꝓrsus incircũscriptibilis, atq; immensæ & superpurissimæ simplicitatis. Sed vbi specialiter operatur, ibi specialiter esse, habitare, residereq; dicit̃. Cùm ergò Deꝰ intra sctã sctõrum rñsa dare & solitus fuerit apparere sup oraculũ seu ꝓpitiatoriũ, meritò dicebatur ibì sedere, q tñ ad insinuãdum suæ maiestatis immẽsitatem, per Esa. 66. protestatur: Cælum mihi sedes est, terra autem
Ibidem scabellum pedum meorum. Loquitur aũt scriptura de Deo more humano, q̃uis ipse in ꝓpria natura non habeat corporalia lineamẽta aut mẽbra humana. Deus aũt dixit mihi: Nõ ædificabis &c. Istud suprà expositũ ẽ. [Sed & elegit dñs Deꝰ Israel me de vniuersa domo patris mei,

vt essem rex super Israel in sempiternum. De Iuda eñ elegit principes. Porrò de domo Iuda, domum patris mei.]Circa hoc quidam scribit, quia in transitu maris rubri trib⁹ Iuda primò secuta est Mosen formidãtibus alijs, ideò meruit regiam dignitatem. Veruntñ potiùs est tenendum, ꝙ Deus de Iuda elegit reges & principes, quia ex tribu illa incarnari decreuit. Propter quod tribum illam multis priuilegijs decorauit, & diù ante transitum maris rubri prędixit per Iacob patriarcham: Non auferetur, inquiens, sceptrum de Iuda. [Et de filijs patris mei placuit ei, vt me eligeret regem super cunctum Israel. Sed & filijs meis (filios enim mihi multos dedit dñs) elegit Salamonem filium meum, vt sederet in throno regni dñi super Israel.] Circa hoc aliqui dicunt, ꝙ Salamon fuit promotus ad regnum, non solùm voluntate humana, sed etiam diuina, & hanc ordinationem nũciauit Nathan regi Dauid, vt habetur suprà, & 2. Reg. 7. Ad hoc dico, ꝙ vtiq; ordinatione & electione diuina, Salamon ad regnũ promotus sit, Nathan quoq; prædixit ipsi Dauid in generali, ꝙ filius suus post ipsum regnaret, non tamen in speciali expressit de Salomone. [Dixitq; mihi: Salamon filius ædificabit domũ meã] i. templum [& altaria mea,] videlicet altare holocausti & altare thymiamatis, quorũ primum fuit in atrio, secundum in parte templi exteriori. [Ipsum enim elegi mihi in filium] adoptiuũ, [& ego ero ei in patrẽ.] Hoc Deus dixit ad Nathan, & ꝑ Nathan ad Dauid, de filio Dauid successuro ei in regno indeterminatè, iuxta continentiam literæ. Sed Dauid applicat hoc in particulari ad Salamonem, quia cognouit in spũ id esse prædictum de ipso, vel præter reuelationem factam ipsi Dauid per Nathan, Deus reuelatione cælesti angelica manifestauit hoc ipsum Dauid regi, vt textus iste videtur prætendere. Vel, si Deus per Nathan expressit istud de Salamone in particulari, hoc scriptura subticuit, nec videtur, ꝙ ita expresserit, cùm tertio lib. Regum Nathan legatur dixisse ad Dauid: Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbum, vt s. Adonias regnaret, & mihi non indicasti, quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eum? Si autem Nathan iam antè indicasset regi, ꝙ Salamon ex diuina ordinatione esset regnaturus, non videtur, ꝙ sic locutus fuisset regi, sed magis dixisset: Nónne tibi ex reuelatione diuina prædixi, ꝙ Salamon succederet tibi in regno? Veruntamen de istis temerè nil affirmo. [Et firmabo regnum eius vsque in æternum, si perseuerauerit facere præcepta mea & iudicia, sicut & hodiè. Nunc ergo corã vniuerso cœtu Israel, audiẽte Deo meo] qui q̃uis sit oĩm Deus iure creationis & prouidentiæ generalis, specialiter tñ Deus est hominum perfectorum, quos ipse gratiosissimè dirigit, & à quibus ipse deuotissimè colitur. Itaq; audiente, hoc est, intuente & cognoscente, seu approbante Deo vos hortor. [Custodite] per memoriam & adimpletionem, [& perquirite] i. perfectè & diligenter inuestigate, & intelligere laborate, [cuncta mandata dñi Dei nostri.] q tunc specialiter Deus Hebręorum, cęteris gentibus ad idololatriam lapsis, ita ꝙ aut non aut vix erat aliqua tota gens verum Deum colens, quis inter Gentiles tunc fuerint multi in lege naturæ Deum colentes, imò & cõplacentes, sic cum fide saluatoris futuri fecerũt hoc. Et benè ait, Cuncta mandata: quia si quis totam legem impleuerit, offendat autem in vno, fact⁹ est oĩm reus. [vt possideatis terram bonam,] hoc est, in possessione terræ huius vberrimæ maneatis, [& relinquatis eam filijs vestris post vos vsq; in sempiternũ.] Non ꝙ possessio boni terreni, fuerit merces sufficiens & totalis aut principalis actuũ virtuosorum, sed inductiua quodãmodò, accessoria & annexa, sub qua intelligenda erat merces principalis & plena, videlicet salus æterna. [Tu aũt Salamon, fili mi, scito Deum patris tui] i. Deum quẽ ego colui, agnosce notitia actuali & practica, quæ est notitia formata boni honesti approbatiua. [& serui ei] soli seruitute latriæ, [corde perfecto.] Rex eñ debet esse vir heroicus, in omni virtute ꝑfectus, & totus diuinus, [& animo voluntario,] hoc est, prompto ex charitate feruẽte, non ex seruili timore. [Oĩs eñ corda scrutat̃ dñs, & vniuersas mentiũ cogitationes intelligit. Si q̃sieris eum, inuenies.] Dummodò q̃ras cum eo modo, quo scriptũ est: Cùm q̃sieris dñm Deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde q̃sieris eũ, & tota tribulatione animæ tuæ. Ideo ait saluator: Oĩs qui quærit, inuenit. Etenĩ facienti hoc modò ꝙ in se est, diuinum auxilium non negatur. [Si aũt dereliqueris eum, proijciet te in æternũ.] Sicut ex verbo illo pręhabito, ipse erit mihi in filiũ, & quibusdã similibus oritur spes de saluatiõe Salamonis, ita ex verbis nunc introductis potest timor de opposito generari. Nam diu atq; grauissimè Deum reliquit. Attamen sancti patres, Hieronymus, Ambrosius, multiq; alij, scribunt eum esse saluatum. Ideò verba hæc sic possunt exponi. Si aũt dereliqueris eum per finalem impœnitentiam, proijciet te in æternum, hoc est, æternaliter condemnabit. Vel proijciet te in æternum, nisi pœniteas. Vel istud fuit verbũ cõminationis, non assertionis: [Nunc ergo qa elegit te dominus, vt ædificares domum sanctuarij, confortare & perfice. Dedit autem Dauid Salamoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & cellariorum.] Ista & cætera quæ ponuntur in litera, pro maxima parte exposita sunt 3. Reg. 6. & 7. Itaque per verba & scripta docuit Dauid rex Salamonem, ea quæ per ipsum fieri voluit, s. templum & attinẽtia ei, quanta & qualia esse deberent. ¶ Porrò cellaria templi dicunt̃, loca facta ad

Gen. 49.
1. Paral. 17.
3. Reg. 6.
3. Reg. 1.
Iacobi 2.
Deuter. 4.
Luc. 11.
2. Reg. 7.

ad reponendum in eis species & aromata, quorum vsus fuit in templo, & ex quibus conficiebatur thymiama.[& cœnaculi.]erant autem in templo plura cœnacula,i.mansiones,prout 3.
adytus Reg.6.expositum est.[& cubiculorum in * abditis]i.thalamorum,in quib⁹ custodes templi quiescebant seorsum in locis secretis prope murum templi, [& domus propitiationis, p quā interior pars templi, videlicet sanctum sanctorum, accipitur, in qua propitiatorium erat, & dominus populo propiciabitur.[Nec non & omnium quæ cogitauerat]i.facere proposuerat ipse Dauid, vtpotè[atriorum,] quæ tria fuerunt ibidèm, scilicet atrium sacerdotum, atrium virorum mundorū,& atrium fœminarum.[& exedrarum per circuitum,] quæ erant cameræ in circuitu sitæ, in quibus sacerdotes tempore sui ministerij dormiebant,[in thesauros domus domini,& in thesauros sanctorum.]Thesauri domus domini seu templi,fuerunt(vt dicitur)vasa sacra & sacerdotalia ornamenta, siue ibidèm oblata in vsum ministrorum templi. ¶Porrò thesauri sanctorum,erant oblata,Deo consecrata, ad reparādum collapsa aut vetera seu ad faciendum necessaria quæq; in templo.[diuisionumq; sacerdotalium & Leuiticarū:] qualiter sacerdotibus & Leuitis in suis ordinibus atq; temporibus determinatis seruirent in templo[in omnia opera domus dñi,& in vniuersa vasa ministerii tēpli domini,aurum in pondere per singula vasa ministerij,]i.ad faciendum quæq; aurea vasa ac instrumenta, seu vtensilia cultus diuini dedit certa pondera auri. Vel descripsit filio suo, quantum de auro quodlibet aureum vas haberet, & eodem intelligitur sensu quod subditur: [argēti quoq; pondus pro vasorum & operum diuersitate.]dedit equidem pondera argēti multa, ac differentia secundum diuersitatem, & differentias argenteorum vasorum ex ipsis producendorum, quāuis non dederit totum argentum & aurum,quod in talibus exposuit Salamon. nec verum est, ꝙ solùm dedit Salamoni in scriptis, quantum pondùs argenti aut auri ponendum esset in vnoquoq; vase aureo siue argenteo, qm̄ manifestè subiungitur:[Sed & ad candelabra aurea & ad lucernas eorum aurum]dedit[pro mensura vniuscuiusq; candelabri & lucernarum. Similiter & in candelabra argentea,& in lucernas eorum pro diuersitate mensuræ, pondus argenti tradidit. Aurum quoq; dedit in mensa Propositionis, pro diuersitate mensarum:] quatenùs aurea mensa,super quam panes duodecim omni sabbato ponebātur,formaretur ex illo.[Similiter & argentum] dedit[in alias mensas argēteas,] super quas thura ac similæ & alia quædam offerenda componebantur. [Ad fuscinulas quoque]hoc est,tridētes quibus carnes de
1.Paral.22. Caldarijs extrahebantur,[& phialas & thuribula]formanda[ex auro purissimo.] ¶Deniq; ꝙ copiosissimè præparauerit Dauid filio suo argentum,aurum,æs,ferrum,ligna preciosa & lapides ad ista,dictum est suprà.[& leūculos aureos pro qualitate mensuræ pondus] auri [distribuit]ad producendum ex eo[in leunculū & leunculum. Similiter & in leones argenteos diuersum argenti pōdus separauit]i.diuisim deputauit.Circa hoc scribit qdam:Non inuenitur scriptum,ꝙ in templo Salamonis fuerint leunculi aurei. Vndè discordat translatio nostra ab Hebraica. Nam vbi habemus leūculos aureos,in Hebræo habetur,expiatoria aurea: & ratio huius discordantiæ est,qm̄ dictio significans expiatoriū, & dictio significans leunculum, magnam habent in Hebræo conuenientiam literarum.Secundum Hebręos verò,expiatoria ista sunt bacini aurei, in qbus portabat̃ sanguis intra sanctum sanctorū in die expiationis. Similiter vbi habemus,in leones argenteos:in Hebræo habet̃,in expiatoria argentea: quę erāt argentei bacini,quibus portabat̃ sanguis victimarum, effundendus in altari holocaustorum. Hæc Lyra,in cuius verbis videtur translator noster inconsiderationis aut imperitiæ argui, & translatio eius de errore notari.ideò dico,sicut & alibi sæpiùs tetigi, credendū esse, ꝙ à spiritusancto directus sit in transferendo,præsertim propter commune bonum Ecclesiæ non errantis.Et vir ille tam sanctus,& in Hebræo valdè peritus,q & tot translationes ante se habuit, & cum Hebræorū doctissimis assiduè cōtulit,non est credēdus tam incōsideratè aut erroneè trāstulisse.Idcircò ꝙ Lyra ait,scriptum non inueniri,ꝙ in tēplo Salamonis fuerūt leunculi aurei,potest negari,qa hoc loco id scriptum est. ¶Insupèr 3.Reg.7.ait scriptura:Sculpturæ inter iuncturas & inter coronulas & plectas leones & boues &c.Et rursus ibidèm:Similiter leones & boues.Et si ad hoc rn̄detur,sicut & Lyra rn̄det,ꝙ leones illi de ære fuerūt,non aurei: dicēdum,ꝙ textus ibi non dicit hoc,nec habet̃ ex textu,sed legit̃ ibi.ꝙ erant in templo decē æreæ bases,& quasi lora ex ære dependentia,& ærei axes. de leonibus verò non exprimitur,ꝙ ærei erant,nec expositores hoc dicūt ibi,imò nec Lyra.Glossa verò hîc loquit̃: Nec in Exodo,nec in constructione tabernaculi,neq; in libro Regū, in ædificio templi vspiàm legunt facti leones & leunculi,nisi ꝙ in templo cælatura facta narratur in cōfectione decem basium,vbi leo-
Exo.25.26. nes & boues,& Cherubim,& palmæ sculptæ narrantur.Hæc Glossa. ¶ Potest prætereà esse ꝙ
3.Reg. 7. verba illa Hebraica, æquiuoca sint ad leunculos & expiatoria, sicut frequenter contingit in simili. [Altari autem in quo adolebantur incensum,] i. pro illo altari fiendo in templo constituto,in quo accendebatur thymiama suaue, [dedit aurum purissimum, & vt ex ipso] auro fieret similitudo quadrigæ Cherubim extēdentiū alas,& velantium arcam fœderis dñi.]Ipsa
ete-

etenim aurea Cherubin instar currus portabant thronum Dei seu propitiatorium, atq; suarum extensione alarum arcam velabant, id est, ex latere operiebant eam superiùs, quoniam arca in medio Cherubin fuit. [Omnia (inquit) venerunt scripta manu domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris.] Quasi sanctus vir Dauid dicat suo filio Salomoni: Noli (ô fili) paruipendere aut negligere ista, quasi humanæ adinuentionis nouitatē aut opus, quia exemplare horum ostensum mihi est à Deo. quod dupliciter potest intelligi: Primò, ꝙ Samuel vel Nathan aut Gad, aliúsve propheta ex reuelatione diuina docuerit regem Dauid de his. Secundò, ꝙ Deus ostenderit ista Dauid per reuelationem cælestem in imaginaria visione, aut alio modò, quemadmodùm Mosi ostenderat in monte Sinai tabernaculi formam, eiq; dixit: Omnia fac secundum exemplar, quod tibi in mõte monstratum est. [Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo: Viriliter age, & confortare, & fac. Ne timeas & ne paueas] inordinato timore. [Dñs enim Deus meus tecum erit, & non dimittet te nec derelinquet] te. [donec perficias omne opus ministerij domus domini] id est, præfata vasa & instrumenta cultus diuini in templo. Hoc planè beatus Dauid prædixit prophetico ore, & fuit impletum. Nam vsq; ad omnium horum consummationem mansit in gratia. Postcà autem enormiter & insipientissimè cecidit. [Ecce diuisiones sacerdotum & Leuitarum.] hoc est, sacerdotes & Leuitæ ordinatè multipliciterq; diuisi, [in omne ministerium domus dñi,] i. ad exequendũ opera diuini obsequij, [assistent tibi] consilio atque auxilio, [& parati sunt, & nouerunt tam principes quàm populus facere omnia præcepta tua. Exod 25.16 Heb. 8.

❡ Elucidatio cap. vltimi. Locutusq; est Dauid rex ad oēm Ecclesiam. Art. XXIX.

Capitulum istud est continuato historiæ capituli præcedentis, & in duobus istis capitulis multa supplentur de institutione Salomonis in regem, & felici fine Dauid, quæ in fine secundi Regum fuerunt omissa. [Locutusq; est rex Dauid ad oēm Ecclesiam: hoc est, totam fidelium Iudæorum congregationem secum collectam, sicque ecclesia sumitur hîc extensè, prout à synagoga non distinguitur, sed eam includit. [Salomonem filiũ meum elegit dominus] in regem & tẽpli actorē, [adhuc puerũ & tenellũ. Qualiter hoc dupliciter possit intelligi, patet ex dictis super illud suprà scriptum: Dixit Dauid: Salomon filius meus puer paruulus est & delicatus &c. [Opus enim] videlicet templum ædificandum. [grãde est] iam in appræhensione, & grande erit in effectu. [Neq; enim homini habitatio] hoc est, habitaculum [præparatur, sed Deo:] ad cuius honorem decuit in veteri testamento grande & præclarum construi templum, quia tunc exterior honorificentia multùm adhuc quærebatur. In nouo autem testamento ornatus interior ampliùs quæritur. Nempe lex illa Mosaica erat carnalis, figuralis & imperfecta euangelica verò lex, spiritalis omninò est, vltimata & perfecta, cui alia verè diuina non succedet. [Ego autem totis viribus meis ꝑparaui impensas domus dñi Dei mei:] i. materias & expensas, ex quibus sicut templũ & vasa eius. [aurum ad vasa aurea, & argẽtum in argentea, æs in ærea, ferrum in ferrea, ligna in lignea, & lapides onychinos] i. gemmas quibus nomen est onyx, quę habent calorem vnguis humani, & quasi stibinos, & diuersorum colorũ:] i. gemmas habentes colorem stibij, circa quod ait Lyra: Stybium est vnguentum quo mulieres facies suas depingũt. Vndè 4. Reg. habetur, ꝙ Iezabel depinxit oculos suos stibio. Sed contra hoc scribit R. Paulus: Dictio Hebraica, pro qua habemus hîc stibium, non significat vnguẽtum, sed puluerem suæ collyrium nigrum, quod in oculis ponitur ad decorem & conseruationem sanitatis oculorum. Vndè de Iezabel non habetur in Hebræo, quòd depinxit oculos suos stibio, sed ꝙ posuit stibium in oculis suis, quod consonat huic literæ. Nam sicut inueniuntur marmora habentia colorem vnguis humani, ita inueniũtur alij habentes colorem nigrum cum nitore qui dicitur stybin. Hæc Paulus. Veruntamen dictum Lyræ verius reputatur, quia & expositores communiter dicunt sic, & per Hieremiam dñs loquitur: Cum pinxeris stibio oculos tuos, frustrà componēris. & super illud Iob: Vocauit nomē tertiæ (suæ videlicet filiæ) Cornustibij, idem asseritur. atq; in Mammotrectu bibliæ fertur: Stibium est vnguentũ vel color nomine cerussa, quo meretrices & solutę mulieres vti solent. [Omnemq; preciosum lapidem,] hoc est, quosdã de omni genere lapidum præciosorũ, quos potui reperire.] & marmor parium.] A paro insula vocatur Pariũ marmor, ꝙ varij fertur esse coloris, & in insula illa abundat. [abundantissimè] ꝑparaui, in quo sancti Dauid ingens relucet deuotio. [Et super hæc] præparaui ad idē ea [quæ obtuli in domum dñi Dei mei de peculio meo:] i. de speciali & propria substantia, pecunia seu opibus meis, [aurum & argentum,] hęc [do in templum Dei mei:] id est, ad hoc, ꝙ templum Deo ædificetur. Ex hoc apparet, ꝙ præfata donaria obtulerit de aliundè acquisitis, & de his quæ iure belli obtinuit, ex quibus multa dño cõsecrauit, de quibus exponi potest quod subditur: [exceptis his præparaui in ædem] i. domum [sanctam] ædificandam, [tria millia talenta auri de auro Ophir,] i. loci sic dicti, in quo optimum aurum dicitur inueniri. [& septem millia talentorum argenti probatissimi,] Porrò quod subditur, [ad deaurandos parietes templi,] refertur ad prætaxata auri talēta. Siqui-

2. Reg. 24. 1. Par. 22. 4. Reg. 9. R. Paulus. 4. Reg. 9. Hier. 4. Iob 42. Genes. 2. 3. Reg. 6.

dem parietes templi aureis erant laminis tecti.[& vbicunq; opus est aurum, de auro: & vbicunq; opus est argentũ,de argento opera fiant per manus artificũ. Et si quis spontè offert]i. qui ex deuotione & libera voluntate aliquid offert,aut offerre Deo ꝓponit. Oblatio nanq; spontanea esse debet,& ex charitate ꝓcedere,nec aliter placet Deo. [impleat manum suã hodiè,]i.ad offerendum liberaliter se disponat,[& offerat quod voluerit dño.[Consequenter describitur qualiter maiores mox ita egérunt,& quãtùm dederunt.[Polliciti sunt itaq; principes familiarum & proceres tribuũ Israel, tribuni quoq; & centuriones & principes possessionum regis,dederuntq́; in opera domus dñi,auri talenta quinq; millia, & solidos decẽ millia,argenti talenta decẽ millia,& æris talenta decem & octo millia,ferri quoq; centnm millia talentorum.Et apud quemcũq; inuenti sunt lapides,dederunt in thesauros domus dñi:]i.lapides illos ædificio aptos,vel gemmas obtulerunt, prout deuotio suggerebat ad reponẽdum inter donaria ꝓ templo construendo oblata,& hoc[per manum Iehiel Gersonitis,]q fuit de familia Gerson,ex filijs Chahath.qui Iehiel pſuit huic oblationũ istarũ collectiõi, quis alter fuerit custos thesaurorũ domus dñi iuxta pręhabita,[Lætatusq́; est populus,cum vota]i.oblationes votiuas & spontanea:[spontè ꝓmitterent,videlicet superrogatione.Nempe in eo ꝙ homo facit libenter & ex aĩo atq; dilectiõis feruore, naturaliter delectatur. Idcircò secundũ philosophũ,signũ virtutis seu habit⁹ virtuosi est,delectatio fiens in opere,i.actioni bonæ annexa.In Eccõ quoq; conscriptũ est:Gaudiũ est iusto,facere iustè. Hinc subditur:[quia toto corde]i.integro cordis affectu,& ex recta ratione,deuotaq́; voluntate[offerebant]i.offerre proponebant[ea dño,]iam fortè aliqua cœperunt offerre quæ secum habebãt. Ex his quoq; elicitur,ꝙ Dauid non pparauit neq; exhibuit vniuersa necessaria ꝓ templi & cæterorũ ei attinentium facienda structura.Alioquin nõ fuisset necessaria oblatio ista maiorum ac plebis. [sed & Dauid rex lætatus est gaudio magno]ex contemplatione diuina, ex populi sui deuotione,ex filij sui promotione, & ex prosperitate sui propositi de templo ædificando. [& benedixit dño]benedictione laudis,i.laudauit & glorificauit Deum.[coram multitudine vniuersa]ibi astante,[& ait:]Veruntñ vt videtur,huic congregationi non interfuerunt Ioab atq; Abiathar,qm̃ istud fuit post primam Salomonis vnctionẽ in regem:qua facta,statim dissolutum est conuenticulum Adoniæ,& extunc Ioab & Abiathar declinauerunt à regis præsentia, vt 3.Reg.lib.habetur.[Benedictus es dñe Deus Israel patris nostri]i. tu Deus Iacob patriarchæ,qui alio noĩe vocatus est Israel,[ab æterno]à parte antè,[& in æternũ]à parte pòst.[Tua est dñe magnificentia,]i.excellentia in agẽdo, qa eminẽtissimè,potentissimè, & sapientissimè operaris,[& *pòtestas]i.omnipotẽtia cõuenit tibi,[& gloria,]i. lætitia seu fama clara cũ laudibus,[atq; victoria,& tibi laus.Cuncta em̃ quæ in cælo sunt & in terra, tua sunt. Tuũ dñe regnũ,& tu es super oẽs principes. Tuæ diuitiæ, & tua est gloria,tu dominaris oĩm. In manu tua virtus & potentia, in manu tua magnitudo & imperium omniũ.] Omnium em̃ aliorũ robur & fortitudo,in tua omnipotentia consistunt & fulciuntur & conseruãtur, atq; dependẽt ex te,sine cuius manutenentia nec per momentũ possent durare.[Nunc igitur dñe Deus noster,confitemur tibi,]ꝓpria mala humiliter recognoscendo, [& laudamus nomen tuum inclytum,]i,teipsum supernobilissimũ,qui nusquàm à ꝓpria dignitate degeneras. [Quis ego, & quis populus meus,vt potissim⁹ tibi vniuersa promittere?quasi dicat,à nobisipsis nil boni habemus,nec aliquid boni facere possumus.idcircò subiũgitur:[Tua sunt omnia]iure creationis,conseruationis & gubernationis, [& quæ de manu tua] i. de tua omnipotentia & munificentia,[accepimus,dedimus]i.obtulimus seu promisimus [tibi. Peregrini enim sumus coram te & aduenæ,]i.in vita præsenti,& in terra habitationis seculi huius,constituti sumus sicut in via quadam & in exilio,atq; in loco non mansiuo ac stabili,sed transitorio & incerto, vt ad alium locum mansiuum,perpetuum,aliamq́ue vitam felicem,cælestem,æternam tendamus,properemus ac pertingamus.[sicut omnes patres nostri.]Quoniã sancti patres & omnes electi sic vsi sunt vita præsenti & habitatione terrena,propter quod Iacob disseruit: Dies peregrinationis vitæ meæ super terrã,centum triginta annorũ sunt parui & mali,& non peruenerunt vsq; ad dies patrum meorum,quibus peregrinati sunt super terrã.Et Apostolus:Non habemus,inquit,hîc manẽtem ciuitatẽ, sed futuram inquirimus. Et rursus de antiquis patribus loquens:Defuncti sunt,ait,omnes isti,nõ acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes,& confitentes quia peregrini & hospites sunt super terrã.Qui em̃ hæc dicunt,significant se patriam inquirere.[Dies nostri quasi vmbra super terram,]i.tota instabilis est,transitoria,incerta,caduca, indesinenter festinans ad finem, & quantumlibèt longa appareat,tamen respectu futuræ æternitatis, in qua erimus post hanc vitã, est quasi mometũ & indiuisibile instans.idcircò Iacob⁹ ait apostolus:Quæ est vita vestra? vapor est ad modicũ parens,deinceps exterminabitur.Et Psalmista:Homo vanitati similis factus est:dies ei⁹ sicut vmbra prętereũt.Sanctusq́; Iob:Parce mihi dñe,nihil em̃ sunt dies mei.De hoc in libro Sapientiæ multa leguntur,dicente scriptura:Transierunt omnia illa tanquam vmbra.[& nulla est

3.Reg.6. 1.Para.26. 3.Reg.1. Gen.32.35. *potentia Genes. 47. Hebre.13. Hebre.11. Iaco. 4. Psalm.143. Iob 7. Sap.cap. 5.

mora]i.fixa stabilitas in hac vita,sed incessabilis cursus ad mortẽ, iuxta illud libri Sapientiæ: Ibidem.
Nos nati,continuò desiuimus esse.Et rursus:Transiet vita nostra tanq̃ vestigiũ nubis,& sicut Sapie.2.
nebula dissoluetur.Vmbræ enim transitus est tempus nostrum. ideò ait beat⁹ Iob : Dies mei
velocius transierũt,quàm à texẽte tela succiditur.[Dñe Deus noster,omnis hęc copia,quam
parauimus vt ędificaretur domus nomini sancto tuo,de manu tua est,& tua sunt omnia.Scio
Deus meus ꝙ probes corda] i. per prospera & aduersa tentes & examines homines,an verè
sint virtuosi & tibi fideles, queadmodùm scriptum est. Tanquam aurum in fornace proba- Sapie.3.
uit electos dominus,& hoc agit omnipotens & supersapiens deus,nó vt sibi aliquid innotes- 1.Reg.18,
cat,sed vt homines agnoscant seipsos,vel alijs in exemplum ponantur,sicut & istum sanctum 19.20.21.
Dauid multis annis probauit per Saul,& sanctum Iob ac Tobiam,vt in illorum patientia,cõ- 22 23.26.
stantia,fidelitate alij ædificentur. [& simplicitatem diligas.]loquendo de simplicitatate co- Iob 1.4.33.
lumbina,duplicitatem,calliditatem, simulationemq; excludente,de qua ait Saluator:Estote Tob.2.5.12
simplices sicut colũbæ.cum talibus simplicibus est sermocinatio Dei. Sic nanq; Iob simplex Matth 10.
fuit,& Iacob erat vir simplex,in tabernaculis habitans.Cumq; similitudo sit causa amoris,nó Prouerb.3.
mirum ꝙ summè simplex Deus amet simplicitatẽ.[Vndè & ego in simplicitate cordis mei lę- Iob 1.31.
tus obtuli vniuersa hæc,& populũ tuum qui hîc repertus est,vidi cum ingenti gaudio tibi of- Gen.25.
ferre donaria.]Ista expositione non indigent,sed exhortatione & imitatione. Hinc & nos in
cunctis simus synceri & simplices,ac recta intentione omnia facientes. Simulatores enim & Iob 36.
callidi prouocant iram Dei.Et vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis. imò væ Iaco 1.
duplici cordæ,væ hypocritis odibilib⁹ prorsus miserrimis.[Domine Deus Abraham & Isaac Ecclesi.2.
& Israel patrum nostrorum,custodiui in æternum hanc voluntatem] i. deuotam istam voli- Luc.6.
tionem.[cordis eorum, & semper in venerationẽ tui, mens ista permaneat. Salomoni quoq;
filio meo da cor perfectũ,vt custodiat mandata tua, & testimonia tua, & cæremonias tuas, &
faciat vniuersa,& ędificet ædem,cuius impensas paraui.]A Deo quippe est inchoatio,prose-
cutio & consummatio omnis meritorij actus. [Præcepit autẽ Dauid vniuersæ ecclesiæ : Be-
nedicite dño Deo nostro.Et benedixit omnis Ecclesia dño Deo patrum suorum,& inclina-
uerunt se,& adorauerunt Deum]cultu latriæ,[& deindè regem] Dauid honoratione duliæ,
quæ excellentibus debetur personis.[Immolaueruntq́ue victimas dño]s.hostias pacificas &
sacrificia gratiarũ actionis,[& obtulerunt holocausta die sequenti,tauros mille,arietes mil-
le,agnos mille cum libaminib⁹ suis]i.sacrificijs de materijs liquidis,[& vniuerso ritu]i.cum
obseruantijs cæremonialibus obseruandis in talibus.[in oẽm Israel abundãtissimè:] quia &
ꝓ toto populo Israelitico hæc egerunt.[Et comederunt & biberunt coram dño in die illo cũ
grandi lætitia]i.deuotè & cum spiritali iucunditate ad Dei honorem, queadmodùm ad Co- 1. Cor. 10.
rinthios monet Apostolus:Siue manducatis,siue bibitis, siue aliud aliquid facitis, omnia in 3.Reg.1.
gloriam Dei facite.[& vnxerunt secundò Salomonẽ filium Dauid]in regem. Iam cũ semel
vnctus fuit in Gihon p Sadoc & Nathan , per quos & ista renouatio ac cõfirmatio prioris vn-
ctionis creditur facta.[Vnxerunt aũt eum dño in principem] i.ad Dei honorẽ vnxerunt Sa- Ibidem.
lomonẽ in regem,[& Sadoc in põtificem.]Abiathar nanq; iam declinauit à Salomone,& eo
à pontificatu eiecto per Salomonem,vnctus est Sadoc in pręsulem,vt 3.lib.Reg. describitur.
[Seditq; Salomon super solium dñi in regem ꝓ Dauid patre suo] i. super regalem thronum 3.Reg.2.
Dauid patris sui,qui thronus fuit solium Dei,qm̃ fuit soliũ regis fidelis,q pręsidẽdo ac iudi-
cando fuit vicarius Dei & cultor ipsius. [& cunctis placuit]i.multis de omnibus,& penè vni-
uersis,non tñ omnibus absolutè, saltem in principio,quia non placuit Adoniæ, nec eius fau-
toribus Ioab,Abiathar & consimilibus. [& paruit illi omnis Israel Sed & vniuersi principes 3 Reg.1.
& potentes,& cuncti filij regis Dauid]ibi præsentes,[dederunt manum & subiecti erant Sa-
lomoni regi:]i.concorditer consenserunt promotioni Salomonis.Narrat aũt magister in hi-
storijs,ꝙ Dauid rogauit filios suos ne ægrè ferrent Salomonem filiũ suum minimũ, i.iunio-
rem eis esse prælatum,quia Deus ita mandauit,sicut & ipse minim⁹ inter fratres suos fuit eis Pet.Co.hi.
prępositus ad regnandum, & tunc filij acquieuerunt,atq; vt fertur, ꝓmiserunt aut iurauerũt, lib 3.Reg.
ꝙ Salomoni fideliter obedirent.[Magnificauit ergo dñs Salomonẽ sup omnem Israel,& de- cap. 2.
dit illi gloriam regni,qualem nullus habuit ante eũ rex Israel.Igitur Dauid filius Isai,regna- 1.Reg 16.
uit super vniuersum Israel.Et dies quibus regnauit super Israel, fuerũt quadraginta anni. In
Hebræo regnauit septẽ annis,& in Hierusalẽ annis triginta trib⁹. Et mortu⁹ est Dauid in se-
nectute bona]i.virtuosa & septuagenarius, [plenus dierũ] qm̃ senex , & dies suos fructuosè
expendit,in quibus sibi thesaurizauit virtutum diuitias & merita copiosa. ideò subditur:& Matth. 6.
diuitijs & gloria.Et regnauit Salomon filius eius pro eo.Gesta aũt Dauid regis priora & no
uissima,]quæ s.à principio regni sui vsq; ad finem peregit, scripta sunt in libro Samuelis Vi-
dentis.]in lib.Reg.1.& 2.à Samuele compositis, prout fertur. Vel duo libri Regum collecti
sunt ex volumine Samuelis pro maxima parte, secundũ eos qui libros Regũ dicũt ab Hiere-
mia cõscriptos.Nam & Samuel per tẽpus notabile est defunctus , antequàm acciderunt quæ-

dam ad secundum librum Regum spectantia. [& in libro Nathan prophetæ, atq; in volumine Gad videntis.] Isti libri secundum aliquos non fuerunt conseruati in esse, nec reparati per Esdram. ideò nō habentur, nec apud catholicos, nec apud Hebræos. Porrò R.Paulus ait, quod sicut primus liber Reg. asscribitur Samueli, ita secundus & tertius rationabiliter possunt asscribi Nathan prophetæ seu Gad Videnti, quia fuerunt prophetæ contemperanei Dauid & Salamoni. Veruntamen constat, quod diu defuncti sint antequàm contigerunt plura valdè quæ tertio Regum habentur. [vniuersiq; regni eius] scilicet, Dauid gesta, & [fortitudinis & temporum quæ transierunt sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrarum] i. in libris Nathan & Gad descripta sunt principalia ac notabilia opera quæ Dauid egit, tam in proprio regno quàm in circumiacentibus regnis, quæ sibi subiecit, forsan etiam præfati prophetæ gesta aliorum regnorum aliqua inseruerunt. Vndè quod ait, in cunctis regnis, per synecdochen & per hyperbolen est intelligendum.

R. Paulus.

Finis libri primi Paralipomenôn.

DIONYSII CARTHVSIANI IN LIBRVM PARALIPOMENON


secundum enarratio.

In hoc Salomonis, reliquorumq; post eum, regum Iuda & Israel gesta, in libris regum prætermissa. explicantur,

PRAEFATIVNCVLA.

COmpleto in primo libro tractatu de primo & prælecto Israel rege Dauid, nunc in secundo isto volumine tractatur de posteris eius, qui ei successerūt in regno, & primò de Salomone, sub quo populus Israeliticus fuit in maxima prosperitate.

¶ Elucidatio capituli primi. Confortatus est ergo Salamon. Artic. I.



COnfortatus est ergo Salomon filius Dauid in regno suo.] Confortatus fuit in regno, quia legitimè institutus, & à Deo ad regnandum electus, atq: à toto populo concorditer acceptatus, nec quisquam se ei opposuit, [& dominus erat cum eo] per gratiam & virtutes, [& magnificauit eum in excelsum] i. valdè sublimiter: [Præcepitq; Salamon vniuerso Israeli] i. maioribus totius populi sui, in quibus tota communitas virtualiter continetur. Vndè quasi expositoriè subditur. [tribunis & centurionibus & ducibus & iudicibus omnis Israel & principibus familiarum. [Distinctio autem horum officiatorum ab inuicèm, in expositione lib. I. inducta est, [& abijt cum vniuersa multitudine] horum maiorum & eis associatorum, [in excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculum fœderis domini, quod fecit Moses famulus domini in solitudine] per manus Beseleel. Qualiter excelsum hoc Gabaon dupliciter possit exponi, in elucidatione primi libri expressum est, in eodemque libro expositum est quod hîc sequitur. [Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariath Iarim in locum quem præparauerat ei, vbi fixerat illi tabernaculum, hoc est, in Hierusalem. Altare quoq; æneum, quod fabricatus fuerat Beseleel filius, filij Hur, ibi erat] videlicet in excelso Gabaon, [coram tabernaculo domini] i. antè in atrio eius, [quod & requisiui] i. accessit ac visitauit [Salamon & omnis ecclesia] i. tota fidelium Iudæorum congregatio secum existens. [Ascenditq; Salamon ad altare æneum coram tabernaculo fœderis domini, & obtulit in eo mille hostias] i. super altare illud holocaustorum per manus sacerdotum, quod æneum erat, vt ignis calorem sacrificia incendentem posset sine læsione sufferre. Itaq; propter sanctitatem & dignitatem tabernaculi & altaris illius obtulit ibi. Circa hæc ait Glossa: Gabaon olim fuit metropolis Euæorum, ceciditq; in sortem Beniamin, & fuit separata Leuitis. Mirum est ergo quod Iosephus dicit Salomoné venisse in Hebron, vt sacrificaret in altari æneo, quod fecerat Moses, nisi fortè ipsam Hebron, excelsum Gabaon intelligi voluit. Hæc Glossa. Author verò scholast. historiæ: Credit, inquit, Gabaon non esse proprium nomé loci sed oppidi, sed appellatiuū, & interpretatur collis excelsus. Iosephus enī dicit, eum ascendisse in Hebron. [Eccè aūt in ipsa nocte apparuit ei De', dicens: Postula quod vis, vt dem tibi. Dixitq; Salomō Deo: Tu fecisti cum Dauid patre meo miām magnam, & constituisti me in regem pro eo.] Istud penè totum in 3. Reg. lib. fuit expositum. [Nunc ergo dn̄e Deus, impleatur sermo tuus quem pollicitus es Dauid patri meo:] cui promisisti quòd firmabis thronum eius super Israel in æternum. Sed cùm Deus sit verus, infallibilisq; promissor, quid necesse fuit orare, vt eius promissio impleretur? Et respondendum, quod Salomon sciuit illam promissionem fuisse conditionatam, aut cōditionaliter intelligendam, vtpotè nisi posteri Dauid regis peccando ponerēt obicē ad impletionem promissiōis diuinæ. Ideò Salomon petijt gratiā præseruatiōis pro se & posteris ab huiusmodi obice. [Tu enim

2. Para. 28.
Exod. 36.
1. Paral. 13.
Iose. lib. 8. an iu. ca. 1. 2. 3.
Pet. Co-hi. lib. 3 Reg. cap. 5.
3. Reg. 3.
2. Reg. 7.
1. Para. 17.

enim fecisti me regem super populum tuum multũ, qui tam innumerabilis est quàm puluis terræ.]Hoc per modum hyperbolicæ locutionis est accipiendum, ad insinuandum valdè copiosam plebis illius pluralitatẽ. Vndè 3.lib.Reg.dicitur, populi infiniti, sicq; in psalmo cantatur: Ascendunt vsq; ad cælos, & descendunt vsq; ad abyssos. [Da mihi sapientiam, & intelligentiam.] Per sapientiam potest intelligi clara notitia legis diuinæ, & pręceptorum eius iudicialium ac iurium diuinorum. Per intelligentiam verò, prudentia seu discretio in rebus actibusq; humanis, seu positiuarum cognitio legum ac iurium humanorum. Imò Salomõ petijt sibi dare prudentiam politicam, œconomicam, & ethicam, ad iudicandum ac discernendum in omnibus iustè ac verè, [vt ingrediar & egrediar corã populo tuo.] Aliqui dicunt, ꝙ egressus iste intelligendũ est pro exitu ad prælia ꝓ populi defensione: Ingressus verò, ad præscindendum plebis litigia. Potiùs tamen intelligendum videtur hoc verbum in generali, ꝓ omni exemplari & efficaci processu & directione coram populo sibi cõmisso. vt sit sensus, vt ingrediar & egrediar corã populo tuo, i. dignè & efficaciter eos regẽ intùs & extrà, in pace & bello, & exemplaris sim eis in cunctis, quia hoc maximè ædificat subditos, & istud omnis q̃ præsidet, pręsertìm spiritalis prælatus, petere debet à dño. [Quis em̃ potest hunc populũ tuũ dignè (qui tã grandis est) iudicare? Dicit aũt Deus ad Salomonem: Quia hoc magìs placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias & substantiam & gloriã, neq; aĩas eorum qui te oderunt, sed nec dies vitæ plurimos. Petisti aũt sapientiã & scientiã, vt iudicare possis populum meum, super quem cõstitui te regem, sapientia & scientia data sunt tibi. Diuitias aũt & substantiam & gloriã dabo tibi, ita vt nullus in regibus, nec ante nec post te, fuerit similis tui. Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon in Hierusalẽ.]His verbis in aliquib⁹ textibus additur, [coram tabernaculo fœderis] quod difficultatẽ inducit, cùm dictum sit, ꝙ tabernaculum fœderis dñi adhuc fuit in Gabaon, idcircò hoc loco ꝑ tabernaculũ fœderis, intelligitur tabernaculum, in quod Dauid introduxerat arcã. Hinc 3. Reg. scriptum est: Cumq; venisset Hierusalem, stitit coram arca fœderis dñi, sicq; exponit Hieronymus. [& regnauit super Israel. Congregauitq; sibi currus & equites: & facti sunt ei mille quadringẽti currus, & duodecim millia equitũ, & fecit eos esse in vrbibus quadrigarum, & cũ rege in Hierusalem. Præbuitq; rex argentũ & aurum in Hierusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros quę nascuntur in campestribus, multitudine magna. Adducebantur aũt equi de Aegypto & Choa, à negotiatorib⁹ regis: qui ibant & emebant precio quadrigã equorum sexcentis argenteis, & equum cẽtum quinquaginta. Similiter de vniuersis regnis Gethæorum, & à regibus Syriæ emptio celebrabatur.] Quæ hic dicunt de excellentia opulentiæ Salomonis, & de fortitudine ac multitudine equitum eius & equorum ac curruum, habita sunt atque exposita in 3. Reg. libro.

3. Reg. 3. Psalm. 106. 3. Reg. 3. Hieron. 3. Reg. 10.

¶Expositio cap. 2. Decreuit autem Salomon ædificare domum nomini dñi. Artic. II.

QVàm feruens atq; solicitus fuerit Salomon statìm post obitum patris sui obedire & exequi patris sui præcepta de templi structura, nunc recitatur. [Decreuit aũt Salomon ædificare domum] i. templum [nomini domini & palatium sibi.] Primò tamẽ studuit templũ construere, præferens Dei honorem proprijs commodis. [Et numerauit septuaginta millia virorum portantium humeris] onera [& octoginta millia qui cæderent lapides in montibus, præpositusq; eorum tria millia sexcentos.] Hoc 3. lib. Reg. expositum est. [Misitq; quoq; Salomon ad Hiram regem Tyri, dicens: Sicut egisti cum patre meo Dauid] amicabiliter atq; fideliter, [& misisti ei ligna cedrina, vt ædificaret sibi domũ in qua & habitauit,] iuxta illud 2. lib. Reg. Misit Hiram rex Tyri nũcios ad Dauid & ligna cedrina, &c. [sic fac mecum, vt ædificem domum nomini dñi] Dei mei, [& consecrem eam ad adolendũ incensum coram illo,] i. ad hoc, ꝙ thymiama accendatur in exteriore parte templi super altare incensi in præsentia Dei. [& fumigenda aromata] i. ad hoc: ꝙ aromatibus ibi inflammatis, vapor dulcis indè consurgat, vt sit suauis odor in templo, [& ad ꝓpositionẽ panũ sempiternam] i. vt iugiter sint ibi super mensam propositionis panes duodecim. Dum em̃ in sabbato duodecim veteres panes remouebantur, qui & sacerdotibus edebantur, mox alij duodecim panes recentes mensæ imponebantur. [& ad holocaustomata manè & vespere:] i. ad huc, vt iuge sacrificium fiat quotidiè, quo omni manè offerebatur vnus agnus in holocaustum, & similiter quolibet vesperè. [Sabbatis quoq;] i. ad offerenda sacrificia quæ secundum legem offerenda sunt singulis sabbatis, [& neomenijs] i. exordijs mensium, [& solẽnitatibus] cæteris [dñi Dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli. Domus enim quam ędificare cupio, magna est.] i. magna, preciosa & ꝓclara erit, & nunc talis est in appręhensione atq; ꝓposito. [Magnus em̃] dñs [De⁹ noster super oẽs deos,] quia incomparabiliter & penitùs infinitè dignior & ꝑfectior est vniuersis. [Quis ergo poterit præualere, vt ædificet ei dignam domum.] i. nullus sufficiens est construere templum tantæ eminentiæ, quantæ eminentiæ templo dignus est Deus, & quãtæ excellentiæ domum decet ei ædificari per respectum ad suæ maiestatis immẽsitatem. [Si cæ-

3. Reg. 5. 2. Reg. 5. Leuit. 24. Num. 28.

lum]empyreum,summum,immobile,maximum, quod est locus, mansio & patria beatorũ. [& cæli cælorum]i.superiores orbes cælestes,vt nona sphæra & firmamentum, quanuis aliq sup ea ponant adhuc vnum mobile cælum,[capere]i.intra se claudere & terminare[eum nequeunt,]quia incircũscriptibilis est,& ab omni materialitate prorsus immunis,infinitéq; distans,[quãtus ego sum]i.nimis indignus & paruus sum,[vt possim ei ædificare domũ,]prætacto modo condignam,per quæ verba excluditur rudissimus error putantium Deum in sua deitate esse localem,materialem, & corporalia lineamenta habentem. [Sed ad hoc tantùm] cupio Deo templum construere,[vt adoleatur incensum coram illo:] sub adoletione incensi,intelligendo & cætera sacrificia & ministeria,quæ fiebant in tẽplo,& causas eorum finales. [Mitte ergo mihi virum eruditum,qui nouerit operari in auro & argento,ære & ferro,purpura,coccino & hyacintho,& qui sciat sculpere cælaturas,cũ his artificibus quos mecum habeo in Iuda & in Hierusalẽ,quos præparauit Dauid pater meus. Sed & ligna cedrina mitte mihi,
* thyina & * arceuthina.]*Tina vel arceuthina,sunt ligna imputribilia& spinosa instar albę spinę.[& pinea de libano]i.sumpta de arbore pino. Porrò tertio Regum non fit mentio, nisi de lignis
3.Reg. 5. cedrinis & abiegnis,i.de abiete seu abietibus sumptis. [Scio eñ quòd serui tui nouerint cædere ligna de libano.Et erunt serui mei cum seruis tuis,vt parentur mihi ligna plurima. Domus enim quam ædificare cupio, magna est nimìs & inclyta. Præterea operarijs q cæsuri sunt ligna seruis tuis,dabo in cibaria tritici coros viginti millia.] Corus hîc sumitur pro mensura. [& hordei coros totidem.]de hordeo non fit mẽtio in præallegato Regum libro. [olei quo-
3.Reg. 5. que sata viginti millia.] Satum hîc sumitur pro generæ quodam mensuræ,quam aliqui vocant bathum.Præbuit etiam præfato regi totidem bathos vini. Et quanuìs dicatur hîc,quòd Salamon dedit ista operarijs Tyri,non tñ eis duntaxat, nec ipsi hæc omnia consumpserunt, sed pro tota familia regis Hiram dedit hæc Salomon quolibet anno. Vndè tertio libro Re-
3.Reg.5. gum Hiram ait ad Salamonem: Præbebis necessaria mihi, vt detur cibus domui meæ. Dixit autem Hiram rex Tyri per literas quas miserat Salomoni: Quia dilexit dominus populum suum,idcircò te regnare fecit super eum.] Diligere enim,est alicui bonum velle. Pręcipu-
Sapient. 5. um autem bonum & saluberrimum donum inferiorum, est bonus prælatus & efficax princeps,quemadmodùm scriptum est in libro Sapientiæ: Rex sapiens,populi stabilimẽtum est. Ex bono nanque regimine præsidentis, dependet non parùm profectus & salus crediti sibi gregis.[Et addidit,dicens:Benedictus dominus Deus Israel, qui fecit cælum & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem]in diuinis,[& eruditum]in scripturis, [& sensatum atq; prudentem]id est, prouidum & discretum, [vt ædificaret domum domino & palatium sibi. Misi ergo tibi virum prudentem & scientissimum]id est, benè edoctum & expertissimum. [Hiram fabrum patrem meum,] secũdum Glossam interlinearem, rex Tyri nomine Hiram, nominat virum istum etiam sic vocatum, patrem suum, quia vir iste de terra Israel peregrè profectus,docuit ipsum Tyri regem Dei timorem & veritatis notitiam: vel propter ætatem & artis suæ præclaritatem, nominat eum patrem.Porrò Hebræi(vt fertur)sic legunt,Hiram patris mei,quia vt dicunt, vir iste fuit artifex excellentissimus etiam apud patrem huius Tyrij regis,cuius patrem dicunt fuisse eodem nomine appellatum,videlicet Hiram.[filium mu-
3.Reg 7. lieris]natæ[de filiabus Dan, cui⁹ pater fuit Tyrius.] Sed obuiare videtur illud tertij Regum libri: Misit rex Salamon,& tulit Hiram de Tyro filium mulieris viduæ de tribu Nephthalim patre Tyrio. Ad quod(vt fertur)respõdent Hebræi, quòd fuit de tribu Dan ex parte matris, & de tribu Nephthalim ex parte patris, & quod pater eius dicitur Tyrius non natione,sed habitatione.Cui dicto videtur textus non consonare, cùm dicitur, filiũ mulieris viduę de tribu Nephthalim,patre Tyrio, & si ex vtroque parente fuisset Israelita, potiùs diceretur filius viri Hebræi, quàm mulieris Hebreæ, quoniam descriptio genealogiæ magìs fit per nomẽ patris, quàm matris.Deniq; si pater eius habitauit in Tyro,probabile est quòd & mater:ideò videtur magìs dicendum,ꝙ mater eius ex vna parte fuit de tribu Dan,ex alia de progenie Nephthalim.Nihilominùs Glossa ait: Ostendit scriptura eum esse de progenie Salumith de tribu Dan,de quo Salumith in libro legitur Num̃.Patrẽ verò eius tradũt fuisse Hebręum de stirpe
Nume. 34. Ooliab de tribu Dan,qui cũ Beseleel operat⁹ est tabernaculũ.quòd aũt Tyriũ vocat, dicũt
Exod. 35. ex trãslatiõe cõtigisse.[qui nouit operari in auro & argẽto, ære & ferro & marmore & lignis, in purpura quoq; & hyacintho]i.lana aut laneo panno[& bysso]i.candidissimo ac subtilissimo lino,[& coccino]i.rubeo,[& qui sciat cęlare omnem sculpturã,& adinuenire prudenter quodcunq; in opere necessariũ est,cum artificibus tuis, & cum artificibus dñi mei Dauid patris tui.Triticum ergo & hordeum & oleum & vinum,quæ pollicitus es dñe mi, mitte seruis tuis.]ex hoc patet verum esse quod dictum est,ꝙ.Salamon misit regi Tyri etiã vinum.[Nos autẽ cædemus ligna de Libano,quod necessaria habueris,& applicabimus ea ratibus per mare in Ioppe,tuum aũt erit transferre ea in Hierusalem.Numerauit igiť Salomon omnes viros prose-

proselytos, qui erant in terra Israel, post numerationem quam dinumerauit Dauid pater ei⁹, & inuenti sunt centum quinquaginta tria millia, & sexcenti. Fecitq́; ex eis septuaginta millia qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus cæderent, tria autem millia & sexcentos præpositos operum populi.] Hæc plana sunt, & in præfato 3. Reg. 5. 6. 7. 10. sunt tractata, vbi & spiritualitas huius requiratur capituli.

¶Explanatio capituli tertij: Et cœpit Salamon ædificare domum domini in in Hierusalem. Articulus III.

DE expositione capituli huius atque sequentis, in quibus structura tẽpli, pertinentiumque ad illud describitur, multæ essent dicenda, nisi 3. Reg. in expositione sexti & septimi capitulorum, introducta iam essent: propter quod modò est pertranseundum. [Et cœpit Salamon ædificare domini in Hierusalem In monte Moria,] id est, visionis, quoniam altus erat, & ab eo vndique longè respiciebatur, in quo Abraham filium suum Isaac voluit sacrificare, appellauitq́ue montem illum, Dominus videt. Hinc quoque mons ille dictus est mons visionis, id est, contemplationis, quoniam Abraham dominum vidit ibi, & dominus ipsum benignè ibi intuitus est, eiusque promptũ animum approbauit, & obedientiam Abrahæ manifestauit ibidem. [qui demonstratus fuerat Dauid patri eius.] Nam ibi vidit angelum cum euaginato gladio stantem, qui per Gad præcepit Regi Dauid construere ibi altare, tuncq́; cognouit Dauid Deum velle templum ædificari illo in loco, quemadmodùm in priori libro patuit. [in loco quem parauerat Dauid in aera Ornam Iebusæi,] id est, in loco vbi aera steterat, & per gyrum. [Cœpit aũt ædificare mense secundo, anno quarto regni sui:] quia per annos præcedentes præparauit & procurauit materiam & necessaria alia. Porrò 3. Reg. 6. habetur, in anno quarto mense Ziph, ipse est mensis secundus regni Salamonis: quòd intelligendum est sic, quòd mensis ille fuit mensis secũdus quarti anni regni Salomonis. [Et hæc sunt fundamẽta quæ fecit] id est, exordia templi, quæ incepit [Salamon, vt ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in mensura prima 60.] i. longitudo templi fuit 60. cubitorũ, sicq́; iecit & fecit 60. cubitos longitudinis templi in prima mensura, i. secundum mensuram & formam sibi à Dauid patre suo præfixam: quia vt patuit in primo lib. Dauid monstrauit & docuit ac reliquit in scriptis Salamoni exemplar totius templi, & dimẽsionum ipsius, ac producendorum in ipso. [latitudinis cubitos 20.] fecit per manus artificum. Porticum verò antè frontem quæ tendebatur in longum, iuxta mensuram latitudinis domus, cubitorum 20. Porrò altitudo 120. cubitorum erat.] 3. Reg. 6. habetur 30. cubitos in altitudine. Respondeẽ quod altitudo à terra vsque ad primum tabulatum fuit 30. cubitorum, prout istud 3. Reg. 6. pleniùs dictum & concordatum est. [Et deaurauit eam intrinsecùs auro mundissimo. domum quoque maiorem texit tabulis abiegnis] 3. Reg. 6. sic legitur: Operuit domũ lignis cedrinis, quomodò ergò hîc dicitur, tabulis abiegnis? Item: Texit domum laquearib⁹ cedrinis. Ad quod respondere quis poterit, quod in eodem habetur 3. Reg. 6. Texit pauimentum domus tabulis abiegnis, retorquendo verba huius capituli nũc inducta, ad illam domus maioris seu templi partem, quãquàm ad istud plenior habetur responsio ex alibi dictis. [& laminas auri obrici affixit per totum.] prætacto 3. Reg. 6. fertur: Domum ante oraculum operuit auro purissimo, nihilq́; erat in templo quod non auro tegeretur. Itaque per aurum obrizum intelligitur aurum purissimum, vtpotè in sua natura sumptum, non mixtum nec immutatum. Vndè secundum Albertum, aurum obrizum dicitur quasi aurum obrude, quasi in sua dispositione relictum, non leuigatum. [Sculpsitq́; in ea palmas, & quasi catenulas se inuicèm complectentes. Strauit quoq́; pauimentum templi preciosissimo marmore decore multo. Porrò aurum erat probatissimum, de cuius laminis texit domũ, & trabes eius, & postes, & parietes, & ostia, & cælauit Cherubim in parietib⁹. Fecit quoq́; domum sctĩ sctõrum.] Hoc est, quod 3. Reg. 6. dictum atq́; expositum est, fecit interiorem domũ oraculi in sctm̃ sctõrum. Nempe domus sctĩ sctõrum, fuit interior & sacratior pars tẽpli, in qua erant arca & secũ reposita: sicq́; dom⁹ sctĩ sctõrum, fuit ipsum sctm̃ sctõrum. [longitudinem iuxta latitudinẽ domus, cubitorũ 20. & latitudinem similiter 20. cubitorum. Et laminis aureis texit eam, quasi talentis 600. Sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli claui siclos quinquagenos appenderent.] Per hos eñ clauos tabulata laterum seu tabulę parietum aureis laminis cõnectabantur. [Cœnacula quoq́;] quæ erant quasi solaria templi, in quibus reponebantur, ornamenta sacerdotum & ministrorum templi, sacraq́; vasa & plurima preciosa in cultu templi requisita, [texit auro. fecit etiã in domo sctĩ sctõrum Cherubim duos] qui stabant in interiori templi parte stabiliter, ideò subdit, [opere statuario,] i. sicut statuæ fieri solent, quæ dicunẽ à stando. [& texit eos auro. Alæ Cherubim 20. cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos 5. & tangeret parietem domus, & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius Cherub. Similiter Cherub alterius ala 5. habebat cubitos, & tangebat parietem, & ala eius altera quinq́; cubitorum, alam Cherub alterius contingebat. Igitur alæ vtriusque Cherubim expansæ erant, & extendebantur

Gen. 22.
2. Reg. 24.
1. Par. 21. 22
1. Para. 28.

tur per cubitos 20. Ipsi aût stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versę ad exteriorem
Pet. Co. hi. lib. 3. Reg. cap. 11. domum.] Hæc Magister in hist. aliją; catholici sic exponunt, ꝙ habebant pedes obliquatos quasi ad ambulandum, & eleuatos, sicut videlicet in tripudijs habêt homines saltando iubilantes. Cui expositioni obijcit quidam, quia vt asserit, in Hebræo habetur, stabant super pedes suos. Veruntñ pʀtacta illa expositio aptior esse censet, & mysterio ampliùs cógruit. Nam, vt fertur in Glossa, ideò stabant pedibꝰ sic erectis, ad designandum, quia nos à mundi huius peregrinationis ærumna erectos, ad suum desiderant venire consortium. Item ad figurandũ omnium supernorũ spirituum exuberantissimam iucunditatem. Potest aût esse quòd sermo
Hieron. Hebræus vtrunq; designet, sed Hieronymus in veriorem transtulit sensum, cui & aliæ trãslationes concordant. [Fecit quoq; velum ex hyacintho, purpura, cocco & bysso:] i. ex materijs horum quatuor colorũ subtilibus & intextis, [& intexuit ei Cherubim.] Istud 3. Reg. 6. omittitur, sicut & ibi dicit, quod hîc nõ habetur, videlicet de ostiolis ligni oliuarum. Fuitq; velum istud decoris gratia factum, vt inter parietes deauratos holosericum hoc fulgeret, secundum
Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Glossam, quod pependit ad parietem, qui inter sanctũ & inter sanctum sanctorũ medius stetit, ꝙ velum & tempore passionis dñicæ legitur scissum vel simile illi. [Ante fores etiam templi duas columnas, quæ 30. & 5. cubitos habebant altitudinis. Porrò capita earum 5. cubitorũ, necnon & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum.] Quidam per oraculum intelligunt hîc porticum seu atrium templi, in quo atrio seu porticu erant columnæ, sicq; per catenulas istas accipiunt opus illud reticulatum & concatenatum, capitibus columnarum illarum appositum: sed quoniam oraculum non consueuit accipi in scripturis, nisi pro propitiatorio, ex quo procedebãt diuina responsa, vel pro sancto sancto sanctorum, in quo propiciatorium fuit cõtentum: ideò alij per catenulas in oraculo intelligunt opus reculatum prætactum simile figuris, quæ in parietibus sancti sanctorum erant cælatæ instar cõcatenati & plectilis operis. Veruntamen istud videtur alienum à textu, in quo euidenter habetur, catenulas in oraculo, & non catenulas oraculi. Porrò oraculum vno modo est idem quod oratorium, i. locus orationis. Atrium autem seu porticus, fuit locus orationis ꝓ vulgo, & ita nunc sumitur. [Malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit. Ipsas quoq; columnas posuit in vestibulo templi, vnã à dextris, & alteram à sinistris. Eam quæ à dextris erat, vocauit Iachin: & quæ ad læuam, vocauit Booz.] Ista patent ex 2. Reg. 6.

¶ Explanatio cap. 4. Fecit quoque altare æneum. Artic. 4.

NVnc agitur de instrumentis & vasis ac vtensilibus diuini cultus in tẽplo. [Fecit quoque altare æneum 20. cubitorum longitudinis, & 20. cubitorũ latitudinis, & 10. cubitorum altitudinis.] Exo. 27. legitur dominus Mosi præcepisse: Facies altare de lignis Sethim, quod habebit 5. cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, i. quadrum seu quadrangulare, & tres in altitudine. Itaq; altare illud factum à Salamone per Hiram, in hoc conuenit cum altari illo Mosaico, ꝙ vtrunq; fuit quadratum seu æqualis quantitatis in lõgitudine ac latitudine: sed differunt in multis, qm̃ istud fuit multo maius ꝙ̃ illud. Istud quoq; intùs plenum seu solidum, quia mansurum erat in vno loco: illud verò concauum, quia portatile. Illud etiam fuit intùs de lignis, istud ex lapidibus impolitis, iuxta legis præceptum in Exodo scriptum. Porrò vtrunque fuit æneis laminis tectum, propter ignis, sacrificia incendentis, calorem. Erat item sub altari hoc æneo Salamonis fouea magna, in quam decidebant cineres per foramẽ in medio altaris formatum, & sanguis q in altaris crepidinem fundebat, decurrebat in eam. Inter-
Pet. Com. hist. lib. 3. Reg. ca. 13. dum verò mundabatur fouea per fenestram, quæ ad orientem, vt Iosephus dixit, atque vt in Scholast. fertur hist. Altare factum à Mose, propter reuerẽtiam sui in aliqua atrij parte est reseruatum: quod aliqui tradũt ibi mansisse vsq; ad euersionem factam p Romanos, imò etiam postea, cùm gentiles in Hierusalem habitantes, fecerunt ex eo horologium sibi. [Mare quoq; æneum fusile] i. lauatorium, de quo 3. Reg. 7. dictum est, [10. cubitis à labio vsq; ad labiũ rotundum per circuitum. Quinq; cubitos habebat altitudinis, & funiculꝰ 30. cubitorum ambiebat gyrum eius. Similitudo quoq; boum erat subter illud. Et 10. cubitis quædam extrinsecùs cælaturæ, quasi duobus versibus labium maris circumibãt. Boues aũt erant fusiles, & ipsum mare sup 12. boues impositum erat, quorũ tres respiciebant ad aquilonem, & alij tres ad occidentẽ. Porrò tres alij meridiẽ, & tres q reliqui erant, orietem, habentes mare suppositũ. Posteriora aũt boum erãt intrĩsecùs sub mari. Porrò vastitas] i. grossitudo seu spissitudo [eiꝰ, habebat mensurã palmi.] Hoc est, ꝙ 3. Reg. 7. dicitur: Grossitudo luteris, trium vnciarũ erat. [& labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilij, capiebatq; 3. millia metretas. Fecit quoq; cõchas decẽ, & posuit qnq; à dextris, & qnq; à sinistris.] Hoc est ꝙ pallegato 3. Reg. 7. legitur: Fecit quoq; 10. luteres æreos, & dicuntur cõchæ à cõcauitate, qm̃ luteres cõcaui erãt, in qbus abluebant pedes & intestina animaliũ immolatitiorũ. Hinc subditur: [vt lauarentin eis oĩa quæ in holocaustum oblaturi erant.] aut etiam in sacrificia alia, sed holocaustum tanquam dignior hostia, specialiter exprimitur. [Porrò sacerdotes in mari laudabãtur. Fecit au-

tem

tem & candelabra aurea 10.] quæ stabant in exteriori parte templi, quæ dicitur sanctum vel sancta. de istis candelabris dictum est prætacto 3. Reg. 7. [secundum speciem quam iusserat fieri:] i. ad similitudinem candelabri facti à Mose, iuxta exemplar ei monstratum ac iussum in monte. Attamen candelabra ista erant maioris quantitatis, quam illud Mosaicum, quamuis fuerint eiusdem formæ aut schematis. ¶Porrò de materia, forma, ornatu candelabri Mosis, scriptum est Exod. 25. & 26. quæ longum est allegare, & difficilius intelligere sine elucidatione. [& posuit ea in templo, quinq; à dextris, & quinq; à sinistris. Nec non & mensas decem aureas fecit: & posuit eas in templo, quinq; à dextris & quinq; à sinistris.] Moses autem vnam fecerat auream mēsam, quæ collocata est in exteriori templi parte, in medio harum decem mensarum. [Phialas quoq; aureas 100. fecit, & atrium sacerdotum.] de multiplici atrio templi, dictum est 3. Reg. 7. [& Basilicam grandem] i. ædem notabilem seu aulam, in qua secundum Glossam populus conuenit ad orandum, atq; ad audiēdum verbum Dei, & erat extra atrium sacerdotum, secundum Glossam de præfato autem sacerdotū atrio legitur 3. Reg. 6. Aedificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri, & ostia in basilica quæ texit ære. Porrò mare posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem. Fecit autem Hiram lebetes & creagras,] i. caldarias atq; fuscinulas, seu tridentes, [& phialas] i. schyphos. Omnium demum in isto cap. sequentiū expositio, euidenter habetur ac posita est 3. Reg. 7. & aliqua indè habentur eiusdem lib. cap. 6. dicitur tamen hic. [Et compleuit omne opus regis in domo Dei, i. colūnas duas, & epistylia & capita, & quasi quædam retiacula, quæ capita tegerēt superepystylia. Malogranata quoq; 400. & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorum, singulis retiaculis iungerentur, quæ protegerent epistylia & capita columnarum. Bases etiā fecit, & conchas quas superposuit basibus. Mare vnum, boues quoq; 12. sub mari, & lebetes, & creagras, & phialas. Omnia vasa] cultus diuini [fecit Salamoni Hirā pater eius in domo dñi ex ære mundissimo:] In qbus verbis Hiram vocat pater Salamonis, qm̄ Salamon eum quasi patrem venerabatur, ꝓpter ipsius excellentissimā artem, & diligentissimum deuotumq; vsum artis ipsius, Vel ratione solicitudinis, quam Hiram gessit pro Salamone ad explendum magnificè omne opus ipsius, & item ratione paternæ dilectionis suæ ad Salamonem. [In regione Iordanis, fudit ea rex in argilossa terra inter Socoth & Saredatha. Erat aūt multitudo vasorū innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus æris. Fecitq; Salamon oīa vasa domus Dei, & altare aureum, & mensas, & super eas panes propositionis. Candelabra quoq; cum lucernis suis, vt lucerent ante oraculum iuxta ritum ex auro purissimo, & florentia quædam & lucernas & forcipes aureos. Omnia de auro mundissimo facta sunt. Thymiateria quoq; & thuribula, & phialas, & mortariola ex auro purissimo, & ostia cælauit templi interioris, i. in sancta sanctorum, & ostia templi forinsecùs aurea. Sicque completum est omne opus quod fecit Salamon in domo dñi.] ¶Postremò, in tēplo Salamonis meritò aucta sunt quantitate, qualitate, & numero instrumenta et vasa cultus diuini, ita quod in eo fuit tam grande altare sacrificiorum, totq; candelabra, et tot mensæ, atq; tam innumerabilia vasa ampliùs quam in tabernaculo Mosis: et maximè Salamonis, plurimùm aucti et multiplicati. ¶Spiritualis quoque omnium horum intelligētia, 3. Reg. 6. et 7. est expressa. Dicunt quoq; expositores, ꝙ templum Salamonis cum attinentijs suis et vasis atq; altaribus, potissimè factum est ad similitudinem tabernaculi Mosis, præsertìm quātùm ad situm et formam ac diuisionem templi in duas partes, et alia multa. Nam et tēplum Salamonis situm erat ad occidentem, et istud clariùs innotescet, si quis diligenter aduertat ea quæ in Exodo de tabernaculo Mosis et pertinentibus ad ipsum, conscripta sunt. Vndè et spiritalis sensus istorum in multis coincidit, prout 3. Regum 6. et 7. est inductum.

Heb. 9. Exo. 25. 37. Exod. 25. 29. 37.

¶ Expositio cap. 5. Intulit igitur Salamon omnia quæ vouerat Dauid pater eius, argentum etc. Articulus V.

DEscripta templi cōstructione, recitatur dedicatio eiꝰ, et primò refert, qualiter in illud sit arca dñi introducta, et penè nihil habetur in isto capitulo, ꝙ non 3. Reg. 8. conscriptum sit atq; expositum. [Intulit igitur Salamon omnia quæ vouerat Dauid pater eius, argentum et aurum, et vniuersa vasa posuit in thesauris domus dñi. Post quæ] hoc est. cōpletis quæ in præcedentibus duobus describuntur capitulis, [congregauit] Salamon oēs [maiores natu Israel, et cūctos principes tribuum, et capita familiarum de filijs Israel in Hierusalem,] vt cū maiori reuerentia et generali deuotione templum dedicaretur, et arca trāsferretur in illud, [vt adducerent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid quæ est Sion,] i. tollerent eam de tabernaculo, quod Dauid ei tetenderat iuxta suum palatium. [Venerunt itaq; ad regem oēs viri Israel in die solenni mensis septimi. Cumq; venissent cuncti seniorum Israel, portauerūt Leuitæ arcam:] quia hoc ad eorū spectabat officium: [& intulerunt eam] vsq; in atrium templi, non autem in sanctum, aut in sancta sanctorum, quò ingredi eis non licuit, sed illuc intulerūt eam sacerdotes inuolutam: [et omnem paraturam] i. apparatum [tabernaculi.] Hoc est

2. Para. 5. 4. 2. Reg. 6.

quod

quod 3. Reg. 8. asseritur: Portauerunt arcam fœderis & tabernaculum domini, quod per Mosen iusserat dominus fieri,& omnia vasa sanctuarij. Nam ea quæ Moses fecit, tunc in templum Salamonis illata sunt. vndè subiungitur:[Porrò vasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo, portauerunt sacerdotes cum Leuitis.] Tunc quippe tabernaculum Mosis fuit cum vasis suis repositum in thesauris domus domini,& in templum Salamonis perducta sunt.[Rex autem Salamon & vniuersus cœtus Israel,& omnes qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes & boues, absq; vllo numero. Tanta enim erat multitudo victimarum. Et intulerũt sacerdotes arcam fœderis domini in locum suum, i. ad oraculũ templi, in sancta sanctorum, subter alas Cherubim, ita vt Cherubim expanderent alas suas super locum, in quo posita erat arca,& ipsam arcã tegerent cum vectibus suis. Vectium aũt quibus portabatur arca, quia paululùm longiores erant, capita parebãt ante oraculum. Si verò quis paululùm fuisset extrinsecùs, eos videre non poterat. Fuit itaq; arca ibì vsq; in præsentem diem. Nihilque erat aliud in arca, nisi duæ tabulæ, quas posuerat Moses in Horeb, quando legem dedit dñs filijs Israel egredientibus ex Aegypto. Egressis aũt sacerdotibus de sanctuario,] hoc est, de tẽplo de quo exierunt, cùm arcam in suo loco constituerunt. [omnes enim sacerdotes qui ibì inueniri poterant, sanctificati sunt:] i. purgati & aptati ad sua obsequia in dedicatiõe templi agenda. sanctificati sunt autem p orationes, ieiunia, continentiam, vestium lotionem aut consimilia.[nec adhuc in illo tempore vices & ministeriorum ordo inter eos diuisus erat. In primo
1. Para. 24. 25. lib. est descriptum, qualiter Dauid sacerdotes, Leuitas & cantores distinxit, atq: in suis fecit seruire obsequijs: sed nondum fuit hic ordo diuisus per executionem in templo. Nondum quoq; diuisus fuit tam plenè, vt consequenter. Vel ideo dicitur istud, quia in templi dedicatione oẽs pariter, non succesiuè, deseruierunt, ita ꝙ pro tunc ordo successionis in seruiendo non seruabatur, sed propter inæstimabilem multitudinem hostiarum, omnes occupati fuerunt, quia per manus eorum omnia illa offerebantur iumenta, & Leuitæ sacerdotibus ministrabant: omnes quoque in psallendo & personando fuerunt cõcorditer ac pariter occupati, sicut subiungit:[tam Leuitæ q̃ cantores, i. & q sub Asaph erant, & qui sub Heman, & qui sub Idithun.] Isti em̃ erant tres principales cantores cæteris præsidentes, sicut 1. Paral. 24. expositum est.[filij & fratres eorum vestiti byssinis] i. albis & lineis vestibus, [cymbalis, & psalterijs,& citharis concrepabant, stantes ad orientalem plagam altaris, & cũ eis *sacerdotes 120. canentes tubis] non bellicis, sed festiualibus,[Igitur cunctis pariter,& tubis,& voce,& cymbalis, & organis diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus:] quod intelligendum est, reddendo singula singulis, i. isto istud agente,& illo taliter cõcrepante.[longè sonitus audiebatur.] Nam quidam ipsorum simul ore cantabant, & musicis
* cantores vel doctores.
Psalm. 105. 106. 107. instrumentis ludebant. hinc subditur.[ita vt cùm dominũ laudare cœpissent & dicere, Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ei⁹: impleretur domus Dei nube, ne possent sacerdotes stare & ministrare, propter caliginem. Compleuerat enim gloria domini domum Dei.] quod fuit certum indicium acceptationis diuinæ, qua Deus illorum deuotionem & laudes ac sacrificia acceptauit, & gratiosæ præsentiæ suæ, qua & in illorum cordibus habitauit, prout 3. Reg. 8. diffusiùs fuit expositum.

¶ Declaratio cap. 6. Tunc Salamon ait: Dominus pollicitus est vt habitaret in caligine. Articulus VI.

VIdens Salamon quàm gratiosè omnipotens suum acceptasset obsequium, & sacerdotum ac Leuitarum, atque cantorum, totiusque plebis deuotionem, processionem, laudes & hostias, exhilaratus in domino, in verba gratiarum actionis & orationis cum ingenti feruore prorupit. Quicquid autem in isto continetur capitulo, penè totum habitum expositumque consistit 3. Reg. 8. idcircò pertranseundum,& pauca ibì non habita, nunc tangentur. [Tunc Salamon ait: Dominus pollicitus est vt habitaret in caligine. Ego autem ædificaui domum nomini eius, vt habitaret ibì in perpetuum. Et conuertit rex faciem suam, & benedixit vniuersæ multitudini Israel. Nam omnis turba stabat intenta, & ait: Benedictus dominus DEVS Israel, qui, quod loquutus est Dauid patri meo, opere compleuit, dicens. A die qua eduxi populum meum de terra Aegypti, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus nomini meo, neque elegi quenquam alium virum, vt esset dux in populo meo Israel, sed elegi Hierusalem, vt sit nomen meum in ea,& elegi Dauid, vt constituerem eum super populum meum Israel. Cumq; fuisset voluntatis Dauid patris mei, vt ædificaret domum nomini domini Dei Israel, dixit dominus ad eum: Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domum nomini meo, benè quidem fecisti, huiuscemodi habendo voluntatem, sed non tu ædificabis mihi domum. Veruntamen filius tuus, qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. Compleuit ergo dominus sermonem suum, quem locutus fuerat, & ego surrexi pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est dominus, & ædificaui domum nomini domini DEI Israel, & posui in ea arcam,

in qua est pactum domini, quod pepigit cum filijs Israel. Stetit ergo coram altari domini] i. ante altare holocausti in atrio, non enim introiuit in templum ipsum, & ad altare incensi positum ibi, cùm non esset sacerdos, [exaduerso vniuersæ multitudinis Israel:] i. ex opposito populi stantis in atrijs deputatis. Verterat enim faciem suam ad populũ, iuxta illud 3. Reg. 8. Conuertit rex faciem suam. [& extendit manus suas, Siquidem fecerat Salamon] per manus artificum [basim æneam] i. *arengeriam, [& posuerat eam in medio basilicæ,] i. atrij sacerdotum seu mundorum, vt qdam exponunt, qp & Iosephus vocat aulam seu basilicam grãdem, & erat contiguum atrio sacerdotum, in quo situm erat altare æneum holocaustorum. [habentem 5. cubitos longitudinis, & 5. latitudinis, & tres cubitos altitudinis.] sicq; in suis dimensionibus fuit æqualis altari holocausti facto à Mose, vt Exo. 27. legitur. [Stetitq; super eam, & deindè flexis genib⁹ cõtra vniuersam multitudinem Israel, & palmis in cælum leuatis, ait: Dñe Deus Israel, non est similis tui Deus in cælo & in terra, q custodis pactum & misericordiã cum seruis tuis, q ambulant coram te in toto corde suo, q præstitisti seruo tuo Dauid patri meo, quæcunq; locutus fueras ei, & quæ ore ꝓmiseras, opere complesti, sicut & præsens tẽpus probat. Nunc ergo dñs Deus Israel, imple seruo tuo patri meo Dauid quæcunque locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronũ Israel, ita tamen, si custodierint filij tui vias meas, & ambulauerint in lege mea, sicut & ambulasti corã me. Et nunc domine Deus Israel, firmetur sermo tuus, quem locutus es seruo tuo Dauid. Ergò ne credibile est, vt habitet Deus cum hominibus super terram? Si cælum & cæli cælorũ non te capiunt, quanto magis domus ista q̃ ædificaui? Sed ad hoc tantùm facta est] domus ista seu templum, [vt respicias] p approbationem & exauditionem [orationem serui tui, & obsecrationem eius domine Deus meus, & exaudias preces, quas fundit famulus tuus coram te, vt aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus, super locum in quo pollicitus es, vt inuocetur nomen tuum, & exaudires orationem quam seruus tuus orat in eo, & exaudias preces famuli tui & populi tui Israel.] Supra Salamon dixit, sed ad hoc tantùm, vt adoleatur incensum corã illo. Itaq; sicut ibi per incensi adolitionem, sic hîc per orationis exauditionẽ subintelliguntur alij actus qui exercebantur in templo, propter quos ibì fiendos fuerat factum. Porrò qui ex feruentissimo loquuntur affectu, frequenter abrumpunt verba, ita vt aliquid subintelligere sit necesse, sicut Cant. 7. asserit sponsa: Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. [Quicunq; orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, i. de cælis, & propiciare. Si peccauerit quispiam in proximum suum, & iurare contra eum paratus venerit, seq; maledicto constrinxerit corã altari in domo ista, tu audies de cęlo, & facies iudicium seruorum tuorum, ita vt reddas iniquo viam suam in capùt proprium, & vlciscaris iustum, retribuens ei secundum iustitiam suam. Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis, (peccabunt enim tibi) & cõuersi egerint pœnitentiam, & obsecrauerint nomen tuum, & fuerint deprecati te in loco isto, tu exaudias de cęlo, & propiciare peccato populi tui Israel, & reduc eos in terram, quam dedisti eis & patribus eorũ. Si clauso cælo pluuia non fluxerit propter peccata populi tui, & deprecati te fuerint in loco isto, & cõfessi nomini tuo, & conuersi à peccatis suis, cùm eos afflixeris, exaudi de cælo dñe, & dimitte peccata seruis tuis, & populi tui Israel, & doce eos viam bonam, per quam ingrediantur. Et da pluuiam terræ, q̃ dedisti populo tuo ad possidendũ. Fames si orta fuerit in terra, & pestilẽtia, & ærugo, & locusta, & bruchus, & hostes vastatis regionib⁹ portas obsederint ciuitatis, omnisq; plaga & infirmitas presserit, si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagam & infirmitatem suã, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies de cælo, de sublimi s. habitaculo tuo, & propiciare, & redde vnicuiq; secundũ vias suas, quas nosti eum habere in corde suo. Tu enim solus nosti corda filiorũ hominum, vt timeant te, & ambulent in vijs tuis cunctis diebus, quibus viuũt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. Externum quoq; q non est de populo tuo Israel, si venerit de terra lõginqua, propter nomen tuum magnũ, & propter manũ tuam robustam, & brachiũ tuũ extentũ, & adorauerit in loco isto, tu exaudies de cælo firmissimo habitaculo tuo, & facies cuncta ꝓ quib⁹ inuocauerit te ille peregrinus, vt sciant omnes populi terræ nomen tuu, & timeãt te, sicut populus tuus Israel, & cognoscant quia nomen tuum inuocatũ est super domũ hanc, quam ædificaui nomini tuo. Si egressus fuerit populus tuus ad bellũ contra aduersarios suos, per viam in qua miseris eos, adorabũt te cõtra viam in qua ciuitas hæc est, q̃ elegisti, & domũ q̃ ædificaui nomini tuo, vt exaudias de cælo ꝑces eorũ & obsecrationẽ, & vlciscaris. Si aũt peccauerint tibi, (neq; enim est homo qui non peccet) & iratus fueris eis, & tradideris eos hostibus, & captiuos eos duxerint in terram longinquã, vel certè quæ iuxta est, & conuersi in corde suo, in terra ad quam captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suæ, dicentes: Peccauimus, iniquè fecimus, iniustè egimus, & reuersi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua, in terra captiuitatis suæ, ad q̃ ducti sunt, adorabunt te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & vrbis quam elegisti, & domus quam

Iose. lib. 7. an. iu. ca. 3.

2. Paral. 2.

ædi-

ædificaui nomini tuo, vt exaudias de cælo, hoc est, de firmo habitaculo tuo preces eorum, & facias iudicium, & dimittas populo tuo quanuis peccatori. Tu es enim Deus meus. Aperiantur quæso oculi tui, & aures tuæ intentæ fint ad orationẽ quæ fit in loco isto. Nunc igitur consurge dñe Deus in requiem tuam,] i. in templo isto dignăter habitare decæterò [illegible]s, & illud gratiosè ingredere, in quo est sedes tua, videlicet propitiatoriũ, & quod factum est vt requiescas in ipso, id est, per pietatis tuæ effectus ostendas te inuariabilem & incircunscriptibilem Deum ibì adesse. [tu & arca fortitudinis tuæ,] i. arca fœderis, in qua erant tabulæ testamenti,
Heb. 9. in quibus scriptus fuit decalogus: quæ dicitur arca fortitudinis Dei, quia per eam omni-
2.Reg. 8. potentiam suam frequenter monstrauit per miraculosos effectus, sicut in percusione Oza
1.Para.11. & Bethsamitarum, & in plagatione Philistinorum. In desiccatione quoq; Iordanis, deiectio-
1.Reg.6. neq; murorum Ierichuntinorum. Per eam etiã benedixit Obededom & alijs multis. Sed cur
1.Reg.5. Iosu 3.6. Salamon ista orauit, cùm iuxta historiæ ordinem, iam facta fuerit dedicatio templi, & Deus
2.Reg.6. suum gratiosum ingressum in templum monstrauerit per nubis introitum? Arca quoque iam fuit ibi in sancto sanctorum reposita. Respondetur quod ista orauit, quatenùs Deus effectus suos gratiosos conseruaret & augeret in templo, & arcam stabiliret ibidèm, ne tolleretur sic-
2.Paral.7. ut iam fuit ablata de Galgala, de Nobe, de Cariathiarim & Gabaon. Vndè in exordio sequẽtis capituli legitur, quod oratione ista completa, ignis descendit de cælo & deuorauit holo-
2.Paral.5. causta & victimas, & maiestas domini impleuit domum, videlicet magis q̃antè: Dicunt tamẽ Hebræi, ꝙ sacerdotibus volentibus templum intrare cum arca, ianuæ tẽpli se contra eos clauserunt, propter quod Salamon verba ista orauit. sicq; referenda esset ista oratio ad præinducta superiora de arcæ inductione ad locum suum. Addunt quoq;, ꝙ sacerdotes tunc cecinerunt Psal.131.s. Memento dñe Dauid, quatenùs ianuæ aperirentur. Cumq; venissent ad illum versiculum, propter Dauid seruum tuum, i. propter merita eius non auertas faciẽ Christi tui, i. preces Salamonis vncti in regẽ, orantis ꝓ ianuarũ apertione, non spernas, sed impleas, ostia reserabantur. [Sacerdotes tui domine Deus induătur salutem,] i. salubriter conuersentur & prosperentur in te, quatenus eorum obsequium tibi complaceat, & populus adiuuet ac ædificetur per eos. Ideò pro sacerdotibus specialiter exorauit. Nam & in veteri test. cuius sacerdotium fuit carnale, rex sacerdotibus fuit superior, quemadmodùm apud Gentiles. [& sancti tui] i. fideles tibi deuoti, specialiter cantores & Leuitæ tibi consecrati, [lætẽtur in bonis,]
Hierem. 9. i. actibus virtuosis, & in donis ac beneficijs tuis, oĩa finaliter ordinando ad te, atq; in te prin-
1.Cor. 1. cipaliter gloriando, iuxta illud: Qui gloriatur, in dño glorietur. [Dñe Deus meus, ne auertas
2.Cor.10. faciem Christi tui] i. meam præsentiam ne repellas, nec preces meas despicias. Hoc Salamon deprecatus est pro seipso, qui erat Christus Dei, i. vnctus in regẽ ex ordinatiõe diuina. Vndè
Iob 42. de Iob dñs dixit: Faciem eius suscipiam. In nouo aũt testamento vnusquisq; fidelium vnctus est, & Christus Dei potest aliquo modo vocari. [Memento misericordiarũ Dauid serui tui.] hoc est, sicut valdè misericorditer egisti cum Dauid, ita fac mecum, memorq; sis operũ pietatis Dauid patris mei quæ fecit, vt si non meis, saltem meritis eius exaudias me.

¶ Declaratio cap.7, Cumq; complesset Salamon fundens preces. Artic. 7.

NVnc recitatur qualiter Deus per facta & verba testatᵘ est Salamoni, se exaudisse preces ipsius. [Cumq; complesset Salamon] suam orationem totalem, [fundens preces] quia
3.Reg.8. in eius totali oratione multa puncta. pro quibus orauit, continebantur: [ignis descendit de
1.Paral.21. cęlo,] iuxta expositionẽ præhabitã in primo lib. quia de aereo cęlo descendit angelico famulatu, cùm tamen naturale sit igni ascendere. [& deuorauit] i. omninò consumpsit intẽsissimo suo calore, [holocausta] i. sacrificia ad diuinæ maiestatis reuerentiã immolata, ad hoc quod incenderentur igne, qui erat in altare holocaustorum. [& victimas] pacificas, quæ non consueuerunt totaliter inflammari, sed & vna earum pars. Istud fuit certum iudicium, quod dominus acceptauit orationes, cultum & hostias Salamonis ac ministrorum tẽpli & plebis, sicut
Gen.4. contigerat in sacrificijs Abel & Gedeonis ac Manuæ, Aaron quoq; & filiorum eius, quando
Iudic 6.13. consecrati fuerunt. [& maiestas domini impleuit domum] id est, nubes præclara, quæ fuit ef-
Leuit.10. fectus & signum omnipotentiæ Dei & gratiosæ suæ prę̃sentiæ, ingressa est templum, imò & partim operuit illud, queadmodùm in erectiõe prima tabernaculi mosis, iuxta illud Exo.40. Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria domini impleuit illud, nec poterat Moses ingredi tectum fœderis. [Nec poterant sacerdotes ingredi templum domini, eo quòd implesset maiestas domini templum domini.] ¶ Denique prætacta combustio sacrificiorum ab igne illo cælesti, intelligenda videtur de sacrificijs positis super altare, non de cæteris omnibus, de quibus paulopòst subdetur: Sed & omnes filij Israel] ibì præsentes, videbant descendentem ignem, & gloriam domini supra domum:] i. nubem pręfatam operientem templum, ita quòd pars nubis descendit atq; introiuit templum, præsertìm per ianuam eius, quemadmodùm sub Mose dictum est, secundũ illud Exo.32. Ingresso illo tabernaculũ fœderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium. Vndè constat verum esse ꝙ de opertioee templi

pli Salamonis à nube, iam tetigi. [Et corruentes proni in terram] id est, toto corpore se ad diuinæ maiestatis reuerentiam prosternentes [super pauimentum stratum lapide,] i. lapidibus côplanatum: & hoc fuit pauimentũ atrij vbi stabant, & hoc pauimentũ vocatur hic terra: nam lapis quàuis sit mixtũ, tamen terra prædominatur in eo, & in scripturis terra frequẽter pro quocunq; mixto terreno accipitur, sicut cùm dicitur: Quid superbit terra & cinis? [& laudauerũt Eccles. 10. & adorauerunt dominum] adoratione latriæ interiori & exteriori, vtpotè mente & corpore, [quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Rex autem & omnis populus immolabant victimas coram domino. Mactauit igitur] i. per manus sacerdotum occidit, & obtulit [rex Salamon hostias boum 22. millia, arietum 120. millia.] Istud 3. Reg. 8 expositũ est. [Et dedicauit domum Dei rex & vniuersus populus.] hoc est, per manus pontificis & sacerdotum ei subministrantium consecrauerunt templum, & atria eius atq; altaria, pontifex autẽ fuit Sadoc. [Sacerdotes autem stabant in officijs suis] distinctè & ordinatè, sicut à Dauid per familias suas erant distincti: [& Leuitæ in organis carminum dñi, quæ fecit Dauid rex ad laudandum dominum, quonim bonus, quoniam in æternũ misericordia eius.] i. Leuitæ in manibus suis habebant diuersa musica instrumenta, cum quorum sonitu simul & ore cantabant cantica spiritualia à Dauid ex inspiratione spiritussancti edita & conscripta, vtpotè psalmos. ideò subditur: [hymnos Dauid canentes per manus suas.] per quas ludebant in musicis instrumentis. Ex his verbis videtur argumẽtum non minimũ elici posse, quod oẽs psalmi à Dauid compositi sint. [Porrò sacerdotes canebãt tubis ante eos, cunctusq; Israel stabat, sanctificauit quoq; Salamon medium atrij ante templum dñi. Obtulerat eñ ibì holocausta, & adipes pacificorum, quia altare æneum quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipes pacificorum. Fecit ergo Salamon solennitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo, Ecclesia magna valdè, ab introitu Hemath, vsq; ad torrentem Aegypti.] Hoc 3. lib. Regum expositum est vsq; ad id, [Fecitq; die octauo collectam:] quod de congregatione pro necessarijs templi exponitur, prout in Leuitico clariùs dictum est, & Thomas in prima secundæ ita exponit, alijque communiter. Ideò reprobatio qua R. Paulus Lyram de hac expositione sæpiùs reprẹhendit, non prẹualet. [eo quod dedicasset altare septem dieb9, & solennitatem celebrasset diebus septem. Igitur in die 23. mensis septimi, dimisit populos ad tabernacula sua, lætantes atque gaudentes super bono quod fecerat dominus Dauid, & Salamoni, & Israel populo suo. Compleuitque Salamon domum domini] scilicet templum, [& domum regis] i. palatium suum regale, [& omnia quẹ disposuerat in corde suo, vt faceret in domo domini, & in domo sua.] in quibus fecit varia vtensilia, ornamenta, & consimilia. Fecit autem domum suam infra 13. annos, & templum in annis 7. & per domum regis, intelliguntur tria regalia ædificia quæ fieri iussit, hoc est, palatium suum, & domus quam fecit suæ primæ & principali vxori filiæ Pharaonis, & domus saltus, prout ista tertio libro Regum plenius sunt prolata. [& prosperatus est. Apparuit autem ei] s. Salamoni, [dominus nocte, & ait: Audiui orationẽ tuam.] Tertio Regum narratur, qualiter dominus apparuit Salomoni, durante adhuc templi ædificatione, contestans sibi placere illam constructionem. Hic verò describitur, qualiter ei apparuit, atq; loquutus sit templo iam ædificato. [& elegi locum istũ] videlicet, montem Moria, seu templum in eo constructum, [mihi in domum sacrificij:] quia oblationes fiebant in atrio, orationes quoque & laudes Dei, quæ sunt spiritualia sacrificia, agebantur in templo. [Si clausero cælum, & pluuia non fluxerit, & mandauero & prẹceporo locustæ, vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum, conuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meã, & egerit pœnitentiam à vijs suis pessimis, & ego exaudiã de cælo, & propicius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco isto orauerit. Elegi enim & sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum.] hoc est, iugiter per omne tempus veteris test. habitem, inuocer, & colar ibidèm. [& permaneant oculi mei] id est, pietatis meæ respectus operetur, [& cor meum] hoc est, intellectus seu sapientia mea clementer agat atque exaudiat [ibi cunctis diebus.] nisi per vestra peccata ponatur obstaculum. sic enim sub conditione intelligendæ erant promissiones huiusmodi. Illa quoque promissio interdum implicitè innuebatur, quandoque explicitè promebatur, quemadmodùm in verbis sequentibus: [Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ prẹcepi tibi, & iustitias meas iudiciaq; seruaueris, suscitabo thronum regni tui, sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur de stirpe tua vir, qui non sit princeps in Israel. Si aũt auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea quæ proposui vobis, & abeuntes seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos, euellam vos de terra mea, quam dedi vobis, & domum hãc quam ædificasti nomini meo, proijciam à facie mea, & tradã eam in parabolam, & in exemplũ cunctis populis, & domus ista erit in prouerbiũ vniuersis transeuntibus, & di-

Marginalia: 1. Paral. 24. 25. 26. — 3. Reg. 8. — Leuit. 23. — R. Paulus. — 3. Reg. 3. 8. — 3. Reg. 7. — 3. Reg. 6.

cent stupentes: Quare fecit dominus sic terræ huic, & domui huic? Respondebuntque: Quia reliquerunt dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Aegypti, & apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt, idcircò venerunt super eos vniuersa hæc mala.] Totus hic passus 3. Reg. 9. expositus est.

¶ Elucidatio cap. 8. Expletis autem 20. annis. Artic. 8.

PRosperitas Salamonis in ædificijs, diuitijs, victorijs, familijs, deuotio quoque eius in diuinis, & prudentia eius in vtrisq;, videlicet in humanis atque diuinis, hic recitatur, & prima pars huius capituli 3. Reg. 9. exposita est, paucis demptis. [Expletis autem annis 20. postquàm ædificauit Salamon domum domini & domum suam, ciuitates quas dederat Hiram Salamoni, ædificauit, & habitare fecis ibi filios Israel.] 3. Reg. 9. habetur, q ipse Salamon dedit regi Hiram 20. oppida in terra Galilæa: hic verò insinuatur, q & ipse Hiram dederit Salamoni aliquas vrbes, quas Salamon ædificauit, eas reparando & meliorando siue augendo, in quibus Israelitas fecit morari, vt sic cultus veri Dei dilataretur. Nam & in oppidis quæ contulit regi Hiram, manserunt filij Israel commorantes, q̃uis oppida illa essent sub ditiōe regis illius gentilis, qui tamen coluit Deum verum. [Abijtq; in Hemath Soba, & obtinuit eam. Et ædificauit Palmiram in deserto, & alias ciuitates munitissimas ædificauit in Hemath. Extruxitq; Bethhoron superiorē & Bethhoron inferiorem, ciuitates muratas, habentes portas & vectes & seras.] de quibus Iosu. 16. 18. 21. legitur. Porrò 3. Reg. 9. non fit mentio, nisi de Bethhoron inferiore, & dicitur vna superior alia vel situ, vel dominatu. [Balaath etiam, & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerunt Salamonis, cunctasq; vrbes quadrigarum & vrbes equitum. Omnia quæcunq, voluit, fecit rex Salamon atq; disposuit. ædificauit in Hierusalem, & in Libano, & vniuersa terra potestatis suæ. Omnem populum qui derelictus fuerat de Hethæis & Amorrhæis & Pherezæis & Hauęis & Iebusæis, qui non erant de stirpe Israel, de filijs eorum, & de posteris, quos non interfecerant filij Israel, subiugauit Salamon in tributarios, vsque in diem hanc. Porrò de filijs Israel non posuit vt seruirent operibus regis. Ipsi em̄ erant viri bellatores, & duces primi, principes quadrigarum & equitum eius. Omnes aūt principes exercitus regis Salamonis fuerunt 250. qui erudiebant populū.] Vnus fuit post regem supremus totius exercitus princeps, videlicet Banaias, q vices suas interdum cōmisit filio suo, sub principe illo communi fuerunt principes iam præfati, quorum aliqui plurib⁹, aliqui paucioribus præfuerunt, secundum quod quidam erant tribuni, quidam centuriones, quidam quinquagenarij. Veruntamen 3. Reg. 9. asseritur, Erant autē principes super omnia opera Salamonis, præpositi 550. nec est contradictio in his, quoniam ibì est sermo de principibus, qui statutis operibus, id est, operarijs imperabant, hic verò de principibus exercitus. [Filiam verò Pharaonis transtulit de ciuitate Dauid in domum quam ædificauerat ei. Dixit enim rex: Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, eo quòd sanctificata sit.] id est. Deo quodammodò consecrata domus Dauid, [quia ingressa est in eam arca domini.] Intulit enim eā Dauid in tabernaculum præparatum infra septa palatij sitū, & ibì iugiter ministri, Leuitæ & cantores diuino cultui erant intenti. propter quod tota domus Dauid fuit exindè quodammodò consecrata. [Tunc obtulit Salamon holocausta domino super altare domini, quod extruxerat ante porticum, vt per singulos dies offerretur in eo, iuxta pręceptum Mosis, in sabbatis, & in Calendis, & in festis diebus ter per annum, id est, in solennitate azymorum, & solennitate hebdomadarum, & in solennitate tabernaculorum. Et constituit iuxta dispositionem] id est, ordinationem ac iussionem [Dauid patris sui, officia sacerdotum in ministerijs suis, & Leuitas in ordine suo, vt laudarent & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum vniuscuiusque diei, & ianitores in diuisionibus suis, per portam & portam. Sic enim præceperat Dauid homo Dei. Nec prætergressi sunt de mandatis regis, tam sacerdotes quā Leuitæ, ex omnibus quæ pręceperat] i. sacerdotes & Leuitas, cātores & ianitores ordinatè distinxit, diuisit & suis temporibus fecit seruire in templo, nunc istos, nunc illos, iuxta quod Dauid suprà primo lib. à cap. 23. inclusiuè vsq; ad cap. 27. exclusiuè instituisse describitur. [Et in custodijs] i. repositorijs & ædibus [thesaurorum] suorum [omnes impensas] i. necessarios sumptus & requisitas materias pro templi ædificatione [præparatas habuit Salamon ex eo die quo fundauit domum domini vsque in diem quo perfecit eam.] sicq; iuxta Euangelicam Christi parabolam sapienter se habuit, quoniam volens domum ædificare, priùs sedens cogitauit & pparauit necessarios sumptus. [Tunc abijt Salamon in Asiongaber, & in Eloth, ad oram maris rubri, quæ est in terra Edom. Misit ergo ei Hiram per man⁹ seruorum suorum naues & nautas gnaros maris, & abierunt cum seruis Salamonis in Ophir. Tuleruntq; indè 450. talenta auri, & attulerunt ad regem Salamonem.] Hoc est quod legitur 3. Reg. 9. Classem quoq; fecit rex Salamon in Asiongaber, quod ibì expositum est. Illuc ergo abijt Salamon nauigio, quia seruos suos illuc direxit, non tñ apparet quòd personaliter illuc profectus sit, nisi fortè ad visitandum suum socerum Pharaonem, aut prælij causa, vel ratione solatij. Nępe vt Iosephus p-

Lucæ 14.

Iose. lib. 8. an. iu. ca. 6.

testatur, vt in Scholastica fertur historia, Salamon vltra fines terræ promissionis vrbes plurimas occupauit, auxiliante ei Pharaone præfato. Pet. Co. his. lib. 3 Reg. cap. 25.

¶ Expositio cap. 9. Regina quoq; Saba, cùm audisset famam Salamonis.
Articulus IX.

Regina quoque Saba, cùm audisset famã Salamonis, venit vt tentaret eum in ænigmatib⁹ in Hierusalem, cum magnis opibus & camelis, qui portabant aromata & auri plurimũ, gemmasq́; preciosas. Cumq́; venisset ad Salamonem, loquuta est ei quæcunq; erant in corde suo. Et exposuit ei Salamon omnia quæ proposuerat, nec quicquam fuit, quod non perspicuum ei fecerit. Quæ postquàm vidit sapientiam Salamonis, & domum quam ædificauerat, necnon & cibaria mensæ eius, & habitacula seruorum, & officia ministrorum eius, & vestimenta eorum, pincernas quoque & vestes eorum, & victimas quas immolabat in domo domini, non erat præ stupore vltrà in ea spiritus. Dixitque ad regem: Verus est sermo quem audieram in terra mea de virtutibus & sapientia tua. Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei, & probassem, vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam. Vicisti famam virtutibus tuis. Beati viri tui, & beati serui tui hi qui assistunt coram te omni tempore, & audiunt sapientiam tuam. Sit dñs Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum regem dñi Dei tui. Quia diligit Deus Israel, & vult seruare eum in æternum: idcircò posuit te super eum regem, vt facias iudicia atque iustitiam. Dedit autẽ regi 120. talẽta auri, & aromata multa nimis, & gemmas preciosissimas. Non fuerunt aromata talia, vt hæc quæ dedit regina Saba regi Salamoni. Sed & serui Hiram cum seruis Salamonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna Thyina, & gemmas preciosissimas, de quibus fecit rex, de lignis scilicet thyinis, gradus in domo domini, & in domo regia, citharas quoque & psalteria cãtoribus. Nunquàm visa sunt in terra Iuda ligna talia. Rex autem Salamon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit & postulauit, & multo plura quàm attulerat ad eum. Quæ reuersa, abijt in terram suam cum seruis suis. Erat aũt pondus auri quod afferebatur Salamoni per singulos annos, 666. talenta auri, excepta ea summa, quam legati diuersarum gentium & negociatores afferre consueuerant, omnesq; reges Arabiæ, & satrapæ terrarum, qui comportabant aurum & argẽtum Salamoni. Fecit igitur Salamon rex ducentes hastas aureas, de summa sexcentorum aureorum, quæ in singulis hastis expendebantur. Trecenta quoq; scuta aurea trecentorum aureorũ, quib⁹ regebantur singula scuta. Posuitq́; ea rex in armamentario, quod erat consitum nemore. Fecit quoque rex solium eburneum grande, & vestiuit illud auro mundissimo. Sex quoq; gradus quibus ascendebatur ad solium, & scabellum aureum, & brachiola duo altrinsecùs, & duos leones stantes iuxta brachiola, sed & alios duodecim leunculos, stantes super sex gradus ex vtraq; parte. Non fuit tale solium in vniuersis regnis. Omnia quoq; vasa conuiuij regis, erant aurea, & vasa domus saltus Libani ex auro purissimo. Argẽtum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. Siquidem naues regis ibant in Tharsis cum seruis Hiram, semel in annis tribus, & deferebant indè aurum & argentum & ebur & simias & pauones. Magnificatus est igitur Salamon super omnes reges terræ præ diuitijs & gloria. Omnesq́; reges terrarum desiderabant videre faciem Salamonis, vt audirent sapientiam, quàm dederat Deus in corde eius. Et deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, vestes & arma & aromata, equos & mulos per singulos annos. Habuit quoque Salamon 40. millia equorum in stabulis, & curruum equitumq́ue 12. millia. Constituitq́ue eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex in Hierusalem. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à flumine Euphrate, vsque ad terram Philistinorum, id est, vsq; ad terminos Aegypti. Tantamq; copiam præbuit argenti in Hierusalem, quasi lapidum. Et cedrorum tantam multitudinem velut sycomorum, quæ giguntur in campestribus. Adducebantur autem ei equi de Aegypto, cunctisque regionibus. Reliqua autem operum Salamonis priorum & nouissimorum, scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris Abiæ Silonitis. In visione quoque Addo Videntis contra Hieroboam filium Nabat. Regnauit autem Salamon in Hierusalem super omnem Israel 40. annis, dormiuitq́ue cum patribus suis. Et sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regnauitq́; Roboam filius eius pro eo.] Sententia istius cap. tota continetur atque exposita est. 3. Reg. cap. 10. nisi quòd ibi dicitur, Fecit rex Salamon ducenta scuta de auro puro, & trecentas peltas de auro probato. Hic autem habetur, Fecit rex Salamon ducentas hastas aureas, trecenta quoque scuta aurea. Itaque quod in Regum de hastis omittitur, hic suppletur. Similiter quod ibi de trecentis peltis narratur, hoc loco siletur: nec cõtradictio est in eo, quòd ibi ducenta, hic verò trecenta scuta aurea exprimuntur, quoniam numerus maior minorem includit, nec minor absolutè positus: numerum excludit maiorem. Hoc quoque sciendum, quòd nec hastæ, nec scuta, nec peltæ erant in toto ex auro, sed intùs erant de materia alia, & foris aureis laminis preciosis & grossis operta: ꝑpter quod nõ solùm deaurata, sed & aurea nuncupanť, & hoc ex textu isto ostenditur, quo habetur: Trecenta quoq; scuta aurea, 3. Reg. 10.

trecentorum aureorum quibus tegebantur scuta singula. Similiter de hastis hic fertur, Fecit ducentas hastas aureas, de summa sexcentorum aureorum, qui in singulis hastis expendebatur. Nec enim ex aureis illis tota materia hastæ constabat. Reliqua verò operũ Salamonis, priorum & nouissimorum scripta sunt in verbis Nathan Prophetę, & in libris Ahię Silonitis, qui fuit de loco seu oppido Silo, in visione quoq; Addo Videntis, id est, prophetæ qui vaticinat' est contra Hieroboam, qualiter ipse & sua perirent posteritas propter scelera sua. Prællegati autem libri non supersunt apud Hebræos, nec apud catholicos, nec verum est quod Rabbi Paulus ait, Per librum Nathan probabiliter posse intelligi secundũ & tertium libros Regum, vt in expositione primi libri ostensum est, præsertim quoniam 3. Reg. 12. legitur: Reliquum autem verborum Salamonis & omnia quæ fecit, & sapientia eius, scripta sunt in libro verborum Salamonis. Si autem Nathan librum illum Regum tertium edidisset, non diceretur hoc loco, quòd vniuersa opera eius reliqua scripta sint in verbis Nathan, cùm & Nathan, secundum istam opinionem, dicat ea scripta in libro verborum Salamonis.

3. Reg 14.

R. Paulus.

¶ Expositio cap. 10. Profectus est autem Roboam in Sichem. Art. X.

PRæsens capitulum recitat, qualiter Salamone defuncto, facta sit Israelitici regni diuisio, eo quòd filius eius Roboam insipienter & durè locutus sit populo. [Profectus est autem Roboam in Sichem (Illuc enim cunctus Israel conuenerat, vt constituerent eum regem.) Quod cùm audisset Hieroboam filius Nabat, qui erat in Aegypto, (fugerat quippe illuc ante Salamonem) statim reuersus est. Vocaueruntque eum, & venit cum vniuerso Israel, & loquuti sunt ad Roboam, dicentes: Pater tuus durissimo iugo nos pressit, tu leuiora impera patre tuo, qui nobis imposuit grauem seruitutem, & paululum de onere subleua, vt seruiamus tibi. Qui ait: Post tres dies reuertimini ad me. Cumque abijsset populus, inijt consilium cum senibus qui steterant coram patre eius Salamone, dum adhuc viueret, dicens: Quod datis consilium, vt respondeam populo? Qui dixerunt ei: Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempore. At ille reliquit consilium senum, & cum iuuenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. Dixitque ad eos: Quid vobis videtur? vel quid respondere debeo populo huic, qui dixit mihi: Subleua iugum quod imposuit nobis pater tuus? At illi responderunt vt iuuenes, & nutriti cum eo in delicijs, atque dixerunt: Sic loqueris populo tuo qui dixit tibi, Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu subleua: & sic respondebis ei, Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis graue iugum, & ego maius pondus apponam. Pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus. Venit ergo Hieroboam & vniuersus populus ad Roboam die tertio, sicut præceperat, Responditque rex dura, derelicto consilio seniorum, loquutusque est iuxta iuuenum voluntatem: Pater meus graue vobis imposuit iugum, quod ego grauius faciam. Pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus. Et non acquieuit populi precibus. Erat enim voluntatis Dei, vt compleretur sermo eius quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis, ad Hieroboam filium Nabat. Populus autem vniuersus, rege duriora dicente, sic loquutus est ad eum: Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel. Tu autem pasce domum tuam Dauid. Et abijt Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. Misitque rex Roboam Aduram, qui præerat tributis, & lapidauerunt eum filii Israel, & mortuus est. Porrò rex Roboam currum festinauit ascendere, & fugit in Hierusalem. Recessitque Israel à domo Dauid, vsque in diem hanc. Factum est autem cùm audisset omnis Israel, quod reuersus esset Hieroboam, miserunt & vocauerunt eum, congregato cœtu, & constituerunt eum regem super omnem Israel, nec sequutus est quispiam domum Dauid, præter tribum Iuda solam.] Tota huius cap. historia 3. Reg. 12. iam semel est exposita.

¶ Expositio cap. XI. Venit autem Roboam in Hierusalem. Art. XI.

ENarratur consequenter in isto capitulo, qualiter Roboã congregauit exercitũ ad debellandum aduersarium suum Hieroboam, atq; ad subijciendum sibi decem tribus, quę ab eius obedientia recesserunt. [Venit autem Roboam in Hierusalem, & cõuocauit vniuersam domum Iuda & Beniamin, 180. millia electorũ atq; bellantiũ, vt dimicaret cõtra Israel, & cõuerteret ad se regnum suum. Factusq; est sermo dñi ad Semeiam hominem Dei, dicens: Loquere ad Roboã filium Salamonis regem Iuda, & ad vniuersum Israel, qui est in Iuda & Beniamin: Hæc dicit dñs: Non ascẽdetis, neq; pugnabitis cõtra fratres vestros. Reuertatur vnusquisq; in domum suam, quia mea hoc gestum est voluntate. Qui cùm audissent sermonem dñi, reuersi sunt, nec perrexerunt contra Hieroboam.] Hoc totum 3. Reg. 12. expositum est. Habitauit aũt Roboam in Hierusalem.] tanquã in metropoli sui regni, [& ædificauit ciuitates muratas in Iuda] i. in sorte & funiculo tribu Iudæ, seu in terra sui imperij, in quo & terra Beniamin continebatur. [extruxitq; Bethlehem & Etham & Thecue, Bethsur quoq; & Soc-

cho & Odollam, necnon & Geth, & Maresa, & Ziph, sed & Adurahim, & Lachis, & Azecha, Saraa quoque & Asalon, & Hebron, quæ erant in Iuda & Beniamin, ciuitates munitissimas. Cumq; clausisset eas muris, posuit in eis principes] ad defendẽdum, [ciborumq́; horrea, hoc est, olei & vini.] Vinum inter pocula, & oleum inter cibariorum condimenta cõmuniter cõputantur. Idcircò hoc loco per ciborum horrea, videntur quæcunq; repositoria alimẽtorum intelligenda. [sed & in singulis vrbibus fecit armamentaria] i. domus ad reponendum arma in eis, scutorum & hastarum, firmauitq; eas summa diligentia, & imperauit super Iudam & Beniamin.] Infrà habetur, quòd Roboam erat rudis & corde pauido: nunc autem commendatur de prouidentia & fortitudine, sed ista bona ex instigatione seniorum ac sapientum suorum fecisse credendus est. Salamon quoque pater eius dimisit ei quasi infinitas diuitias & copiosam familiam, ideò tot vrbes infrà breue tempus potuit ædificare aut reparare. [Sacerdotes autem & Leuitæ qui erant in vniuerso Israel,] i. in terra & regno decem tribuum, quæ sibi nomen Israel retinuerunt, eò quòd multo plures essent quàm reliquæ tribus. [venerunt ad eum de cunctis sedibus] id est, mansionibus & vrbibus [suis, relinquentes suburbana & possessiones suas, & transeuntes ad Iudam & Hierusalem, eo quòd abiecisset eos Hieroboam & posteri eius, ne sacerdotio domini fungerẽtur.] fecerat enim sibi vitulos aureos ad colendum, & ritum sacrificiorum legis abiecit. [Qui constituit sibi sacerdotes excelsorum.] i. locorum sublimium, in quibus idola coluit, seu phanorum, lucorum aut idolorum in montibus & collibus positorum, in quibus idolis non Deus, sed dæmonea colebantur. ideò subditur: [& dæmoniorum, vitulorumq́; quos fecerat,] ex quibus constat, quod filij Israel vitulos aureos adorantes nequeunt excusari, quasi in illis verum Deum coluerint, quanuis Iosephus videatur eos velle taliter excusare. Fecit quoq; Hieroboam sibi sacerdotes de extremis populorum, & quia Leuitæ noluerunt sibi in sua idololatria consentire aut communicare, ipsos de suo abiecit domino. [sed & de cunctis tribubus Israel] decem præfatis, [quicunque dederant cor suum,] i. promptos se exhibuerunt, [vt quærerent dñm Deum Israel.] id est, Deo placere niterentur & ei vniri, [venerunt in Hierusalem ad immolandum victimas suas coram domino Deo patrum suorum, [secundum legit (sic) pręcepta statutis temporibus anni, quod & Tobias se fecisse fatetur, & istud fecerunt cum magno periculo, quia contra regis sui iniqui vitiosum pręceptum. imò vt patet in Osee propheta, Impijssimi reges decem tribuum posuerunt quosdam in locis montanis ad obseruandum an aliqui ex regno illo irent ad immolandum in templo Hierusalem. [& roborauerunt regnum Iuda,] quia tam tribus Beniamin quam tribus Leuitica, & quidam ex alijs tribubus, associauerunt se regno tribus Iudæ & regi ipsius. [& * roborauerũt Roboam filium Salamonis per 3. annos,] quia tam diu adstiterunt ei secundum legem. [Ambulauerunt enim in vijs] i. operibus bonis ac iussionibus. [Dauid & Salamonis annis tm̃ 3.] In his verbis videtur Salamon iustus insinuari & pœnituisse. [Duxit aũt Roboã vxorem Mahalath filiam Ierimoth filij Dauid, Abihail quoq; filiã Eliab filij Isai, q̃ peperit ei filios, Ieus & *Samariã & * Saham. Post hanc quoq; accepit Maachã filiã Absalom, quæ peperit ei Abia & Ethai & Ziza & Salumith. Amauit aũt Roboã Maacham filiam Absalom super oẽs vxores suas & concubinas. Nam vxores decem & octo duxerat, concubinas autem sexaginta, & genuit vigintiocto filios & sexaginta filias.] Hic itaq; recitatur numerus vxorum & concnbinarum ac sobolis eius, & quia erat tam carnalis, quid mirum si & idololatriam incidit? Habuit ergo proles 88. videlicet 28. filios, sexagintaq́; filias. [Constituit verò in capite Abiam] filium suum & [filium Maacha ducem super omnes fratres suos:] id est, cæteris filijs suis etiam senioribus prætulit illum. [Ipsum enim regem facere cogitabat, quia] cæteris [sapientior & potentior fuit super omnes filios eius, & cunctis finibus Iuda & Beniamin, & in vniuersis ciuitatibus muratis.] ideò ergo commisit ei gubernacula vrbium, & procurauit quòd sibi succesit in regno.

Margin notes: 2. Parà. 13 — Iose. lib. 8. an. iu. ca. 8. — Tob. 1. — Osee 7. 8. 9 — * confirmauerunt — * Somoriam — * Zoom

¶ Elucidatio cap. 12. Cumq; roboratum fuisset regnum Roboam. Artic. 12.

IN isto capitulo consequenter recitat, qualiter Rex Roboam cum suis ad idololatriã lapsus sit, & propter hoc, Deo disponente, iustè punitus sit à rege Aegypti. [Cũq; roboratũ fuisset regnum Roboam & confortatum, dereliquit legem dñi, & omnis Israel cum eo.] i. populus eius pro maxima parte. Nam qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. [Anno autem 5. regni Roboam, ascendit Sesac rex Aegypti in Hierusalem (quia peccauerũt domino) cum mille 200. curribus, & 60. millibus equitum. Nec erat numerus vulgi q̃ venerat cum eo ex Aegypto, Libyes s. & Troglodite, & Aethiopes. Cepitq́; ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsq; in Hierusalem. Semeias aũt propheta ingressus est ad Roboam & principes Iuda, q congregati fuerant in Hierusalem, fugientes Sesac, dixitq; ad eos: Hęc dicit dñs: Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sesac. Cõsternatiq́; principes Israel & rex, dixerunt: Iustus est dñs. Cumq; vidisset dñs quòd humiliati essent, factus est sermo domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque ei pauxillum auxilij, & non stillabit

Margin note: Eccles. 10.

bit furor me⁹ super Hierusalem, per manum Sesac.] Istud 3. lib. Regum expositum est. [Veruntamen seruient ei, vt sciant distantiam seruitutis meę, & seruitutis regni terrarum. Recessit itaq; Sesac rex Aegypti ab Hierusalem, sublatis thesauris domus domini & domus regis, omniaq; secum tulit, & clypeos aureos quos fecerat Salamon, pro quibus fecit rex æneos, & tradidit illos principibus scutariorum, qui custodiebant vestibulum palatij. Cumq; introiret rex domum domini, veniebant scutarij & tollebant eos, iterumque referebant eos ad armamentarium suum.] Quanuis enim Roboam & principes eius ex verbis Semeiæ propphetæ pœnituerunt, & humiliauerunt se, non tamen tam plenè, quod plenariè liberari meruerũt à iugo seruitutis regis Aegypti: ideò manserunt sub eius seruitute durissima, vt vel sic reprimerentur à suis sceleribus, atq; per experientiam scirent distantiam inter seruitutem Dei & tyrannorum, & sic vexatio daret eis intellectum. [Veruntamen quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira domini, nec deleti sunt penitùs. Siquidem & in Iuda inuenta sunt opera bona.] i. aliqui de regno Roboam, manserunt in cultu Dei, quorum meritis adiuti sunt alij. [Confortatus est ergo rex Roboam in Hierusalem atq; regnauit.] i. regi Aegypti regresso ad sua, rursus ad aliqualem succreuit confortationem in regno. [Quadraginta autem & vnius anni erat cum regnare cœpisset. Et decem & septem annis regnauit in Hierusalem, vrbe quã elegit dominus, vt confirmaret nomen suum ibi, de cunctis tribubus Israel. Nomen autem matris eius, Naama Amanitis. Fecitq; malum, & non præparauit cor suum, vt quæreret dñm] i. ad gratiam Dei non disposuit se verè & stabili modo. Nam quanuis ad tempus humiliauit se, non tamen permansit in bonis. [Opera verò Roboam prima & nouissima, scripta sunt in libris Semeiæ ꝓphetæ, & Addo Videntis, & diligenter exposita. Pugnaueruntq; aduersum se Roboam & Hieroboam cunctis diebus:] i. cunctis tẽporibus quandiu pariter regnauerunt. Quanuis enim (vt præcedenti habetur cap.) Roboam & popul⁹ eius in exordio regni sui cessauit à prælio contra Hieroboam concepto, tamen tempore procedente contra se inuicèm pugnauerunt, & fuit inter eos displicentia, auersio atq; elatio multiplex. [Et dormiuit Roboam cum patribus suis, sepultusque est in ciuitate Dauid, & regnauit Abia filius eius pro eo.] Huius cap. verba hîc non exposita, ex præallegato 3. Regum libro clara sunt.

Esaiæ 14. · 2. Para. 11.

¶ Explanatio cap. 13. Anno octauodecimo regis Hieroboam. Artic. 13.

Hic agitur de regno Abię. [Anno 18. regis Hieroboam regnauit Abia super Iudam. trib⁹ annis regnauit in Hierusalem,] hoc idem 3. Reg. 15. scriptũ expositumq; est. [Nomenq; matris eius Michaia filia Vriel de Gabaa.] Suprà scriptũ est, quòd Roboã accepit Maacham filiam Absalom, quæ peperit ei Abiam: quomodò ergo nunc dicitur, quòd mater Abiæ fuit Michaia filia Vriel de Gabaa? Ad hoc quidam dixerũt, quod Absalom alio nomine dictus sit Vriel. Sed hoc non videtur sufficere, quia adiunctum est, de Gabaa. Absalom autem nõ fuit de Gabaa, sed de Hierusalem, siue de Bethlehem ex parte patris sui Dauid, & de Gessuri ex parte matris. Porrò Lyra respondet, quòd verus textus habeat, filia Abessalom, qa in Hebręo ita habetur, & non, filia Absalom: quo admisso, adhuc remanet quæstio, qa hîc dicitur, filia Vriel. Ad quod aliqui responderunt, quòd Vriel & Abessalom fuerunt duo nomina viri eiusdem. Alij opinantur, ꝙ Abessalom fuit auus fœminæ huius, & Vriel pater ipsius. At verò Magister in historijs ait, quòd Abia fuit filius Thamar filiæ Absalonis, sicq; dici posset, quòd Vriel iste fuit maritus illius Thamar, quæ fuit eleganti forma, vt 2. Reg. 13. habetur, & istud verius reor. Si autem in Hebræo scriptũ est Abessalom, poterit dici, quòd Abessalom sumitũ ibi pro Absalom, sicut Michaia est eadem quę Machaa, qm̃ eadem nomina aliquando variãtur in principio & in fine. Nec puto ꝙ vxor Roboam regis fuit immediata filia Absalonis, vt multi putant, quoniam Absalom diu mortuus fuit antequàm Salamon cœpit regnare aut generare. Salamon autẽ regnauit quadraginta annis: sicq; filia Absalonis immediata, fuit quasi vetula dum Roboam suas accepit vxores. [Et erat bellum inter Abiam & Hieroboam] omni tempore vitæ eius, scilicet Abiæ, vt additur 3. Reg. 15. vbi nõ recitatur in speciali aliquis eorũ congressus, sed vnus hoc loco diligenter describitur. [Cumq; inisset Abia certamen,] i. in ꝓcinctu esset ad congrediendum, & haberet bellicosissimos viros, & electorum] id est, elegantium ad pugnandum [*40. millia, Hieroboam instruxit econtrà aciem *80. millia virorum, qui & ipsi electi erant & ad bella fortissimi. Stetit ergo Abia super montem Zamariam] nomine, [qui] mons [erat in Ephraim.] Vndè videtur Abia intrasse terram regni Hieroboam, [& ait] alta voce clamando: ideò stetit in monte, vt meliùs audiretur à tanto exercitu: [Audi Hieroboam & omnis Israel,] id est, plebs decem tribuum tibi astans, [*Non ignoratis,] quasi dicat, Vtique scitis aut scire debetis, [quòd dominus Deus Israel dederit regnũ] ipsi [Dauid super Israel] id est, duodecim tribus [in sempiternum, ipsi & filijs eius in pactum salis.] i. fœdere fixo & stabili datione, sicut in omni oblatione ritè facta, & in omni cibo benè condito sal ponitur. Infra in isto fertur cap. & sunt verba Abiæ: Filij Israel nolite pugnare contra Deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit: ex quo elicitur, ꝙ abia intẽdebat aduer-

2. Para. 11. · *40. · *80. · *Num

sarijs persuadere, vt sine bello abirent, vel regnum totum sibi pacificè redderent, ad quod di uersa inducit motiua, quorũ primũ iam tactũ est, vtpotè qm̃ dñs cótulit Dauid ac posteris ei' Israeliticum regnũ in æuum. Veruntñ promissio Dei de hoc facta regi Dauid, & datio ipsa, intelligendæ fuerunt sub conditione, videlicet, si in Dei obsequio perseuerarẽt fideles. [Et surrexit Hieroboam filius Nabat seruus Salomonis filij Dauid, & rebellauit cõtra dñm suũ] Roboam regem, vel Salomonẽ, cùm 3. Reg. scriptũ sit: Hieroboã quoq; filius Nabat Ephratęus, seruus Salomonis, leuauit manum suam cõtra regem. Nẽpe vt Iosephus alijq; testanẽ, cùm Ahias ꝓpheta prædixisset huic Hieroboam, ꝙ regnaturus esset super decẽ tribus, ipse Hieroboam ex hoc audacior factus, & intumescens cœpit quasdã, pręsertim tribũ Ephraim & Manassæ, solicitare ad recedendũ à dominio Salomonis: quo cognito, Salomon voluit eũ occidere, propter ꝙ Hieroboam fugit, & intrauit Aegyptũ. [Congregatiq; sunt ad eũ viri vanissimi & viri Belial,] i. sine iugo, [& ꝓualuerunt contra Roboã filiũ Salomonis.] Veruntñ agnoscendum ꝙ decẽ tribus satis cõcorditer fecerunt super se regẽ Hieroboã, nec oẽs qui hoc fecerunt, eiq; adhæserunt, fuerunt iniqui, imò ex rationabili causa auersi fuerũt à Roboã ꝓpter improbã & stolidam eius rñsionem. Ex præordinatione quoq; diuina, & iusta ipsius instigatione recesserũt decẽ tribus à filio Salomonis in pœnã scelerũ eius, quemadmodùm suprà Semeias ꝓpheta legis ad Roboã & exercitũ eius dixisse: Nõ ascendetis cõtra fratres vestros, q̃a meã hoc gestũ est voluntate. In lib. quoq; 3. Reg. dñs ait ad Salomonẽ: Quia nó custodisti ꝑcepta mea, dirũpens scindã regnũ tuũ, & dabo illud seruo tuo. Cóformiter ad Hieroboam dixit dñs per Ahiam ꝓphetam: Ego scindã regnũ de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus, eo ꝙ Salomon dereliquerit me, te aũt assumã, erisq; rex super Israel. Si ergo audieris oĩa quæ præcepero tibi, sicut Dauid seruus meus, ero tecũ, & ędificabo tibi domũ fidelẽ. Ex quibus oñditur, ꝙ ex diuina ꝑordinatione & voluntate non solùm ꝑmissiua, sed etiã effectiua, Hieroboã factus sit rex decẽ progenierũ. Veruntñ in hoc peccauit & rebellauit, ꝙ ante debitũ tẽpus, vtpotè Salomone viuente, conatus fuit populũ sibi allicere. Nam & p Ahiã dñs inter cætera dixerat ei: Auferam regnũ de manu filij eius, vtpotè Salomonis, & dabo tibi decẽ tribus. Idcircò Hieroboã non debuit tẽpus illud pręoccupare & anticipare. [Porrò Roboã erat rudis,] quia nõ erat industriosus in bellicis rebus, fuit quoq; insipiẽs rñdendo ad populũ, & idolis seruiendo. Vndè in Eccõ legit: Dereliquit Salomon post se stultitiã, & minuium à prudentia Roboã, qui auertit gentem cõsilio suo. [& corde pauido,] quia non fuit virilis neque magnanimis, nec passionẽ timoris carnalis ac mũdani p virtutẽ fortitudinis refrenauit, & ista sunt potissimũ vitiosa in rege, quem oportet esse expertũ & peritũ in bellicis, prudẽtem, fortem, magnanimũ [nec potuit resistere eis;] i. præualere. Nam propter scelera sua Deus abstulit ei suum subsidium. [Nunc ergo vos dicitis, ꝙ resistere possitis regno domini ꝙ possidet p filios Dauid:] i. regi ac populo Iuda Deum colentibus, atq; legitimum regnum ex diuina institutione habentibus, ita quod regnum eorum fuit regnum Dei, qui fuit principalis eorum rex, cuius vicarialis rex fuit legitimus ipsius Dauid successor. [habetisque grandem populi multitudinem, atq; vitulos aureos, quos fecit vobis Hieroboam in Deos. Et eiecistis sacerdotes domini, filios Aaron atque Leuitas] de terra & officio eorundem. [& fecistis vobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum] i. instar quorumcunq; gentilium, qui de quacunque natione sibi faciunt sacerdotes deorum suorum. [Quicunq; venerit & initiauerit] i. superstitiosè consecrauerit [manum suam,] in stando & applicando se pro sacerdotio sacrilego obtinendo, prece aut precio, initiauerit, inquam, [in tauro & in bobus & in arietibus septem,] i. hæc pecora offerendo, vel per linitionem sanguinis eorum effusi se consecrando, aut consecrationem in sacerdotẽ suscipiendo. aitq; septem, propter septenarij perfectionem, vel quia in tali initiatione offerebantur huiusmodi septem iumenta. Deniq; dominus ait amicis Iob: Assumite vobis septem tauros & septem arietes. [fit sacerdos eorum qui non sunt dij,] videlicet idolorum aut hominum impiorum, quos gentes coluerunt pro dijs, seu qualiumcunq; creaturarum, in quibus non est deitas vera. Nec enim alicui creaturæ est sacrificandum, vt in libro de fide & legibus ostendit Guilhelmus Parrhisiensis. [Noster autẽ dominus Deus est, quem non relinquimus:] i. verum Deum, qui est omnium dominus principalis, adoramus & colimus. [sacerdotesq; qui ministrant domino de filijs Aaron] id est, sacerdotes habem' legitimos, quoniam solos posteros Aaron dominus iussit esse sacerdotes in lege. [& Leuitæ sunt in ordine suo,] i. ordinatè distincti per sua officia. [Holocausta quoq; offerunt] sacerdotes [domino per singulos dies manè & vesperè,] iuge sacrificium offerendo, imò & alia multa offerebant quotidiè inter quæ istud fuit præcipuum, ideò specialiter nominatur: Iuge autem sacrificium fuit quotidiè immolatio vnius agni de manè, & vnius de vespere. [& thymiama, iuxta legis præcepta confectũ.] Vndè in Exodo dominus ait ad Mosen: Sume tibi aromata stacten & onycham & galbanum boni odoris & thus lucidissimũ, faciesq; thymiama, quod scilicet ex quatuor illis speciebus aromaticis efficiebat, & in altari stante in templo

2. Reg. 7. — 3. Reg. 11. — Iose lib. 8. an. iu ca. 7 — 3. Reg. 12. — 2. Para. 11. — 3. Reg. 11. — Ibidem. — Ibidem. — 3. Reg. 12. — Eccles. 47. — Iob 42. — Actor. 10. — 1. Paral. 24. — Num. 18. — Exod. 30.

incendebatur, ad faciendum ibidèm suauem odorem. [& proponuntur panes in mensa mundissima.] hoc est, quolibet sabbato ponuntur super auream mensam duodecim panes propositionis, prout in Exodo præceptum est. Salomon tñ fecit decem mensas aureas tales, sicut &
Exod. 25. decem candelabra aurea, vt patuit in superioribus. [Estq; apud nos] i. in templo à Salamone cõstructo, candelabrum aureum [ꝙ exponi potest vel de candelabro à Mose, vel de candela-
3. Reg. 6 7. bris decem quæ fecerat Salamon, vt singulare pro plurali ponatur. Aliqui tñ in dubium ver-
2. Para. 4. tunt, an Sesac Aegypti rex, templum spoliando, abstulerit indè cãdelabra illa preciosissima, & apparet quòd non, qm̃ præcedenti capitulo legit̃, Recessit Sesac sublatis thesauris domus dñi, & thesauris regis, & clypeos àureos, quos fecerat Salomon, secum tulit. nec legitur abstu
2. Paral. 12. lisse aliqua vasa aut instrumenta cultus diuini seu templi, sicut Chaldæi. Imò 4. libro Regum legitur Nabuchodonosor abstulisse à templo omnia vasa aurea, quę Salamon fecit. [& lucer-
4. Reg. 25. næ eius, vt accendantur semper ad vesperam.] In candelabro Mosis erant septem lucernæ aureę, hoc est, lampades, vt in Exodo habetur. Similiter in quolibet candelabro, facto à Salo-
Exod. 25. mone. Idcircò hoc loco ponitur singulare pro plurali. Illæ aũt lucernæ oẽs ardebãt de nocte, sed tres (vt fertur) in die, & rursus accendebantur ad vesperam illæ quæ erant de manè extinctæ, prout super Exodum diffusiùs est expressum. [Nos quippe custodimus præcepta dñi Dei
Exod. 27. nostri, quem vos reliquistis.] Huic videtur contrarium, ꝙ 3. lib. Reg. legitur Abia ambulasse
3. Reg. 15. in omnibus peccatis patris sui. Ad quod poterit responderi, ꝙ sicut Roboam trib⁹ annis ambualuit in vijs Dauid, ita & filius eius Abia ad tempus benè se habuit, sed non perseuerauit. [Ergo in exercitu nostro dux est Deus.] hoc est, principalis director & adiutor omnium no-
Deuter. 20. strûm eum colentium, qui in Deuteronomio cultoribus suis promisit suum auxilium & ducatum. [& sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & resonant contra vos.] Nam & hoc in libro Numerorum fuit iussum, vt filij Israel in congressibus clangerent tubis, quod fiebat per sa-
Num. 10. cerdotes. Veruntamen loquente Abia hæc verba, non clangebãt, sed paulopòst: ideò sensus est, Qui clangunt, hoc est, parati sunt clangere tubis. [Filij Israel, nolite pugnare contra dñm Deum patrum vestrorum,] i. contra nos cultores Dei patriarcharum, [quia non vobis expedit. [Contra nos em̃ Dei seruos præliando, contra Deum pręliaremini, & succumberetis. Videtur Abia ex parte sperasse in Deo, sed imperfectè: atq; ex alia parte timuisse, videns tãtam hostium turbam: ideò persuasit eis, ne contra se inirent conflictum. [Hæc illo loquẽte, Hieroboam retrò moliebatur insidias:] quia commisit quibusdam ducibus sui exercitus, vt silenter abirent, & circunuallerent cuneis suis exercitum regis Abię. [Cumq; exaduerso hostium staret,] i. ipse Hieroboã stando ex opposito vult⁹ Abiæ, [ignorantẽ Iudam suo ambiebat exercitu.] quo patet fraudulentia eius. [Respiciensq; Iudas] i. exercitus Abiæ, in quo etiam multi de tribu Beniamin, tribuq; Leui erant, sed ã principali tribu, totus exercitus nomẽ sortitur. [vidit instare bellum exaduerso, & post tergum:] sic quippe erant intenti ad verba Abiæ dñi sui, ꝙ aduersariorum insidias non obseruabant, [& clamauit ad dñm,] inuocando eius auxilium, [ac sacerdotes tubis canere cœperunt, oẽsq; viri Iuda vociferati sunt. Et eccè illis clamantibus, perterruit Deus Hieroboam, & oẽm Israel qui stabat ex aduerso Abia & Iuda:] i. totum eius exercitum, vociferantibus s. viris Abiæ, & sacerdotibus eius clangẽtibus, per quod adiuuari à dño meruerunt, quemadmodùm in libro Nume. dñs dixit: Si exieritis ad bellum, clangetis vlulãtibus tubis, & erit recordatio vestri coram dño Deo nostro, vt eru-
Nume. 10. amini de manibus inimicorum vestrorum. Certum est aũt, quòd dñs perterruit corda Hieroboam & suorum, ea obstupefaciendo & infrigidando ac debilitando, sed an fecerit hoc per alia exteriora, quàm quæ hîc in textu tanguntur, videlicet per sonitum apparatus armorum, sicut perterruit Syros, seu per fragorem, tonitrua, saxaq; grandinis, aut consimilia, nõ est cer-
4. Reg. 4. tum. Ministerio quoq; angelorum perterritio illa creditur partim facta. [Fugeruntq; filij Israel Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorũ. Percussit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna, & corruerunt vulnerati ex Israel quinquaginta millia virorum fortiũ. [& apparet, quòd de exercitu Abiæ nullus corruerit, ideò victoria illa fuit euidenter miraculosa. [Humiliatiq; sunt filij Israel in tempore illo, & vehemẽtissimè confortati sunt filij Iuda, eo quod
Ecclef. 2. sperassent in domino Deo patrum suorum.] Quis enim sperauit in domino, & derelict⁹ est?
1 Macha. 2. Ideo primo Machabęorum conscriptum est: Omnes qui sperant in ipso, non infirmantur. Et
Psalm. 25. Psalmista: In domino, inquit, sperans, non infirmabor. Deniq; testè philosopho, qui benè se habent in diuinis, melioris fiduciæ sunt. [Persequutus est autem Abia fugientem Hieroboam,] qui cum residuis triginta millibus fugam arripuit. [& cepit ciuitates eius Bethel, & filias eius, & Iesana cum filiabus suis, Ephron quoq; & filias eius] id est, vrbes has cepit & filias, id est, villas illarum. [Nec valuit vltrà resistere Hieroboam in diebus Abia, quem percussit dominus, & mortuus est.] Abia nanq; fuit ingratus his tantis beneficijs Dei, nec permansit in eius obsequio. Ideo propter aliquas suas culpas à Deo plagatus est, & defunctus. Veruntamẽ culpa eius non exprimitur in hoc loco, nec genus suæ percussionis aut mortis. Sed tertio
Ro-

Regum asseritur, quòd ambulauit in omnibus peccatis patris sui. Vndè aliqui opinantur, quod cùm cepisset vrbem Bethel, in qua vnus duorum aureorum extitit vitulorùm, inueneri ibi idola, & reseruauerit atq; coluerit ea, prout infrà legitur Amazias rex Iuda coluisse deos Idumæorum cùm eos vicisset. At verò quod hîc de morte inferitur, per anticipationẽ narratur. Nam de eodem subiungitur: [Igitur Abia, confortato imperio suo, accepit vxores quatuordecim.] Suprà legitur, quod Roboam adhuc viuens, multas petiuit vxores filio Abiæ, & de illis videtur istud intelligendum, quòd scilicet Abia, confortato suo imperio, sumpsit illas in coniuges. si verò ante eas accepit, & vltrà hoc istas, fuisset magnus excessus. [procreauitque vigintiduos filios & sedecim filias. Reliqua autem sermonum Abiæ, viarumque & operum eius, scripta sunt diligentissimè in libro] prophetæ nomine [Addo prophetæ,] cuius liber non superest, & ex isto innotescit, quod sancti prophetæ cum ingenti diligentia conscripserunt facta regum Israelitici populi tam bona quàm mala, non vtique principaliter propter facta illa in se, aut propter reges, sed ad Dei honorẽ, inquantùm diuina iustitia aut pietas omnipotentis ostendebatur in factis illorum bonis aut malis. ¶Iuxta intelligentiam spiritualem declaratur nobis ex isto capitulo diuina iustitia & fidelitas Dei, suos fideles in se sperantes & inuocantes saluantis, ac impios prosternentis. Idcircò & nos in omni spirituali conflictu tentationum in eo confidere, ipsumq; indesinenter ac feruidè inuocare debemus. Deus etenim deuotorum in exercitu & in omni congregatione virtuosa sibi fideli, dux est. Quòd si à Deo adiuuari ac præualere optamus, studeamus ei in omnibus obedire, sacrificia spiritualia immolare, ecclesias & eius ministros ac sacra diuini ministerij instrumenta debitè venerari. In exterioribus etiam bellis in domino est sperandum, & eius est inuocandum auxilium, atq; per opera bona, & per præuiam confessionem synceram parare se debent ad prælia congressuri. ¶Præthereà in hac historia per Abiam & eius exercitum, intelligi potest quicunque princeps aut rex Christianus & eius exercitus iustus, Per Hieroboam verò & eius exercitum, princeps quicunq; hæreticus, schismaticus, Sarracenus, aut aliter perfidus & iniquus, eiusq; populus vitiosus, qui impugnant Ecclesiam, quibus catholicus princeps respondet, an ignorent quod Deus pater omnipotẽs contulit Dauid & filijs eius regnum, hoc est, Christo & eius vicarijs ac ministris dominum populorum, sicut prædictum est, Omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. Itemq;: dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Ideò impij illi inaniter enituntur ecclesiam demoliri, quia in sola Christi ecclesia verus Deus veraciter colitur, & ei in ea salubriter sacrificatur, sacerdotes legitimè instituuntur. In cæteris autem omnia sunt peruersa, superstitiosa, sacrilega.

1.Reg.12. 2.Para. 25. 2. Para. 11. Dani. 7. Psalm. 71.

¶Expositio cap. 14. Dormiuit autem Abia cum patribus suis &c. Art. XIIII.

CONsequenter in tribus cap. agitur de regno, virtutib⁹, & magnificentijs Asa regis, & de aliquibus eius defectibus. [Dormiuit aũt Abia cum patribus suis, & sepelierunt eũ in ciuitate Dauid. Regnauitq; Asa filius eius pro eo, in cui⁹ diebus requieuit terra annis decẽ.] i. populus regni Asa non habuit notabilia bella, contra quod obijci potest illud tertij Regum Bellum erat inter Asa & Baasa regem Israel cunctis diebus eorum. Ad quod poterit responderi, quod scriptura hęc loquit de quiete à bellis gentiũ alienarũ, ita quòd Asa nõ impugnabatur ab illis, vel quod in principio imperij sui non sustinuit acres pugnas à Baasa, qui tunc potentior erat. [Fecit ergo Asa quod bonum & placitum erat in conspectu Dei sui, & subuertit altaria peregrini cultus,] hoc est, idololatriæ, quæ est aliena à veri Dei obsequio. [& excelsa] in quibus antè idolis sacrificabatur. Reliquit tamen excelsa, in quibus populus suus obtulit Deo sacrificia quædam, præsertim spontaneà seu votiua. Hinc 3. Reg. fertur: Excelsa autem non abstulit. Aliqui verò affirmant, quòd nõ abstulit excelsa seu phana, quæ Salomõ fecit dijs vxorum suarum in monte oliuarum, vt 3. Reg. libro legitur, [& cõfregit statuas, lucosq; succidit, & præcepit Iudæ, vt quæreret dominum Deum patrum suorum, & faceret legem & vniuersa mandata. Et abstulit de cunctis vrbibus Iuda, aras & phana, & regnauit in pace. Aedificauit quoq; vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla eius temporibus bella surrexerunt, pacem dño largiente.] Erat enim à bellis quiescens, pacificus quoq;, & à vitiorum ac passionum inquietudine fuit alienus, cùm tertio Regum scriptum sit: Cor Asa perfectum erat cum dño Deo suo cunctis diebus suis. [Dixit aũt Iudæ:] hoc est, populo regni sui, tam Iudæ quàm Beniamin filijs & Leuitis. [Aedificemus ciuitates istas & vallemus muris, & roboremus turribus & portis & seris, donec à bellis quieta sunt omnia] ista & opera nostra, [eo quòd quęsiuimus dñm Deum patrum nostrorum, & dederit nobis pacem per gyrum.] In isto patent sapientia, prudentia, atq; iustitia regis Asa, quoniam tempore prosperitatis coluit Deum fideliter, & memor fuit malorum, quæ accidere poterant, & contra illa muniuit se, quo exemplo reges ac principes instruuntur, vt similiter faciant. [Aedificauerunt igitur, & nullũ in extruẽdo impedimentum fuit. Habuit aũt Asa in exercitu suo portantium scuta & hastas] hoc est, bellatorum [de] tribu [Iuda] Hîc capitur Iuda pro tribu Iudæ duntaxat, [trecenta millia, de Benia-

3.Reg.15. Ibidem. 3.Reg.11. 3.Reg.15.

Beniamin verò scutariorum & sagittariorū ducenta octoginta millia. Omnesq; isti viri fortissimi.]Quod constat, quàm præpotens fuit. Multitudo aūt ministrorum ac subditorum, ad
Prouer.14. dignitatem & gloriam pertinet principis, vt Salomon protestatur. ¶ Consequēter recitatur, qualiter regem Aethiopum vicit, & Deum in adiurorem inuocando locutus est. [Egressus est aūt contra eos Zara Aethiops cum exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecentis, & venit vsq; Maresa. Porrò Asa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum in valle Zephata, quæ est iuxta Maresa, & inuocauit dn̄m Deum. Et ait: Domine, non est apud te vlla distantia, vtrùm in paucis auxilieris, an in pluribus.]hoc est, cùm sis infinitæ potentiæ, æquè facile tibi est quamcunq; aduersariorum multitudinē deijcere per paucos bellatores, ac per
1.Reg.14. multos. Hoc est quod 1. lib. Reg. Ionathas ait: Non est dn̄o difficile saluare vel in multis, vel in paucis: [Adiuua nos dn̄e Deus noster. In te em̄ & in nomine tuo] i. in tuæ potestatis ac pietatis inuocatione, [habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem] quæ multo maior est nobis, qm̄ decies centena millia erāt in aduersariorum exercitu. Nec dedit eis Asa spatium intrandi terram imperij sui, nec eam vastarent, sed iuit viriliter obuiàm. [Domine, De⁹ noster tu es.]hoc est, ô dn̄e, tu es Deus noster. Vel ô domine Deus noster, tu es, i. tibi soli cō-
Exod. 3. petit verum, plenum, infinitumq; esse, cuius cōparatione, esse creaturarum est quasi nō esse.
* præualet Propter quod locutus es Mosi: Ego sum qui sum. Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad
2. Para. 13. vos. [non * præualeat contra te homo.]Hoc est, nulla hominum multitudo præualeat nobis
Aug. li.16. cultoribus tuis, quibus reualendo reputarēt se Deo nostro quodammodò præualuisse, quasi
de ciu. Dei nequiuerit nos liberare ab ipsis. [Exterruit itaq; dn̄s Aethiopes corā Asa & Iuda] iuxta mo-
cap.30. dum in præcedenti artitulo tactum. Nam Deus omnipotens immediatè agit in hominū voluntates, & eas ad libitum suum transmutat, debilitat, & confortat. [Fugeruntq; Aethiopes, & persecutus est eos Asa, & populus qui cum eo erat vsq; Gerara. Et ruerunt Aethiopes vsq; ad internecionem, quia dn̄o cędente contriti sunt, & exercitu illius pręliante. Tulerunt ergo spolia multa. Et percusserunt]Asa ac ei⁹ exercitus [oēs ciuitates per circuitum Gerarę.] Gerara, secundū Aug.16. de ciuitate Dei, fuit vrbs in Palæstina, cuius rex fuit Abimelech, iuxta
Genes. 20. illud Genesis: Misit Abimelech rex Geraræ. Terra autē Philistijm seu Palæstinæ, deputata & data fuit à Deo filijs Israel, sicut in Iosue legitur, sicq; vrbes illæ videntur pertinuisse ad Asa & populū eius de iure. Vndè non peccauit, vt apparet, eas vastando ac spoliando, & fortè peccauerunt in eum, Aethiopibus præbendo obsequia siue auxilia. [Grādis quippe cunctos terror inuaserat. [Et diripiunt vrbes, & multā prædam absportauerunt. Sed & causas] i. stabula [ouium destruentes, tulerunt pecorum infinitam]i. valdè magnam & quasi innumerabilem [multitudinem & camelorum, reuersiq; sunt in Hierusalem.]Ex isto capitulo docētur reges ac principes Christiani, qualiter bello instante debeant se habere in primis, videlicet Deum sibi reconciliando, si ipsum in aliquo offenderunt. Deindè hostibus magnanimiter occurrēdo, exercitum, prudenter ordinando, situando ac instruendo, sed & totā spem suam ponēdo in omnipotente, & eius auxilium deuotissimè inuocando, nec præsumēdo quicquam de viribus suis, quia de cælo victoria est, ita ꝙ Deus omnium moderator, iuxta ordinem sapientiæ suæ, & iuxta iustitiæ suæ censuram, præliorum exitus moderatur, victoriamq; largitur. In spiritali quoq; conflictu debemus ita in Deo confidere, quantumcunq; multi & magni sint qui nos impugnant, & prætactam orationem seu ei consimilem Deo offerre.

¶ Declaratio cap.15. Azarias aūt filius Obed facto in se spiritu Dei. Artic. XV.

Recitatur hîc qualiter Asa de bono profecit in melius. [Azarias autem filius * Obed, fa-
* Obed cto in se spiritu Dei,]hoc est, gratia prophetali sibi infusa, & spiritu sancto sibi immissa ad prophetandum, [egressus est in occursum Asa, & dixit ei:] videlicet Asa regi: [Audite me Asa & omnis Iuda & Beniamin: Dominus vobiscum]id est, gratiosè vos iuuit, [quia fuistis cum eo.]hoc est, ei fideliter adhæsistis & supplicastis. Absolutè tamen loquendo, gratia Dei præuenit hominem. [Si quæsieritis eum ad obtinendum dona gratiæ eius, seu ad profi-
Deute.4. ciendum in eis, [inuenietis]eum, si tamen toto corde perseuerāter feceritis hoc. Omnis em̄
Lucæ 11. qui taliter quærit, inuenit. Aliqui aūt quærunt eum ex seruili timore, nec inueniunt, sicut in
Prouerb. 1. libro Prouerb. fatetur: Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: manè consurgent, & non inuenient me. [Si autem dereliqueritis eum]per auersionem cordis ab eo, [derelinquet vos.] Hoc fuit vel comminatio, vel affirmatio. Aliquando enim iustus Deus omninò relinquit
Prouer.2. auersos à se, vtpotè vasa iræ. Interdum verò auertentes se & auersos, misericorditer reuocat, præuenit, saluat, si sint vasa misericordiæ suæ. [Transibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero, & absq; sacerdote, absq; doctore quoq;, & absq; lege.] Hoc aliqui dicunt tempore Babylonicæ captiuitatis impletum, quia tunc populus regni Iudæ fuit translatus, nec coluit Deum in templo suo, & in terra sancta per sacrificia, nec sacerdotes tunc exercebant sa-
4. Re. 8. 12. 14. 16. 21. cerdotale officium, nec doctores more solito populū instruebant. Populus quoq; ꝓ maxima parte fuit legis transgressor. Insupèr impletum est illud tempore Regum Iuda idolatrarum, vide-

videlicet Ioram, Ioas, Amaziæ, Achaz, Manassæ, quorum aliqui per totū tempus imperij sui, quidam per tempus fuerunt idololatræ. [Cumq; reuersi fuerint in angustia sua] hoc est, tribulatione & necessitudine, [& clamauerint ad dominum Deum Israel, & quæsierint eum] per pœnitentiam veram. [reperient eum.] sic Manasses quæsiuit ac repperit Deum, similiter qui in Babylone erant captiui. [In illo tēpore non erit pax egredienti & ingredienti, sed terrores vndiq; in cunctis habitatoribus terrarum.] In illis quippe tēporibus, primò Assyrij deinde Chaldæi regnum Iuda & Israel, ac cætera vndiq; regna atrociter ac multipliciter vexauerunt, sicut in libris Regum & in libris Hieremiæ atq; Ezechielis ostendit. [Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatē.] Nam multæ nationes & vrbes restiterunt præfatis, & contra se inuicèm alij plurimi pugnauerunt. [quia dn̄s conturbabit eos in omni angustia.] Dn̄s enim per vnum regnum punit peccata alterius. Propter quod de rege Assyriorū ait per Esaiam: Virga furoris mei & baculus. ipse est. [Vos ergo confortamini,] perseuerādo & proficiendo in omni virtute & cultu Dei, [& non dissoluantur manus vestræ] hoc est, vires operatiuæ non cessent ab actibus bonis. [Erit em̄ merces operi vestro.] Non solùm æterna felicitas, sed temporalis quoq; ꝓsperitas, prout communiter in veteri testamento fieri consueuit. Nam Deus supra cōdignum remunerat, sed infra condignum punit. [Quod cùm audisset Asa, verba videlicet & ꝓphetiam Azariæ filij Obed ꝓphetæ, cōfortatus est, & abstulit idola de omni terra Iuda, & de Beniamin, m ex vrbibus quas cœperat mōtis Ephraim, & dedicauit altare dño, quod erat ante porticū] hoc est, altare [dñi] i. situm in atrio, ꝙ forsitan fuerit prophanatum per Roboam & Abiam idololatras, rursus cōsecrauit, aut solenniter honorauit, offerendo in eo sacrificia copiosa, vt patet in litera. [Congregauitq; vniuersum Iuda & Beniamin, & aduenas cum eis] hoc est, eos qui ex regno decē tribuum, relictis aureis vitulis, confugerunt ad eum [de Ephraim, & de Manasse, & de Simeon. Plures enim ad eum confugerunt ex Israel, videntes quod dn̄s Deus illius esset cum eo. Cumq; venisset in Hierusalem mense tertio, anno decimoquinto regni Asa, immolauerūt domino in die illa de manubijs] hoc est, spolijs manu raptis, [& prædam] alio modo acquisitam, [quam adduxerant, boues septingentos, & arietes septem milia. Et intrauit ex more] in atria templi Salomonis [ad corroborandum fœdus] i. vt tam ipse quàm totus populus eius, eo instigāte, de nouo & firmiùs quàm antè, adstringerent se ad seruiendum Deo fideliter, [vt quærerēt dominum Deum patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua. Si quis aūt, inquit, non quæsierit dn̄m Deum Israel,] sed idola coluerit, [moriatur à minimo] adultæ ætatis inclusiuè [vsq; ad maximum, à viro vsq; ad mulierem.] Lex enim sub pœna etiā mortis corporalis ꝑcepit hoc. [Iurauerunt que voce magna domino] quòd ei sic adhærerent, [in iubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum oēs qui erant in Iuda,] hoc est, cum omni ista solennitate & iocunditate præcipua, ad maiorē suæ obligationis stabilitatē, [cum execratione] imprecando sibiipsis mala pœnalia & aduersa, si pollicitationem hanc violarent. [In omni enim corde suo] i. toto intellectu & ratione [iurauerunt] cum debitis circunstantijs, & reuerentia cōpecenti, prout iurare est actus virtutis, quæ latria nominatur. Vndè & Psalmista testatur: Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. [& in tota voluntate,] hoc est, integro volūtatis affectu, [quæsierunt eū,] id est, Deo se coniungere, & ei placere, eiusque charismata obtinere conati sunt. [& inuenerunt. Præstititq; eis dominius requiem per circumitum.] Qui enim sic quærit, mox inuenit, quoniam propè est dominus omnibus inuocentibus eum. [Sed & Maacham matrem Asa regis,] hoc est, ipse Asa rex matrem suam nomine Maacha, [ex augusto deposuit imperio,] id est, à principatu suo sua æstimatione magnifico, quo ipse præerat in sacris & sacrificijs, idololatrijsq; Priapi, [eo quòd fecisset in luco simulacrum Priapi, quod omne contriuit, & in frusta comminuens, combussit in torrente Cedron.] prout hoc tertio Regum expositum est. Aliqui autem legunt angusto, vt sit sensus, quòd ipse Asa remouit eam à sua præsidētia arcta & stricta, quia in specu coluit Priapum. Vel aptiùs appellatur angustum imperium, quoniam vilis & modica fuit prælatio illa in tanta regina. [Excelsa autem derelicta sunt in Israel. Attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius. Eaq; quæ vouerat pater suus & ipse, intulit in domum domini argentum & aurum, vasorumq; diuersam supellectilem. Bellum verò nō fuit, vsq; ad tricesimū annum regni Asa.] Cæterr in hoc capit. non exposita, 3. lib. Regum fusiùs exposita sunt. ¶ Moraliter ex isto capitulo docemur exemplo Asa regis, de acceptis beneficijs Dei non extolli, sed regratiari & sacrificia laudis offerre, atq; de bono in melius crescere, aliosq; ad meliora allicere, & errantes pro posse conuertere, etiam si sint parentes, corripere grauiter delinquentes. Cùm ipso item renouemus quotidiè in nobis bona proposita: non tamen vouendum est aut iurandū de eis seruandis, nisi cum deliberatione matura. ¶ Postremò, historia huius capituli est specialiter regum ac principum instructiua, vt scilicet exēplo regis istius, pro reformatiōe communi totius populi sui, sint soliciti, laboriosi ac feruidi, prauas cōsuetudines diligenter extirpēt, vnà cū plebe sua atq; familia ad ecclesiā properent, subdi-

2. Paral. 19.
4. Reg. 18.
Hiere. 21. 32. 39.
Ezech. 32.
Esaiæ 10.
Leuit. 20.
Psalm. 118.
Luc. 11.
Psal. 144.
3. Reg. 15.
Ibidem.

subditos suos verbo & opere ædificare non cessent, & circa augmentum ac reuerentiã cultus diuini existant deuoti, & liberales in offerendo. Clerum verò & religiosos, quos propria authoritate reformare & castigare non possunt, nec debent, à superioribus suis reformari procurent pro viribus. Omnibus demum nobis dicitur in hoc loco: Vos autem confortamini, & nõ dissoluant manus vestræ. Erit enim merces operi vestro. Hoc etenim est quod hortatur Apo-
Ephes. 5. stolus ad Ephesios: Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Induite armaturam
1. Cor. 15. Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Alibi quoq; Stabiles estote & immobiles abundantes in opere domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in domino. Hinc &
Luc. 12. saluator admonuit: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri dare vobis regnũ. Non
Roman. 8. igitur fatigemur, aut tædio afficiamur in Dei seruitio, quia non sunt condignæ passiones aut actiones huius temporis ad gloriam illam futuram. Veruntamen perfectius est atq; diuinius, Deo seruire solo intuitu & amore suæ infinitæ dignitatis & honorabilitatis, quàm mercedis intuitu. tamen si & ipsa remuneratio referatur ad Dei amorem & honorem, nõ repugnabit perfectioni, Deo propter præmium seruire. Quemadmodùm etiã charitatis diuinæ puritati & perfectioni nõ derogat, Deum diligere propter beneficia ac præmia eius seu promissa, si beneficia, præmia & promissa diuina, ad Deum & ad eius reuerentiam ac amorẽ debitè ordinentur, & accipiantur tanquam media necessaria, sine quib' Deum verè & plenè amare, venerari ac obtinere non possumus. ¶ Rursus, quod in isto capitulo dictum est, Si quæsieritis Deum, inuenietis eum, parit & auget fiduciã: quod verò subiungitur, Si aũt dereliqueritis eum, dere-
1. Cor. 10. linquet vos, inducit timorem. Ideò enim & Apostolus dixit: Qui stat, videat ne cadat. Vndè & ignoramus, quasi vtiq; fine concludemus hanc vitam: propterea simus iugiter timorati.

¶ Expositio cap. 16. Anno autem tricesimosexto regni eius, ascendit Baasa &c. Art. 16.

ADuersitates Asa regis nunc describuntur, & primò quando & qualiter Baasa rex Israel cœperit impugnare regnum & populum Asa. [Anno autem tricesimosexto regni eius ascendit Baasa rex Israel in Iudam, & muro circũdabat Rama, vt nullus tutè posset egredi & ingredi de regno Asa. Protulit autem Asa argentum & aurum de thesauris domus domini, & de thesauris regijs, misitq; ad Benadad regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens: Fœdus inter me & te est. Pater quoq; meus & pater tuus habuere concordiam. Quamobrem misi tibi argentum & aurum, vt rupto fœdere quod habes cum Baasa rege Israel, facias eum à me recedere. Quo comperto, Benadad, misit principes exercituum suorum ad vrbes Israel. Qui percusserunt Aion & Dan & Abelmaim, & vniuersas vrbes Nephthali muratas. Quod cùm audisset Baasa, desijt ædificare Rama, & intermisit opus suum. Porrò Asa rex assumpsit vniuersum Iudam, & tulerunt lapides de Rama, & ligna quæ ædificationi præparauerat Baasa, ædificauitq; ex eis Gabaa, & Maspha] Historia ista tertio libro Regum est explanata: sed difficultatem inducit, quod in exordio huius capituli dicitur Baasa ascendisse in Iudam anno tricesimosexto Asa regis, Baasa quippe cœpit regnare anno tertio imperij Asa, vt tertio
3. Reg. 15. Regum fertur. regnauitque Baasa viginti quatuor annis tantùm: sicque vicesimo sexto anno
Ibidem. Asa, vel circiter, est defunctus. non ergo ascendere potuit contra Asa tricesimosexto anno ipsius Asa, quia iam decem annis fuit mortuus. Ad hoc aliqui dicunt, quod primus annus alicuius
Dan. 2. regis, in scripturis dupliciter appellatur. Primò, annus quo simpliciter cœpit regnando præesse. Secundò, ab aliquo notabili facto, inclytoq; triumpho, quemadmodùm in Daniele habetur: In anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium, quod intelligitur de anno secundo sui regni, à tempore victoriæ suæ contra Aegyptios, quia iam diu ante regnauit: sic in proposito dicunt, quod Asa rex vndecimo anno regni sui habuit triumphum præinclytum contra Aethiopes, & à tempore illius triumphi inchoando computationem annorum regni Asa, vixit Baasa vsq; ad annum regni eius tricesimumsextum. Hæc
3. Reg. 15. autem responsio non videtur idonea, quoniam Asa in toto non regnauit nisi 41. annis, vt 3. Reg. legitur. Si ergo computatio annorum regni Asa incipiatur ab anno illo vndecimo, quo Aethiopes vicit, qui annus fuit vndecimus regni à tempore quo absolutè loquẽdo: regnare exorsus est, non ascendet computus iste annorum regni sui à tempore præfatæ victoriæ vsq; ad annũ 36. sed tricesimum aut tricesimumprimum, quod est contra hanc veritatis scripturam. Quòd si
Ibidem. dicatur, quòd illud 3. Reg. anno tertio Asa, Baasa cœpit regnare, intelligatur de tertio año regni Asa, incipiendo computationem à præfato triumpho, qui tertius annus fuit tertiusdecimus an-
Ibidem. nus regni eius simpliciter sumpti, hoc stare non potest, quoniam tertio Reg. scriptum est: Nadab filius Hieroboam regnauit super Israel anno secundo Asa regis Iuda. Regnauitq; super Israel duobus annis, & interfecit eum Baasa in anno tertio regis Asa, & regnauit pro eo. ¶ Porrò quod Nadab dicitur regnasse secundo anno Asa, non potest intelligi, nisi de anno secundo regni Asa simpliciter accepti, qui fuit diu ante præfactum triumphum. Hieroboam nãque reg-
3. Reg. 14. nauit annis vigintiduobus, ita quòd in anno vicesimosecundo regni sui defunctus est, vt 3. Reg. patet. Abia autem cœpit regnare octauodecimo anno regni Hieroboam, & tribus annis regna-

gnanit,cui Asa successit in regno. Quemadmodùm ergò secund⁹ annus Asa,quo cœpit Nadab regnare,intelligendus est necessariò de secundo anno regni sui simpliciter sumpti, ita & tertius annus regni eius,quo Baasa cœpit regnare:alias Nadab regnasset multo diutiùs,quàm annis duobus.Hinc alij dicunt, quòd hoc loco, sicut & alibi sæpè, vitio scriptorum erratum sit in numero,ꝙ etiam fieri potuit in Hebræo. Siquidem in conscriptione numerorū & propriorū nominum,faciliter error contingit.[In tempore illo venit Hanani propheta ad Asam regem Iuda:& dixit ei:Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ]infideli atq; idololatra, [& nō in dño Deo tuo.]& in hoc casu, [idcircò euasit Syriæ regis exercitus de manu tua:] hoc est, exercitum regis Syriæ non vicisti,quem vnà cum rege atq; exercitu Israel ei cōfœderatis vicisses,si sperasses in dño,& illi pater contra te venissent.[Nonne Aethiopes & Lybyes multo plures erant,quadrigis & equitib⁹ & multitudine nimia,quos,cùm dño credidisses] fide formata cum spe diuini auxilij, [tradidit in manu tua?] Sancti enim per fidem vicerunt regna. [Oculi em̄ domini cōtemplantur vniuersam terram,]hoc est,intellectus & sapiētia Dei, vniuersos habitatores terræ inspiciunt & plenè cognoscunt. [& præbent fortitudinem]corporalem & spiritualem tempore belli,[his q corde perfecto]non hæsitanti, [credunt in eum:] q suis perfectis cultoribus opem promisit.[Stultè igitur egisti, & propter hoc etiam præsenti tempore aduersum te bella * consurgent]acriora seu plura,q̄ antè.[Iratusq; Asa * cōtra Videntem,]hoc est,præfatum prophetam[iussit eum mitti in neruum] i. in cippum seu compedem. [Valdè quippe super hoc fuit dñs indignatus:] qm̄ erat enorme crimen in Deum redundans,cuius instinctu seu iussione propheta ille venit & regem corripuit.[& interfecit de populo in tempore illo plurimos.]Sicq; puniuit regem in satellitibus suis, sicut & regem Dauit in populo suo.Estq; probabile,ꝙ regi consenserūt in crimine isto, Vel aliundè digni erāt interitu.Percussi sunt aūt vel peste,vel gladio belli,aut alia plaga. [Opa aūt Asa prima & nouissima,scripta sunt in lib. Reg.Iuda & Israel.Aegrotauit etiam Asa anno 39.regni sui,dolore pedum vehementissimo:]& hoc iusto Dei iudicio, qm̄ sc̄m̄ virum dolore pedum afflixit in cippo,sicq; per quæ peccauit, punitus est.[& nec in infirmitate sua q̄siuit dn̄m,]vt suum mitigaret dolorem,[sed magis in arte medicorum confisus est.] Veruntn̄ potuit sine peccato vti remedijs medicinæ,dummodò egisset hoc ordinatè. Debuitq; magis sperare in gratia q̄ in natura,& suam recognoscere culpam,sicq; à Deo precari medelam,& medicorū arte sub ordine diuinæ prouidentiæ vti.[Dormiuitq; cum patribus suis.] Et mortuus est anno 41.regni sui.Et sepelierunt eum in sepulchro suo,quod foderas sibi in ciuitate Dauid. Posueruntque eum]hoc est,corpus eius exanime[super lectum suum plenum aromatibus & vnguentis meretricijs,]i.lasciuis & mollibus, ac benè redolentibus, [quæ erant pigmentariorum arte confecta]quibus & mulierculæ incontinentes se vngunt aut liniunt,ꝓ odore corporis sui,quę & lectos suos ac thalamos consueuerunt talibus occupare ad alliciendum sibi amatores, iuxta illud Prou.7. Adspersi cubile meum myrrha & aloe & cinnamomo. [& combusserunt super eum ambitione nimia:]hoc est,arroganter & nimiùm sumptuosè, eo ꝙ tam gloriosè regnauerit. ¶Circa pdicta oritur quæstio:Scriptum est enim præcedēti cap. Cor Asa erat perfectū cunctis diebus eius:& 3.Reg.15.Cor Asa perfectū erat cum dño Deo suo cunctis diebus suis. Nunc verò de multis vitijs est notatus,vt quod regē Israel inordinatè pertimuit, quòd ad regem Syriæ infidelem cōfugit,quòd non sperauit in dño,quòd increpationem prophetæ cōtempsit,increpanti iratus fuit, & eum iniuriosè ligauit & clausit, quòd nec in infirmitate sua dominum requisiuit, sicque induratus fuisse videtur. Ad hæc videtur dicendum,quòd vtique fuit vir valdè iustus,quanuis interdum ita excessit, sicut & Dauid, & pro suis excessibus fuit in vita hac castigatus, & pœnituisse credendus est,& læso satis fecisse. Quoniam ergo tot annis iustè vixit, atque tam multa bona ac optima opera egit, ideò dicitur cor eius semper fuisse perfectum : quia quod modicum est, pro nihilo reputatur, & quanuis prætacta eius peccata non fuerunt parua in se,tamen respectu virtutum & virtuosissimorum actuum eius, parua fuisse censentur. Cùm ergo vir tantus post tantas iustitias, circa extrema vitæ suæ ita ceciderit, debemus iugiter esse custoditi & timorati, nec de prioribus meritis incautè gaudere,aut vnquàm præsumere,sed quotidiè tantò plùs in omni virtute proficere,quanto finis noster magis imminet nobis.

Marginalia: Heb. 11. — Hiere 26. — * cōsurgēt aduersus — 2. Reg. 24. — Sapie. 11. — 2. Paral. 15. — 2. Reg. 11. 16. 24.

¶Expositio cap.17. Regnauit aūt Iosaphat filius eius pro eo &c. Artic. 17.

AGitur nunc per quatuor capitula de virtutib⁹,diuitijs,potestate,ꝓsperitate, regimine, & felici fine Iosaphat regis,& in primo isto cap. tractat de eius iustitia,potestate & opulentia.[Regnauit aūt Iosaphat filius eius,]videlicet Asa,[pro eo]i.post eum,& in solio eius, [& inualuit contra Israel]i.rege Israel fuit potentior,& ei præualuit. Non tamen legunt specialia bella inter ipsum & regē Israel facta, sed (vt infrà habet) ciuitates quas pater eius iure prælij abstulit regi Israel,retinuit & defendit potenter,vt paulo pòst subditur. [Cōstituitq; militum numeros]i.multitudinē copiosam [in cunctis vrbibus Iuda, quæ erant vallatæ muris,]

ris,]vt vrbes ipsas ab hostib' defensarent,[præsidiaq;]i.munitiones [disposuit in terra Iudæ, & in ciuitatibus Ephraim,]i.in oppidis regni decem tribuum, seu specialiter trib' Ephraim
2.Paral.15. [quas ceperat Asa pater eius.] Suprà legitur Abia rex Iuda cepisse quasdam ciuitates regni Israel. De Asa verò scriptura nõ dixit, q ceperit vrbes Ephraim, sed certum est ex hoc passu, q aliquas ceperit: sapienterq; egit, q eas specialiter muniuit præsidijs atq; militibus, quia probabile erat q rex Israel eas recuperare satageret. [Et fuit dñs cum Iosaphat, quia ambulauit in vijs Dauid patris sui primis, & non sperauit in Baalim, sed in Deo patris sui, & perrexit in
2.Reg.11. præceptis illius, & non iuxta peccata Israel.]i.opera virtuosa quæ Dauid fecit in exordio regni sui, sequutus est, & non in peccatis eius, quæ diu posteà fecit circa Vriam & eius coniugem. Vel, in vijs eius primis, i.actibus virtutum eius præcipuis. [Confirmauitq; dñs regnum in manu eius, & dedit omnis]vir[Iuda munera Iosaphat,]Ex hoc apparet, q subditi eius contulerunt ei vltra debitum dona & iocalia quædam, quia videbãt se prosperari per optimum regimen eius.[factæq; sunt ei infinitæ]i.valdè multæ & magnæ [diuitiæ.] Videtur tñ in hoc
Deuter.17. excusabilis extitisse, non obstante q in Deut. iusserat dñs, vt reges Israelitici populi non congregarent sibi immensa pondera argenti & auri. Nam bella vndiq; sibi instabant, sicq; rationabilem habuit causam taliter thesaurizãdi, & diuitias suas ad honestũ retulit finem, nec eis cupiditate subiacuit, ita q habuit eas, non habebatur ab eis. [& multa gloria]i.potestas & fama præclara, imò delectatio copiosa in dño, quia temporaliter ac spiritaliter prosperabatur.
audaciã [Cumq; sumpsisset cor eius fiduciam propter vias dñi,]i.augmentũ spei ex suis operib' virtuosis, quæ erant viæ ad veram salutem, ac Deo placentes. Spes etẽm ex actib' bonis fouetur & crescit.[etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit.] Confortatus quippe in dño, non timuit in hoc offensam humanam. Sed his contrariari videt̃ illud 3. libri Reg. de Iosaphat: Veruntñ
3 Reg.22. excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat & adolebat incensum in excelsis, i.in locis sublimibus. Dici potest, q abstulit ea pro parte, & potissimùm abstulit excelsa & lucos quæ repperit, in quibus idololatria exercebatur: consuetudinẽ verò populi sacrificantis Deo in locis excelsis, non extirpauit in toto, [Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis, Benhail & Abdiam & Zachariam & Nathanael & Michæam, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas, Semeiam & Nathanaim & Zabadiam, Asel quoque & Semiramoth & Ionathan, Adoniamq; & Thobiam & Thobodoniam Leuitas, & cum eis Elisama & Ioram sacerdotes. Docebantq; populum in Iuda, habentes librum legis domini, & circumibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum. Itaque factus est pauor domini super omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iuda, nec audebant bellare contra Iosaphat, sed & Philisthæi Iosaphat munera deferebant & vectigal argenti. Arabes quoq; adducebant pecora arietum, 7. millia 700. & hircos totidem. Creuit ergo Iosaphat & magnificat' est vsq; in sublime, atque ædificauit in Iuda domos ad instar turrium, vrbesq; muratas, & multa opera patrauit in vrbibus Iuda. Viri quoq; bellatores & robusti erant in Hierusalem, quorum iste numerus per domos atq; familias singulorum. In Iuda princeps exercitus Ednas dux, & cum eo robustissimi viri 300. millia. Post hunc Iohanan princeps, & cum eo 280. millia. Post illum quoq; Amasias, filius Zechri consecratus dño, & cum eo 200. millia virorum fortium. Hunc sequebatur robustus ad prælia, Eliada, & cum eo tenentium arcum & clypeum, 200. millia. Post istũ etiam Iozabad, & cum eo 180. millia expeditorum militum. Hi omnes erãt ad manum regis, exceptis alijs quos posuerat in vrbibus muratis & in vniuerso Iuda.] Hîc recitatur qualiter misit quosdam sacerdotes atq; Leuitas, timoratosq; principes, qui pergebant de vrbe in vrbem ad populum instruendum in lege Dei, in quo patet magna bonitas & deuotio regis huius, qui non solùm legibus ciuilib' ac positiuis, sed etiam diuinis plebem suam instruxit, rexitq;. quo glorioso exemplo vtinam prælati & principes Christiani debitè ædificent, & quia rex iste tanto zelo dñm honorauit, Deus quoque glorificauit ipsum in tm̃, q Philisthæi ac Arabes dederunt ei vectigal ac munera, sicut habetur in textu, qui clarus est. Insupèr habuit copiosissimam pugnatorum militumq; numerositatẽ ordinatè distinctam. Erant aũt per quinque turmas distincti, sicut habetur in litera, & successiuè erant cum rege, imò & oẽs tempore
1.Reg.2. opportuno. Ecce qualiter Deus gloriosus & iustus glorificantes se glorificat, & vtiq; iustis, virtuosis atq; prudentibus regibus & principibus communiter melius succedit in cunctis, q̃ impijs & tyrannis, prout in libro de regimine regum S. Thomas pulchrè declarat.

¶ Expositio cap. 18. Fuit igitur Iosaphat diues & inclytus multùm.

Articulus XVIII.

3.Reg.22. HIstoria huius cap. refert, qualiter Iosaphat rex iuerit cum Achab rege Israel ad prælium contra Syriæ regem, [Fuit igitur Iosaphat diues & inclytus multùm] quia nõ solùm in tẽporalibus, sed & in supernaturalibus gratiæ donis ac meritis fuit abũdans & nobilis corde, p̃sertim magnanimis, vt condecet regem. [& affinitate]i.matrimoniali ppinquitate[cõiunctus est Achab]regi Israel, quia Athaliã filiam huius Achab accepit filio suo Ioram in coniugem,

gem,vt infrà scriptum est, [descenditq; post duos annos ad eum]putà ad Achab[in Samariam.]Tertij Regum 22.scriptum est,In anno tertio descendit,&c.Diciq; potest,quòd post aliquot annos initi cōnubij aut sponsalium inter Ioram atque Athaliam, Iosaphat sit profectus inuisere Achab tanquàm affinem.[Ad cuius aduentum mactauit Achab arietes & boues plurimos,ipsi & populo qui venerat cum eo, persuasitque illi vt asscenderet] secum[in Ramoth Galaad.] i. ipse Achab precibus & rationibus induxit regem Iosaphat, vt secum ascenderet versus vrbem nomine Ramoth,sitam in terra Galaad,ad obtinendum & recuperandum eam de manu regis Syrorum.[Dixitq; Achab rex Israel ad Iosaphat regem Iuda: Veni mecum in Ramoth Galaad.Cui ille respondit: Vt ego,& tu:sicut populus tuus, sic & populus meus:tecumque erimus in bello.Dixit Iosaphat ad regem Israel:Consule, obsecro, in præsentiarum sermonem domini. Congregauit igitur rex Israel prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos:In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus,an quiescere?At illi: Ascendite,inquiunt,& tradet eos Deus in manus regis. Dixitq; Iosaphat: Nunquid non est hic prophetes domini,vt ab illo etiam requiram?Et ait rex Israel ad Iosaphat:Est vir vnus à quo possumus quęrere domini voluntatem.Sed ego odi eum,quia non prophetat mihi bonum,sed malum omni tempore.Est autem Michæas filius Iemla. Dixitque ei Iosaphat: Ne loquaris rex hoc modo.Vocauit ergo rex Israel vnū de eunuchis, & dixit ei: Voca citò Michæam filium Iemla.Porrò rex Israel & Iosaphat rex Iuda,vterque sedebant in solio suo,vestiti cultu regio. Sedebant autem in area iuxta portam Samariæ,omnesque prophetæ vaticinabantur coram eis. Sedechias verò filius Chanana,fecit sibi cornua ferrea, & ait:Hæc dicit dominus: His ventilabis Syriam,donec conteras eam.Omnesque prophetæ similiter prophetabant,atque dicebant: Asscende in Ramoth Galaad, & prosperaberis,& tradet eos dominus in manus regis. Nuncius autem qui ierat ad vocandum Michæam, ait illi:En verba omnium prophetarū vno ore bona regi annunciant. Quæso ergo te, vt sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisque prospera.Cui respondit Michæas: Viuit dominus, quia quodcunque dixerit mihi Deus meus,hoc loquar.Venit ergo ad regem.Cui rex ait:Michęa,ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum,an quiescere?Cui ille respondit: Asscendite. Cuncta enim prospera euenient,& tradentur hostes in manus vestras.Dixitque rex:Iterum atque iterum te adiuro,vt mihi non loquaris,nisi quod verum est,in nomine domini. At ille ait: Vidi vniuersum Israel dispersum in montibus,sicut oues absque pastore.Et dixit dominus:Non habent isti dominos.Reuertatur vnusquisque in domum suam in pace.Et ait rex Israel ad Iosaphat: Nonne dixi tibi, quòd non prophetaret iste mihi quicquam boni,sed ea quæ mala sunt? At ille: Idcirco (ait) audite verbum domini.Vidi dominum sedentem in solio suo, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris.Et dixit dominus:Quis decipiet Achab regem Israel,vt ascendat & corruat in Ramoth Galaad?Cumque diceret vnus hoc modo,& alter alio, processit spiritus,& stetit coram domino,& ait:Ego decipiam eum.Cui dominus:In quo,inquit,decipies?At ille respondit:Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixitque dominus:Decipies,& præualebis.Egredere, & fac ita. Nunc igitur eccè dominus dedit spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, & dominus loquutus est de te mala.Accessit autem Sedechias filius Chanana,& percussit Micheæ maxillam, & ait: Per quam viam transiuit spiritus domini à me,vt loqueretur tibi? Dixitque Michæas; Tu ipse videbis in die illo,quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo tuo,vt abscondaris. Præcepit autem rex Israel,dicens:Tollite Michæam,& ducite eum ad Amon principem ciuitatis,& ad Ioas filium Amalec,& dicetis:Hæc dicit rex:Mittite hūc in carcerem,& date ei panis modicum,& aquæ pauxillum,donec reuertar in pace.Dixitq; Michæas: Si reuersus fueris in pace,non est dominus loquutus in me.Et ait:Audite omnes populi. Igitur asscenderunt rex Israel,& Iosaphat rex Iuda,in Ramoth Galaad.Dixitque rex Israel ad Iosaphat:Mutabo habitum,& sic ad pugnam vadam,tu autem induere vestibus tuis.Mutatoq; rex Israel habitu, venit ad bellum.Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus sui,dicens: Ne pugnetis contra minimum,aut contra maximum,nisi contra solum regem Israel.Itaq; cùm vidissent principes equitatus Iosaphat,dixerunt:Rex Israel est iste.Et circundederunt eum,dimicantes.At ille clamauit ad dominum,& auxiliatus est ei,atq; auertit eos ab illo. Cùm enim vidissent duces equitatus,quòd non esset rex Israel,relinquerunt eum.Accidit autem vt vnus è populo sagittam in incertum iaceret,& percuteret regem Israel inter ceruicem & scapulas. At ille aurigæ suo ait:Conuerte manum tuam,& educ me de acie,quia vulneratus sum. Et finita est pugna in die illo. Porrò rex Israel sedebat in curru suo contra Syros, vsq; ad vesperam, & mortuus est occidente sole.]Tota hæc histyria exposita est libro 3. Regum cap.22.

2. Para. 21.

¶ Expositio capituli deciminoni: Reuersus est autem Iosaphat rex Iuda in domum suam pacificè in Hierusalem.

Articulus XIX.

Consequenter narratur, qualiter post præfatum bellum Iosaphat se habuit. [Reuersus est autem Iosaphat rex Iuda in domum suam pacificè in Hierusalē.] quia Deo auxiliante euasit periculum. [Cui occurrit Iehu filius Hanani Videns] i. propheta. Tertio Reg. 16. fertur, ꝙ Baasa rex Israel interfecit Iehu filium Hanani prophetā, cùm increpatus fuisset ab illo, quod factum est adhuc regnante Asa, & inter Baasa & Achab fuerunt reges Israel, Ela & Zamri, & Amri, Achab verò fuit filius Amri: quomodò ergo Iehu fili' Anani occurrit, increpationéq; intulit Iosaphat regi, cùm longè anteà fuerit interfectus? Ad quod respondere videtur difficile, nisi fortè fuerint duo eiusdem nominis atq; officij, vel vnus fuerit resuscitat' à dño. [& ait ad eum: Impio præbes auxilium,] i. Achab idololatræ subuenisti, [& his qui oderunt dominum, amicitia iungeris:] hoc est, familiaritatem amicabilem & affinitatē inisti cū Achab & Iezabel atq; Athalia, pertinentibusq; ad eos. [& idcirco iram quidem dñi merebaris,] i. à Deo puniri meruisti & occidi in bello, [sed opera bona inuenta sunt in te, eo ꝙ abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres dñm Deum patrum tuorū.] i. propter ista & alia opera tua virtuosa quæ Deus cōspexit in te, misericorditer tibi pepercit. Verūtñ impios tenemur diligere, non inquantùm tales, sed inquantùm sunt homines felicitatis capaces, ad Dei imaginem facti, sed eorū familiaritas seu amicitia socialis vitanda est, nec subueniendum est eis in causa iniusta. Hanc aūt increpationem Iosaphat rex non solùm patientissimè tulit, sed etiam ex ea prouocatus est ad meliora. Vndè subiungitur: [Habitauit ergo Iosaphat in Hierusalem. Rursumq; egressus est ad populum de Bersabee vsq; ad mōtem Ephraim:] i. de vno regni sui extremo vsq; ad aliud, visitando, instruendoq; populum suum. Dicitur aūt ad illos exisse, vel per seipsum, quemadmodùm 4. Reg. 22. legitur de Iosia, vel per suos ministros, mittendo videlicet sacerdotes & Leuitas ac principes ad populum exhortandum, vt suprà est descriptum. [& reuocauit eos ad dñm Deum patrum suorū,] eos s. qui erāt auersi, ad pœnitentiam admonendo, & stantes, ad profectum trahendo. [Constituitq; iudices terræ] i. populi habitantis in terra, vel terrenarum ac minorum causarum, quia causæ maiores pertinebant ad iudices superiores, vt infrà inducitur. [in cunctis ciuitatibus Iuda munitis] i. regni sui, intelligendo per Iudam etiam Beniamin. [per singula loca,] i. in portis vrbium, sicut tunc moris erat, vt iudices inuenirentur in promptu in causis minoribus & humanis. [Et præcipiens iudicibus: Videte, ait, quid faciatis.] i. actus vestros, verba & sententias diligenter pensate, ne deuietis in aliquo. [Non em̄ hominis exercetis iudicium, sed domini,] i. in iudicando estis vicarij iudicis summi, sic & rex in regnādo, & à Deo authoritas ac potestas iudiciaria deriuatur, ita ꝙ Dei locum vicemq; suppletis. Ideò iudices, sicut & prīcipes, dij in scripturis vocantur, iuxta illud Exo. 20. D:js non detrahes. Et rursus: Dominus domus applicabitur ad deos. [& quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit.] i. si iustè iudicaueritis, habebitis præmium gloriosum à Deo: si iniustè, supplicium. [Sit timor dñi vobiscum.] i. filialis timor Dei iugiter cordibus vestris inhæreat. Timor nanq; retrahit à peccato, ideò valdè necessarius iudicibus, principibusq; consistit, qui nisi timuerint Deum, tanto faciliùs poterunt se iniustè habere, alijs quoq; nocere, quanto maior eis inest libertas, ampliorque potestas & maior peccandi occasio. [& cū diligentia cuncta facite.] i. prudenter, non præcipitanter, quia in iudicando multa sunt consideranda, & causa quæ ignoratur, est diligentissimè inuestiganda: & qui iudicat homines, debet perpendere, ꝙ ipse paulò pòst assistet tribunali altissimi, iudicandus ab illo. [Non est enim apud dñm Deum nostrum iniquitas,] iuxta illud Psal. 91. Quoniam rectus dñs Deus noster, & non est iniquitas in eo. Ipse etenim essentialiter sanctus est, omnisq; sanctitatis & æquitatis origo, causa & mēsura seu regula, iuxta quod Sapien. 12. scriptum est: Virt' tua domine, iustitiæ initium est. [nec personarum acceptio,] quia vnicuiq; secundū merita sua largitur, neq; alicui obligatur. Ideò Iob 34. asseritur: Absit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus em̄ hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet. [nec cupido munerum:] quia bonorum nostrorum non eget, & eius sunt omnia. Ideò iudices debent eum præcipuè formidare, tanq̄ iustissimè iudicandi ab eo, qui à veritate & æquitate nequaq̄ flexibilis est. Propter quod ait scriptura: Præbete aures vos qui continetis multitudines, quoniam data est vobis potestas à domino, q interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur. Citò & horrendè apparebit vobis, qm̄ iudicium durissimum in his qui præsunt, fiet. ¶ Præterea præceptū fuit à domino Deut. 17. vt in vrbe principali cultus diuini & sacrificiorum, constituerentur iudices principales, ad quos in grauiorib' ac maioribus causis ac casibus haberetur recursus. Scriptum est equidē Deut. 17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, surge & ascēde ad locum quem dominus elegerit, veniesq; ad sacerdotes, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Quoniam ergo Hierusalem fuit metropolis regni, in qua fuit templum sanctus rex Iosaphat statuit ibi iudices tales, sicut iam subditur: [In Hierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas & sacerdotes, & principes familiarum ex Israel] id est, aptiores ex familijs Leuitarū ac sacerdotum, ac maiores elegit

Gen. 1. 2.

2. Para. 17.

Psalm. 15.

2. Paral. 19.

Sapie. 6.

git ad tantum officium, [vt iudicium] verum & iustum, [& causam domini,] id est, id quod Deo complacitum est, & quæ causa sit rationabilis ac diuina, [indicarent habitatoribus eius, præcepitq; eis, dicens: Sic agetis in timore domini fideliter & corde perfecto. Omnem causam quę venerit ad vos, fratrum vestrorum qui habitant in vrbibus suis, & inter cognationem & cognationem, vbicunque quæstio est de lege,] id est, de aliquo pertinente ad legem diuinam, quantum ad testimonia seu credenda, [de mandato] id est, de aliquo casu pertinente ad præcepta moralia, [de cæremonijs] id est, de pceptis cæremonialibus, [de iustificationibus] id est, præceptis iudicialibus, per quæ inter homines conseruatur iustitia, [ostendite eis] veram solutioné, & quid placeat aut displiceat Deo, [vt non peccent in dominum, & ne veniat] hoc est, vt nó veniat, [ira] id est, vltio [Dei super vos] propter omissionem impletionis vestri officij, [& super fratres] id est, subditos [vestros] qui pares sunt vobis in natura, & similes in religione. Hinc scriptum est per Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirét de ore eius, quia angelus domini exercituum est. [Sic ergo agentes, non peccabitis. Amarias autem sacerdos] summus, [&] pro id est, [pontifex vester in his quę ad Deum pertinent, præsidebit,] in his scilicet quæ pontificale concernunt officiú, vt quærat oraculum Dei, atque ab ipso responsa recipiat, & ingrediatur in sancta sanctorum. In difficilimis quoq; discernat ac iudicet, maximè in credendis & in necessarijs ad salutem. [Porrò Zabadias filius Ismael, qui est dux in domo Iuda,] id est, princeps secularisq; iudex, [super ea opera erit quæ ad regis officiú pertinent:] id est, in causis ciuilibus erit vicarius regis, & iudex puniens reos. Vel sensus est, quòd ex parte authoritateque regis compescet & puniet illos, qui præfatorum iudicum senteńtijs obtemperare noluerint. Rex enim fuit absolutè supremus in populo in veteri lege. [Habetisque magistros Leuitas coram vobis. Confortamini & agite diligenter, & erit dominus vobiscum in bonis.] ¶Ecce ex isto capitulo commendatur nobis patientia, iustitia, charitas, sapientia, & zelus præferuidus boni cómunis sancti Iosaphat regis, quem prælati & principes in his debét virtutibus imitari, & per seipsos ac suos vicarios, informare, hortari, corripere, reformareque subditos, præcipuamque diligentiam adhibere circa officiatos ac iudices, admonendo eosdem iuxta præhabita, vt in cunctis timoratè, prudenter & iustè se habeant sine omni personarum acceptione & cupiditate. Quòd si contingat principem aut prælatum, quantumlibet magnum, aliquando à viro bono charitatiue & iuste increpari, non debet super hoc indignari, sed patienter suscipere, seque ad meliora extendere. Phil. 3.

¶Elucidatio capituli XX. Post hæc congregati sunt filij Moab & filij Ammon. Artic. 20.

Mira & magna victoria Iosaphat regi collata, iam describitur. [Post hæc congregati sunt filij Moab & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis] per istos de Ammonitis, intelliguntur hoc loco Idumæi, qui infrà in isto capitulo vocantur mons Seir, & vocantur hic Ammonitę. Vel, quia ex vna parte erát de plebe illa: vel, quia confœderati & associati eis fuerunt, aut eorum vexillis signati. Porrò Magister in histo. scribit, quòd Arabes erant. [ad Iosaphat] id est, contra eum. Nam adhuc longè erát ab eo, [vt pugnarent contra eum. Veneruntq; nuncij & indicauerunt Iosaphat] regi, [dicentes: Venit contra te multitudo magna de his locis, quæ trans mare] mortuum [sunt, & de Syria:] sicque fuerunt ibi & Syri. [& ecce consistunt in Hasason Thamar, quæ est Engaddi. Iosaphat autem timore perterritus, [primi etenim motus non possunt totaliter reprimi. Iosaphat tamen non diu mansit in illo timore quodammodo prædominante, sed spe & fortitudine mentis repressit eundem. nam subditur: [totum se contulit] id est, toto corde se recollegit & præparauit [ad rogandum dominum,] vt auxilietur suis cultoribus, [& prædicauit ieiunium in vniuerso Iuda.] id est, toti populo per nuncios iussit, vt ieiunarent ad impetrandum Dei auxilium. Nam & oratio adiuta ieiunio, volat in cælum: similiter eleemosynis multùm iuuatur, ita quòd eleemosyna atque ieiunium sunt duæ alæ orationis. [Congregatusque est Iudas] scilicet habitatores Hierusalem, aliarumque vrbium, [ad deprecandum dominum] in templo, cuius consecratio auxit orationis ibi factæ exaudibilitatem, quoniam & Salamoni Deus promiserat ꝙ orantium ibi vota audiret. [sed & omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrandum eum. Cumque stetisset Iosaphat in medio cœtu Iudæ & Hierusalem, in domo domini ante atrium nouum, ait: Domine Deus patrú nostrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis gentium] de iure, non tamen prorsus de facto. Non enim Deo obediunt omnia regna, & tamé omnipotétiæ eius subiecta sunt, & facit in omnibus, atque de omnibus quicquid ei placuerit, & ex seipso competit ei super omnia authoritas & potestas. [In manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam tibi potest resistere. Nónne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius, corá populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui, in sempiternum? Habitaueruntque in ea, & extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo, dicentes:] id est, patres nostri, videlicet Salamon & populus eius ædificauerunt in terra ista promissionis templum tuæ maiestati, in quo

Tob. 12.
3. Reg. 8.
2. Par. 7.
3. Reg. 8.
2. Paral. 6.

Salomon in persona omnium & pro omnibus exorauit. [Si irruerint super nos mala,] id est, aduersa vtpote [gladius iudicij, pestilentia & fames,] id est, tuo iudicio venire permissus aut missus aut iudicum armatura, seu per quem exercetur iudicij exequutio. Vnde Iob 19. habetur; Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium. Hinc Eze. 14. & Hier. 29. dominus nominat gladium inter quatuor iudicia sua pessima, id est, pœnalissima, quæ sunt, gladius, fames, pestis, & bestiæ. [stabimus coram domo hac] i. in atrijs templi, quæ erant in facie templi seu domus Dei, [in conspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum, & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos, saluosque facies. Nunc ecce filij Ammon & Moab & mons Seir,] id est, Idumæi habitantes in monte Seir, seu in terra Edom montosa, [per quos non concessisti filijs Israel vt transirent quando egrediebantur de Aegypto, sed declinauerunt ab eis, & non interfecerunt illos:] qualiter intelligendum sit hoc, patet ex dictis Deuter. 8. & Iudic. 12. Siquidem filij Israel transierunt ex latere per Idumæam, & per aliquam partem regnorum Moab & Ammon, prout Deu. 2. manifestè habetur, non tamen ad nocendum aut impugnandum, sed pertransierunt velociter, & declinauerunt ab eis pro posse, sicq; dicuntur non transisse per illos, i. per medium terræ ipsorum itinere consueto. [econtrariò agunt, & nituntur eijcere nos de possessione, quam tradidisti nobis Deus noster. Ergo non iudicabis eos?] id est, cùm sis iustus omnium iudex, tantam illorum impietatem dijudicabis & punies. [In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt
Psalm. 7. possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos.] Hoc mirum videtur, cum supra descripti sint principes & exercitus Iosaphat, ita quòd quinque erant principes illi, sub quo-
2. Par. 17. rum primo erant viri robustissimi trecenta millia, sub secundo ducenta octoginta millia, sub tertio ducenta millia, sub quarto totidem, sub quinto centum octoginta millia militum expeditorum, qui omnes erant ad manum regis, exceptis alijs quos posuerat in vrbibus muratis, & in vniuersa Iuda. sed forte hac vice non fuerant congregati, aut propter aduersariorum repentinum aduentum nequibant se aptè colligere & parare, vel aduersarij erant mirabiliter multi & fortes. [sed cum ignoremus quid agere debeamus] via humana, [hoc solùm habemus residui, vt oculos nostros] interiores [dirigamus ad te] id est, ad intuendum & inuocandum infinitam misericordiam tuam. Istud est in omni tentatione & angustia vnicũ, saluberrimumq; consilium. [Omnis verò Iuda stabat coram domino cum paruulis & vxoribus & liberis suis:] vt ex hoc dominus ampliùs ad misericordiam prouocaretur, quoniam mulieres & pueri ac puellæ sunt miserabiles personæ & pronæ ad fletum. Itemque: vt ex tanta orantium multitudine oratio exaudibilior fieret, iuxta illud 2. Cor. 1. Vt ex multarum personis facierũ eius, quæ in nobis est, donationis per multos gratiæ agantur pro nobis. Deindè narratur, qualiter pius dominus deuotissimum regem & populum eius afflictum, orationibus, ieiunijs, vigilijsque lassatum, citò consolari dignatus est. [Erat autem Iabaziel filius Zachariæ, filij Banaiæ, filij Iehiel, filij Mathaniæ Leuites, de filijs Asaph, super quem factus est spiritus dñi:] i. in cuius corde diffusa est à spiritu Dei reuelatio prophetalis, [in medio turbæ, & ait: Attendite omnis Iuda & q habitatis in Hierusalem, & tu rex Iosaphat, Hæc dicit dominus vobis: Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem. Non enim est vestra pugna, sed Dei,] i. Deus pugnabit pro vobis, quia & isti contra vos conuenerunt iniustè atque ad Dei iniuriam, cuius estis cultores, & moti sunt contra vos propter ea quæ Deus in patribus vestris
*Scis est operatus. [Cras descendetis contra eos. Ascensuri enim sunt per cliuum] i. montosum
*Sis ascensum, [nomine *Zis, & inuenietis illos in summitate torrentis, qui est contra solitudinẽ Ieruel. Non enim eritis vos q dimicabitis, sed tm̃modò confidenter state, & videbitis auxilium
2. Par. 17. dñi super vos. O Iuda & Hierusalem, nolite timere, nec paueatis. Cras egrediemini contra eos, & dñs erit vobiscum. Iosaphat ergo & Iuda, & oẽs habitatores Hierusalem ceciderunt proni in terram coram dño,] humilimè ei ac deuotissimè regratiantes, & ex zelo iustitiæ cõtra aduersarios laborantes. [& adorauerunt eum. Porrò Leuitæ de filijs Caath, & de filijs Chore, laudabant dñm Deũ Israel voce magna in excelsum,] psalmos canẽdo seu cantica sctã. [Cúq; manè surrexissent] Iosaphat & sui, [egressi sunt per desertũ Thecuæ. Profectisq; eis, stans Iosaphat in medio eorum, dixit: Audite me viri Iuda, & oẽs habitatores Hierusalem. Credite in dño Deo vestro, & securi eritis. Credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera.] ne vestra incredulitate ponatis obicẽ grẽ vobis promissæ. [Deditq; consiliũ populo, & statuit cantores dñi, vt laudarẽt eum in turmis suis,] i. ordinate distinxit & disposuit eos, sicut erãt à Dauid diuisi, vt vnaquæq; eorum turma Deũ laudaret, [& antecederent exercitum] tanq̃ speciales milites Dei ad communitatis tutelam, & vulgi propugnatores, spiritalibus armis tuẽtes eos q sequebantur. [ac voce consona dicerent: Confitemini dño quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Cumque cœpissent laudes canere,] i. Deum laudare, [vertit dñs insidias eorũ] vtpotè aduersariorum, [in semetipsos, filiorum scilicet Ammõ & Moab, & mõtis Seir, qui egressi fuerant, vt pugnarẽt cõtra Idã, & percussi sunt,] ita q sibi inuicẽ fecerũt q popu-

populo Iudæorum facere decreuerunt.[Nam filij Ammon & Moab]tanquam mutuo propinquiores,[consurrexerunt aduersus habitatores montis Seir, vt interficerent & delerent eós. Cumq; hoc opere perpetrassent, etiã in semetipsos versi] videlicet Moabitæ in Ammonitas, [mutuis concidere vulneribus:]sicq; dominus miscuit in his spiritum vertiginis & furoris, inquietudinem conuentionis & litis, sic ꝙ contra se inuicèm corrixari ac superbire ac insanire cœperunt, quod Deo permittente per angelos malos creditur factum. [Porrò Iuda cùm venisset ad speluncam, quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus, nec superesse quenquam, qui necem potuisset euadere. Venit ergo Iosaphat, & omnis populus cum eo, ad detrahenda spolia mortuorum. Inueneruntque inter cadauera variam suppellectilem, vestes quoq; & vasa preciosissima, & diripuerunt, ita vt omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre, præ prædæ magnitudine. Die autem quarto congregati sunt in valle benedictionis. Etenim(quantum ibi benedixerunt domino) vocauerunt locum illum vallis benedictionis, vsq; in præsentem diem. Reuersusq; est omnis vir Iuda, & habitatores Hierusalem, & Iosaphat ante eos in Hierusalem cum lætitia magna, eo quod dedisset eis dominus gaudium de inimicis suis. Ingressiq; sunt in Hierusalem cum psalterijs, & citharis, & tubis in domum domini. Irruit autem pauor domini super vniuersa regna terrarum,]i. habitatores regnorum vndiq; situatorum, perterriti sunt, & Deum Israel seruili quodam timore formidare cœperunt,[cùm audissent quod pugnasset dñs contra inimicos Israel,]i. ꝙ illos taliter prostrauisset, propter quod non audebant regem Iosaphat impugnare. [Quieuitq; regnum Iosaphat, & præbuit ei dñs pacem per circumitum. Regnauit igitur Iosaphat super Iudam, & erat trigintaquinq; annorum cùm regnare cœpisset. Viginti aũt & quinq; annis regnauit in Hierusalem, & nomen matris eius Azuba filia Selachi. Et ambulauit in via patris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciens quæ placita erant coram domino.] Per hoc iustitia Asa regis euidenter insinuatur, eo quod hoc commemoretur pro præcipuo filij sui, s. Iosaphat regis, præconio, ꝙ secutus est opera patris sui Asa. [Veruntamen excelsa non abstulit.]quod qualiter intelligendum sit, in expositione superiorum est expressum. [& adhuc populus non direxerat cor suum ad dñm Deum patrum suorum.]Iam habitum est suprà in diuersis capitulis de grandi Iudæorum deuotione ad Deum sub Asa & Iosaphat, sub q̃bus percusserunt fœdus cum domino, & in toto corde suo domino iurauerũt, eumq; inuenerunt. Deinde per ieiunia & orationes, per laudes, sacrificia & gratiarum actiones erexerunt corda sua ad dñm. Quomodo ergo nunc dicitur, quod populus adhuc non direxit cor suum ad dominum? Respondetur ꝙ hoc dicitur ad insinuandum quandam eorum imperfectionem, ita ꝙ non direxerunt cor suum ad Deum stabiliter & perfectè, qm̃ multi ex eis adhuc contra legis præceptum obtulerunt sacrificia Deo alibi quàm in templo. Videntur tamen quadam dispensatione seu permissione in hoc ipso excusari à culpa mortali. Nam multi iusti reges permiserunt hoc fieri, quia à diebus Iudicum & Dauid ac Salomonis erant assuefacti in hoc. [Reliqua autem gestorum Iosaphat, priorum & nouissimorum, scripta sunt in libris Iehu filij Hanani, quæ digessit in libro Regum Israel. Post hæc inijt amicitias Iosaphat rex Iuda, cũ Ochozia rege Israel]fratre vxoris filij sui, scilicet Ioram,[cuius opera fuerunt impijssima, & particeps fuit, vt facerent naues quæ irent in Tharsis. Feceruntq; classem in Asiongaber.]Sicque quemadmodum Asa circa finem vitæ suæ in quibusdam excessit, ita & Iosaphat, minùs tamen quàm Asa. Puniuit quoq; dominus culpam hanc Iosaphat per hoc, ꝙ naues eius quas misit pro auro seu alijs rebus preciosis in Tharsis & in Asiõgaber, i. in mare & in locum illum iuxta mare rubrum, contritæ sunt: & appáret, ꝙ classes Ochoziæ ibant cũ classibus Iosaphat. [Prophetauit aũt Eliezer filius Dodan de Maresa, ad Iosaphat dicens: Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit dñs opera tua, contritæq; sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.] Moraliter ex isto cap. instruuntur Christiani, qualiter in omni tam corporali q̃ spiritali conflictu, eis vel à visibilibus aut ab inuisibilibus hostibus imminente, debeant se habere. Nempe principes pugna corporali eis instante, nõ debẽt immoderatè timere, sed se totos ad dñm exorandum conferre, in ipso confidere, subditos suos per se & spiritales viros hortari, vt vitã suam in cunctis emendent, orationibus & ieiunijs vacẽt. Specialiter verò à religiosis & clero debent orationum & Missarum postulare suffragia, & ordinare vt psalteria & litaniæ legantur. Missæ celebrentur quàm plurimæ, processionesq; fiant. Quòd si viderint aduersarios suos existere fortiores, cum omni humilitate fateantur, dicentes: In nobis ô domine non est tãta fortitudo, vt possimus multitudini super nos irruenti resistere: sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solùm habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. ¶Deniq; in spiritali conflictu constitutis contra inuisibiles imimicos nobis callidiores, fortiores ac plures, istud potissimè est dicendum, præsertim dum acriter impugnamur, tuncque cum omni fiducia & feruore clamemus ad dominum, eius inuocantes auxilium incessanter. Postremò, omnia hæc sunt specialiter Christianis contra infideles præliaturis, agenda.

Esaiæ 19.
2. Par. 17.
2. Para. 11.
2. Par. 16.
2. Par. 17.
2. Para. 19.

Cætera huius cap. verba hîc non exposita, aut penitùs plana sunt, aut 4. Reg. libro sunt elucidata. Eccè ex isto docemur cap. quam secreta & metuenda sint Dei iudicia, & quod nemo potest de parentum suorum electione aut sanctitate præsumere, quoniam optimus ille rex Iosaphat, tam sceleratissimum ac reprobissimum habuit filium. ¶Insupèr constat ex dictis, qualiter diuina iustitia quædam scelera ob nimiam eorum enormitatem punire incipiat in præsenti, & posteà puniat ea in sempiternum. Iterum innotescit ex his, qualiter sanctus & iustus Deus omnipotens interdum priuet reprobos in præsenti optato fine, atque cupito malignitatis eorum effectu. Siquidem crudelissimus & penitùs inhumanus iste Ioram, regno non contentus, proprios fratres peremit, vt ciuitates & opes eis collatas acquireret; & ecce priuatus est subitò proprio regno, omniq́ue prosperitate & sanitate ac vita. 4. Reg. 15.

¶Expositio cap. 22. Constituerunt autem habitatores Hierusalem Ochoziam filium eius minimum, regem pro eo. Art. 22.

SEquitur historia de Ochozia filio Ioram regis Iuda, estq́; litera hui⁹ cap. lib. 4. Reg. penè tota exposita. [Constituerunt aũt habitatores Hierusalem Ochoziam filiũ eius] i. ipsius Iorã [minimũ] i. iunioreẽ [regem ꝓ eo.] Cęteri eñ, vt dictũ est, erant occisi. [Oẽs eñ maiores natu: qui ante eum fuerant, interfecerunt latrones Arabũ, qui irruerãt in castra. Regnauitq́; Ochozias filius Ioram regis Iuda. Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Hierusalem:] qm̃ primo año regni sui fuit à Iehu occisus, sed oritur dubiũ, qualiter Ochozias poterat esse quadragintaduorũ annorũ, dum cœpit regnare, cùm 4. Reg. lib. ac ꝓcedenti dicatur cap. ꝙ Ioram pater ei⁹ trigintaduorũ erat annorum, dũ cœpit regnare, & octo annis regnauit, sicq́; quadragenarius obijt. Rursus 4. Reg. lib. asseritur, ꝙ Ochozias regnare exorsus est, dum erat annorum vigintiduorum. Ad hoc expositores rñdent, ꝙ teste Hieronymo, Ioram regnauit annis vigintiocto, sed octo anni cõputantur in numero, quia tot annis ꝑfuit benè: cæteri omittunť, quia in eis idololatriæ deseruiuit, iuxta quẽ sensum dicit Saul duobus annis regnasse. Itaq; viginti anni quib⁹ Iorã regnauit inìquè, qui 4. Reg. tacentur, hoc loco nectuntur annis vitæ filij eius, [& nomẽ matris ei⁹ Athalia, filia Amri. Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab. Mater eñ eius impulit eum, vt impiè ageret,] hoc est, Athalia filium suũ Ochoziam vehemẽter instigauit & traxit ad idololatriam. [Fecit ergo malũ in cõspectu dñi, sicut domus Achab] aui sui. [Ipsi eñ] qui erant de genere & familia Achab, [fuerunt ei] s. Ochoziæ [consiliarij post mortẽ patris sui in interitũ eius, ambulauitq́: in cõsilijs eorũ.] Ex eorum ergo iniquo cõsilio tam dirè excessit, ꝙ meruit corporaliter occidi, æternaliter damnari, & ita ex illorum consilio incurrit triplicem mortẽ, videlicet mortẽ culpæ mortalis, & corporalis occisionis, atq; miseriæ infernalis. [& perrexit cũ Ioram filio Achab, rege Israel, in bellum contra Hasael regem Syriæ, in Ramoth Galaad, vulnerauerunt q́; Syri Ioram. Qui reuersus est, vt curaretur in Iezrael. Multas eñ plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Iorã, rex Iuda, descẽdit, vt inuiseret Ioram] fratrem matris suæ, [filium Achab in Iezrael ægrotantem. Voluntatis quippe Dei fuit aduersus Ochoziam, hoc est, in eius iustum interitũ, [vt veniret ad Ioram,] vt scilicet simul cũ ipso Ioram occiderẽť à Iehu, [& cùm venisset, & egrederetur cum eo,] putà cũ Ioram [aduersum Iehu filium Namsi,] hoc est, in ipsius occursum, nõ tamen intentione pugnandi cõtra eum, [quem] Iehu [vnxit dns] i. per vnum ex discipulis Helisei, fecit vngi in regem, [vt deleret domum] i. posteritatem [Achab] de cuius semine fuit & Ochozias, ideò dominus voluit eum occidi à Iehu. [Cùm ergo euerteret Iehu domum Achab,] Interficiendo eius progeniem, [inuenit principes Iuda,] qui erãt ministri Ochoziæ, [& filios fratrum Ochoziæ.] Nam fratres Ochoziæ, quanuis fuerunt occisi, filij tamen eorum manserunt superstites, [qui ministrabant ei,] scilicet patruo regi Ochoziæ, [& interfecit illos,] prout quarto Regum libro legitur. [Ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria, adductumq́: ad se, occidit.] Istud videtur contrariari historiæ 4. Reg. lib. capit. 10. in quo legitur: Ochozias autem rex Iuda, videns hoc, fugit per viam domus horti, persequutusq́; est eũ Iehu, & ait: Etiam hunc percutite in curru suo, & percusserunt eum in ascensu Gaber. Ad hoc respondetur, quòd Ochozias conspiciens, qualiter Ioram occidebatur à Iehu, fugit in vrbem Iezrael, interim quòd Iehu cum suis fuit occupat⁹ circa Ioram, & corporis sui proiectionem in agrum Naboth. Audiens autem, quòd Iehu veniret ad Iezrael, fugit indè in vrbem Samariæ fortem, & ibi Iehu per suos satellites reperit eum, quem iussit sibi adduci, adductumq́ue ad se, occidit. Tamen vt quarto Regum, cap. 9. habetur. non statim occidit eum totaliter, sed In ascensu Gaber vulnerauit lœtaliter, & indè Ochozias fugit in Mageddo, obijtq́; ibidèm. [Et sepelierunt eum] non ipse Iehu & serui sui, sed ministri Ochoziæ tulerunt corpus eius in Hierusalèm, & sepelierunt in ciuitate Dauid. [eo quòd esset fili⁹ Iosaphat, qui quæsierat dominum in corde suo.] Quæ autem hîc sequuntur, exposita sunt libro quarto Regum. [Nec erat vltrà spes aliqua, vt de stirpe quis regnaret Ochozię. Siquidẽ Athalia mater eius videns

Marginalia: 4. Reg. 8. — 2. Para. 21. — 4. Reg 9. — 4. Reg. 8. — 2. Paral. 21. — 4. Reg. 8. — Hieron. — 4. Reg. 8. — 4. Re. 11. 9. — 4. Reg. 10. — 4. Reg. 9. — Ibidem. — Ibidem. — 4. Reg 11.

dens, quòd mortuus esset filius suus, surrexit & interfecit omnem stirpem regiam domus Ioram. Porrò Iosabeth filia regis, tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorũ regis cùm interficerentur, absconditq; eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum. Iosabath autem quæ absconderat eum, erat filia regis Ioram, vxor Ioiadę pontificis, soror Ochoziæ: & idcircò Athalia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.

¶ Expositio cap. 23. Anno aũt septimo cõfortatus Ioiada, assumpsit centuriones. Art. 23.

CONsequenter in præsenti capitulo recitatur, qualiter Ioas filius Ochoziæ institutus sit rex, & Athalia interfecta, cultusq; Dei reparatus in templo. [Anno autem septimo confortatus Ioiada, assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium Hieroboam, & Ismael filium Iohanan, Azariam quoque filium Obed, & Maasiam filium Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri, & inijt cum eis fœdus. Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Israel, veneruntque in Hierusalem. Inijt ergo omnis multitudo pactum in domo domini cum rege. Dixitq; ad eos Ioiada: Eccè filius regis regnabit, sicut locutus est dominus super filios Dauid. Iste est ergo sermo quẽ facietis: Tertia pars vęstrûm, qui veniunt ad sabbatum, sacerdotum & Leuitarum & ianitorum, erit in portis: tertia verò pars ad domum regis, & tertia ad portam quæ appellatur fundamenti. Omne verò reliquum vulgus sit in atrijs domus domini, nec quispiam alius ingrediatur domum domini, nisi sacerdotes & qui ministrant de Leuitis. Ipsi tantummodò ingrediantur, quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias domini. Leuitæ autem circũdent regem, habentes singuli arma sua: & si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur: sintq; cum rege & intrante & egrediente. Fecerunt ergo Leuitę & vniuersus Iuda, iuxta omnia quæ prę ceperat Ioiada pontifex. Et assumpserunt singuli viros, qui sub se erant, & veniebant per ordinem sabbati, cum his qui iam impleuerant sabbatum, & egressuri erant. Siquidem Ioiada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueuerant. Deditque Ioiada sacerdos centurionibus lanceas, clypeosque & peltas regis Dauid, quas consecrauerat in domo domini. Constituitque omnem populum tenẽtium pugiones, à parte templi dextera, vsq; ad partem templi sinistram, coram altari & templo, per circuitum regis, & eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema & testimonium, dederuntq; in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum regem, vnxit quoq; illum Ioiada pontifex & filij eius, imprecatiq; sunt ei atq; dixerunt. Viuat rex. Quod cùm audisset Athalia, vocem scilicet currentium, atque laudantium regem, ingressa est ad populum in templum domini. Cumq; vidisset regem, stantem super gradum in introitu, & principes turmasque circa eum, omnemq; populum terræ gaudentem atq; clangentem tubis, & diuersi generis organis concinentem, vocemq; laudantium, scidit vestimenta sua, & ait: Insidiæ insidiæ. Egressus autem Ioiada pontifex ad centuriones & principes exercitus, dixit eis. Educite illam extra septa templi, & interficiatur foris gladio. Præcepitq; sacerdos, ne occideretur in domo domini. Et imposuerunt ceruicibus eius manus. Cumq; intrasset portam equorum domus regis, interfecerunt eam ibì. Pepigit autem Ioiada fœdus inter se, vniuersumq; populum & regem, vt esset populus domini. Itaq; ingressus est omnis populus domum Baal, & destruxerunt eam: & altaria ac simulacra illius confregerunt. Mathan quoq; sacerdotẽ Baal interfecerũt ante aras.]

4. Reg. 11. Totus huius historiæ sensus, scriptus est atq; expositus 4. Reg. lib. Nam & verba pauca quæ hic adduntur, ibì inserta fuerunt atq; explanata. Hic tamen inter cætera adiungitur: [Constituit autem Ioiada præpositos in domo domini, vt sub manibus sacerdotum & Leuitarum, quos distribuit Dauid in domo domini, offerrent holocausta domino, sicut scriptum est in lege Mosis, in gaudio & canticis iuxta dispositionem Dauid.] Præpositus domus Dei, solet pontifex accipi: sed ita non sumuntur hoc loco isti præpositi, sed potiùs possunt intelligi 24. præcipui sacerdotes post pontificem, quos Dauid instituit, & successiuè ministrabãt ac sacrificabant in tẽplo cũ sacerdotibus & Leuitis, cantoribus & ianitorib' sibi subiectis, ꝓut suprà
1. Para. 24. 1. lib. expositum est, & quãdo sacrificabant, Leuitæ & cantores psalmos canebant cũ gaudio spiritali, sicut hîc tangitur: Offerebant autem præpositi illi sub manibus, i. simul per ministeria sacerdotum ac Leuitarum. [Constituit quoq; ianitores in portis domus dñi, vt non ingrederet eam immundus in omni re. Assumpsitq; centuriones & fortissimos viros, ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descẽdere regem de domo dñi, & introire per medium portæ superioris, in domum regis, & collocauerunt eum in solio regali. Lætatusq; est omnis populus terræ, & vrbs quieuit. Porrò Athalia interfecta est gladio.]

¶ Expositio cap. 24. Septem annorum erat Ioas cùm regnare cœpisset &c. Art. 24.

SCriptura hoc loco enarrat, qualiter Ioas in principio regni sui, & deiceps ꝑ lõgum tẽpus benè se habuit in suo regimine circa Deũ & populũ, & qualiter tandẽ inciderit vitia magna atq; ꝓptereà pœnas aduersitatesq; maximas. ¶ Porrò prima pars hui' capituli, exposita est

quasi

quasi tota lib.4.Reg.[Septem annorum erat Ioas cum regnare cœpisset.] Nec erat ætas illa sufficiens ad regnandum,cùm scriptum sit: Væ terræ cuius rex puer est:sed necessitate vrgente,sapientissimus pontifex Ioiadà vnxit puerum illum in regem, vt finis imponeretur pessimo regimini detestandæ Athaliæ,& quoniam Ioiada erat sufficientissimus defectus pueri illius supplere,& eum in cunctis dirigere.[& quadraginta annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Sebea,de Bersabee.Fecitq; quod bonum est coram domino, cũctis diebus Ioiadæ sacerdotis. Accepit autem ei Ioiada vxores duas,è quibus genuit filios & filias.]Accepit ergo ei tunc Ioiada pater eius vxores duas,quod vtiq; tunc licitum erat, imò multi præcedentium regum habuerunt valdè plures,quod quoniam multis fuit ruinæ occasio, voluit pontifex virtuosus,vt Ioas contentus esset duabus vxoribus.[Post quæ placuit]regi[Ioas, vt instauraret domum domini.]i.ruinas & fracturas templi repararet.[Cõgregauitq; sacerdotes & Leuitas,& dixit eis:Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israel pecuniam,]i.de quolibet capite seu patrefamilias,vel de quolibet viro apto ad bellum,qui s.sit ad minùs viginti annorum,accipite medium siclum,prout fieri debuit,quando populus numerabatur,vt in libro Exodi legitur.[ad sartatecta templi Dei vestri]reparanda, hoc est, ad reformandum ea quæ in tecto templi,aut alijs eius partibus erant corrupta aut lapsa.Quod autem subiungitur,[per singulos annos,]ad vtrũque potest referri,vt scilicet vel talis collectio pecuniarum,vel talis instauratio ruinarum,fieret omni tẽpore opportuno. [festinatoq; hoc facite.Porrò Leuitæ egerunt negligentiùs.]i.hi quib9 commissa fuit illa collectio, pigrè executi sunt regis præceptum.[Vocauitq; rex Iuda Ioiadam principem] sacerdotum. [& dixit ei:Quare non fuit tibi curæ,vt cogeres]i.corripiẽdo & corrigendo diligẽter induceres,[Leuitas inferre de Iuda & de Hierusalem pecuniam,quæ constituta est à Mose seruo domini:] i.de habitatoribus Hierusalem cæterarumq; vrbium regni mei leuare præfatum medium siclum à quolibet viro,put in Exodo iussum est,[vt inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonij]i.vnusquisq; de populo, cõportaret partem suam ad tẽplum in atriũ eius.¶Deniq; quæ sequuntur,possunt esse vel verba regis Ioas, assignãtis causam suæ increpationis,vel verba authoris huius voluminis,insinuãtis cur necesse fuit pecuniã colligi.[Athalia enĩ impijssima]in Deum,cuius cultum destruxit,& in proximum. Nam regnandi libidine filios filij sui puerulos trucidauit,& ita secuta est Iezabel matrem suam,[& filij eius.]Naturales filij Athaliæ,fratres Ochoziæ, oẽs fuerunt occisi à latrunculis Arabum, iuxta præhabita suprà.Idcircò per filios Athaliæ, intelligũtur vel eius cognati ex parte Achab & Iezabel, vel hi quos ad idololatriam traxit,vel vt aliqui dicũt,Sacerdotes Baal quos nutriuit vt filios. [destruxerunt domum Dei,]i.templũ illud non conseruando, nec eius ruinas reintegrãdo. [& de vniuersis quæ sanctificata fuerant in domo]i.tẽplo[dñi,]i.de vasis sacris & ornamentis,& pecunijs in templo oblatis,[ornauerunt phanum Baalim:]i.templum Baal. [Præcepit ergo rex,& fecerunt arcam]i.repositorium oblationum, [posueruntq; eam iuxta portã dñi forinsecùs.]i.in atrio iuxta ianuam eius,iuxta altare holocausti. Hoc est quod 4.Regum lib. fertur: Tulit Ioiada pontifex gazophylacium vnum,aperuitq; foramen vnum desupèr,& posuit illud iuxta altare,ad dexteram ingredientium domum domini.[Et prædicatum est in Iuda & in Hierusalem,]i.per sacerdotes seu Leuitas denunciatum per totum regnum, [vt deferrent singuli]viri[precium domino,quod constituit Moses seruus Dei sup omnem Israel in deserto]s.medium sicli,quod vocabatur precium pro redemptione animæ: qm̃ non misit dominus plagam in populum,quando in sua numeratione soluit vnusquisque vir hoc argentum iuxta legis præceptum,sicque facta est copiosissima pecuniarum oblatio ad vsum templi præfatum.[Lætatique sunt cuncti principes & omnis populus, & ingressi, contulerunt in arcam domini,atque miserunt ita vt impleretur,Cumq; tempus esset vt deferrent arcam coram rege per manus Leuitarum,(videbant enim multam pecuniam)ingrediebatur scriba regis,& quem primus sacerdos constituerat,effundebantq; pecuniam,quæ erat in arca. Porrò arcam reportabant ad locum suum. Sicq; faciebant per singulos dies. Et congregata est infinita pecunia,quam dederunt rex & Ioiada his qui præerant operibus domus dñi. At illi conducebant ex ea cæsores lapidum,& artifices operum singulorũ, vt instaurarent domum dñi, fabros quoq; ferri & æris, vt quod cadere cœperat,fulciretur. Egeruntq; hi,qui operabant̃] i.artifices [industriè,] i. prudenter, [& obducebatur parietum cicatrix per manus eorum,] hoc est,parietum seu murorum templi læsiore formabatur.[ac suscitauerunt domum dñi ad statum pristinum,]benè reparando eandem,[& firmiter eam stare fecerunt. Cumq; cõplessent omnia opera]quæ in templi reparatione necessaria erant, [detulerunt coram rege & Ioiada reliquam partem pecuniæ]quæ fuit residua.[De qua facta sunt vasa templi, in ministerium ad holocausta,phialæ quoque & cætera vasa aurea & argentea,] hoc est,materiæ holocaustorũ emptæ,vel altare holocausti reparatum.Nec istud obuiat his quæ quarto Regum libro scripta sunt; Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ tẽpli domini & fuscinu-

[Margin notes: 4. Reg.11. — Eccle.10. — 4.Reg.12. — Ibidem. — Exod. 30. — Exod 30. — 4. Re.11.12. — 3.Reg.16. 19.21. — 2. Paral.14. — 2.Reg 12. — Exod. 30. — 4.Reg. 12.]

læ,

læ, quia hoc ſicut ibidèm innuitur, intelligendum eſt, ꝙ pecunia illa non fuit oblata ad talem vſum, nec durante tẽpli reparatione, fiebant illa ex ipſa pecunia. [Et offerebant holocauſta in domo dñi iugiter cunctis diebus Ioiadæ. Senuit autem Ioiada] ſenectute ſancta, [plenus dierũ,]i. fructibus & meritis operũ virtuoſorũ, quæ multis diebus exercuit, [& mortuus eſt cùm eſſet centum & triginta annorum.] Circa hoc in Scholaſt. fertur hiſt. Ioiada ſacerdos ſo-

Pet Co. hi. lib. 4 Reg. cap. 17. Deuter. 34.

lus legitur poſt Moſen centum triginta annis vixiſſe. Sed aduertendum, ꝙ Moſes legitur vixiſſe annis centum viginti, non centum triginta. Multi quoq; poſt Moſen vixerunt plus quàm annis centum triginta. [Sepelieruntq́; eum in ciuitate Dauid cum regibus, eo ꝙ feciſſet bonum cum Iſrael] & cum Dauid, [& cum domo eius,]i. propter excellentias ſuarum virtutum & beneficentiarum, quas impendit toti regno, & ſpecialiter poſteris Dauid, ad quos regnum Dauid reduxit. Poſtq̃ autem obijt Ioiada, ingreſsi ſunt principes Iuda, & adorauerunt regẽ.] principes iſti fuerunt iniqui, & diabolica tentatione faciliter victi, ita quòd idololatræ fieri cupiebant, ꝙ ſine regis conſenſu facere non audentes, exhibuerunt honorem diuinum, atq; vt fertur, blandiebantur ei, dicentes ac perſuadentes, ꝙ dignus eſſet tali honore, eo ꝙ in infantia ſua fuiſſet conſeruatus & enutritus in templo ſex annis, quod non contigiſſet, niſi diuinum quid fuiſſet in eo, q̃m alijs quàm ſacerdotibus nõ licuiſſet ſine periculo ingredi in ip-

4. Reg. 11.

ſum Dei templum vltra atrium ſine periculo per momentum. [Qui delinitus eorum obſequijs,]i. vitiosè emollitus à virtutum conſtantia & ſoliditate iuſtitiæ, ſacrilego illorũ honorem ſibi exhibito, [acquieuit eis] ad idololatriam exercendam, & ita videtur fuiſſe occultè ſuperbus, ſeu à ſtabili fundamento virtutum & gratiæ alienus, quia tã citò & facilè eſt deceptus, tamq́; enormiter lapſus. [Et dereliquerũt templum dñi Dei patrum ſuorũ, ſeruierũtq́; lucis & ſculptibilibus. Et facta eſt ira dñi contra Iudam & Hieruſalem, propter hoc peccatũ. Mittebatq́; eis prophetas, vt reuerterentur ad dñm, quos proteſtantes illi audire nolebant. Spiritus itaq; Dei induit Zachariam, filium Ioiadæ ſacerdotem] ſummum, i. ſpiritusſanctus aſſumpſit ſibi perſonam hanc elegantem, ad vtendum eo tanq̃ inſtrumento, ad loquendum

2. Para. 23.

per eum, [& ſtetit in conſpectu populi,]i. in templo coram rege & principibus ac frequentia populi, [& dixit eis: Hæc dicit dñs Deus: Quare transgredimini pręceptũ dñi,]idololatriam prohibentis, [quod vobis non proderit, & dereliquiſtis dñm vt derelinqueret vos? Qui congregati aduerſus eum, miſerunt lapides] i. Zachariam lapidauerunt, [iuxta regis imperiũ in atrijs domus dñi,]videlicet inter templum & altare holocauſtorum. [Et non eſt recordatus

Hieron. li. 4 ſuper Matthęum cap. 23.

Ioas rex miſericordiæ, quã fecerat Ioiada pater illius] vtpotè Zachariæ, [ſecum,] prout præcedenti capitulo eſt deſcriptum, [ſed interfecit filium ei9] crudeliſsima & iniuſtiſsima morte. [Qui cum moreretur, ait: Videat dominus, & requirat.]i. tantam iniuſtitiã veſtram in me, oſtendat ſe cognoſcere per debitam vltionem, quod zelo iuſtitiæ, non liuore vindictæ, ſanctus martyr ille locutus eſt, præſertìm q̃m tantam Dei iniuriam in idololatria illa, non potuit æquanimiter ſuſtinere. Iſte eſt Zacharias, ſecundum Hieronymum, de quo in Euangelio loquitur Chriſtus: Ex illo tempore, vt Epiphanius ait, non accepit populus Iudæorum reſponſum diuinum manifeſtè, nec ex Dabir, neq; ex Ephod, vt antè. Porrò Dabir, ſecundum Ioſephum, fuit gemma quadra, duorum digitorum magnitudinem habens, in medio rationali inter alias gemmas ſita. cuius radius, mutatioq́; coloris, ſignum erat diuinæ propiciationis & ſubuentionis ſeu exauditionis. Conſequenter narratur, quàm citò & copiosè oratio ſeu potiùs propheta Zachariæ contra Ioas ac populum ſit impleta. [Cumq́; euolutus eſſet annus, aſcendit contra eum exercitus Syriæ:]& tractauerunt eum ac principes eius & populum, ſicut in textu, qui planus eſt, recitatur. [venitq́; in Iudam & Hieruſalem, & interfecit cunctos principes populi, atq; vniuerſam prædam miſerunt regi in Damaſcum. Et certè cùm permodicus veniſſet numerus Syrorum, tradidit dñs in manibus eorũ infinitam multitudinem, eo ꝙ dereliquiſſent dñm Deum patrũ ſuorum. In Ioas quoq; ignominioſa exercuere iudicia. Et abeuntes, dimiſerunt eum in languoribus magnis] i. eum irreuerenter turpiterq́; tractauerunt ac grauiter afflixerũt, quatenùs qui ſibi diuinos permiſit exhiberi honores, tam viliſsimè ac beſtialiter tractaretur. [Surrexerunt aũt contra eum ſerui ſui in vltionem ſanguinis Zachariæ filij Ioiadæ ſacerdotis, & occiderunt eum in lectulo ſuo, & mortuus eſt. Sepelieruntq́ue eum in ciuitate Dauid, ſed non in ſepulchris regum. Inſidiati verò ſunt ei Zachar filius Samaath Ammonitidis, & Ioſab ad fili9 Semarith Moabitidis. Porrò filij eius, ac ſumma pecuniæ, quę adunata fuerat ſub eo] in præfata oblatione, [& inſtauratio domus Dei, ſcripta ſunt diligentiùs in libris Regum.] In libro Regum quem habemus, non fit mentio, niſi de vno filio Ioas,

4. Reg. 14.

ſcilicet Amaſia, nec ſumma illa ibì taxatur. Idcircò per librum Regum hìc allegatum, intelligendus putatur aliquis liber, in quo facta huius Ioas & aliorum quorundam Regum Iuda ab aliquo propheta fuerunt conſcripta, qui liber non inuenitur. Siquidem liber Regum quam habemus, ex multis huiuſmodi libris eſt compilatus, vt magiſter in hiſtorijs tangit, qui etiam addit, quod omnes filij Zachariæ cum eo lapidati fuerunt, præter vnum qui & pòſt voca-

tus est Zacharias. ¶ Moraliter ex isto capitulo informamur, quàm necessarium sit perseuerare vsque in finem, seq; in vera & stabili humilitate fundare, & esse iugiter timoratum. Siquidem Ioas iste qui multis annis tam iustè vixit, & tanti erat feruoris, quod tam pótificem virtuosum, quàm sacerdotes ac Leuitas de eorum negligentia increpauit, ac circa templi instaurationem fuit tam studiosus, paulopòst ad tam enormissima lapsus est scelera, nec acquieuit prophetis, & iustum pontificem, cui tam gratus existere tenebatur, crudelissima morte peremit, eo quod iustè & piè corriperetur ab illo. Videamus ergo & nos, ne ex aliorum adulatione flectamur à via iustitię, & trahamur ad vitia. Nec alicui nisi Deo, & alijs in Deo placere optemus. Caueamus etiam, ne paternam aut fraternam correptionem impatienter aut arroganter feramus, & ne corripientem lædere affectemus, nec aliquis tam vanus & excæcatus consistat, ꝙ supra merita sua cupiat honorari, vel immoderatè se sinat laudari aut venerari, ne cum miserrimo isto Ioas dispereamus. Quinimò exemplo Zachariæ, zelo iustitiæ ferueamus, iniuriam Dei non dissimulemus, præceptum correptionis fraternæ viriliter & prudenter implere conemur. ¶ Postremò, ad reparandas ecclesias, vetustate aut negligentia læsas aut lapsas, principes & prælati, ac cæteri inardescant & conferant, magisq́ue doleant scissuras & destructiones in domo Dei, quàm in ædibus suis. Per Com. hist lib. 4. Reg. in conflatione tum solutione.

¶ Declaratio cap. 25. Regnauit aũt Amasias filius eius pro eo &c. Art. 25.

Hic agitur de regno Amasiæ. [Regnauit aũt Amasias filius eius pro eo. Vigintiquinq; annorum erat Amasias, cùm regnare cœpisset, & vigintinouẽ annis regnauit in Hierusalẽ. Nomen matris eius Ioiadan, de Hierusalem. Fecitq́; bonum in conspectu dñi, veruntñ non in corde perfecto. Cumq́; roboratum sibi videret imperium, iugulauit seruos, qui occiderãt regem patrem suum, sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in libro legis Mosis, vbi præcepit dñs, dicens: Non occidentur patres pro filijs, neque filij pro patribus suis, sed vnusquisq; in suo peccato morietur.] Litera ista exposita est 4. lib. Reg. cap. 14. pro parte magna. Qualiter verò congressus sit contra Idumæos, quarto Regum breuiter, hic verò diffusè describitur, nec magna est difficultas in textu. [Congregauit igitur Amasias Iudam, & constituit eos per familias, tribunosq́; & centuriones, in vniuerso Iuda & Beniamin, & recensuit à viginti annis & sursum, inuenitq; triginta millia iuuenum, qui egrederentur ad pugnam, & tenerent hastam & clypeum.] quo constat, ꝙ paruum habebat exercitum, quia sub patre eius innumerabiles erant occisi à Syris. [Mercede quoq; conduxit de Israel centum millia robustorum centum talentis argenti. Venit aũt homo Dei ad illum] qui erat propheta, [& ait: O rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel. Non est enim dñs cum Israel & cunctis filijs Ephraim:] quia idolis seruiebant, & propter eorum peccata Deus subtraxisset Amasiæ auxilium suum, eo ꝙ in idololatris esset confisus: ideò princeps Christianus non debet in adiutoriũ suũ prouocare homines publicè sceleratos. [Quòd si putas in robore exercitus bella cõsistere,] i. victoriã principaliter dependere ex multitudine & fortitudine corporali bellatorũ, & non potiùs ex moderamine prouidentiæ Dei, & dispositione diuinę iustitiæ, quæ secundum merita atq; demerita hominum, disponit exitus præliorũ: [superari te faciet Deus ab hostibus,] quamuis paucis. Talis nanq; opinio derogaret fidei & scripturis, & ꝓuidentię Dei. [De quippe est adiuuare] iustos, & eos quibus ex occultis causis vult largiri triumphum, [& in fugam conuertere] alios. Deus enim ad libitũ suum corda immutat, vires confortat, & animũ quòcunq; voluerit, vertit, quemadmodùm Esaias fatetur: Qui dat lasso virtutẽ, & his q non sunt, robur multiplicat. [Dixitq́; Amasias ad hominem Dei: Quid ergo fiet de centũ talentis, quę dedi militibus Israel? Et respondit ei homo Dei: Habet dñs vndè dare tibi possit multo his plura. Separauit itaq; Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuerteretur in locum suum. At illi] s. centum millia decem tribuũ, [contra Iudam vehementer irati,] quia videbant se tanq̃ iniquos & alienos à Deo repelli, [reuersi sunt in regionẽ suam,] mercede eis collata retenta, sicque Amasias cũ paucis præualuit populo magno, qm̃ credidit & acqeuit prophetæ. [Porrò Amasias confidenter eduxit populum suum, & abijt in vallem salinarum, percussitq́; filios Seir, decem millia. Et aliæ decem millia virorum ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad præruptũ cuiusdam petræ, præcipitaueruntq́; eos de summo in ꝑceps, qui vniuersi crepuerunt. At ille exercitus quem remiserat Amasias, ne secum iret ad prælium, diffusus est in ciuitatibus Iuda, à Samaria vsque ad Betthoron.] Primò tamẽ, vt dictũ est, redierũt in propria, & regi suo nunciauerunt, qualiter tanquàm viles & aduersarij Dei fuerũt abiecti ab Amasia, tunc de regis sui licentia redierunt ad impugnandũ Amasiam, quod dicitur factũ post reditum Amasiæ. [& interfectis tribus millibus] de populo Iuda, [diripuit prædam magnam] de eius terra, quod iusto Dei iudicio creditur factum, qm̃ Amasias ex collato sibi triumpho intumuit. [Amasias verò post cædem Idumæorum, & allatos] sibi [deos filiorũ Seir, statuit illos sibi in deos, & adorabat eos, & illis adolebat incẽsum.] Circa, quod scribit Lyra: In libro de hebraicis quæstionibus dicitur, ꝙ morientibus victisq́ue Idumæis, idola respon-

Deuter. 24. 4. Reg. 14.

4. Reg. 12.

Prouer. 21. Esaiæ 40.

Hieron.

DDD de-

Pet Co.hi. lib.3.Reg. cap.19. derunt Idumæos hoc pati, quia negligentes fuerunt in veneratione ipsorū, ꝙ audiens, Amasias, coluit eos. Sed Lyra hoc reprobat, dicés: Nulla glossa Hebraica dicit hoc, nec aliquis expositor Latinus authenticus. V untñ Magist. in historijs ait: Amasias deos quos tulerat, adorauit, quia audiuit eos dantes respósa, ideò perisse Amalechitas seu Idumæos, qm̃ negligentes fuerunt in cultu ipsorum. ❡Deniq; satis credibile est, dæmones sic respondisse per idola, tum ad maioré idololatrarū illorū deceptionem, tum ad Amasiæ subuersionem, qui etiā perpendere tenebatur, ꝙ responsa talia, essent dæmonum verba. [Quamobrem iratus dn̄s cōtra Amasiam, misit ad illū prophetā qui diceret ei:] & in hoc declarat̃ ineffabilis pietas Dei, qui ad tam ingratum & improbum regem redarguendum, mittere dignabatur sanctum prophetam: [Cur adorasti deos, qui non liberauerunt populum suum de manu tua?] quasi diceret, nec te poterunt liberare. [Cumq; hæc ille loqueretur, respondit ei] Amasias ꝓphetæ: [Num cōsiliarius regis es?] q.d. Non spectant ad te, arguere me. [Quiesce] à tua reprehensione, [ne interficiam te.] Ecce quanta superbia, ira & impatientia. [discedensq; ꝓpheta] ab incorrigibili & obstinato. [Scio, inquit, ꝙ cogitauerit dn̄s occídere te, quia fecisti hoc malū,] deos fal-
Prouer.28 sos colēdo, [& insupèr non acquieuisti cōsilio meo.] Hinc & Salamon ait: Viro qui corripiétem dura ceruice contēnit, repentinus superueniet interitus. Vndè constat, q̄ detestabile sit,
Prouer. 13. increpationi non acquiescere, Pessimum verò est, increpāti indignari, minari, resistere. Ideò in libro Prouerb. scriptū est: Egestas & ignominia ei q deserit disciplinā: qui aūt acquiescit arguenti, glorificabitur. Deniq; sicut ꝓpheta iste prædixit, sic cōtigit Amasię, vt in fine cap. hîc recitatur. [Igitur Amasias rex Iuda, inito pessimo consilio, misit ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu, regē Israel, dicens: Veni, videamus nos mutuò. At ille remisit nuncios, dicens: Carduus qui est in Libano, misit ad cedrum Libani, dicēs: Da filiam tuā filio meo vxorem: & eccè bestiæ quæ erant in sylua Libani, transierunt & conculcauerūt carduū. Dixisti: Percussi Edom, & idcircò erigitur cor tuum in superbiam. Sede in domo tua. Cur malum aduersum te prouocas, vt cadas & tu, & Iuda tecum? Noluit aūt audire Amasias, eo ꝙ dn̄i esset voluntas, vt traderetur in manus hostium, propter deos Edom. Ascendit igitur Ioas rex Israel, & mutuos sibi ꝑbuere conspectus. Amasias aūt rex Iuda, erat in Bethsames Iudæ. Corruitq; Iudas coram Israel, & fugit in tabernacula sua. Porrò Amasiam regé Iuda, filium Ioas, filij Ioachaz] i. Ochosiæ, q alio nomine dictus est Ioachaz, [cepit Ioas rex Israel in Bethsames] Iudæ, i. in prælio iuxta vrbem regni Iudæ, nomine Bethsames, [& adduxit in Hierusalem, destruxitque murum ei⁹,] videlicet vrbis Hierusalem, [à porta Ephraim,] quæ dicitur porta vallis, [vsq; ad portam anguli, quadringentis cubitis. Omne quoq; aurum & argentum, & vniuersa vasa quæ repererat in domo Dei, & apud Obededom in thesauris etiam domus regiæ, necnon & filios obsidum] i. obstagiorum, [reduxit in Samariam.] Hoc sonat, quasi in Hierusalem fuissent obsides ex regno Israel, & illos Ioas erueritac secum reduxerit, quod & aliqui dicunt, adijciētes, ꝙ filij obsidum (de quibus nunc est sermo) erant filij principum detentorum in obsides ab Amasia. Alij dicunt, ꝙ obsides isti erant principes regis Iuda, quos Ioas cepit in prælio, secúque duxit in Hierusalem, atque pro eis filios eorundem accepit, & secum perduxit. Vndè 4.
4.Reg 14. lib. Reg. legitur, ꝙ tulit obsides secum. [Vixit aūt Amasias filius Ioas, rex Iuda, postq̄ mortuus est Ioas filius Ioachaz, rex Israel, quindecim annis. Reliqua autem sermonū Amasiæ priorum & nouissimorum, scripta sunt in libro Regum Iuda, & Israel. Qui postquàm recessit à domino, tetenderunt ei insidias in Hierusalem. Cumq; fugisset Lachis, miserunt & interfecerunt eum ibì, reportantesq; super equos, sepelierūt eum patribus suis in ciuitate Dauid.]
4.Re.14.15 Cætera hîc non exposita, super præfatum librum Regum exposita constant.

❡Explanatio cap. 26. Omnis autem populus Iuda filium eius Oziam annorum sedecim, constituit regem pro Amasia patre suo. Art. 26.

DE prosperitatibus, virtutibus & operibus Oziæ regis, & tandem de eius culpa & debita pœna ait præsens capit. [Omnis autem populus Iuda filium eius] videlicet Amasiæ, [Oziam, qui etiam dictus est Azarias, imò & Zacharias, secundum quosdam,] annorum sedecim, constituit regem pro Amasia patre suo.] Pontifex tamen vnxit eum in regem, & populus acceptauit. [Ipse ædificauit Eloth, & restituit eam ditioni Iudæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis. Sedecim annorum erat Ozias cùm regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Iecalia de Hierusalem. Fecitque quod erat rectum in oculis domini, iuxta omnia quæ fecerat Amasias pater eius, & exquisi-
2.Para.24. uit dominum in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deum.] Iste Zacharias creditur fuisse filius Zachariæ sacerdotis occisi à Ioas. Iste itaq; Zacharias Oziā docuit & direxit. [Cumque requireret dominum, direxit eum in omnibus. Denique egressus est, & pugnauit contra Philistijm, & destruxit murum Geth, & murum Iabne, murumq; Azoti. Aedificauit quoque oppida in Azoto,] i. prope Azotum & in terminis eius, [& in Philistijm, & adiuuit eum Deus contra Philistijm,] sicq; Philistæos sibi subiecit, quorū terram dn̄s Israeli promisit, [& contra

Arabes,qui habitabant in Gurbaal,& contra Ammonitas. Appenbebantq; Ammonitæ munera Oziæ. Et diuulgatum est nomen eius vsq; ab introitum Aegypti propter crebras victorias,]quia & Arabes vicit & Ammonitas. [Aedificauitq; Ozias turres in Hierusalem super 4.Reg.12.
portam anguli,& super portā vallis,& reliquas in eodem muri latere,firmauitq; eas.] sicque reparauit,quæ Ioas rex Israel destruxit ididèm.[Extruxitq; turres in solitudiue,] pro tutela & custodia gregum suorum atq. pastorum.[& effodit cisternas plurimas]pro gregibus adaquādis,[eo ꝙ haberet multa pecora, tam in campestribus q̄ in eremi vastitate,] quæ partim pugnando obtinuit.[Vineas quoq; habuit & vinitores in mōtibus & in Carmelo. Erat quippe homo agriculturæ deditus. Fuit aūt exercitus bellatorum eius, q procedebant ad prælia, sub manu Iehiel scribæ,Maaliæq; doctoris,& sub manu Hananiæ, qui erat de ducibus regis. Omnisq; numerus principum p familias suas virorū fortiū,duūm]i.duorū[milliū sexcentorum, & sub eis vniuersus exercitus trecentorum,& septē millium quingentorū,qui erant apti ad bella,& pro rege contra aduersarios dimicabant.Præparauit quoq; eis & Ozias, i. cuncto exercitui clypeos & hastas & galeas & loricas,arcusq;& fundas ad iaciendos lapides. Et fecit in Hierusalem diuersi generis machinas,quas in turrib⁹ collocauit, & in angulis murorum, vt mitterent sagittas & saxa grandia. Egressumque est nomen eius procul, eo ꝙ auxiliaretur ei dn̄s,& corroborasset illum:]ex quo constat, q̄ præpotēs fuit & copiosus in numero bellatorum. [Sed cùm corroborat⁹ esset,]potestate, fama,honore & gloria , diuitijs atq; potētia, quæ sæpè fiunt etiam bonis incitamentum elationis.[eleuatū est cor eius] tumore superbię, [in interitū suum,]quia in hoc peccauit mortaliter,& morte ciuili pcussus est. [& neglexit dn̄m Deum suum.]i.iustitiamDei non considerauit consideratione practica & formata,nec honorauit Deum legitimè.[Ingressusq; in templum dn̄i]i.in primam partem templi,quę dicitur sancta,in quam sibi introire non licuit, quia non erat sacerdos, [adolere voluit incensum super altare thymiamantis,]ꝙ erat in præfata tēpli parte, non in atrio. [statimq; ingressus post eum Azarias sacerdos]& pontifex,[& cum eo sacerdotes dn̄i octoginta viri fortissimi, restiterunt regi,atq; dixerunt;Non est tui officij Ozia , vt adoleas incensum dn̄o, sed sacerdotum,hoc est,filiorum Aaron,qui cōsecrati sunt ad huiuscemodi ministerium. Egredere de sanctuario,ne contempseris,quia non reputabitur tibi in gloriā hoc à dn̄o Deo.] i. vsurpatoriè tu agis,intromittēdo te sacerdotali officio,cui regale officium est commissum. [Iratusq; Ozias,]in quo patet superbia & incorrigibilitas eius.[& tenens in manu thuribulum, vt adoleret incensum,minabatur sacerdotibus.Statimq; orta est lepra in fronte eius.]Ibi em̄ cœpit primò oriri,vel saltem apparere,& toto corpore persusus est lepra,ad innuēdū , quàm turpiter egit,& ad humiliandum tantam superbiam . [coram sacerdotibus in domo dn̄i sup altare thymiamatis.Cumq; respexisset eū Azarias pōtifex,& oēs reliqui sacerdotes, viderūt lepram in fronte eius,& festinatò expulerunt eum.Sed & ipse perterrit⁹, accelerauit egredi, eo ꝙ sensisset ilicò plagam dn̄i. Fuit igitur Ozias rex leprosus vsq; ad diem mortis suæ,& habitauit in domo separata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo domini.] sicq; fuit ciuiliter mortuus,de qua morte illud in Esaia exponitur: In anno quo mortu⁹ est rex Ozias.
[Porrò Ioathan filius eius rexit domū regis,& iudicauit populum terræ. Reliqua aūt sermonum]i.operum[Oziæ priorum & nouissimorum scripsit Esaias filius Amos propheta,]in libro speciali,qui non habetur,nō autem in libro visionum suarum. [Dormiuitq; Ozias cum patribus suis,& sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum,eo ꝙ esset leprosus, & regnauit Ioathan filius eius pro eo.] Quarto Regum libro legitur: Sepelierunt eum in ciuitate Dauid,ergo videtur fuisse sepultus cum regibus.Et respondendum, ꝙ fuit sepultus cum eis in eodem loco communi,hoc est,in agro, in quo erant sepulchra regalia,non tn̄ in eodē loco proprio, i. non in sepulchro regali alicuius regis, propter ꝙ Iosephus dicit eum solum inter reges esse sepultum in hortis. De his in Scholastica recitatur historia: Cùm ditat⁹ esset Ozias mortali substantia,cōtra immortalē Deum agere nisus est, quia in festo propiciationis pontificali stola indutus,ingressus est templum adolere incensum, & factus est terræmotus & claritas solis valdè effulsit & incidit in faciem regis, & percussus est lepra in facie. Ante ciuitatē verò scissa est media pars montis Oliuarum ad occidētem & deuoluta , ita vt vias clauderet, & regios hortos opprimeret. Veruntn̄ quidam dixerunt ꝙ Ozias ex quadam excessiua,sed indiscreta,deuotiōe vsurpauerit sibi sacerdotalem officium. Postremò,cùm dignitas sacerdotij euangelicæ legis,sit incomparabiliter maior legalis sacerdotij dignitate, & ipse Ozias rex lepra percussus sit,eo ꝙ actū illius legalis sacerdotij exequi sit conatus : quid damnationis imminet quibusdam sacerdotibus atq; episcopis euangelicæ legis, qui cùm in episcopos & sacerdotes sint consecrati, tamen ex quadam superbia omittunt exequi debitum sui officij. impiè erubescentes Missarum solennia celebrare , sacramenta conferre, & populo euangelizare,sicut professi sunt & tenentur,quasi sint nimis boni ad talia exequenda?

Hebre. 9. — Esaię 6. — 4.Reg.15. — Ibidem. — Iose lib. 9. an.iu.ca 11. Pet Co.hi. lib 4 Reg. cap.21.

¶Expositio cap.27. Vigintiquinq; annorum erat Ioathan cùm regnare cœpisset. Art. 27.

4.Reg.15. 2.Para. 26. AGitur hîc de regimine Ioatham filij Oziæ. Et quę hoc loco scribuntur de isto, ꝑ magna parte 4.lib Reg.exposita sunt. [Vigintiquinq; annorum erat Ioatham cũ regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Hierusalem. Nomẽ matris eius Ierusa filia Sadoc: fecitq; quod rectum erat coram domino, iuxta oĩa quæ fecerat Ozias pater suus.] Vidit eñ patris sui satis terribilem ac subitaneã plagam, ex qua timoratior factus est, [excepto ꝙ non est ingressus templum dñi] ad exercendum sacerdotale officium, sicut Ozias. Hoc refertur non ad illud ꝙ dictum est, fecitq; rectum, quia sic ingredi tẽplum, fuisset obliquum, sed ad illud, iuxta oĩa quæ fecerat Ozias, quia in tali ingressu non est patrem suum sequutus. [Et adhuc populus delinquebat] in excelsis sacrificando. [Ipse ædificauit portam domus dñi excelsam, & in muro Ophel multa construxit. Vrbes quoq; ędificauit in montibus Iuda:] quia vrbes sic situatæ, sunt inexpugnabiliores. [& in saltibus castella & turres] i. nemoribus aut propè construxit fortalitia, forsitan contra latrunculos, vt vias regni sui seruaret securas. [Ipse pugnauit cõtra regem filiorum Ammon, & vicit eum. Dederuntq́; ei filij Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem millia coros tritici, ac totidem coros hordei. Hæc ei præbuerunt filij Ammon in anno secundo & tertio. Corroboratusq́; est Ioatham, eo ꝙ direxisset vias suas coram dño Deo suo. Reliqua autẽ sermonum Ioatham, & omnes pugnæ eius & opera, scripta sunt in libro regum Israel & Iuda. Vigintiquinq; annorum erat, cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Hierusalem. Dormiuitq́; Ioatham cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid, & regnauit Achaz filius eius pro eo.]

¶ Expositio cap.28. Viginti annorum erat Achaz, cùm regnare cœpisset. Articulus 28.

INisto cap. consequenter de Achaz fit mentio. [Viginti annorum erat Achaz, cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Hierusalem. Non fecit rectum in conspectu domini, sicut Dauid pater eius, sed ambulauit in vijs regum Israel, insupèr & statuas fudit Balim. Ipse est qui adoleuit incẽsum in valle Ben Ennon, & lustrauit filios suos in igne, iuxta ritum gentium, quas interfecit dñs in aduentu filiorum Israel. Sacrificabat quoq;, & thymiama succendebat in excelsis, & in collibus & sub omni ligno frondoso. Tradiditque eum dominus
4. Reg. 16. Deus eius,] qui fuit Deus ipsius Achaz creatione, non veneratione, [in manu regis Syriæ. Qui percussit eum] i. quosdam de populo eius, non enim percussit ipsum Achaz in corpore, sed in rebus ac subditis. [magnamq́; prædam cepit de eius imperio,] i. de terra regni Achaz, [& adduxit in Damascum. Manibus quoq; regis Israel traditus est, & ꝑcussus plaga grandi,] non in sua persona, sed modo prætacto. Sed his obijci potest illud 4. Reg. Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, & Phaceia filius Romeliæ rex Israel, in Hierusalem ad pręliandum. Cumq; obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum. Ad istud breuiter dici potest, secundum quod Iosephus tangit, ꝙ quantum ad hoc, non potuerunt superare eum, quod vrbem Hierusalem propter murorum suorum fortitudinem capere non valebant. Porrò Lyra hîc scribit, quod Achaz obsessus à rege Syriæ & rege Israel, & valdè perterritus, consolabatur ab Esaia propheta, prout in Esaiæ volumine legitur: sed Achaz idololatra discredens prophetæ, & diffidens de Dei auxilio, postulauit à rege Assyriorum subsidium. Veniente ergo rege Assyriorũ & impugnante Syriæ regnum, redijt ad sua rex Syriæ: quo regresso, sperans Achaz soli regi Israel præualere, inijt contra eum certamen, & victus fuit Achaz cum suis. Magister verò in historijs veriùs ac pleniùs circa hoc scribit, dicens: Ipsum Achaz bis fuisse obsessum à regibus illis, & in prima obsidione Hierusalem, Achaz contra illos congressus est & victus, & filius eius Zacharias occisus est, multaq; millia secum. Princeps quoque militiæ eius * Dichan captus, & tunc rex Israel secum duxit captiua multa millia mulierum & puerorum ac puellarum. Deindè secundo obsederunt Hierusalem, tuncq́; Achaz valdè expauit, sed confortauit eum Esaias: Ne timeas, inquiens, à duabus caudis titionum fumigantium istorum. Et addidit: Pete signum à domino. Achaz verò nõ credidit, nec petere voluit signum, sed ad regem confugit Assyriorum, qui venit & cepit Damascum, ac regem eius Rasin occidit. Huic recitationi videtur hæc litera ampliùs consonare. [Occiditque Phaceia filius Romeliæ, de Iuda centum viginti millia in die vna, oẽs viros bellatores, eo ꝙ reliquissent dñm Deum patrum suorum. Eodem tempore occidit Zechri vir potẽs ex Ephraim, Maasiam filium regis] Achaz, forsan iste Maasias fuit alter à Zacharia filio Achaz, quem Iosephus dicit occisum, [& Ezricam ducem domus eius, Elcanam quoq; secundum à rege. Ceperuntque filij Israel de fratribus suis] i. ex terra regni Iudæ, [ducenta millia mulierum, puerorum & puellarum, & infinitam prædam, pertuleruntq́; eam in Samariam,] vt subiugarent eos in seruos & ancillas, vt infrà habetur in textu. Veruntamen increpati in reditu à propheta nomine Obed, mutauerũt propositum, & remiserunt captiuos, sicut diffusè consequenter recitatur in litera, quæ expositione non indiget. [Ea tẽpestate erat ibi propheta dñi, nominẽ * Obed. Qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis: Eccè iratus dñs Deus patrum vestrorum contra

Ibidem. Iose. lib.9. an iu.c. 13. Esaię 7. Pet Co.hi. b 4 Reg. cap 25. * Dichan Esaiæ 7. Iose. lib.9 an iu ca.13 * Oded

Iudam

Iudam,tradidit eos in manibus vestris. Et occidistis eos atrociter,ita vt ad cęlum pertingeret
vestra crudelitas. Insuper filios Iuda & Hierusalem vultis vobis subijcere in seruos & ancil-
las,quo nequaquam facto opus est.Peccastis enim super hoc domino Deo vestro.Sed audite
consilium meum,& reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris, quia magnus fu-
ror domini imminet vobis. Steterunt itaque viri de principibus filiorum Ephraim Azarias
filius Iohanan,Barachias filius Mesillemoth,Ezechias filius Sellum , & Amasias filius Hada-
lai,contra eos qui veniebant de prælio,& dixerunt eis:Nó introducetis huc captiuos,ne pec-
cemus domino.Quare vultis adijcere super paccata nostra,& vetera cumulare delicta? Grā-
de quippe peccatum est,& ira furoris domini imminet super Israel. Dimiseruntq; viri Israel
bellatores prædam,& vniuersa quæ ceperant,coram principibus & omni multitudine.Stete-
runtque viri,quos suprà memorauimus , & appręhendentes captiuos omnes qui nudi erant,
vestierunt de spolijs. Cumque vestijssent eos & calceassent,& refecissent cibo ac potu, vnxis-
sentque propter laborem,& adhibuissent eis curā,quicunq; ambulare non poterant,& erant
imbecillo corpore,imposuerunt eos iumētis,& adduxerunt eos in Hiericho ciuitatē palma-
rū,ad fratres eorū,ipsiq; reuersi sunt in Samariā. Tempore illo misit rex Achas ad regē Assy- Pet Co. hist lib.4.
riorum,postulans auxilium.] Hoc consonat præfatæ narrationi magistri in historijs, ꝙ s.post Reg.cap.13.
primā obsidionem & debellationē suam Achaz postulauit à rege Assyriorum subsidiū. [ve-
neruntq; Idumæi,& percusserunt multos ex Iuda , & ceperunt prædam magnam. Philistijm
quoq; diffusi sunt per vrbes campestres,& ad meridiē Iuda] i.vrbes Iudæ sitas in campis iuxta
confinia Palestinæ,& in meridiana plaga regni Iuda respiciente terrā Philistinorū inuaserūt.
Isti ex antiquo oderunt Iudæos. ideò visa eorū debilitatione , auxerunt calamitatē ipsorū.
[ceperuntq; Bathsames Aialon & Gaderoth,Socho quoq;&Thamnam & Gamso cum vicu-
lis,& habitauerunt in eis. Humiliauerat enim dñs Iudam propter Achaz regem Iuda, eo ꝙ
nudasset eū auxilio,& contemptui habuisset dñm, adduxitq; contra eum Theglath Phalasar 4.Reg.16.
regem Assyriorum,qui & afflixit eum,& nullo resistente vastauit.] Iste fuit rex , à quo Achaz
iam antè petierat opem,& munera ei miserat preciosa. Nihilominùs tempore procedente,
idem rex venit & deuastauit regnū impijssimi Achaz,& oppressit muneribus quæ ei contulit
Achaz.[Igitur Achas spoliata domo dñi,& domo regum ac principū, dedit regi Assyriorum
munera,& tñ nihil ei profuit. Insuper & tempore angustiæ suæ auxit contemptum in dñm,]
quia in tribulationibus tantis nó est reuersus ad cor,nec Esaiæ obtemperauit,sed deos Syriæ
à quibus fuit percussus,adorauit & coluit. Siquidē Syri ad consultationem deorū & dæmo- Esai.7.
niorum suorū impugnauerunt impiū Achaz, sicq; percussus asseritur à dijs Syrorū. [Ipse per 4.Reg.16.
se rex Achaz immolauit dijs Damasci victimas percussoribus suis,& dixit: Dij regū Syriæ au
xiliantur eis. Quos ego placabo hostijs,& aderunt mihi,cùm econtrariò ipsi fuerint ruina ei,
& vniuerso Israel. Direptis itaq; Achaz omnibus vasis domus Dei,atq; confractis] Diripuit
enim ea & fregit,atque in alios vsus conuertit,ac munera inde donauit regi Assyriorū,[clau-
sit ianuas templi Dei,] vt cultus Dei omninò cessaret in templo,& fecit sibi altaria in vniuer-
sis angulis Hierusalem. in omnibus quoq; vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandū thus, atq;
ad iracundiam prouocauit dñm Deum patrū suorum.Reliqua aūt sermonū eius,& omnium
operū suorū priorū & nouissimorū , scripta sunt in libro Regū Iuda & Israel. Dormiuitq; A-
chas cum patribus suis,& sepelierunt eum in ciuitate Hierusalem,] non in ciuitate Dauid,i.
non in ea parte Hierusalē,quæ dicta est ciuitas Dauid,vbi erat ager regaliū sepulchrorū , sed
in alia parte Hierusalē, tanꝗ indignus vti consortio sepulturæ regum bonorum.Ideò subdi-
tur:[Neq; enim receperunt eum in sepulchris regum Israel] i. non permiserunt corpus eius
locari in aliquo regaliū sepulchrorū, in qbus cómuniter sepeliebantur reges Israel, i. reges
Iuda nati ex Iacob,q alio nomine dictus est Israel , qui præfuerunt tribubus Iudæ & Leui ac
Beniamin natis ex Israel,sicque reges Israel accipiuntur hîc non pro regibus decem tribuum Gen.32.35.
vt communiter in libris Regum accipi solent.[Regnauitque Ezechias filius eius pro eo.]

¶Expositio cap.29. Igitur Ezechias regnare cœpit. Art.29.

Recitatur hîc historia Ezechiæ deuotissimi regis,qualiter Dei cultū reparauit.[Igitur Eze
chias regnare cœpit,cū 25.esset annorum,& 29.annis regnauit in Hierusalem. Nomen
matris eius Abia,filia Zachariæ,fecitq; ꝙ erat placitum in conspectu dñi, iuxta omnia quæ fe
cerat Dauid pater eius.] Exordiū huius capituli,4.lib.Regū expositū est.[In ipso anno & mē- 4.Reg.18.
se primo regni sui,aperuit valuas domus dñi,] quas impius Achaz clausit, ad extirpandū ritū 2.Para.28.
cultus diuini,secundū legē Mosis in tēplo consueti.[& instaurauit eas,qa deterioratæ fuerūt
& deformatæ per idololatras,[adduxitq;] i.ad se vocauit [sacerdotes atque Leuitas,] de di-
uersis locis habitationū suarum,]& congregauit eos in plateam orientalem:] in atrium quod
erat ante faciē templi respicientis ad orientem, sicq; atriū illud fuit in parte oriētali respectu
templi,& in atrio illo stetit altare holocaustorū. Dixitq; ad eos: Audite me Leuitæ.] per Le-
uitas intelligit etiā sacerdotes,qui erāt de generatióe Leui,sicq; ratione originis vocātur Le-

uitæ. Frequenter tamen accipiuntur, prout à sacerdotibus distinguuntur ratione officij, [& sanctificamini] i. per continentiam, orationes, ieiunia, seu per aquam lustrationis, lotionéq; vestium aptate vos ad exercitia cultus diuini. [Mundate domũ dñi Dei patrum vestrorum] à spurcitij, idololatriæ, à corporalibus quoque immunditijs, & forsan consecrauerunt seu dedicauerunt eam de nouo, quia multipliciter fuerat violata atque polluta, [& auferte omnem immunditiam de sanctuario. Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu dñi Dei nostri, derelinquentes eum. Auerterunt] patres nostri [facies à tabernaculo domini Dei nostri,] illud non ingrediendo ad exercendum ea quæ Dei sunt, & præbuerunt dorsum] per inobedientiam & mentis auersionem à Deo, & item per hoc ꝙ more gentiliũ adorauerunt facie versa ad orientem, cùm iuxta legis pręceptũ adorare debuerint ad occasum iuxta tẽpli situm. [Clauserunt ostia quæ erant in porticu.] i. in atrio,] & extinxerunt lucernas,] quæ iugiter ardere debebant in prima & exteriori parte templi. [Incensumq; nõ adoleuerunt,] i. non incenderũt super altare thymiamatis, [& holocausta nõ obtulerũt in sanctuario Deo Israel.]

2. Para. 28. Et omniũ horũ causa malorũ fuit Achaz. [Concitatus est itaq; furor dñi super Iudam & Hierusalem, [ꝓut pręcedenti cap. patuit, [tradiditq; eos in cõmotionem & in interitum & in sibilũ, sicut ipsi cernitis oculis vestris. Et corruerũt patres nostri gladijs, filij nostri & filiæ nostrę & coniuges captiuæ ductæ sunt ꝓpter hoc scelus. Nunc ergo placet mihi, vt ineamus fœdus cum dño Deo Israel:] i. pacto obligemus nos ad seruiendũ Deo vero, [& auertet à nobis furorem iræ suæ. Filij mei, nolite negligere.] Ezechias adhuc quasi adolescẽs, regia authoritate sacerdotes & Leuitas nominat filios, maximè quia in veteri lege rex sacerdotibus & pontifice dignior fuit. [Vos elegit dñs, vt stetis coram eo] in loco sacrato, [& ministretis illi] in cultu tabernaculi & sacrificiis, [colatisq; eũ] orando & sacrificando pro populo, [& cremetis

Num. 16. ei incensum:] s. thymiama incẽdẽdo ad Dei honorẽ, ꝙ fuit officij sacerdotũ. Hinc in li. Num. Moses ait Leuitis: Num parùm vobis est, ꝙ separauit vos Deus Israel ab omni populo, & iũxit sibi vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequẽtia populi, & ministraretis ei? [Surrexerũt ergo Leuitæ, Mahath filius Amasiæ, & Ioel filius Azariæ de filijs Caheth. Porrò de filijs Merari, Cis filius Abdi, & Azarias filius Iahabeleel. De filijs aũt Gerson, Ioah, filius Semma, & Eden filius Ioah. At verò de filijs Elisaphan, Samri & Iahiuel. De filijs quoq; Asaph Zacharias & Mathanias. Nec non de filijs Heman, Iahiel & Semei. Sed de filijs Idithun, Semeias & Oziel. Cõgregaueruntq; fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt iuxta mandatũ regis & imperiũ domini, vt expirarẽt] i. purgarẽt [domũ Dei. Sacerdotes quoq; ingressi templũ dñi, vt sanctificarent illud.] Nam ipsum templũ, s. sancta & sancta sanctorũ, Leuitis nõ licuit introire, sacerdotes verò intrabant in sancta, hoc est, in exteriorẽ templi partem, [extulerunt oẽm immunditiam, quam intrò repererant in vestibulo domus domini] i. sordes exportauerunt de sanctis vsq; in atriũ,] q̃ tulerunt Leuitæ] i. de atrio exportauerunt, & absportauerunt ad torrentem Cedron,] qui inter Hierusalẽ, Oliuetiq; montẽ currebat, [forâs Cœperunt aũt prima die mensis primi mundare, & in die octauo eiusdem mensis ingressi sunt porticum domus templi dñi,] porticu seu atrio illo iam emundato.] Expiaueruntq; templũ diebus octo] sicq; diu occupati fuerunt in expurgando. Siquidẽ Achaz idola sua & deorum suorũ imagines, aliasque spurcitias cõstituerat ibi, & parietibus atrij ac templi affixit, [& in die sextadecima eiusdẽ mensis ꝙ cœperant, impleuerũt:] quia non solùm exportauerũt immundi, sed & vasa ac vtensilia cultus diuini expiauerũt quemadmodum subditur: [Ingressi quoque sunt ad Ezechiam regẽ, & dixerũt ei: Sanctificauimus oẽm domum dñi & altare holocausti, vasaque eius, necnõ & mensam ꝓpositionis cũ oñibus vasis suis, cunctamq; tẽpli supellectilem, q̃ polluerat rex Achaz in regno suo, postq̃ præuaricatus est, & ecce exposita sunt oñia coram altari dñi. Consurgentesq; diluculo Ezechias rex adunauit] i. congregauit [oẽs principes ciuitatis] Hierusalem, putà maiores & in officijs constitutos, & ascendit in domũ dñi] s. vsque in atriũ] Obtuleruntque simul tauros septẽ, & arietes septem, agnos septem, & hircos septem pro peccato:] i. pro remissione culparũ eorũ qui subiunguntur, [pro regno,] i. pro rege & maioribus ac domesticis regis, [pro sanctuario,] i. pro tẽpli ministris, [pro Iu-

Leuit. 4. da] i. pro communitate. In Leuitico habetur, quid pro peccato sacerdotis, quid item pro peccato multitudinis, & quid pro peccato principis, quid demùm pro peccato cuiuslibet de populo fuerat offerendum. Hac autem vice, in qua tam multi sacerdotes, Leuitæ & principes & subiecti fuerant congregati, ita quòd pro singulis seorsum offerri non potuit, oblata sunt præfata septenaria pecorum. Siquidem septenario vniuersitas designatur. [Dixitque] Ezechias [sacerdotibus filijs Aaron, vt offerrent super altare domini.] Quanuis enim rex, principes seu populus exhibuit animalia offerenda, oblatio tamen fiebat per manus & obsequium sacerdotum super altare holocaustorum. Sanguinem etiam pecorum oblatorum fuderunt partim super altare, de quo ritu super Leuiticum est pleniùs dictum. [Mactauerunt

Ibidem. igitur tauros, & susceperunt sanguinem sacerdotes, & fuderunt illum super altare. Mactauerunt

runt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fuderunt. Immolauerunt agnos, & fuderunt super altare sanguinē. Applicauerūt hircos pro peccato] offerendos [corā rege & vniuersa multitudine, imposuerūtq; manus suas super eos, & immolauerūt eos sacerdotes:] i. qdā ex parte omniū, posuerunt manus super hircos immolandos, prout Leuit.1. habetur ꝙ offerens manū imponeret super hostiam immolandam, vbi rationes horū inductæ sunt literales ac spiritales. [& adsperserūt sanguinē eorum coram altari] holocausti ad basim ipsius, [pro piaculo vniuersi Israelis, i. pro remissione culparū toti' plebis, [Pro omni quippe Israel] collectiuè accepto, [præceperat, rex, vt holocaustum fieret pro peccato.] Quanuis enim hostia pro peccato personæ, non consueuit tota comburi, tñ hostia pro totius populi peccatis oblata, tota cōburebatur, & q̄tùm ad hoc, fuerat holocaustū, & pro peccato etiam suo, & pro id est, vel holocaustū fiebat ad diuinæ reuerentiam maiestatis. Deindè describitur qualiter pijssimus Ezechias ordinauit in domo dñi Leuitas cantores, qui Deum ore laudarent, & cū hoc in musicis instrumentis eū glorificarent, prçsertim hora sacrificiorū, sicut de hoc suprà dictum est sæpè. [Constituit quoque Leuitas in domo domini cū cymbalis & psalterijs & citharis secundū dispositionem Dauid regis, & Gad Videntis, & Nathan prophetæ: qui ipsos sacerdotes. Leuitas, cantores & ianitores diuiserunt in turmas, & distinxerunt per ordines sub certis capitibus, prout dictū est sæpiùs. [Si quidem præceptum domini fuit,] vt taliter fieret [per manū] i. per institutionē & subministrationē [prophetarū eius iā p̄fatorum q ex diuina inspiratione sic ordinauerūt, idcircò eorū p̄ceptū, fuit præceptū Dei. [Steterūtq; Leuitę tenentes organa Dauid, & sacerdotes tubas. Et iussit Ezechias vt offerenē hololocausta] quæ ad Dei honorē totaliter cōmburebantur, [sup altare] ꝙ erat in atrio. Ex quo enim sacrilegus Achaz polluit illud altare & atriū per diuersa sacrificia idolorū, voluit Ezechias vt Deo sacrificaretur hac vice super altare illud oñi genere sacrificiorū legaliū iuxta Mosis traditionem. Fuerūt aūt quædā sacrificia pro peccato, quędam pro pace, quædam pro salute, & quædā holocausta. Rursus quędam ex debito, quædam spōtanea ex speciali deuotione: & de oñi genere sacrificiorū istorū est tūc facta oblatio, vt elici posse videẽ ex isto cap. [Cūq; per sacerdotes [offerenē holocausta, cœperūt] Leuitæ, cantores [laudes] i. psalmos & cantica sancta [canere dño, & clangere tubis, atq; in diuersis organis, quæ Dauid rex Israel repererat. cōcrepare. Oñi aūt turba adorante, cantores & hi q tenebāt tubas, erant in officio suo, donec cōplere tur holocaustū: quatenùs Deus sacrificia acceptaret, q̄ nō habuerūt vìm iustificandi ex opere operato, vt potè ex seipsis, sed ex opere operante, i. ex offerentiū deuotione & sacerdotū oratione, Leuitarūq; psalmodijs & laudibus. [Cūq; finita esset oblatio, incuruatus est rex, & oēs qui erant cū eo, & adorauerūt:] i, cū humili genuflexione seu inclinatione vero Deo cultū latriæ exhibuerūt, & gratias ei egerūt de diuini recuperatiōe obsequij. Orauerūt quoq; vt dominus sacrificia habere dignaretur accepta, [Pręcepitq; Ezechias & principes] i, p̄cipui sacer dotes, vel alij eminentiores & officiati maiores [Leuitis, vt laudarent dominū sermonibus] i. psalmis [Dauid & Asaph vidētis, i. [canticis ab Asaph & Dauid cōpositis, vel psalmis q cantabantur sub eo qa psallētibus p̄ræfuit, q laudauarunt Deū magna lætitia, & incuruato genu adorauerūt. Ezechias aūt etiam hæc addidit: Implestis manus vestras dño. [i. ad Dei honorē cœpistis agere bona, & sacrificia manibus adduxistis aut obtulistis, fuistisq; liberales in offerēdo. [Accedite, & offerte victimas & laudes in domo dñi. [Istud exponi potest de sacrificijs votiuis, spōtaneis & pro gratiarū actione oblatis. hinc subditur: [Obtulit ergo vniuersa multitudo [p manus sacerdotū] hostias [pacificas] & laudes] i. victimas gratiarū actiōis, [& holocausta] id summæ reuerētiam maiestatis in recognitionē, ꝙ omnia bona deriuētur ab ipsa, & ꝙ homo se totū debebat Deo [mēte deuota. Porrò numerus holocaustorum quæ obtulit multitudo, hæc fuit, Tauros 70. arietes 100. agnos 200. sanctificauerūtq; dño boues 600. & oues tria millia:] i. tot animalia separauerūt & deputauerūt ad hoc, ꝙ tēpore opportuno immolarētur Deo. Sāctificari etenim dicitur, ꝙ diuino cultui applicatur aut deputatur.] Sacerdotes verò pauci erant [tūc p̄sentes, & satis sanctificati: [nec poterant sufficere, vt pelles holocaustorū] aut etiam aliorū sacrificiorū] detraherēt, [ꝙ tñ ad eorū spectabat officiū. Quanuis aūt holocausta totaliter cōburebantur, pelles tñ primò detrahebātur, erantq; sacerdotū, nisi quoniā ꝓ totius cōmunitatis peccato holocaustum offerebatur. [vnde & Leuitæ fratres eorū adiuuerunt eos, qa vrgēte necessitate, quæ dispēsationis est mater, poterant ita cooperari sacerdotali officio, [donec] i. quousq; [impleret opus] diuini obsequij in oblationibus [& sanctificarenē antistites] i. sacerdotes sufficiēter purgarentur, & aptarentur ad suorū exequutionē officiorū. Antistes, ꝓ magno sacerdote seu episcopo accipi solet, qui vocatur antistes, quasi ante alios stans: sed hic ꝓ sacerdote accipiē. Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificantur,] id est, ad sua officia coaptantur & purificantur,] quàm sacerdotes.] Nā & inferiora & imperfectiora ad suam faciliùs pertingūt perfectionem, quàm eminentiora: ideò Leuitæ citiùs erant in numero sufficienti, quàm sacerdotes. Aliam causam quidam assignant, dicen-

1. Paral.24.
4. Reg.16.
2. Paral.28.
Exod. 32.
Leuit.47.
Num 7.15.
Leuit. 17.

tes quòd Achaz elongauerat sacerdotes à ciuitate & templo cultus diuini: sed quia ratione elongauit indè sacerdotes, videtur quòd & Leuitas, quia vtriq; ad cultũ Dei in tẽplo & atrio fuerunt electi. At verò de consecratione sacerdotũ & Leuitarum, scribitur Exo.29. Leuit.8. Num.6.7,28.29. [Fuerunt ergo holocausta plurima] immolata, [adipes pacificorum] i. hostiarum quæ offerebantur pro pace data in gratiarum actionem, vel pro pace obtinenda aut conseruanda, [& libamina holocaustorum,] hoc est materiæ liquidæ, vt vinum & oleum, quę simul cum holocaustis offerebantur.] Et completus est cultus domus domini.] id est, veneratio Dei & eius obsequium in templo & atrio. [Lætatus q; est Ezechias & omnis populus, eo quòd ministerium domini esset expletum.] Virtuosi etenim gaudent in actibus bonis, & de reuerentia Deo exhibita, cùm & philosophus dicat, quòd signum virtutis est delectatio fiens in opere bono. [Repentè quippe hoc fieri placuerat] hoc est, valdè complacuit Ezechiæ ac populò, quód reparatio cultus diuini, mũdatio templi, & obsequium Dei in eo fuerunt, tam subitò, expeditè & prosperè adimplata. Ipsi etiam voluerunt, vt omnia ista absque dilatione peragerentur. ¶ Ampliùs de spirituali intelligentia huius capituli, & rationibus sacrificiorum prædictorum, multa valde possent hîc introduci: de quibus, breuitati studens, pertranseo, præsertim quoniam super Leuit. 1.3.4.5.7. copiosè sunt posita. ¶ Moraliter verò docemur ex isto capitulo, quàm magnum Dei donum sit haberè virtuosum prælatum, & quanta subditorum salus, gratia, & profectus indè nascantur: quàm item periculosum sit, vitiosum aut negligentem præsidentem habere. Propter quod Salamon dixit: Regnantibus impijs, ruinę populi. Et rursus: Cùm impij sumpserint principatum, gemet populus. Hinc populus dominum iugiter deprecetur, vt sibi de idoneo & condigno prouidere dignetur principe & prælato, ¶ Prætereà deuotio, diligentia, ardor, religio electi Ezechiæ, nobis ex isto capitulo claré atque vberrime commendantur, & ipse rex Ezechias vniuersis principibus & prælatis proponitur in exemplum, vt ipsius feruorem & zelum, diligentiam & fidelitatem sectentur, quatenús pro bono communi, & generali reformatione summè soliciti sint, ac indi-
1. Cor.3. latè laborent. Et quoniam iuxta Apostolum, Non solùm corda, sed etiam membra ac corpo-
2. Cor.7 ra nostra templum sunt spiritussancti, non differamus, nec omittamus emundare nos plenè ab omni inquinamento carnis & spiritus, vt spiritussanctus in nobis gratiosè habitare dig-
Prou.8. netur, & delicię Dei ac creatoris nostri sint, esse nobiscum.

¶ Elucidatio capituli tricesimi: Misit quoque Ezechias ad omnem Israel & Iudam. Articulus tricesimus.

NArrat præsens capitulum, quàm solenniter ac deuotè rex Ezechias & populus eius celebrauerunt festiuitatem Paschalem in primo sui imperij anno. [Misit quoq; Ezechias ad omnem Israel] hoc est, ad eos qui ex decẽ tribubus nondũ capti fuerũt, [& Iudã,] i. ad populum regni sui, [scripsitq; epistolas ad Ephraim & Manassen] hoc est, ad reliquias illarum
Leuit.23. tribuũ, imò & cæterarum, vt infrà inuitur. [vt venirent ad domũ domini in Hierusalem,] i. ad Hierusalem & ad templũ. [& facerent phase domino Deo Israel,] i. Pascha secum celebrarẽt, quod extra vrbem cultus diuini & templi celebrari non licuit. [Inito ergo consilio regis & principũ, & vniuarsi cœtus Hierusalẽ decreuerunt, vt facerent phase mense secundo:] hoc est, ipse rex & principes ac seniores & patresfamilias Hierusalem, celebrato super hoc concilio, diffinierunt celebrare solennitatem Paschalem mense 2. anni illius, non obstante quod dñs iussit Exo.12. vt celebratio illa inciperet 14. die mensis, qui apud Iudæos est primus mensis anni, qui concurrit cũ nostro Martio vel Aprili. Siquidem Num. 9. dñs iussit, vt qui legitimè impediti non poterant facere phase iuxta legem mense primo, 14. mensis illius die facerent illud mense secundo, 14 eius die. Tale autem impedimentum contigerat istis. Vndè subiungitur: [Nõ enim occurrerât facere tempore suo.] Hoc est, dispositi non fuerunt Pascha peragere tempore determinato in lege, cuius multæ causæ subduntur. Vna est: [Quia sacerdotes qui possent sufficere] ad offerendũ solẽnia sacrificia, tunc septem diebus solennitatis illius offerenda, atq; ad alia tunc per sacerdotes agenda, [sanctificati nõ fuerant:] hoc est, satis parati, purgati. & consecrati ad exequenda sua officia. Alia causa est: [Et populus nondum congregatus fuerat in Hierusalem,] id est, de vrbibus nondũ conuenit in ipsam regni metropolim. Non enim cognouerunt satis tempestiuè, templũ esse tam repentè purgatum, cultumq; Dei recuperatũ. [Placuitq; sermo regi & omni multitudini,] secum tunc existenti,] & decreuerunt, vt mitterent nuncios ad vniuersum Israel de Bersabee vsque Dan,] hoc est, per totam terrã regni Israel, ab vno termino eius, qui dicebatur Bersabee, vsq; ad alium qui dictus est Dan, [vt venirent & facerent phase domino Deo Israel in Hierusalem. Multi enim non fecerant, sicut in lege præscriptum est,] scilicet Exo 12. & Leuit.23. quòd s. omni anno venirent in Hierusalem, præsertim in festo Paschali, in Pentecoste quoque, & in festo Tabernaculorum: nisi fortè dispensaretur cum eis, ob longitudinem viæ, de aduentu in Pentecoste & Tabernaculorum celebritate. Achas quippe obseruantiam horum impędiuit pluribus annis.
[Per-

[Perrexeruntq; cursores cum epistolis ex regis imperio & principum ei' in vniuersum Israel & Iudam, iuxta id quod rex iusserat, prædicantes: Filij Israel, reuertimini ad dñm Deum Abraham, Isaac & Israel, & reuertetur ad reliquias quæ effugerūt manus regis Assyriorum:] i. vobisipsis ꝓpicius erit, qui nondū capti estis. [Nolite fieri sicut patres vestri & fratres, qui recesserūt à dño Deo patrum suorum, & tradidit eos in interitū, vt ipsi cernitis. Nolite indurare ceruices vestras, sicut patres vestri.] i. mentes vestras non exhibeatis indociles & rebelles. [Tradite manus vestras dño] i. exhibete vos paratos Deo seruire, & hoc ipsum, si placet, iuramento & voto firmate. [& venite ad sanctuarium eius ꝙ sanctificauit in æternum. Seruite dño Deo patrum vestrorum, & auertet à vobis ira furoris eius. Si eñ vos reuersi fueritis ad dñm] reditione mentali, ꝑ contritionem & dilectionē diuinā, [& fratres vestri & filij] vestri [habebunt misericordiam coram dñs suis, qui illos duxerūt captiuos:] i. Deus per merita vestræ conuersionis & iustæ conuersationis inclinabit corda gentilium principum ad miserendum ac parcendum vestris cognatis, quos habent captiuos. [& reuertent̄ in terram hanc. Pius eñ & clemens est dñs Deus vester, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum. Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem, per terram Ephraim & Manassæ, vsq; ad Zabulon, illis irridentibus & subsannantibus eos] Per quod patet ipsorū obstinatio in idololatria alijsq; peccatis. In Scholast. hist. additur, ꝙ occiderūt quosdam ex cursoribus seu nuncijs Ezechiæ, propter quod meruerunt posteà captiuari. [Attñ quidā viri ex Aser & Manasse & Zabulon, acquiescentes consilio, venerunt Hierusalem.] Isti nō coluerunt idola sicut præfati, aut non erant idololatrijs & alijs vitiis ita immersi, sed pœnituerunt. Pet. Com. hist lib. 4. Reg. ca. 27.
[In Iuda verò facta est manus dñi,] hoc est, Deus pietatem suam gratiosè ostendit in populo Ezechiæ, [vt daret eis cor vnum:] i. sicꝙ dedit eis voluntatē cōcordem, & sensum vnanimem ad celebrandum festum Paschale. [vt facerent iuxta præceptum regis & principum, verbum dñi. Congregatiq; sunt in Hierusalem populi multi, vt facerent solennitatem azymorum in mense 2. Et surgentes destruxerunt altaria, quę erant in Hierusalem, atq; vniuersa, in quibus idolis adolebatur incensum, subuertentes, proiecerunt in torrētem Cedron. Immolauerunt aūt phase 14 die mensis 2. Sacerdotes quoq; atq; Leuitæ, tandem sanctificati, obtulerunt holocausta in domo dñi, steteruntq; in ordine suo, iuxta dispositionem & legem Mosis hominis Dei. Sacerdotes verò suscipiebant effundendū sanguinē de manibus Leuitarum.] Qualiter intelligendū sit hoc, verba pandunt sequentia, [eo ꝙ multa turbę sanctificata non esset; & idcircò immolarent Leuitæ phase his qui non occurrerant sanctificari dño.] Est itaq; sensus, ꝙ multi illorum qui debebant in suis domibus agnum immolare paschalem, non erant ita purificati, ꝙ secundum legis tenorem poterant agnū offerre manibus suis in proprijs ędibus. Idcircò Leuitæ iam purificati, obtulerunt pro illis, partemq; sanguinis agni oblati attulerunt sacerdotib', vt funderetur super altare holocausti. [Magna etiā pars populi de Ephraim & Manasse & Isachar & Zabulon, quæ sanctificata non fuerat,] Isti effugerunt manus Assyriorum, vel se abscondendo, vel ad regnum Iudæ, aut alia regna confugiendo, & quidā ex his venerunt ad Ezechiæ admonitionē. [comedit phase,] i. agnum paschalē cum azymis panibus, [non iuxta quod scriptū est,] i. aliter q̄ lex tradit, vtpote absq; pręuia purificatione ab omni immunditia legali, vt erat contactus immundi, fluxus seminis, irregularitas ex pręsentia mortui, & cōsimilia, de quib' Leuit. 5. 8. 12. 13. 15. 21. continet̄, & ibi ex dictis Alexandri de Hales super tertiū sententiarū & ex dictis Thomæ in prima secūdæ, atq; ex scriptis Guilhelmi Parisiensis, libro de fide & legibus, expositum recolo. [Et orauit ꝑ eis Ezechias, dicens: Dñs bonus ꝓpiciabitur cūctis, q in toto corde reqrunt dñm Deum patrū suorū, & nō reputabis eis, ꝙ minùs sanctificati sunt.] Ex his verbis innuitur, ꝙ isti nō purificati, habuerūt excusationē: qa & si exteriori immunditia legis erāt detenti, intùs tñ deuoti erāt, & ex integro corde dñm requirebāt, ideò exterior immūditia legis, quæ frequenter caruit culpa, non imputabat̄ eis in casu isto, vel faciliter eis indulgebat̄ ad preces Ezechiæ, quia nō habuerunt tēpus se purificandi ante esum agni paschalis. Hinc subditur: [Quem exaudiuit dñs, & placat' est populo.] Nam pium & fiduciale desiderium eius habuit vim orationis, & illud dñs adimpleuit, de quo ait Psal. 9. Desideriū pauperū (i. humiliū) exaudiuit dñs, pręparationē cordis eorum, videlicet nō solùm orationē, sed etiā dispositionē ad orandum, audiuit auris tua. Isti itaq; & si peccauerūt edendo pascha nō purificati, nō tamē ex cōtemptu. [Feceruntq; filij Israel, q inuenti sunt in Hierusalem, solennitatē azymorū 7. diebus in lætitia magna, laudantes dñm per singulos dies. Leuitæ quoq; & sacerdotes per organa, quæ suo officio congruebāt. Et locutus est Ezechias ad cor oīm Leuitarum,] verba cōsolatoria & bñplacentia eis loquēdo, [qui habebant intelligentiā bonam sup domino] hoc est, ꝑ scientiā sapidam formatam, practicamq; notitiam, & per sapientiā salutarem, quæ est donum spūssancti, dominū cognouerunt. [Et comederūt 7. diebus solēnitatis] quibus durauit paschalis festiuitas illa, [immolantes victimas pacificorū, & laudantes dominū Deum patrū suorū. Placuitq; vniuersæ multitu- Esai. 11. Leuit. 3.

titudini, vt celebrarent etiam alios septem dies:[& ita ex deuotione duplicauerunt celebrationem festi Paschalis,[quod & fecerunt cum ingenti gaudio]spirituali, recolendo beneficia Dei, præsertim liberationem ex Aegypto, in cuius memoriam instituta fuit Paschalis celebritas. Ezechias aút rex Iuda, præbuerat multitudini mille tauros & 7. millia ouium, principes verò dederant populo] s. multitudini, cui dedit & Ezechias, [tauros mille & oues 10. millia.] Isti pecora dederunt vulgo in esum & sumptuum releuamen, ex quibus tamen fiebant quædam oblationes, quarum aliquæ partes cedebant in esum sacerdotum, & aliquæ in offerentium vsum.[Sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo:] quia infra hos 7. dies additos, completa eorum sanctificatio seu consecratio fuit.[& hilaritate perfusa omnis turba Iuda, tam sacerdotum & Leuitarum, q̃ vniuersæ frequentiæ quæ venerat ex Israel] ita quòd interior eorum iucunditas redundauit ac refulsit in corpore & in vultu, [proselytorum quoq;]i. conuersorum ad iudaismum, qui erant [de terra Israel,] i. qui in regno decem tribuum morabantur,[& habitantium in Iuda]i. eorum q in regno Iuda manebant,[factaq; est grandis celebritas in Hierusalem, quales à diebus Salamonis filij Dauid regis Israel in ea vrbe non fuerat:] quia non solùm gaudebant his diebus de festo Paschali, sed & de templi repentina ac prospera emundatione, de diuini cult⁹ reparatione, de reformatione totius regni in melius, & quia ex decem tribubus tam multi conuenerant. De purificatiōe quoq; & innouatione Leuitarum & sacerdotum, & quia sperabant sibi decęterò affuturum gratiosum Dei auxilium. [Surrexerunt aút sacerdotes atq; Leuitæ, benedicentes populo. Et exaudita est vox eorum, perueniťq; oratio ad habitaculum sctm̃ cæli,] i. nubes & cælū penetrauit, & vsq; ad Dei thronum peruenit in cælum empyreum, in quo Deus specialiter esse, habitare, operari & exaudire asseritur. Etením angeli sancti orationes deuotorum illorum Deo in cælo obtulerunt, & Deo orationes illæ placuerunt, propter quod ad habitaculū sctm̃ cæli peruenisse dicuntur, qm̃ residenti in cælo erant placentes, & item ratione effectus, qm̃ à rege cęlorū sunt exauditæ. ¶ At verò de spiritali intelligentia eorum, quæ in isto tanguntur cap. s. de mystica

Exod 12. Leuit. 23. significatione agni Paschalis & concernētium istam materiam, plurima dici possent, de quibus pertranseo: quoniam super Exodum & alibi, indè diffusè tractatum est.

¶ Declaratio cap. 31. Cumq; hæc fuissent ritè celebrata &c.

Articulus XXXI.

2. Paral. 30. Hic enarratur, qualiter S. Ezechias cultū Dei pleniùs renouauit per tēpli ministros.[Cúmque hæc]quæ præcedenti cap. sunt relata,[fuissent ritè celebrata, egressus est omnis Israel qui inuentus fuerat in vrbibus Iuda,]præcipuè viri [& fregerūt simulacra] quæ inuenerunt in regno Iudæ, & in decem tribuum terra.[succideruntq; lucos, demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerunt, non solùm de vniuerso Iuda & Beniamin, sed de Ephraim quoq; & Manassæ, donec penitùs euerterent. Reuersiq; sunt omnes filij Israel in possessiones & ciuitates suas. Ezechias autem constituit turmas sacerdotales & Leuiticas, per diuisiones suas, vnumquemq; in officio proprio, tam sacerdotum videlicet, q̃ Leuitarum:] i. tam sacerdotes q Le-

1. Para. 24. uitas ordinatè distinxit atq; diuisit, sicut instituit Dauid, ordinando 24. turmas sacerdotum, ita quòd vnicuiq; turmarum illarum ꝑfuit vnus supremus sacerdos in ea, habens sub se 24. sacerdotes, totidemq; Leuitas, tot etiam ianitores, vt in Scholast. fertur hist. [ad holocausta & pa-

Pet Com. hist lib. 4. Reg. ca. 57. cifica]i. ad offerendum holocaustomata, hostiasque pacificas, quas sacerdotes immolabant, Leuitæ verò sacerdotibus ministrabant.[vt ministrarent]quiq; in suis officijs,[& confiterētur canerentq;]hoc est, Deum laudarent ac psallerent,[in portis castrorum dn̄i]i. in atriorū ingressu,[pars aút regis, eorum erat:]i. portio regem contingens, seu onus eum concernens, [vt de propria eius substantia offerretur holocaustum manè semper & vesperè] i. iuge sacrificium, quo omni manè immolabaī vnus agnus, & etiā quolibet vespere, q agni totaliter com-

Exod. 29. burebantur in altari holocaustorum, vnus per diem, alter p noctem.[sabbatis quoq;]i. quolibet sabbato,[& Calendis]i. exordijs mensium,[& solennitatibus cæteris]s. Pentecostes, & Tabernaculorum & expiationis, quia in his temporibus specialia sacrificia offerebant,[sicut scriptum est in lege Mosis]præsertìm Leuit. 23. & itèm Num. 28. [Pręcepit etiā populo habitantiū Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis:] i. decimas atq; primitias, [vt possent vacare legi dn̄i]hoc est, diuino cultui, & sacrificijs legis, ac orare pro populo, & docere ac psallere, ideò sustentādi erant à populo. Nec soli habitatores Hierusalem, sed cæteri quoq; Iudæi tenebātur ad istud. Istud etiam iussum fuit à Deo p Mosen in plurib⁹ locis, ideò iussio Ezechiæ fuit, quasi quædā cōmemoratio & innouatio iussionis diuinæ, qa sub Achaz ista erāt diu omissa.[Quod cùm percrebuisset]hoc est, ex publica fama insonuisset, [in aurib⁹ multitudinis]q i ad aliarū vrbiū & villarū habitatores deuenit,[plurimas obtulere primitias filij Israel, frumēti, vini & olei, mellis quoq;, & oīm q̃ gignit humus, decimas obtulerūt. Sed & filij Israel & Iuda, q habitabāt in vrbib⁹ Iuda, obtulerūt decimas boum & ouiū decimasq; sctórum, q̃ vouerant dn̄o Deo suo, atq; vniuersa portantes,] i. prima ac pręcipua de suis pe-

roribus & fructibus terræ ac iumentorum. Erant enim deuoti & feruidi sub Ezechia, sequentes eius vestigia, atque vniuersa portantes ad templum, ad vsum ministrantium ibi, tamen & alibi dabantur sacerdotibus ac Leuitis pro sustentatione ipsorum. [fecerunt aceruos plurimos] decimarum & primitiarum. [Mense 3. cœperunt aceruorũ iacere fundamenta,] i. aceruos inchoauerunt, ponendo iuxta terram quædam oblatã ex fructibus, quæ erant quasi fundamenta eorũ, quæ eis superponebantur, [& mense 7. compleuerunt eos. Cumq; ingressi fuissent Ezechias & principes eius] locum aceruorum prope templum, [viderunt aceruos] i. cumulos fructuum victualiumq; illorũ, [& benedixerunt dño] ei gratias referẽdo, [ac populo Israel] q tam liberaliter dedit huiusmodi, ei bona imprecando, imò tam Deum q̃ populũ collaudabant & principaliter Deum, populum aũt in Deo, & ad Dei honorem. [Interrogauitq; Ezechias sacerdotes & Leuitas, cur ita iacerent acerui. Rñdit illi Azarias sacerdos primus] s. pontifex [de stirpe Zadoc, dicens: Ex quo cœperunt offerri primitiæ] & etiam decimæ [in domo dñi, comedimus & saturati sumus:] i. sufficienter, nõ gulosè, refecti, [remanserunt plurima, eo ꝙ benedixerit dñs populo suo. Reliquiarum aũt] i. residuorũ quæ nobis superfuerunt, [est copia ista q̃ cernis. Præcepit ergo Ezechias, vt præpararent horrea in domo dñi.] i. prope atria templi, in quibus ponerentur & conseruarentur residua illa. ¶ Circa hæc scribit quidam, ꝙ Azarias primus sacerdos, de quo iam dictũ est, fuit ille q suprà legitur restituisse Oziæ thurificare volenti, ꝙ non apparet, cùm inter tempus illud Oziæ, & tẽpus illud Ezechię fluxerunt plurimi anni, & Ioathan & Achaz inter hos regnauerint, defunctiq; fuerint: ideò potest dici, ꝙ fuit filius Azariæ illius. [Quod cùm fecissent, intulerunt tam primitias, quàm decimas, & quæcunque vouerant, fideliter. Fuit aũt pfectus eorum Chonanias Leuita, & Semei frater eius, secundus. Post quẽ Iehiel, & Azarias, & Nahat, & Asael, & Ierimoth, Iosaphat quoq; & Eliel, & Iesmachias, & Mahath, & Banaias præpositi, sub manibus Chonaniæ & Semei fratris eius, ex imperio Ezechiæ regis, & Azarię pontificis domus dñi, ad quos oĩa pertinebãt. Chore verò filius Iemna Leuites, & ianitor oriẽtalis portæ, ppositus erat his quæ sponte offerebant dño:] i. vltra debitum ex superrogatiõe, qa talia custodiuit, [primitijsq; & consecratis in sctã sctõrum,] i. quæ deputabantur ad hoc, vt essent valdè sacrata, & de numero sacratorum, [& sub cura eius] erant, [Eden, & Miniamin, Iesua, & Semeias, Amarias quoq;, & Sechenias, in ciuitatibus sacerdotum] i. viri isti Leuitæ, erãt præfato Chore subiecti in ciuitatibus sacerdotum, in quibus s. sacerdotes commorabantur, non dñabantur, [vt fideliter distribuerent fratribus suis] putà Leuitis [partes] decimarũ [minoribus atq; maioribus,] faciẽdo iustam diuisionem decimarum vniuersis & singulis illis, sicut per iustitiam distributiuam datur vnicuiq; quod ei debetur, [exceptis maribus, ab annis tribus & supra cunctis qui ingrediebantur templum dñi.] Hoc exponitur ꝙ non accipiebatur distributio aliqua pro masculis, quousq; ad minus haberent tres annos, sicq; excipiuntur masculi ab annis tribus & supra versus originem seu exordium natiuitatis eorum, oẽs videlicet qui minùs habebãt, q̃ annos tres. [Et quicquid per singulos dies conducebant] i. simul adducebat per offerẽtes decimas, primitias, seu hostias, [in ministerio atq; obseruationibus iuxta diuisiones suas sacerdotibus per familias, & Leuitas à 20. anno & supra, per ordines & turmas suas, vniuersæq; multitudini, tam vxoribus q̃ liberis eorum vtriusque sexus, fideliter cibi de his quæ sanctificata fuerant, præbebantur.] i. ex præfatis decimis & primitijs, cæterisq; oblatis & Deo consecratis, præbebantur fideliter necessaria vitæ sacerdotibus & Leuitis atque eorum domesticis, præsertim vxoribus & soboli vtriusq; sexus: & quòd dictum est, à 20. anno & suprà, refertur ad Leuitas, qui q̃uis tempore Mosis, & posteà diu non recipiebant ad ministeria sua in tabernaculo exercenda, nisi ab anno 30. vt legitur in libro Numerorum, quanq̃ ab anno vicesimoquinto admitterentur ad faciendum in tabernaculo obsequia quædam, per quæ sacerdotes experientur aptitudinem Leuitarum ad sua officia, & ad quid vnusquisq; eorum esset magìs idoneus, vt dictum est plenìus super Numer. 3. postmodùm tamen, præsertìm templo Salamonis constructo, admittebantur ad sua officia ab anno vicesimo, & ante vicesimum annum accipiebatur de ipsis prætacta experientia: quia ex tunc non habuerunt tam laboriosa facere opera, sicut ante dum tabernaculum cum pertinentibus ad se portabatur assiduè, vel interdum de loco ad locum. [Sed & filiorum Aaron per agros & suburbana vrbium singulariũ dispositi erãt viri, q partes distribuerẽt vniuerso sexui masculino de sacerdotibus & Leuitis.] Sensus est, ꝙ certi viri erant instituti p suburbana & agros filiorũ Aaron, s. sacerdotũ, qui partes distribuebant omnibus masculini sexus sacerdotalis seu Leuiticæ stirpis, & viri isti erant, quasi reddituarij, & procuratores, ac dispensatores illorum. [Fecit ergo Ezechias vniuersa quæ diximus, in omni Iuda. Operatusq́ue est bonum, & rectum, & verum coram domino Deo suo, in vniuersa cultura ministerij domus domini, iuxta legem & cæremonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo.] Bonũ, quo ad præcepta moralia, quæ magìs bonificant obseruantem: & rectum, quo ad præcepta cæremonialia, in quibus modus diuini cultus at-

2. Para. 28.

tendebant: & verum, quo ad præcepta iudicialia, in quibus consistebat veritas iustitiæ, quantùm ad proximos. [Fecit, & prosperatus est.] Quia benè sibi successit in his, & profecit per ea ad veram salutem.

¶ Explanatio cap. 32. Post quæ & huiuscemodi veritatem venit Sennacherib, &c. Articulus XXXIIII.

2. Paral. 32. FRuctus iustitiarum Ezechiæ hîc recitatur, quòm meritis suæ iustissimæ conuersationis contulit ei Deus miram & supernaturalem victoriam. Estq; historia huius cap. pro maxima parte 4. Reg. 18. exposita. [Post quę] in pręcedenti cap. enarrata, [& huiuscemodi veritatem] triplicem, quæ abundauit in Ezechia, videlicet veritatem vitæ, veritatem doctrinæ, & veritatem iustitiæ, [venit Sennacherib rex Assyriorum, & ingressus Iudam, obsedit ciuitates munitas] in Iuda, [volens eas capere. Quod cùm vidisset Ezechias, venisse s. Sénacherib, & totum belli impetum verti côtra Hierusalem,] Alijs etenim pluribus Iudæ vrbibus captis, maximè acuebat se impius ille ad impugnandum metropolim regni, [inito cum principibus consilio virisq; fortissimis,] hoc est, cum talibus viris, [vt] viri illi [obturarent,] i. clauderent, [capita fontium quæ erant extra vrbem] Hierusalem [& hoc omnium decernènte] hoc est, diffiniĕte [sententia,] præsertim quia iam ante hæc Ezechias consolationē accepit ab Esaia de Assyriorum deiectione, [congregauit plurimā multitudinē hominum robustorū secum in vrbe pro eius defensione & fontium obturatione, [& obturauerunt cunctos fontes] extra Hierusalem, [& riuum q fluebant in medio terræ,] egrediendo de vrbe p terrā longè, cuius riui fluxum per terram impediebant, [dicentes: Ne veniant reges Assyriorum, & inueniāt aquarum abundantiam.] Sed cur dixerunt, Ne veniāt reges Assyriorum, cùm solus Sennacherib rex legat venisse, nisi fortè acceperint plurale pro singulari? Vel aliqui erant reges minores in Assyria sub Sennacherib isto, qui cum eo venerunt. [Aedificauit quoq; agens industriè omnem murum, qui fuerat dissipatus,] reparando destructiones murorum, quia sub Achaz facta fuit multiplex debilitatio regni & vrbis Hierusalem. [& extruxit turres desupèr, & forinsecùs alterum murum. Instaurauitq; Mello in ciuitate Dauid. Mello erat profunda vorago, cuius instauratio fuit ad hostiùm dimersionem in eam. [& fecit vniuersi generis armaturam & clypeos] ad resistendum aduersarijs. tamen vt 4. Reg. 18. habet, antequàm ita parauit se ad repugnandum, misit ad regem Assyriorum pro pace, offerens se ad dandum quicquid ille ab ipso exigeret. ¶ Deniq; sicut ait scriptura, Ezechias totā spem suā collocauit in Deo, nihilominùs fecit quicquid per industriam potentiamq; valebat humanam. Alioquin fuisset, quasi virtĕtans Deum. [Constituitq; principes bellatorum in exercitu. Et conuocauit vniuersos] ciues, & bellatores qui in Hierusalem erant, [in platea portæ ciuitatis, ac locut⁹ est ad cor eorum,] hoc est, efficaciter consolatus est eos, [dicens: Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, nec paueatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem quæ est cum eo.] Veruntamen ipsemet Ezechias primò timuerat illum: sed visa infidelitate illius, qua fœdus cum Ezechia initum de recedendo accepta pecunia, fregit, Ezechias sumpsit in Deo maiorem fiduciā, sperans ꝙ diuina iustitia tantam illius vitiositatem non dimitteret impunitam, nec vrbem tēpli & cult⁹ sui permitteret à perfido & periuro illo vastari. [Multo enim plures nobiscum sunt,] s. angeli sancti, [quàm cum illo. Cum illo enim est brachium carneum,] i. terrena & humana potestas. [Nobiscum] est [dominus Deus noster:] & cum eo sanctorum innumerabilia millia. Simili modo dixit Heliseus sanctus ad suum ministrum. [qui auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis. Confortatusque est populus huiuscemodi verbis Ezechiæ regis Iuda] cuius sanctitatem, sapientiamque nouerunt, ideò eius meritis sperabant iuuari, & visa eius constantia, animati sunt corde. [Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorū seruos suos] videlicet Thartam & Rabsarin & Rabsacen, prout quarto Regum istud diffusè narratur. [Hierusalem (ipse eñ cum vniuerso exercitu obsedebat Lachis) ad Ezechiam, regem Iuda, & ad omnem populum, qui erat in vrbe, dicēs: Hæc dicit Sennacherib rex Assyriorum: In quo habentes fiduciam, sedetis obsessi in Hierusalem? Num Ezechias decepit vos, vt tradat morti in fame & siti, affirmans ꝙ dñs Deus noster liberet vos de manu regis Assyriorum? Nunquid non iste est Ezechias, q destruxit Excelsa illius & altaria, & ꝑcepit Iudæ & Hierusalem, dicens: Coram altare vno adorabitis, & in ipso côburetis incensum? An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? Nunquid præualuerunt dij gentiū, omniumq; terrarum, liberare regionē suam de manu mea? Quis est de vniuersis dijs gētiū, quas vastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populum suum de manu mea, vt possit etiā Deus vester eruere vos de hac manu? Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, neq; credatis ei. Si enim nullus potuit Deus cunctarum gentium atq; regionum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum: côsequenter nec Deus vester poterit eruere vos de hac manu. Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra dominum Deum, & contra Ezechiam seruum eius. Epistolas quoq; scripsit plenas blasphemiæ in dominū Deum

Marginalia: 4. Reg. 18. Esaię 36. — 4. Reg. 18. Ecclesi. 18. — 4. Reg. 18. — Deut. 33. Dani. 7. 4. Reg. 6. — 4. Reg. 18.

um Israel.]Hoc fuit quando ad tempus recessit à terra Iuda, cognito aduentu regis Aethiopiæ contra se,[& locutus est aduersum eum: Sicut dij gentium cæterarũ non potuerunt liberare populum suum de manu mea,sic & Deus Ezechię eruere non poterit populum suum de manu ista.Insupèr & clamore magno, lingua Iudaica cõtra populũ q sedebat in muris Hierusalem,personabat,vt terreret eos,& caperet ciuitatem. Locutusq; est contra Deum Israel, sicut aduersum deos populorum terræ,opera manuum hominum. Orauerũt igitur Ezechias rex,& Esaias filius Amos prophetes,aduersum hanc blasphemiam]zelo iustitiæ, vt iustus & omnipotens Deus eam vlcisceretur,[ac vociferati sunt vsq; in cælum] hoc est, tam ardentissimè ac fiducialissimè & iedesinenter dñm inuocauerunt,ꝙ Deus in cælo residens,ostẽdit se eam audisse. Orauit autẽ & totus populus Ezechiæ,sed hi duo,tanquàm excellentiores & sanctiores,præ cæteris exprimũtur. Nempe oratio iusti penetrat cælos. [Et misit dñs angelũ suum,qui percussit oẽm virum robustum & bellatorem,& principẽ exercitus regis Assyriorum.Reuersusq; est cum ignominia in terram suam. Veruntñ vt dictum est 4. Reg. & super Esaiam ostensum,decem manserunt superstites,cum quibus rex fugit. [Cumq; ingressus esset,domum Dei sui, filij qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerunt eum gladio. Saluauitq dñs Ezechiã,& habitatores Hierusalem,de manu Sennacherib regis Assyriorum,& de manu oĩm præstitit ei quietẽ per circuitũ.Multi etiã] Gentiliũ ex regno decem tribuũ [deferebant hostias & sacrificia dño in Hierusalem.] audito isto admirando triumpho, ex quo omnipotentiam & prouidentiam atq; iustitiam Dei pensabant,regratiabãturq; ei, quòd impijssimum illum tyrannũ,qui tãtùm vexauerat vndiq; regna terrarum, tam gloriosè ac metuendè deiecit.[& munera Ezechiæ regi Iuda,]diligentes eum & grates ei referentes, eo ꝙ tanti tyranni procurasset ruinam.[Qui exaltatus est post hæc corã cunctis gentibus]hoc est, famosus effectus apud omnes qui ista perceperunt, eo ꝙ talis ac tantus esset apud altissimũ, qui sic per angelum suum pugnauit pro eo.[In diebus illis ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem]exclusiuè,[& orauit dominum]vt sanaretur.[Exaudiuitq; eum,& dedit ei signũ,]itaꝙ sol redijt decem lineis seu gradibus in horologio Achaz,prout illud 4. Reg lib. expositum fuit.[sed non iuxta beneficia quæ acceperat] à Deo, [retribuit] ei, i. ingratus Deo effectus est,qui tanta fecit ad ipsius Ezechiæ instantiam,in solis supernaturali retrocessione, in Assyriorum per angelum incineratione, in suijpsius miraculosa curatione, & vitæ suæ prolongatione,atq; in alijs multis ac magnis spiritalibus ac corporalibꝰ donis,[quia eleuatum est cor eius]in superbiam,& inaniter gloriatus est ex tanta sua famatione, & quia tot & tanta ꝓpter ipsum facta fuerant,quæ & suis meritis vltra cõdignum creditur ascripsisse.[Et facta est cõtra eum ira,& contra Iudam & Hierusalem:]hoc est,Deus detestatus est ingratitudinẽ eius, & pompam & gloriam vanam,& contra subditos eius fuit iratus propter eorum peccata, & quia suo regi communicauerunt in malis. Vel propter eorum peccata Deus permisit regem ipsorum ita tentari ac labi,sicut & ipsum Dauid,dum populum numerari præcepit. Vndè & propter peccatum illud Dauid, percussus est populus. Nam vt ait Gregorius, Deus disponit corda præsidentium,secundum merita aut demerita subditorum.Deus quoque per Esaiam Ezechiæ prædixit & comminatus est debitam punitionem. [Humiliatusque est posteà,] qnia ad Esaiæ repræhensionem aduertit, & detestatus est suos excessus ac fleuit, [eo quod exaltatum fuisset cor eius, tam ipse quàm habitatores Hierusalem, & idcircò non venit super eos ira domini in diebus Ezechiæ]per Chaldæos,de quibus Esaias prædixit, posteà verò tempore Ioakim cœpit venire.[Fuit autem Ezechias diues & inclytus valdè, & thesauros sibi plurimos congregauit argenti & auri,& lapidis preciosi,aromatum & armorum vniuersi generis,& vasorum magni precij,apothecas quoque frumenti, vini & olei,& pręsepia omnium iumentorum, caulasque pecoribus, & vrbes sex edificauit. Habebat quippe greges ouium & armentorum innumerabiles, eo quod dedisset ei dominus substantiã multam nimis.] Fuitque inclytus carnis origine ex regali Dauid progenie, sed nobilior mente, non degenerando à sanctorum Regum nobilitate, hoc est, virtuositate. Ex rationabili etiam causa propter commune bonum cõgregauit tot opes. [Ipse est Ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarũ Gihon,]i. fontem illum sic clausit, quòd extra vrbem non fluxit,ob causam præhabitam.[& auertit eas]scilicet aquas Gihon[subter]i, inferiùs eas conuertit & fluere fecit,[ad occidentem vrbis Dauid:]quatenùs interiorem piscinã influerent. Fecit quoque ante fontem Siloa quasi stagnum, in quo aquæ colligerentur, & ciuibus reseruarentur pro tempore obsidionis; quod stagnum in Euangelio Ioannis appellatur natatoria Siloe,atque vt Epiphanius asserit, Esaia orãte, copiosiùs solito de fonte Siloe ***.[In omnibus operibus suis fecit prosperè,quod voluit, Attamen in legatione principum Babylonis]hoc est, in missione solennium nuntiorum regis Babylonis,[qui missi fuerant ad eum] à rege illo, vt 4. Reg. lib. legitur,[vt interrogarent de portento, quod acciderat super terram,] i. causam miraculosæ retrocessionis Solis ab eo inuestigarent, q̃ retrocessionem propter eum factam fu-

Marginal notes: Eccles. 35. / 4. Reg. 18. Esaiæ 36. / 4. Reg. 20. Esa. 38. / 2. Reg. 24. / Gregor. / Esaiæ 38. / 4. Reg. 24. / Ioann. 9. / 4. Reg. 20.

isse perceperant. Vndè & eius dignitatem & excellentiam mirabantur, propter quem cursus cęlestium corporum immutaretur. [dereliquit eū dominus, vt tentaretur] à spiritu superbiæ, [& nota fierent omnia quæ erant in corde eius,] hoc est, interior eius elatio, ingratitudo & vana gloria ostenderentur ad nostram cautelam, per verba & facta eius exteriora, quia tunc demonstrauit nuncijs illis opulentiam & magnificentiam suam, & alia quædam magis quàm

Ibidem. licuit, vt 4. Reg. expressum est. [Reliqua autem sermonum Ezechiæ & misericordiarum ei°, scripta sunt in visione Esaiæ, filij Amos prophetæ, & in libro Regum Iuda & Israel. Dormiuitq; Ezechias cum patribus suis, & sepelierunt eum supra sepulchra filiorum Dauid.] i. eminentius atq; pręclarius sepulchrum fecerunt ei quàm alijs regibus propter ipsius virtutes eximius, & quoniam totum populum suum sic reformauit, & tantam prosperitatem attulit regno. [Et celebrauit eius exequias vniuersus Iuda, & oēs habitatores Hierusalem, regnauitque Manasses filius eius pro eo.[Docemur ex isto cap. vt in arduis causis celebrentur concilia, & pręlati ac principes, quantumcunq; sapientes ac virtuosi, non despiciant, nec omittant cum suis consiliariter loqui, & de agendis tractare. Deuotorū quoq; orationes requirant, & sperent in domino, prælioruḿq; tempore suos sapienter ac feruidè exhortentur. Postremò docemur hîc, qualiter spiritalis illa elatio & gloria vana, insidientur virtutib° etiam in viris perfectis. Ideò semper super custodiam nostrā stare debemus & esse soliciti, ne peccemus, & in

Abacuc die bonorum, memores esse debemus malorū. Neq; in die honoris sui debet quispiam ex-

Ecclef. 11. tolli, imò tunc magis formidare debet occulta iudicia Dei, qui electis suis in hac vita magis solet concedere aduersa, quàm prospera. Itaq; quo plura & maiora à Deo dona sortiti fuerimus, eo plùs subiecti, grati & humiles esse debemus, & omne bonum toto corde Deo asscribere, & iuxta beneficia quæ recepimus, pro posse retribuere. Etenim si tantus vir sic cecidit,

Hebr. 10. quis potest esse securus? Ideò ex aliorum laude, fama & reputatiōe nequaquàm inaniter gloriemur, sed attendamus, quàm horrendum sit incidere in manus Dei viuentis.

¶ Expositio cap. 33. Duodecim annorum erat Manasses, cùm regnare cœpisset. Articulus XXXIII.

VT opposita iuxta se posita, euidétiùs innotescant, post descriptionē vitę & gubernationi, optimi Ezechiæ, sequitur historia sceleratisimi filij eius, qui tamen ex infinita misericordia Dei tandem verè pœnituit. Duodecim annorum erat Manasses, cùm regnare cœpisset, & quinquagintaquinq; annis regnauit in Hierusalem. Fecit autem malum coram dño iuxta abominationes gentium, quas subuertit dñs corā filjs Israel, Et conuersus instaurauit excelsa, quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius, construxitq; aras Baalim, & fecit lucos, & adorauit militiā cæli, & coluit eā. Aedificauit quoq; altaria in domo dñi, de qua dixerat dñs, in Hierusalem erit nomen meum in æternū. Aedificauit aūt ea cuncto exercitui cæli, in duobus atrijs domus dñi, transireq; fecit filios suos p ignem in valle Benennon.] Exordium hui°

4. Reg. 21. cap. 4. Reg. lib. expositum est, p maxima parte. Obseruabat somnia] superstitiosè, & non solùm prout ex naturalibus causis & naturali scientia ex qualitate & existentia somniorū aliqd sciri potest & conijci, prout de hoc in pluribus locis tractatum est. [sectabatur auguria] i. artem diuinandi ex garritu, volatu & motibus auium, [maleficis artib° inseruiebat] i. diuersis speciebus artium magicarum intentus. [Habebat aūt secum Magos & incantatores,] qui incantationibus & inuocationibus suis maleficis sensus deludunt humanos, quæ omnia fuerūt

Leuit. 19. in lege prohibita, qm̄ in Leuitico scriptum est: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia: non declinetis ad magos, nec ab hariolis aliquid sciscitemini. [multaq; mala operatus est coram dño, vt irritaret eum. Sculptile quoq; & conflatile signum posuit in domo dñi. de qua locutus est dominus ad Dauid & ad Salomonem filium eius, dicens: In domo hac & in Hierusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum, & mouere non faciam pedem Israel de terra quam tradidi patribus eorū, ita duntaxat, si custodierint facere quæ præcepi eis, cunctamq; legē & cæremonias atq; iudicia, quæ mandaui per manum Mosis. Igitur Manasses seduxit Iudam & habitatores Hierusalem, vt facerent malū sup omnes gentes quas subuerterat dñs à facie filiorū Israel. Loquutusq; est dñs ad eum, & ad populum illius, & attendere noluerunt. Idcircò superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorū Cepernntq; Manassen, & vinctū catenis atq; cōpedibus duxerunt eū in Babylonem.]

Iose lib. 10. Si assyrij eum vinxerunt, quomodò ductus est in Babylonē? Ad hoc Ioseph° & alij dicunt, q

an iu. c. 4. Babylonij cum rege suo venerunt contra Manassen, sed appellatur Assyrij, qm̄ antè fuerunt sub monarchia atq; dominio Assyriorum, à qbus tamē iam recesserūt. [Qui postquàm coan-

Per Com. hist lib 4. Reg. ca. 33. gustiat° est] i. valdè arctatus. Hinc in Scholast. fertur hist. Immisit dominus aduersus Manassen regem Babyloniorū, qui depopulatus est Iudæam, & Manassen dolo captū, traxit in Babylonem, & pluribus afflixit tormentis. [orauit dominum Deum suum, & egit pœnitentiam valdè coram Deo patrum suorū.] i. cordialem habuit contritionē intensam, secundum quod magnitudo & multitudo criminū eius exegit. Cōtritionem quippe oportet esse adæquatam pecca-

peccatis,[deprecatusq; est eũ]pro remissione culparũ,[& obseruauit intentè]pro infusione gratiæ ac virtutũ,vaxatione durissima dante sibi durissimo Intellectũ. [& exaudiuit oratiotiõe eius.]O q̃ infinita fuit hæc mĩa Dei, ꝙ tam citò & piè exaudiuit impiũ illum, quo in tota scriptura vix aliquis legitur grauiùs ineffabiliusq; peccasse.[reduxitq; eũ Hierusalẽ in regnũ suũ]. Modus aũt quo de captiuitate eũ redemit,nõ scribitur hic neq; exprimitur.[Et cognouit Manasses ꝙ dñs ipse esset Deus]i.per multiplicẽ diuinæ pietatis & æqtatis effectum circa se & in se,experimentaliter cõsiderauit & vidit, ꝙ dñs creator vniuersorũ, verè sit Deus hominum,prçsertim Hebræorũ,habens ꝓuidentiam eorundem,& iustus existens iudex Iudex Iudæorum ac omniũ. Deindè subiungitur, qualiter in sua reuersus,reparauit & emendauit regnum suum in melius,tàm in corporalibus q̃ in spiritalibus.[Post hæc ædificauit murũ extra ciuitatem Dauid, [faciendo ibidem antemulare,[ad occidentẽ Gihon]i.in occidentali parte vrbis Dauid,in qua situs fuit fons Gihon,[in cõualle,ab introitu portę piscium per circuitum vsq; ad Ophel. Et exaltauit illũ vehementer. Constituitq; principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iudę munitis:]ne regnũ suum ampliùs posset sic deuastari; [& abstulit deos alienos,]idolatriam extirpando, [& simulacra de domo domini, aras quoq; quas fecerat in monte domus dñi,& in Hierusalẽ,& proiecit omnia extra vrbẽ. Porrò instaurauit altare dñi, & immolauit super illud victimas,& pacifica,& laudẽ,præcepitq; Iudæ]i.vniuerso populo regni sui,[vt seruiret dño Deo Israel:]in quo patuit mutatio dexteræ excelsi, & non sine grandi omnium admiratione vitam duxit decæterò virtuosam. [Attamen adhuc populus immolabat in excelsis dño suo. Reliqua autẽ gestorũ Manassæ,& obsecrationes eius ad Deum suum, verba quoq, videntium quæ loquebantur ad eũ in nomine domini Dei Israel, cõtinentur in sermonibus regum Israel. Oratio quoq; eius,& exauditio, & cuncta peccata atq; contemptus, loca etiã in quibus ædificauit excelsa,& fecit lucos & statuas,anteq̃ ageret pœnitentiam,scripta sunt in sermonibus Hozai. Dormiuit ergo Manasses cũ patribus suis,& sepelierunt eũ in domo sua]i.in horto domus suæ,in horto Oza,prout 4. Reg.lib. habetur. [Regnauitq; pro eo filius eius Amon. Vigintiduorũ annorũ erat Amon, cùm regnare cœpisset,& duobus annis regnauit in Hierusalẽ.fecitq; malũ in conspectu dñi,sicut fecerat Manasses pater eius, & cunctis idolis quę Manasses fuerat fabricatus, immolauit atq; seruiuit. Et non est reueritus faciẽ dñi,sicut reueritus est Manasses pater eius,& multo maiora deliquit. Cumq; coniurassent aduersus eum serui sui,interfecerunt eum in domo sua.Porrò reliqua populi multitudo cæsis his qui Amon percusserat, constituit regem Iosiam filium eius pro eo.]Hæc omnia 4. Reg.lib.exposita sunt,quæ ibi requirantur. ¶Ex isto docemur cap. quàm vere infinita sit mĩa Dei in suis electis,& quod de nullo sit desperandum. Quod itam salubre sit sustinere aduersa,quæ sunt multis salutis occasio. Itaq; qui stat, videat ne cadat, nec lapsos & impios aspernetur incautè,quoniã hi quos ipse hodiè videtur præcedere,cras forsan ipsum præcedent.

Esaiæ 14. Psalm.76. 4.Reg.21. Ibidem. 1.Cor.10.

¶Declaratio cap.34. Octo annorum erat Iosias,cùm regnare cœpisset. Art.34.

HVius cap.sentẽtia,in quo ætas,vita gubernatio Iosiæ describitur, 4.Reg. lib.continetur atq, exposita est:ideò non est immorandũ.]Octo annorũ erat Iosias,cùm regnare cœpisset,& triginta & vno regnauit in Hierusalẽ. Fecitq; ꝙ erat rectum in conspectu dñi,& ambulauit in vijs Dauid patris sui nõ declinauit neq; ad dexterã neq; ad sinistrã. Octauo autem anno regni sui,cùm adhuc esset puer]vtpotè sedecim annorũ,[cœpit quærere Deũ patris sui Dauid] imò vt Iosephus narrat,quarto anno regni sui cùm duodecim esset annorum, cœpit populũ ab idololatria reuocare,prauaq; opera tanq̃ senior emendare, [& duodecimo anno postq̃ regnare cœperat,mundauit Iudam & Hierusalem ab excelsis & lucis,simulacrisque & sculptilibus. Destruxerũtq; coram eo aras Baalim,& simulacra quæ superposita fuerant, demoliti sunt.Lucos etiam & sculptilia succidit atq; cõminuit,& super tumultos eorum qui eis immolare consueuerant,fragmenta dispersit. Ossa prætereà sacerdotum combussit in altaribus idolorum, mundauitque Iudam & Hierusalem. Sed in vrbibus Manassæ & Ephraim & Simeon vsque Nephthali,cuncta subuertit. Cumque altaria dissipasset & lucos, & sculptilia contriuisset in frusta, cunctaque delubra]i.templa idolorum]demolitus esset, [non solùm in regno suo,sed item in terra decem tribuum,]de vniuersa terra Israel, reuersus est in Hierusalem. Igitur anno vndecimo regni sui,mundata iam terra &templo domini,misit Sapham filium Helchiæ,& Maasiam principem ciuitatis,& Ioah filium Ioahas a commentarijs,vt instaurarent domum domini Dei sui. Qui venerunt ad Helchiam sacerdotem magnum, acceptaq; ab eo pecunia,quæ illata fuerat in domum domini,& quam congregauerant Leuitę & ianitores,& Manasse & Ephraim & vniuersis reliquijs Israel,ab omni quoque Iuda & Beniamin,& habitatoribus Hierusalem, tradiderunt in manibus eorum,qui præerant operarijs in domo dñi, vt instaurarent templum,& infirma quæq; sarcirent. At illi dederunt eam artificibus & cæmentarijs, vt emerent lapides de lapicidinis, & ligna ad commissuras ædificij,& ad cõtignationem domorũ,quas destruxerant reges Iuda,qui fideliter cuncta faciebãt. Erant

4.Re.22.23 Iose.lib. 10. an.iu.ca.24

lennitatem paschæ agendam,[loquutus est:Ponite arcam in sanctuario templi, quod ædificauit Salomon filius Dauid rex Israel.]Leuitæ iuxta præhabita nec sanctum,nec sanctũ sanctorum,i.nec exteriorem nec interiorem tẽpli partem intrabant, quomodò ergò pręcipitur eis,ponere arcam in sanctuario tẽpli,i.in sancto sanctorum? Deniq; si ponenda erat ibidèm, iam extra illud fuit.Circa hoc refert Lyra:Libro de Hebraicis quæstionibus dicitur,ꝙ tempore Achaz idololatræ arca fuit de tẽplo ad domũ Holdæ ꝓphetissæ portata, & indè sub Iosia ad templum relata,Glossa verò Hebraica dicit,ꝙ arca non fuit de loco suo transposita,sed per Manassen tracta ad partẽ,quatenùs in loco ei⁹ idolum ꝙ Manasses coluit,poneretur,primum horum reprobat Lyra,quia si arca fuisset posita extra tẽplum sub Achaz, non est verisimile,quin deuotus rex Ezechias fecisset eam reduci.secundum etiã repræhendit, quia si arca mansisset in sanctuario,Iosias non iussisset Leuitis,ꝙ etiã in sanctuario ponerent, qm̃ sanctuarium introire non licuit eis.Hinc ꝓbabilius opinatur,ꝙ tempore Manassæ fuit extra tẽplum portata,& sub Iosia p Leuitas reportata,vsq; ad tẽpli ingressum, atq; ab illo loco per sacerdotes delata,& in sanctuario posita.Hæc Lyra.Sed mirum si Manassæ tẽporibus fuit elata de templo,ꝙ ipse Manasses post suam cõuersionem non fecit arcam suo restitui loco,præsertìm cùm suprà scriptum sit:Abstulit Manasses deos alienos & simulacra de domo dñi,& instaurauit altare dñi,&c.Potiùs igitur reor,ꝙ sub impijssimo idololatra Amõ filio Manassæ potuit fieri deportatio illa arcæ extra ꝓprium locum.[Nequaq̃ enim eam vltrà portabitis]i. arca decæterò fixa manebit in loco suo,nec propter aut per idololatras auferetur. Hoc dixit Iosias,quia firmissimè statuit idololatriam omni tẽpore vitæ suæ repellere. [Nunc ergo ministrate domino Deo vestro]seruitute latriæ, [& populo eius Israel,] sicut superiores ministrant subditis suis,i.communem populum informate,& circa eorum sacrificia exhibete,ꝙ vestro incumbit officio,[& præparate vos per domos & cognationes vestras in diuisionibus singulorum,]i.officia vestra peragite, secundum quod diuisi estis per turmas & ordines sub sacerdotibus,quibus ministratis,[sicut præcepit Dauid rex Israel]vt sæpè expositum est,[& descripsit Salomon filius eius.] Dauid enim primò descripsit hoc, atque in scriptis tradidit Salomoni,vt primo libro habetur:deinde Salomon descripsit, vel in scriptis dedit hæc alijs. [ministrate in sanctuario eius p familias turmasq; Leuiticas, & sanctificati, immolate phase.]In qualibet etenim domo agnus immolabatur.Porrò super illud superiùs scriptum,Comedit phase non iuxta quod scriptum est:R.Paulus repræhendit Lyram ibi dicentem, quod pascha non poterat immolari,nisi à purificatis seu sanctificatis,sed reprobatio illa non valet, quia non solùm hoc loco,sed & alibì sæpè docet scriptura,ꝙ nõ nisi purificati poterant phase offerre,imò nec manducare.Præthereà immunditiæ illæ legales & corporales, vocantur irregularitates,quia per eas efficiebantur ministri templi & populus inepti ad sacrificia offerenda seu manducanda, & ad templi ingressum, prout thomas in prima secundæ, & Alexander de Hales super tertium sententiarum,Guilhelmus quoq; Parrhisiensis libro de fide & legibus,ac alij expositores testantur.[fratres autem vestros]nondum sanctificatos, [præparate;]i.purificate ad exercendum sua officia,[vt possint iuxta verba quæ locutus est dominus in manu Mosis facere.]i.sua obsequia dignè implere. [Dedit prætereà Iosias omni populo qui ibì fuerat inuentus,in solennitate phase, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia,boum quoque tria millia.Hęc de regis vniuersa substantia.Duces quoq; eius spontè,quod vouerant obtulerunt,tam populo quàm sacerdotibus & Leuitis.Hic recitatur, qualiter Iosias & etiam principes dederunt populo ad celebrandum phase, & in sumptuum sacrificiorumq; releuamen ac opem,multa millia iumentorum mũdorum,i.aptorum ad immolandum atq; edendum,sicut superiùs de Ezechia relatum est.[Porrò Helchias]pontifex [& Zacharias & Iehiel principes domus domini,]i.templi.Helchias etenim pontifex fuit,& post eum alij erant sacerdotes præcipui.[dederunt sacerdotibus ad faciendum phase pecora commixtìm duo millia sexcenta,id est, pecora diuersarum specierum, quorum quædam erant oues,arietes siue agni,quædam capræ aut hædi, quæ omnia simul fuerunt duo millia & sexcenta.Quidam tamen exponit,commixtim, id est,communiter seu pariter, quia præfati simul accepti,tot pecora contulerunt.[& boues trecentos.Simili modo præcipui inter Leuitas,dederunt Leuitis cæteris pecora multa pro causa eadem,vt in textu subiungitur. [Chananias autem & Semeias etiam & Nathanael frater eius,necnon Hasabias, & Iahiel, & Iosabad principes Leuitarum,dederunt cæteris Leuitis ad celebrandum phase quinq; millia pecorum,& boues quingentos: pręparatumq; est ministerium,]i. media ritè disposita sunt ad exequendum paschalis festi obsequium.[Et steterunt sacerdotes in officio suo.]conuenienter ordinati & distincti per turmas, similiter Leuitæ, vt dictum est. [Leuitæ quoque in turmis iuxta regis imperium,& immolatum est phase.]i. non solùm agnus paschalis in domib⁹ singulorum,sed & sacrificium paschale in tẽplo & atrio. [Adsperseruntq; sacerdotes manus suas sanguine,]i.sanguinem hostiarum effundendo,& circa altare fundẽdo, etiã manus suas san-

Marginalia: 2.Paral.33. | 1.Par.24. 25. | 1.Para.28. | Ibidem. | 2.Para 6. | 2.Para.30. | R. Paulus. | 1Paral. 30.

sanguine perfuderunt, [& Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorum.] Quod quamuis ad
sacerdotes spectauerit, tñ in hoc poterant adiuuare Leuitæ, quando ob multitudinem sacri-
ficiorũ fuit necesse. [& separauerunt eas,] s. pelles à carnibus pecorum offerendorũ. [vt da-
rent per domos & familias singulorum, & offerrentur dño, sicut scriptum est in libro Mosis]
i. carnes darent sacerdotibus ad offerendum ꝓ his, qui animalia illa adduxerunt ad immolã-
dũ, vel vt partem de oblatis darent immolantibus, secundum quod aliquæ partes hostiarum
cesserunt in offerentiũ vsum, & iuxta hoc oblationes istæ non erant plenariè holocausta, qm̃
holocausta propriè dicta, totaliter cóburebantur, sed erãt holocausta, extensè sumendo no-
men holocausti ꝓ sacrificio, cuius aliqua pars incẽdebatur. [De bobus quoq; fecerunt simi-
liter. Et assauerunt phase] i. agnum paschalem, [super ignem, iuxta ꝙ præceptum est in lege.
Exod. 12. Siquidem in Exodo legitur: Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua, sed assum
tantùm igne. [Pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus] i. ollis æneis, [& cacabis & ollis,]
bulliendo eas, [& festinatò distribuerunt vniuerso plebi] i. vnicuiq; offerentium partem ta-
lium hostiarum sed carnium, quæ eis secundum legem debebatur, secundum quam, maior
Leuit. 4. pars talium hostiarum venit in offerentium esum, vt in Leuitico patet. [sibi aũt & sacerdoti-
bus posteà parauerunt. Nam in oblatione holocaustorum & adipum, vsq; ad noctem sacer-
dotes fuerunt occupati, vndè & Leuitę sibi & sacerdotibus filijs Aaron parauerunt nouissi-
mis. Porrò cantores filij Asaph, stabant in ordine suo, iuxta præceptũ Dauid & Asaph & He-
man & Idithun prophetarũ regis Dauid. Ianitores verò per portas singulas obseruabant, ita
vt nec puncto quidem discederent à ministerio: quamobrem & fratres eorum Leuitæ para-
uerunt eis cibos. Omnis igitur cultura, dñi, ritè completa est in die illa, vt facerent phase, &
offerrent holocausta super altare dñi, iuxta præceptum regis Iosiæ.] Hic narrat̃, qualiter can
tores & ianitores erant conuenienter & ordinatè dispositi in suis officijs. fecerun tq; filij Is-
rael, qui reperti fuerant ibì, phase in tempore illo, & solennitaté azymorũ septem diebus,]
infra quos vescebantur azymis panibus, non fermentatis. [Non fuit phase simile huic in Is-
rael à diebus Samuelis prophetæ.] Aliqui textus habent, à diebus Salomonis, dicentes, vitio
Iose lib. 10. scriptorum scriptũ Samuelis ꝓ Salomonis. Veruntñ Iosephus scripsit, à diebus Samuelis, &
an tiq. c. 4. 4. Reg lib. dicitur, à diebus Iudicum. Deniq; ideò phase illud cæteris sic præfertur, vel quia
4. Reg. 23. cum præcipua deuotione est factum, vel quia Iosias præcipuam liberalitatem monstrauit in
festo isto, dando tot millia pecorum populo, secundum modũ prędictum: ideò dicitur con-
sequenter in litera: [Sed nec quisquam de cunctis regib⁹ Israel fecit phase, sicut Iosias sacer-
dotibus & Leuitis & omni Iudæ, & Israel qui repertus fuerat, & habitantibus in Hierusalẽ:]
quia de his quæ liberalissimè præstitit, omnes reficiebantur. Apparet quoq; ꝙ plures hostię
in hoc festo sint immolatæ, vel absolutè, vel respectiuè: tñ sub Dauid & Salomone, ante reg-
ni diuisionem, fuit ibi maior frequentia populi. ¶ Consequenter describitur, qualiter san-
ctus Iosias fuit occisus. [Octauodecimo anno regni Iosię, hoc phase celebratũ est. Postquam
instaurauerat Iosias tẽplum, ascendit Nechao rex Aegypti ad pugnandum in Charchamis]
i. iuxta vrbem sic appellatam, [iuxta Euphraten] fluuium, [& processit in occursum eius Io-
sias,] quia noluit regi Aegypti cócedere iter p terram suam. [At ille, missis ad eũ nuncijs, ait:
Quid mihi & tibi est rex Iuda?] i. lis aut inimicitia nó est inter nos, cur opponis te mihi? [nó
Pet Com. aduersum te hodiè venio, sed contra aliam pugno domum.] Nam vt magister in hist. scribit,
hist lib. 4. Nechao rex ascendit contra regem Assyriorum, quem audierat debilitatũ, eo ꝙ Medi ac Ba-
Reg. ca. 37. bylonij ab illius recesserint monarcha: ideò rex Aegypti putauit se regnum Syriæ posse de
facili obtinere, & primò voluit cógredi aduersus regẽ Hadadrimmon, regnantem in Char-
chamis, qui simul cum Iosia disposuit acies contra regem Aegypti. [ad quam me Deus festi-
natò ire pcepit.] p Deum, intelligit vel deum falsum quẽ coluit, seu deos, p singulare intelli-
gendo plurale: vel verum Deum, quia multi idololatræ, præter deos suos, esse nouerút & suo
modo coluerunt vnũ altissimũ Deũ, quẽadmodùm Samaritani. Itaq; à Deo dixit se esse mo-
tũ & inspiratũ ad iter & bellũ illud, atq; (vt infrà habet̃) sic erat. Nã De⁹ p vnũ regẽ & regnũ,
frequenter vlciscit̃ peccata regis & regni alterius. [Desine aduersum Deũ facere, q mecum
est,] i. mihi à Deo misso ac inspirato in causa hac noli resistere, nec diuinæ ordinatiõi obicem
ponere audeas, [ne interficiat te.] i. interfici faciat aut permittat p me. [Noluit Iosias reuerti,
sed pparauit cótra eũ bellũ, nec acqeuit sermonib⁹ Nechao] q̃ protulit [ex ore Dei] i. ex inspi
ratione angelica seu diuina. Iosias tñ nesciuit hoc. [verũ prexit vt dimicaret in cãpo Maged-
do] i. loci vel oppidi seu territorij sic vocati. [Ibiq; vulnerat⁹ à sagittarijs] regis Aegypti, [di-
xit pueris] i. seruis [suis] & fortè quidã de filijs suis erant secũ in acie: [Educite me de plio, qa
oppidò] i. valdè [vulneratus sum. Qui trãstulerunt eũ de curru,] ex quo prgliabat̃, & in quo
fuerat vulneratus, [in alterũ currum qui sequebat̃ eum more regio.] Quia tũc fugit regũ có-
4. Reg. 23. suetudo, vt eis in vno curru sedẽtibus, & ex illo pugnãtibus, alij currus vacui sequerent̃ eos, si
forsitan indigerẽt, sicut núc equi vacui plures currút post eos.. Quarto lib. reg legit̃, ꝙ occis⁹
est

est in Mageddo, quia ibidèm lœtaliter læsus est. [& absportauerunt eũ in Hierusalem, mortuusq; est, & sepultus in mausolio]i. sepulchro[patrum suorum. Et vniuersus Iuda & Hierusalem luxerunt eum]tanto plùs, quanto melior & regno vtilior fuit, & quia pro regni sui cõmodo opposuerat se regi Aegypti, à quo timuit regno suo damna inferri. [Hieremias maximè,]quia ardẽtissimè S. Iosiam propter suas virtutes dilexit, & quia præ cæteris magis clarè cognouit in spiritu, quàm nociua esset mors Iosiæ reipublicæ, cultuiq; diuino & saluti cõmuni. [cuius omnes cantores atq; cantatrices]i. personæ vtriusq; sexus, qui carmina & lamentationes factas à Ieremia decantant, [vsq; in præsentem diem lamentationes]i. threnos seu lugubres versus[super Iosiam replicant:]i. frequenter ingeminãt seu resumunt. [Et quasi lex obtinuit in Israel:]i. laudabilis consuetudo indè effecta est. [Ecce scriptum fertur in lamentationibus:]i. in Threnis Hieremiæ, qui inchoant, Quomodò sedet sola ciuitas, istud ostenditur, quia de hac re partim conscripti sunt. Præterea sicut in Scholastica recitatur historia, præfatus rex Hadadrimmon cum suo exercitu inconsolabiliter deplanxit Iosiam pijssimũ. Vndè Zach. 12. scriptũ est: In die illa magnus erit planctus in Hierusalem, sicut planctus Hadadrimmon in campo Mageddo. [Reliqua autem sermonum Iosiæ & misericordiarum ei⁹, quæ lege præcepta sunt domini, opera quoque illius prima & nouissima, scripta sunt in lib. Regum Iuda & Israel.]Fertur quoq; quòd Iosias iuxta fontem & arborem sit occisus, q̃ prolinùs aruerunt. Postremò ex isto capitulo innotescunt nobis deuotio, liberalitas, & infatigabilis feruor Iosiæ circa Deum & eius ministros. Tantum igitur regem in istis virtutibus prælati ac principes Christiani non cessent sectari. Patet item ex dictis, quam incompræhensibilia sint omnipotentis ac iusti Dei iudicia, qui regem tam pium & sanctum, ab infideli rege permisit ocïdi: quo cõstat, quòd propter occultas causas Deus quandoque permittat iustos reges ac principes ab iniustis in bellis interfici, ideò victor in bello nõ debet gloriari inaniter aut incautè. Ampliùs, ex hoc quod sacerdotes & Leuitæ, cantores ac ianitores erant in tẽplo tam ordinatè dispositi, constat quàm ordinatè & reuerenter habere se debeant in diuinis sacerdotes, canonici, clerici, religiosi ac monachi euangelicæ legis. Thren. i. Roman. ii.

¶ Elucidatio capituli 36. Tulit ergo populus terræ Ioachaz filium Iosiæ.

Articulus XXXVI.

CONsummatio regni Iudæorum vsq; ad Babylonicam captiuitatem hîc enarra⁹. [Tulit ergo populus terræ Ioachaz filium Iosię, & constituit regem pro patre suo in Hierusalem. 23. annorum erat Ioachaz, cùm regnare cœpisset, & 3 mensibus regnauit in Hierusalem. Amouit autem eum rex Aegypti, cùm venisset in Hierusalem, & condemnauit terram 100. talentis argenti & talento auri. Constituitq; pro eo regem Eliachim fratrem eius super Iudam & Hierusalem, & vertit nomen eius, Ioakim. Ipsum verò Ioachaz tulit secum, & adduxit in Aegyptum.] Quæ hîc dicuntur, omnia exposita sunt 4. Reg. 23. vbi hæc eadem scripta sunt. Deindè de regimine Ioakim agitur, quem rex Aegypti pro fratre ipsius Ioachaz instituit regem. 25. annorum erat Ioakim cùm regnare cœpisset, & 11. annis regnauit in Hierusalem, fecitq; malum coram domino Deo suo.]Quæ hic scribuntur de Ioakim, scripta atq; exposita etiam sunt 4. Reg. 23. [Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, & vinctum catenis duxit in Babylonem.]i. ducere illuc cœpit, & ad hoc catenauit eum, vt sic deduceretur in Babylonem, [ad quam & vasa dñi transtulit, & posuit ea in templo suo. [In via tñ rex Babylonis mutauit consilium, & ipsum Ioakim remisit sub obligatione, q̃ solueret ei annuatim tributum. Præterea aduertendum, q̃ super 4. Reg. 22. scribit Lyra: Cum Pharao cepisset Syriam, mandauit pro Ioachaz, vt veniret ad eum in Reblata, quæ est Syriæ ciuitas: & ille non audens renuere, eo q̃ non habebat resistendi virtutem, venit, & missus est à rege Aegypti vinctus in Aegyptum, & ibi est mortuus. Huic autem recitationi videtur scriptura huius cap. obuiare, dicendo: Amouit eum rex Aegypti cùm venisset Hierusalem, ex quo apparet quod in Hierusalem eum deposuit. In Scholast. quoq; hist. sic narratur: Tribus mensibus tñ regnauit Ioachaz in Hierusalem. Nam vt dicit Paralip. liber, Veniens rex Aegypti in Hierusalem, amouit eum, & duxit eum secum in dolo, sub spe honorandi ipsum in Aegypto: sed cùm venisset in Reblata, vinxit eum, & ligatum misit in carcerem in Aegypto. [Reliqua autẽ verborũ Ioakim & abominationum eius,]i. abominabilium vitiorum, p̃sertim idololatriarũ, [quas operatus est, & quæ inuenta sunt in eo,]s. figuræ seu stigmata vel incisiones, quæ in corpore eius exanimi repertæ sunt, quas adhuc viuens corpori suo impressit in honorem deorum suorum, nomen quoq; cuiusdam idoli nomine Chodonazoi, cõtra quod Leuit. 19. dñs iussit: Super mortuo non incidetis carnes vestras, neq; figuras aliquas & stigmata facietis vobis. [continentur in libro regum Iuda & Israel.]Deindè subiungitur de filio pręfati Ioakim: [Regnauit aũt Ioachin filius eius pro eo. Octo annorum erat Ioachin cùm regnare cœpisset, & 3. mensibus ac 10. diebus regnauit in Hierusalem, fecitq; malum in conspectu domini. 4. Reg. 24. habetur, 10. & octo annorũ erat Ioachin cùm regnare cœpisset: quomodò ergò hic Pet. Co. hist. lib. 4. Reg. ca. 38.

dicitur,8.annorum?Rñdetur,ꝙ Ioachin iste 10.annis regnauit cũ patre suo,qui 11.annis regnauit,& filium suũ octennẽ cõstituit regem ad secum regnandum secundo sui imperij anno, sicq; Ioachin iste fuit 8.annorũ dum cũ patre suo regnare exorsus est.Porrò 10.& 8.erat annorũ,qñ,patre suo defuncto,solus cœpit regnare.[Cumq; anni circulus volueretur,] i.ipse annus decurreret vsq; ad tẽpus conueniens exeundi ad prælia,[misit Nabuchodonosor rex nũcios,q & adduxerunt eum in Babylonẽ,abſportatis simul ꝓciosissimis vasis domus dñi.] 4.Reg.24.habetur. Venitq́. Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatẽ cum seruis suis, vt oppugnarent eam.quo cõstat,ꝙ & personaliter venit,& forsan quosdã ꝓmisit.Cùm em̃ occidisset Ioakim patrẽ illius,& cõstituisset istum regem ꝓ patre suo,atq; abisset,mutato cõsilio, redijt,& vrbem obsedit,timẽs ne Ioachin iste memor mortis sui patris associaret se aduersarijs suis,videlicet regis Babylonis,tuncq; ad consiliũ Hieremię Ioachin iste cum suis se tradidit regi præfato,& ductus fuit in Babylonem. [Regem verò cõstituit]ipse Nabuchodonosor[Zedechiam patruum eius,s.fratrem patris sui filium Iosię,[super Iudam & Hierusalem.

Hier 14.25. Viginti & vnius anni erat Zedechias,cùm regnare cœpisset, & 11. annis regnauit in Hierusalẽ,fecitq; malum in oculis dñi Dei sui, nec erubuit faciem Hieremiæ ꝓphetæ,loquẽtis ad se

Ibid.37.38. ex ore dñi.]Imò frequẽter contẽpsit verba ipsius,& aliqñ eũ incarcerauit. Interdũ tamẽ satis piè Hieremiã alloquebať,& liberauit de carcere,tortáq́ue panis dedit ei quotidiè, quæ oĩa in lib.Hieremiæ diffusè habenť. [A rege quoque Nabuchodonosor recessit] p inobediẽtiã, & iuramẽti ac pacti transgressionẽ,[q adiurauerat eũ per Deum,] hoc est, iureiurãdo ꝓcepit Zedechiæ, ne recederet à se, & sup hoc iuramentũ ab eo recepit. [Et indurauit ceruicem suã & cor,vt nõ reuerteretť ad dñm Deum Israel.Sed & vniuersi principes sacerdotũ,] i. põtifex & cæteri sacerdotes ꝓcipui,q sub istis Iosiæ filijs ꝓfuerunt,de qbus loquiť Hieremias:Sacerdotes nõ dixerunt,Vbi est dñs?[& populus,ꝓuaricati sunt iniquè, iuxta vniuersas abomina-

Hier. 2. tiones Gentiũ,& polluerũt domũ dñi,q̃ sanctificauerat sibi in Hierusalẽ. Mittebat autẽ dñs Deus patrũ suorũ ad illos,per manũ nunciorũ suorũ:]hoc est,suos ꝓphetas,& p eorũ obsequium verba sua saluberrima misit ad illos iniquos,[de nocte cõsurgens,]i.manè atque celeriter in star principis ad aliqd expediendũ,intiũ accelerantis, vt de nocte cõsurgens, suos dirigat seruos ad illud. Vel de nocte, hoc est,aduersitate instante, seu vitiorũ caligine oĩa occupante,[& quotidiè cõmonens] i.ad emendationẽ exhortãs iniquos, [eo ꝙ parceret populo

Hiere.20. 25. & habitaculo]i.templo[suo,]qa q̃diù ipse fuit,satagit,ne populus vastaretur,& ne templũm incendereť. At illi subsannabant nuncios Dei,& paruipẽdebãt sermones eius, illudebãtque ꝓphetis.]Quẽadmodùm de se multa loquiť Hieremias,Oẽs,inqens,subsannãt me:fact' est mihi sermo dñi in opprobriũ & in derisum tota die:Oẽs maledicũt mihi. Hinc & Ezech.24. dixit:Ego portentũ vestrũ.Et ex his elucescit ineffabilis pietas Dei.Mira quoque & inexcusabilis ingratitudo,peruersitas, & obstinatio populi.[donec ascẽderet furor dñi,] i. rigorosus effectus diuinæ iustitiæ,[in populũ eius,& e. .t nulla curatio]afflictionũ & pœnarũ,quas in-

Hierem.34 tulit illis p Chaldæos,per quos gladio, fame & peste consumpti sunt. Vndè à Ieremia dicitur Deo:Quare percussisti nos,ita vt nulla sit sanitas?[Adduxit em̃ sup eos regem Chaldęorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij. Non est misertus adolescẽtis & virginis & senis,nec decrepiti quidẽ:]hoc est,tam districtè vltus est Deus crimina populi sui,q nec miserabilibus personis, qbus solet parci, in bellis pepercit,[sed oẽs tradidit in manibus eius,]videlicet regis Chaldæorũ,[vniuersáq; vasa domus dñi,tã maiora q̃ minora, & thesauros tẽpli & regis & principum,transtulit in Babylonem. Incenderunt hostes domũ Dei, destruxeruntq́. murum Hierusalẽ. Vniuersas turres cõbusserunt,& quicqd ꝓciosum fuerat,demoliti sunt.Si quis euaserat gladiũ,]i.necẽ per Chaldæos illatam,[ductus in Babylonẽ,seruiuit regi]Chaldæorũ,[& filijs eius]q ei successerũt in regno. Aliqui tñ Iudęi,qui nõ restiterunt Chaldæis ptinaciter,vt Godolias,& q ei cõmissi fuerunt,& q cõfugerunt ad eũ, remãserunt in terra Iudæę ad tẽpus,[donec imperaret rex Persarũ,]hoc est, quousq; Cyrus monar-

4. Reg. 25. chiã acqreret.[& cõpleretť sermo dñi ex ore Hieremiæ] ꝓlatus de Iudæorũ detẽtione in Ba-

Hierem.14. bylonẽ per annos 700.[& celebraret terra sabbata sua,]i.terra Iudæę suã seruaret quietem & cessationem à cultura & inhabitatione humana. Nam interim pro maxima parte mansit in-

Hiere.29. 25. culta & vacua,pręsertim Godolia occiso.Hinc subditur:[Cunctis enim diebus desolationis

Hierem 41 egit sabbatum,]hoc est,quietem præfatam retinuit, [vsquedum complerentur septuaginta

1 Esdræ 1. anni. Anno autem primo Cyri regis Persarum,] Istud est finis huius voluminis, & coincidit

Luc. 24. cum exordio libri Esdræ, quemadmodũ finis Euangelij sancti Lucæ coincidit cum exor-

Actor. 1. dio libri Actuum Apostolorum. Vndè conijcitur,Esdram edidisse hunc librum. itaque anno primo regis Persarum, non vtique anno primo vitæ suæ, nec primo suæ regalis præsidentiæ anno, sed primo anno suæ monarchiæ,qua, auunculo suo Dario mortuo, factus est mo-

Hiere.25. narcha,imperio Chaldæorum destructo,[ad explendum]i.opere adimplẽdum [sermonem

28. domini,quem locutus fuerat per os Hieremiæ.] quod scilicet septuaginta annis captiuitatis

com-

cōpletis reducerētur Iudæi ad ꝓpria,[suscitauit dn̄s spm̄ Cyri regis Persarū] hoc est, animā seu intellectū, vel cor Cyri instigauit ad faciendū ꝙ diuinitùs fuit ꝓdictū, q iussit prædicari in vniuerso regno suo etiā per scripturam]i. per totū suum imperium verbo & scripto celeri- 1. Esdr. 1.
ter insinuauit ac diuulgauit,[dicēs:Hęc dicit Cyrus rex Persarū Omia regna terræ dedit mihi dn̄s Deus cœli:]Istud est hyperbolic⁹ sermo,i.tot & tot regna mihi subiecit summ⁹ & ver⁹ De⁹,cuius virtute præualui,ꝙ cūcta mundi regna mereor quasi obtinuisse: quia & quæ nōdū obtinui in re,iā habeo bona & ꝓbabili spe. Verūtn̄ nec Assyri,nec Chaldęi,nec Persę & Medi nec Græci,imo nec Romani,qui cæteris longiùs ac latiùs impauerunt,absolute loquēdo,obtinuerunt omnia mundi regna,quæ suis fuerunt tēporibus,[& ipse præcepit mihi,]per inspirationem occultam,& per prænunciationem propheticam,[vt ædificem ei domum]hoc est, templum ei construi faciam [in Hierusalem,quæ est in Iudæa]i. in loco vbi Hierusalem iam anteà stetit,& vbi ex mea licentia rursus iam construetur,quo facto,ædificabitur ibi templū. Hieron.
Nam vt dicunt S. Hieron. & Hebræi Iudæi in captiuitate positi ostenderunt Cyro librū Esaię li. 12. super
prophetæ,& scriptū in eo qualiter sanctus ille Propheta per tot annos ꝓdixit etiā propriū no- Esaiā. cap.
men ipsius Cyri,& ei⁹ victorias sibi desuper dandas aut datas: qualiter item populū Iudæorū 44 45.
licentiaret ad reuertendū atq; reædificandū ciuitatē & tēplum,qbus visis exhilaratus est Cy- Iose. lib. 1.
rus valdè,& quandā vnius veri Dei accepit notitiā, libenterq; annuit precib⁹ Iudæorū.[Quis an.iu. ca. 1.
ex vobis est in om̄i populo ei⁹?i. quis vestrū(ô Iudæi)est verè de populo Dei cœli,q s. ꝓ eius honore zelum gerit syncerū?[sit dn̄s Deus suus cum eo,]hoc est, gratiosè iuuet ac dirigat eū, [& ascendat]ad terram Iudææ,ad reædificandum templum & colendum in eo altissimum.

EXPOSITIO ORATIONIS MANASSAE REGIS IVDA, cùm per captiuitatem humiliatus esset.

SIcut verè ait Apostolus, Vbi abūdauit peccatum,abundat & gratia. Nam sicut Ma- Rom. 5.
nasses ineffabiliter dirè peccauit, intm̄, vt Climachus dicat, Nullum inuenio ita 4. Reg. 21.
peccasse,sicut Manassen:sic cordialissimè pœnituit, seq; profundissime humilia- 2. Paral 33
uit,& feruentissime exorauit,cuius oratio magno est digna præconio, & est effi- Climachus
cax valde ad impetrandum. Siquidem oratio quæ laudibus Dei redundat,atque orantis culpas miseriasq; includit,efficatior ad exaudiendū censetur,iuxta quod ait Propheta:Laudans Psalm. 17.
inuocabo dominū,& ab inimicis meis saluus ero. Talis verò est ista oratio,in qua Deus multipliciter ac excellenter laudatur de sua maiestate & omnipotentia,de sua pietate & iustitia de sua bonitate & sapientia & de præclaris effectibus suis. Itaque rex Manasses detentus in vinculis,& compedibus aggrauatus, ad cor suum reuersus est, vexatione sibi intellectum Esaiæ 28.
præstante:atque vt suprà continetur,egit pœnitentiam, valde,hoc est, intimam habuit con- 2. Paral. 33.
tritionem,& deprecatus est Deum intente,feruentissime,humilime,contritissimo corde dicens:[Domine omnipotens Deus,patrum nostrorum,Abraham, Isaac, & Iacob,] Manasses de horum sanctorum patriarcharū semine natus, rectè & industriose suam incepit orationē hoc modo,quatenùs tantorum patriarcharum meritis iuuaretur, diuinæ quoque pietatis recordaretur,qua dominus vniuersorum, omnem intellectū & rationem infinite transcendēs & cunctis incomparabiliter dignior,dignatus est horum virorum Deus specialiter nominari istoq; titulo designari,hoc cognomine commendari, quemadmodū in Exodo ait ad Mosen Exod. 3.
Hęc dices filijs Israel: Deus patrū vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomē mihi est in æternū, & hoc memoriale meū in generationē & genera * seminis
tionē.[& seminator eorū iuste:dicitur Deus seminator patriarcharū istorū,tum quia princi- eorū iusti,
palis institutor eorū,tū quia in corde eorū verba vitę,semen gratiæ, ac diuersa charismata se vel * semini
minauit,tū quia eorū sobolem copiosissime propagauit,[qui fecisti cælū & terrā cum omni eorū iusto.
ornatu eorū]iuxta illud Gene. 2. Perfecti sunt cœli & terra & omnis ornatus eorum. Itaq; fecit Deus cœlū & terrā, hoc est, superiora & inferiora, visibilia & inuisibilia, summa & infima cū medijs,cœlū cū syderibus ac planetis,cū omni luce,influentia,ac virtute cœlestiū corporum, * ligasti.
terrā cū cæteris elementis & omnibus in eiusdem cōtentis, [qui*signasti mare verbo ꝓcepti tui,]i. impꝛssione tue virtutis & iussione omnipotentiæ tuæ, indidisti mari suā ꝓprietatem & vim,qua quasi sigillo ab alijs est distinctū,& tuus esse effect⁹ cognoscitur,ꝙ de quolibet mari potest intelligi. Ideò in lib. Prouer. Sap. ait: Certa lege & gyro vallabat abyssos,& legē pōsuit Prouer. 8.
aqs.[Qui cōclusisti abyssum,hoc est, ipsum aquæ elementū termino certo clausisti infra limites suos,ne q̄uis sit leuius elemēto terræ, ascendat & operiat illud. Hinc ad Iob dn̄s loquitur Quis cōclusit ostijs mare,qn̄ erumpēbat quasi de vulua ꝓcedens? Circūdedi illud terminis Iob 38.
meis,& posui vectes & ostia,& dixi: Hucusq; venies,& nō ꝓcedes ampliùs, & hic cōfringe tumentes fluctus tuos,ꝙ q̄ mirum, magnificumq; cōsistat, atq; ad timorē Dei ꝓuocatiuū,dn̄s protestatur per Hierem. 5. Audi,inquiens, popule stulte,qui nō habes cor. Me non timebitis qui posui arenam terminum mari,præceptum sempiternum,quod non præteribit? Intumescent fluctus eius, & non transibunt illud. Hoc est quod etiam cantatur Psalm. 32. Congre

gans ſicut in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. [& ſignaſti terribili & laudabili
nomini tuo,] hoc eſt, Oceanũ ꝑtacto modo determinaſti & ſpecificaſti, ad laudẽ & gloriam
Eccle 1. tuã, qui es ſuper omnia incomparabiliter metuendus & ſuperlaudãdus. Omnia enim ꝑpter
Prouer. 16. te ipſum operatus es dñe, & omnia feciſti vt timearis, quia in vniuerſis & ſingulis oſtendiſti
Eccleſ. 3. & reſplandere iuſsiſti bonitatẽ, ſapientiam, & omnipotentiam tuã; quatenùs hæc penſantes
veneremur & vereamur te ex tuarũ conſideratione creaturarũ, [quod oẽs *timent,] i. quidã
* pauent. ex omnibus, & omnes bene ſenſati te metuunt filiali ſeu initiali timore. Nihilominùs innumerabiles ſunt, qui non timent te, cùm Salamon dicat Ecceſia. 8. Quia non citò profertur iudicium, abſq; vllo timore filij hominum perpetrant mala. [& tremunt à vultu virtutis tuæ,] i. ex conſideratione intuitus præſentiæ omnipotentiæ tuæ, omnes cum tremore formidant te, iuxta ſenſum prætactum, imò cuncta creata quodammodò creatorem ſuum formidant, iuxta illud Eccleſ. Eccè cælum & cæli cælorum, abyſſus & vniuerſa terra, & omnia quæ in eis ſunt in conſpectu Dei commouebuntur, & cùm conſpexerit illa Deus, terrore concutientur. Ideò dixit Porphyrius, quod deum deorum polus, tellus, pontuſque contremũt, & ipſa numina perhorreſcunt. [& inſuſtentabilis ira ſuper peccatores comminationis tuæ.] i. vltio tuæ comminationis, quam facis iniquis, putà æterna damnatio, eſt intolerabilis valdè. [immenſa verò & inueſtigabilis miſericordia promiſsionis tuæ,] i. pietas, gratia & gloria, quem bonis, iuſtis ac pœnitentibus promiſiſti, eſt infinita & imperſcrutabilis, quia in hac vita inæſtimabilem pietatem & gratiam eis impendis, & in futuro teipſum ac tui ipſius beatificam fruitionem eis
Eſaiæ 69. retribuis. ideò ait Apoſtolus: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcen-
1. Corin. 2. derunt, quæ pręparauit Deus diligentibus ſe. [Quoniam tu es dominus Deus altiſsimus ſu-
Sapie. 11. per omnem terram, longaminis] i. diu expectans emendationem peccantium, [& multũ miſericors,] i. naturaliter pius, & clementer ſubueniens miſeris: imò tibi proprium eſt miſereri & parcere, punire verò eſt quaſi peregrinum & alienum à te, & propter peccantium prauitates hoc facis. [& pœnitens ſuper malitias hominum,] id eſt, iniquitatibus hominum pœnitentium piè indulgens, & eos faciens pœnitere. Vel, per modum pœnitentis ſeu dolentis, te habens circa iniquos dum pœnitent, quia pœnam quam eis comminatus es, miſericorditer eis relaxas. Hinc per Hiere. 18. dominus loquitur: Repentè loquar aduerſus gentem & regnum, vt eradicem & deſtruam illud, ſi pœnitentiam egerit gens illa, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem eis. Ionas quoque ait: Scio quia tu Deus clemens
Ion 4. & miſericors es, patiens & multæ miſericordiæ, & ignoſcens ſuper malitia. Inſuper dicitur Deus pœnitens ſuper malitias hominum, id eſt, per modum dolentis & triſtantis ſe habens, propter vitia iniquorum, quæ deteſtatur & horret, propter quod ait per Eſaiam: Laboraui
Eſai. 1. ſuſtinens. Et rurſus Eſa. 43. Præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Vnde & Malach. 3. fatur: Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? ideò quóq; hortatur Apoſtolus Ephe. 4. Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei. [Tu autem domine ſecundum bonitatem tuã promiſiſti pœnitentiam remiſsionis peccatorum] i. ſalubrem contritionem promeritoriam relaxationis culparum, quia frequenter teſtatus es in ſcripturis, quod hi qui cordaliter dolẽt de ſuis peccatis, inquantùm ſunt offenſiua tuæ ſanctitatis & contra iuſtitiam, conſequantur à te remiſsionem omnium ſuorum exceſſuum. Siquidem per Ezech. 18. loquutus es: Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor ampliùs. Sapientię quoque 11. dicitur Deo: Diſsimulas peccata hominum propter pœnitentiam. [& tu Deus iuſtorum.] Deus, omnium domus eſt iure creationis & vniuerſalis prouidentiæ: Iuſtorum verò ſpecialiter dominus eſt, per gratioſam eorum gubernationem & ſpecialem prouiſionem, & per illorum obedientialem ſubiectionem ac debitam ſeruitutem. [non poſuiſti pœnitentiam iuſtis,] videlicet ipſis [Abraham, & Iſaac, & Iacob] ac conſimilibus, [his qui tibi non peccauerunt,] id eſt, remedium contritionis ſeu ſacramentum pœnitentiæ talibus non prouidiſti, inquantùm ſunt iuſti, nec eis vt talibus, præcepiſti pœniteret. Dicuntur autem hi nõ peccaſſe, non quod ſine venialibus vitam hanc peregerunt, ſed quia vel non peccauerunt mortaliter, aut rarò ſic peccauerunt, & de ſuis peccatis excellenter pœnituerunt, ita quod comparatione aliorum quaſi non peccaſſe videntur, iuxta quem modum. S. Iob. 27. loquitur: Neque re-
Iob 14. prehendit me cor meum in omni vita mea. Et iterum ibidem: Non peccaui. Qui nihilomi-
Iob 9. nùs rurſus fatetur: Parce peccatis meis. Et ibidem: Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea. Itẽq; Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me. His itaque præmiſsis, in quibus rex Manaſſes excellentiam Dei multiplicem deuote confeſſus eſt, eius quoque iuſtitiam commemorauit, ad incutiendum ſibi ac alijs ſalubrem timorem, & etiam diuinę pietatis immenſitatem ad excludendum deſperationem, atque ad excitandũ ſpem veniæ, conſequenter ſua confitetur ac deflet facinora. [Quoniam peccaui ſuper numerum arenæ maris,] id eſt, innumerabilia mala, & poteſt verbũ illud per modum hyperbolicæ locutionis intelligi, & vtique grauiter & innumerabiliter valde peccauit vltra omnem ęſtimationẽ, non ſolum in propria

persona, sed quia rex erat, totum populum tam enormiter scandalizando, iustos persequendo & occidendo, imò vt legitur, sanctißimum Esaiam atrocißimè trucidando: cùm idem beatißimus vates esset iam virætatis decrepitæ & consanguineus regis. Insupèr Dei cultum in templo impedendo, & illic idola statuendo atqua colendo, & hæc omnia ipse humiliter recognoscit, subiungens: [Multiplicatæ sunt iniquitates meæ,] quibus peccaui in Deum, in proximos, & in meipsum, [Incuruatus sum multo vinculo ferri:] quia ad literam oneratus fuit compedib' & catenis. Spiritaliter verò ad carnalia & terrena ac pessima vitia fuit depressus ferrea consuetudine & ænea obstinatione, illudq́. Salamonis, Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur, fuit in eo impletum. [& non est respiratio mihi,] i. consolationem & refrigerium non inuenio in me, nec ex me, neque in aliquo homine, [quia excitaui iracundiam tuam,] i. iustitiam tuam dirè offendi, & eius vindictam promerui. [& malum coram te feci,] tuam inhonorando præsentiam, nec tuæ maiestatis adspectum curando. [statuens abominationes,] hoc est, idola & cætera vitiorum incitamenta impijssimaque præcepta, [& multiplicans offensiones,] alios ad scelera inducendo, omni modo quo potui. [Et nunc flecto genua cordis mei,] i. quoniam vinctus & neruo constrictus, corporalia genua coram te flectere nequeo, spiritalia mentis meæ genua, vtpotè vires animæ meæ, rationem & voluntatem, conscientiam, synteresim, & quicquid intra me est, tibi humilio atq; prosterno, [precans ad te bonitatem tuam domine:] hoc est, orationem fundens ac dirigens ad te, ô domine, tuam inuocãs bonitatem, & bonitatem mihi infundi exorans. Vel, precans ad te bonitatẽ, i. ad te qui naturaliter es ipsa bonitas pura ac infinita. [peccaui domine] per commißionem malorum, [peccaui] per omißionem bonorum, quoniam debitum regalis officij nequaquàm impleui, & iniquitatem meam agnosco,] hoc est, congeriem vitiorum meorum attendo, intueor, confiteor, & deploro. [peto rogans te domine, remitte mihi, remitte mihi, ne simul perdas] i. perire permittas ac damnes, [me cum iniquitatibus meis,] ne ea mecum portem ad inferos, [neq; in æternum referues mihi mala,] i. inferni tormenta perpetua, sed potiùs in hac vita per ista aduersa me purga. ¶Denique tam humiliter & contritè, tam feruenter & attentè rogãdo, sensit in se ex gratiosißimo tactu spiritus sancti quandam spem veniæ, ideò fiducialiter subdit: [quia * in æternum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam.] quæ in infinitum maior est omni prauitate & miseria nostra, & hoc est verbum bonæ spei, non assertionis incautæ, quoniam aduc non fuit certus se esse dignum amore ac prædestinatum, sed confidebat. [& laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ] in præsenti seculo, & in futuro, & tanto plùs, quanto ex acceptis beneficijs obligatiorem me cerno. & meritò te laudabo, [quoniam te laudat omnis virtus cælorum,] Tu eñ vniuersis & singulis infinitè melior, sanctior, perfectiorque consistis, & à te omne bonum profluxit. ¶Præterea, iuxta diuinum & sanctum Dionysium, quemadmodùm omnes cælestes spiritus appellantur angeli, ita & omnes appellantur virtutes, quia ad omnia quæ eis diuina lege committuntur agenda, sunt fortes atque idonei, sicque per omnem virtutem cęlorum potest intelligi vniuersitas supernorum spirituum, omnesque ordines angelorum. Potest quoque per omnem virtutem cælorum, tota vis, natura, atque causalitas cælestium corporum designari. Spiritaliter verò omnis virtus cælorũ, est omnis habitus virtuosus, & omnis actio bona ac meritoria hominum deuotorum, specialiter contemplatiuorum, quorum conuersatio est in cælis. [& tibi est gloria] hoc est, clarißima fama, iocunditas infinita, beatitudo immensa, imò pleni sunt cęli & terra gloria tua, & tibi debetur omnis laus, honor & gloria, tuamque excellentiam miratur omnis creatura, [in secula seculorum, Amen.] O Deus excelse & gloriose. Eccè quanta est pietas Dei in vasis misericordiæ suæ, & certè magna valdè est laus, eminentia & efficacia orationis istius, quam author eius in laude Dei deuotè concludit, sicut ab ea ipsam feruẽter incepit. Nec ista oratio est de textu, nec in Hebræo habetur: sed ipse manasses qui eam in carcere edidit, liberatus, de carcere ipsam in formam redegit ac promulgauit. Hanc ergo orationem peccatores, quorum primus ego sum, & veraciter pœnitentes, libenter, attentè & quotidiè legant: Ad laudem Dei, qui est super omnia benedictus in secula, Amen.

[Margin notes: 4. Reg. 21 / 2. Para. 33 / Pet. Co. hist. lib. 4. Reg. ca. 33. / Prouer. 5. / *indignũ / Eccles. 9. / Dionysius. / Philip. 3. / Esaiæ 6. Apoc. 4. / 1. Tim. 1. / Rom. 9.]

FINIS.

